28

PRAXIS

BENEFICIORVM

D. PETRI REBVFFI

MONTISPESSVLANI, IVRIVM DOCT. AC COMITIS, IVRISQVE Pontificij ordinarij Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum Patroni.

Cui apposuimus Bullam Cœnæ Domini, Bullam item Ieiuniorum, ac Supplicationum S. D. N. P. Pauli III. Additiones præterea ad Regulas Cancellariæ, Cura Audomari Rebuffi Montispessulani Iurium Doct. auctoris nepotis, diligentissimè excultas, necnon Practicam Cancellariæ Apostolicæ D. Hieronymi Pauli Barchin, cum elucidationibus P. Rebuffi.

CONCORDATORVM TRACTATVM, INTER S.D.N. PAPAM LEONEM X. AC SEDEM Apostolicam, & Franciscum Christianiss. Francorum Regem, ac regnum editum, cum glossis eiusdem Petri Rebuffi, recèns in maiorem Lectoris commoditatem, calci horum adiecimus.

Cum Indice, tam Praxis beneficiariæ, ac Practicæ Cancell. quam Concordatorum, locupletissimo.

Quid autem prædicta contineant, sequenti titulorum elencho patebit.



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
M. D. LXXXVI.
Cum Priuilegio Cæs. Mai. & Christianiss. Galliarum Regis.



AD REVERENDISSIMVM D. HIERONYMVM VERALLVM, TITVLI S. MARTINI IN MONTIBVS Presbyterum Cardinalem, & in Gallia Sedis Apostolicæ Legatum, Petrus Rebuffus.



VM in omnibus disciplinis, tum in vtroque iure semper commodissimum esse putaui, si artis præceptionibus, quæ theoremata dici solent, vsum quis adiungere studeat. Et si ij qui in iure versantur, à quæstionibus ociosis & inutilibus, quæ nunquam aut rarissimè in actionem hominum vel forum veniunt, traducant exercitationem suam ad eas, quæ quotidianæ sunt & forenses. Ab his enim cùm disceditur, vagatur studiosi animus, carétque fructu operæ, & diuturni laboris. Vnde factum arbitror, vt tanta & tam immensa sint interpretum volumina, dum ociosè nimium scriptores permulti operam dederunt quæstionibus effingendis, magis quàm vsitatis exercendis: quæ vt quotidianæ sunt, & frequentes ita quotidianas & varias pariunt dubitationes. Itaque cùm in docendo atque tractando iure ætatem penè omnem consumpsissem, illúdque illustrare quibus possem modis decreuissem, visa est mihi Beneficiaria materia tractatu dignissima, omnium vtilissima, tum etiam difficilima, quæ anfractus infinitos propemodum habeat, quæ suo quoque complexu totum ius Canonicum contineat. Quapropter illud ipsum quod in omnibus partibus iuris semper sequendum iudicaueram, in hoc quoque multò magis mihi faciendum duxi: idcirco nomen & titulum huic libro inscripsi, vt Praxis Beneficiaria appellaretur: nunquàm autem dubitaui cui dedicarē: tua enim humanitas, dignitas, & amplitudo semper in animo erat: tua ergo me nullo tibi obsequio deuinctum beneficia me tantoperè obnoxium effecerant, vt existimarem alij nulli quàm tibi me illum debere aliíque nulli quàm tibi si non tribuerem, me ingratum videri posse: nihil enim tale aliis debeo, sed tibi maxima: nam cùm in Galliam sedis Apostolicæ legatus venisses, exceptus es, cùm vbique honorificentissimè, tum in hac regia Parisiorum vrbe à frequenti & amplissimo Senatu florentissima Academia: denique ab omnibus ordinibus ciuilium & militarium magistratuum, qui obuiā sunt profecti, vt te in vrbem deducerent. ita (ne ego alia quàm vera narrem) omnium animos recreabat singularis tua humanitas, prudentia, & eloquentia, qua excipiebantur à te, vt tui videndi desiderio summo omnes tenerentur. Me quoque, cùm te salutatum venissem, priuatim & familiariter: ita tibi coniunctum voluisti vt ego in summo beneficio id reponerem. quinetiam me nihil tale à te sperantem honore protonotariatus Apostolicæ sedis ornasti, contulistíque duo sacerdotia.

Et tametsi huius munificentiæ fructu careo, quod longè antequã in me conferres ea sacerdotia, litibus ius eorum controuersum inter plurimos, & impeditum erat. Ista tamen ipsa tua liberalitas me tibi adeò obligat, vt perinde me obnoxium iudicem, ac si essem ea consecutus. Nam in me sine vllo erga tuam dignitatem merito sponte contulisti, quod ex nostrorum Gallorum Præsulum nemine mihi contigit. Quo fit, vt quantò te magis colo, obseruo, suspicio, & diligo animo singulari, tantò vehementius in quosdam ex nostris conciter, quorum doctor eruditorque fui satis diligens, non publicè quidem, ne Reipubl. caussa laborare viderer, sed priuatim eorum ipsorum tantùm gratia: quo nomine mihi adhuc tenentur obnoxij: nec enim cum omnium cumulatißimè poßint, gratiam retulerunt vllam. At mihi id cum aliis multis literatis & probis viris commune est, qui multùm diúque in iuris diuini & humani literis versati sunt, horúmque apud te, qui à latere Pontificis maximi sedes, iustior esset querela: atque de eis huic instituto libróque meo magis quàm de me verba facere conueniret. Nam & de sacerdotiis disserentem oportet quibus debeantur dicere. Ecquis non doleat eos, qui consenuerunt in studiis iuris diuini, & humani, nullũ vtilißimi, honestißimi, sanctißimíque laboris præmium consequi, nullúmque locum, quo fructum ferre poßunt? Et quidem illud certum est placitis omnibus & constitutionibus diuinis, Pontificiis, & conciliaribus, munera Ecclesiastica doctis & probis decreta, eorúmque caussa tãtùm esse parata. Et iure Gallorum proprio, quod Concordatorum dicitur, nulli alij debentur, quàm ei, qui in gradu aliquo sit doctrinæ & testimonio celebris alicuius Academiæ probatus: non negauerim certè deesse in orbe Christiano antistites, qui eruditione, & integritate vitæ præstent, sed non satis multi esse dicũtur, vt numerum superent imperitorum sed repellunt, vt contraria ipsa sese mutuo non ferunt, optimos & doctißimos quosque atque sedem eorum occupant, quæ nullo iure eis debetur: quin & Euangelica lex ratioque omnis abhorret. Quis enim doctor populi idoneus fuerit, rudis ne stolidus, imperitus, qui docendus ipse est an peritus? Quis optimo vitæ exemplo ducet ad vitæ honestatem, & religionem? Isne qui malo exemplo fuerit, dignúsque supplicio? quem grex vt lupum rapacem fugit, quem omnes oderũt, qui inutilis omnino pastor, qui neque poßit, si velit, propter ignorantiam, neque velit, si poßit, propter improbitatem gregem tueri, aut iuuare? Quare minimè mirandum, si multos hæc nostra ætas peperit & pariat indies, qui oppugnent & deleãt in plerisque locis hierachiam, hæreses excitent: eruditorúmque nemo aut certè pauci sint, qui defendendam illam suscipiant, sed oppugnant potiùs (quamquàm hoc flagitiosum) commoti grauius dum se negligi vident. Et si velint, dum omni subsidio carent, non habent ocium, sed reuocantur ad vitæ necessaria paranda. Neque apud vulgus autoritate valent, vt commoneant: sunt enim in loco humili positi. Iam verò ad istas hæresum calamitates tollendas, arma non sufficient potentioribus, vt in quibusdam prouinciis audimus, persuasis, quibus ratione, argumentis, doctrina, & probitatis exemplo opus est: hæret enim animo malum. Esset mehercle hæc iuris diuini humaníque peritorum caussa mihi exponẽda potius quàm mea in hoc libri exordio, in quo toto de sacerdotiis agitur, cùm dentur quibus non conuenit. Sed non poßum non semper meminiße singularis illius tuæ in me beneficentiæ, vt mihi de ea quoque dicendum fuiße existimauerim. Interea etiam atque etiam rogo & obsecro, vt hoc munusculum quantulumcunque ea humanitate, qua soles, suscipias vt sit testimonium perpetuum & publicum mei non immemoris aut ingrati animi. Atque dum nihil aliud habeo, aut poßum, Deum optimum maximũ deprecor, vt tuæ dignitatis magnitudinem conseruet, & augeat, ac perpetuam incolumitatem

tatem tribuat. Si quem fructum ex hoc nostro labore studiosi capiant, tibi acceptum referri velim. Id enim omne tuum feci: si quid aliter habeat, mihi tribui statuo. Sed antequàm finem faciam, exponam breuiter rationem huius nostri operis. Iampridem multa quæ ad beneficiarivm materiam pertinēt contuleram in commentaria mea Concordatorum Galliæ. Multa posteà studio, vsu, & exercitatione sum consecutus, quæ mihi nō negligenda visa sunt, vel cupientibus deneganda, vt hoc genus materiæ, quæ præcipua esset iuris Canonici, à me sicuti cœperam magis illustraretur: & si qua ad absolutam & perfectam tractationem deesse illis commentariis nostris viderentur, hoc vno libro vberrimè collecta omnia haberent studiosi. Quæ præterea habebam profutura ad interpretationem regularum Cancellariæ, ab aliis prætermissa, aut aliter quàm à nobis intellecta, suo quoque loco disponens huc congessi: atque dilucidè & commodissimè omnia ista Beneficiaria explicari posse existimaui, si in tres partes diuiderem: quarum prima de acquirendis beneficiis, secunda de conseruandis, postrema de amittendis. Nō solùm autem tuæ amplitudini offerre volui, verumetiam declarare illam ipsam instituti mei rationem. Nullus enim est, qui prudentia, eruditione, iudicióve maiori possit hæc iudicare, & probare cùm præter dignitatis splendorem sis bonarum literarum iuris diuini & humani peritia, & vitæ integritate præstantissimus, vt meritò purpurati, & sacri Senatus habearis decus & ornamentum.

Vale.





INDEX OMNIVM TITVLORVM, QVOS BENEFICIARIA PRAXIS PETRI REBVFFI IVR. VTR. DOCT. complectitur.

TITVLI PRIMAE PARTIS.

Tituli Secundæ Partis.

Re

Tituli Tertiæ Partis.

Tituli autem Concordatorum, in Elenchum redacti, ipsum tractatum præcedunt.

Summa Priuilegij Imperatorij.



AXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti publico edicto cautum est Guilielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunensi, & sancitum, nequis cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sit chalcographus, vel bibliopola, siue alius quilibet, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hanc D. Petri Rebuffi Montispessulani *Praxim Beneficiorum, Bullam item Cœnæ Domini, Bullam Ieiuniorum & Supplicationum S.D.N.P. Pauli III. Additiones præterea ad Regulas Cancellariæ cum interpretationibus D. Petri Rebuffi, Practicam etiam D. Hieronymi Pauli Barchin, necnon Concordatorum tractatum, cum glossis eiusdem P. Rebuffi,* nisi ipsius Gulielmi Rouillij aut heredum eius permissu, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudenda curet, vendat ipse, aut cuiquam diuendenda mandet, aut denique excusa ab aliis intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui sibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Guilielmo Rouillio, aut eius heredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amissionem, quos per se idem Rouillius, vel per suos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas; vt latius patet in ipso diplomate dato Pragæ decimaquarta die mensis Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto. Subsign.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum sacræ Cæs. M. proprium.

A. Estenberger.

Extraict du priuilege du Roy de France & de Pologne.



Par grace & pruilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vne fois ou plusieurs, ce present liure intitulé Praxis Beneficiorum D. Petri Rebuffi Montispessulani, cum Bulla Cœnæ Domini, Bulla item Ieiuniorum & Supplicationum S. D. N. P. Pauli III. Additiones præterea ad Regulas Cancellariæ, cum interpretationibus D. P. Rebuffi, Practica etiam D. Hieronymi Pauli Barchin, necnon Concordatorum tractatus, cum glossis eiusdem P. Rebuffi: *lequel liure il a recouuré auec grans frais, mises & despenses: & pource est fait desense de par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ni distribuer en ses pays, terres & seigneuries, ledict liure: si ce n'est par le cōsentement dudict Rouille: & ce iusques aut temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera paracheuee la premiere impression: sur peine d'amēde arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis aut commencement dudict liure serue pour toute notification. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellatiōs quelconques, cōme plus à plein est contenu & declairé par lesdictes lettres de priuilege, sur ce dōnees à Lyon le vingt vnieme Ianuier, mil cinq cens septante cinq, & de son Regne le premier.*

Par le Roy, à vostre relation,

Signé, MORE.

Et scelé du grand seau en cire iaune à simple queuë.



PRAXIS BENEFICIARIÆ PRIMA PARS, BENEFICIA ACQVIRENDI MODOS CONTINENS.

PROOEMIVM.



VLCHRE Vlpianus Iurecõsultus totum ius consistere ait: Aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in amittendo. Aut enim hoc agitur, queadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem suam, vel ius conseruet, aut quomodo alienet, vel amittat. Ita cùm instituissem hanc materiam beneficiariam, quàm diligentissimè possem pertractare, operæ pretium me facturum putaui, si imitatus Iureconsultum eam totam in tres partes, trésque libros diuiderem: quorum Primus sit de acquirendis beneficijs: Secundus de conseruandis: Tertius de amittendis. Ita enim me satisfacturum votis studiosorum, & omnium qui nôsse ista beneficiaria iura cupiunt: nihil enim aliud volunt, quàm scire rationes, modósve quibus acquirantur, conseruẽtur vel amittãtur beneficia: hæc omnia nos conabimur pro virili edocere & tradere, quæ ex quotidianis consultationibus longissimo vsu fori, in quo diu versati sumus, iurísque, & interpretum libris didicimus.

Antequàm tamen ingrediar materiam, pauca præfabor de hac voce beneficij: sunt enim quibus magis sacerdotium, quod ἱερωσύνην Græci vocant, quàm beneficium dicere placeat. Atque beneficium putarem ista significatione, quam hîc vsurpamus Latinum verbum non esse. Nos primùm contestabimur non decreuisse verba vsitata, receptáque apud iuris Canonici peritos, tanquàm artis vocabula immutare; ne potiùs conturbemus, confundamúsque artem, & ius ipsum quàm doceamus, & præcipuè in his verbis beneficij & sacerdotij: nam nusquàm vel rarissimè in iure Canonico reperias beneficium pro sacerdotio, vel contrà accipi: sed semper distincta esse. Sacerdotium enim sumimus pro presbyteratu, vel officio ipso, seu dignitate sacerdotis, presbyteríve, ad quem pertinet sacrificium corporis & sanguinis Domini, in altari Dei cõficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei: c. perlectis. 25. dist. Beneficium verò consistit aut in prouentibus, emolumentóque quodam, vt præbenda: Aut in sola quadam præeminentia præstantiáq; sine iurisdictione, vt quis primas sedes, locúmq; seu protocathedrias habeat: vt personatus, vel cum iurisdictione, vt dignitas vel in simplici quadam administratione sine illis, & officium dicitur. Quàm differant igitur iure Canonico sacerdotium & beneficium, constat. Neque enim omnis qui habet sacerdotium, beneficium habet: Et perinde est, ac si doctoratum, vel alium gradum Iurisperitorum quis idem esse dicat cum magistratu, & officio aliquo publico. Nam nõ omnis qui gradum illum habet magistratũ habet. Et institutione, origine, forma, tẽporibus & substantia rerũ, in quibus illa sita sunt, & circa quas versantur, differunt inter se. Et alia via quęruntur beneficia, alia sacerdotia. Quædam tamẽ sunt beneficia dicata sacerdotibus: c. constitutus. de concess. præb. c. ei cui. de non sacerdotali, de præb. lib. 6. vbi præbenda addicta sacerdotibus, sacerdotalis dicitur, quam præbendam si quis velit appellare sacerdotium, non impedio: tamen non consentaneum est iuri, alia beneficia non addicta sacerdotibus, sacerdotium appellare, cùm sine sacerdotio esse possint, vt simplicia & non curata beneficia, quibus ordo aliquis nõ est annexus, & cum simplici tonsura teneri possunt: c. vlt. de præb. & no. in c. licet cano, de elect. si quis igitur dum ius Canonicum docere vult, hæc confundat, conturbat omnia. Vix etiam apud Iureconsultos, vel Oratores vsurpari existimo sacerdotium pro beneficio, [vt in iure canonico accipimus.] Nam tum beneficia illa non erant, res noua est, nota tantùm Christianis. Quare rebus nouis noua vocabula inuestiganda fuerunt, velut præbenda, canonicatus, præpositura, personatus, præstimonia, aliáque nomina: quæ vt res nouæ, ita Romanis illis erant incognita. Apud autem iureconsul. legimus tantùm pro dignitate & munere sacerdotis: vt in l. non distinguemus, §. sacerdotio, ff. de recep. arbitr. l. vna. ad leg. Iuliam. de ambi. l. penult. & l. in honoribus, de vacat. muner. l. si quis. de pollicit. l. sponte. de munerib. & honor. Et Imperator ait, in authẽtica quomodo oporteat Episcopos in princip. collat. 1. maxima quidem in omnibus dona esse à superna collata clementia, videlicet sacerdotium & Imperium.

Sacerdotiũ habens non habet beneficium.

Simplicia beneficia nõ possunt sacerdotia vocari.

Itaque sicut instituta, ritus, leges Christianorum multùm diuersas & incognitas veteribus, & Ethni-

cis libenter (vt debemus) amplectimur: ita inuenta ab illis nomina cur reiiciemus? Et vt Christianorũ lingua vtimur quatenus receptum est, & rerum ordo, & substantia non læditur, ita vti Christianorum dictionibus amemus. Ergo à nostris debemus, & nõ efficta nomina capere, quæ nouas quoque res significant, vt præbenda, personatus, lectores, cantores, & alia permulta ab ipsis inuenta sunt, quæ propriam & peculiarem habent significationem. Romani etiã finxerunt sibi initio nomina, principes quoque nostri, & autores iuris sua, quæ si sequamur, non ægrè ferendum est: non laudo tamẽ illos, qui nulla rerum necessitate, vel mutatione coacti, cùm Romanum nomen in promptu sit, barbarum quærunt pro suo arbitrio: sed tum faciendũ existimo, cùm res nouæ antiquis comparatæ, aut ipsarum ordo, aut substantia mutata, nomen vel mutandum, vel alio transferendum, vel effingendum postulant, quod in singulis quoque artibus fieri docet Cicero in libro de Finibus bonorum & malorum.

Quid sit, & quot modis dicatur beneficium.

1 IMprimis, quia de beneficiis acquirendis agimus, videamus quid sit beneficium, & quomodo accipiatur, quídve eius nomine cõtineatur, & quotuplex sit: demum quot modis acquiratur, & alia suo quæque ordine tractabimus.

2 Itaque beneficium est gratia concessa præter ius: & sic differt à rescripto & priuilegio secundum iurium interpretes, & definitur in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & per Io. de Selua, in tract. de benef. in 1. part. q. 1. Aliam quoque dedi ego definitionem, in princi. arb. feudor. in quibus diutiùs immorandum non censeo, licet prædicta parum à me probentur, quia forensia non respiciunt.

Largè & strictè beneficium sumitur.

3 Sed aduertendum est ex communi interpretum sententia beneficium accipi largè & strictè: largè comprehendit rescriptum, mandatum, & omne id per quod alicui benefit: & sic omne rescriptũ Bart. & alij in l. fin. ff. de consti. princ. & in l. cum de beneficio, ff. ad legem Falcid. vnde beneficium literarum dicit tex. in c. ad audientiam, 2. de rescri. & commodatum dicetur beneficium, in l. in commodato, §. sicut, ff. commod. c. 1. illo tit. in Decretal. Appellationis beneficium. in c. fin. de appel. & in c. penul. & beneficium testandi, in l. penultima. Cod. de testament. milit. & dispensationis beneficium, in cap. inotuit. verb. habito, de elect. facit l. seruus ea lege. ff. manda. l. si pignore, de furt. l. vnum ex familia, §. 1. de leg 2. [& manumissionis beneficium. in l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. l. 2. §. Prætor. qui satisd. cog priuilegium vocat beneficium Iurisconf. in l. 1. ff. ad municipales, & principis beneficio fieri posse, docet l. fi. ff. de adopt. & beneficium legis in l libertæ. C. de ope. liberto. beneficiũ ætatis in l. Iulianus. ff. de in integr. restit. l. etiam, §. 1. & l. pręses. ff de mino. beneficium restitutionis; l. cũ mandato. Ibidẽ quod alibi vocat auxiliũ restitutionis, in l. quod si minor. in prin & l. auxilũ. Ibidem religionis beneficium, Modesti. in l. aut religionis. ff. de procur. & inuito beneficium non datur, id est non benefit inuito, l. inuito. ff. de regu. iur. & in omnibus causis id obseruatur vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, ibidem.

4 Strictè verò beneficium dicitur principis liberalitas, seu gratuita concessio: & vulgò vocamus benefactum principis, *Le bien faict du Prince*, & potest dici liberalitas seu gratia. c. quãuis. de præb. in 6.

5 Et notandũ est, quòd si princeps donet castrum, vel aliam rem, licet non dicat perpetuò, tamen illa donatio perpetua erit. decet enim principis beneficium esse mansurum: regul. decet, de reg. iur. lib. 6.

Beneficium principis perpetuum & plenissimè interpretãdum.

6 Et sic beneficium quàm plenissimè debet interpretari: l. beneficium. ff. de constit. princip. vt si concesserit castrum, videtur mobilia & supellectilia castro adherẽtia cõcessisse. l. 2. C. de bõ. vacã. lib. 11.

7 Quod secus est in donatione vel venditione domus priuatorum, in qua non veniunt supellectilia, nisi affixa, quæ quasi pars ædium sunt. l. Iulianus. in fin. cum l. sequent. ff. de act. empt. liberalitas enim Principis fræno non subiacet, nec debet vllo pacto coërceri. Bald. in l. pen. Cod. de donat. inter virum & vxor. & perquàm absurdum est, & temerarium, per astutam interpretationem principum beneficia velle ad strictam interpretationem reducere. l. fi. Cod. de præposi. agentib. in reb. lib. 12. vbi vocatur etiam priuilegium. vt enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias: ita oportet & principales liberalitates culmen habere pręcipuum, l. cum multa. C. de bon. quæ lib. & hoc quatenus principis præiudicium concernit: secus quo ad tertium, cap. olim. de verb. signif. vbi Panor. & Ias. in l. beneficium. ff. de constit. princ. & interpretatio beneficij ad principem pertinet. l. Neratius. ff. de regul. iuris. l. ex facto. de vulga.

Ecclesiasticum beneficium quid sit, & temporale.

8 Vnde si Imperator vel Rex mihi benefaciat, dando Baroniam, vel ducatum, vel quid aliud, dicitur feudum seu beneficium temporale: si verò Papa, vel Episcopus ecclesiam concesserit, dicitur spirituale, vel ecclesiasticum beneficium. c. Felicis. §. 2. de pœnis, lib. 6. ideo pars illa redituum, quæ ministro ecclesiæ datur, vocatur beneficium, & in materia ciuili regulariter appellatione beneficij venit principis liberalitas seu indulgentia, si materia non refragetur: in iure verò Canonico hæc obuentionum ecclesiæ portio quæ pro seruitio datur, vocatur beneficium ecclesiasticum: quia à benefactis hominum tempore nascentis ecclesiæ processit, & quia benefit illi, cui collatum est: ideo interdum dicitur donatio: in cap. eam te. de rescript: & cap. relatum. de præben. & in dubio capella fundata ad seruiendum Deo, licet non appareat de approbatione Episcopi, præsumitur beneficium ecclesiasticum: vt abunde scribit Bellamera in cap. super hoc, q. 16. num. 20. de renunc. & sic collatio Episcopi in dubio valebit, per cap. omnes. 16. q. 7. [Frãc. Curt. consilio proponitur.]

Beneficium præsumitur Ecclesiasticum.

9 Et sic in materia Canonica appellatione beneficij, venit spirituale & ecclesiasticũ: vt docet Cardinal. in clement. 2. num. 8. de iudicijs. quod tribus modis capitur, largè pro omni prouentu, seu com-

modo, quod ab ecclesia percipitur, interdum pro præbenda. cap. ex parte. de concess. præbend. quandoque pro titulo beneficij, teste Cardin. in clement. caussam. versic. quod si forsan, in 5. not. de electio. & quomodo cognoscatur beneficium ecclesiasticum docet Bellamera in capit. in nostra, questione 3. de rescriptis. numero 10. ego fusiùs tradidi in tracta. de pacific. possess. in 10. limita. num. 287.

In genere & specie dicitur beneficium.

10 Ego verò dicerem, quòd ad ius pontificium attinet, beneficium duobus modis capi, in genere videlicet, & in specie. Primo modo beneficij appellatio generalis est, adeò vt comprehendat quæcunque beneficia tam maiora, quàm minora: text. in cap. penul. de verbo. signif. & cap. olim, ibidem gloss. in clement. auditor. de rescript. & gl. in cap. vno. de rerum permut. in 6. & continet in hac appellatione tam regularia, quàm secularia: Fel. in cap. postulasti, de rescript.

Vicarius cõstitutus ad conferendũ beneficia, conferre dignitates poterit.

11 Ex quo infertur, quod vicarius constitutus ad conferendum beneficia, conferre poterit & dignitates, officia, capellas, & alia ecclesiastica munia, seu beneficia. Doctor. in cap. fin. de offic. vicar. & inferiùs in materia vicariorum dicetur. [Et regularia, & secularia.]

12 Item beneficia causa permutationis vacantia non debentur mendatariis, nec expectantibus Apostolicis, c. vno. de rer. permuta. §. volumus. de colla. in concord. siue permutentur dignitates, & quęcunque alia beneficia. gl. in d. c. vno. quam probãt doct. ibi, & Imol. in clemen. vna. num. 16. de sequest. poss.

13 Etiam nullus potest obtinere beneficium sine canonica institutione: dicto capitulo 1. de regulis iuris. libro 6. hoc intelligitur de quocunque beneficio: vt ibi glos. & Doct. probant.

14 Item si indulgeatur Episcopo, vt fructus beneficiorum vacantiũ in sua diœcesi recipiat, generaliter intelligitur, dicto capitulo tua, de verborum significationibus.

15 Limitatur nisi materia sit odiosa, vt in dispensato ad duo beneficia, non est ad dignitates dispensatus: cap. 1. & 2. de filiis presby. lib. 6. vt inferiùs dicetur in materia dispensa. in 2. parte.

Generalis beneficij appellatio quando restringatur.

16 Idem quando materia non pateretur, sed repugnaret, tunc etiam restringitur, vt docet Felin. in dicto cap. postulasti. colum. 7. versi. circa gloss. 2. de rescriptis.

17 Vel quando cõtrarium esset in iure expressum, vnde si cui mandetur prouideri de beneficio, non poterit isti prouideri de præbenda in ecclesia Cathedrali, propter honorem ipsius ecclesiæ: & quia à iure prohibetur. in c. quamuis. 1. de pręb. lib. 6. & dicã inferiùs in forma signaturæ: aliàs regulariter beneficij appellatio ꝓ materia generaliter accipietur.

18 Et Vascones suo more mutantes B, in V, vocant hoc veneficium: quia est veneficium, id est veneno afficiuntur hi, qui fructibus horum beneficiorum abutuntur, & non seruiunt: vt nunc sunt plurimi, ab institutione beneficiorum maximè deuiantes: quamobrem sunt fundata beneficia non considerantes: in specie verò accipitur beneficium pro materia, vt docet plenè Felin. in d. cap. postulasti, de rescript.

Quare instituta sunt beneficia.

1 PRimo nempe fundata sunt beneficia in honorem Dei, & sanctorum, vt perpetuò illis in his deseruiretur, & stipendia ministrorum hæc essent: cap. pastoralis, de his quæ fiunt à præla. cap. fi. de rescript. lib. 6. Ideo qui non seruit, beneficium perdit, cap. vno. de vassal. milite qui arma bellica deposuit. Et fructus tenetur restituere, qui non dicit officium. Felin. in cap. postulasti, col. 9. de rescript. quia cessante, caussa cessat effectus: l. quod dictũ, ff. de pact. c. cum cassante, de appe. & sic pro seruitio speciali institutũ est beneficium: nu. 18. scripsi in q. 1. tract. de deci.

2 Secundò vt prouentus ecclesiarum in vsus cederent necessarios: d. cap. Pastoralis, non ergo in abusus, vnde ait Hiero. Tibi ô sacerdos, de altari viuere, nõ luxuriari permittitur. 44. dist. in summa.

Consanguineis an beneficiarius dare ex bonis ecclesiæ possit.

3 Item in vsus necessarios, ergo non in vsus voluntarios, videlicet vt beneficiarius de suis consanguineis diuitibus: cap. non liceat Papæ, 12. quæst. 2. & donare histrionibus, vitium est immane, non virtus: cap. donare, 86. distinct.

4 Iniustum enim videtur, & ineptum, vt quæ fideles viri seu fœminæ pro redemptione animæ suę Deo, & sanctis eius consecrauerint, vt iterum in secularem seruitutem redigantur, & vt eleemosyna vnius alterius fiat peccatum: ca. iniustum, 12. q. 2. & cap. iniustum. de rerum permut.

Orare pro populo & illi prædicare beneficiarius debet.

5 Tertiò vt presbyter, qui istos prouẽtus ecclesiæ habet, teneatur orare ꝓ populo, cui est præfectus & à quibus bona habet, nẽpe Moyses & Aarõ Domino pro populo indesinenter orabant, 1. Reg. cap. 12.

6 Quartò debet etiam populum verbo prædicationis instruere, inter cætera enim quæ ad populi Christiani spectant, pabulũ verbi Dei permaximè dicitur esse necessarium: c. inter cætera, de offi. ord.

Rationem plebis reddere curatus & pauperes alere tenetur.

7 Quintò vt illa beneficia habentes custodiant sibi commissam plebem, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddant, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiãt: cap. ecclesias, in prin. 12. q. 2. Exod. 23. ego mittã Angelum meum, qui custodiat te in via.

8 Sexto vt hospitales sint, & pauperes alant, c. de monachis. vbi gl. de præb. & in summa, 42. dis. ac in c. j. & per tot. quoniã quicquid habẽt clerici, pauperũ est, & domus illorũ omnibus debent esse cõmunes: susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent. cap. fin. 16. quæst. 1. hodie quidam Episcopi canes, & meretrices, aues, & adulatores alũt, ac suis consanguineis reditus emunt, & pauperes spoliant, [& sic fures & sacrilegi sunt, quia vsum rei inuito domino contrectant, vt plenè alibi de his scribam.]

Ecclesia ꝓ beneficio accipitur.

9 Item ecclesia sæpiùs pro beneficio sumitur in cap. 2. de concess. præben. c. cum non ignores, quòd vna ecclesia vnius debeat esse sacerdotis, cum multis iuribus ibid. scriptis de præb. licet ecclesia variè accipiatur, vt per gl. in ca. cum clerici. de verb. sign.

10 Item non dicitur beneficium ecclesiasticum ante episcopi approbationem: c. nemo. & c. nullus. de consec. dist. 1. Fel. in c. ex parte. 2. col. 1. de rescrip. sed dicitur quædam pia donatio, vel relictum

pium si forté pro missis celebrandis, vel pro anniuersario, vel si alias piè in perpetuũ relictum fuerit, & de his decidimus, sicut de alijs pijs, de quibus multa scribit Roma. in auth. similiter, C. ad leg. Falcid. & an sint beneficia iure diuino, scripsi in verb. Parochias, in tit. de constitu. in concord. videant ergo beneficiarij, & curent fundationi beneficiorum inseruire, alioqui sibi acquirunt inferni habitationem perpetuam.

Quotuplex sit beneficium.

1  Votuplex dicemus beneficium? Respõd. quòd attinet ad hanc materiam, duplex, videlicet seculare, & regulare: capit. cùm singula, de præbendis libro 6.

Seculare beneficium quid.

2 Seculare est, quod secularibus personis est addictum, & debitum: & seculares clerici dicuntur, qui nullam professi sunt regulam, sed in seculo Deo seruiunt: Bal. in cap. licèt, post gl. ibi, de offic. ordin.

Beneficium præsumitur seculare.

3 Et regulariter omne beneficium præsumitur seculare ex primæua institutione, nisi probetur regulare, quia postquàm diuus Petrus fuit secularis, præsumitur quòd ita beneficia fundata sint, sequendo illum primum patronum. Do. de Rota. decisio. 32. Fuit dubitatum, [in no. sub tit. de præb. decis. 2.] Et Philip. Prob. in additio. ad Ioan. Monach. in cap. super eo, nu. 17. de præben. libro 6. post Nicol. Milium in verb. beneficium, q. 23.

4 Ideo secularis non tenetur probare esse seculare, sed is, qui illud regulare dicit: quia habet præsumptionem pro se is, qui est secularis, vt per Doct. in cap. cùm de beneficio, de præben. lib. 6.


5 quod probatur, si per 40. annos possessum fuerit absque dispensatione à regulari, vel si ex fundatione appareat regularibus affectum, nempe quatuor interuenientibus, quæ scripsi in glo. regularia, in §. volumus de colla. in concor.

6 Nisi quoque fuerint capellæ fundatæ in monasterio: quia illæ præsumuntur regulares, nisi per seculares teneri sint solitę: d. c. cùm de beneficio.

7 Et quando quis illas capellanias impetrat, debet in bulla adducere clausulam, non obstan. monasterij statutis, quamuis ea statuta non ligent seculares, quatenus concernunt regulam, sed religiosos tantùm. Tamen quatenus disponunt, quòd capellani sic seruire illis capellanijs debeant, seculares illis ligantur, vnde his derogandum est. Et hoc est tutius, quicquid in contrarium dicatur. [Item parochiales ecclesiæ pręsumuntur seculares, quia regulares sunt cum eis inhabiles. cap. monachi. de statu monacho. Nam monachi plangentis, & non docẽtis habent officium. c. monachus. & c. placuit. 16. q. 1. Vide inferius titul. seq.]

Seculare beneficium quotuplex.

Seculare beneficium multiplex.

1  Ecularia Beneficia multiplicia sunt, quædam enim sunt cum administratione, alia sine administratione, & sic simplicia vocantur: c. præsenti, vbi gl. de offi. ordi. lib. 6.

2 Cum administratione vocantur ministeria: c. cùm in cunctis, § inferiora ministeria, de elec. & c. 2. de conces. præb. quæ vocantur duplicia. per Spe. in tit. de lap. & disp. §. dicendũ, ver. 1. & ver. duplex.

Papatus dicitur beneficium, patriarchatus, archiepiscopatus, & episcopatus.

3 Administrationem habentia hæc sunt. Primò Papatus dicitur beneficium, in c. 1. de maled. ibi in depositionem officij & beneficij nostri, & sic comprehendetur sub c. 1. de reg. iur. lib. 6. vt cum canonica institutione obtineri debeat, alioqui à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abiiciatur, sicut Antichristus, & inuasor, & destructor totius Christianitatis: c. 1. col. 3. distinct. 33

4 Item Patriarchalis dignitas, & Archiepiscopalis, & Episcopalis, in cap. cleros, 21. distinctio. De episcopatu habes textum in cap. veritatis. de dolo. & in c. felicis, §. quòd si quis, de pœnis. libro 6. vbi episcopatus vocatur beneficium pro subiecta materia, licèt non veniat regulariter appellatione beneficij, quia est culmen: cap. penulti. de præbend. & cap. 2. illo tit. lib. 6. vbi glos. & alibi scripsi.

Abbatia secularis.

5 Abbatia secularis etiam in capi. ex transmissa, vbi etiam gl. de qua est videre in ecclesia collegiata sancti Sebastiani Narbonæ, quæ vocatur abbatia sancti Pauli, vbi est dignitas secularis, & in ecclesia Claromonten. in Auernia (vt fertur) licèt ferè sit regularis, vt inferiùs dicetur.

6 Item dignitas, personatus, & officium, beneficia autem sunt secularia, & cum administratione, in capit. cùm accessissent, de constitutionibus. cap. 1. de consuetud. libro 6.

7 Dignitas verò dicitur quædam præeminentia cum iurisdictione, quæ cognoscitur ex præeminentia, iurisdictione, & institutione, quando ad hoc est instituta, vt sit dignitas. Panor. & alij, in cap. de de multa, de præbend. & ex consuetudine, quando consuetudo facit, vt dignitas reputetur. Doctores in d. cap. de multa, & in d. cap. cùm accessissent, de constitut. [& hoc in iure canonico, licet aliquando accipiatur etiã pro ordine, vt in c. denique. vbi glos. 4. dist & pro seculari potestate. ca. administratores 23. qõ. 5. sed ista aliò tendunt.]

8 Personatus est habere præeminentiam in ecclesia sine Iurisdictione, vt Præcentor: capit. 1. de cõsuetud. vbi Doctor. scripsi in §. præfatique graduati, de collation. in concorda.

9 Officium dicitur, quando quis habet rerum ecclesiasticarum administrationem sine iurisdictione: Docto. in rub. de offic. deleg. vt Sacrista, tit. de officio Sacristæ.

Parochialis ecclesia seculare est beneficium & quòd dicatur curã habere.

10 Adhæc ecclesia parochialis dicitur beneficium seculare, & cum administratione, cap. extirpandæ. & cap. de multa. de præbend. cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. quia curatus tenetur ministrare sacramenta ecclesiastica, videlicet baptizare pœnitentes, & confitentes peccata audire, & eos absoluere iniuncta eis pœnitentia, & sacramenta ministrare, aliàque opera eos tangentia, facere tenentur, cap. 1. & per totum de paroch. scripsi in §. statuimus. 2. de collat. in concord.

11 Nota quòd de iure communi nullum beneficium habet curam, nisi habeat populum, vel clerũ: ideo asserenti beneficium non esse curatum, non incumbit probatio, quia de iure ita est: vt docet Aegid. Bellamer. in decis. 676. Si impetrans. probat Staphile.

Staphile. in tracta. de liter.gratiæ, rub. de qualitate & ſtatu benefi. in princ. Ideóque dicit illud curatũ, oportet quod probet: arg. l. ei qui.ff.de probat.

Simplex beneficium quid.

12. Alia beneficia ſunt ſimplicia, & ſine adminiſtratione, vt quæ non habent populum, vel clerum, nec quidem adminiſtrationem: vt canonicatus & præbenda.c.2. de renunc. Canonicus enim ratione præbendæ ſacramenta non adminiſtrat, ſed Deo ſeruit in horis cantandis, & alio officio ſibi iniunćto: ideo ſine adminiſtratione dicitur.

13 Et præbendam dicunt eſſe ius percipiendi prouentus in eccleſia ratione canoniæ: gloſſ. in verb. receperunt, cap.cùm Mar. de conſtitutionibus. facit cap.dilecto. de præb. [& præbenda dupliciter ſumitur, primò pro quocunque beneficio eccleſiaſtico quod neceſſaria ad vitam præbeat, cap.ſuper hoc.de renunc. & pro iure percipiendi prouentus ratione canoniæ. gl. & doct.in cap.cum M.Hoſt. in ſumma de præbend.& digni.Felin.in cap.poſtulaſti.num.4. de reſcrip.] curam animarum non habens: cap.fin. de præb. Bellamera in cap.indecorum. col.4. verſi. quartò habemus. de ætate & qualit. [Spec.in tit.de lapſis.§.nunc dicendum, in prin.]

Capella & capellania differunt.

14 Item capellaniæ, vt in c.1.de cappellis monach. & per totum, & practici Romani faciunt differentiã inter capellam & capellaniam: nam capellã vocant, quando eſt corpus per ſe, & eccleſia per ſe, & tunc literæ Apoſtolicæ diriguntur rectori talis capellæ, vt in tit.de capellis monachorum. Si verò altare ſit in aliqua eccleſia, tunc dicitur capellania, & vocari ſolet perpetua & dirigitur reſcriptum tali N. perpetuo capellano: & ſic capella corpus eſt per ſe, capellania in eccleſia aliqua: quod eſt notandum, ſed non exactè ſeruatur iſta differentia etiam in iure: nam vno pro altero paſsim vtitur:

Simplex verò beneficiũ vocatur.

15 Altaria fundata in eccleſia, ſi cum autoritate epiſcopi conſtructa ſunt, ſimplicia vocantur beneficia: cap.quæſitum.1.q.3.cap.recolentes, de ſtat.monach. glo.in clem.2.de deci.& in Germania ſunt quędam altaria ſeparata ab eccleſia: in Francia ſunt quædam altaria in eccleſia ſola, & de his loquimur: alia ſunt altaria cum capellania, & capellania vocatur. Et altaria non ſunt beneficia, ſi ab epiſcopo non ſunt approbata: cap.nouerint, & c.regenda, 10.q.1.hoc probat Felin.conſi.41.Vicarius.& conſil.45. Quinque.

Altaria an ſint beneficia.

Præſtimonia quæ & quare fuerint inſtituta.

16 Præſtimonia ſeu præſtimonium dicitur etiam beneficium ſeculare ſimplex, de quo in cap.fin. de conceſſ.præb.lib.6. & fuerunt inſtituta pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles, nullum vel paruum habent ſeruitium annexum, ideo multa teneri poſſunt ſine diſpenſatione, teſte Staphile, in tractatu de literis gratiæ: in quinta expectat. forma. ſcripſi de his in tractatu de pacifi. poſſeſ. in 17. ampliat.num.90.& ſeq.poſt Oldrad.conſi.81. & 140.& iſta ſunt beneficia ſecularia, de quibus in iure canonico frequens fit mentio. ſi alia ſunt, his addere poteris: hactenus de ſecularibus.

1 Regularia beneficia ſunt, quæ religioſis addicta ſunt, vel ex fundatione, vel ordinarij, ſeu ſuperioris inſtitutione: ca.j. & ibi Doctores de ca. monac. vel de conſuetudine, ſeu præſcriptione: vtpote quia per regulares regi cõſueuerunt, & adminiſtrari per quadraginta ſaltem annos: cap.cùm de beneficio, de præb.lib.vj. glo. in §.idem ordo.in ver.regularibus, de colla.in prag. & incongruum videtur, vt regulares ſecularibus ſupponantur: cap.ij.de cap.mo. licet hodie quidem ſtolidi præficiantur ſanctis religioſis, & eos fame opprimant, ſed væ illis. Vide quæ ſcripſi in concord. Franciæ, in verb.regularibus, in for.lit.execut.in fin.

2 Etiam hæc ſunt in duplici differentia ſecundum quoſdam: quædam enim ſunt duplicia, vt abbatia regularis, fortè quia ea obtinentes duplici onere funguntur, vel fungi debent, tam circa perſonas, quàm res monaſterij: cap.quanto, in fin.de offic.ordinar. cap.cùm ad monaſterium, de ſtatu monacho.& ca. in ſingulis, & per totum ibidem.

Duplicia beneficia regularia quæ.

3 Officium: cap.cùm ſingula, de præbend. lib. vj. cap.cùm ad monaſterium, verſi.tales autem, & cap. ſeq.de ſtatu monacho. & multa ſunt officia in religione, quæ ſi bene regantur, bene eſt religioſis.

4 Prioratus conuentualis: clem.ne in agro §.cæterùm, de ſtatu monac.c.niſi eſſent, de præbend.ſcripſi in §.monaſteriis, in verb.prioratibus, in concorda. in rubr. de nomina. reg. ad prælat. vbi dixi priores conuentuales eos, qui in conuentu religioſorum pręfecti ſunt: vt not.Doctores in cap.capitulum, de reſcrip.& cap.cùm eccleſia, de cauſſa poſſeſſ.

5 Prioratus clauſtralis: cap.cùm ad monaſterium, de ſtatu monachor. & dicitur prior clauſtralis, qui religioſis in clauſtro & monaſterio præfectus eſt, qui præ cæteris poſt abbatem potens eſſe debet in opere & ſermone: vt exemplo vitæ, verbóque doctrinæ, fratres ſuos & inſtruere poſsit in bono, & à malo etiam reuocare, zelum religionis habens ſecundum conſcientiam, vt delinquentes corripiat, & caſtiget, obedientes foueat, & cõfortet.§.prior, dicto c.cùm ad monaſterium. Et iſta duplicia vocantur.

Prioratus clauſtralis qui, & eius officium.

6 Simplicia ſunt prioratus ſimplex, & monachatus, ac canonicatus regularis: hi enim ſuo & ſimplici onere funguntur: cap.quod Dei timorem, & cap.fin. de ſtatu monach.clemen. ne in agro, §.cæterùm, & per totum de ſtatu mona.glo.in clemen.diſpendioſam, in verb.in beneficiis, de iudic.c.fi. de reli.dom.

Regularia beneficia ſimplicia quæ.

7 Vbi monachus non poteſt locum monachalem in diuerſis locis & monaſteriis habere, ſed vno contentus eſſe debet: cap.cùm ſingula, de prębend.li.vj. & dicam inferiùs, in materia diſpenſa. ſuper plural. in ſecuuda parte.

De clericis, & à quibus & quomodo creentur.

1 Sciendum eſt quòd iſta beneficia debentur clericis ſecularibus, ſi ſecularia ſint: clem.j.de elect.cap. Deus, de vita & honeſt.cleric. vbi Doct.not.

2 Si verò ſunt regularia, regularibus & religioſis debentur: cap.cùm ſingula, de præbend. in vj.ſcripſi in §.volumus, de collatio.in concord.

3 Aliquando verò ſacerdotibus, vt ſacerdotalis præbenda, in cap.cui de non ſacerdotali, de præben. lib.vj.

4 Itaque hæc beneficia eccleſiaſtica non debentur

laicis, sed ipsi sunt illorum incapaces, nisi clerici fiant:ca.cùm adeò, de rescript.ca.ex literis, de transactio. videndum esset de his clericis, & à quibus, & quomodo creari possint.

Clericus vt fieri possit, tria in eo requisita.

5 Et vt clericus creari quis possit, tria requiruntur, ætas, habilitas, & forma, seu ętas, morũ grauitas, & literarum scientia:c. cùm in cunctis, de electio.

6 Primò clerici fieri non possunt ante septem annos:cap.fi.de tempor.ordi.libro vj. & tunc primam tonsuram sumere possunt, seu coronam:c.fi.de cleric.coniugat.& iste annus septimus debet esse completus, teste Præposi. in cap.de his, in princ. xxviij. dist.dispensatur tamen à Papa, vt in sexto anno possit insigniri clericali charactere: & completo illo sexto anno, vt beneficia simplicia obtinere possit.

Post septem annos clericus fit.

7 Ad beneficia autem quæcunque dispensare Papa potest in septimo cõpleto, vt inferiùs dicã in trac.dispen.super defectu ætatis, videat tamẽ caussam:alioqui iudicium sibi præparat Papa, si cũ isto minore dispẽset sine ratione, sola affectione motus.

8 Habilitas personæ consideratur respectu dantis, & eius cui datur:dantis, an is, qui concedit, dare hoc possit:l.naturali.§.j.ff.de confir.tuto.

Primã tonsuram quis concedere possit.

9 Videndum est, qui primam tonsuram concedere possint. Respond. Papa, qui etiam solo verbo potest presbyterum facere: teste Angelo in l. 1. C. de sentẽ.passis, quem refert & sequitur Felin. in dicto cap.1.numero 23.columna sexta, de constitutio. Ipse enim introduxit formam, quam tollere potest: ff. de sponsal.l.si puellæ.

10 Solet tamen ipse solennia quædam in illis seruare, sine quibus actus vix reciperetur.

11 Etiam episcopus clericos in sua diœcesi creare potest:dicto cap.1.& per totum de tempo. ordin.li. 6. & archiepiscopus in suo archiepiscopatu, non autem clericos suffraganeorum: dicto capit.1. de tempor.ordinan.in sexto.

Episcopus primã tonsuram, & in episcopatu, & extra, suis subditis cõferre potest.

12 Itaque episcopus primam conferre potest tonsuram, siue in episcopatu, siue extrà: cùm collatio tonsuræ sit voluntariæ iurisdictionis: ergo suos subditos vbique non alienæ diœcesis viros ordinare potest, teste Alber. in l.emancipari, ff. de adopti. Barba.in cap.nouit, de officio legati.

13 Etiam non petito consensu episcopi territorij, secus in iurisdictione contentiosa:vt not.in clemẽ. vna, per illum tex.de foro compe.

Abbas & prior quibus, & quã do tonsurã conferant.

14 Interdum ab abbate prima confertur tonsura, si ipse benedictus sit, & presbyter:sed monachis tãtum & conuersis monasteriorum suorum, & qui ad illa cõuolauerint, & in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem obtinent iurisdictionem: alios autem ordinare non possunt, nisi id eis competat ex pleno sedis Apostolicæ priuilegio:cap.abbates, in fin. de priuileg. libro sexto. Glossa in cap. de tempor. ordinan. eodem lib. cap. cùm contingat, de ætate & qualita.vbi Doctores:cap.quoniam, 69. distinctio. cap.cùm inter, de re iudic.

15 Et alij, quàm religiosi, promoti ab abbatibus debent ostendere abbatis priuilegiũ, super quo fundant intentionem suam:l.actor, C.de probationib. aliàs non proderit eis tonsura ab abbatibus concessa: Parisius in consilio centesimo vigesimoquinto, An collatio, in quarto volumine.

16 Interdum à prioribus etiam hæc prima tonsura confertur:doct.in d.c.abbates. Id tamen ex priuilegio, & sicut abbates, de quibus suprà dictum extitit:& hæc tonsura vocatur aliquando corona: c. fi. de cler.coniugat.cle.2. vbi gl. de vit. & ho. cler. & vulgus Occitanorum ita vocat, & interdum vocatur clerica:cap.Psalmista.23. dist.vbi Præposit. hoc scribit:quia per eã fit clericus is, qui ea honestatur.

17 Item consideratur habilitas respectu recipientis, sed quæ in recipientibus habilitas requiritur: Respon.si ab abbatibus & prioribus conferatur, requiritur quòd suis monachis, non alienis conferatur: ca.abbates, de priuileg.& in suo monasterio:c. quoniam, 69.dist.& post professionem, aliàs suscepta tonsura, is posset posteà exire, & fraus fieri, quæ præcauenda est:cap.1. de ser.non ord. Doct.in cap. religioso, de sen.excom.lib.6.

18 Valeret tamen, si intra annum professionis esset collata, licet is dimitteret illam religionem, quia non annulatur id, quod iure factum fuit: per reg.iuris factum legitimè, de regul.iur.libro 6.

Tonsura cõferri potest originarijs, & habentibus beneficium perpetuum, & domiciliũ.

19 Si verò episcopus conferat tonsuram, requiritur quòd hi quibus confert, orti sint in suo episcopatu, vel ibi habeant domicilium, vel beneficium, nisi habeant literas dimissorias:cap. cùm nullus, de tempor.ord. in 6.

20 Beneficium dico perpetuum, ideo non possent promoueri collegiati, seu bursarij vbi obtinent ad tempus collegij locum: quia hoc non est perpetuũ. idem si haberet fructus præbendæ ad docendum pueros, cap.quia nonnulli, de magist. vbi Host.

21 Ideo habentes beneficium in commendam per sex menses, non possunt ratione illius beneficij promoueri ab episcopo illius beneficij, quia nõ datum est eis perpetuò:c.nemo, de elec.libro 6.nisi in religiosis habentibus beneficia manualia:cle.vnica, de sup.neg.præl.quia pro perpetuis quo ad hoc habentur:l.sufficit, ff.de condi. indeb.glos. in c.si gratiosè, de rescrip.in 6.

22 Potest etiam episcopus tonsuram conferre monachis degentibus in monasteriis sui episcopatus, nisi sint exempti:quia tunc licentia Papæ requiritur:d.c.cũ nullus, §.fi.vbi Perus.sed alij firmãt cõtrarium, quòd etiã exempti ordines ab episcopo recipere possint: quod est valde fauorabile, & tenendum.

Habẽtibus officiũ perpetuum tõsura confertur, non autẽ famulis.

23 Bene tamen poterit tonsurã concedere episcopus consiliariis, & aliis habentibus officium perpetuum in diœcesi: vel quasi perpetuũ, quia ibi cẽsentur habere domiciliũ:Bar.& alij in l. 1. ff. ad munic.

24 Non posset tamen episcopus conferre tonsurã, vel ordines alicui famulo suo alienæ diœcesis, ratione familiaritatis:& quia nõ censetur ibi habere domicilium famulus, vbi seruit, secundum Domin.& Philip.in d.c.cũ nullus:nisi haberet aliquod beneficium, vel domiciliũ ibidem:requiritur etiam quod hic sit bonis moribus præditus:d.c. cùm in cunctis, de elect.& l.scire.in fi.ff.de tutor.& cura.dat.ab his.

Illiteratus non potest promoueri.

25 Item illiteratus ordinari non potest: c.præcipimus, 34.dis.& c.illiteratos, 36.dist.in c.fi.de tẽp. ord. li.6.& in aut.de san.epi.co.9.quia literis carẽs sacris nõ potest esse aptus officiis:d.c.illiteratos. & eps qui nesciebat

nesciebat Donatũ, fuit priuatus: c. fi. de ęta. & quali.
26 Ego scio quosdam eo solo posse deponi, qui tantùm sciunt legere, & scribere Gallicum sermonem, sed non Latinum: tamen per eorum astutiam nescio quo fato in animarum illorum fortè perniciem acquisiérũt episcopatus, abbatias, & alia multa beneficia, & coqui, latomi, & armigeri, tibicines, & fortè infideles in hoc regno nostra memoria non dicam vnam, verum plures sibi vsurpant abbatias: sed quis est mortalium, qui hanc nõ videat insignem perniciem, & Ecclesias breui destrui, ac labefactari ab his, si diu sic regantur? Dicam cum Psalte egregio, *Benefac Domine bonis & rectis corde.*
27 Quod est verum, si omnino essent illiterati, promouendi non sunt, sed si scirent legere, possent habere primam tonsuram: Dominic. & Philip. in d. cap. præcipimus, iuncta glo. 34. dist. quia tonsura est gradus primæuus, quæ solet iuuenibus conferri, de quibus spes est, vt studeant, & doctiores fiant: cap. fin. de temp. ordinand. libro 6.

Episcopus non dispensat super scientia.

28 Nec poterit dispensare episcopus, vt illiteratus omnino tonsuram suscipiat, teste Innoc. in ca. cùm dilectus, de temp. ordinand. in d. cap. fin. Bernard. de Luco in pract. cri. in ver. illiterati.
29 Quod intelligerem verum in viris iam ætate ingrauescentibus, sed in iuuene septem annorum potest episcopus cum modica scientia isti iuueni primam conferre tonsuram, habita ætatis ratione, quæ ostendit illum magnam callere non posse sciẽtiam in illa ætate, & sub spe futuri studij illum promouere: sicut quandoque doctores conferunt gradum baccalaureatus primæuum iuuenibus acrimonia ingenij præditis, licet parum studuerint in iure: quia spem habent, vt ad maiora prouehi debeant, postquàm bono præditi sunt ingenio.
30 Forma conferendi primam tonsuram ponitur in pontificali, in principio, eam non pono, nã postquàm aliquis est clericali insignitus charactere, præsumitur quòd forma fuerit seruata & alia necessaria: vt docet in simili Panor. in cap. nisi de præben. & forma intrinseca præsumitur: l. sciendum, ff. de ver. oblig. cap. si fortè, de elect. libro 6.

Clericus in ordinatione promittere debet, quòd fidem catholicam tenebit.

31 Et in concilio Toleta. xj. fuit statutum, vt antequàm clericus crearetur, caueret scriptura propria, vt fidem catholicam syncera cordis deuotione teneret, iustè ac pie viueret, in ca. quanquàm, 23. dist. quod tamen hodie non seruatur.
32 Aduertendum est, quòd interdum confertur tonsura, & alij ordines à suo episcopo, & quandoque ab alieno, si concedatur à suo episcopo, qui dicitur ratione originis, domicilij, vel beneficij: cap. cùm nullus, de temp. ordin. in 6. opus est, vt ipse cõcedat literas probatorias, & authẽticas: verùm quia in eis sæpiùs erratum vidi, ob id sic concipi solent.

Forma literarum tonsuræ, & in his requisita.

1 IOANNES miseratione diuina, ac sanctæ sedis Apostolicæ gratia, N. Episcopus, notum facimus vniuersis, quòd nos anno & die infrà scriptis, & in Ecclesia parrochiali de Lesato nostræ diœcesis officium visitationis exercendo, dilecto nobis in Christo Petro Robin, filio Petri Robin, & Ioannę coniugum dicti loci de Lesato nostræ diœcesis oriundo, in & de legitimo matrimonio procreato (prout fide dignorum testimonio nobis facta fides extitit) ætatéque, literatura, & aliâs idoneo comperto tonsuram contulimus clericalem, militiæ clericali adscribendo eundem. Actum vbi suprà sub sigillo nostro magno rotundo, die 20. Aug. anno incarnationis Domini millesimo quadragesimo primo, testibus Ioãne Rotelino, & Gaspare Rito ad hoc vocatis, de mandato Do. P. Rochet Secret.

Dispensatio episcopi cũ bastardis ad tonsurã & ad beneficium simplex.

2 SI autem Episcopus tonsuram conferat bastardo, solet addi dispensatio sic, & cum eodem super defectum natalium, quem patitur de presbytero genitus & soluta: vt etiam ad minores ordines promoueri, & beneficium ecclesiasticum, cui cura non immineat animarum si sibi canonicè conferatur, recipere, & retinere, liberè & licitè possit, & valeat huiusmodi defectu, non obstante eisdem auctoritate & tenore dispensauimus, & dispensamus. In cuius &c. Et ista dispensatio elicitur ex c. 1. de fil. presb. libr. 6. de qua scribam, in tracta. dispensa. super defectu natal. inferiùs in secunda parte.

Requisitæ in literis tonsuræ.

3 Notanda sunt in his literis tonsuræ requisita. Primò requiritur nomen episcopi [quod probatur in c. in nomine. 73. dis. c. ego N. de iureiuran.] Ioannes, &c. nec solet cognomen addi, quia ex nomine satis est certus: ideo non debet ampliùs demonstrari, vt habetur in l. 1. ff. de dote prælega. & notoria demonstratione non indigent: l. emptorẽ, ff. de actio. emp. & si sola nominis commemoratio quicquam ambiguitatis non pariat, non fit alia expressio, per text. in l. hac consultissima, C. qui testament. fac. possunt: vbi gl. nisi nomen & cognomen esset de forma, vt docet Alex. cõs. 27. viso, in 6. vol. & Alber. in tract. statu. in ver. instrumẽtum primo.

Episcopatũ debet recognoscere quis à Deo & à sede Apostolica habere.

4 Etiam in his literis solet describi miseratione diuina, & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, vt etiam à sancta sede recognoscat se episcopatum habere, cap. ego N. de iureiurando, alioqui priuari posset episcopatu, si nollet recognoscere sedem Apostolicam: vt scripsi in artic. 2. tract. vt benefic. ante vacatio. in consti. Reg. vbi scripsi illos Principes, qui neminem nisi solum Deum in temporalibus recognoscunt, hac phrasi vti solere, gratia Dei seu diuina gratia, seu clementia: alios verò non maximè episcopos nisi sapiant hæresim, volentes Papam sua dignitate priuare: & tunc Papa debet eos episcopatu statim priuare, quia sic indignos se reddiderunt: & ego vidi quendam episcopum, qui nolebat hãc adiicere clausulam, [sanctæ sedis Apostolicæ gratia,] ideo præsumendum erat contra eum, & exitus acta probauit, &c.

5 Secundò, exprimi debet nomen episcopatus, videlicet Paris. episcopus vel alius, & hoc solet certum episcopum facere, vt cognoscamus, an quis à suo episcopo sit tonsuratus: vt docet per c.1.& per totum de tempor. ordinan. libr.6.

6 Tertiò debet exprimi in his literis, annus & dies datæ tonsuræ: alioquí instrumentum sine anno & die non valet: l. generali, C. de tab. lib.10.

Locus concessæ tonsuræ exprimēdus.

7 Quartò, locus in quo est concessa tonsura exprimi debet: gloss. vlti. in extrauagan. execrabilis. Ioan.22. & Specul. in titul. de instr. edit. §N. imò quidam locum loci ponunt, sic, Datum Paris. in templo nostræ Dominæ, vel in aula episcopali: & prodest ad euitandam falsitatem, sed non est necessarium. vt testatur Ioan. de grassis, in tract. de substantia procura. in verbo actum in ciuitate: & ego in his maximè vidi conscribi locum loci, [vt in ciuitate Paris. & in Ecclesia tali, &c.]

Nomen & cognomen recipientis tonsuram eiusque patris est exprimēdum.

8 Quintò, exprimi debet nomen & cognomen eius, cui data est tonsura, ad euitandum dubia & æquiuocationes de alio: l. ad recognoscendos, C. de inge. & manu. l. hac consultissima, C. qui test. fac. poss.

9 Sextò, nomen & cognomen patris ordinandi, & nomen matris, ex quibus progenitus est is, qui tonsuram suscepit, vt sciatur an sit filius legitimus, & ex quo ortus sit, & si pater mortuus sit, dicetur filius quondam talis: l. eius, ff. si certum petat. vbi gloss. & Doct.

10 Septimò, debet exprimi locus, in quo illi, qui suscipiunt tonsuram, degunt, vt dignoscatur, an episcopus potestatem habuerit dandi tonsuram illis: & solet dici loci talis de Balianicis nostræ diœcesis vel à Lesato: quia nullus potest ordinare clericum alterius diœces. cap.1. per totum, de tempor. ordina. lib.6.

Natus an sit tonsuratus ex legitimo matrimonio, literæ testari debent.

11 Octauò, debet fieri mentio, quòd is, qui tonsuram suscepit, natus est de legitimo matrimonio, & sic episcopus, vel ab eo delegatus, antequàm conferat tonsuram, debet duos saltem audire testes de hoc, & posteà in literis attestari: alioqui non valebit tonsura collata bastardo, licèt episcopus possit secum dispensare, etiam ad minores: 12 † sed non censetur dispensatum, si hoc non fuerit expressum, vel si episcopus nesciat defectum: c. vno, vbi Glos. & Doct. de ætate & quali. lib.6. cap.1. de filiis presbyt. Ibidem ideo superiùs scripsi dispensationem, quando episcopus confert tonsuram illegitimo.

Literæ tonsuræ ætatē & sciētiam attestātur, quibus creditur.

13 Nonò, debet fieri mentio ætatis legitimæ, videlicet quod tonsuratus inuentus est in ætate legitima, ergo super hoc debet sciscitari episcopus à testibus, & parentibus, quibus etiam cum aliis in hoc creditur: l. de ætate, ff. de minor. vbi Bar.

14 Quia infanti non debet conferre tonsuram, nisi religionem intraret: c. fin. de tempo. ordi. lib.6.

15 Et licèt fiat mentio testium, tamen creditur his literis, tam super ætate, quàm super matrimonio, per c. post cessionem, de probat. nisi quis vellet probare contrarium.

16 Decimò, de literatura promouendi etiam solet fieri mentio in his literis, quòd est inuentus idoneus in literatura, per cap. cùm in cunctis, de electionibus. Nam illiterato conferri etiam tonsura non debet, d. cap. fin. ibi illiterato: nec dicitur illiteratus, si legere sciat, vt superiùs scripsi: & in hoc etiam creditur his literis, nisi quis eas falsas probare vellet, super quibus est priùs cogitandum.

17 Vndecimò, debet testari se dedisse ei tonsuram clericalem, eum adscribēdo militiæ clericali, quod potest: vt plene scripsi, in fine concord. Franciæ cōtra Pet. de Ferrariis contrarium dicentem: quia ea quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: vt docet Diuus Paul. ad Gal.5.

Testes in tonsura necessarij.

18 Duodecimò, debent in fine literarum duo saltem testes inscribi: vt in ore duorum vel trium stet omne verbum, cap. licet vniuersis, de testibus, cap. relatum, de testament. licet literis quo ad hoc episcopi sigillo signatis crederetur. cap. post cessionem, de probat. sed stylus est seruandus.

Data, sigillum & secretarij signum in tōsura esse debent.

19 Decimotertiò, datam literarum apponi necesse est, & quo die hæc gesta sunt, vt plenè scribit Ioannes Andreas in fin. lib.6. & ego in forma mandat. in fine in concordatis, & istæ literæ sic confectę faciunt fidem: ideo si ista non sint in literis tonsuræ, impugnari solent.

20 Decimoquartò, attestatur episcopus literas sub sigillo suo esse confectas: nam sigillum episcopi in literis apponi debet, & posteà probant literæ, interuenientibus aliis necessariis: d. c. post cessionē: vbi Doct. de probationibus: & dicere debet an sit sigillum rotundum, vel longum, magnum vel paruum: vt Doctor. notant in c. significauit, de appel. & in cap. inter dilectos, de fid. instrum.

21 Decimoquintò, episcopi secretarius subscribit se in fine illis literis, de mandato episcopi, id se fecisse attestans, vt in l. hac consultissima. C. de testa. ibi, finem autem testamenti subscriptiones. Multa super hoc scripsi in tracta. nomina. q.10. hoc procedit, nisi episcopus se subscribat: quia tunc alia non requiritur subscriptio, cùm maior sit episcopi auctoritas, quàm secretarij eius. [Regula est quod tonsura est probanda literis ad hoc factis. Nec probatur per literas aliorum ordinum. Limitatur ex diuturnitate temporis. Panor. in cap. fraternitatis, de cleri. non resid. Feli. in cap. super his. col.9. de accus. & cons.2. excellens docto. nu.29. & 32. quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solenniter facta. l. si filiusfa. C. de petit. heredit. Secundò propter integritatem ordinantis, quia non est verisimile quòd episcopus contulisset ordines sacros, nisi primùm vidisset tonsuram. Panor. not. primò in c. nisi. per illum text. de præb. Et sic præsumendum est pro quolibet episcopo, siue forte pro alieno, & cæteris qui non curant de ouibus, quia mercenarij & potatiles, vt plurimum sunt. Tertiò si incidenter probandæ essent literæ tonsuræ, vtpote si velim probare tonsuram resignantis mortui fortè, vel illius in cuius locum subrogari cupio, tunc sufficiet aliquis probare literas aliorum ordinum. arg. l. quotiens. & ibi not. C. de iud. Panor. in cap. illud. de præsum. & sufficit producere signaturam resignantis mortui, vel alterius quando incidenter eam produco, & sic in forum iudicij seruari vidi.

Tonsura literis probanda.

22 Et sic patet tonsurā literis probari debere, cum

de ea

de ea fiant:vt hic per text.in l. ſi qua per calumniã. C.de epiſcopis & cleric.vbi Iacob.Butrig.& Pet.de Vergnia,in additio.ad eum: & Guido Papæ quæſt. 582.reperitur.& text. in cap.legum.2.q.1.Ibi, ordinatus à ſuis ordinatoribus literas accipere iubetur. Chaſſa.in conſuetu. Burgund.in tit. *des iustices*.§.6. gloſſ.*ſont creuës*.nu.12.

Teſtibus vnō vel pluribus quādo tonſura probetur.

23 Quod non procedit, ſi dicatur ſcripturam eſſe amiſſam,quia tunc per teſtes probari poterit,per l. teſtium.in fin.ff.de teſtib.Iaſ.in repetitione l. admonendi,colum. 67. num.186. ff. de iureiurand.& in l. hac conſultiſſima, Cod.de teſtament. Guido Papæ in deciſ.474.de materia,facit l.ſi ſolennibus, C. de fid.inſtr.

24 Imò etiam probari poſſet tonſura per vnum teſtem:Bald.& Felinus,in cap.licet vniuerſis, in fi. de teſtib.quod limitaui quando ex hoc fieret magnum alteri præiudiciũ,vtpote, ſi litigarem ſuper beneficio:nam eo caſu ſaltem per duos teſtes probatio fiet, per dictam l.teſtiũ. ſecus quo ad hoc vt iudex eccleſiaſticus cognoſcat.[Nam eo caſu etiã poſſeſſio & habitus clericalis ſufficit:teſte Bald.in cap.dudum.1.colum.vlt.de elect.] cap.ſi iudex. de ſent.excom. lib.6. Petr.Gerard.ſingul.49.nota regulã, quia hoc caſu res eſt parui momenti: vel niſi probaretur, quòd obſtante impedimẽto ſcriptura fieri non potuit. teſte Nicol.Mili.in verbo probatio capellanatus.

25 Et tunc poſſet hæc probari per teſtes, cap.2.& 3.de cleric. peregrinan. nec ſufficeret probare ſe eſſe in poſſeſſione clericatus per teſtes quo ad beneficia obtinenda,niſi probaret ſe clericum:vt docent Ioan.Andr.Archidi.& alij in cap.ſi iudex. de ſent.excommunic.Gemin.cõſ.91.præmitto ,col.1. Probus in cap.2. de tempor.ordi.lib.6.& Boër. in deciſ.Burdegal.quęſt.171.ſi ſuper,col.pen.vbi dicit repellendũ quem in beneficialibus, niſi probet ſe clericum,ſicut canonicus, vel beneficiatus probat ſe canonicè inſtitutũ.Archi.in c.ordinarij.in verb. exhibere.de offi.ordi.lib.6.[Et ſic cenſuit Senatus contra:de quo ſcribit Ioan.Gallus in q.per arreſta. q.51.anno quo ſuprà.]

26 Et ſic in beneficialibus dicerem nõ poſſe probari tonſuram,niſi per ſcripturam,ſi non probetur eius amiſſio:vel quòd non ſit facta ſcriptura ratione impedimenti,ſed in aliis caſibus,vbi nõ eſt magnum præiudicium,vt in peregrinante,de quo dubitatur,an ſit clericus,vel ſacerdos, tunc & per inſtrumenta,& per teſtes probatio fiet,cap.2.& 3. de cleric.pereg.alioqui infinitæ fierent in his beneficiis fraudes, & multæ falſitates committerentur, quibus eſt obuiandum:& hoc dicerem eſſe tam de iure canonico , quàm ciuili,licet hoc dicant de iure canonico probari poſſe per teſtes,ſed non de iure ciuili.[Etiam dicerem tonſuram non poſſe probari teſtibus,ſi fuerit ſemel probata falſa,& nõ eſſe in regiſtro collationũ,alioqui daretur materia falſum fabricandi,& delinquendi, quod iura abhorrent.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pactis.& per indirectum falſa tonſura vera probaretur, quia teſtes poſtea de ea deponerent:& ita conſului.]

Ordines literis probantur.

27 Imò non ſolùm oportet probare tonſurã literis,ſed etiam quoſlibet alios ordines. Antonius in cap.1.de clericis peregrinan. quem refert Felin.in cap.ſuper his,col.9.num.18.in vlti.concluſione, de accuſ.quia vna res non debet diuerſo iure cenſeri: l.eum,ff.de vſucapionibus.

Literas ſacerdotij an ſufficiat oſtendere.

28 Nec ſufficeret oſtendere literas ſacerdotij,niſi alias etiam literas ordinũ oſtenderet, quia per ſaltum poſſet eſſe promotus.can.1.de cleric.per ſaltũ promoto: alioqui fruſtra fieret ſcriptura de quolibet ordine,ſi per ipſam non eſſet probandum , niſi eſſet integritas ordinãtis,Panor.in ca,niſi,de præb. & diuturnitas temporis eo caſu literas presbyteratus oſtendere ſufficeret.Panor.in cap.fraternitatis,de cleric.non reſiden. Felin.in d.cap.ſuper his, & conſ.2.excellens doctor,&c.nu.29.& 32. [Nẽpe eo caſu præſumptio eſt magna pro ordinãte, quòd tonſuræ literas viderit,non tamen plene probat in beneficiis:vt in d.cap.fraternitatis, Docto.tradũt, maxime quando literæ tonſuræ fuerunt probatæ falſæ,quia tunc præſumitur epiſcopum fuiſſe motum his falſis literis, & ſic nõ eſſet aliqua præſumptio pro literis maiorum ordinum:alioqui per indirectum falſum probaretur. Putarem tamen ſufficere,quando incidenter probanda tonſura eſſet, vtpote ſi vellem reſignantem probare fuiſſe clericum,producerem literas ſuperiorum, vel aliquas ordinum,non exigetur alia probatio:vel ſi vellem probare ius illius, in cuius locum ſubrogatus ſum: vt probatur in l.quotiens.Cod.de iud.per ea quæ Panor.ſcribit in cap.illud. de præſumpt.maxime ratione diuturnitatis temporis.l.ſi filiusfam. C.de petit.hæred.]

Clericus nõ deferens tõſuram peccat.

32 Etiam requiritur, quòd clericus deferat tonſuram ad modum ſphæræ in capite,alias peccat:quia venit contra præceptum , cap.prohibete.23.diſtin. vbi præpoſ.Mediola, hoc aſſerit: debet etiã veſtes deferre decentes: cap.clerici , ibid.& in clem.vlti. de vita & honeſta. cleric. Boër. in deciſ.Burdegalen.quæſt.69.ſuper quæſtione.

De literis dimiſſoriis.

1  Nterdum tonſura à non ſuo confertur epiſcopo iure, vtpote quando ordinandus habet à ſuo epiſcopo literas dimiſſorias, per quas epiſcopus ſubdito concedit,eũmque dimittit epiſcopo alieno ordinandum.

2 Et aliquando iſtæ literæ ſunt ſpeciales,vt poſſit à tali epiſcopo ordinari, & tunc ab alio ordinatus non iuuabitur ordinibus ſibi collatis:quia non habet ad hoc conceſſionem : nam poſtquàm eſt conceſſum de vno, de alio eſt prohibitum. l.cùm prætor.ff.de iudic.c.nonne.de præſumpt.

Epiſcopus excommunicatus vel hæreticus ordines conferre nõ poteſt.

3 Aliquando literæ ſunt generales,vt quis poſſit ordinari à quocunque antiſtite, gratiam & cõmunionem ſedis Apoſtolicæ habente,vt in cap.penul. de præſcrip.vnde ſi epiſcopus fuerit excommunicatus,ſuſpenſus,interdictus, vel hæreticus, ſchiſmaticus, non poterit tonſuram, vel alios ordines conferre,nec proderunt ordinato: cap.quod ſedẽ. de offic.ordin.vbi gloſſ.alia iura adducit,etiã quia ad illum

ad illum non eſt dimiſſus hic ordinatus: ergo ſine literis dimiſſoriis eſſe cenſetur.

4 Vel etiam ſunt generales ad quoſcũque ordines, vt omnes ordines, à tali epiſcopo, vel à quocunque antiſtite ſumere poſſit: nam & quandoque aliquis ſumit tonſuram, vel alios ordines ab alieno epiſcopo, in diœceſi tamen ordinati, interdũ extra diœceſim, de quo inferiùs dicetur: & ego ſcripſi in tract. nomi. q. 14. nu. 42.

Cautela vt tonſura ab alieno epiſcopo collata proſit.

5 Vnde ſi quis à non ſuo epiſcopo tonſurã ſumpſerit ſine dimiſſoriis, cautela eſt, vt impetret literas perinde valere à Papa, vt illa tonſura perinde valeat, ac ſi data & conceſſa à ſuo fuiſſet epiſcopo: & hoc antequàm alios ſumat ordines, & antequã eidem conferatur beneficium: & hoc à Papa non à pœnitentiariis, qui ſuper hoc diſpenſare non poſſunt: cap. 1. in fi. de temp. ordinand. in 6. quia ſi initium debile ſit, ſuperædificari valide non poteſt. c. principatus. 1. q. 1. l. egi. ff. de except. rei iud.

Dimiſſorias quis concedere poſsit.

6 Nunc videndum eſt, quia de dimiſſoriis agitur, à quo hæ literæ dimiſſoriæ cõcedi valeant? reſpõ. ab epiſcopo originis, dummodò ſit electus & confirmatus, licet non conſecratus: c. cùm nullus. de temp. ord. in 6. vbi dicit etiam concedi ab epiſcopo domicilij, & beneficij, & à vicario generali epiſcopi, ac à capitulo ſede vacante. Ibidem Peruſ. in c. fi. in fi. eo. tit. Inferiores ergo has literas concedere non poſſunt: d. ca. cum nullus. niſi hoc facerent ex legitima conſuetudine: glo. & Doct. ibi, & Aufred. in deciſ. 450.

Archiepiſcopus dimiſſorias vel ordines quibus concedere poſſit.

7 Imò ſuperior, ſcilicet Archiepiſcopus iure Metropolitano ſubditis ſuffraganeorum tonſurã, vel ordines ſeu dimiſſorias concedere nõ poteſt: Peru. & alij in d. c. nullus.

8 Papa tamen iure ſuo has concedere Chriſtianis omnibus poteſt. c. 1. de temp. ord. lib. 6. ibi niſi à nobis ſpecialem licentiam habeant, quia eſt generalis epiſcopus totius mundi: c. fraternitatem. 71. diſt. & c. cuncta, per mundum. 9. q. 3. in eo tamen quod contulit beneficium alicui, vel epiſcopatum; non reſeruat ſibi ordines, ſaltem de cõſuetudine Franciæ, quicquid dicant doct. in d. c. cùm nullus.

Formula dimiſſoriarum literarum.

1 Videamus quæ debeant hæ literæ dimiſſoriæ cõtinere, reſpon. Primò nomen concedentis, vt dixi in tonſura. & cognomen illius, cui cõceduntur, & permiſſio, quæ ſic ſolet conſcribi.

IOANNES, &c. Petr. &c. vt à quocunque D. Antiſtite ritè & canonicè promoto gratiam & cõmunionem ſanctæ ſedis Apoſtol. obtin. quẽ propter hoc adire malueris primam tonſuram accipere, & ad accolytatũ cęteroſq; minores etiam ſubdiaconat. diaconat. & presbyterat. ſacros ordin. ſtatutis á iure temporibus valeas promoueri, eidẽ Domino Antiſtiti cõferendi, tibíque ab eodem recipiendi extra tamen ciuitatem & diœceſim noſtras tenore præſentiũ cõcedimus, & impartimur facultatẽ. Datũ, &c.



2 PRimò concedit epiſcopus, vt ab Antiſtite ritè promoto, ergo ſi non fuerit promotus ſecundum iura canonica, vel nullo modo non eſt epiſcopus: vnde non poteſt ordines conferre, nec alia facere, quæ ad epiſcopum pertinent, etiam conſuetudine dictante: quæ reprobatur in c. quanto. de conſuet.

Nominatus à rege dimiſſorias non cõcedit nec ordines.

3 Vnde ſi fuerit quis à Rege nominatus epiſcopus, & non fuerit ei à Papa prouiſum nõ poteſt dici epiſcopus: cap. quod ſicut. de electio. Ideo literas dimiſſorias concedere non poteſt, nec alia quæ ad epiſcopum pertinent exercere: quòd ſi fecerit, intruſus eſt, vel ſi fructus receperit, etiam ex nominantis permiſsione, quæ non poteſt iuri canonico derogare, iure priuatus & inhabilis eſt. cap. auaritiæ. de elect. lib. 6. ideo nõ valebit poſteà prouiſio Papæ illi facta, niſi faciat mentionem, quòd fructus in vim ſolius nominationis receperit, & alios actus fecerit, vt inferiùs abundantiùs dicetur.

Nominatus à rege fructus recipiens eſt intruſus.

4 Non tenebitur tamẽ ordinatus probare epiſcopum fuiſſe ritè ordinatum: quia præſumitur, quòd fuerit ritè ordinatus, ſed qui allegaret illum non fuiſſe ritè ordinatum, hoc probare debet: quia is qui dicit, probat. l. ei qui. ff. de probat. [Gratiam & cõmunionem ſanctæ ſedis dicitur habere epiſcopus non excommunicatus, nec ſuſpenſus, nec interdictus. c. quod ſedem. iuncta gloſſ. de offic. ordi. & cap. penul. de præſcript. vnde quidam ſolent hoc in his dimiſſoriis exprimere.]

Sacri ordines in dimiſſoriis exprimendi.

5 Dicit etiam ſacros ordines, quia cõcedendo recipi minores, vel ordines tantùm, nõ intelligeretur concedere de maioribus: c. 1. de tempo. ordin. ideo oportet & ſacros exprimere, vt in literis dimiſſoriis exprimi eſt ſolitũ, ibi etiam ſubdiaconatus, &c. nam cui conceditur minus, non conceditur maius per reg. iur. ſed econtrario, & quidam ſolent etiam inſcribere, promoueri valeas, ſub tit. talis Eccle. ne poſteà ei epiſcopus prouidere teneatur: ca. epiſcopus, de præb. [Et epiſcopus cõcedens dimiſſorias tenetur prouidere, non autem promouens. cap. ſi epiſcopus. de præben. in 6. niſi in literis dimiſſoriis dictum fuerit, ſi ad hoc idoneus, debitéque intitulatus repertus fueris, ſuper quod cõſcientiam epiſcopi promouentis in hac parte oneramus, & tunc promouẽs tenetur inquirere de ætate & de peritia volentis promoueri, ac de titulo & de aliis neceſſariis, alioqui ipſe tenetur.]

6 Poſteà ſubiungitur in literis dimiſſoriis ſtatutis temporibus, quia maiores ordines certis temporibus & præſtitutis conferri debent. c. 1. de temp. ordi. nec valet conſuetudo in cõtrarium, c. 2. ibidem. Alia dicam inferius in literis de non promouendo: ſunt tamen quidam adiicientes clauſulam, dummodò ætatis & literaturæ ſufficientis, aliáſque idoneus repertus fuerit: & tunc promouens tenetur illum examinare, & aliàs de ſufficientia inquirere:

rere: c. si episcopus. de præb. in 6. vbi Doct.

Tōsura quolibet tempore conceditur.

7 Prima verò tonsura quolibet tempore & die conferri potest, quia in ea tempus non exprimitur. Hostien. in c. penul. de temp. ord. & hoc seruatur de consuetudine, teste Ægidio de Bellamera, in c. 3.q.3.ibidem.

8 Item datur potestas episcopo alieno, tonsuram & ordines conferendi, eo: quia illi est à iure sublata propter iniuriam, quam fecit episcopo, cuius subditum ordinat: c.1.& c.cum nullus.de tempo.ordin. lib.6. & per rationes superiùs adductas.

9 Datur etiam subdito facultas recipiendi, quia etiam à iure ei prohibitum erat recipere, & ista sunt correlatiua: quia postquàm episcopus alienus non potest dare: ergo non subditus non potest recipere, & quod in vno correlatiuorum statuitur, & in reliquo locum habet. l.1.& 2. C.de cupres.lib.11. sufficit tamen dare licētiam recipiēdi: nam eo ipso ratione annexionis videtur & data facultas conferendi: tex. in c.2. de temp.ord. lib.6. vbi Perus. in 3. not.

10 Et sic vbicunque iura prohibent aliquid fieri in fauorem certæ personæ, de consensu illius personæ hoc fieri poterit, vt hîc: & sic tonsura data ab alieno episcopo, de voluntate sui episcopi valet, & sine voluntate & licentia nō, per cap. primum, & per totum, de temp. ordin. in 6.

Dimissoriæ tonsuram, & ordines præcedere debent, nec valebit ratihabitio.

11 Ex quo patet, quòd dimissoriæ præcedere debent tonsuram, & ordinum collationem: ideo non valet ratihabitio episcopi, nec ipse hoc ratum habere potest, sed tantùm Papa per literas perinde valere hoc approbare potest: quia ratum quis habere non potest, quod suo nomine gestum non est, per regulam ratum, de reg. iur. lib. 6. & c. cum quis. de senten. excomm. eod. lib. c.1. de temp. ord, ibidem.

12 Quod probatur, quia per canones sine dimissoriis irrita est ordinatio: cap.1. & c. si quis. 71. dist. ergo posteà rata haberi non potest: quod enim in initio vitiosum est, non potest conualescere: l. quod in initio, ff. de reg. iur. quicquid dicat gl. in d. c. 1. 71. distin. & Probus in & d. c. 1. de temp. ord. lib. 6. dicens prohibitionem non inueniri iure factam; tamen vides contrarium; & text. in c. 1. in 9. q. 2. dicit, nec ordinatio rata erit, nec vires vllas habebit: sic consuluit Pet. Paris. consi. 136. stante defectu. col. 1. vol. 4.

13 Ratio est, quia per hoc pax inter episcopos seruatur, tollitur discordia quæ nasceretur ex ordinatione alterius, cap. illud. & c. primatus. 71. dist. & sic tonsuranon prodest, tam ratione prohibitionis iuris quàm etiam annullantis, etiam quia excommunicati & indigni se faciunt communiter in aliena patria promoueri. c. 1. de temp. ordi. lib. 6. nempe infames loca suæ nationis fugere consueuerunt: c. cùm deputati. de iud. iuncta glo. c. duæ. 19. q. 2.

14 Nec obstat c. Salonitanæ, 63. distin. quia ibi non probatur, quòd per ratihabitionem episcopi confirmetur ordinatio: sed ibi episcopus relaxat ex corde iniuriam, quam ordinatus sibi fecerat. probatur ibi: ego autem præceptioni pietatis eorum obediens, eidem maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me, vel respōsalem meum prætermittere præsumpsit, ita ex corde relaxaui, ac si me autore fuerit ordinatus.

Laicus non habet episcopum hoc falsum.

15 Nec obest, quòd iura loquuntur de episopo ordinante clericum, secus si laicum: quia ille, qui est clericus, est effectus iurisdictionis episcopi: laicus verò stat sub temporali iurisdictione, & non habet episcopum: vt dicit Guido Papæ in decis. 449. laicus, sed hallucinatur: nam omnes laici in diœcesi permanentes sunt sub iurisdictione spirituali episcopi, & sic habent episcopum: si non haberent episcopum, essent acephali.

16 Et à quo confirmarentur? ac chrisma reciperent, & alia spiritualia? Imò episcopus ordinando laicum alterius diœcesis plus delinquit, quàm ordinando clericum: quia subtrahit eum, & à iurisdictione corporali, & spirituali, & à plebe eum vsurpat: cap. primatus. 71. distin. sed ordinando clericū tantùm à iurisdictione eum spirituali subtrahere nititur: & sic non tantum est delictum: & maius est in fundamento delictum, quàm in aliis: quia vbi non stabit fundamentum, non poterit superædificari, nec alii sumi ordines: l. egi. de except. rei iud. c. cùm Paulus. 1. quæst. 1. & idem in vtroque casu scribit sic de monte Lauduno, in c. primo, de tempor. ordinan. in 6. dum textus ibidem dicit clericum, idem est, ait, si de laico, faceret clericum, infrà, eod. cap. vlti. & idem dicit de monte Lauduno, in d. cap. cum nullus. cum sit eadem & maior ratio in ordinante laicum: vt dixi superiùs, & hoc probat Perus. & alii ibidem. [Præterea ordinatio dicitur irrita. cap. illud. 71. dist. & prohibet Papa, vt nullus cum isto sic promoto dispenset, in c. 1. de temp. ord. in 6. ergo sic promotus est inhabilis, alioqui non requireretur dispensatio. & iste sic promotus non gaudet priuilegio clericali in beneficialibus, & ita iudicatū fuit, vt testatur Chassa. in consuetu. Burgund. in tit. *des iustices*. §. 6. glos. *sont cruës*.]

17 Item in d. c. primatus, 71. dist. dicitur, quòd episcopus non debet laicum vsurpare de plebe aliena: ergo loquitur etiam in laico, licèt doct. contrarium asserant, etiam quia ius prohibet episcopo alienum ordinare, alienus est laicus, & sic prohibitus, & illa prohibitio actum nullum facit: l. non dubium, C. de legib.

18 Tamen tempore suspensionis episcopi ordināntis poterit clericus ab alieno episcopo ordinari, secus in laico: c. 2. vbi Perus. in 2. not. de tempo. ordi. lib. 6. pœna tamen non habebit locum in ordinante laicum, vt dicunt doct.

Clerici absque dimissoriis quando ab alieno ordinari possint episcopo.

19 Ideo in vno casu clerici absque licentia proprij episcopi ordinari possunt ab alieno episcopo, si episcopus propriùs fuerit suspensus, eo quòd alienos ordinauerit, alienus suos ordinare poterit: c. 2. de tem. ord. lib. 6. sed ipsi ordinati tenebuntur probare episcopi suspēsionem per declarationem Metropolitani: alioqui non crederetur ordinato, per cap. cùm secūdum leges, de hære. lib. 6. doct. in c. cùm in iure, de offic. delega.

20 Etiam in alio casu, quando episcopus habebat à Papa potestatem exercendi pontificalia in qualibet diœcesi, tunc ratione priuilegij valebit: sed retineas priuilegij exemplum si sapis: aliàs nō credetur tibi.

21 Et sic in hac materia casus sunt faciendi sequētes: primus est, quòd collatio tōsuræ facta ab alieno episcopo

episcopo non prodest, siue collata fuerit in diœcesi ordinati, siue extrà, dummodo ab alieno episcopo sine cōsensu ꝓprij episcopi, vt supra cōclusum fuit.

Tonsuratus ab alieno episcopo nō est idoneus ad beneficium.

22 Vnde hîc promotus non erit habilis ad beneficia, sicut non haberet tonsuram: cap. fi. de cleric. excom. minist. quia paria sunt nullam habere tonsuram, & habere inutilem: nam quoties vitiosè cautum est, pro non cauto habendum est: l. quoties, ff. qui satisda. cogan.

23 Ideo impetrans beneficium à Papa, & non exprimens se promotum ab alieno episcopo, nulliter impetrat, & subreptitia est illius impetratio: nam si Papa sciuisset istam tonsuram nullam, ei beneficium non contulisset, vel saltem non ita de leui: c. postulasti, in fin. de rescri. Oldra. consi. 215. puncta, col. penult. nam hic suspensus est quo ad se, teste Ioan. Andre. in cap. quod translationem, de tempo. ordinan. & dom. Gemi. in c. eos, illo titul. in 6.

24 Et suspensus quo ad se, est priuatus omni actu spirituali, tendente ad suspensi commodum: vt docet Anto. Butri. in d. c. fi. de cleric. excom. ministr. ob id redditur inhabilis ad obtinenda beneficia: c. cùm bonæ, de æta. & qual.

25 Secundus casus, ordinatus ab alieno episcopo de sui episcopi voluntate: ritè ordinatus censetur. c. 1. & per totum de tempor. ordinan. lib. 6. vide Paris. in consil. 125. an collatio, in 4. vol.

26 Quæ voluntas præsumitur in dubio propter ordinantis autoritatem: c. nisi, vbi Panor. num. 1. de præb. & Oldra. dic. consi. 215. nu. 9. Guliel. de Mōte laudu. in c. 2. de tempo. ordi. lib. 6.

Caussa in dimissoriis nō asignatur.

27 Oportet tāmen quòd promotus probet istam voluntatem per literas dimissorias patentes: c. 1. ibi, per eius episcopi patentes literas caussam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare, eodem titul.

28 Nota tamen quòd licet episcopus in literis dimissoriis teneatur asignare caussam, quare non ordinauit illum, quem alieno episcopo dimittit, hodie tamen de cousuetudine non vidi episcopos asignare vllam caussā, quam cōsuetudinē puto valere.

Rata nō potest ordinatio haberi.

29 Tertius casus est, ordinatio sine consensu episcopi facta rata posteà haberi nō potest ab episcopo, quia non est suo nomine facta, cap. cùm quis. de sent. excom. lib. 6. & non proderit ordinato ratihabitio episcopi, siue expressa, siue tacita, sed in hoc Papæ requiritur confirmatio, quicquid dicat Philip. & alij in cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. ideo literis perinde valere vtendum erit. [Et hoc probat cap. Lugdunensis. 9. q. 2. vbi Papa approbauit illos promotos, licet gl. ibi in c. 1. contrarium dicat.]

Socius beneficiarii ordinari non potest.

30 Quartus casus est, quòd sicut episcopus beneficii potest ordinare priorem suæ diœcesis, sic poterit ordinare ipsius socium, quandiu manet socius, & quòd iuris est de priore & de socio: hoc expresè decidit Ioan. Andr. in regula cui licet, col. 5. versic. secundo inducitur, de reg. iur. lib. 6. in mercuria. nam priuilegium personæ respicit familiam, authent. habita vbi scripsi, C. ne filius pro patre. c. licet. de priuileg. lib. 6. scripsi in scholastico priuileg.

31 Sic licet cum vno socio dicere horas, c. quod in te, de pœnit. & remis. clem. fin. de celebrat. miss. facit l. si communem. ff. quemadm. seruit. amittat.

32 Istam opinionem vix probarem, si non haberet socius ille originem ibi, vel domicilium, vel non esset religiosus ibi: vt notat Perus. in d. c. cum nullus. in vlt. no.

33 Alioqui quilibet posset sic facere ordinari aliquem, & posteà dicere esse suum socium, & sic auferretur potestas alterius episcopi, quod non est permittendum.

Volūtas episcopi probare literis debet quo ad dimissionē tonsuræ & ordinum.

34 Quintus casus est, quòd dimissoriæ literæ postquàm fieri debent: ergo probatio debet fieri per scripturā. d. c. 1. & 2. de temp. ordin. lib. 6. & cap. extraneo 71. dist. gloss. in cap. 1. de cens. lib. 6. Alex. consil. 117. videretur, in fin. 7. vol. Felin. in ca. super his. col. 9. num. 12. de accusat. & in summa. 71. dist. & per totū.

35 Sextus casus probatio voluntatis seu licentiæ, quoad episcopum conferentem tōsuram in alia diœcesi ꝓbari per literas, testes vel alio legitimo modo quia illa potestas nō potest sibi cōcedi, nisi de voluntate alterius episcopi: ergo illius voluntas probari debet per ordinatum, Chassa. in cons. 20. & nu. 9. & seq. nā qui hoc dicit, probare debet, l. ei qui. ff. de ꝓb.

36 Quod probatur, si in literis episcopi conferentis ordines, inscripta fuerit licentia episcopi, in cuius diœcesi celebrat ordines: vel si episcopus, qui cōfert ordines, dixerit se hoc de licentia & mandato episcopi fecisse: quia non est verisimile, quòd hoc fecisset, si episcopus illius diœcesis non dedisset licentiam: & quia tunc potuit hæc licentia in actu ordinum interuenisse. Cardi. in c. albericus. de testib. Feli. in c. sicut col. 12. de re iud. nu. 27. [Cepol. in l. signatorius. q. 11. ff. de ver. sign. & Purpu. in l. 1. nu. 550. ff. de offi. eius.]

37 Maximè hæc probatur licentia episcopi, si sigillo episcopi, in cuius diœcesi ordines collati sunt, sigillatæ fuerint literæ tonsuræ, & aliæ quia sigillū probat voluntatem. c. post cessionem de prob. & is qui diceret contrarium, haberet probare furtiuum esse sigillum, vel adulterinum, quod facilè probari non posset: c. tertio loco. de prob.

38 Et sic promotus in aliena diœcesi, oportet quòd habeat literas dimissorias, promotus verò in sua diœcesi, ab alieno episcopo: oportet quòd probet episcopum alienum habuisse voluntatem sui episcopi, ad conferendum primam tonsuram, & alios ordines, quod potest probari, vt superius dixi, & aliis literis concesśionis, ac aliis legitimis modis.

Literæ dimissoriæ an morte concedētis expirent.

39 Literæ dimissoriæ concessæ an morte concedētis extinguantur, quod non videbatur: quia gratia perpetua esse debet: l. falso. C. de diuers. rescr. & hæc videtur gratia, etiam quia capitulum sede vacante concedit: c. cùm nullus, de temp. ord. lib. 6.

40 Contrarium videtur, quia mandatum seu voluntas alicuius morte mandantis finitur, l. mandatum. C. manda. cap. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. ista est voluntas concedentis, ergo est morte ipsius cōcedentis extincta: & sic post mortem concedentis non dicitur quis voluntatem habere episcopi: quia morte finita est: nam mors omnia soluit. §. deinceps. in authent. de nupt. coll. 4.

41 Quod est verum si non fuerit promotus, sed si fuerit promotus ad tonsuram, & minores ordines cum

cum illius episcopi voluntate, licet posteà moriatur episcopus, poterit etiam ad alios promoueri ordines, si nesciuerit eundem esse mortuum, alioqui nouam voluntatem & dimissorias cautius est habere quo ad alios ordines.

42 Nam quoad suscipiendos finita est prima voluntas, cum ista diuidi possint, & quia inferretur iniuria nouo episcopo, si hoc fieret sine voluntate eius. per d.c. cum nullus. & vlt. de temp. ord. lib. 6. & posset capitulum ex gratia omnibus concedere etiā inhabilibus, quod esset graue episcopo inutiles posteà permittere in suo episcopatu celebrare.

43 Tamen statuta facta à legato durāt post mortem legati, vel post eius discessum. c. fi. de offi. lega. Sic potest dici in concessis à capitulo sede vacante, & hoc docet expresse Ioan. Imol. in c. 2. in fin. ne sede vacan. vnde tenēdum est, quòd gratia ista per mortem episcopi nō expiret, quando ab eo est iure concessa, nec etiam si concessa sit à capitulo expirabit finita capituli potestate, quia gesta à capitulo valida sunt, & durāt si rectè gesta sunt. c. his quæ. de maior. & d.c. vno. illo tit. lib. 6. Ancha. in ca. 1. in fi. ne sede vacan. Federic. de Senis, cōsi. 16. capitulū.

Gratia an per mortē episcopi expiret.

44 Poterit tamen episcopus reuocare ea, quæ nondum sortita sunt effectum. argu. c. si qua de rebus. 12. q. 2. Panor. in d. cap. cum olim. versic. septimo. de maior. quod si non reuocauerit, potestas data remanebit, quod est valde notandum.

45 Sunt tamen quædam commendatitiæ literæ, quæ dantur presbytero peregrinari volenti, vt ei liceat in aliena diœcesi celebrare, aliàs non poterit, cap. extraneo. & cap. seq. 71. distinct. ca. 1. de cleric. peregri. scripsi in l. dimissoriæ. ff. de verbor. signif. & formam vide 73. dist. c. 1. & sequent.

Quot modis beneficia acquirantur.

Iustè & iniustè beneficia acquiruntur.

1 His præmissis adnotandum est. Quot modis beneficia acquirere possimus? Respond. duobus modis, iustè & iniustè: iustè per titulum habilem & canonicum de quo loquitur regul. 1. de reg. iur. lib. 6. vbi beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri nō potest, ergo cum canonica institutione iustè obtinetur, iniustè sine canonica institutione, & titulo legitimo, institutionem verò hic accipimus pro quacunque prouisione, vt declarat Panor. & alij in c. authoritate. ac in rub. de institut. post Din. & alios in d. reg. 1.

2 Igitur quicunque non habet canonicam prouisionem, iniustè acquirit, videlicet si per simoniam fortè vsurparit, vt per totum tit. de simon. de qua multa scripsi in titul. de elect derogat. in verb. simoniacis, in Concorda. & in addit. ad tract. de simo. Ioan. Naucleri, quem modum sciunt trapesitæ simoniacæ hæresis vt docet text. in cap. 1. 23. distin.

Resignans beneficium fratri vxoris, quando simoniam committat.

3 Vt si permutauit beneficium cum bonis, vel officiis temporalibus, simonia est: cap. fi. de rerum permut. Resignans quippe benefiuium fratri vxoris, vt ille bonis patris renunciaret in fauorem resignantis beneficium, vel vt maiorem consequeretur dotem, committit simoniam. Docto. in ca. nobis, & per totum, de simo. licet frequēter fiat à malis & perditis hominibus, sed vxor sic capta parum viuet, vel is qui sic eam duxit & filij sic progeniti quandoque patris iniquitatem, cùm Deus hoc voluerit, portabunt.

4 Et sic tribus potissimum modis hæc simonia contrahitur, primò à manu, vt si pecunia detur: vt superiùs dixi, quando aliquid datur, vel suscipitur, & dantem & accipientem pariter damnatio Simonis inuoluit. cap. quos constiterit. & ca. placuit. 1. q. 1. & per totum tit. de simo. nam beneficia ecclesiastica sunt Dei dona, quia à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, ideo gratis dari debent, cap. saluator. & ca. res ecclesiæ. 1. q. 3. & simonia committitur, etiam si aliquod temporale remittitur: vt in cap. veniens. 1. de testib.

Simonia tribus modis cōmittitur.

5 Secundò à munere: munus enim ab obsequio est seruitus indebitè impensa: vt si quis seruiat episcopo sine stipendiis, vt ei pro seruitio cōferat beneficium, vel stipendia, quæ eidem famulo debebantur ab episcopo, ipse remittit, vt episcopus eidem prouideat, simonia est, cap. sunt nonnulli. 1. q. 1. & hoc etiam est frequentissimum: quod vtinam esset ignotum, & procul exularet ab episcopis.

Seruiens episcopo vt beneficium ab eo obtineat, simoniacus est.

6 Non dico tamen quin episcopus possit suo famulo conferre beneficium, si sit idoneus moribus, ætate, & scientia, vt dicitur in ca. cùm in cunctis. de electio. dummodo hoc nō fiat habita solùm ratione seruitij, stipendiorum, sed meritorum: at pauci illorum famuli beneficia sic obtinerent hodie, sed quidam prælati ignari ignaros promouent, ac illis beneficia conferunt, doctos verò relinquunt.

7 Tertiò munus à lingua dicitur fauor indebitè impensus: vt si quis roget episcopum, vt conferat beneficium non digno ob consanguinitatem, seu seruitium, vel quia ei notus est, simonia est: secus si quis roget pro digno, & tunc is rogans mereretur: d. cap. sunt nonnulli. & cap. tuam, de ætate & qualit. scripsi in verb. simoniacis, in tit. de electio. deroga. in Concord.

Rogās pro indigno vt beneficium obtineat, simoniam committit.

8 Simoniam etiam committit qui solo sanguinis ardore motus confert beneficium consanguineo, vt nunc ferè omnes prælati. cap. vno. §. omnibus. & ibi glo. in verb. carnalitatem. vt ecclesiast. benefic. quod est verum, si habita tantum ratione sanguinis conferat, secus si ille mereatur, sicut extraneus: & tunc laudandus est conferens: cap. non satis, 86. distinct. gloss. in cap. 1. de cohabita. cleric. & mulier. etiam scribit Gratianus in cap. sunt quidam. 1. q. 1. his verbis: Sunt quidam qui vel violentia, vel fauore non permittunt ecclesias regulariter ordinari, hos etiam decreuimus vt sacrilegos iudicandos: illæ itaque preces reiiciendæ sunt, quas vel ipse, qui promoueri cupit, vel amici eius fundunt, non spirituali sed carnali affectu, & quas non charitas interueniens, sed ambitio supplicans extorquet, cap. filium, in fi. 1. q. 1. nec sunt nostri omnes prælati ab hoc sacrilegij crimine exempti, qui ad preces mulierum, vel hæreticorum, seu aliorum beneficia

ignaris sine examine conferunt. veh illis, nesciunt nunc quid faciunt.

Simoniacus quomodo debeat sibi prouidere.

9 Quartò simoniacus si velit animæ suæ prouidere, debet relinquere beneficium, vel illud à Papa impetrare narrando simoniam, & quod detur ei perinde valere: & committi debet absolutio à labe simoniæ, & excommunicationis, & irregularitatis incursæ: & deinde poni debet in literis. Nos enim si absolutionem & dispensationem, huiusmodi per te fieri contigerit (vt præfertur) volumus, & eidem N. Apostolica authoritate concedimus, &c. vt in aliis perinde valeat, ac si ab excessu excommunicationis absolutus, ac cum ea super irregularitate prædicta dispensatum extitisset, &c.

Acquirens beneficium ad preces hæreticorũ est eo priuatus.

10 Quintò iniustè acquiritur beneficium, si precibus hæreticorum fuerit collatum. capit. 2. §. ad hæc. de hæretic. lib. 6. vbi sic scribitur, Adhæc quoscunque viros ecclesiasticos eos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & quæcunque alia beneficia ecclesiastica sunt adepti, exnunc priuamus taliter acquisitis, volentes quòd tales & habitis careant perpetuò, & si receperint illa scienter, ad alia vel similia nequaquam imposterum admittantur.

Deuolutarij auferũt beneficia.

11 Sextò iniustè acquiritur, quando per vim, vel aliàs per iniuriam aufertur beneficium ab eo, qui iustè fuit prouisus: vt in capit. 1. & per totum, de restitut. spolia. videmus sæpiùs hos diabolicos deuolutarios, iudices habentes propitios, quos pecuniis corrumpunt, interdum ob id pauperes priuari opimis beneficiis: sed istorum relinquamus insaniam, & Deum, vt resipiscant, oremus.

Patres filiis emunt beneficia.

12 Sunt & multi parentes, qui emunt suis filiis, vel consanguineis beneficia, & eis per fas & nefas acquirunt, & patres & filij in inferno quandoque cruciabuntur, & istorum stultorum infinitus est numerus: vt scribit Ecclesiastes cap. 1. in fin. sed vtinam intelligerent, & nouissima præuiderent, & illud dictum præ oculis haberent, quid prodest homini, &c.

Vicarij episcoporum sunt simoniaci.

13 Et ferè hodie isti vicarij sunt simoniaci, & episcopos suos simoniacos faciunt, quia licet à iure sit prohibitum, ne episcopi recipiant aliquid pro beneficiorum collationibus: cap. non satis. & capit. 1. de simon. fuit tamen decreto senatus permissum, vt aureum tantum & non plus reciperent, vt dico in §. quia vero, de public. concubin. in concord. sed isti vicarij non solùm recipiunt aureum, verùm illorum famuli pro qualibet prouisione: & isti vicarij quot aureos possunt, & oblatos recipiunt, vnde & suos & seipsos damnant, illi verò qui sic coacti donant, non videntur simoniaci: qui non possint resistere, dummodo voluntariè non dent: quod non præsumitur. Panorm. & alij in capit. cùm in ecclesiæ, de simon. ideo impetrari deberent beneficia istorum vicariorum, & hanc simoniam probare, quam episcopi ratam non haberent, vt arbitror: & iudices exactè ista deberent seruare, & non essent tot simoniaci, sed fortè Claudius accusat mœchos, &c.

Dans pro collatione an sit simoniacus.

14 Sunt & alij plurimi iniustè acquirendi modi, quos multi bene nôrunt in perniciem tamen suarum animarum: ideo eos reiicio: sed iustos modos abundè tractabo, ne inducam aliquem in damnationem, cùm ætas nostra maximè plus satis sit ad malum prona. capit. omnis ætas. 12. q. 1.

15 Istos enim iniustos modos ignari etiam sciunt, & exercent, & tot beneficia sibi & suis quærunt, vt omnes famuli eorum, etiam stabularij, sint beneficiis onerati, & ipsi abbatiis & episcopatibus, & hoc vnde? ex simonia matre ambitiosorum & imperitorum, quia omnis ignarus malus, vt Menander Græcus ait.

Transactio non est canonicus titulus.

16 Non dicitur etiam canonicè institutus, qui beneficium habet ex transactione, quæ non comprehenditur in canonica institutione per text. in capit. si quando, de offic. delegat. vnde si quis cum aduersario transigat, debet nouam petere prouisionem, alioqui eidem quo ad titulum non proderit.

17 Dicamus nunc iustè & canonicè quot modis beneficia nobis acquirantur, & certum est quatuor potissimum modis, sub quibus alij continẽtur, videlicet per electionem, præsentationem & institutionem, collationem, & Papæ prouisionem, & de his omnibus inferiùs est tractandum.

18 Itaque cùm ex vero & iusto titulo quis beneficium acquirit, canonicè obtinere dicitur. cap. 1. de reg. iur. lib. 6.

Canonica institutio quæ dicatur.

1 Canonica igitur institutio seu collatio dicitur, quæ est facta secundum canones, & à iure canonico probata, teste Ioan. Andr. in capit. non potest. in princip. de præbend. lib. 6. capitulo primo, de concess. præbend. ibidem. per text. in capit. causam. in fin. de rescript. vbi canonicè fieri id dicitur, quod iure fit, & secundum ius canonicum, capit. cùm olim, de dolo. cap. grauis, de censib. cap. vno, de ætate & qualitat. lib. 6. & canonica electio quæ iure facta est, capitu. 1. de electio.

2 Canonicè institutus is dicitur, qui iure prouisus est. capitulo extirpandæ, §. qui verò, de præbend.

3 Canonicè etiam dicitur quis obtinere, quando habuit ab eo, qui iure poterat conferre: capit. si gratiosè, de rescript. libro 6. & capit. statutum, de præbend. ibidem.

Canonicè verbũ, & ad conferentem & ad recipientem refertur.

4 Solet itaque hoc verbum canonicè, referri ad potestatem conferentis, non ad habilitatem recipientis: teste Specula. in rub. de lapsis & dispensa. §. dicendum. vers. sed nunquid nos. & c. seq.

5 Ego tamen dicerem, quòd non dicitur canonicè obtinere is, qui non est habilis, ideo ad vtrũque verbum canonicè referendum esse per capit. super inordinata. de præb. c. caussam, de elect. & ca. super eo. ibid.

eo.ibid.quia inhabilis non tenet ſecundum ius:ergo hoc non dicitur canonicum, nec canonicè obtinere, quia non eſt valida collatio, igitur non canonica.

6 Vnde inoleuit practica curiæ Romanæ, per quam ſi quis dicat ſe canonicè duo obtinere beneficia,& ea ex diſpenſatione teneat,hoc nõ prodeſt: quia verbum canonicè, eſt valde latũ, ob id oportet exprimere,quòd ea ex diſpenſatione teneat, & ob hoc multas reiectas diſpenſationes vidi, quia propriè in iure canonico illud canonicum dicitur quod eſt à iure canonico comprobatum, & roboratum:c.poſtulaſti,de cleri.excom.mi.ſicut legitimum dicitur,quod lege confirmatur, & approbatur:l.legitima,ff.de pact.ſcripſi in l.lege obuenire. ff.de verb.ſigni.

Canonica collatio quæ, & electio.

7 Et ideo canonica collatio dicitur, quando interuenit poteſtas,& iuris ſolennitas.c.1.63.diſt.& ſic regulariter ſumi concludit Gemi.cõſi.88.Innocentius col.3.& conſil.131.ſacroſancta, quamuis canonicum(vt propriè loquar)dicatur regulare, tamen in iure pontificio accipitur prout ſcripſi.

7 Et licet gloſ.& doc.in cap.quod ſicut, de elect. & in d.cap.1.de regul.iur.lib.6.dicant illam prouiſionem canonicam, licet deficiant iuris ſolennitates,dum tamen ſubſtantialia adſint, vtpote ſi in electione ſeruata ſit forma cap.quia propter, de electio.ſed aliquis ex eligentibus non eſt vocatus, ſed contemptus: tamen mea ſententia non poteſt dici tunc canonica inſtitutio,quia non eſt facta ſecundum canones, & ſecundũ iuris diſpoſitionem: nam ſi contemptus proſequatur, irrita fiet electio, vt ibi:ergo non eſt canonica, cùm à iure canonico improbata ſit:in conſcientia dixi poſſe ſubſtineri, ſed non hoc iure:in interpreta.c.poſtulaſtis,in glo. 1.de cleric.excom.miniſtran.

9 Nec etiam canonica dici poteſt, quando non ſeruatur forma ſubſtantialis iuris poſitiui,licet adſit conſenſus,qui eſt de iure naturali,qui inter electum & eligentem interuenit:vt no.in c.auditis, de electio.quicquid dicant doct. quòd largè dicatur, ſed non video quod propriè dici poſsit canonica: prout legimus in iure canonico, niſi in cõſcientia, vt declaraui in d.c.poſtulaſtis. [Non tenetur tamẽ prouiſus probare collationem eſſe canonicam, ſed ſufficit,quòd ipſam probet collationem, quia iuris auctoritate canonica præſumitur,teſte Innoc.in c.ſicut,de re iud.vbi etiam iuris interpret.& in c.1. de conceſſ.præb.refert & ſequitur Geminia, in c. licet epiſcopus,col.vlt.de præben.in 6,vnde ſi pars neget eſſe canonicam,hoc probare debebit per ca. accedens. de accuſa. Doct. in cap. conſtitutus. de appell.& in cap.ſuſcitata,de in integ.reſtit.ca. poſt electionem.de conceſſ.præb.

De electione.

Electio quid & quotuplex.

1 SIngulos itaque nunc acquirendi beneficia modos percurramus: primus eſt modus electionis:electio enim eſt ad prælaturas,vel ad beneficia vacantia ab his quos pertinet ritè facta optio:vt ſcripſi in §.præfatíque ordinarij,de colla.in concorda.cap.1. de electio.

2 Per electionem prouidetur eccleſiæ cathedrali, vel collegiatæ, ſeu conuentuali: & tunc electio à collegio vel congregatione fit.c.1.& per totum.de electio.& iuſtè acquiritur beneficium electo,quando electio facta eſt de habili, & ſecundũ iuris formam,cap.cum noſtris, de conceſſio. præbend.cap. quia propter.de electio. & per totũ titulum: & de hac electione his verbis loquitur Petr.de Viaſſio in ſuo directorio elect.in princ.principũ abuſu, quorum eſt munus eccleſias cõtritas reſtaurare:c.boni principis.96.diſt.& ibi Archid.& Gemin.hodie eccleſiæ opprimuntur,& deſtruuntur,ac penitus pereunt,pro eo quòd impediunt ſanctiſſimas electiones,eligentes diuerſimodè ad indignos aſſumẽdos compellunt,&c.multa ſcripſi in tit. de electio.deroga.in concorda.Franciæ.

3 Et iſta dicitur propriè electio, quæ exigit confirmationem:vt in cle. quia contingit. de religioſ. domi.§.monaſteriis, de nomina.reg. in concorda. vbi abundè ſcripſi.

4 Altera eſt electio,quæ non exigit confirmationem,ſed canonici vel alij eligendo conferunt, & hæc vim collationis habet, potius quã electionis, gloſ.in regula cancella.33.& in Prag.ſanctio.rub.de elect.§.ſed quod per electiones. & electio fieri poteſt ſub triplici forma.vt in c.quia propter, de elec.

5 Et ſub electione comprehendimus poſtulationem,vt in rub.de poſtula.præla.quæ ſi admiſſa fuerit à ſuperiore,iuſtum præbet titulũ,c.1. & per totũ ibidem,& iuſtè quis acquirit per illum titulum, vt ſcripſi in §.1.de nomina.regia,in verbo poſtulationem.vbi videbis differẽtiam inter poſtulationem & electionem:& de his iuſtum ſcriberem volumẽ, ſed extra oleas,cùm in hoc regno(proh dolor)non habeant locum:& quia ſuper iſta materia ſunt plures tractatus,ad quos poterit quiſque recurrere.

Poſtulatio admiſſa iuſtum præbet titulũ.

De præſentatione & inſtitutione.

1 PRæſentatio à fundatore fieri ſolet epiſcopo,vel alteri collatori,& epiſcopus inſtituit præſentatum à patrono,vt patet in rub.& per totum titul.de inſtitu.& c.quod autem,de iure patro.nam ſi laicus fundet eccleſiam, dotet aut conſtruat, ex gratia acquirit ſibi ius præſentandi & alia iura,quæ ius patronatus vocantur. c.3. de iure patro.dico ex gratia,quia de rigore iuris non poteſt laicus eccleſiaſtica tractare negotia:c.2.de iudic.

2 Sed ne ipſi à fundationibus retraherẽtur eccleſiarum,ſed ad eas potiùs allicerentur cõſtruendas, ius patronatus ſummi pontifices eis in ſolatium & compenſationem reſeruârunt, eiſque illud iure confirmârunt; c. decernimus.16.q.7.& per totum titul.de iure patro.

Iuſpatronatus cur laicis eſt reſeruatũ.

3 Præſentatio quid ſit,definit Panormi.in capitu. ea noſcitur,de his quæ fiunt à præla,dixi eſſe quandam perſonæ per patronum epiſcopo,vel alteri ad quem inſtitutio pertinet, legitimè factam exhibitionem. in §. præfatíque ordinarij. de colla. in

Præſentatio quid & quotuplex

concor.Franciæ in verbo præsentationem.

Patronus ecclesiasticus & laicus quis, & quomodo differant.

4 Notandum est quòd præsentatio duplex est, quædam fit à patrono ecclesiastico: & hic sex habet menses ad præsentandum, à die notitiæ vacationis computandos: c. vnic. de iure patr. lib. 6. Do. de rota decisi. 568. in titul. de senten. & re iudica. decis. 31. & 845. in titul. de filiis presb. decisio. 4. in antiq. & decisio. 7. sub titulo de præbend. per Bernadum de Bisigneto. glo. in §. visum. in verbo præsentandum. de colla. in pragma. scripsi in §. 1. de nomina. regia. in verbo sex menses, in concorda.

5 Et dicitur patronus ecclesiasticus is, qui illud ius habet ratione ecclesiæ, seu beneficij, quod possidet cap. dilectus. de offic. leg. cap. cùm dilectus. de iure patro.

6 Vnde iuspatronatũs cõpetens æditui, seu operariis ecclesiarum laicis, dicitur ecclesiasticũ, quia ratione ecclesiæ eis competit, etiam si ipsi laici sint.

7 Patronus verò laicus dicitur, qui iuspatronatus habet ratione sui patrimonij, ecclesiasticus verò ratione suæ ecclesiæ. gl. & doct. in cle. vlt. de iure patro. Rochus Curtius in suo tracta. de iure patro. [Et si non appareret, attenditur ius successionis, nam si illud per successionem deferatur, præsumitur laicum, quia sanctuarium Dei iure hęreditario possideri non potest. cap. cum decorem, de instit. etiam iura ecclesiastica iure successionis non dantur. c. 1. de præb. cap. Moyses. 8. q. 1.]

8 Et is patronus laicus quatuor tantùm menses habet ad præsentandum. d. c. vno. sed variare potest semel tantùm: c. quod autem. de iure patro. sed hoc cumulatiuè, non autem vt à primo recedere omnino possit. c. cùm autem. vbi Panor. ibid.

9 Ex quo infertur, quòd si intra hoc tempus patronis præstitutum ipsi præsentauerint tenebitur episcopus præsentatum à patrono, siue clerico, siue laico, si idoneus sit, admittere: alioqui institutio ad proximum superiorem deuoluetur. glo. in cle. vna. de supplend. negligen. pręla. c. nullus. de iure patro. & interdum fit præsentatio Archidiacono, vel alteri dignitati, & ipse postmodum episcopo repræsentat. c. post electionẽ. de cõcef. præben. & hoc solet in diœcesi Carnotẽ. seruari, & in aliis quibusdã.

Episcopus præsentatũ sine examinatione recipere non debet.

10 Sed non debet episcopus recipere præsentatũ ab vno, seu altero ante examinationem. capit. quod autem. & cap. significasti. vbi doct. de iure patron. alioqui damnationem sibi incurrit, & tenetur ecclesiæ læsæ damnum sarcire, instar magistratus, qui minùs idoneo pupilli tutelam commisit. l. 1. & per totum de magistra. conuenien. expressè hoc docet Ancha. & Cardi. in cle. 1. col. vlt. de ætate & quali. Ag. de Clauasio in verb. restitutio. & plenè scripsi in interpreta. cap. postulastis. in 4. not. de cleric. excommu. mi.

11 Sed quidam ex nostris carnales episcopi præsentatos sine examine recipiunt, maximè cùm à mulieribus præsentantur, & ad mulierum preces omnes passim recipiunt, sed veh illis cùm rationem reddent.

12 Si verò episcopus instituit à patrono præsentatum, acquiritur præsentato beneficium iustè. c. 1. & per totum, de instit. Super hoc possem hìc multa præscribere, quæ iustum volumen complerẽt: sed sunt tres, qui ediderunt super hac materia tractatus, ideo ad illos vos reiicio. Primus est Rochus Curtius, secundus Paul. de Citad. tertius Cæsar Lambertinus. Illos si non graueris, perlege, & materiam istam amplam habebis: ego dicam in explanatione primæ signaturæ clausulas, quibus curia Romana vtitur in hoc iure patronatus.

De collatione.

Collatio voluntaria & necessaria.

1 TErtiò acquirũtur beneficia per collationem, quæ duplex est, aut necessaria, aut voluntaria: necessaria est, quã collator facere tenetur, veluti mandatario: vt in cap. tibi, & c. duobus. de rescrip. lib. 6. c. si cap. & seq. de concesio. præben. eod. lib. & §. 1. de man. Apo. in concor. Item collator nominato conferre tenetur, §. præfatíque graduati. §. statuimus primò, de colla. in concor. plenè scripsi in tract. nomi. & inferiùs dicam. Item institutio ad patroni præsentationẽ necessaria dicitur, in c. 1. de institut. lib. 6. per Panor. & alios in ca. 2. in fi. ne sede vacãte.

2 Voluntaria collatio est, quæ ex voluntate & liberè fit: & hæc regulariter solet fieri, nisi à nobilibus & potentibus cogantur, vel à mulieribus collatores: quod multoties in Francia fieri solet.

Collatio à quibus iure fieri possit.

3 Et hæc collatio quandoque fit à Cardinalibus ratione suæ legationis, vel episcopatus: vt in c. 1. de offic. lega. lib. 6. & nuncius sedis apostolicæ habens potestatem legati de latere, beneficia conferre poterit: vt ibi tradunt doct. & Dec. cons. 128. licet. & Paris. consil. 17. de bon. in 4. vol.

4 Quãdoque à patriarchis, c. 2. & c. quia, de concessio. præbend.

5 Aliquando ab episcopis, c. 2. & c. ex parte, & ca. constitutus, de conces. præbend. c. ordinarij, de offi. ordina. lib. 6. c. omnes basilicæ, 16. q. 7.

6 Nonnunquàm ab abbatibus, vel prioribus, cap. fi. de insti. clem. vna, de supplen. neglig. prælat.

7 Item sæpiùs fit à capitulo, c. proposuit, de concessio. præb. c. eam te, de rescrip. c. si cap. de conces. præb. lib. 6. & quandoque ab episcopo & capitulo simul, c. postulasti, de concess. præb. aliquando alternatiuè, c. cùm in illis, de præb. lib. 6.

8 Interdum etiam à singulis dignitatibus, vel canonicis, c. fin. de præb. lib. 6.

9 Interdum etiam fit à laicis ex priuilegio, etiam non patronis, vt rex Franciæ ex priuilegio confert Andegauen. decanatum, in c. dilectus, 3. de præb. & alia multa beneficia iure regali. c. generali, de elect. lib. 6. gl. in c. Imperium, 10. dist.

Traditio pilei vel calami in collatione quid operetur.

10 Et traditio pilei vel calami in collatione operatur, quòd ille, cui collatio facta est, poterit ingredi beneficium propria autoritate: quia per hoc datur licentia & facultas ingrediendi: l. si ex stipulatione, ff. de acquir. possess. c. 2. vbi Doctor. de consuetud. Ludo. Roma. singul. 136. consuetudo.

11 Seruatur tãmen vt prouisus mittatur in possessionem per aliquem, & hoc est vsitatum.

12 Nonnunquàm isti collatores conferunt per se, aliquando per alios, vtpote per vicarios, & siue per

se siue

ſe ſiue per vicarios conferant, ius acquiritur per collatoris ordinarij collationem, dummodo ſequentia interueniant.

Requiſita ad collationem bonam, & volentibus habere beneficia.

Habilis cōferens eſſe debet.

1  PRimo ex perſona collatoris ſeu eius vicarij requiritur, quòd collator ſit habilis, non excōmunicatus, c. poſtulaſtis, de cle. excom. mi. vbi abundè ſcripſi, quòd qui non poteſt conferre per ſe, nec per alium facit. clem. religioſus, de proc.

Purè & liberè cōferri beneficiū debet.

2 Item quòd purè conferat, id eſt ſine pacto, conditione, & modo: alioqui ſi cōferat alicui, vt compenſet talem: vel, ſi quæ alia conditio interuenerit, collatio ſimoniaca eſt & nulla, c. quàm pio, prima quæſtio. 2. c. cùm pridem, & c. fi. de pact. c. 2. de elec. lib. 6. & hodie pauci ſunt collatores à labe Simoniæ exempti, beneficia nulli conferentes ſine contractu innominato.

3 Canonicè tamen poterit Epiſcopus conferre beneficium alicui ſub cōditione, ſi aliud quod obtinet, reſignet: vt docet Hoſtien. in cap. ad audientiam, de reſcrip. Collecta. in c. ſignificaſti, de elect. refert Ioan. Franciſ. in tract. de offic. & poteſta. cap. ſede vacan. q. 1. partis 2. col. 3.

4 Adhæc liberè id eſt ſine aliqua coactione conferri beneficium debet: alioqui metu facta collatio eſt nulla, cap. 2. de his, quæ vi metúſve cauſ. fiunt. Nam quæ metu geſta ſunt, rata non habet prætor, l. 1. ff. quod metus cauſ.

5 Idem ſi per vim, vt ibi, & c. ad aures, & c. penul. ibidem. nec dicitur liberè conferre, qui ſola affectione ductus, abſque cauſſa & immeritò confert, vt in Euang. *Fidelis ſeruus & prudens, quem cōſtituit Dominus, vt det illis cibum in tempore.*

6 Item ſine aliqua diminutione conferendum eſt beneficium: vt in cap. vno, vt eccleſ. benefic. vnde non poteſt epiſcopus conferre beneficium vni, & ſibi, vel nepoti ſeu famulo ſuo reſeruare penſionē, quia diminueretur beneficium: quod fieri non poteſt ab epiſcopo, vt ibi. & ca. extirpandæ, in fin. de præbend. nec poteſt iura dignitati competentia, conferendo illam ſibi reſeruare, c. cùm veniſſent, de inſt. Cald. in verb. conferens dignitatem.

7 Ita nec poteſt epiſcopus conferre cuidam beneficium, & retinere ſibi fructus: quòd ſi hoc faciat ex pacto vel conuentione, ſimoniam committit, d. ca. vno, in fi. facit c. ſi quis præbendas, 1. q. 2.

Fructus retinere quādo poſsit epiſcopus in collatione.

8 Quod tamen limitatur primò, cùm illos fructus reciperet ex conſtitutione, vel ſtatuto, ſeu indulgentia Papæ dicto cap. vno ibi, ſi conſtituat. Et ibidem dubitant Doct. an hoc epiſcopus poſsit conſtituere, vbi dicendum eſt poſſe quatuor interuenientibus, primò quòd hoc conſtituat de conſenſu Capituli, glo. ibidem approbata, & c. 1. & per totum, de his quæ fiunt à præla.

9 Secundò requiritur, quòd hoc ſit ſtatutum ante beneficij collationem: ibi vtrum ante donationem conſtituat: quia poſt collationem ſine conſenſu beneficiarij non poſſet eidem nocere, nec ius ſuum auferre. regul. id quod noſtrum, ff. de regul. iur.

10 Tertio requiritur, quòd hoc ſit conſtitutum ad tempus, vt in cap. penultimo, de verborum ſignificatione, cap. ſi propter, de reſcriptis, in ſexto, & ibi ad tempus, &c. in dicto c. vno, ſecus ſi perpetuo. clementina vltima, de rebus eccleſię non alienandis. Panormitanus in d. c. vno.

11 Quartò requiritur quòd epiſcopus hoc ſtatuat ex iuſta cauſſa, & neceſſaria, d. c. vno, nec ſufficeret iuſta cauſſa, niſi & neceſſaria adeſſet: quia d. cap. vnum loquitur copulatiuè, ad veritatem cuius oportet vtrunque interuenire, ca. 2. & 3. de reſcript. l. ſi hæredi. ff. de condition. inſti. & ſic epiſcopus non poteſt retinere ſibi fructus omnes beneficiorum, quæ confert, nec partem quia negatiua totum negat, l. ſi quis ita ſtipulatus, vbi Iaſon. ff. de verbor. obligat.

12 Palàm etiam facere collationem debet, id eſt præſentibus teſtibus fide dignis, non domeſticis, alioqui illi collationi non creditur. ca. poſt ceſſionem, de probation. ſcripſi in rubr. de collation. in concorda. vbi allegaui Curiæ Pariſienſ. Areſtum vtiliſsimum. *Palàm cōferatur beneficium.*

13 Notandum eſt, quòd hæc beneficia perpetuò conferri debent, vt quis perpetuò ea, & non ad tempus habeat, c. pręcepta, 55. diſtinct. & c. ſatis peruerſum. 56. diſtinctio. nam ſicut matrimonium ad tempus non contrahitur: eſt enim viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, §. 1. de patr. poteſta. in inſtit. ſic nec ſpirituale matrimonium, quod dicitur, in c. inter, de tranſlat. epiſcopi, quia actus legitimi non recipiūt diem nec conditionem, regula actus, & gloſſ. in cap. 2. de elect. libr. 6. *Caſus in quibus beneficiū ad tempus cōferri poteſt.*

14 Quod non procedit in Papa, qui ad tempus conferre poteſt, c. ſi gratioſæ, de reſcript. libr. 6. & gloſſ. in cap. vnic. de capel. monachor. ibidem, & in cap. paſtoralis, 7. q. 1. & in cap. veniens, de filiis presbyter. licet hoc non ſit ſolitus facere, & vix reciperetur in Francia.

15 Secundus caſus eſt in beneficiis ad nutum, cap. cùm ad monaſterium, de ſtatu monachor. cle. vnic. de ſupplen. negligen. præla. Feli. in cap. fin. col. 2. de iud. & hoc vidi ſeruari in eccleſia ſancti Sulpitij apud Bituriges, in qua eligebatur Abbas triennalis. Ioan. de Selua in tractat. de bene. in 3 parte, q. 21. ſcripſi multa in tract. de pacifi. poſſeſ. in ſexta limit. nu. 272. cum ſeq.

16 Tertius eſt in commenda, quæ fit ab ordinario ad ſex mēſes de eccleſia parrochiali, c. nemo deinceps, de elect. in 6. alia ergo beneficia poterit epiſcopus ad tempus, vel in perpetuum commēdare, c. ſi conſtiterit, de accuſat. Domin. & Philip. Franc. in d. c. nemo. Sed hodie nullus extra Papam ſolet beneficia commendare, ſaltem non vidi per inferiores à Papa, vel legato has commendas fieri ad vitam: quia ignari epiſcopi iuris beneficio nō ſunt vſi: vt dicit tex. in ſimili in cle. vna, de rerū permut.

Quartus in coadiutore præfecto durante morbo: nam ceſſante illo ceſſabit coadiutoris officium, c. 1. & c. fi. de cleric. ægrot.

17 Quin idem in visitatore dato, quando episcopus captus est à paganis vel schismaticis, tunc adueniente episcopo potestas visitatoris extinguetur, c.pen.& vlt.de sup.neglig.prælat.libr.6.sicuti capituli potestas cõfirmato episcopo, c.1.ne sede vacan.

18 Sextò in sententia, quæ si fuerit lata ad alicuius vtilitatem, & executioni demandata, is habebit beneficium, donec contraria lata fuerit sententia, cap.cùm ecclesia, de causa possess.quia sentẽtia pro veritate habetur.l.ingenuum, ff.de statu homi.

Ecclesiæ vacanti procurator cũ libera datur potestate.

19 Septimò interdũ ecclesiæ vacãti datur procurator, cum libera potestate administrandi in spiritualibus & temporalibus: & solet Papa hunc titulũ concedere Cardinalibus, cùm eis ecclesias cathedrales commendat, seu regulares.text. in cap.cum nobis olim, in fi.vbi Panorm.vlt.nota.de elect.vbi vnam causam dicit legitimam, propter quã possit hæc cõcessio fieri, videlicet cùm exigit vtilitas, seu ecclesiæ necessitas habere certam personam, quæ tunc non est legitimæ ætatis, vnde interim poterit constitui procurator, seu visitator illius ecclesiæ cum libera potestate administrandi temporalia, & spiritualia, quod soli Papæ competit: & alio nomine visitator dicitur in cap.is cui, de elect.in 6. & cap.pen.de supplend.neglig. prælat.ibidem.

Episcopus durãte reseruatione seu deuolutione administratorem ponere ecclesiæ potest.

20 Idem potest episcopus facere in beneficiis spectantibus ad Papæ collationem iure reseruationis, vel deuolutionis: vt postquàm aliquis illis nõ prouidet, possit idoneũ administratorẽ interim cõcedere, donec per Papam prouisum fuerit arg. c.regenda.10.q.1.Panor.in c.cũ nobis olim, in vlt.notab.de elect.dicens idem posse episcopũ facere in ecclesiis spectantibus ad suã collationẽ, donec ipse prouiderit intra tẽpus legitimũ: c.nemo deinceps, de elect.lib.6.nota in c.cùm vos, de offic.ordinar.

Capitulum sede vacãte beneficiis vacantibus procuratorem constituit.

21 Item capitulum sede vacante poterit procuratorem in beneficiis spectantibus ad collationem episcopi facere, vel commendare, sed cõferre non poterit, c.illa, ne sede vacant.c.vnic. vbi Ioã.And. & doct.illo tit.in 6.Panor.in d.c.cum nobis.

22 Nisi collatio fuerit necessaria, vtpote in beneficio debito mandatario, vel nominato vt ibidem doctores tradunt.& inferius dicã in materia deuolutio.hactenus de beneficiis perpetuò cõferendis.

23 Secundò principaliter requiritur ex persona eius, cui confertur: quòd is, cui confertur sit habilis, & idoneus: c.graue, de præb. Idoneus dicitur secundum iurium interpretes, si præditus sit scientia, moribus, & ætate, c.cùm in cunctis, de electio. c.licet Canon, illo titulo in sexto.

Volũtas & potestas in habẽte beneficiũ requiritur.

24 Ego verò puto imprimis requiri voluntatem & potestatem eius, cui beneficium conferri possit, vt videlicet deseruire beneficio velit, & possit: ca. super inordinata, & c.graues, de præb. scripsi in gl. voluerit.§.1.de collat.in concorda.

25 Prætereà si velit & possit, requiritur tamen, ꝙ sit idoneus tam in ordine, ætate, scientia, & moribus, quàm in aliis, quæ inferiùs subiiciam statim.

Collatio ordinarij an solo verbo probetur.

26 Sed an episcopus & alij inferiores possint solo verbo conferre, & sine literis collationem probare, respond.non posse propter eorum fraudes, nec crederetur illis sine literis. cap.post cessionem, de probat.scripsi in rubric.de collat.in concordat.& Felinus consil.6. vtrum Domi. quod limitaui in sex casibus in verb.literas, vbi abundè tractaui, [in §.1.de manda.Aposto.in d.concord. Sed nunquid collatio metu fieri possit? Bald.in rubr.de rescript. col.pen.dicit posse, quia non est sicut tutoris auctoritas, quæ verba requirit. l.1.ff.de auctor.tutor. Ideo à muto interponi non potest.l.1.in fi.ff.de tutel.ego existimarem collationem non posse nutu fieri, nam si episcopus loquatur, oportet quòd ipse conferat verbo, sicut de matrimonio scribitur in cap.tuæ.de sponsal.& sæpe procedit hoc argumentum.cap.inter, de transla.episco.Sed si collator loqui non posset, dandus illi esset coadiutor, qui conferret.cap.pen.& fi.de clerico ægro.& ita inualuit consuetudo, quæ in hoc sequenda est.]

Ordo in quolibet beneficio requisitus.

26 Ordo requisitus in quolibet beneficio est: primò in cardinalatu requiritur presbyteratus ordo, si titulum presbyteri habeat, si titulum diaconi, requiritur quòd sit diaconus.Hostien. in cap.2.de offic. Archipresbyt.gloss.in tit.de numero & qualitat.Cardina.in prag.

27 Si tamen is non promoueatur, sed diaconi vitam peragat, in foro conscientiæ tenetur: quia non seruit Deo in sacri altaris ministerio, sicut præcepit Christus, *Hoc facite in meam commemorationem.*

28 Episcopus requiritur quòd saltẽ sit in subdiaconatu, cap.à multis, & cap.intelleximus, de ætate & qualitate.sed hodie pueri promouentur, & literati negliguntur.

29 Idem in canonicis illum eligentibus, clemen. vt hi qui, de ætat.& qualit. vt subdiaconi esse ante electionem debeant, alioqui suffragium non habebunt, vt in d.cle.scribitur.

30 Archidiaconus in diaconatu, in cap.1.de ætat.& qua.vt sit præcipitur.

31 Abbas verò, decanus, præpositus, archipresbyter, & rector atque curatus debent esse in ordine presbyteratus, ca.1.de ætat.& qualit.cap.cùm in cunctis, §.inferiora, de election. vel intra annum saltem promoueri, ca.licèt canon, de elect.in 6.ca. si pro clericis, de præb.libr.6.alibi tamen dixi an habeat locum in abbatia, & inferiùs in materia de non promouendo dicetur, ibi vide.

32 In aliis autem sufficit prima tonsura, cap.1.60. dist.Panor.in c.dudum.1.in fi.de elect.& in d.§.inferiora, c.cùm in cunctis, ibid.

33 Et sic quilibet poterit habere beneficia curata, & quælibet alia, etiam si tantùm habeat primam tonsuram, dummodò sit in ætate, in qua possit intra annum ad sacros promoueri, seu ad illum ordinem requisitum beneficio, dicto cap.licèt canon, de election.libr.6.cap.si pro clericis, de præb.ibi.cap.2.in instit.cap.si eo tempore, de rescr. lib.6.& ibi doct.

34 Siue quis impetret à Papa beneficium, dicto c. si pro clericis, siue ab ordinario conferatur, ca.statutum, & c.cùm ex eo, & dicto cap.licet canon, de elect.in sexto: siue per præsentationem & institutionem assumatur.cap.2.de institutione, in sexto, etiam si quis eligatur.Dominic. & Perus.in dicto c.licèt canon.quamuis Ioannes Andreas ibi teneat contrarium

contrarium, per c. prætereà, de ætat. qui textus hoc non probat. Imo dictum c. licet canon, & alij text. de elect. loquentes, & dicto c. commissa, decidunt in electione sufficere electum habere primam tonsuram, dum tamen faciat intra annum se promoueri: & ista est communis opinio, quam Panor. & Card. sequuntur in d. c. dudum 1. de elect. & Card. in d. c. præterea Imol. in c. fi. col. 3. de præb. Roma. cons. 325. circa primum. in prin.

35 Limitatur quando de iure, vel consuetudine, seu ex fundatione, vel statuto requireretur ordo ab initio, vt in cap. nemo, de electionib. in sexto: vel si diceretur quòd præsentaretur sacerdos. Domini. in c. si eo tempore, de rescript. libr. 6. Cardinal. Zabarella consil. 69. casus talis. tunc nisi sit sacerdos tempore collationis non valebit collatio vel institutio.

Aetas in ordinibus requisita.

36 Etiam ætas requiritur: sed videndum est, quæ ætas in ordinibus requiratur? respon. in tonsura requiruntur septem anni completi, c. fin. de tempor. ord. libr. 6. quatuor minores post septem annos assumi possunt, glo. in summa 77. dist.

37 Ad ordinem autem subdiaconatus in decimooctauo anno, ad diaconatus ordinem in vigesimo, ad presbyteratum in vigesimo quinto anno promoueri quis potest: cle. fi. de æta. & qua. ad episcopatum in trigesimo anno completo, c. cùm in cunctis, in princ. de electio. plenè Panormi. in c. super inordinata, de præb. Cardina. in c. cùm contingat, de ætate. hodie ad episcopatus est quis habilis in Francia in vigesimoseptimo anno, per §. primum, de nomi. Reg. in con. Franciæ.

38 Ratio est, quia beneficia non debent conferri, nisi præditis moribus, scientia & ætate, d. c. cùm in cunctis, ergo ætas in initio requiritur, quod non est in ordine, sed sufficit quòd se habilem reddat intra annum: c. cùm secundum, de præbend. etiã iuuenis meritò dicitur, qui in iuuenilibus desideriis occupatus nulla grauitate cõstringitur. c. quorumdã. 34. di.

Aetatem quis probare debeat.

39 Ætatem probare habebit, qui se fundat super illa, siue agendo, siue excipiendo: ideo qui dicit prouisum non habere ætatem legitimã, hoc probare debet: l. cùm de ætate, ff. de prob. l. de ætate, de minor. Bart. in l. in illa, 1. ff. de verb. oblig. l. si maiorem, vbi Paul. & Iacob. C. de in integ. rest. de Rota decis. 253. sub tit. de exce. decis. 2. no. in anti. & decis. 800. in ti. de procu. decis. 37. ibi. Fel. in c. dudũ. de præsump.

40 Et ætatem requisitam in quolibet beneficio abundè tractaui in tract. de pacifi. poss. in 4. lim. nu. 174. cum seq. & inferiùs dicetur in hac ætatis dispensatione.

Super ætate quis dispensare possit.

41 Dispensare circa ætatem nullus præter Papam potest: quia constitutio conciliaris est dicto c. cùm in cunctis. de elect. contra quam episcopi non dispensant. gl. in c. cùm dilectus, in verb. in ætatem, de elect. nec quidem legatus. glos. in c. dilectus. 1. de præbend. nisi quis compleuerit vigesimum annum quo casu ad dignitates & personatus, non curatos dispensare episcopus etiam liberè poterit. c. vno. de ætat. & qual. lib. 6. secus in curatis, in quibus maior idoneitas requiritur, cùm cura sit ars artium, c. cum sit ars, de ætate & qualit. Staphile. in tract. de liter. grat. rubr. de qualita. & statu benefic. vers. & in præmissis.

42 Adhæc requitur scientia sufficiens mediocris, quæ sufficiat ad regendum illud beneficium, quod quis obtinet, c. venerabilis. de præb. Panor. in d. c. cùm in cunctis. in prin. ergo non sufficit beneficiato Rhetorica, vel Dialectica, vel Medicina, per quã reguntur corpora, non animæ: licèt quidam episcopi potiùs studeant Medicinæ, quàm Theologię, sed Hiere. 10. c. dicitur, Stultus factus omnis homo à scientia, ideo scientia salutis est expetenda & necessaria. Luc. 1. contra quosdam, qui potiùs libros Grammaticorum & Rhetorum deferunt quàm Euangelia: quia cùm sint terreni, terrena sapiunt.

43 Et de triplici scientia Doct. scribunt. in d. c. cùm in cunctis. & ego ipse hîc scriberem, nisi dixissem in ipso, in verb. eminentis scientiæ, de nominatio. regia. in corda. & super hoc non vidi expressam dispensationem, sed bene vidi asellos episcopos nescientes Latinum intelligere, nec loqui, sed beneficiorum stratagêmata callentes, ac beneficia per falsa & vera sibi aquirentes.

Boni mores maximè clerico necessarij.

44 Præterea boni mores maximè necessarij sunt beneficiato, qui præualet diuitiis. l. scire. §. is qui. ff. de tut. & curat. dat. ab his, sic dixi ista in clericis tantùm requiri suprà.

45 Sed quia hodie de moribus vltima fit quęstio, ideo mores vltimò posui: tamen boni mores præferuntur à Dauide, Bonitatem, disciplinam & sciẽtiam doce me, prius bonitatem, & sic bonos expetit mores, quàm alia: sic & nos illius exemplo edocti faciamus.

Coniugatus & illegitimus beneficia obtinere non possunt.

46 Requiritur etiam vt non sit coniugatus, qui nõ potest beneficium obtinere: c. 1. & per totum. de cleri. coniug. Siluester Prier. in sua summa in verb. beneficium. 3.

47 Ad hæc vt sit legitimus, nam illegitimi sine dispensatione beneficia obtinere non possunt. c. 1. & per totum, de filiis presbyter. tam in decre. quam lib. 6. & inferiùs dicam in dispensatio. super defectu natalium.

Absentis beneficiũ antequàm illud acceptet conferri non potest.

Vltimò requiritur, quòd si collatum fuerit absenti, vt ipse acceptet, alioqui collatio facta alteri antequàm iste absens declarauerit voluntatem, nullius erit momenti, etiam si posteà absens non acceptauerit, text. in c. si tibi absenti, de præb. in 6. Pan. & alij in c. accedẽs. illo. tit. Calder. in reper. in verb. beneficium si fuerit.

48 Tertiò principaliter requiritur ex parte rei quòd beneficium sit vacans: quia non vacans conferri non potest. c. 1. & per totum. de concess. præb. scripsi in rub. de colla. in concorda.

Vacare beneficiũ quãdo censetur & quot modis.

49 Vacare autem potest beneficium vel per mortẽ c. susceptum, de rescript. lib. 6. mors enim omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nup. colla. 4.

50 Vel per renuntiationem simplicem, vel ex caussa permutationis. c. 1. & per totum. titu. de rer. permut. de quibus inferiùs dicetur.

51 Item per priuationem & depositionem. c. ex literis, & c. grauem. de excessib. præla.

52 Etiam si quis transferatur ad aliud beneficium, primum vacat eo ipso quòd illi translationi cõsensit, c. in apibus. 7. q. 1. post adeptam tamẽ possessio-

nem secundi,cap.quanto.de transla.episcopi. glos. & doct.in c.si quis iam translatus. 21.q.2.clem. gratiæ. de rescript.

53 Item si secundum quis adipiscatur incompatibile beneficium, pacificè, vacabit primum. cap. de multa.de præb.& extra. execrabilis. Ioan.22. idem si quis per vim secundum occuparet:cap. eum qui. de præb.lib.6.vt non sit stolidus occupator melioris conditionis, quàm sapiens & astutus, qui titulum obtinuit.d.c.eum qui, & l. Seruius. ff. quod vi aut clàm.

54 Item habens ecclesiam parrochialem si intra annum non est promotus, est priuatus ea, & vacat. c.licet canon.& c.commissa, de elect.lib.6.

55 Item vacat beneficium, si quis contrahat matrimonium,vel sponsalia per verba de præsenti.gl. & Doct.in c.vnic.de cleric.coniug.lib.6.Pan.in c.1. illo.tit. Aufrer. decis.239.& aliis modis censetur vacare beneficium, quos scripsi in §. monasteriis, in verb.vacantibus de nominatio.regu. in concorda.

De iure, & facto beneficiũ vacat.

56 Et hæc vacationis genera ad tria reduci solent: aut enim vacant de iure,& de facto,vt per mortem & resignationem, vt superiùs dixi: de iure autem inquantum nihil habet iuris in beneficio is, qui illud resignauit, c.inter. de præb. de facto etiam vacat,quia de facto is resignauit, vel mortuus est: & sic de facto beneficium dimisit.

De facto quando vacet.

57 Interdum de facto tantùm vacat: vt quando quis suo est spoliatus beneficio.cap.ad audientiam: & c.Abbas.de his quæ vi metúsve caus. fiunt.c. itẽ cum quis.de restit.spol.Host. in summa de conces. præb.quem alij Doct.sequuntur communiter.

58 Ego autem eo casu putarem nec vacare de facto,nec de iure:de facto non vacat,quia detinetur, ab spoliante,ideo non potest de facto vacare,quando ab aliquo tenetur,vt notum est,per cap.cum nostris, de conces. præb. ideo ego dicerem de facto vacare, quando aliquis longo tempore est absens à beneficio, & ignoratur vbi sit, tunc dicitur vacare de facto:quia ibi nullus est, qui de facto illi beneficio seruiat:& pro hoc videtur text.in c.2.& cap. ex parte.1.de cleric.non residen.& glos.in c.non oportet.in 1.de consec. distin. 5. dicit talem desinere habere liberam administrationem, & illius beneficiũ conferri posse.sed eo reuerente non nocebit illi collatio,si monitus non fuerit,vt priuatus. cap. tuæ.de cleric.non resid.vbi Panorm.& alij, & in c. ex tuæ. ibidem.

De iure quando beneficium vacare credatur.

59 Aliquando vacat de iure, sed non de facto, vt quando quis obtinet secundum pacificum, vacat primum de iure, per c. de multa.de præb. si tamen adhuc illud retineat,primum dicitur de facto retinere,sic non vacat de facto, per c.cum nostris. de conceß.præb.Host.plenè tractat in sua summa. de conceß.præb.

Cõferri quãdo possit de iure vacans vel vtroque modo.

60 Itaque si beneficium vacet de iure & de facto, vel de iure tantùm,potest conferri non obstante alterius detentione:& acquiritur ius illi, cui collatũ est,etiam absenti.c.si tibi absenti.de præb.lib.6. sed quãdo de iure tantùm vacat oportet quòd exprimatur Papæ detentio alterius colorata, alioqui impetratio est nulla,secus si incolorata. d.c. cum nostris. de conceß.præb. & dicitur incolorata quando possessio sine iure est:vt plenè scripsi in trac.de pacific. possessio.in 4.exten.nu.32.

61 Ideo episcopus vel alius collator quando confert,debet modum exprimere vacandi sic per mortem,aut per resignationem.c.susceptum.de rescrip. lib.6.nec sufficit dicere, vacantem ecclesiam conferimus,vt cõsuluit Bertran.cons.132.dubitatur.co. 4.nu.19. in 2. vol. ex 1.editio. quia etiam Papa non prouidet de beneficio vacante per modum in cancellaria exprimendum:vt est in reg. cancel. multò minùs ordinarius.

Quibus hodie beneficia conferantur.

62 Nunc dicamus de collationibus episcoporum, & ordinariorum, & quibus fiant, penitus ignoro. dicam tamen me vixisse vsque ad sexaginta annos, & neminem vidisse,qui doctoribus regentibus vel aliis doctis & bonis sua sponte prouidisset:imò scio quosdam episcopos astu quodam illos induxisse ad resignandum, si qua habebant beneficia,vnde (vt puto) possem iure dicere,ô capita ecclesiarũ inutilia, & mores peruersi, & quod Verg.ait in Georg. *Infelix iolium,steriles dominantur auenæ*.c.1.de libelli oblatione,inuasit maximè ecclesias regni,à quibus Deum obnixè oro,vt liberentur: & docti, probi, & vtiles in ecclesiis recipiantur & nouum videbitur: ô quanti adulatores, hæretici, ignari, stabularij, & coqui abundant beneficiis:& docti,ac boni, steriles & omnibus nudati bonis sunt. Deus eos beatos faciat in terra viuentium,& hos ignaros,profligat, & bene ecclesiæ habebunt:dicit diuus Ambro. in pastorali,polleat (inquit) prælatus sapientia & doctrina, vt non solùm subditos doceat, sed etiam hæreses conterat & repellat: qui autem talis non est, ad sacerdotium non accedat, vt vsurpare locum alterius non præsumat.

Pœnæ contra collatores indignis conferentes.

Cõferẽs indigno priuatus est conferendi potestate.

1 QVamobrem cum ita abutantur quidam collatores conferendo indignis, videamus pœnas, in quas hi miseri incidunt: prima est, quòd priuati sunt potestate conferendi pro prima collatione, & (vt dicunt) prima vice.cap.cum in cunctis.§.fi.de elect.cap.cùm Vintonien.de electio.glo.in cap.cùm singula. §. prohibemus. de præbend. lib. 6. & gloss. in cap. quòd si prædicta.in verb.priuati.de elect.in prag. vnde cõferens beneficium excommunicato, est ipso iure priuatus tanquàm conferens indigno. c. postulasti. de cleric.exc.minist. Cald.in reper.in verb. conferens beneficium,itaque potest impetrari beneficiũ, quod post collationem indigno factam episcopus contulit,quia illud conferri, non poterat, eò quod esset à iure priuatus: & miror hodie cũ tam multi sint circa hoc Gregorij,quòd ista nõ impetrẽt: nec putarem post impetrationem bonos iudices cõtra hoc iudicaturos,si animabus suis prouidere vellẽt.

2 Et hoc si scienter, secus si ignoranter. c.postulastis.& c.Apostolicæ.de cleri. excom. ministr. l. ex maleficiis,vbi glos.ff.de actio.

3 Et præsumitur sciens episcopus, quia tenetur de vita & moribus illius inquirere, antequàm ei conferat. cap. innotuit. de electio. Card. cons. 133. duo sunt.&

ſunt. & debet habere plenam notitiam eius cui cõfert.c.bonæ.2. in fi.& ibi Panor.12. not. de postula. prælato. nam ſicut cum alio contrahit, non debet eſſe ignarus eius conditionis, cum quo contrahit.l. qui cum alio, de reg. iur. ff. ſic & is qui vult alicui conferre,ſed quotuſquiſque hoc facit, neſcio: ſed non eſſent tot pecora Melibæi eccleſiis præpoſita, ſi de his fuiſſet inquiſitum. etiam inquirere debet, an aliud habeat beneficium, cap. ordinarij. de offi. ord. in 6. nam peccat ſciens iſti conferendo: tum quia indigno confert.c.is cui.de præb.lib.6.tũ quia venit contra iura hoc prohibentia. cap. primatus. 71.diſt.Arch.in c.ſi quis.21.q.2.

4 Secundò ſuſpendi debent à collationibus faciendis.c.graue.de præben. c. poſtulaſtis. de cleric. excom. miniſtr. nam poſtquàm malè vtuntur re ad eos ſpectante,& adminiſtratione, ea priuari debẽt, ſicut tutor.qui malè adminiſtrat. §. ſuſpectus. & §. fi.de ſuſpectis tutor. in inſtitu. vt etiam priuetur in quo deliquit.d.c. poſtulaſtis.de cler.excom. & ferè hodie omnes ſuſpenderentur,& priuarentur.

Suſpenduntur collatores indignis conferẽtes.

5 Sed bonum eſſet ſtatuere,quòd conferens indigno eſſet priuatus poteſtate conferendi per menſem: quæ collatio capitulo applicetur illius eccleſię,in qua eſt præpoſitus conferens etiam ab officio ſuſpenditur.c.1.in 83.diſt.c.ſi.1.q.3. ſed ſi fune collo adhibita ſuſpenderentur, non ampliùs indignis conferrent, & fortè vtilius eſſet quibuſdam quò ad animam.

Peccat indignis conferens.

6 Tertiò peccat mortaliter, quia ſeruitio Dei indignos applicat.ca. monaſterij.19.q.3.gl.pen.in c. ad Apoſtolicam. de regul. & quia hoc vergit in detrimentum eccleſiæ, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur: & meliùs eſt paucos habere bonos,quàm multos inutiles,c.tales.23.diſ. c.pen.de ætate. glo. in verb.indignorum, in proœ. prag.ſanctio. & quia tranſgreditur canones ſtatuẽtes optimum eligendum:c. Metropolitano. 63.diſt. & tranſgrediens canones peccat.c.quia.eadem diſ. c.1.& c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.c.fi. ſlo tit.in 6.glo.in verb.vtiliorem.§.ad locum. de ele.in Prag. ſcripſi in interpreta.c.poſtulaſtis, de cleric.excom. miniſt.& quia fraus contra canones.c.fin.4.diſt.

Infidelis eſt indigno cõferens.

7 Quartò ſunt Deo infideles: quia fidelis & prudens debet eſſe quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam vt det illis cibum in tempore, vt eſt in euangelio:vnde ait Hiero.indignũ eſt dare Deo, quod dedignatur homo, ac cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti,magiſtrúmque facit,qui vix diſcipulus eſſe poterat.cap.fin.49.diſt. longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur eccleſię.c.in ſacerdotibus.61.diſtin.

Cõferẽs indigno ad intereſſe eccleſiæ tenetur.

8 Quintò tenentur ad id quod intereſt illi eccleſiæ,quam læſerunt,vtpote ſi dignum elegiſſent,vel vel ei contuliſſent,eccleſia in lite non ſuccubuiſſet, aut aliud detrimentum paſſa non fuiſſet;hoc enim ſarcire debent:vt expreſsè docent Anchar.& Card. in cle.1.col.vlt. de æta.& qualit.& Angel. de Clauaſio in ſua ſumma,in verb.reſtit. & Fel.in c.ſi quando.col.4.ver.ſtat difficultas.nu.7.de reſcript.

9 Inſtar magiſtratus, qui minùs idoneo pupilli tutelam commiſit: nam magiſtratus tenetur deficientibus tutoribus.l.1.& per totum.ff.de magiſtra. conueniend.Cùm ergo iſti indigni pręfecti non reſtituant damna,ergo collatores tenentur, & in extremo iudicio quot erunt, ob hoc damnati niſi reſipiſcant? quia collationes beneficiorum circa inhabiles frequentiores ſunt, quàm ad habiles, quia ſimilis ſimiles diligit:nec eximo capitula eccleſiarum,quæ hoc faciunt,& terræ cardines multi.

10 Sextò tenentur de mala adminiſtratione electi, vel prouiſi reddere rationem Deo optimo maximo,& erunt participes pœnarum, quas patientur prouiſi ab eis in diſtricto Dei iudicio.c.1.§.quoniã. in verb. autores. de electio. in Prag. nam facientes & cooperantes pari pœna punientur. c. 1. de offic. deleg. ſicut enim boni operis fructum ſibi comparat,qui rectum tenet in eligendo & prouidendo iudicium,ita graui ſemetipſum afficit damno,qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignũ. c. miramur.61.diſt.Eſaiæ 41. Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum,quod non eſt,abominatio eſt,qui eligit vos.c. Valentianus, 63. diſt. vbi dicit ſuper vos eſt talis electio, vt eligentes teneantur de omni dãno,& diſpendio,quod eccleſiæ acciderit gl.ibi.

Conferens indigno de mala eius adminiſtratione tenetur.

11 De iure ciuili tenetur pater conſentiens filio ad officium electo, priùs tamen excutiẽdus erit filius. l.1. C.de decu.lib. 10. Et nominantes ſcienter indignum ad officiũ tenentur de his quæ electi & nominati malè in officio geſſerunt:l.1.& 2.C. de peric. nomina.lib. 10.in ſubſidium. l. exactores. C. de ſuſcep.lib.10.l.ſeueriter.C.de excuſ.tut.

Pater pro filio ad officium electo tenetur.

12 Septimò ſacrilegium committunt,& tanquam ſacrilegi ſunt iudicandi.cap.ſunt quidam.1.q.1.quia rem ſacram id eſt eccleſiam lædunt. Vnde ait D. Hiero. Eccleſiam fraudare, quod ſacrilegium eſt, vel exinde aliquid ſubtrahere,omnium prędonum crudelitatem ſuperat.in c.gloria epiſcopi.in fi.12.q. 2.quia nihil magis officit eccleſiæ, quàm quòd indigni admittuntur in eccleſia.cap.nihil eſt. de elec. & dicit Leo,in c.miramur.61.diſt.ſic, miramur tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionẽ, aut tumultum valuiſſe popularem vt indignis quibuſlibet, & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis, paſtorale faſtigium, & gubernatio eccleſiæ crederetur: non enim eſt hoc conſulere populo,ſed nocere,nec pręſtare regimen,ſed augere diſcrimẽ. integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum, alioqui iudicium æternum eos manet.

Cõferẽs indigno ſacrilegium committit.

13 Octauò non conferendo viris doctis & probis ſeipſos condemnant ad ignem æternum. text. in cap. apoſtolicis. 16.quæſt.1. vbi ſic ſcribitur, Apoſtolicis viris & euangeliſatoribus Chriſti in neceſſariis vſibus nolle tribuere, ſeipſum condemnare eſt.

14 Nonò ſcandalum præbent: & qui ſcandaliſat, neceſſe eſt vt ſuſpendatur in collo eius mola,& proiiciatur in mare, vt eſt in euangelio:nam poſtquàm ſatis biberunt ex ſanguine pauperum,& adhuc non ſunt ſatiati,bibent ex aqua ad ſaturitatem.

15 Decimò ſunt homicidę,quia auferunt bona debita bonis,& ſanctis Eccleſiaſti.23. Panis egentium vita ho

Homicida eſt conferẽs beneficium

vita hominis est, qui defraudat illum, homo est sanguinis, & virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: & sic hos malignos collatores, vt docet August. de Anchona in tract. de ecclesiasti. potesta. q.72. in vlt. q. & q.2. dicens eos valde peccare, qui fauore sanguinis, patriæ, aut adulationis conferũt beneficia indignis: quia bona communia sunt communiter dispensanda: & bona ecclesiæ sunt communia. c. conuenior. 24. q. 8. & necare dicitur, qui alimenta denegat. l. necare. ff. de lib. agno.

16 Vndecimò decapitari meretur indignus episcopus, nisi inuitus fuerit ordinatus, gl. in l. qui cum vno, in verbo, temporarium. ff. de re milita. quam probat Felin. in c. si quando, col. 4. de rescript. & idẽ in promouente indignos, & si hoc seruaretur, fere omnes nostri episcopi acephali essent, & sine capitibus: quia pauci ab hac indignorum promotione abstinent: imò eos plurimum iuuant quidam vicarij eorum, qui licet habeant suos suaptè natura malos, illos tamen executores habent.

Cõferẽs indigno de amissione animarũ tenetur.

17 Duodecimò isti episcopi tanquam violatores canonum priuari debent. c. violatores. 25. q. 2. tenẽtur isti de amissione animarum parrochianorum, quæ fuerunt damnatæ propter prouisionem istius indigni, & aliis pœnis afficiuntur, quas scripsi in tract. nomi, q. 19. aliàs cumularẽ, sed surdis loquor.

[Decimotertiò si collationem non factam dicant se fecisse, sunt falsarij. nam falsum est veritatis immutatio, §. 1. in authen. de instru. cautel. & fide, colla. 6. Et si per industriam & calumnias eorũ auferatur beneficium viro iusto, sunt fures, quia bona contrectant inuito domino. l. 1. ff. de furt. & peccatũ non remittetur, nisi restituatur ablatum. reg. peccatum. de reg. iur. in 6. Sunt etiã sacrilegi: valde enim lædunt rem sacram, à qua auferunt verum rectorem, dando alium non pastorem, quem oues non cognoscunt, quia est alienus, & voces alienorũ oues non audiunt, vt est in Euangelio. Populum etiam valdè lædunt, auferendo ab illis verum pastorem, & dando mercenarium, qui non curat de ouibus, & si curet, decipit se, cùm non sit præfectus, & tamen sacramenta tanquam præfectus ministrat, decipit & animas illorum, quibus præsidet quia non est pastor.]

5

Forma collationis & prouisionis ordinariorum.

1 MARTINVS Dei ac sanctæ sedis Apostolicę gratia Nemausen. episcopus dilecto nobis in Christo N. clerico, in Decretis doctori, rectori parrochialis ecclesiæ N. nostræ diœcesis salutem in domino. Quia de literarum scientia, vitæ ac morum honestate, aliísque virtutum meritis, quibus illarum largitor personam tuam insignitur, fuimus fama ac fide dignis testibus certiorati, quæ nos ad gratiam tibi faciendam excitant.

2 Itaque volentes te iuxta tuæ personæ merita fauore prosequi gratioso, parrochialem ecclesiam N. nostræ diœcesis nũc per liberam resignationem de ea per prouidum virum N. presbyterum dictę ecclesiæ tunc rectorem in manibus nostris factam, & per nos admissam ad præsens vacantem tibi quem ad regimen & gubernationem ipsius sufficientem & idoneũ esse reperimus, cum omnibus iuribus, & pertin. vniuersis conferimus & prouidemus, ac de eadem te coram nobis constitutum per pilei traditionem in manibus tuis inuestimus, ac in corporalem possessionem, seu quasi eiusdem ecclesiæ N. pręsentium tenore cum iuribus & pertinen. supradictis inducimus, recepto priùs abs te solito in talibus præstari iuramento, & iure nostro saluo.

3 Quocirca vobis vniuersis & singulis personis ecclesiasticis, notariis & tabellionibus publicis per ciuitatem & diœcesim nostras constitutis & subditis nostris auctoritate prædicta tenore præsentium committendo mandamus, quatenus vos, aut alter vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, ad dictã ecclesiam accedatis, seu alter vestrum accedat ad prædictum N. vel procuratorem eius nomine, & pro eo in corporalem possessionem prædictę ecclesiæ N. iuriúmque & pertinentium prædictorum inducatis vice nostra, & defendatis inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore.

4 In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præsentes literas collationem & prouisionem nostras in se continentes fieri, & per secretarium nostrum infrascriptum subscribi & publicari fecimus & mandauimus: nostríque sigilli magni iussimus appensione communiri.

5 Datum Nemausi anno 1551. die 6. Martij, præsentibus Ioãne Ruffiat presbytero, & Petro Rostaing aurifice testibus ad pręmissa vocatis & adhibitis. De mandato reueren. do. Episcopi, P. Rilliot. secret:

Requisita in literis collationum.

Quinque partes in collationis literis.

1 QVia in collationibus multa sunt dubia, ob id formam inserui, in qua collationis forma sunt quinque partes. Prima continet salutationẽ, & collationis causam. Secũda ibi, ita

ibi, itaque collationem, & prouisionem, ac inuestituram factam per pilei traditionem, ac iuramenti receptionem. Tertia pars continet delegationem & commissionem factam omnibus clericis, tabellionibus & personis ecclesiasticis subditis, vt istum N. in possessionem dictæ ecclesiæ collatæ ponant, & inducant, ibi, quocirca. Quarta, testatur episcopus collator ad fidem huius collationis faciendam se iussisse has collationis literas fieri per secretarium suum, & sigilli sui magni appensione communiri, ibi, in quorum omnium. In vltima inscribitur data & testes, posteà subscribit secretarius hæc summa prouisionis literarum beneficiorum: licet alij alia inserant, ista tamen sufficiunt.

Iurare quæ teneātur rectores, & curati ecclesiarum collatori.

2 Sed dubitare quis posset, quæ iurare debeant rectores, & curati? respon. Primò iurat episcopo quilibet curatus, quòd erit illi & suis successoribus fidelis & obediens & sanctæ sedi, probatur in c. ego N. & seq. de iureiu. c. cum clerici. de verbo. sig. c. de forma. 22. q. vlti.

3 Secundò quòd seruabit mandata episcopi, & ea seruari faciet, videlicet sententias & statuta, c. cùm ab ecclesiarum, & c. ad reprimendum, de offi. ordi. nam qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, vt docet diuus Paul. & cap. qui resistit. 11. q. 3. & diuus Petrus in sua epist. Obedite præpositis vestris etiam discolis.

4 Tertiò iurat quòd seruiet ecclesiæ, cui præficitur, seruiet inquam in diuinis, & in spiritualibus ac temporalibus: quia propter officium datur beneficium. cap. fi. de rescript. in 6. & si non seruiat, est periurus. [O quot hodie sunt.]

5 Quartò quòd residebit seruiendo dictæ ecclesiæ. c. quia nonnulli. & c. relatum, de cleric. non residen. & hoc iuris est.

6 Quintò non relinquet, nec se transferet ad aliā ecclesiam sine ipsius episcopi licentia. cap. admonet. de renun.

7 Sextò iura & libertates ecclesiæ iurat conseruare, & defendere, ac vtilia procurare, sicut tutor. l. fin. §. omnem. C. de administ. tut. & sicut Nabot vineam suam proprio sanguine suo defendit, ita iura Ecclesiæ clerici tueri debent, licet pauci hodie reperiantur, sed fugiunt dum vident lupum venientem, [sicut mercenarij, & cuius non sunt oues.]

8 Septimò quòd non alienabit res ecclesiæ, sed alienata per prædecessores reuocabit. ca. abbatibus. 12. q. 2. & c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alienan. c. 2. de rer. permut. c. quod quis. 35. q. 9.

9 Octauò quòd nihil dedit, nec illicitum pro adipiscenda hac ecclesia commisit. c. fin. de pact. c. nobis. & per totum. de simo.

10 Nonò quòd non soluet vltra antiquam & solitam pensionem. c. prohibemus. & seq. de censib. c. tua nos. vbi Panor. ista conscribit, de iureiur.

11 Decimò quòd ordines suo tempore recipiet, & hoc si non est ordinatus. cap. quæris. de ætat. & qualit. cap. licet canon. de elect. in 6. hodie istud non est necessarium: quia si non promoueatur intra annum ipso iure vacabit beneficium per d. cap. licet canon. Aliud etiam addit Panor. in d. c. tua nos. quod non est necessarium, vnde illud omitto: hæc sunt quæ solent iurare prouisi ad ecclesias curatas: [Hodie non omnia ista iurant. Sed quidam opponere solēt clausulam, Saluo nostro & aliorum iure. Et quid operetur illa clausula, iure nostro saluo, scribit Pau. Paris. constit. 21. num. 55. in 1. vol. alibi dixi.]

Declaratio collationis ordinarij.

12 Et sic priùs inseritur nomen episcopi conferētis: vt dixi superius in literis tonsuræ: & dixi Martinum: quia ignari hoc nomine abutuntur, [& vulgò vocari solent asini hoc nomine, & plures sunt effectu, licet nomine alio sint decorati]

13 Secundò salutatur is, cui beneficium confertur dilecto, & deinde præfatur episcopus, quæ caussa mouit eum ad conferendum: vt in cap. graue. de præb. & interdum omittit caussam, quia nullam habet, cùm sola affectione mouetur, [vt hodie permulti collatores.]

Episcopus non potest modum vacādi pro expressō habere, nec ad effectū absoluere.

14 Tertiò narratur in literis talem ecclesiam N. vacare per resignationem, vel eo modo quo vacat, vt in cap. susceptum, de rescript. in 6.

15 Et sic non potest episcopus, vel archiepiscopus, habere modum vacandi pro expresso: quia hoc ad Papam solùm pertinet: vt scripsi in forma manda. in gl. pro expressis. in Concor. nec potest ordinarius in his literis impetrantē absoluere quoad effectum obtinendi, sicut Papa, & legatus: vt scripsi in gl. absoluentes, in form. mand.

Clausula quouis modo, vacet nō solet per ordinariū cōscribi.

16 Item non poterit episcopus in literis collationum apponere clausulam quouis modo vacet: quia non potest in omnibus vacandi modis prouidere, vtpote si beneficium vacet in curia, c. 2. de preb. lib. 6. gl. & Doct. in c. 2. de elect. in 6. & c. 2. & 3. de concess. præb. ibidem: licet quidam ignari inscribere in suis literis hæc soleant, sed frustra: quia beneficium non debetur nisi per modum expressum, cùm etiā iure deuoluto non possit conferre postquàm amisit collationem, non tamen vitiatur collatio, si episcopus dicat se conferre vacās per resignationem, aut aliàs quouismodo: quia superflua non vitiant, l. si testamentum. C. de testa. [Ideo quando episcopi vel archiepiscopi apponunt clausulam quouismodo, non comprehenditur modus vacandi, qui in illorum potestate non est, vt tradunt Doct. in cap. susceptum. de rescript. libr. 6. & Doct. in capit. ex parte. de conces. præb. Hodie quilibet collator solet apponere istam clausulam, & non esse prohibitum docet gl. in §. item quod monasteria. in verb. aliàs. de causis, in prag. sed non habet illum effectum, quem habet quando est à Papa apposita.]

Nomē sancti quando in collatione sit exprimendum.

17 Quartò narratur diœcesis, vbi beneficium sitū est, cap. significante. de rescr. & si sit ecclesia per se, exprimitur nomen sancti: alioqui non valebit collatio, gloss. & Doct. in c. quamuis. 1. de præb. lib. 6. & aliàs collatio esset incerta, quæ nō valet, c. 2. de ele. lib. 6. dicam inferiùs in elucida. signaturæ.

18 Si verò sit capella intra ecclesiam, exprimitur ecclesia, vbi sita est: vt in ecclesia sanctæ Crucis Aure. dicœ. Fel. in d. c. significante, col. 1. de rescri.

Error in nomine presbyteri an vitiet.

19 Quintò exprimi solet is, per cuius mortem vacat. aut per resignationem: vnde dicit Fel. in d. c. significante, quòd si impetrauerim rescriptū super ecclesia contra presbyterum si errauerim in nomine presbyteri, licet constet de ecclesia, non valet

rescriptum

rescriptum,quod est stricti iuris. allegat Io. And.in addit.ad Spec. in tit. de rescri. præsentia. §. ratione causæ,ver. quid si indubitanter.vnde solet in signatura Papæ conscribi,quòd maior & verior expressio fieri possit,vt in trac.de signa.dicetur.

Procurator resignantis exprimi debet,& eius potestas probari.

20 Sextò exprimitur procurator, qui illam resignauit,si per procuratorem facta sit:vt si falsi posteà impugnetur, probari veritas possit, & quia procurator certus esse debet. l. 1. ff. de proc. si per se resignauerit,etiam hoc exprimi solet,vt hic.

21 Et si dubitetur de hac resignatione,probari debet per instrumentum publicum : nec quo ad hoc creditur dicto episcopi, vel alterius hoc asserentis, nec quidem dicto Papæ : vt in cle.literis , de prob. quæ est hodie correcta per titulum de subla. cle. literis,in concorda.vbi multa scripsi.

Induci in possessionē beneficiarius debet.

22 Septimò mandat episcopus omnibus & singulis presbyteris,clericis ac notariis , vt istum cui est collatum beneficium , in possessionem mittant, alioqui sua autoritate possessionem prehendere quis non posset:l.si ex stipulatione,ff.de acqui. poss. & per collationem beneficij non transfertur possessio:c.cùm Bertholdus , ibi , ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem:de re iud. plenè scripsi in forma mand. in ver. inducentes.

23 Imò dicunt quidam, quòd apprehendens possessionem est iure, quod habet, priuatus:c.eum qui, de præb. libr.6.sed ille text.hoc non probat, sed tãtùm eum iure priuatum,qui violenter, sed non sine violentia:vt dicunt ibi Doc.& Perus.maximè.

24 Vnde qui adipiscitur cum vero titulo possessionem,non priuatur iure,secundum Domi.& Philip.ibidem.& quando episcopus confert,& inuestit eum, per calamum, vel aliàs, is poterit propria autoritate possessionem apprehendere, teste Panor. in c.autoritate,de conces.præb.

In possessionem mittere quilibet clericus potest.

25 Et quamuis de iure Archidiaconi officium sit mittere in possessionem institutum:c.ad hęc,de of. archi. in Francia quilibet clericus mittit in possessionem de consuetudine , nec requiritur Archidiaconus:vt dicam inferiùs tit.de mis.in poss.

Clausula nō obstant. in collationibus ordinariorum nō inscribitur.

26 Octauò ordinarius non apponit clausulam nō obstan. quia inferior non potest iuri superioris derogare:cle.ne Romani,de electio. Bar. in l.si quis, in prin.ff.de leg.3.

27 Vnde non poterit alius à Papa fundationi, vel statutis ecclesiarum derogare, sed tenebitur prouidere iuxta statuta,& fundationem,alioqui non valebit collatio : vt scripsi in for. mand. in verb. non obstan.

Clausula, pro hac vice,non pertinet ad inferiores, nec quidem ad curiam supremam

28 Etiam si diceret pro hac vice tantùm : quia ista clausula pertinet ad superiores, qui iuri derogare possunt : nec puto curiam supremam hac clausula vti posse, quia est instituta, vt iustitiam & ius reddat:& ista clausula est huic contraria,quia si hac vice gratiam vellet facere,& sic iniustitiam,malè faceret:ergo ad parlamenta non spectat hęc clausula, sed tantùm ad eos , qui iure suo derogare possunt. De hac curia & eius potestate plenè scripsi in proœ. Concorda.in verb.summas.

29 Nonò data apponi solet , videlicet quo die collatio facta fuerit,& literę sine die & consule non valent,vt in data Sexti continetur : vt superiùs dixi in literis tonsuræ.

Collatio facta si[ne] testibus n[on] creditur.

30 Decimò testes duo ad minimum inscribi in literis collationum debent:alioqui non credetur collationi ordinarij in præiudicium expectantis apostolici,vel alterius prætendentis ius:vt plenè docui in Concorda. in rub. de collat. nec putet episcopus ad iniuriam suam pertinere, quod illi soli non credatur : cap.placuit, 6.q.2. & ista est communis opinio , secundum Aret. in dicto cap. post cessionem, colum.2.& pro ista consuluit Bertrand.consilio 132. Dubitatur,colum.2.in 2.vol.ex antiq.edit.

31 Vbi etiam consilio seq.dicit,quòd si episcopus posteà daret literas suas testimoniales, vt diceret se contulisse : illæ literæ non probarent ad vitandas fraudes, & maximè dictante aresto , quod allegaui in Concorda.quod est prohibitoriũ, vt collatio nō fiat sine testibus [nec quidem cum testibus domesticis,vt benè docui in dict.concorda.]

Diuersita[s] literarũ vitiet co[lla]tionem.

32 Vndecimò debent scribi literæ eadem manu: nec esse debent diuersæ literæ , alioqui sunt suspectæ,per text. in authent. de trien.& semis.§.& quod sæpe, textus in c.inter dilectos , de fide instrumen. & cap.licet,de crimine falsi ; Bald. in l. contractus. col.3.numero 10.de fide instrum.Roma. singul. 336. An diuersitas. Alex consi.41. Viso, col.1. volu.1.& consi.104.in prin.volu.7.& expressè Bertrand.cōsi. c.33.Viso processu.col.3,nu.11.in 2.vol.ex prima editione : hoc attenditur in collationibus Papæ, sed non vidi opponi in collationibus ordinariorum:licèt falsum probetur ex diuersitate literarum : c.inter,de fide instru.

Rasura [vi]tiat co[lla]tionem.

33 Duodecimò rasura vel cancellatio in loco suspecto vel substantiali reddit suspectas collationũ literas , ideo eis credi non debet:l. fin. C. de edicto diui Had.tollen.c.inter dilectos , de fide instr. Alexan.consi. 04.Stantibus.col.1.in 7. vol. Suspectum locum dicimus,quando in verbis dispositiuis facta est litura:c.ex literis:vbi Panor.nota.2.de fide instrumen.cap.cùm venerabilis,de religio.domib.

34 Alia requisita possunt discerni ex ipsis verbis collationis,& ex superiùs scriptis, ideo ad alia pertranseo.

Collationes plures an fieri possint.

1 QVæro, An ordinarius vel executor gratiæ Apostolicæ, vt mandati, qui semel contulit, iterum conferre posit? Respō. non posse,quia functus est officio suo ,sicut iudex, qui sententiam protulit : cap. in literis , de offic. delega . l. iudex, ff. de re iudi. & prima collatio impedit secundam : cap. post electionem , de concessio. præben. Præterea quia non potest reuocare, & tollere ius , quod semel contulit : cap. si tibi , de præben. sicut donans inter viuos non reuocat , nisi in certis casibus donationem:c.fi.de dona.l.fi.C.de reuoc.do.

Contra[...] tores [...] rios.

2 Etiam quia deuoluta est collatio ad superiorē: vt dixi in §. si quis verò, de collationib. in concord. & dicam inferiùs in materia deuolutionis:

3 quia si malè contulit, est priuatus potestate, iterum conferendi , per cap. cùm in cunctis . §. fina. de electio

electio. Ad hæc, quia prohibita eſt variatio: & inconſtantia maximè epiſcopis, & clericis: clemen. vna, de renunciationibus. quamuis quidam maligni collatores de vno beneficio ſexcentas faciant collationes: &, quod peius eſt, non factas dicunt eſſe factas: ſed veh iſtis falſariis, qui cum Lucifero, niſi reſipiſcant, partem habebunt: & quid proderũt eis tot collationes in inferno? [& calumniæ quas in vita exercuerunt, vt ſcripſi ſuprà, Pœnæ contra collat. in fin.]

Diuerſo iure poteſt multiplex fieri collatio.

4 Limita quando diuerſo iure conferret, vtpotè, ſi primò contulit in menſibus graduatorum non graduato, poſteà graduato requirenti conferre poteſt: priùs enim tanquàm epiſcopus voluntariè contulit, poſteà tanquàm concordatorum executor quaſi coactè: diſcreta enim ſunt iura, quamuis plura in eandem perſonam deuenerint: l. tutorem, ff. de his quibus vt indignis. Et quando duo concurrunt iura in vnam perſonam, illa vim habet duarum perſonarum: l. ſi conſul, & l. ſi paterfamiliàs. §.1. ff. de adopt. l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, de inoffic. teſta. plura ſcripſi in §. ſi quis verò. in verb. diſpoſitiones, de colla. in concord.

Epiſcopus poſt inſtitutionem confert.

5 Item ſi epiſcopus ad præſẽtationem quemquam inſtituat, poteſt poſtea pleno iure etiam alteri conferre: glo. ſingu. in cle. vna, de ſupplen. negli. præla. quia ad eum eſt ius deuolutum, ſi patronus malè præſentauit, & ſic diuerſo iure prouidet.

Non vacãs conferens quando vacat, an illud iterum cõferre poſſit.

6 Secundò non procedit, quando contuliſſet non vacans beneficium, quod vacans communiter dicebatur, vel non deuolutum: poſteà ſi verè vacet, illud conferre poterit, in cap. 1. de conceſ. præben. & inferiùs dicetur in literis reſigna. poſt regu. cancel. quod probat Panor. in c. 1. de elect. dicam inferiùs de improb. benefi. viuentis. impetra.

Prima collatio aliis præfertur, niſi vt infrà.

7 Dubitant quidam inter plures collationes, quænam earum ſit valida? Reſpon. regulariter prima, & præfertur ſecundæ: cap. poſt electionem, in fi. ibi primitus fuiſſe conceſſum, de conceſ. præben. cap. eam tẽ, de reſcri. cap. eum cui, & cap. quia ſæpe, de præbend. libr. 6.

8 Limitatur quando fuit aliquod impedimentum in perſona conferentis, vt quia erat excommunicata, & ſic conferre non poterat: cap. poſtulaſtis, de cler. excom. mini. vnde ſi priùs contulit, & poſteà abſolutus iterum, ſecunda collatio valebit. c. cùm inter, de conſuetud. & cap. cùm inter, de electio.

9 Secundò quando erat impedimentum in perſona eius, cui collaio facta fuit, quia inhabili facta fuit, & poſteà habili, tunc ſecunda præfertur. c. cum noſtris, de conceſſ. præben. vbi Panor. & alij. ſcripſi in tract. de pacifi. poſſeſſ. in 4. limitat. cap. ſuper eo. ibi, non vitio perſonæ, de electio.

10 Tertiò quando aderat impedimentum ratione temporis, vt ſi ante deuolutionem fuit collatum: tunc non valet collatio etiam poſt tempus: ſed facienda eſt noua collatio tempore debito: c. 2. & cap. ſtatutum, de præb. lib. 6. & c. 2. de conceſ. præb. Pano. & alij in cap. cùm ex officij, de præſcrip.

11 Quartò quãdo ratione rei erat impedimentum, vtpote quia non expreſſit modum vacandi, ſed ſecundus ſic, tunc is præfertur: c. ſuſceptum, de reſcrip. lib. 6. vel contulit antequàm vacaret, vt c. 1. 2. & c. poſt electionem, de conceſ. præben.

12 Vel forma non eſt ſeruata, c. quia propter, & c. ſuper eo, de elect. & c. cùm terra: ibi, quod ſi in perſona fuerit, vel in electionis modo peccatũ. ibidem.

13 Quintò ſi vtrumque impedimentum inſit, & in perſona, & forma: d. c. quia propter de electio.

14 Vltimò aliquãdo non valet prima nec ſecunda collatio, vel electio, vnde facienda eſt tertia: c. conſiderauimus. de elect. c. cùm Vintonien. & ca. auditis, ibidem. & clariùs in d. c. poſt electionem. vel impetrandum eſt de nouo beneficium.

15 Si tamen epiſcopus conferret duo curata beneficia alicui vno verbo, videlicet cõfero, valeret collatio: vt docet Hoſti. & alij in cap. quia nonnulli, de cler. non reſiden. & Io. And. in c. de multa, de præben. & dantur ſex menſes ad eligendum vnum ex illis, per cap. referente, de præben. vel ſi adipiſcatur poſſeſſionem vnius, videtur illud eligere: & ideo ſi aliud poſteà adipiſcatur, vacabit primum: vt in Extrauag. Execrabilis. Ioan. 22. & dicitur infrà in tract. diſpenſat. in 2. parte. [Ideo bonum eſt, vt poſſeſſionem melioris beneficij priùs quis accipiat: nam ſcribit glo. hæc carmina.]

Collatio duorum beneficiorum ſimul an valeat.

Qui videt vtilius, & ſumit deteriora,
Abſit ei radius luminis abſque mora.

in §. cæterùm quod cum eo. in Inſtit.

16 Aliquando collatores non per ſe, ſed per alios conferunt, vt epiſcopi, qui abſunt ab epiſcopatu, vt ſunt plurimi: tenentur enim relinquere vicarios in epiſcopatu, c. quoniam, de offi. ordina. vbi Panor. & alij. & §. teneantur. de collat. in Concor. & olim cùm epiſcopus abſens erat, vel alius collator, conſtituere procuratorem ei præcipiebatur, in cap. fin. de voto, vbi text. vocat eum procuratorem, aliàs vicarium. Idem in c. petitio. ibi vicariæ ſiue procurationis, de procur. vbi Hoſti. & doct. hoc probant. & Iaſ. in l. inſulam. ff. de præſcrip. verb.

Epiſcopi vicarios conſtituere debent.

17 Ideo dixi valere inſinuationem nominationis factam iſti procuratori generali in temporalibus & ſpiritualibus conſtituto ab epiſcopo: alioqui eſſet in poteſtate epiſcopi ſic nominando fraudare graduatôs & nominatos iſti procuratori inſinuantes, ac etiã mandatarios, iſti conſtituto præſentare mandatum cupientes.

18 Item miniſter fratrum minorum tenetur conſtituere vicarium: vt conſuluit Carol. Ruynus conſil. 148. viſis quibuſdam, col. 2. num. 4. in 4. vol. & iſti vicarij conferunt nomine epiſcopi, quæ materia, quia eſt valde vtilis, & in iudiciis frequens. & parum ab interpretibus tractata: ob id eam hîc tractare plena manu & abundè ſtatui.

Miniſter fratrũ mino. vicariũ conſtituere debet.

De vicariis Epiſcoporum.

1 Sciendum igitur eſt, quòd epiſcopi creare ſibi vicarios poſſunt ſine cõſenſu capituli, & remouere: vt docet Hoſtien. in ſumma, de offic. vica. §. in quibus: verſ. ſed nunquid, quod etiam approbat conſuetudo, quæ in talibus eſt ſeruanda. cap. ea noſcitur: de his quæ fiunt à præla. Butrig. in c. tua. de offic. vica. refert Io. Franc. in tract. de offi. & poteſtate. c. ſede vacan. q. 10. col. 4. in 2. par.

Creari poteſt vicarius ſine capituli conſenſu.

Vicarius non ostendẽs vicariatũ quomodo puniatur.

2 Tenetur tamen vicarius probare literis se vicarium, alioqui non valebunt gesta ab eo. Bertach.in tractat. de episcopo, in 7.parte, 4.lib.q.8.post Bald. in cap. pastoralis, de rescript.

3 Et si gesserit se pro vicario, conferendo beneficium alicui, & postea non ostendat mandatum ei, cui contulit, ad interesse tenetur: quod non potest esse minus, quàm valeat beneficium collatum: vt in tracta.nomina. scripsi in q.14.nu.71. & ad hoc solent comdemnari [vicarii qui sic decipiunt eos, quibus conferunt.]

Dignitatẽ habet vicarius episcopi compatibilem cum alia.

4 Vicarius igitur hîc dicitur, qui episcopi vices gerit, vt in rub. de offic. vica. & is dicitur habere dignitatem, ideo rescripta Papæ ei dirigi possunt. cle. & si principalis. de rescrip. etiam si sit tantùm vicarius capituli sede vacante, vel officialis, nisi esset foraneus: vt vocat glos.& doct. ibi.& expresse Ioã. Francis.in tracta. de potestate capituli sede vacan.in q.10. partis secundæ, col. 2. versic. sed nunquid.

5 vbi plus dicit à residentia excusati, & lucrati fructus tempore absentiæ: quia in seruitio ecclesiæ esse censetur. c. ad audientiam. de cler.non residen.consuetudo tamen multarum ecclesiarum illum absentem non excusat.

Vicarius & delegatus differunt.

6 Est tamen differentia inter vicarium & delegatum: quia vicarius intelligitur is, qui vices gerit ordinarii in eodem loco & tribunali, quo ordinarius, nec de vno ad alium appellatur: delegatus verò quo ad hoc dicitur, cui cõmittitur etiam vniuersitas caussarum, à quo appellatur ad delegantem, quia non est idem consistorium.c.1.& 3. de consue. lib.6. & Bart. in l. 1. in fi.ff.quis & à quo appelle. Bertach.in tracta. de episcopo, in 7. parte 4.lib. q.9. quia non est delegatus generalis, sicut vicarius, vt probatur in c.super. §. porrò de offic.deleg. Bal.in l. aliquando ff.de offi. proconsul.

7 Sed notandum est, hunc vicarium non habere dignitatem incompatibilem cum alia, vt docet Panor. per illum tex. in c.de multa, de præb. ideo per adeptionem dignitatis non vacat vicariatus, nec ecõtrario, vt d. cle. & si principalis. de rescript. debet tamen is viacarius præcedere archidiaconum, etiã maiorem, quia loco episcopi est, & sicut episcopus est honorandus. cap præcipimus. 93. distinct. quem sing.no.Ludo Rom.sing.362.& Feli.in rub. de maio. post Panor. consil. .21. viso dubio, in primo vol.dicens non valere consuetudinem in contrarium.

Requisita in vicariatu, primò scriptura & testes.

8 Annotandum est, quòd in vicariatu plerumque sequentia requiruntur. Primò scriptura, quam oportet edere his, qui indigebunt potestate sua, quam non posset vicarius edere, si non haberet, & hoc etiam probat l.vnica, C.de manda.princi. cap. cùm in iure.de offic.deleg. & quamuis quidam intelligãt illa iura in delegatis Imperatoris, vel Papæ, tamen cùm eadem ratio sit in hoc casu, idem seruabitur: & hoc iure vtimur, quamuis dom. de Rota contrarium videantur probare decisio.397. si episcopus, in 2.q. in nouis.[sub tit. de officio vicar. decis.5.]

9 Quæ opinio posset intelligi valere collationem vicarii constituti verbo episcopi, dummodo probetur per testes potestas, tamen vicarius non debet exercere officium, nisi habeat scripturã suæ potestatis, & eam exhibeat petẽtibus, alioqui damnis & expensis onerabitur: vt inferiùs dicetur. & ista sententia de consuetudine inualuit quam probat Bald.in l. aliquando.ff.de offi.proconsul. & Petrus Paris.consilio 80. difficultas col. 1. in 4. vol.

10 Ideo non debet quis fidere literis missis ab episcopo sibi, in quibus dicitur, quòd si moriatur talis, & alij, quòd ipse conferat beneficia talibus, & ipse conferens inueniet se vicarium.

Episcopus residens in curia, an excusetur.

11 Item post salutationem solet episcopus narrare occupationes, quibus tenetur, fortè quia est sũmus Papæ pœnitentiarius, ob id non potest in suo residere Episcopatu, ideo necesse habet constituere vicarium, qui suppleat eius vices. Et puto excusandũ episcopum, qui est in seruitio Papæ: vt in c.2. & c. ad audientiam, de cleric. non residen.nollem tamẽ excusare eos, qui resident in curijs principum extra necessitatem.

12 Vidi etiam in vicariatus literis caussam inseri, cur istum potiús quàm alium creauerit vicarium, scilicet propter scientiam, & industriam, vt inferiùs dicetur.

13 Secundò testes in illo vicariatu interuenire debent, alioqui instrumentum cum signo sui secretarij tantùm esset scriptura, priuata, quæ non probaret. l. instrumenta. & l. rationes, C.de proba. & ad euitandum fraudes, quæ super hoc fieri possent, nam prohibita sine testibus collatione, videtur etiam esse prohibitus vicariatus sine testibus, per l. oratio.ff. de sponsal. & sic sensuit senatus Parisien. anno 1519. die 19.Iulii.

Arestum.

14 Et bonum esset quòd nullus reciperetur vicarius, nisi instrumentum vicariatus esset in actis registratum. & ita fuit in senatu statutum requirente Do.Dionysio Riaut aduocato tunc egregio vniuersitatis, nunc autem aduocato Regio anno 1548. in mense Martio.

Arestum.

15 Tertiò requiritur quòd sit generalis.c.constitutus, & c. fin. de concessio.præb. vbi doc. & per c.fi. de offic. vica.lib.6.c.deliberatione.§.prohibemus.de offic. leg.ibidem c.statuendum.16.q.2. multa valent generaliter, quæ non specialiter.

Generalis debet esse vicarius, et quamobrẽ.

26 Ratio est, ne fiat fraus Lateranen.concilio. d.c. constitutus. nam is, qui non posset conferre beneficium vacaturum, daret alicui potestatem conferendi illud, quod reprobatur in d.c.2. & cap. constitutus.& hoc cessat quando in genere datur potestas cõferendi vicario. Io. de Selua. in tracta. de beneficio, in 2. parte. q. 21.

17 Secunda ratio est, quia si daretur specialis potestas conferẽdi talẽ beneficiũ, hoc saperet reseruationem, quam alii collatores extra Papam etiã legatus facere non possunt. c.cùm dilectus.de iure patr.maximè in hoc Franciæ regno. §.1.de reser.in cõcorda.

Generalitas vicarii in quibus consistat.

18 Et hæc generalitas in his consistit. Primò quòd vicarius constitutus sit in spiritualibus & temporalibus, alioqui si in spiritualibus tantùm, non esset generalis, quia non contineret nisi vnam speciem: vt inferiùs dico.

19 Item generalitas esse debet vt constituatur ad conferẽdum omnia singula beneficia, aliãs si ad vnũ conferendum constitueretur, non valeret vt dictum fuit

fuit per d.c.constitutus, de concess.præben.

20 Vnde non valeret etsi data esset potestas recipiendi resignationem certi beneficij: vt decidunt Dom. de Rota decis.397. si episcopus in no.in tit.de offi.vicar.decis.5.] & probat Panorm. in d.c.constitutus.col.vlt. & Ioan.de Selua.in tract. de beneficio, in 2.parte. quæst. 21.

Conferendi potestas generalis esse debet.

21 Nec equidem valeret, si data esset potestas generalis conferendi omnia beneficia, & posteà in aliis literis esset adempta nisi in vno, quia hoc est in fraudem, ideo non valet: vt asserunt Io. And. Panor. & alij in d.c.constitutus.

22 Item generalis debet esse potestas ad conferendum idoneis, vel simpliciter ad conferendum, alioqui si esset quis constitutus ad conferendum tali Titio, vel talibus tantùm, non valeret, quia illis reseruata essent beneficia. c.deliberatione. §.inhibemus. de off.legati. lib.6. quod nec iure fieri potest nisi in Papa.c is cui, de præben.lib.6.

Vicarius ad conferēdum beneficia certi loci an valeat.

23 Generalem etiam eam esse putarem si esset constitutus ad conferendum omnia & quæcunque beneficia certi loci: dummodo ibi sint plura beneficia, quia nec sapit reseruationem: nec votum mortis captandæ præbetur in vnum potiùs quàm in alium, ergo valet cessante ratione.c.cùm cessante, de appe.

24 Vnde vidi quendam Abbatē de Sabaudia constituisse vicarium generalem in temporalibus & spiritualibus ad conferendum omnia & quæcunque beneficia in Aquitania, quorum collatio ad nos ratione Abbatiæ nostræ (vt dicebat) pertinet, super quo vicariatu dubitabatur, quia in certo loco erat vicarius constitutus: sed fuit cōclusum valere, quod sic probo: Certæ rei vel caussæ tutor dari non potest, §.certæ. qui testam. tutor. dari possunt: si tamen tutor detur testamento rei Africanæ, vel rei Syriacæ, vtilis datio est: & hoc iure vtimur, l.si tamen, ff. de testam.tutel.facit l.ex facto. in magna.de hæred. instituen.sic dicemus in hoc vicario: alioqui habens duos plurèsve episcopatus, & abbatias, non posset in quolibet vnum instituere: quod est falsum.

Ad tēpus constitui vicarius potest.

25 Et sic cùm bonum sit argumentum de loco ad tempus, & è contrario, l. vinum.ff.si cert.petat.clem: ad nostram, de censib. sicut potest episcopus creare vicarium in certo loco [vtpote Romæ. c.statutum. de præben.in 6.vbi in illo casu prohibetur, ergo in aliis non. arg.cap.qualis 25. dist.l.cum prætor. de iudic. & sic potest constitui officialis foraneus & generalis. cle, & si principalis. de rescript. sic & vicarius in pluribus locis: & ita iudicauit Senatus Parisi.hoc anno 1552. potest etiam constitui ex] certo tempore, vel vsque ad certum tempus, & post tempus non erit is vicariatus, l. miles, ff.de test.milita.

Specialis potestas quando vicario concedi possit.

26 Limita in duobus casibus: primus est quando beneficium vacaret, tunc istius potest dari specialis potestas, & conferendi certæ personæ: quia non desideratur mors proximi, cùm nullus possdeat, sed possidens mortuus sit glo. & doc. in dicto capitulo constitutus.

27 Secundò limitatur, quando daretur potestas perpetua alicui officio, vel dignitati seu ecclesiæ: vt quando construitur ædicula, seu ecclesia in parrochia curati, poterit isti curato dari potestas conferēdi istam ecclesiam, vel presentandi cap.ad audientiam.de eccles.ædific. & quicunque erit curatus, perpetuò conferet, siue in genere illi committatur.cap. cùm venissent. de institu. siue in specie.cap. visis.16, q.2.cap.pastoralis.de iure patro. glos.in c.fi. de offic. vica.Henric.Boic.in d.c.Constitutus. Idem dicerem in Papa, qui in his beneficijs plenam habet potestatem.c.2.de præb.in 6.

Idoneus debet esse vicarius, & quando dicatur

28 Quartò hic vicarius idoneus esse debet, c.fin. de voto. idoneos intelligo moribus, scientia, & ætate, c.cùm in cunctis, de electiōn.

29 Scientiam dico sufficientem, per quam suo possit satisfacere officio: ætatem verò etiam vigintiquinque annorum, d.§.inferiora.ibidem, & l.ad rem publicam.ff. de mune. & hono. scripsi in qua ætate quis sit habilis ad omnia beneficia, & officia in tract. de pacif. posses. in 4. limita.

Monachus an possit esse episcopi vicarius.

30 Idoneus etiam dicitur canonicus regularis, vel monachus cum iure non prohibeatur, cum licentia tamen sui superioris.doc.in cle.2. de rescript.de Rota decis. 4. an monachus, [Bernard. de Bisigneto, & decis. 284. sub titul. de offic. vicar. decis. 3.] nota quòd monachus in antiq. & Guido Papæ decis. 563.an mona.per glo.in c.de præsentium, 19.quæst.1.

31 Debet tamen monachus habere vnum religiosum de suo conuentu, quia solus stare non debet, cap.2.de statu monacho. cle. ne in agro. §. ad hæc, illo titul. Imol. in fi. de cleric. ægrotan.

Religiosus mendicans vicarius episcopi esse non potest.

32 Religiosum tamen ordinis mendicantium vicarium suum episcopus instituere non poterit, cle.1. §. Ad prioratus, de regula.quia est contra professionem illorum.cle. in plerisque, de electio.hoc expressè docet. Cardi. Alex.in c. si quis. in fin.58.distinct. & quia non sunt periti forensium rerum, & caussarum. l. penult. C. de iudic.

33 Ideo docti & bonæ opinionis homines ad hoc eligi debent.authen.presides.C.de episcopal. audiētia, & benemeriti.l.ad subeunda. C.de decurio.lib. 10. & in episcopatu seu palatio episcopi debent morari.l. nullum. vbi doc. C. de offic.recto. prouinciæ, vt ibi faciliùs inueniantur: si tamen alibi intra ciuitatem degeret, non esset reprehendēdus, quia modicum super hoc est præiudicium. arg.l. si debitori. ff. de iudic.

Officiales regij nō possunt esse vicarij prælatorum.

34 Item consiliarij, præsides, vel alij officiales regij, non possunt esse officiales, seu vicarij prælatorum generales, cùm sint regiis negotiis detenti, nec ab illis, vel ab aliis pensionem habere: vt est statutum in ordi. regul. rubr: *des Senechaux & Baillifs*, artic. 24.collatio tamen facta ab istis non esset nulla, quia ibidem non annullatur, quia non posset: sed hodie priuantur suis officijs.

Laicus non potest vicarius esse.

35 Quintò debet esse clericus: quia laicus vicarius episcopi esse non potest: indecorum est enim vicarium episcopi esse laicum, cap. in noua, 16.q.7. etiā non potest laicus tractare bona ecclesiastica.c.2. de iudi. Probus in additio. ad Ioan. Monach: in cap.1. de offi. vica. lib.6. colum. penult.

36 Nec beneficia conferre.cap. si quis deinceps.& c. seq. cum multis aliis, 16.q.7. hoc expressè decidit Paul. Paris. consi. 40. quamuis. col. pen.& vlt.in 4. vol.vbi idem decidit in clerico cōiugato etiam cum

vnica virgine, quia non retinet nisi duo priuilegia.c. vnico, de cleri. coniug. lib.6. nisi laicus in temporibus constituatur vicarius. Archidiac. in d.c. in noua, 16. quæst. 7.

Vicarius in habitu clericali incedere debet.

37 Ideo incedere debet hic vicarius in habitu clericali, sicut constituens episcopus, alioqui laicus reputatur: quia talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur. l. item apud, §. si quis virgines. ff. de iniur. c. si iudex. de senten. excom. lib. 6. nec professione discrepent nec habitu. d.c. in noua, 16. quæst. 7.

28 Vnde si iste vicarius vt laicus incedens, contulerit beneficium, oportet quòd probet se, & vicariũ, & clericum, siue is cui facta fuerit collatio: quia præsumptio est contra hunc vicarium, laicalem hahabitum deferentem. d.c. si iudex, de senten. excom. libr. 6. aliàs probare non debet is, cui collatum est beneficium, tonsuram vicarii:

39 quod est verum, in suo episcopatu, vel abbatia sic incederet, secus si in itinere, vel in alia ciuitate, vbi officium non gerit co͏̃stituẽtis. c. si quis. ibi glo. de vita & honesta. cleric. quia tunc vt peregrini habentur: & illorum priuilegiis gaudere debent quo ad habitum. cap. vnic. de cleric. peregrinan.

Factum vicarij nõ retractat constituens.

40 Sextò episcopus non potest retractare factum vicarij, quia factum à vicario censetur factum ab episcopo, l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & est idem consistorium. c. 2. de consuetu. lib. 6. & quomodo intelligatur, docet Domi. consil. 124. si procu.

41 Quod est verum, quando egit iuridicè, aliàs si contra formam, vel mandatum, non tenetur episcopus illi collationi, vel actui stare. arg. l. diligenter. ff. mand. c. cùm dilecta. de rescr. nec culpa officialis vel vicarii domino nocere debet, l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtempera. l. creditor. §. Lucius. vbi Paul. ff. mand. sic consuluit Domi. d. consi. 114. quem refert Decius cons. 143. in casu, col. 2.

42 Si tamen contra mandatum contulerit, tenetur, ei, cui confert, ad damna & expensas, & aliud beneficium simile conferre. cap. inter cætera. de præbend. sed sicut ordinarius, potest in totum suum vicarium reuocare, clemen. & si principalis. de rescri. ita & in vna collatione. c. Pastoralis. §. 1 de officio deleg. & quia sepiùs de forma vicariatus dubitari vidi. ob id formam inserendam curaui.

Forma vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum collatorum.



VNIVERSIS Præsentes literas inspecturis, Iacobus Dei ac sanctæ sedis apostolicæ gratia Archiepiscopus N. salutem in domino. Noueritis quòd nos attendentes multiplices occupationes, & residentiam quam nos oportet necessariò in curia Roma. propter officij nostri pœnitentiarii Papæ debitum facere, eo nostra ecclesia in defensione iurium suorum, nostríque subditi in auditione caussarum, & redditione iustitiæ non modicũ possent recipere detrimentum, ad læsionem. Considerantes igitur probitatem, legalitatem, scientiam, discretionem, ac industriam discreti viri magistri Ioannis Motin clerici, iurium doctoris, ipsum N. nostrum vicariũ generalem in spiritualibus & tẽporalibus, & officialem in Archiepiscopatu nostro N. tenore præsentium facimus, constituimus, & creamus, citra tamen reuocationem aliorum vicariorum nostrorum per nos aliàs constitutorũ, dantes & concedentes eidem N. vnà cum aliis vicariis nostris, plenam, & liberam potestatẽ, & mandatũ speciale.


Confirmationes, & consecrationes Episcoporum subditorũ faciendi & committendi, Abbates, Abbatissas, & moniales benedicendi, pueros & puellas vtriusque sexus confirmandi, Chrisma conficiendi, oleúmque Catechuminorum, & infirmorum, & cùm ipsis etiam illegitimè natis, vt ad minores ordines promoueri, & beneficia simplicia recipere, & retinere valeát, dispensandi literas commendatitias & dimissorias ad omnes etiam sacros ordines concedendi, ipsósque celebrandi, ac conferendi, seu committendi beneficia, & officia in ecclesia, ciuitate, & diœcesi nostris, ad nostram collationem qualitercũq; spectantia conferendi, & commendandi, & vniendi beneficia resignationésq; recipiendi, & beneficia resignata conferendi.

Visitationes faciendi, synodos celebrãdi, & committendi caussas criminales, & ciuiles, matrimoniales, & beneficiales, & quascunque alias tam principales, quàm incidentes, & per appellationem deuolutas & imposterum deuoluẽdas, & quæ ad nos, & ad dictam nostram ecclesiam pertinebunt de iure, vel de consuetudine audiendi, & de ipsis cognoscendi.

Et ex officio inquirendi, ecclesias, capellas, & oratoria, ac cimiteria, polluta reconciliandi, & de nouo ædificatas, & ædificata consecrandi: Et personas omnes in nostra ciuitate, & diœcesi, & in tota nostra prouincia, prout ad nos de iure metropolico spectat, & pertinet, siue sint prælati, Abbates, Priores, & aliæ ecclesiasticæ personæ quocunque nomine censeantur punien

puniendi, deponendi, corrigendi, & multandi sine acceptione personarum, prout delictorum qualitas, & excessus quantitas exegerint, & enormitas delinquentis, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, præcepta & mādata faciendi, ipsáque exequendi, & reuocandi, delinquentes incarcerādi & condemnandi ad perpetuos carceres, vel ad tempus, pœnas mitigandi à sententiis excommunicationis & à quibuscumque aliis casibus nobis reseruatis absoluendi, prout sibi videbitur conuenire, & in ipsis criminibus in quibus nobis, vel aliâs à iure permittitur, vel constitutionibus synodalibus, vel prouincialibus dispensandi & absoluendi, prout eidem N. videbitur, expedire sententias proferendi.

Et omnia alia & singula faciēdi & committendi, etiam si maiora fuerint & quæ mandatum exigant speciale: prout ad ipsius vicariatus & Officialatus officiū noscitur quomodolibet pertinere, cuius sententias, & mādata, prout ritè lata fuerint rata & grata habere promittimus, & faciemus autore Deo inuiolabiter obseruari, præcipimus & damus in mandatis tenore præsentiū omnibus & singulis nostris subditis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in omnes & singulos rebelles ex nunc prout ex tūc ferimus in his scriptis, quatenus ipsum prompto & benigno recipien. effectu, eundem N. tanquàm vicarium & Officialem nostrum, & prædictæ nostræ ecclesiæ, vt præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem in his quę secundum Deum ad nos, & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercunque spectant, vel spectare poterunt, pareant, ac efficaciter obediāt, prout obedire & parêre tenentur nobis Archiepiscopo prælibato. In cuius rei testimonium has, &c. Datum, &c.

2 Otandæ sunt clausulæ quæ in literis vicariatus exprimi debent. Imprimis debet constitui vicarius generalis, ne fiat fraus concilio Lateranen. c. fin. vbi glo. & Doct. de offic. vicar. & cap. statutum. de præbend. lib. 6. vt superiùs dictum fuit.

Generalis potestas cōferēdi data alicui non sufficit.

3 Vnde si quis daret vicario potestatem generalem conferendi, & illum posteà crearet vicarium generalem, non valeret: quia intelligeretur creatus vicarius generalis ad conferendū tantùm, & non in temporalibus & spiritualibus, vt fieri debet: vt sequitur: nam illa generalitas restringitur ad specialem concessionem conferendi, text. in l. quæsitum, §. sed si fundus. vbi Bart. ff. de fund. instr. Doct. in c. pastoralis, §. fin, & §. sedes. de rescript.

4 Nec etiam valeret, si diceretur, creamus te vicarium generalem ad conferendum quæcunque beneficia per prædicta. & Doct. in c. deliberatione, in fin. de offic leg. lib. 6. & in c. statutum. de præb. ibidem.

5 Ideo in literis vicariatus debet dici, constituimus te, & creamus vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus, dantes tibi specialem potestatem conferendi omnia & quæcūque beneficia vacatura: vt inferiùs exprimam.

6 Aliàs collactio facta à vicario generali, cui non est data potestas conferendi, non dicitur colorata: ideo is cui facta fuit, post triennium nō potest iuuari decreto, de pacifi. possess. vt docet gl. in verb. coloratum, §. j. de pacifi. possess, in pragm.

Collatio facta à vicario gene. ali no habente potestatem conferendi nō est colorata.

7 Tamen valet vicariatus, si daretur potestas conferendi beneficia vacantia per mortem tantùm, vel per resignationem tantum, vt probat gl. & Doct. in d. c. deliberatione §. prohibemus. de offic. lega. lib. 6. vbi videtur prohiberi, quando alteri quàm vicario committeret, ergo vicario generali non prohibetur.

8 Et ista est communis sententia, quam tenent. gl. & Doct. in d. c. statutum. de præb. lib. 6. de Rota decis. 397. si episcopus. in no. & decis. 5. de concess. præb. & secundum hanc opinionem iudicauit senatus Paris. etiam congregata curia relatore do. Spifame in mense Ianuario, non memini temporis.

Vacantia per mortē aut per resignationem committi possunt.

9 Non valeret etiam, si in literis diceretur, creamus te vicarium generalem in spiritualibus & temporalibus, specialiter & expresse ad conferendum: nam illa verba generalitatem præcedentem restringunt: l. legata. §. 1. ff. de supellec. lega. & in dicto §. sed si fundus. nam quando fit enumeratio specierum post genus, illa enumeratio in dubio restringit ad illas species: l. sed & si adiiciatur. ff. pro socio.

10 Censetur enim illud mandatum generale expressum in fraudem legis, ex quo non poterat eum constituere specialiter. sic firmat Socin. cons. 260. in caussa. col. 11. in 5. conclusione. vol. 2. vbi dicit non valere consuetudinem in contrarium, quod probat Barb. in c. constitutus. col. 1. in fi. de rescript.

11 Nec ratificationem collationis nullæ valere dicimus, nisi quatenus est necesse de nouo conferat, teste Guido Papæ consil. 189. circa quæstionem. post quàm nulla est collatio. Doct. in reg. ratihabitio. de de reg. iur. lib. 6. & incipit valere à die ratihabitionis, & non trahitur retro, regula ratihabitionem, de reg. iur. in 6. vbi Doct. nisi in Papa vt dicam in materia perinde valere inferiùs: [quod est notandum pro impetrante interim vt valeat.]

Ratificatio collationis ab inferiore an fieri possit.

12 Quòd non procedit in Papa, qui potest potestatem conferendi tribuere alicui etiam non vicario generali, etiam ad certa beneficia: c. is cui. de præb. lib. 6. quia ipse est supra ius. c. proposuit. de concess. præb. alius verò non posset dare potestatē conferendi decem, vel certa beneficia: quia fieret fraus con-

cilio Lateranen. per c.constitutus. de concess. præb. vbi plenè Doct. nec procuratorem ad conferendum constituere glo. in c.prohibemus. de offic.deleg. in 6. Petr. Paul. Paris. consi. 49. dominus. col. j. in iiij. vol.

Procurator non potest ad conferendum nisi à regibus & aliis constitui.

13 Quòd limitatur in Regibus, principibus, & laicis, qui nulla habent iura spiritualia, ad quæ possint vicarios constituere: ideo solent procuratores generales omnium bonorum creare, dando eis potestatem conferendi, præsentandi, &c. c. fin. vbi Doct. de concess. præb. Paul. de Citad. in tract. de iure patron. in 6. part. q. 41. & seq. Roc. Curtius in eo tract. in ver. honorificum. quæst. 5.

14 Ad hæc non procedit in beneficiis vacantibus: vnde si vacet beneficium, potest dari potestas specialis illud conferendi per ca. constitutus. de concess. præben. Ægid. Bellamera decis. 443. si episcopus. glo. 3. in §. reseruationes, de reserua. in Prag. quia in hoc cessat ratio concilij Lateran.

15 Secundò in spiritualibus & temporalibus vicarius creari debet. cap. fin. de conces. præb. per Panor. & c. cùm nobis olim. in fin. & c. nihil. in fin. de elect. c. cùm venerabilis. de religios. domi. cap. vlt. in fin. de stat. monach. c. si episcopus. de supplend. negl. præla. lib. 6. & suprà dictum fuit.

In spiritualibus tantũ creari, an sufficiat.

16 Nec sufficeret, si in spiritualibus tantùm, vel in temporalibus crearetur, quia non esset generalis. ca. pen. & vlt. de supplen. neg. præla. lib. 6. licet aliquando administratio in spiritualibus tantùm alicui dari soleat: c. cùm nullus. de temp. ord. lib. 6. & aliquando tantùm in temporalibus & quandoque simul.

17 Interdum verò conceditur administratio simpliciter, non exprimendo in spiritualibus & temporalibus, licet tamen in vicariatu exprimi debeat, c. 2. de offi. vic. in 6. c. 3. de consuet. lib. 6. c. j. de offi. ordin. ibid. c. Romana. de appel. c. statutum, & c. fin. de hæretic. eod. lib. & quia ecclesia solet & spiritualia & tẽporalia habere c. si quis. 1. q. 3. ideo generalis esse hæc creatio debet in spiritualibus & temporalibus.

In quo consistat administratio spiritualium.

18 In spiritualibus consistit administratio, videlicet vt possit excommunicare, suspendere, interdicere, conferre, instituere, confirmare, eligere, præsentare, visitare, corrigere, & punire: collatio etiam sacramentorum tota potestas fori pœnitentialis dispensatio & votorum commutatio in spiritualibus continetur: cap. quærenti. de verb. signific. c. 1. & c. cùm in ecclesia. c. veniens. & c. ad aures. de simo. c. ad probandum, de re iudic. alia patent in c. Massana. & cap. sacrosancta. de elect. & c. constitutus, de relig. domi. c. si iudex laicus. de sent. excom. lib. 6. & in clem. dispendiosam. de iud. & in summa 11. q. 1. vbi gloss. plena.

19 Administratio in spiritualibus cognoscitur ex natura eius, quod administratur, quia illud est spirituale: ergo administratio est spiritualis, & de re spirituali, vt plenè docet Bald. consi. 478. præmittendum. in 4. vol. Doct. in c. 2. de iudi.

Administratio temporaliũ in quo consistat.

20 Administratio verò in temporalibus consistit in iudicio & extra: in iudicio, quando habet temporalem iurisdictionem pleno iure, quo ad merum & mistum imperium, & omnem iurisdictionem. cap. conquestus. de foro competent. c. vlti. ne cleric. vel monach. lib. 6. idem si certam habeat iurisdictionẽ in loco c. cùm contingat, de foro compet. c. dilectus. de offi. ordi. c. ad audientiam. de præscrip.

21 Extra iudicium consistit hæc administratio in omni specie alienationis. Item locare, vel ad firmam dare, census, reditus, pensiones colligere potest. c. si quis presbyterorũ. de reb. eccles. non alien. c. vestra. de loca. c. 1. ne prælati vices suas. clem. 1. de rebus eccle. non alien. l. lex quæ tutores. C. de admini. tut.

22 Et adhuc vidi istam clausulam poni, licet cõstituens nulla haberet temporalia, vt actus non vitietur: quod vix est, vt episcopatus omnino sine tẽporalibus consistat. Cùm vt sine anima corpus viuere non potest: sic nec sustineri ecclesia sine temporalibus. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. & qui ab ipsis temporalia auferre conantur, ipsas destruere moliuntur.

23 Et sic sub illa clausula in spiritualibus & temporalibus prædicta continentur, nisi ex diuersitate personarum restringatur significatio. Bal. d. cons. 478. colum. 1. in d. 4. vol. & ea quæ scripsi de temporalibus, quando capiantur à iudicibus laicis in ordina. Reg. in tit. vt laici non conueniantur. &c. in 3. tomo.

Vicarius & officialis an sint idem.

24 Item quandoque vicarius vocatur officialis, vel econtrario: & ista vocabula synonima esse dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de offi. vicar. ista tamen diuersitas vocabulorum regi debet pro consuetudinibus partiæ: vt docet Barba. in clemen. & si principalis, de rescript. quem refert & sequitur Bernard. de luco in sua praxi criminali. c. 3. in verb. Officiali.

25 Ideo in aliquibus locis solet vnus simul constitui officialis & vicarius, & tunc plenam habet potestatem: & de hoc loquitur c. ex frequentibus, de insti. & cap. dilectis filiis. de appella. secus vbi separatim constituerentur, vt ibidem videre licet.

26 interdum est separatus, & separata sunt officia & tunc separatim dirigi rescriptũ debet sic, Dilecto filio N. vicario venerabilis fratris nostri episcopi Paris. &c. vel sic, Dilecto filio officiali Lugdunen. vt asserit prouinciale fol. 14. versi. in salutatione. rub. de saluta. seu exordiis.

Vicarius & officialis possunt esse iudices delegati.

27 Et hi tanquàm habentes dignitatem, clem. etsi principalis, iuncta glo. de rescript. iudices delegati Papæ esse possunt, & mandatorum, ac gratiarum executores: vt plenè scripsi in forma. litera. excu. in prin. in concor.

28 Et si iste vicarius, aut officialis sit Canonicus, nec tamen alios antiquiores in choro & cap. præcedet, sed in loco suo sedebit, teste do. Gemi. & Perus. in c. à collatione. de appella. idem in vicario capituli decidit Ioan. Franc. in tract. de offic. & potesta. cap. sede vacan. in 10. q. partis secundæ. col. 6.

Per constitutionem secundi vicarij an reuocetur primus.

29 Secundò venit ponderanda clausula in præfato vicariatu, citra reuocationem aliorum vicariorum, hoc eo dicitur: quia sicut per constitutionem secundi procuratoris reuocatur primus, nisi adsit ista clausula. l. si quis. §. 1. ff. de procu. ita per constitutionem secundi vicarij, c. clericos. vbi Doct. de offi. vicar. & inferiùs in fine istius materiæ scribam.

Clausula plena & libera potestas quid denotet.

30 Tertiò additur clausula, Dantes & concedentes eidem plenam & liberam potestatem: per quam clausulam potest vicarius ea facere, quæ sub generali mandato continentur: vt in l. procurator qui. & l. procu

procurator totorum. ff. de procur. cap. qui ad agendum.& seq.illo tit. in 6.

31 non tamen poterit facere ea quæ mandatum exigunt speciale, c. qui generaliter. de procur. in 6. quos cōgerit Bal.in §.fi. de his per quos agere possu. in instit. scripsi in glos. concord. in §. fin. de elect. derog. in concord. Ideo solent addi clausulæ sequẽtes, quæ mandatum regulariter speciale requirunt.

Confirmationes abbatum & priorum vicariis committuntur.

32 Quarum est prima clausula, confirmationes & consecrationes episcoporum subditorum faciendi, certum est quòd ad episcopum spectat confirmare Abbates, & priores sibi subiectos, non exemptos c. nullus, primo.in 16.q.7.c. cùm ex iniuncto. in fi.de hære. c.si abbatem.de elect. lib.6.c.cùm venerabilis, &c. significauerunt, de excep.

33 Et ad Archiepiscopum pertinet confirmare episcopos. c.fi.64.distin.&c. cùm dilecti. de elect.& Archiepiscopum confirmat Primas, vel Patriarcha, c. bone.1 de elect.c. quia propter. vbi Doct. ibid. gl. 2. in §.facta tit. de elect.in prag.ideo inspiciendum est quis creet vicarium: quia si episcopus, dicetur in vicariatu Abbates & Priores confirmandi. Si Archiepiscopus, dicetur Episcopos Abbates,& Priores confirmandi. quia iure Archiepiscopali subintelligitur eam potestatem confirmãdi episcopos committere, postquàm illam habet: Et quia iure episcopali habet potestatem confirmandi Abbates,& Priores, ob id concedit specialiter, quæ aliàs sub generali mandato non comprehenderetur, vt per Doct. in ca. fin. de elect. in 6.

34 Est etiã aduertendum in hac clausula consecrationem episcoporum committi vicario: quia tenetur Archiepiscopus intra tres menses à die confirmationis computandos, cap. quoniam.75.dist. consecrare episcopos suffraganeos, c.j & per totum, 100.distin. c.cùm in cunctis. §.cùm verò.de elect.

35 Sed hanc consecrationem vicarius exequi non non poterit, nisi sit episcopus.c.episcopi.80.dist.imò tres requiruntur episcopi,c.episcopi 64.dist.cap.fin. 66.dist. quamobrem cùm quis eum constituit vicarium, qui non est episcopus, debet addere faciendi & committendi: vt ea in parte vicarius possit committere alicui episcopo: teste Bertachi, in iij.part.tract.de episc.quæst.61.

Benedicere moniales cōmittitur vicario.

36 Secunda est clausula, scilicet dantes potestatem Abbates & Abbatissas,& moniales benedicendi, & consecrandi: hoc enim ad episcopum pertinet, quod debet specialiter committere, si velit per vicarium exerceri posse, c.j. de suppl. negl.præl.clem.fi. §. statuimus.de statu monach.

Confirmatio puerorũ committi solet.

37 Tertia clausula est, pueros, & puellas,& vtriusque sexus homines nostræ diœcesis benedicendi, & confirmandi. Certum est quòd omnibus baptisatis debet conferri sacramentum confirmationis,& præcipuè cùm pertigerint duodecim annos, in qua ætate possunt discernere: vt dicit textus in c.vt ieiunij, & sequen.de consecr. dist.5.sic dicens: vt ieiunij ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionem prius facere, vt mundi donum spiritussancti valeant accipere: & quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrismatus:

38 Quid insuper confirmatio prosit, docet text. in cap.spiritussanctus ibidem: & manus impositionis sacramenti magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse, nec ab aliis quàm qui eorum tenent locum vnquam perfici potest, aut fieri debet, c.de his.& cap. seq. ibid.

39 Et ita cùm soli episcopi confirmationis hoc sacramentum præstare debeant, cap.vt episcopi. ibidẽ, nisi iste vicarius sit episcopus, non poterit confirmare, etiam si hoc haberet consuetudo. cap.quanto. de consuet. sed committet episcopo iuxta potestatem sibi datam. cap.vno. §.per frontis. de sacra. vnct. & Florentinns in iij. parte summæ in tit.de confirmat. plenè tractat: ibi vide.

Chrisma conficere committitur.

40 Sequitur quarta clausula: Chrisma conficiendi, oleum catechuminorum & infirmorum, ista quoque solent episcopi conficere die Iouis sancta: & quare hoc fiat, docet Ioan. Duran. in Ratio. diuino. offi.lib. 1. de vnct.& in lib 6. de quinta feria, & hoc etiam habetur in Pontificali, & in c. vno.de sacra vnct. vbi ista declarantur.

Dispensat cum bastardis vicarius potestatem specialẽ ad hoc habens.

41 Quinta clausula. Et cùm ipsis etiam illegitimè natis, vt ad minores ordines promoueri valeant, dispensandi.c.1.de fil.presbyt.lib.6.vbi episcopus illam habet potestatem ergo illam committere potest.

42 Etiam potestatẽ habet dispensandi, vt conferatur isti beneficium simplex, & sine cura, non tamen ad præbendas cathedrales propter præeminentiam & autoritatem quam habẽt canonici cathedralium ecclesiarum. Domi.de Rota decis.136.voluerunt Domini, in no.& decis.408.nota in antiq.quamuis Archid.in d.c.1. teneat contra, quem refert de Selua in tract. de benefi. in 3. parte. q.61. dicens hoc non fuisse prohibitum, ergo concessum:

Episcopus non dispensat ad præbendas ecclesiæ cathedralis cum legitimè natis.

43 Sed ego dicerem prohibitum, in d c.1.ibi, dummodo sit tale, super quo per ipsum episcopum valeat dispensari, ergo est aliquod beneficium sine cura, super quo non potest episcopus dispensare: vt sunt præbẽdæ ecclesiæ cathedralis.c.sanctorum.70. dist.& ecclesia ipsa cathedralis propter honorem ipsius non comprehenditur sub generalitate.c. quamuis. de præb.lib.6.& hoc tenet Ioan. Monach.in c.1. de fil.presby.& hæc sententia in curia Romana seruatur: vt asserit Fel. in c.postulasti. col. 7. vers. secunda conclusio, de rescrip. gl.in §. item censuit, in verb. cathedralibus, de collat in prag.& ad beneficia curata solus Papa cùm his illegitimè natis dispẽsat, vt est text. in d.c.1.& ad maiores ordines vt ibi.

Dispẽsandi potestas nõ transit cum generali.

44 Et quia potestas dispensandi non transit cum generali mandato, cap. autoritate, de priuileg. lib. sexto. ideo opus est speciali concessione, teste Calderi consi.3.an vicarius de offi. vicar.glo. in cap. quæ de caussa.2. quæst.4. Cardinal. Alexan. in cap. denique, col.7.versi. sed iuxta hoc, 4 distin. Felin. in cap. at si clerici, §.de adulteriis. col.vlti. de iudi. Domi. consi.38. pro clariori, col.3.

45 Imò vicarius generalis non poterit dispensare, licet istam habeat potestatem, cum quibus Papa episcopo dispensari mandat, cùm intentio cõmittentis ad hoc non se extendat, sed ad episcopum referatur:

& vltra intentionē non valeat dispensatio, nec actus. c.fin.de præb.gloss.not.in §.visum. aliàs incipit, quia circa, in verb. legatorum. de collat. in Prag.

46 Et sic patet, quod vicario est prohibita dispēsatio in casibus, etiā in quibus potest episcopus de iure dispensare, quos memorant Doct. in c. at si clerici. §.fi.de iudic.post Speculat.in tit.de lapsis & dispēsat. §.nunc de episcoporum.nisi huic vicario data fuerit specialis potestas: vt docet Bertachinus in tract. de de episcopo. in 7. part. 4. lib. q. 14. ideo potest addi ista clausula, & aliàs prout nobis competit, vel competere poterit, etiam ex Papæ vel aliorū de legationibus, seu cōmissionibus, vel aliàs quomodolibet.

Dimissoriæ ad ordines quando à vicario concedi possint.

47 Subsequitur clausula sexta. Literas cemendatitias, & dimissorias ad omnes, & singulos etiam sacros ordines concedendi, ipsosque conferendi, vel committendi. Ista vicarius generalis sine speciali potestate concedere non potest. c. cùm nullus. §. episcopo de temp.ord.lib.6.Ioan.Franc.vbi sup.q.1.part. 2.col.6.Host.& Aegid.Bellamera in c.significasti, de offic. Archidiaco.

48 Quod est verum, nisi episcopus in remotis ageret.d.c.cùm nullus, & ibi Perus. in 4.not, sed hoc est tutius, vt potestas concedatur. Et si vicarius fuerit episcopus, datur clausula etiam celebrādi ordines sacros, & conferendi, seu committendi, si vicarius non sit episcopus.

Conferendi nomine includitur quælibet prouisio.

49 Septima clausula beneficia, dignitates, personatus, præbendas, ac alia quæcunque beneficia & officia, quorum collatio ad nos qualitercūque spectat ratione nostri archiepiscopatus conferendi. Sub hoc nomine conferendi, includitur institutio, præsentatio, & alia quælibet prouisio.rub.vt eccles.benefic.sine diminut. conferāt, Scripsi in §. statuimus secundò, in verb. conferantur.de collat.in concord.

50 Idem si data esset potestas prouidendi ad beneficia. Prouisionis enim verbum latū est, gl. in clem. fin.de elect.scripsi in §.præfatique ordinarij, in verbo prouisionem, de collat. in concord.

51 Si tamen sola data fuerit potestas præsentandi vicario, is conferre non poterit: quia vnus specialis modus non comprehendit alium: c. cùm in illis, §. cùm autem. de præb. lib.6.c.susceptum., de rescript. eod. lib. Sed verbum conferendi est generale: ob id alios comprehendit modos, quamuis contrariū teneat Paul. Castrens.cons.361.venerabilis.q.2.vol.1.

Specialis conferendi potestas dari & cur debet.

52 Imò si fuerit concessa potestas eligendi, & præsentandi, cum clausula & alia omnia etiam maiora faciendi, non comprehēderetur conferēdi potestas: vt firmat Gemi. d.§.cùm autem.in fin .quia illi modi sunt speciales, secus in verb. conferendi, vt sup. probauit, per rub. vt ecclesiastica benefi. sine diminutione conferant. quia nihil videtur maius potestate conferendi, vt quis habeat idoneum eligere, & illi conferre. c.graue. de præb.sic consuluit Bertran. consil.133. dubitatur. col.1 volu.2.ex prima editione, quamuis hodie nostri collatores permulti indoctis potiùs quàm doctis conferant.

53 Et ideo is vicarius sine speciali cōcessione hæc beneficia non poterit conferre, c.fi de offic. vicar. lib 6. quia in generali concessione non veniunt ea, quæ non esset quis verisimiliter concessurus, vt ibidem dicitur: & quia lex magis confidit de prælato, cuius oues sunt propriæ, quàm de vicario. Io.x. & Claud. de Seycello, in speculo feudorum. qui feudum dare poss. §. secundò principaliter, coll. 10. & quia cōferre donare est, d.c.fi.& c.relatum.in gloss. de præb. & in generali mandato non venit vt quis donare possit l.filiusfam.ff. de don. quia donare, est perdere, vt ibidem dicitur: & in dubio quis non videtur velle iactare, nec perdere suum, l. cùm de in debito.ff. de prob. Bertrand. cons.133. viso processu. col.1.in 2. vol, ex antiq. editio.

54 Et quando specialis mentio fieri debet, non sufficit generalis, c. in nostra. in fi. vbi Doct. de rescrip.gl. in clem. dudum. in verb. pacta. de sepultur. sic cōsuluit Alex. cōs.122.viso puncto, col.3.& seq.& cons.seq.in 4 vol.& cōs.155.videretur.col.1.in 6.vol. gl.in verb.expresse in c.inquisitores. de hæret. lib.6.

55 Nam vbicumque lex vult vt aliquid specialiter fiat, non sufficit exprimere in genere, l. si quis mihi bona. §. iussum.ff.de acquir.hæred.vbi iussus in acquirēdo hæreditatem debet esse specialis: vt Alex. not.ibi.& in l.1.circa finem, de lib. & posthu. Socin. cōs.45. visa appellatione, col.3.in 1.vol.sequitur Alb. Brun.in tract.de forma & solen.actus, rub.de supplemēto, ac obseruantia formæ, col.18.ver.18.limitatur.

Specialis potestas quæ dicatur.

56 Item specialiter dicitur fieri, quod fit nominatim, & expressis verbis.glos. in clem.1. in verb. specialiter. de iud. clem. constitutionem, de elect.c.pastoralis. de except.l.de his, ff.de transact.l.si quis.in prin. de leg.3. l.si quando. §.& generaliter. C. de inoffic. test.l.fi.de administr.tut l.fin.de noua.l.fin.de indict. viduit. tollend. Barba.expresse in cons. 25. scribitur col.9. in 1.vol. & cons.15.præclarè, col. 7.num. 11.in 2.vol. & cons. 63.illud, col.1.in 3.vol.

57 Et quod est à generalitate verborū extractum, dicetur specialiter dictum, vel factum. l. item apud. §.hoc edictū, ff.de iniur. l.vxorem.§.felicissimo.& l. seruis vrbanis, in fi.de leg.3.sic consuluit. Alex.cons. 134 præuiso themate.col.2.in 1.vo.& cō.7.videretur. col,2.num. 4.in 4. vol. Fel.in c. ad aures.col.1.& ibi in addit.de rescri.Imol. in clem.1.col.3.nu.12.de iud.

Singulariter non conferendi potestas exprimenda.

58 Tamen text.dicit specialiter exprimendam collationem, non singulariter conferendi talem ecclesiam & talem: imò hoc non valeret, nisi generaliter ei committeretur, & potestas generalis conferēdi beneficia vacatura tribueretur, secus in vacantibus. c.constitutus. de cōcess.præb.Sic cōsuluit Alex. in cons.95.diligenter. col.1.& seq.in 5.vol. & hoc repetiit cons.63.in 6.vol.

59 Vnde sufficit quòd quis habeat speciale mandatum ad alienandum, licet non exprimatur, quæ res alienanda sit. l.procuratorē.vbi Doct. C. de proc. sic cōsuluit Alex.cōs.189. viso statuto. col. 1. in 7. vol.

60 Itaque specialiter dicitur data potestas, quando expressa collationis, vel prouisionis, seu dispositionis beneficiorum facta est in vicariatu mentio: aliàs non, cum illud dicatur specialiter concessum, quādo est à generalitate verborum abstractū, d. l.item apud, §.hoc edictum, ff.de iniur. c. qui ad agendum, de proc. lib.6. gl.& ibi Imol.nu. 12. in cle.1.de iudi. vt superiùs dictum fuit: & plenè prosequitur d. And. Tiraq. in tract.de legib.connub. in gloss.express.

61 Item

Vicarius Papæ sine expressa cõcessione nõ confert

61 Item etiam procedit in vicarijs Papæ, vt non possint conferre, nisi eisdem à Papa data sit potestas, quia limitata potestas extendi non potest, l. in agris, ff. de acquiren. rer. dom. & rationibus alijs superiùs expressis, & hoc docet Fel. in c. cùm ordinem, col. 4. vers. limitata, de rescrip.

62 Idem in vicariis capituli, vacante sede Ioan. Franc. in tract. de offic. & potesta. cap. sede vacante, q. 10. partis secundæ.

63 Et quamuis dictum cap. fin. de offi. vica. lib. 6. loquatur in vicario Episcopi, tamen quia est eadem ratio in vicario Papæ & aliorũ, qui cõferre possunt, nisi in laicis, eadem erit iuris decisio. l. illud, ff. ad legem Aquil.

Cardinalis vicarius nõ confert sine speciali concessione.

64 Etiamsi vicarius esset cardinalis, quia conferendi non dicitur habere potestatem, nisi sit legatus, c. 1. de offic. leg. lib. 6. hoc tenet expressim Bald. in l. aliquando, quæst. penul. ff. de offi. proconsul. & lega. quem sequitur Catellian. Cotta in 2. parte Memoral. in verbo, vicarius,

65 quamuis contrarium teneat Barba. in tracta. de præstan. Cardinal. in præludio secundæ partis, per text. in l. vicarius, ff. de legatio. vbi vicarius dicitur legatus, & legatus conferre beneficia potest, ergo & cardinalis vicarius respon. quòd ille textus, de alio legato loquitur, & probat contrarium sic dicens, qui est vicarius alieni muneris voluntate sua datus, cogitur legationem suscipere, non tamen est legatus antequàm suscipiat, quo ad conferendum.

66 Et sic non omnis vicarius est legatus, per illum textum, & diuersitas nominum rerum diuersitatem inducit, l. si idem, C. de codicill. ideo hic cardinalis ab episcopo vicarius creatus conferre tanquàm legatus non potest, quia non est legatus à latere, cui tantùm conceditur, cap. 1. de offi. leg. in 6.

67 Tanquàm vicarius etiam non potest, quia ei non est data potestas, tanquàm cardinalis, non reperitur quòd illam habeat potestatem conferendi, antequàm sibi speciatim detur, ergo nullo modo potest conferre, si non sit nisi vicarius constitutus ab episcopo, vel archiepiscopo: & nisi potestatem ad hoc expressam habuerit.

68 Nec refragatur, quod cardinalis, quando constituitur legatus, sicut gaudet prærogatiua honoris vltra alios: d. c. 1. de offi. dele. libr. 6. ita & quando cardinalis constituitur episcopi vicarius, transit honor in cardinalem vicarium, ratione sui cardinalatus: sed quod ex hoc habeat potestatem conferendi nullo iure cauetur, vt prædixi, licet sit honorandus tanquàm cardinalis: & aliud est habere honorem, aliud potestatem conferendi: multi habent honores, & conferendi potestatem non habẽt, vt notorium est.

69 Nec obest, quòd conferre beneficia magis sibi competit gratia honoris & prerogatiuæ, quàm legationis, d. cap. 1. de offi. reg. libr. 6. ergo quando est vicarius cardinalis, habet illam prærogatiuam honoris, ergo poterit cõferre. respon. quòd cardinalis, eò quòd cardinalis est, non habet illam potestatem, beneficia conferendi, sic nec quando est vicarius, nisi sibi committatur:

70 Sed statim ꝙ est legatus à latere à iure habet, d. cap. 1. & per hoc puto cardinalem constitutum vicarium siue à Papa, siue ab alio, non posse conferre beneficia, nisi sibi expressè commissum fuerit, sed hoc adulationis forte gratia sustinuit Barba. in d. tracta. de præstand. Cardi. in præludio secundæ partis, vbi volebat cardinales priuilegijs contra ius extollere, & priuilegia, quæ sunt facti, cap. 1. de constit. in 6. oportet quòd allegans probet cap. cùm personæ, de priuileg. eod. lib.

Procurator laici nõ potest præsentare si non fuerit speciatim eidem data potestas.

71 Idem in procuratore generali laici, vt non possit præsentare, nisi expressa detur eidem præsentandi potestas, Panor. in cap. fi. de concess. præb. vbi dicit quòd laicus non potest constituere vicarium, sed si necesse habeat proficisci longa absentia, poterit procuratorem generalem omnium bonorum constituere, cui præsentandi potestatem concedet. hanc opinionem ibidem sequitur Imol. & alij, & Paul. de citad. in tract. de iure patro. in 6. parte, q. 41. & q. seq.

72 vbi dicit patronum ecclesiasticum debere constituere vicarium generalem ad omnia, ac etiam ad præsentationes faciendas: cui assentit Philipp. Probus in c. 1. de offic. vicar. in additio. ad Ioan. Monach. post Rochum Curtium in tract. iurispatro. in verb. honorificum. in q. 5.

Vicarius alium non constituit.

73 Item vicarius alium cõstituere non potest, cap. clericos, de offi. vica. nisi fuerit eidem data potestas substituendi alium argum. cap. fin. de procu. libr. 6. quia personæ industria electa esse intelligitur, quæ in diuersis est diuersa, l. inter artifices, ff. de solutio. l. si non sortem, §. libertus, de condiction. indebi. istius est sententiæ Bald. in Marga. in verb. vicarius, q. 4. allegat Hostien. in d. cap. clericos.

74 Et quia iudex delegatus alium non potest substituere vel delegare, l. à iudice, C. de iud. nisi ex maxima caussa, & non frequenter vt cõsuluit Bertand. consil. 117. ex literis, col. 3. num. 5. in 1. vol. secundum nouam impressionem. & Paris. consi. 80. in 4. vol. & cons. 89. ibidem, post Guid. Papæ in decis. 374. permutatio. circa finem.

75 Nec in spiritualibus tantùm potest substituere, vel temporalibus, nisi aliter consuetudo se habuerit: vt decidit Ioan. Franc. in tracta. de offi. & potesta. capit. sede vacant. in 10. q. partis secundæ.

76 Vel nisi data esset potestas substituẽdi d. cap. clericos de offi. vicar.

Substitutus vicarii an illi conferre possit

77 Et tunc bonum est inserere hæc verba, Damus potestatem substituendi alium, quem nos vicarium cum eadem potestate constituimus. doct. in cap. 1. de offi. vicar. & tunc poterit substitutus conferre substituenti, quia à domino censetur constitutus vt statim dicetur.

78 Vel nisi esset consuetudo. Aufrer. in decis. Tholosa. q. 36. vbi firmat vicarium posse procuratorem constituere, etiam si eidem hoc expressè non fuerit concessum: allegat Collecta in c. tua nos, de offi. vicar. & Nicola. mili. in verb. vicarius episcopi. sed vicarium non, nisi consuetudo hoc concedat.

In substitutione vicarij an conferendi potestas sit exprimenda.

79 Item habens potestatem conferẽdi & substituẽdi aliũ cum simili potestate, substituere potest, non expresso, quod dat specialiter potestatem conferendi substituto, sed substituit cum simili potestate: quia censetur specialis habita relatione ad prima, iuxta l. ait prætor, §. primo. ff. de re iudic. l. vbi

autem §. qui verò, de verb.oblig. vbi paria sunt exprimere certum vel se ad certum referre. & pro hoc videtur text.in cap.tibi qui,de rescr.lib.6.& ibi Alex. de Antilla declarat.

80 Quia substitutio facta per vicarium, debet intelligi sicut prima constitutio, & cõtinet idem quod in prima vicarij potestate continebatur. l. asse toto. ff.de hæredib.instit.plenè Albert. Brunus in tract.de forma & solemnit. actus, rub. ex quibus consistant forma & solennitas. versi. Sed quid de eo, quod exprimitur: & certum illud dicitur, quod fit per relationem ad aliud. l.certum, ff. si certum pet. Felin.in cap.cùm venerabilis,de exceptio.Bart.& alij in l.j.ff. de vulgar. [Et quando datur hæc petestas substituendi cum simili potestate, substitutus censetur ab ipso episcopo constitutus, & ideo poterit conferre substituẽti.l. item eorum.§ j.quod cuiusque vniuers. not.cap.j.c.is qui,& c.si duo. de procur. lib.6. Do.de Rota decis.8.substitutus. tit.de procurat. in not.6. & decis.33. si aliquis. ibidem scripsi in tract.nomina. q. 14.num. 104. Item beneficia substituentis conferre poterit,si ea omnia resignet alteri,cùm omnia beneficia conferre possit ex generalitate vicariatus.c.fin. de offic.vicar.lib.6]

81 Si tamen episcopus vicario dederit potestatem alium substituendi, nisi dixerit, cum potestate conferendi,vel cum simili potestate,hic substitutus conferre non poterit: quia sub ista generali potestate nõ venit conferendi potestas.d.ca.fin.de offi.vicar. in 6. sic consuluit Paul.Paris.in suo consi.80. difficultas. col.2. in 4.volum.nec maiorem in hoc censetur habere potestatem vicarius, quàm dominus. Bal. in. l, aliquando, ff.de offic.proconsul,

Vicarius non potest beneficium episcopo eũ constituenti conferre, etiam si à Papa fuetit concessum.

82 Intelligendum autem est, quòd quamuis episcopus,aut alius collator,possit creare vicarium, vel vicarios ad cõferendũ beneficia. c.fi.de offi.vic.in 6. tamen iste vicarius vel vicarij, non poterunt cõferre episcopo, qui illum creauit,quia sibiipsi per se non potest conferre,nec potestatem conferendi dare,ca. fin.de instit.Felin.in c.sanè. 2.in fi. de offi.deleg.

83 Ob id solent aliqui episcopi ambitiosi, ac abbates omnia deglutire beneficia,cupientes à Romano pontifice hoc impetrare,vt vicarios habeant, qui illis, qui crearunt eos,possint conferre: & tunc hoc poterunt vicarij autoritate Apostolica,& non ordinaria,ne vnus conferat sibiipsi, contra d.cap. per vestras, de iure patron.vidi tamen istos vicariatus tanquàm Reipublicæ pestilẽtes reprobari per senatum Paris. & procuratorem Regium tanquàm ab abusu appellasse: alioqui omnia beneficia possent collatores retinere,sicut hodie quidam ex nostris [qui nulla beneficia sine vtilitate cõferunt,quibus ignis inferni perpetuus,si non resipiscant,consecratus est.]

84 Ex quo infertur, quòd is vicarius habens specialem conferendi potestatem,poterit conferre omnibus,quibus potest episcopus, & sic etiam habentibus beneficium: dummodo ostendatur ei dispensatio.c.ordinarij.§ j.de offi.ordina.lib.6 doct. in dict.c. is cui.de præben. eod lib.

Vicarius examinare antequàm conferat debet.

85 Et sicut episcopus debet examinare præsentatos,& illos instituere, cap.cùm autem, de iure patr. ita debet vicarius, antequàm eos instituat, alioqui damnationem sibi acquirit: nisi episcopus aliquos nominauerit vicario: vt illis vicarius conferret, tunc imputabitur episcopo, & vicarius illos non examinabit. argument. capit. si episcopus. de præbend.in sexto.

86 Si tamen eos cognosceret inhabiles, non debet eis prouidere, sed debet episcopũ, cuius vices gerit, monere:alioqui vterque reus est,& super his multæ fiunt fraudes:quia communiter qualis collator, talis vicarius:ideo dicit *nolo vicarius esse:*quia ferè omnes se & suos ad inferos deoluunt.

87 Et si in vicariatu dictum fuerit,vt conferat idoneis,intelligitur de idoneis moribus,scientia & ætate, cap.cùm in cunctis, de elect.hoc expresim decidit Paul.Parisi.consi.40.quamuis,col.2.in 4.volum. vt superius dictum fuit.

Vicarius episcopi etiã iure deuoluto beneficia vocatũ conferre potest.

88 Poterit etiam vicarius huius potestatis ratione conferre tam beneficia, quæ iure proprio episcopus confert,quàm iure deuoluto, vt docet Ioan.Francis. vt suprà, col.10. tutius est tamen exprimere etiam deuoluta in vicariatus instrumento: vt sæpiùs vidi expressum.

89 Verumtamen episcopus, qui potestatem conferendi dedit, conferre ante vicarium poterit, per text. & glo.in c.constitutus, de concess.præben.quia maiorem potestatem retinuit sibi,quàm concesserit, vt dicitur de Papa,in c.dudum. de præben. libr.6. & sicut illum reuocare potest in totum, clementina & si principalis,vbi nota.de rescript.ita & adimere potestatem in aliquo, videlicet in illo beneficio, quod priùs confert,c.pastoralis,§.item cùm totum,de offi. delegato.

Vicarius collationi facienda an consentire possit.

90 Item sicut vicarius non potest conferre sine speciali mandato, ita non potest consentire collationi: nam qui non potest donare, nec donanti consentire, l.creditor, C.de donat.inter vir. & vxo. l.cùm quis. ff.de reg.iur. multa super hoc congerit suo more D. Andr.Tiraq.in tract.de legib.connubia. in vlt.lege, glo.3.qui enim consentit donanti,rem ipsam donare videtur,quod non potest vicarius.l.quæ dotis,& ibi Bald.col.3.ff.solut.matr. l.si liqueat, vbi Bald.2.not. C.de inoff.don.l.in ædibus, §.quod filiusf.ff.de don.

91 Vnde si canonici tenebantur conferre cum consensu episcopi, non poterit capitulum conferre non habito episcopi consensu,cap.vno,§.pone, sede vacante,lib.6.c.si pro te,de rescript.ibidem.& ibi glos. in verb,assensu,l.fi.C.de contrah.emp.hoc docet plenè Maleret.in tract. de elect.in 12.q.fol.75.

92 Etiam absente episcopo non poterit vicarius consentire, c.fi.de offi.vicarius lib.6. Allegatur Fed. consi. 264.si canonici.

93 Limitatur quando vicarius haberet potestatem conferendi,tunc poterit & consentire:vt probat Archid.in c.Reatina,63. distin.nam qui dare potest, & donationi consentire potest, l.sicut, §.venditioni, ff. quibus mod.pig.soluit.vbi qui testari potest,& consentire,vt alius de re sua testetur:& sic in casibus specialibus in quibus est data potestas conficiendi illos actus, multò fortius consentiendi: & sic poterit vicarius consentire, in illis actibus, in quibus est specialis sibi data potestas, etiam si non sit expressum, quòd consentire possit.

Secun

94 Secundò quando accessoriè præstandus esset consensus, vt in patre, qui filio consensum præstare debet agenti: tunc si pater absit, poterit filiusfam. agere sine consensu, l. si longius, §. 1. ff. de iud.

95 Tertiò limitatur in consilio, nam si is qui debet consulere, sit absens, & non sit breui reuersurus, non erit expectandus: sed potest beneficium conferri, & actus fieri non requisito consilio, secus in consensu, qui omnino est habendus, etiam si immineret periculum text. in d. c. vno. §. fin. ne sede vacan. lib. 6. vbi glo. & text. ibi non repetit consensum, sicut in §. præceden. idem scribit glo. in verb. assensu, in cap. si pro te, de rescript. illo lib. sic intelligi debet opinio Ludou. Rom. sing. 693. ex longæua.

96 Quartò non procedit in casibus inclusis in generali mandato, in illis ratione vicariatus generalis consentire poterit, & in illis casibus, quos potest ratione vicariatus generalis expedire: tunc absente episcopo in illis casibus poterit vicarius consentire: & requiri eius consensus debebit.

97 Et sic potest intelligi sententia Archid. in dict. cap. Reatina, 63. distinct. facit c. cùm nullus, §. episcopo, de tempo. ordinan. lib. 6. Feli. in c. ex parte. col. 3. vers. an autem. de constit. & Ias. in l. in prouinciali, §. si ego. col. 3. nu. 6. ff. de noui ope. nuncia.

Vicarius quæ beneficia cõferre non possit.

98 Imò potestas conferendi data vicario, vt conferat beneficia ad episcopi collationem spectantia, non extenditur ad beneficia, quæ episcopus conferre potest autoritate Apostolica, vtpote propter negligentiam regularium prælatorum, cle. vnic. de supplend. negli prælat.

99 Ideo in instrumento vicariatus hæc verba conscribi debent, damus potestatem conferendi beneficia quæ nos iure ordinario conferre possumus, & etiam omnia alia, quæ iure deuoluto autoritate apostolica, vel quauis alia potestate à iure communi, vel speciali nobis concessa, vel dicitur qualitercunque, vel quomodocunque spectantia, seu quomodo libet. [Potest tamen legatus à latere ex generali potestate conferre. cap. 1. de offic. legat. lib. 6. Dec. consil. 228. licet in casu. in fi. quod secus est in aliis, vt superius dictum extitit: solet tamen legato etiam à Papa dari specialis conferendi potestas.]

Vicarius episcopi quã do visitare possit.

100 Inest alia clausula ordine octaua, visitationes faciendi: nam episopum per cunctas diœceses, parrochiásque suas per singulos ãnos ire oportet: quòd si ipse aut languore, aut aliis occupationibus implicatus adimplere nequiuerit: presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, cap. episcopum. 10. q. 1. cap. inter cætera, de offic. ordina. cap. si epis. illo titul. lib. 9. Soci. in tracta. de visita. in 4. quæst. principali. versic. duodecimò quæro, vtrum.

101 Et aliàs ex generali mãdato vicarius episcopi visitare non potest, sicut nec vicarius capituli: ideo opus est speciali concessione. glo. & docto. in cle. 1. §. 1. in verb. capitali, de hæretic.

Vnire an possit vicarius.

102 Nona clausula in vicariatu adiici solet, videlicet, vniendi beneficia: alioqui vicarius etiam generalis non habebit vniendi potestatẽ: etiam si data sit cõferendi potestas cum clausula generali, quæ ad maiora expressis non extenditur, c. qui ad agẽdum, de procura. lib. 6. sed vnire maius est quàm cõferre: quia vnio non fit à prælatis inferioribus episcopo. c. sicut vnire. de excessib. præla. tamen conferre & inferiores possunt, cap. cùm & plantare. de priuileg. & vnire alienare est, cap. primo. ne sede vacante: quod non potest quis facere sine speciali mandato. l. filius famil. ff. de donat. & dicto cap. qui ad agẽdum.

103 Etiam prælati vnire sine consensu capituli non possunt, sed conferre sic: cap. pastoralis. in fin. de dona. cap. 2. de conces. præb. Innocen. in cap. adhæc. de offi. Archidia. super hoc expresè consuluit Paul. Paris. consil. 41. ex his. col. j. in 4. volu. post Dom. Gemi. in consil. 38. pro clariori. col. 3. alia dicam inferiùs in vnionis materia.

104 In vicariatu etiam clausula decima apponi cõsueuit, recipiendi resignationes, & beneficia resignata conferendi: nempe vicarius non potest dare autoritatem permutare volentibus: nisi hoc expresè illi concessum, fuerit cap. quæsitum, de rerum perm.

105 Imò habẽs potestatem recipiẽdi resignationem beneficiorum caussa permutationis, vel simpliciter, non potest beneficia sic resignata posteà cõferre, cùm speciale mãdatum requiratur etiam in collatione: d. cap. final. de offic. vica. lib 6. *Recipere resignationẽ qui potest, an & conferre*

106 Ideo debet in vicariatu inseri, quòd episcopus dedit facultatẽ recipiendi resignationes & beneficia resignata conferendi. cap. dudum. de præb. lib. 6. de Rota decisi. 43. not. quod vicarius. in antiq. sub tit. de renuntia. decis. 1. vbi dicit istam opinionem teneri communiter in Rota. sequitur de Selua in tractat. de beneficio, in 2 parte quæst. 4. & Calder. consil. 3. an renuntiatio. titu. de renuncia. & Felin. in cap. auditis. col. 6. nu. 13. de præscript.

107 Licet quidam dicant collationem istam tanquam necessariam competere vicario: quod non est verum, nisi sit constitutus ad conferendum: vt concludit gl. in verb. vicario. §. itẽ voluit, de coll. in prag. & Ludo. Roma. cons. 330. circa primum. col. 2. nu. 5.

108 Imò si aliquis potest conferre beneficium sitũ in diœcesi alterius episcopi ex priuilegio, vel consuetudine, tamen non poterit recipere illius resignationem, per glos. & ibi Cardinal. in cle. vna, quæst. 7. de rerum permuta. ideo debebit fieri in manibus eius, qui poterat alias communi iure conferre: vt expressè tradunt dom. de Rota decision. 398. si aliquis episcopus. in nouis sub titul. de renuncia. decis. 6. facit decisio. 218. nota quòd cui in anti. [sub titu. de renunc. decis. 5.] & glo. in verbo, locorum. Cle. vnic. de supplẽ. negl. præla. Federi. in tracta. permuta. q. 26.

109 Idem decisum est in legato. in cap. deliberatione, §. prohibemus, de offic. legat. lib. 6. quòd legatus non possit committere alicui facultatem recipiendi resignationem talis beneficij, quia præberet votum ambitionis & emptionis. *Facultas recipiendi resignationẽ talis beneficij dari non potest.*

110 Idem in episcopo cõcludunt do. de Rota decis. 397. in not. sub titu. de offic. vicari. & in decisi. 5. de concessio. præben. [Bernard de Bisigne.] & decis. 288. nota quòd episcopus. in antiq. [sub tit. de offic. vicar. decis. 1.] & in præsentatione ita fuit iudicatũ. Romæ, vt non detur præsentandi potestas ad certũ beneficium vacaturum: vt asserit Cassado. in decis. 5. titul. de iure patro. *Vicarius dignitates conferre potest.*

111 Poterit etiam vicarius generalis habẽs potestatem

tem conferendi beneficia, cõferre & dignitates:quia appellatione beneficiorum etiam veniũt dignitates, cùm non sit materia ambitiosa: & tantùm noceat concedenti gloss. in cap. primo, de regul. iur. libr. sexto. & cle. auditor. de rescript. cap. tua, de verbo. signifi. de Rota decision. 433. nota vtrum. in antiq. & decisi. 2. rub. de offic. vica. Panor. in cap. fi. de conces. præb. in 2. nota. Dom. & Franc. in d. cap. fin. de offic. vica. in 6. & Feli. in cap. causam quæ, col. 9. nu. 14. de rescrip.

112 Et procurator datus ad acceptãdum beneficium, poterit etiam dignitates acceptare, teste Feli. in cap. postulasti. col. 16. de rescript. est tamen tutius exprimere dignitates, quamuis hoc necessarium non sit.

Dignitates non includũtur in potestate conferendi à Papa concessa.

113 Tamen quando Papa concedit potestatem cõferendi quæcunque beneficia, non includuntur dignitates, si non exprimantur, cap. cùm in illis, de præb. lib. 6. cap. fi. illo titul. etiam si episcopus consentiat: quia rescriptum debet restringi, ne multùm præiudicet tertio, cap. quamuis. de rescri. lib. 6. cap. super hoc. de offi. deleg. & hæc potestas data ex priuilegio strictè tanquam extraordinaria est interpretanda, cle. 2. de offi. lega. Imol. in cle. vnica, de sequestra. posse. sic consuluit Soci. consil. 260. in caussa manutenent. col 10. in 4. conclusio. in 2. vol.

114 Nam quando episcopus conferendi potestatem tribuit, nulli fit præiudicium, nisi sibi, & suæ prouisioni. sed quando Papa conferendi potestatem legato tribueret, vel alteri quæcunque beneficia conferendi diæces. Paris. tunc hoc præiudicaret episcopo, ideo restringi debet: vt doct. no. in l. beneficium, ff de constitu. princ. cap. quamuis, de præb. in 6.

115 Vnde consuluit Oldr. consi. 22. quòd si summus pontifex voluerit grauare ecclesiam, & episcopum in collatione beneficiorum: verba non sunt latè intelligenda, vt includant dignitates, sed strictè, vt minùs lædant ius commune, & personam. cap. cùm dilectus. de consuetudin.

116 Diuersum est, quando episcopus ipse beneficia conferendi tribuit potestatem: quia tunc etiam dignitates comprehenduntur, cùm plenissima interpretatio fieri debeat contra concedentem: ac etiam præbendæ cathedralis ecclesiæ continentur in hac potestate. c. cùm dilecti. de do. Panor. in cap. olim. de verb. signifi. Ias. & alij in d. l. beneficium. ff. de cõstitu. princip. licet aliàs secus. cap. quãuis. 1. de præb. libr. 6. vt suprà dixi.

117 Poterit etiam curata conferre, licet aliàs non veniant sine expressione: cap. cùm in illis. de præben. libr. 6. etiam quia hoc est fauorabile, ideo ampliandum, cap. dudum, & cap. si cui. de præb. libr. 6.

Vicarius an curata beneficia non expressa cõferre possit, & procurator acceptare.

118 Sic & procurator constitutus ad acceptandum beneficia, poterit etiam curata acceptare, teste Imol. in cap. accedens, col. 2. de præb. & Staphile. in trac. de liter. gratiæ, rub. de modo & forma impetrandi, vers. prædicta tamen: dicens idem in inducto cardinalium de conferendis beneficijs suorum familiariũ: vt includantur omnia beneficia etiam curata. Feder. consi. 73. factum.

119 Item poterit vicarius potestatem conferendi habens, commendare, licet in mandato non sit expressum, quòd commendet: quia plus est conferre, quàm commendare, c. nemo. de elec. lib. 6. nam cõferre donare est, commendare deponere: vt ibi. & cui plus conceditur, & minus concedi censetur, per regu. iur.

Vicarius commẽdare beneficia an possit.

120 Tutius est tamen exprimere, & ego vidi exprimi: licet commenda sub collatione comprehendatur, rubr. vt ecclesiast. benefic. sine diminutione cõfer. scripsi in §. statuimus, 2. de colla. in concordat. tamen qui de iure speciali conferre potest, non potest in titulum commendare, vt docet dõm. Gemi. in c. nemo, in fi. de elect. libr. 6. sequitur Fel. in cap. auditis, col. 6. nu. 12. de præscri.

Collatio episcopi eiusvicario facta vtra valeat.

121 Item collatio facta extra diœcesim ab episcopo valet licet à vicario in diœcesi eadem die fiat, quia est facta à maiori, & ideo præualet. cap. si à sede, de præb. libr. 6. & quia maior est episcopi, quam sui vicarii collatio, cap. dudum, de præben. libr. 6. & quia cẽsetur reuocatus vicarius quò ad illã collationem.

122 sicut in domino tractante causam, vt censeatur quò ad hæc reuocare procuratorẽ, cap. si quem, de proc. lib. 6. & per cognitionem quam facit delegatus, videtur reuocare subdelegatum, cap. intimasti, de appell. Archid. in ca. quamuis, de offic. deleg. lib. 6. sic & in ordinario conferente consuluit Cald. consil. 2. an collatio, sub rub. de offic. vicar.

Prouisus à vicario si priùs capiat possessionem præferendus. Arestum.

123 Quod est verum, quando æquo iure procederent ambæ collationes, & æquales essent: secus si prouisus à vicario accepisset possessionem ante prouisum ab episcopo: quia tunc is qui est priùs adeptus possessionem præferetur, d. c. cap. si à sede, & ita visum fuit senatui Paris. vt scrip. in tract. de pac. posses. in num. 297. versic. quarto etiam procedit, licet cap. si à sede loquatur in collationibus, à diuersis emanantibus: tamen in hoc casu est eadem ratio, vt ibi scripsi.

Creatum de nouo beneficiũ an vicarius conferat.

124 Item non poterit vicarius beneficium de nouo creatum conferre, nisi exprimatur in literis vicariatus, per text. in clem. fin. iuncta glo in verb. tibi, de rescript. vnde vidi apponi hanc clausulam, damus potestatem conferendi dignitates, personatus, officia, & quæcunque beneficia, etiam de nouo creanda, quæcunque, qualiacunque, & quantacunque, &c. & ratione istius clausulæ non erit posteà dubium: sicut dixi superius de his quæ autoritate Apostolica com petunt.

Instituere non potest præsentatos vicarius sine speciali potestate.

125 Item licèt vicarius generalis non possit conferre, nisi expressè concessa fuerit ei conferendi potestas, d. c. fin. poterit tamen præsentatos à patronis instituere, per text: not. in c. ex frequentibus, de inst. secundum Roman. singu. 601. tu scis quòd fundatores. & Panormit. in d. c. ex frequentibus, ac Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte quæst. 14. de Rota decisi. 43. nota quòd vicarius, in antiq. sub titu. de renunciatio. decisi. 1. & de Bellamera decisione 93. licet vicarius.

126 Sed ego dicerem contrarium, quia institutio non potest fieri, nisi canonicè, & iuris vel consuetudinis autoritate, cap. penult. de instit. & cap. 1. de reg. iur. lib. 6. sed quando non est vicario data nisi certa potestas, non potest illam excedere: alioqui contra mandatum faceret, & non valeret ab eo gestum, cap. cùm dilecta, de rescript. forma enim mandati diligen

diligenter est seruanda.l.diligenter,ff.manda. si ergo est vicarius constitutus generaliter,& non est ei data potestas conferendi,seu instituendi,sine potestate non instituit.

Institutio sub verbo conferendi comprehenditur.

147 Nam verbum conferre comprehendit etiam institutionem,rubric.vt ecclesiastic. benefi. sine diminutio.conferant.scripsi in §.statuimus 2. de colla.in concorda.& quamuis non sit libera institutio, tamen alia ratio tex.habet locum,quòd in generali mandato non venit donatio:vt ibi.& quòd institutio committi debeat,probat tex.in cap.cùm venissent.de institu.nec inuenitur iure cautum, quòd vicarius sine mandato instituere possit: ergo illi hoc non concedemus,l.dissentientis,C.de repud.

Intellectus ad c.ex frequentibus.

128 Nec refragatur tex.in d. cap. ex frequentibus: nam dicit posse fieri ab officialibus episcopi, qui hoc de iure possunt, vtpote ab illis quibus est data potestas, & non ab aliis, per illud relatiuum, qui, quod restringit:vt per Bart.in l.omnes populi.ff.de iust. & iure.imò ille tex.non probat, quòd institutio fieri possit,magis quàm collatio:nã dicit, quòd clerici ecclesiastica beneficia sine consensu episcopi,vel officialium suorum, qui hoc de iure possunt, recipiunt: & sic taxat illos clericos, qui occupant beneficia sine collatione episcoporum, aut alia prouisione.

129 Et quamuis ex locatione Rub.de institu.quis posset dicere loqui de institutione, tamen generaliter etiam accipitur institutio,vt patet in cap.2. & c.autoritate,ibidem.& officialis ibi etiam generaliter accipi potest pro vicario:cũ officialis multoties vtrunque habeat officium:vt suprà dixi.

130 Non obest quòd institutio est necessaria dispositio.respon.estò sanè:tamen nõ potest instituere is,qui non habet potestatem,sicut non potest resignationem causa permutationis recipere, licet sit necessaria.ca.vnic.de rerum permutatione.lib.6. vt superiùs dixi. [Alioqui officialis sic institueret, & alius non habens potestatem,quòd est absurdum.]

131 Et cùm hic vicarius non habeat potestatem ad hoc expressam, illa concessa & limitata potestas non extenditur, arg. l. in agris. ff. de acqui. rerum dom.& quia etiam institutio sapit quandam donationem, cap.fi. de institu.quam vicarius facere sine speciali mandato non potest,dicto cap.finali.

Capitulum instituit, sed non vicarius.

132 Nec me mouet cap.1.de institu.in lib.6.vbi capitulum sede vacante instituere potest, licet non possit conferre, fateor, quia in capitulum sede vacante omnia,quæ sunt iurisdictionis,ferè trãseunt, sed non in vicarium episcopi, c.2.de offic. vica.ob id non est idem.

133 Nam vicarius episcopi non tractat causas criminales sine expressione & commissione speciali. c.3.de consue.lib.6.& tamen in capitulum iuris autoritate ista transferuntur.vt in ca.1 ne sede vacante:vbi doc.& sic ad capitulum institutio transit, nõ autem ad vicarium episcopi, si non sit eidem data potestas.

Cõferre qui potest, an possit priuare.

134 Etiã quia à iure,hoc est in vicario capituli declaratum, sed non in vicario non habente potestatem conferendi,ergo non habebit locum in eo.

135 Item institutio & destitutio pertinet ad episcopum tanquàm correlatiua.c. cùm ex iniuncto. de hæretic.& sic non ad vicarium:nisi eidem committatur.nam vicarius non potest quem priuare beneficio,nisi sibi expressè concessum fuerit,ergo nec instituere.c.2.de offi.vica. lib.6. vt consuluit Anchar. cons.60.duplici.

136 Imò qui iure speciali potest beneficium conferre,non poterit priuare quem illud habentẽ,quia iurisdictio voluntaria non includit contentiosam. Panor.in c.accepta,col.vlt.de rest.spol.refert. Feli. in c.auditis.col.6.nu.12. de præscr. potest tamen declarare possidentem non habere iustum titulum in beneficio,cùm per modum actionis hoc petatur:vt expressim consuluit Bald. cons.478.præmittendũ. col.2.in 3.vol.sed an possit monere beneficiatos,vt ostendant titulum:scribit Anchar.cons.60.nota bebe prædicta. vide quæ scripsi in concord. tract. de pacific.possessor.

137 Et sic vicarius non poterit instituere, nisi sit eidem expressè data instituendi potestas, vel conferendi:nam sub hoc verbo conferendi comprehẽdetur institutio:vt superiùs dixi, ideò poterit instituere qui conferre potest:& ita est tenendum:quicquid Doctores dicant in contrarium.

Episcopus an puniatur si vicarius indigno cõtulerit.

138 Quæro insuper,si hic vicarius contulerit indigno beneficium, priuetur ne episcopus potestate cõferendi:sicut si ipse episcopus contulisset. c.cùm in cunctis. in fin. de elect. quod videtur, quia qui per alium facit,perinde est, ac si ipse faceret. l.1. §. deiecisse.ff.de vi & vi arma.

139 Respon. per collationem vicarij indigno factam, non est episcopus priuatus potestate conferendi;quia dolus ipsius non debet episcopo, qui nõ est in culpa,imputari;ideo ad ipsum episcopum reuersa est potestas. c. si compromissarius, de elect. lib. 6. & quia episcopus non peccauit, ideo puniri non debet.

140 *Nam pœna suos teneat autores. l. sancimus. C.de pœnis. nec quis alterius odio prægrauari debet,l.si quis in suo. C.de inoffi. testa. nec ad illicita videtur commissus.l.si procurator.ff.de condic.indebi.vbi plenè Ias.ideo episcopus digno posteà conferre poterit, quia vicarius fines mandati excessit conferendo ei,de quo potestatem non habebat.

141 Limita nisi episcopus ratam collationem habuerit,d.c.si compromissarius:quia ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur:regula ratihabitionem.re regul.iur.6.facit c.cùm quis mandato. de sentent.excom.lib.6.

142 Secũdò limitatur,quando episcopus dedisset potestatem conferendi isti indigno:tũc is censetur facere,cuius mãdato fit,l j.§.deiecisse. ff.de vi & vi ar.etiam propriè dicit tex.in l.certè.§.j.ff.de preca.

Episcopus an digno cõferre possit si vicarius indigno cõtulerit vel econtrario.

143 Et in hoc est aduertendum: quia si episcopus dederit potestatem conferendi indigno:& vicarius sic contulerit, episcopus non poterit posteà etiam digno conferre,quia est conferendi potestate semel priuatus:tum etiam quòd ad superiorem deuoluta fuerit potestas conferendi,d.c.si compromissarius.

144 Vnde cum hodie quidam vicarij miserabiles indignis conferant,ac stabulariis,ignaris, proditoribus,& episcopi adulatoribus,& lenonibꝰ ex certa

eorum scientia, ipsi & eorum committentes pœnis inferni perpetuis, nisi resipiscant, torquebūtur, nec episcopi eos ab istis pœnis releuabunt.

145 Si tamen is cui vicarius contulerat, non acceptet, ad episcopum reuertitur potestas, qui alteri poterit conferre. d.c. si compromissarius.

146 Insuper quæro, an vicarius possit conferre digno, si ipse indigno contulerit: quod videtur, sicut episcopus. dixi in gl. §. si quis verò, de col. in conc.

147 Contrarium est verum: vnde si malè contulerit, videlicet indigno, functus est officio suo, vnde amplius conferre non potest. d.c. si compromissarius. sicut nec iudex iudicare post sententiam. cap. in literis. de offi. deleg. l. iudex. ff. de re iud.

Secūda collatio vicarij nulla.

148 Vnde secunda collatio per vicarium facta est nullius momenti, tum quòd deficiat potestas: quia intelligitur ei data potestas de prima vacatione, & collatione, argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. sign. c. non potest. in fin. de præb. lib. 6. l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig.

Præsentare & instituere quādo vicarius possit.

149 Item potest vicarius instituere tanquàm vicarius, & præsentare tanquàm abbas, vel si alio iure adeum pertinebat præsentatio, sicut potest conferre tanquàm canonicus, & tanquàm episcopus, c. postulastis. de concess. præb. glo. in c. à collatione, de appel. lib. 6.

150 Et capitulum sede vacante potest eligere & confirmare. gl. in verb. debebit. in c. si episcopus. de suppl. neg. præl. lib. 6. nempe quando duo iura concurrunt in vnam personam, tunc illa persona habet vim duarum personarum. l. si consul. ff. de adopt. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. de inof. test. potest etiam tanquàm episcopus conferre, & tanquàm cōcordatorum executor, & sic variare: vt plenè scripsi in §. si quis, & in verb. dispositiones, de coll. in tract. no. q. 17. nu. 4. & seq. superiùs dictum fuit quando multiplex collatio ab vno fieri valeat.

Synodos celebrare an vicariis sit liberum.

151 Sequitur in vicariatu vndecima clausula, videlicet celebrandi synodos. Nam vicarius vel alius non potest sine speciali mandato celebrare synodos. c. si episcopus. de offi. ord. lib. 6. sic nec legatus concilium generale nomine Papæ. glo. in c. regula. 17. dist. Panor. in disputatione incipiēte Episcopus. col. 17. vers. item non omnes. sequitur Ioan. Boteus in tracta. de synodo episcopi. in 2. part. nu. 2. & seq. plus dicens, quòd postquàm visitatio competit etiā iure ordinario episcopo, ipse hoc alteri delegare poterit: quia iure canonico omnia non prohibita ordinarius demandat. c. quod sedem de offic. ordi. caueat tamen episcopus cui committet: quia sanguis subditorum de manibus prælatorum requiretur. c. irrefragabili. de offi. ordi. [Sed vidi dubitari, an episcopus possit committere simplici clerico nō existenti in sacris hanc potestatem, & is an possit postea excommunicare, & absoluere. gloss. in verb. sedis apostolicæ. in c. statutum. de rescript. in 6. dicit posse committi simplici clerico: & non inuenitur iure cautum, vt is cui causæ committuntur, debeat esse in sacris, etiam si sit à sede apostolica delegatus. c. 1. vlti. & per totum. de offic. deleg. in Decret. in 6. & per totum titulum. Nam episcopus potest excōmunicare, quamuis presbyter non sit, vt docet Hostiens. in summa de sententia excomm. §. quis possit, circa finem. vers. Solutio. Dicas, Maximè, quia Officialis nomine episcopi excommunicat. Et in capitulum sede vacante transeunt omnia, quæ sunt iurisdictionis. c. his qui. de maio. & c. 1. ne sede vacante. & obtinenti vigesimum annum delegari possunt causæ à Papa. c. cùm vicesimum. de offi. deleg. & tamē eo tempore sacerdos esse non potest. clem. generalem. de ætate. Ideo is simplex clericus omnia poterit facere, sine quibus in c. præterea. de offi. deleg. Docto. in c. quanto. de consuetu. & in c. olim. in 3. de restit. spol. Et quia ista sunt iurisdictionis, ergo non requirunt ordinem. Vnde Officialis & Vicarius episcopi possunt esse clerici simplices nō constituti in sacris. Et ita aliquando respondi egregio viro Domino Officiali Virdunensi, Carolo de Monceaux vocato, qui Doct. solennis nostri collegij fuit.]

Vicarius de criminibus non cognoscit, nisi hoc ei cōmissum fuerit.

152 Subiungitur clausula duodecima, & committendi, & audiendi caussas ciuiles, & criminales: hæ enim criminales per generalem potestatem non censentur commissæ, ca. 2. de offi. vic libr. 6. nec in criminalibus posset ille officialis aut vicarius cognoscere, nisi specialiter sit eidem commissum. d.c. 2. & si cognosceret, nullus esset processus, quia deficit iurisdictio. teste Federic. consil. 220. veritatis: ideo non priuabit vicarius aliquem beneficio, nisi sit eidem expresè concessum, vt ibi, & Anch. probat cons. 60. duplici. vel nisi aliàs haberet iurisdictionem ibidem: vt consuluit Bald. in Patriarcha vicario creato à Papa, in cons. 478. præmittendum. colum. 3. in 4. volumine.

Pœnā corporalem vicarius in pecuniariā pœnā non conuertit.

153 Tamen per hanc clausulam non poterit officialis conuertere pœnam corporalem in pecuniariam: quia hoc non licet nisi habentibus potestatē dispensandi super crimine. c. licet. vbi gl. & Doct. de pœn. & in c. in archiepiscopatu, de rapto.

154 Ideo in vicariatu debet exprimi, damus potestatem dispensandi etiam super crimine: alioqui nō est verisimile quòd episcopus hanc potestatem sibi non omnino permissam concesserit, c. irrefragabili. de offi. ordi. dixi quando possit conuerti in pœnam pecuniariam, in §. quia verò. de public. concubi. in concord. & sic consuluit Paul. Castrens. cōs. 348. notandum. in 1. vol. quia dispensatio sine caussa fieri non debet. gl. in c. non est de voto. & dicam in materia dispen. infrà, & quia pœna iuris commutari sine caussa non debet. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui notan. infa. l. & si seuerior. C. illo tit.

Matrimoniales caussæ expressè committendæ sunt.

155 Additur clausula decimatertia, matrimoniales, &c. etiam committit caussas matrimoniales, quarū cognitio ad episcopos pertinet, c. ex literis de in integ. resti. c. 1. de consangui. & affi. c. accedentibus. de excess. præl. & sic delegare eas & committere episcopi in suis officialibus, & vicariis poterūt. c. caussam matrimonij. de offi. delegat. Bertach. in tractat. episcopo, in 7. part. 4. lib. q. 20. vbi dicit quòd aduersus scientiam suam poterit in integrum restituere vicarius: quod sequitur & Philip. Perus. in c. dilecti. in 2. q. 9. & seq. de appellat.

Beneficiales caussæ committendæ vicario.

156 Clausula decimaquarta & beneficiales. Solet etiam in vicariatu episcopus, vel archiepiscopus commit

committere caussas beneficiales, de quibus non cognoscet vicarius, quando agitur de priuatione: vt in c.2. de offic. vica. in 6. nisi hoc sit eidem expresse concessum: quia sunt priuilegiatæ, in clem. dispendiosam. de iudic. nec poterit cognoscere vicarius de institutione beneficij facta per episcopum, sine speciali commissione: vt docet Bertach. in d. trac. de episcopo, in 7. part. 4. li. q. 29. quia inferior non tollit legem superioris, clem. ne Romani. de elect.

157 Insuper additur decimaquinta clausula, & quascunque alias tam principales quàm incidẽtes, & per appellationẽ etiam deuolutas, & imposterũ deuoluendas, & quæ ad nos, & ad dictam nostrã ecclesiam pertinebunt de iure vel consuetudine.

158 Nam in hoc regno Franciæ, si clericus propter crimen priuilegiatum captus sit, & condẽnatus à iudice laico, & demum remissus ad officialem Pictauiensem, vt cognoscat de crimine communi, si posteà ab officiali Pictauiensi remissus condemnetur propter delictum commune, & is appellet ad archiepiscopum Burdegalensem, eo quia non est intra ressortum, officialis non debet illum remittere, sed debet archiepiscopus Burdegalensis constituere vicarios, qui in ciuitate Pictauiensi cognoscant, & hoc propter appellationes ab abusu. Ita iudicauit senatus anno 1524. die decimaquinta Decembris.

Archiepiscopus quãdo officialem in alio episcopatu constituere teneatur. Arestum.

159 Tamen per hanc clausulam generalem non potest officialis de caussa episcopo delegata cognoscere: quamuis eidem episcopus caussas præsentes commiserit, futurásque: quia episcopus non habebat iurisdictionem id temporis, quo committebat, ideo delegare eas nõ poterat, arg. c. 1. de offi. vic. li. 6. de Rota decis. 157. nota ꝙ vbi episcopus. in antiq. [sub tit. de offi. dele. decisio 1.] & decis. 847. episcopus in eisdem. [sub tit. de offic. vicar. decis. 9.]

Causam episcopo delegatam vicarius cognoscere nõ potest.

160 Etiam si diceret episcopus in vicariatu autoritate ordinaria, vel delegata mihi competentes, vel competituras committimus. arg. l. non potest videri. ff. de iudic. quia iurisdictio nondum competens non potest committi. arg. cap. Romana. de offic. ord. lib. 6. vbi Guliel. de monte Laudu. expresse dicit no. quòd episcopus, vel seneschallus non potest deputare vicarium ad futuras caussas, quæ à Papa, vel Rege eis cõmittentur per rescripta: tum quia iudicia in pendenti esse non possunt, l. non quemadmodum. ff. de iudic. l. j. de vsur. tum etiam quia non potest dare, nec committere, quòd non habet. l. traditio. ff de acq. rer. domi.

Episcopus vel seneschallus caussas futuras delegare nõ potest.

161 Ideo opus est noua delegatione, & commissione postquàm episcopus habet iurisdictionẽ nouam. [Bernard. de Bisignet.] sic concludunt domi. de Rota decis. 3. incipien. episcopus, rub. de offi. vica. sicut non potest episcopus cognoscere de caussa vicario delegata. Doct. in cle. 2. de rescript. Bertach. in trac. de episcopo. in 7. part. 4. lib. q. 4. ita nec vicarius de caussa episcopo delegata. & si de facto cognoscat, sententia erit nulla, tanquam à non suo iudice lata. l. j. & per totũ. C. si à non compe. iudice iudi. fuerit.

162 Imò viuente episcopo caussas incœptas eo mortuo perficere non potest vicarius: vt decidit idem Berta. q. 6. & allegat Specul. in tit. de offi. ordi. §. j. ver. auditores autem. & ibi Bald. in additio. vers. 2. quia censetur reuocatus per mortem episcopi: vt inferiùs dicetur.

Caussas incœptas mortuo episcopo vicarius perficere nõ potest.

163 Sed bene poterit Officialis viuo episcopo, seu vicarius ex offi. vel ad instantiam requirentis cogere patronum ecclesiasticum ad assignandum congruam portionẽ vicario perpetuo, vt fuit decisum Tholosæ sicut refert Aufrer. in suis decis. q. 148. & q. seq. plus dicens in Francia iudices Regios hoc vsurpasse. vt scripsi in tract. de congrua portio. q. 7.

Vicarius cogit ad assignandũ cõgruam portionem.

164 Tamen vicarius Archiepiscopi non habet iurisdictionem in eius suffraganeos propter reuerentiam episcopalis dignitatis, cap. 2. de offi. deleg. lib. 6. & hoc si Archiepiscopus est præsens, vel in prouincia, alioqui contra. ca. j. de offi. ordinar. lib. 6. & Bertach. in tract. de episcopo. in 7. part. lib. 4. q. 10.

Vicarius archiepiscopi an in suffraganeos iurisdictionẽ habeat.

165 Vicario solet etiam committi, vt partes ad recognoscendum scripta sua, chirographa Officialis cogere possit. c. j. §. vlt. de foro competent. lib. 6. tamen ad hoc non videtur specialis concessio necessaria: multa verò super his scripsi in l. cognoscere. ff. de verb. sign. & in tract. de chirographo, & cedul. recog. in ordina. Reg. in 1. tomo commenta, quæ hîc non repetam.

166 Clausula decimasexta, ex officio inquirendi nempe committitur vt ex officio inquirere possit officialis, & vicarius: cum hoc ei non concedatur ex generali officij concessione, per text in c. ij. de offi. vicar. lib. 6. nam in inquirendis, puniendis, & corrigendis subditorum excessibus requiritur specialis commissio. text. iuncta gl. in c. 3. de consuet. in 6. nec sufficit generalis, vt ibi quamuis Ioan. Monach. in 2. dicat ex generali potestate vicarium inquirere posse, ob id istam clausulam non esse necessariam: vt etiam probant Domi. de Rota decis. 66. si seruetur, in no. sub titu. de offi. vicar. decis. 2. vbi dicunt.

Inquirere de criminibus an vicario sit liberum sine speciali potestate.

167 Si vicarius non possit cognoscere, remittet ad episcopum, quia de criminibus cognoscere non potest, nisi specialem habeat potestatem. l. j. §. cùm vrbem. vbi Bart. ff. de offi. præfect. vrb. sed inquirere, vt demum referat episcopo, non prohibetur, ideo episcopus debet eidem concedere potestatem inquirendi, & crimina puniendi. Bertachi. in tract. de episcopo, in 7. part. 4. lib. q. 13.

168 Decimaseptima, ecclesias, capellas, & oratoria, ac cimiteria polluta reconciliandi, permittitur videlicet, vt quascunque ecclesias pollutas reconciliare, ac cimiteria possit. c. vno. de consec. eccl. vel altar. lib. 6. sed hoc nõ potest committi simplicibus sacerdotibus, sed episcopis tantùm: quia licet episcopus cõmittere valeat ea, quæ iurisdictionis existunt: tamen quæ sunt ordinis episcopalis nõ potest inferioris gradus clericis demandare. cap. aqua. vbi Panor. de conse. ecclesiæ, nec alij sacerdotes, etiam si consuetudo existat, tractare possunt. c. quanto. de consuetud.

Ecclesiæ pollutæ à vicario an recõciliari possint.

169 Poterit tamen hic vicarius impetrare à Papa licentiam, absente episcopo quæcunque ornamenta ecclesiastica benedicendi, citra tamen corporalia, calices, & patenas: & hoc prò vsu & seruitio ecclesiarum totius diœces. vbi & quandiu vicariatus

Vicario quãdo sit licitũ benedicere ornamenta ecclesiastica & abbati.

officio fungi eum contigerit: & ita consului cuidã vicario. Abbati quoque datum fuit indultum benedicendi calices, corporalia, & alia, ornamenta ecclesiastica pro vsu monasterij ad vitam.

Ecclesiã an vicarius cõsecrare possit.

170 Decimaoctaua clausula est, & de nouo ædificatas ecclesias, & ædificandas consecrandi, intelligas quoque talem potestatem non aliàs videri datam: nisi is, cui hæc committuntur, sit episcopus, vt prædixi, quia hæc sunt ordinis episcopalis.

171 At committat ea episcopo, qui hæc faciat teste Panor. in c. his quæ. & in c. cùm olim. de maiorita. & obed. quamobrem non transeunt ista sub generali mandato, sed speciale requirunt, quia sunt de maioribus: c. nemo. de consec. dist. 1. Calder. cõs. 3. an vicarius. in titu. de offi. vicar.

172 Quemadmodum etiam quæ sunt gratiæ, vt dare indulgentias, non veniunt sub mandato generali, sicut asserit Domi. consi. 38. pro clariori. col. 3. no. Doct. per illum text. in c. cùm ex eo. & c. nostro. de pœniten. & remiss. vide Hostiens. in summa & alios Doct. in tit. de consec. eccles. vel altar.

Potestas puniendi & multãdi vicario concedi solet.

173 Decimanona clausula. Solent episcopi concedere potestatem puniendi, corrigendi, deponendi, multandi, priuandi beneficiis omnes, & quascũque personas, quarum cognitio ad eos spectat, vel spectabit, sine aliqua personarum acceptatione: prout delictorum qualitas & excessus exegerint, ibi & personas omnes, &c. quippe nisi specialiter ista cõmitterentur, non posset vicarius vt dictum fuit, ex generalis sui officij potestate clericos priuare, vel amouere à suis beneficiis, cap. 2. de offi. vicar. lib. 5. Anchara. cons. 60. duplici ratione. col. 1. vt superiùs dictum est.

Clausula suspendendi, &c.

174 Sequitur clausula vigesima. Suspendendi, interdicendi, &c. quamuis ista sub generali commissione comprehendantur. Docto. in d. c. 2. de offi. vic. lib. 6. & in cap. 1. de offi. deleg. quippe nomine censuræ ista continentur. c. quærenti. de verbo. signif. tamẽ ad maiorem cautelam, vel aliàs quidam episcopi solent hoc exprimere in literis vicariatus.

175 Clausula vigesimaprima. Præcepta & mandata faciendi, ipsaque exequẽdi: parum enim esset potestatem iudicandi habere, nisi iudicata exequerẽtur, & præcepta. l. 2. §. post originẽ, ff. de origi. iuris. c. vbi periculum. §. præterea. de elect. lib. 6.

Sentẽtiam reuocare an vicario sit permissum.

176 Clausula vigesimasecunda. Et reuocandi delinquentes, &c. Per hanc clausulam concedit autoritatem reuocandi præcepta, iuxta l. quod iussit. ff. de re iudic. & mitigandi pœnas: quia in omni episcoporum ferè sententia criminis salua solet domini episcopi autoritas, & misericordia, nisi in hęresi, reseruari: alioqui sententia non posset reuocari. d. l. quod iussit ff. de re iudic. vbi amplè scripsi. Alex. & Vincent. per illum text. in l. j. ff. ad legem Falcid. l. item Labeo, & ibi gl. in verb. si purè, famil. herciscundæ. & de hac clausula plenè scribit Angel. in tract. de malefi. in glo. saluo semper.

Pecuniã nõ potest episcopus pro pœna remittenda recipere.

177 Et fuit hoc inuentum, vt si episcopus videat illum delinquentem pœnitentiam egisse in carceribus gratanter, & sine murmure, quod possit ei indulgere: alioqui si per pecuniam episcopus remiserit pœnam, iudicium sibi manducat, & bibit. Quæ clausula non potest apponi in sententiis latis contra hæreticos, vt est l. Regia cautum, arti. 9. titu. *des Luteriens*, in ordina. Regiis.

Episcopis expulsis an licentia exercendi iurisdictionẽ à vicario cõcedi liceat.

178 Insuper alia clausula debet addi, vt ab his vicariis licentia concedatur episcopis expulsis exercendi suam iurisdictionem. Nam hoc non potest vicarius concedere ex generali mandato, per text. & ibi glos. in verb. diœcesanis, in clement. vna, de foro compet. ideo non abs re debet exprimi, vt vicarius episcopis expulsis concedat potestatem iurisdictionem exercendi in Episcopatu isto.

Casus reseruati episcopo tribuuntur vicario.

179 His etiam casibus, quibus potest episcopus solus absoluere, tribuit huic vicario absoluendi potestatem: nam in casibus episcopo reseruatis, nullus potest absoluere, nisi qui ab episcopo expressam habeat potestatem, vel à superiore. clem. dudum. de sepult. cap. omnis vtriusque sexus. de pœnitent. & remiss. vbi scripsi. & Hostien. in summa, in §. cui cõferendum. vers. quòd si quis episcopus.

180 Ideóque necessaria est hæc concesio: solet quoque exprimi, vt posit absoluere, vel dispensare super crimine: vt in c. at si clerici. de iudic. §. fin. prout videbitur expedire, & sic non simpliciter dispensare poterit vicarius, sed in casibus tãtùm, quibus hoc conceditur à iure, vel synodalibus constitutionibus ipsi episcopo: etiam vt vicarius posit committere hanc absolutionem his, quibus viderit expedire, solet episcopus concedere.

181 Vltima subiicitur generalis clausula, & omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant speciale: prout ad ipsius vicariatus & officialatus officiũ noscitur quomodolibet pertinere, &c.

Clausula quæcunque generalis nõ includit collationem.

182 Quærò an hæc clausula generalis sufficiat ad hoc, vt vicarius conferre posit, si nõ aliàs expresè eidem fuerit concessum? Respon. non per gl. in c. 2. offi. vic. lib. 6.

183 Tum quia prædicta clausula non includit maiora expresis. c. sedes de rescript. c. qui ad agendũ. de procur. lib. 6. clem. non potest. illo tit. sic consuluit Bertrand. cons. 132. dubitatur. & cõs. seq. in 2. vol. ex antiq. editio. tum quia in specie concedi debet. d. c. fi. & c. statutum. de præb. illo lib. vt superiùs dictum fuit.

Vicarius donationi iurispatronatus non potest autoritatem interponere. Cautela nota pro dispensato vicario.

184 Imò vicarius generalis non poterit sine speciali mandato autoritatem interponere donationi iurispatronatus alteri factæ. Doct. in cap. illud. de iure patro. sic expresè consuluit Calder. cons. 1. de rub. off. vica. ideo bonum esset in vicariatus literis hoc exprimere. [Nec etiam poterit interponere autoritatem alienationi rei ecclesiæ, etiam si iustè fieret per c. sine exceptione. 12. q. 2. quia sicut non potest fieri alienatio sine expresso mandato. l. procurator totorum. ff. de procur. c. qui ad agendum, illo tit. in 6. sic nec alienationi consentire quis poterit, vt scripsi in compendio aliena. rerum eccles.

385 Perpetuò hoc figas menti, quòd in quibus casibus obtinens dispensationem à vicario, vel collationem, seu aliquam gratiam, videas instrumentum vicariatus, an specialem contineat potestatẽ: & custodias illud instrumentum: quia sine illo non proderit tibi collatio vicarij, seu dispensatio, vel

alius

alius actus per eum factus sub speciali mandato: nisi hoc expressum fuerit in instrumēto. Hoc videtur decidere do. Gemi. in cons. 38. pro clariori. col. 3.

186 Formam plenam vicarij Papæ describit Ioan. Francis. in tract. de offi. & potesta. ca. sede vacante. in fi. 2. partis. q. 10.

Præsente episcopo vicarius suũ exercet officium.

187 Et regulare est, quòd etiam episcopo præsente possit vicarius suum exercere officium nisi in casibus exceptis, & in reuerentialibus, teste Federic. cons. 302. Reuerende pater, in fin. & hoc est vtile quibusdā episcopis, qui ista tractare omnino ignorant: vt per vicarios ignorantia illorum tegatur.

Episcopi tenētur ad restitutionem dānorū datorum per suos officiales.

188 Et per hoc decidunt Do. de Rota decis. 1. rub. de offi. vicarij, Bernard. de Bisigne. quòd episcopi tenentur ad restitutionem damnorum iniustè datorum per officiales suos, vel vicarios. argument. l. j. ff. de publica. & Doctor. in capit. 1. de restitu. spol. nam imputatur ei qui malorum opera vtitur. l. ex maleficiis in fin. ff. de actio. & oblig. & imputandum ei qui talem elegit. §. fina. pro socio, in institu. & §. eos. in authent. vt iudices sine quoquo suffragio, colla. 2. & non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto non desinit obuiare facinori, c. error. 83. dist.

Dominus quando teneatur pro seruo suo.

189 Si tamen episcopus in aliquá non possit deprehendi culpa, vtpote quia communi opinione omnium bonum elegit officialem, sed in officio corruptus fuit, vt multi solent, & ignotante episcopo: tunc episcopus non tenetur, argument. hospitis habentis sic seruum, vt non teneatur, si deliquerit in caupona. per text. in l. fin. §. seruorum. ff. nautæ cau pon. Ioan. Fab. in §. fi. pro socio. in instit. glos. in c. cùm Apostolica, in verb. profuturum. de his quæ fiunt à præl. Ægid. Bellamera cons. 4. vtrum episcopus. col. pen. & Alex. in l. si cum dotem. §. 1. col. 2. ff. sol. matr. & in l. Barbarius. ff. de offic. prætor.

Episcopo recusato & vicarius recusatur.

190 Item si episcopus iustè recusari possit, & eius officialis, & vicarius. Imol. & Felin per illum text. in c. insinuante. de offi. deleg. Doct. in c. 1. de iudic. Ias. in l. apertissimi. C. de iudic. quia cùm episcopus possit eũ reuocare ad libitũ cle. & principalis, de rescript. verisimile est vt non destituatur posse trahi in episcopi sententiam: & ita firmat de Ripa in d. c. 1. num. 43. in 4. conclus. de iudic.

191 Sed episcopus non potest recusari quamuis officialis recusari possit, vel eius vicarius. ca. si contra vnum. in fi. de offi. deleg. lib. 6. nec quidem vicarius, vel officialis, si esset Roscius alter, id est miræ probitatis & sanctitatis vir pro quo præsumitur c. nisi essent de præbē. sed pauci sunt: quia episcopi similes eligũt: & quandoque ambo in foueam cadunt.

Vicarius & officialis quomodo reuocari valeant.

192 Quæro, quomodo reuocari possit vicarius, & officialis? Resp. duobus modis, videlicet expressè, & tacitè: expressè, quando nominatim ab eo qui eũ constituit, remouetur potestas. l. iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat. ff. de iudic. & sic potest episcopus pro libito reuocare vicarium, seu officialē destituere. cle. & si principalis, vbi gl. & Doc. de rescript. Calder. cons. 2. de offi. vica. Barba. in c. postulasti. in 1. no. in fi. de rescrip. ac in c. quoniā. nu. 37. de off. dele. quia omnis res per quascũque caussas nascitur, per easdē & dissoluitur. ca. 1. de reg. iuris.

Iuramentũ episcopi de nō reuocando vicariũ nō impedit reuocationem.

193 Etiam si iurasset illum nō reuocare: vt dicit gl. sing. in c. fi. de procurator. lib 6. licet eo casu si reuocet, sit periurus. gl. ibidem, & Feli. in c. ex parte decani. vers. dict. c. fi. in amplia. de rescr. Paul. Castrēs. cons. 36. venerabilis. 3. q. in 1. vol. & ideo oportebit ꝙ posteà absoluatur à iuramento à superiore.

Vicarius etiā à Papa cōfirmatus reuocari potest.

194 Limitant quidam, quando ille vicarius esset à Papa confirmatus. vt dicunt Doct. in c. nouit. de iudi. & in tit. de confir. vtil. nam statuta per Papam confirmata canonici tollere non possunt, nisi quatenus eorum commodum tangit. gl. & Doct. in c. 2. de ver. sign. lib. 6. & in c. cùm accessissent. de constit.

195 Ego etiam hoc casu reuocari posse putarem: quia illa confirmatio censetur facta sine præiudicio alicuius. cap. super eodem. de offi. deleg. & is censetur confirmatus, quatenus durauerit episcopi voluntas, sed si in confirmatione diceretur, confirmamus ad vitam non obstante quacunque reuocatione facienda, tunc episcopus eundem reuocare non posset, secus si simpliciter confirmatio facta sit, & ita ambas opiniones conciliarem.

Gesta ante reuocationem vicarij valent.

196 Secundò etiam hic vicarius non potest reuocari, ad hoc, vt collatio & gesta per eum non valeant, quia res nō est integra. c. in causis. de elect. sed gesta ab eo non obstante reuocatione valebunt.

197 Tertiò quando est data potestas alicui per viā compromissi, & gratiæ, illa potestas etiam re integra non reuocatur, per text. in c. causam quæ. vbi Docto. de elect. Henric. Boic. in ca. constitutus. de concess. præbend.

Vicarius ab abbate commēdatario nō reuocatur.

Arestum.

198 Quartò limitatur, quando vicarius religiosus datus esset ab abbate commendatario cum autoritate Papæ, tunc is reuocari non poterit: vt censuit senatus contra abbatem du Chaige commendatarium anno 1514. die 18. Iulij: alioqui abbas commendatarius semper reuocaret vtilem religioni, nisi eidem adularetur, quod est absurdum.

199 Quintò nō procedit in vicario à lege dato vtpote in archidiacono, qui à iure dicitur vicarius episcopi. c. 1. & c ad hæc. de offi. archidia. ideo non poterit is ab episcopo reuocari: quia vicariatus inhæret personæ & dignitati à qua euelli non potest. Archid. & Dom. in c. perlectis. 25. dist. & Doct in d. c. 1. non poterit tamen hic Archidia. conferre, & alia quæ speciale mandatum exigunt facere, nisi à iure, vel homine ei concessa fuerit potestas.

Vicarius inter partes cōuentus nō reuocatur.

200 Sextò non poterit reuocari vicarius, quando per viam cōuentionis à Papa approbatæ factus est: vt vidi interdũ fieri, quasi sit corepiscopus, vt olim erant. c. corepiscopi. 68. distin.

Tacitè quot modis vicarius reuocetur.

201 Tacitè, vt constituendo secundum videtur primum reuocasse. c. clericos, de offi. vica. Doct. in c. non. iniustè. de procur. Ioan. de Selua in tract. de beneficio, in 2. part. quæst. 14.

Per constitutionem secundi vicarij quando reuocetur primus.

202 Sicut constituendo secũdum procuratorem, videtur primum reuocare. l. si quis. §. 1. ff. de procura. & d. c. non iniustè, etiam si secundus vicarius nō acceptauerit officium, quia domini voluntas est, vt constituendo secundum videatur voluisse primum reuocare. Gemi. & Franc. in d. c. finali.

203 Contrarium tamē tenet Panor. in c. volentes. de offi. leg. per illum tex. nam ibi per donationem

secundi legati non reuocatur primus, cùm ordinarij sint.c.2.de offi.lega.in 6.sic & in vicariis, qui etiã ordinarij sunt, c.2.de offi.vica.lib.6. glo. in c. quoniam, de offi. Ordina. declarat Card. in c. perlectis. col.4.iu 25.dist.post gl.ibi & ordinarij plures habẽt potestatem insolidum, & solẽt plures in eodem officio decerni, vt faciliùs Reipub. consuli possit. l. vnic.ff.de offi.consul.

204 Quod secus est in procura.qui sæpius per cõcursum se impediunt: & quod vnus affirmat, alter negat.c.pe.de ele.lib.6.cap.si duo, de proc.eo.lib. & hanc opinionẽ pluribus rationibus cõfirmat Boërius in deci.Burdegal q.347.vicarius episcopi.

205 Ego cõciliando opiniones dicerem, quòd per solam constitutionem secundi vicarij non reuocaretur primus: nisi expresè vel tacitè ex verbis secũdi appareret illum primum reuocatum esse: & hoc probatur in cap.penult.de procura.libr.6.

206 Vnde si episcopus constituat secundum vicarium, & faciat notificare primo alium esse constitutum, licet expresè aliter eum non reuocauerit, tamen tacitè censetur reuocatus: quia intimando cõstitutionem secundi, videtur voluisse vt primus abstineret à suo officio: nam à die quo intimatur reuocatio, gesta postea non valent: tamen facta tenẽt ante notificationem, etiam si reuocatio, expressa esset.text.in l.si fortè.ff.de offi.proconsul.Bald.in l. solent.§.sicut ibidem.

Gesta vicarij quando ante notificationẽ valeant.

207 Nisi primus amotus fuisset sua culpa, tũc gesta etiam non facta notificatione constitutionis secundi non valebunt.text.in c. 1. versi. adiiciebatur, de conces.præb.lib 6.Roma.sing.58. & licet, vt dixi. Bertac.in tract.de episcopo, in 7.parte 4. li.q.21.

208 Hoc tamen non est verum: quia gesta ante depositionem valent, quomodocunque sit depositus, & ex quacunque caussa, etiam si ratione delicti, sed gesta post depositionem non valent, nisi depositus ignoret depositionem etiam ratione magni delicti factam: ita loquitur iste textus.

209 Nam postquàm delictum quis commisit depositione dignum, cogitare debebat se deponendũ esse: ideo nihil agere debebat in suo officio, secus si sine caussa sit remotus, tunc gesta tenent: etiam dicerem hoc casu valere gesta post depositionẽ vicarij ex caussa delicti factam ignoratam, si non tendãt in præiudiciũ tertij, sed in præiudiciũ epi. illum deponentis, vel vicarij tũc valebunt, per ea quæ doct. in l Barbarius.ff.de offi.præ.scribũt.& Feli.in c.cæterùm.nu.24.de rescr.& in c. vlt.in fi.de accu. quia quamdiu sustinetur in officio, gesta ab eo valent.c. ad probãdum, de re iudi.& doct.in d.l.Barbarius.

Collatio vicarij ante reuocationẽ intimatam valet.

210 Ex quo infertur, ꝙ collatio beneficij ecclesiastici facta per primum, quem reuocatũ apparet, non valet: si facta illi erat intimatio, & notificatio alterius vicarij creati, aliàs valebit, per l. si fortè. ff. de offi.præsi.Rom.sing.57.fuit quæstio Romæ.& sing. 566.ꝙ lex si fortè. Decius consil.395. in caussa, col 2. facit l.solent. §.sicut, vbi Bald. ff.de offic.procons. l.1.§.si ego.ꝙ iussu.l.si mandassem.mandati.c.audita.de rest.spo.cle.vñi.vbi doct.de renũtia.& ista opinio est æqua, teste Boër.in decisio.347.vicarius.

Qualiscunque reuocationis notitia valet.

211 Vbi docet sufficere reuocationem ad vicariũ peruenisse quomodocunque, siuẽ per procuratorẽ, vel nuncium, aut amicum, per gl.in cle.caussam.§. intimatio, de ele.in ver.plena probat.Feli.in c. cæterum, col.8.versi.valet processus, de rescr. gl. in c. cupientes, in ver.notitia, de elect.in 6. Cald.cons.4. rubric.de offi.vicar.vbi concludit quòd qualiscunque notitia sufficit.

212 Quod reprobat Boër.in decis.Burd.d.q.347. vicarius, col.pen.dicẽs notificationem esse per episcopum, vel procuratorem, vel nunciũ eius faciendam, vel per episcopi secretarium: plus dicens conclusum, ꝙ si vicarius contulerit post reuocationem sibi intimatam sciente episcopo, valebit.

213 Quod non probo, vt alibi dicam: quia cõferendi potestas tacitè non datur nisi expresè concedatur.d.c.si.de offi.vicar.lib.6. & superiùs dixi. Igitur postquàm erit reuocatus, oportebit de nouo concedere potestatem: alioqui collatio tanquàm facta à non habente potestatem non valebit.

214 Et per hoc patet, quòd vicarius constitutus ad conferendum, potest conferre antequàm notificata sibi fuerit reuocatio: sic putarem in procuratore constituto ad præsentandum: cùm non inueniã rationem diuersam: licet contrarium teneat Paul. consil.361.Venerabilis.in vlti. q. volum. primo: & Aymo Crauet.in consil.76.proponitur.

Episcopus conferendo vicarium quo ad hoc reuocare censetur.

215 Item faciendo actum contrarium.Calder.cõs. 2.rub.de offi.vicar.incipien.an collatio.vbi episcopus conferendo beneficium, videtur reuocare vicario potestatem cõferendi quo ad illud beneficiũ. doct.c.tua.de offi.vicar.maiorem enim potestatem episcopus constituendo vicarium adhuc retinet, quàm concedat: vt in Papa docet text.in c. dudum de præb.lib 6.

Episcopi vica [...] te reuoca[...]tur vica[...] potestas [...] ciis.

216 Prætereà per mortem vicarij & officialis potestas illorum reuocatur, & per episcopi mortẽ, c.si gratiose.de rescrip.lib.6.doct.in c.quoniam abbas. de offi.deleg. c.ad abolendam.in prin.de hæreti.ca. quia 5.vbi doct.de iudi. Ioan.Francisc. in tracta. de offi.& potesta.c.q.10.col.4.partis secundæ: nã mors omnia soluit, §.deinceps.in aut.de nupt.col.4. Philip.Perus.in c.j.col.j.de offi.vicarij.lib.6.

Vi[...] ar[...] episcopi [...] communica[...] non [...] conferre.

217 Adhæc quando prælatus est excõmunicatus, vel interdictus, suspenditur etiam potestas vicarij sui.c.1.de offi.vicar.lib.6.gloss.& doct in cle. vlt.de procura.docui in interpretat. c. postulastis. nota. 2. de cleri.excommuni. ministran. ideo si episcopus, vel eius vicarius interim conferat, non valebit collatio, imò efficitur irregularis teste Areti. in c. cùm non ab homine.col.pen.de iud.

218 Non valet etiã si vicarius & episcopus ignorent excommunicationem. gl. & doct. in c. penul. de cleric.excommunica.ministran. Panor.& alij in cap. Pastoralis.§.verum.de appella. nam in his quæ geruntur ratione priuati officij, non est differentia inter occultum & publicum excommunicatum: secus in his quæ gratia publici officij geruntur.glos.& doct.in cap.ad probandum, de re iudic.scripsi in Concorda. Franciæ in titul.de excõmunica.non vitand. hoc tamen aliter potest intelligi, videlicet de excommunicato maiori excommunicatione: sed excommunicatus minori si cõferat ante

rat ante notificationem, vel celebret, non est irregularis: & tenet collatio ab eo facta, per cap.2. vbi doct. de excep.

Per renuntiationem episcopatus reuocatur vicarius.

219 Insuper si episcopus renunciet episcopatui, vel translatus fuerit, tacitè reuocatur vicarius, & officialis vt nota. in ca. inter, & c. fin. de translatio. episcopi. nisi ad beneplacitum sit constitutus: vt inferiùs scripsi.

Vicarij potestas capituli sede vacāte quādo extinguatur.

220 Etiam potestas vicarij, capituli sede vacan. cessabit, potestate capituli cessante: quod est per adeptionem possessionis episcopatus noui prælati, argu. ca. primi, in fin. ne sede vacan. lib.6. & nota. in ca.2. & cap. fin. ne sede vacan. & clem.1. de hæreti. c. quoniam, de offic. deleg. hoc docet expressè Ioan. Francisc. in tract. de offi. & potesta. ca. sede vacant. q. 10. partis 2. col.6. vers. adde etiam quòd potestas: vbi dicit hoc de consuetudine seruari.

221 Nisi confirmetur officialis ab episcopis nouis, quod plerunque fit, si eos idoneos ex inquisitione inuenerint, nisi interdū à mulieribus rogati, vel ab aliis alios cōstituāt: quod permulti facere solēt, & hodie à paucis quærūtur meliores & doctiores.

Vicarius an & quādo per præsentiā episcopi reuocetur.

222 Vltimò per præsentiam episcopi censetur reuocatus vicarius: nam adueniente principe cessat magistratus, ca. volentes, de offi. deleg. ca. antiqua. vbi Henric. de priuileg. ca. si quem, de procu. lib.6. quod est verum, quando absentia episcopi fuit caussa constitutionis: vtpote quia episcopus peregrinari volebat.

223 Alioqui cōtra. nam videmus officiales, & vicarios exercere potestatem præsentibus episcopis: nam cùm quidam potiùs circa venationē, & alendos canes, & ludos versentur, iurisdictio & actus episcopales destituerentur: vt dicit glo. §. item voluit, in verb. absentia, de colla. in Prag. plus dicens: vt intētio cōstituentis in hoc principaliter sit consideranda, ca. petitio, & ibi doct. de procu. vnde episcopus solus non potest omnibus negotiis prouidere, quantumcūque sit diligens, vt dicit Panor. in ca. quoniam, col.2. de offi. ordin. ideo etiam in præsentia possunt habere & officiales, & vicarios: sicut curati multi etiam residentes habent vicarios, vt ecclesiæ meliùs seruire possint.

Vicarius ad beneplacitum creari solet.

224 Ex quo patet, quòd episcopi suos creare debēt ad beneplacitum eorum, vt solet Papa facere, in cap. si gratiose, de rescr. lib.6. & tunc cōcludunt doct. eos posse, cùm placuerit, reuocare.

225 Si tamen permutauerit episcopatum cum alio, non reuocatur potestas ipso iure, nisi per mortem: sed nouus episcopus poterit illū reuocare: vt pulchrè consulit Calder. cons.4. rector prouinciæ, de rescr. quod beneplacitū reuocare oporteat, consuluit Soc. cons.77. super prædicta, in 3. vol.

226 Alioqui imputetur episcopo nouo, si eum nō reuocet: ideo interim gesta valebūt: nisi nouus episcopus aliū constituerit, & ipsi vicario alterius episcopi constitutionem alterius notificauerit: vt superiùs dixi. vide multos casus reuocationis per Paul. Cast. consi.158. pro euidentia, in 1. volu.

Vicarius etiā extra diœcesim beneficia cōfert, nisi vt inferiùs limitatur.

227 Postremò sciendum est, quòd vicarius generalis episcopi, vel alterius potest cōferre beneficia etiam extra diœcesim. glo. in c. nouit, de offic. leg. Rota decis. vlt. de offic. vic. quia conferre est iurisdictionis voluntariæ, quod etiam extra territoriū exerceri potest, l.2. ff. de offic. procons. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q.40. gl. in §. item voluit, in verb. vicario, de coll. in Prag.

228 Fallit in beneficiis vacantibus in curia, ca. statutum, de præbendis, lib.6. vbi si Papa non conferat beneficia in curia vacantia intra mensem, post mensem ordinarius, vel eius vicarius poterit in diœcesi tamen existens, & non extra: & hoc est statutum, ne collatores creent vicarios Romæ, & Papæ collationem auferant: & quia de iure speciali competit: vt asserit Roma. singul.48. tu habes. dixi in d. ca. statutum.

229 Secundò quando esset limitata potestas vicarij, quæ potestas limitata non extenditur. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. & licet insula acquiratur illis, qui habent prædia in ripa proxima. §. insula, institu. de rerum diuisio. tamen non habet locum in agris limitatis, quia tunc insula occupantis fit. l. ait prætor. §. insula. ff. de flumi.

230 Et potestas data domino in caussis vassallorū non egreditur controuersias feudorum. Panor. in ca. cæterùm. de iudic. Feli. in ca. cùm ordinem, col. 5. nu.6. de rescript. vnde si vicarius sit constitutus cum potestate conferendi beneficia in sua diœcesi, non poterit extra (vt dico infrà) conferre.

231 Itē quādo alicui conceditur facultas limitata, excedens limites nō facit etiā id, quod sibi concessum est, sed aliud, l. sed si ante, ff. ad Treb. l. si cōmunem, quemadmodū serui. amitta. l. si pupillorū. §. si prætor, de rebus eorū. Alber. in trac. de augmēto, cōclusio.8. nam fines mandati diligēter sunt seruādi. l. diligēter, ff. manda: c. cùm dilecta, de rescript.

232 Item quāuis maritus pro vxore agere possit, tamen si sit constitutus procurator in aliquibus caussis ad alia agere, maritus pro vxore nō potest, l. maritus. C. de procurator. sic & vicarius: sed vt materia sit omnibus nota, facio casus sequentes.

Casus quādo extra diœcesim vicarius conferre possit.

233 Primus est, vicarius cōstitutus ad conferendū beneficia diœcesis Paris. poterit tā in diœcesi, q̄ alibi ea cōferre, siue cōstitutus sit generaliter, siue indefinitè. glo. in d. c. nouit: de offi. lega. vt suprà dixi.

234 Secundus casus, vicarius constitutus vt cōferat omnia beneficia nostrę diœcesis Magalonen. in ciuitate, tamen & diœcesi, non poterit extra diœcesim conferre: quia sua potestas est limitata in diœcesi, id est intra diœcesim, ergo non extra. text. in l.1. §. in publico. ff. de flumin. & dictiones in & intra, æquiparantur in l.1. §. si intra. de successo. edict. ff. & l.2. de verb. sign. c. tua, de offic. vicar.

Collatio vicarij an valeat præsente episcopo.

235 Tertius casus, vicarius constitutus vt possit conferre beneficia quādiu episcopum abesse cōtigerit, non poterit conferre, quando episcopus erit præsens. c. si delegatus, de offi. dele. lib.6. c. antiqua. de priuileg. Io. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte, q.14. col. pen. vide tamē Paul. in l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de institor. act. quia non censetur constitutus in præsentia: nam vnius inclusio, est alterius exclusio, l. cùm prætor. ff. de iudic.

236 Ideo is qui habebit collationē à tali vicario, oportebit ꝓbare id tēporis episcopū fuisse absentē,

tum ꝙ sit intentionis suæ fundamentum, tum ꝙ præsumitur episcopus præsens, per totũ tit. de cleric. non residen. vbi debent in episcopatu residere. & ita consuluit Bertrand. consil. 2. viso processu, col. 4. nu. 17. in 3. vol. ex antiqua editione.

237 Quartus casus, si data fuerit potestas vicario conferendi beneficia affecta graduatis & nominatis, vel vacantia in mẽsibus illis præstitutis, nõ poterit alia beneficia cõferre, cũ nõ debeat fines mãdati & vicariatus excedere, cap. cui, de non sacerdotali. de præbend. lib. 6 sed hæc potestas ad certa beneficia vix valeret: vt suprà dixi.

238 Vltimus casus est, ꝙ gesta per vicariũ, & collationes factæ per eũ nõ valent, si de eius non constet mandato: & hoc expresśim tradit Bertac. in tracta. de episcopo, in 7. parte 4. libri, q. 8. instar legati, de quo per Bartol. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. & doct. in ca. Pastoralis, de rescript.

239 Et tunc solet vicarius condemnari ad omnia damna, & expensas partis, cui cõtulit beneficium, quia eam decepit. ita vidi seruari in Practica, vt superiùs scripsi.

Vicarius temporalis & perpetuus quis.

240 Alius est vicarius temporalis, qui in locum iurisdictionem temporalẽ habẽtis vel ad tempus sufficitur: & de hoc loquitur tit. C. de offi. eius qui vicẽ alterius gerit, vt legati proconsulũ, & dicũtur etiam generales, c. penul. de offic. vicar. vt est Dux Sabaudiæ: de quo Iacobi. in tract. de feud. in verbo vicarius perpetuus; sed de isto nos non loquimur hîc: & ipse videtur perpetuus, quicquid dicatur in contrarium: quia ad vitam non remouetur, & sic est perpetuus. l. 1. ff. pro socio, l. sufficit, de cõdictio. indebit. [sed vocatur tẽporalis, quia ad bona temporalia, & non ad spiritualia est præfectus.]

241 Alius est vicarius perpetuus, de quo inferiùs dicemus plenius in materia vnionis, in fi. & est ille qui præficitur curæ, quando beneficiũ vnitur mensæ, vel alteri beneficio: de quo loquitur cle. vnic. de offic. vicar. & doct. in cap. extirpãdæ. §. qui verò, de præben. & hic nõ destituitur sine magno crimine, vt alius beneficiatus, c. satis peruersum, 56. dist.

242 Alius est tẽporalis, qui præficitur ad tempus beneficio: vtpote si curatus occupatus fuerit circa studium, c. cùm ex eo, de electio. in 6. glos. in extrauagan. Execrabilis, Ioan. 22. [de his dicetur inferius, alia tamen de vicariis episcoporum] hîc non pertractabo, cùm ista videantur sufficere. Laus Deo, quia nullibi inuenies ista congesta super hac materia, saltem ego nusquam legi.]

De missione in possessionem.

Tres caussæ ex quibus solet quis in possessionem mitti.

1 Posteaquam de electione, præsentatione, institutione, & collationẽ tractauimus, parũ tamen esset collationem & prouisionẽ factã esse, nisi essent, qui executioni illã demandarent, argum. l. 2. §. post orig nem. ff. de orig. iuris, & c. vbi periculum. §. præthereà, de election. in 6. ideo videndum est de his qui in possesśionẽ mittere possunt: & quomodo ista misśio fiat, & alia huic materiæ possessoriæ accõmoda: omitto illas tres caussas, ex quibus quis in possesśionem mitti solet. de quibus iuriscõn. in l. 1. ff. quibus ex caussis in possessio. eatur. vt hanc possessoriam beneficialem tantum pertractem.

Possessio beneficij an sit propria autoritate capienda.

2 Notandum est ꝙ prouisus à quocũque non debet propria autoritate possesśionẽ apprehendere, aliàs prædo diceretur, per l. si ex stipulatione. ff. de acquir. posses. nam requiritur mandatum collatoris, ca. 2. vbi de mandato nostro, & c. ne sede vacan. cap. cùm venissent. de restitu. spolia.

3 Non tamẽ esset priuatus iure, qui possesśionem apprehenderet nisi violentiam adhiberet illi, qui iam est in possesśione. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte, q. 15. & quando alius est in possesśione beneficij, non licet propria autoritate possesśionem accipere, d. l. si ex stipulatione: aliàs spoliat possessorem, per d. c. eum qui.

4 Ideo etiam si non adhibeat violentiam, debet puniri, nec lucraretur fructus, nec esset in illa posśesśione manutenendus, quia est vitiosa, ad quam interdictum vti posśidetis non se extẽdit, l. 1. ff. vti possidc. Paul. Paris. consil. 74. vol. 4. scripsi in tract. de mat. possesso. in 3. tomo, constitut. regia. & quia beneficiarius ignorat, an alius ceperit possessionẽ, necne, ideo semper de mandato collatoris est in possessionem inducendus.

Mãdatum collatoris requiritur ad possessionẽ beneficij accipiendam.

5 Si tamen vacet beneficium, & nemo adhuc illud detinet, si quis apprehẽdat sua autoritate non priuatur: vt Ias. & alij asserũt in d. l. si ex stipulatione: quã intelligunt quãdo aliquis erat in possessione: & ista est communis sententia: vt asserit Roch. Curtius in tract. iurispatr. in verb. ius. q. 5. quem sequitur de Ripa in lib. 2. Respon. de rescri. c. 31. quæritur. post Innoc. & Panor. in c. cùm super, circa finem, de caussa possesśio. Si sapis ad ista euitandum non accipias possesśionem propria autoritate, sed facias te inducere per aliũ iuxta collationis formã.

Traditio pilei quid significet post collationem.

6 Si tamen episcopus conferendo tradiderit tibi pileum, vel calamum, sic te inuestiens, poteris ingredi possesśionem beneficij propria autoritate: quia per hoc datur facultas ingrediendi propria autoritate, ca. 1. quid sit inuestitura, & ca. 2. de consuetud. Roma. singul. 136. consuetudo. hodie tamen prouisus mittitur in possesśionem etiam post pilei traditionem: vt vidi seruari: & sic faciendum est in decis. Neapolitanis. 299. rex.

Collatio ante missionem in possessionẽ facienda.

7 Aduertendum est quòd collatio & prouisio priùs facienda est, quàm in possesśionem misśio, & posteà misśio in possesśionem, ca. 2. ibi, donationis nostræ gratia præcedente, præbendæ nomine, de mandato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacant. capit. Pastoralis, de priuileg. intellige vt per Panorm. in capit. autoritate, de institu.

Accipiens possessionẽ ante collationem est intrusus.

8 Alioqui si quis acciperet possesśionem ante collationem, esset intrusus. Panor. in ca. cùm iamdudũ, per illũ tex. de præb. & posteà collatio illi facta nõ valeret: vt ibi, & c. in nostra, per Fel. de rescr.

9 Vnde si quis posteà illud beneficium non facta mentione istius prouisionis impetraret à Papa, nõ valeret inpetratio tanquã subreptitia, per l. autoritate. C. vnde vi. l. 2. C. de fundis & saltib. rei dot. li. 11. vbi glos. quia iniuriam facit beneficio, qui illud

iniustè

iniustè detinet, c. multi. vbi Præpo. no. 40. dist. Fel. in c. postulasti, col. 18. vers. circa quartũ, de rescript.

Electus ante cõfirmationem administrare non debet.

10 Idem si electus ante confirmationem administraret, esse enim iure priuatus, ca. Auaritiæ, de electio. in 6. vbi vide Philippum Perusi. septem casus conscribentem, in quibus quis administrare potest ante confirmationem, & quæ scripsi in tract. de pacific. posses. in 4. limitatione, in num. 242. & seq.

A quibus mittendus sit prouisus in possessionem.

11 Quæro, à quibus quis mitti in possessionem posit? respon. imprimis prouisus de beneficio potest per Archidiaconum, in possessionem mitti, cap. adhæc, de offic. Archidiac. vel per decanum, ca. post electionem, de conces. præbend. ibi, per cuius manum debebas, in cap. inuestiri, &c.

12 Iudex ordinarius & delegatus à Papa possunt in possessionẽ mittere: c. si quãdo. & c. super eo, de offi. deleg. ordinarius qui confert, archiepiscopus, episcopus, vel alius potest in possessionem mittere, per c. 2. de eo qui mittitur in poss. c. 2. de sequestra. poss. c. ex parte, de conces. præbend. & dicit text. in ca. Pastoralis, de priuil. non esse licitum inconsulto episcopo in possessionem ecclesiarum introire.

Presbyter aut clericus seu notarius in possessionẽ mittit.

13 Hodie verò per quemlibet sacerdotẽ, vel clericum, seu per notarium Apostolicum, vel ab episcopo creatum, potest quis in possessionem mitti: nam in collationibus episcoporum, vel aliorũ solet mandari quibuslibet ecclesiasticis personis, ac tabellionibus, & notariis, vt inducant in possessionem talem prouisum, vt constat in forma collationis, quam superius conscripsi.

Forma instrumenti missionis in possessionem.

14 Vel interdũ presbyter ponit in possessionẽ, & notarius hoc attestatur sic: Anno, &c. in mei notarij, & testiũ infrascriptorũ ad hoc vocatorum præsentia constitutus talis N. in vim collationis reuerendi, in Christo patris domini Paris. episcopi: vel in vim prouisionis Apostolicæ missus est & inductus in possessionẽ corporalẽ, realẽ, & actualẽ talis ecclesię N. & iuriũ suorũ vniuersorũ, à tali N. presbytero per ingressum eiusdẽ ecclesiæ, aspersionem aquæ benedictæ, osculũ maioris altaris, tactũ libri missalis, & sacrorũ ornamentorum, & per pulsum campanarũ, atque seruatis aliis solẽnitatibus in his seruari solitis & necessariis: in qua adeptione possessionis interfui, & nemo se opposuit, vel talis se opposuit, &c. de quibus præmissis talis d. N. prouisus petiit à me notario prædicto instrumẽtum publicum fieri, & sibi tradi. Acta fuêre hæc in tali loco, &c. præsentibus talibus testibus N. & N. & copiosa alia hominum multitudine, &c.

Clericus primæ tonsuræ etiam in possessionẽ mittit.

15 Dubitari interdum vidi, an etiam per clericum primæ tonsuræ posit quis in possessionem mitti? Respon. posse, quia solet episcopus mandare vniuersis & singulis personis ecclesiasticis: & clericus primæ tonsuræ ecclesiastica persona dicitur, nec est amplius laicus: vt in ca. fin. de tempor. ord. in 6. Panor. in rub. de vita & honest. cler. c. duo, 12. q. 1.

Papa & legatus certis personis committit, inferiores incertis.

16 Est tamen differentia inter Papam & alios inferiores: quia Papa solet certis committere personis in dignitate constitutis, vt in possessionem mittant: vt patet in bulla nouæ prouisionis: vbi dixi in 4. parte, facit cap. si quando, de offic. dele. cap. statutum, de rescri. in 6. idem in legato, vt ibid.

17 Inferior verò solet mandare non certis personis, sed vniuersis subditis suis: vt patet in forma collationis suprà.

Subditus collatoris in possessionẽ mittit, & non debet recusare.

18 Et sic non posset clericus, vel sacerdos habens domicilium Aureliæ, & non subditus episcopo Paris. mittere in possessionem in diœcesi Paris. quia illis non mandatur: nec committitur: & si hoc faceret sine commisione, esset puniendus, per regul. extra territorium ius dicẽti non paretur impunè, l. fi. ff. de iurisdict. omnium iudic. ca. fin. de constitu. in 6. nec valeret illa misio in possessionẽ: non posset ergo clericus subditus episcopo Paris. requisitus recusare sine caussa, aliàs arbitrio viri boni puniretur, c. si quando, & ca. sciscitatus. de rescript. vbi iurium interpretes.

Certis personis an inferior missionem in possessionẽ cõmittere possit.

19 Aliquando tamen vidi quosdam Cardinales, Archiepiscopos committere, certis personis sicut Papa: & isti commissi, si sint impediti, possunt delegare vices suas: & alius non subdelegatus ab ipsis non posset mittere in possessionẽ, ca. Prudentiã, & cap. Pastoralis, de offi. delegat. dixi in forma nouæ prouisionis: & puto ꝙ ordinarius posset etiam cõmittere certis, si vellet: quia non inuenio hoc prohibitum: sed quia pars dubitat, an is requisitus hoc vellet: ideo generale impetrat mandatum & commisionem, vt vniuersis cõmittatur & singulis, &c.

Notarius regius in possessionẽ beneficij nõ mittit, sed missionem attestatur ab alio factam.

20 Verùm quia mãdatur notariis & personis ecclesiasticis, de quibus notariis intelligatur? Respõ. quò ad misionem non posset notarius regius mittere in possessionem beneficij, quia non est ad hoc notarius, sed tanquàm priuatus, l. 3. ff. de offic. præsid. & per Regem creatus est non ad hoc: & laici ecclesiastica negocia tractare non debent, c. decernimus, de iudic.

21 Posset tamen notarius regius, si presbyter induceret in possessionem curatum, vel aliquem prouisum attestari de hac misione in possessionẽ, & probaret hæc misio: quia de his quæ fiunt ante eum attestari potest, c. cùm P. tabellio, de fide instrum. scripsi in artic. 2. glos. prima de literis oblig. in primo tomo, constit Regia.

Notarius non debet esse clericus.

22 Aliquando etiam vidi dubitari, an iste tabellio Apostolicus debeat esse clericus, & sic persona ecclesiastica, quod videbatur, quia dicit personis ecclesiasticis, notariis, &c.

23 Contrarium sentio, quia primo mandatur personis ecclesiasticis, secundo mandatur tabellionibus, licet non sint clerici, possunt in possessionẽ mittere ratione officij publici, non ea ratione ꝙ sint clerici: nam prohibetur clericis, ne sint notarij, c. sicut, ne clerici vel monachi: quia eorũ officiũ vile est. gloss. in l. vniuersos. C. de decur. lib. 10.

Misio in possessionẽ quomodo fieri debeat.

24 Præterea iste clericus volens in possessionem aliquem mittere, debet videre literas collationis, & suam commisionem, & illud mandatum sequi, & formam illius. l. diligenter enim sunt fines mandati seruandi, ff. mand. & posteà dicere, ego autoritate reuerendi domini episcopi Paris. & in vim literarum collationis ab eodem factæ induco te in posses. talis beneficij N. quod nominare debet & vniuersorum iurium & pertinen. prædicti beneficij primò per ingressum ecclesiæ, &c. & ita

ingrediatur

ingrediatur ecclesiam, posteà aspersionem aquæ benedictæ referat, & alia quæ suprà scripsi.

25 Item quãuis in collatione mãdetur primò personis ecclesiasticis vt in possessionẽ mittãt, posteà tabellionibus: tamen ordo scripturæ non considetatur, vt requiri primò persona ecclesiastica debeat, sed est in electione prouisi vt eligat, an velit habere notarium, vel clericum seu vtrunque, quia omnibus hoc conceditur: ergo omnes possunt, vel aliqui, per cap. sciscitatus, de rescript. melius est tamen habere clericum qui mittat, & notarium, qui omnia illa scribat.

Ingressus ecclesiæ fit in possessione capienda.

26 Itaque primò capiẽda est possessio per ingressum ecclesiæ: nam qui fundi possessionem adipisci vult, introire fundum debet, non quamlibet illius partem circuire, l. 3. ff. de acquir. posses.

Aquæ benedictæ aspersio cur detur in missione in possessionẽ.

27 Secundò per aspersionem aquæ benedictæ, ad presbyterum enim & ad curatum spectat aquam benedicere, & benedictã aspergere, vt populus ea aspersione sanctificetur, & mundetur, & sic mundus ad altare veniat: & hoc introduxit Alex. Papa V. vt in c. aquam, de consecr. dist. 3. cap. perlectis, §. ad presbyterum, 25. distin. Ang. Clauas. in summa Angel. in verbo aqua, Ezechiel. 36. cap. scribitur: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: docet Spec. in Ratio. diuinorum offic. lib. 4. cap. 4.

Osculũ maioris altaris in missione in possessione fit.

28 Tertiò per osculum maioris altaris solet capi possessio, & hoc fit quia in maiori altari celebrare debet curatus, & pacem facere cum Deo, & orare pro populo, vt Deo vniatur: & cantico primo dicitur, Osculetur me osculo oris sui, de quo osculo altaris docet Specul. vbi suprà, cap. 9. & 53.

Libros debet habere sacerdos, & quos.

29 Quartò per tactum libri missalis, vel antiphonarij, seu alterius libri sacramentorum, quos oportet sacerdotem habere: aliàs nomen sacerdotis habere non meretur, cap. quæ ipsis, 38. dist. domi. Gemin. consil. 73. in causa, col. 1.

Tactus ornamentorũ nõ necessarius.

30 Quintò addunt quidam per tactum ornamentorum sacrorum, sed hoc non est necessarium; sicut in possessione capienda, non est necessarium omnes glebas apprehendere, nec circuire, l. 3. ff. de acquiren. posses.

Fontiũ baptis. in pos. capienda.

31 Sextò addunt alij per tactum fontium baptismalium, si sit ecclesia parrochialis: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum, c. debitũ, & per totum, de baptismo: & necessarium; ita quidam capiunt necessaria.

Cãpanarũ pulsus cur in missione fiat. Cãpana cur benedicatur.

32 Septimò etiam per pulsum campanarum; & hoc fit, vt populus frequens adsit, vt possessio non sit occulta, sed publica. vt scripsi in glos. 10. reg. de pub. resig. & Spec. in suo Ratio. lib. 1. c. de cãpanis, sic ait: Pulsatur & benedicitur campana, vt per illius tactum & sonitũ fideles inuicem inuitentur ad præmium: & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici: fragor & grandinum procella, turbinum impetus, tempestatum & fulgurum temperentur: infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur: spiritus procellarum & aëriæ potestates prosternantur: & vt hoc audientes confugiant ad sanctæ matris ecclesiæ gremium, &c. hæc ille.

Domũ presbyteri beneficij, ... ingredi ... debeat.

33 Octauò solent quidam ingredi domum presbyteri, quam vocant presbyterium: & si quis sic in ecclesia, vel in domo curati acceperit possessionẽ, acquiritur eidẽ possessio omniũ rerũ beneficij etiã sine alia apprehẽsione, l. 3. & l. cũ hæredes, vbi iuriũ interpretes, ff. de acqui. poss. & hoc docet Innoc. in c. in literis, de restit. spol. Rota decis. 4. [sub tit. de restit. spol. decis. 1.] in no. & decis. 8. de restit. spol. Bernard. de Bisignet, hoc tamẽ nõ est necessarium.

Quando quis nõ potest ecclesiã ingredi quid agendum.

34 Si nõ possit ingredi ecclesiã, tunc sufficiet tangere ostiũ, seu pessulũ, seu annulum portæ ecclesiæ affixũ, & tibi sic acquiretur possessio, vt docet domi. de Rota in decis. 153. not. pone q. aliquis in antiq. [sub tit. de causa poss. & proprie. decis. 5. Quia porta est pars rei. l. fundi. ff. de actio. empt. & quia per illũ nõ stat quominus ingrediatur, & sic illi nõ est imputandũ, l. in iure. ff. de reg. iuris. alioqui esset in potestate partis, sic retinẽdo claues, priuare alteram partẽ, quod non est permittendũ, nec fraus est permittenda, sed illi obuiandũ est. l. in fundo. ff. de rei vẽdi.] Imò aliquãdo per aspectũ pinnaculi ecclesiæ accipitur possessio. l. 1. §. si iusserim. ff. de acquirend. posses. abundè tradidi in præfa. ad tracta. de materiis posses. in 3. tomo. const. Reg.

35 Vnde qui sic adeptus est possessionẽ, agere poterit possessorio teste Guid. Papæ in cõs. 71. pro diuisione, col. 4. vers. quintò præsuppono. & hoc est verũ, quãdo eidẽ pessulũ traditũ fuerit, vel annulus portæ affixus per presbyterũ, vel aliũ, qui habebat ad hoc potestatẽ: secus si per apparitorẽ Regiũ, teste Roma. cons. 482. in casu. col. 1. scripsi in præfat. de mater. posses. num. 121. in 3. tomo, constit. Reg.

Missio in possessionẽ præbendæ quomodo fiat.

36 Nonò, si quis mittatur in possessionẽ præbendæ & canonicatus, solet ei assignari locus in choro, & in capitulo, saltem in choro datur cathedra ad sedendum: c. Pro illorum. & c. dilecto filio, de præbend. c. cùm super. de conces. præb. [& acquiritur possessio iuris canonicalis cum stallus in choro & locus in capitulo datur. c. cum inter. de renũc. Geminia. in c. licet episcopus. q. 1. de præb. in 6.] & in quo consistat canonicatus possessio. scripsi in glos. canonicatum. §. 1. tit. de colla. in concor.

Possessio vitiosa ... prodesse ... cet ... sit titulus.

37 Decimò si quis perperã possessionẽ acceperit, licet bono sit iure munitus, non manutenebitur in possessione vitiosa, sed in possessorio succũbet, l. 1. & 2. ff. vti possid. c. licet causã. de prob. potest enim possessio esse vitiosa, & iustus titulus. c. si quãdo. de offic. deleg. & è cõtrario titulus iniustus, & possessio iusta. l. 1. §. si vir. vbi Doct. ff. de acquir. poss. vide quæ dicã inferiùs in bulla nouæ prouis. in 4. parte.

Naturalis possessio corporalis vocatur.

38 Vndecimò, quòd ius ciuile naturalem possessionem vocat. l. 2. §. 1. & l. & habet. ff. de præca. scripsi in præfa. ad tract. de materiis posses. in 3. tomo, const. Reg. ius Canonicum corporalem possessionem vocat, c. ex parte, de conces. præb. c. si quãdo, de offic. deleg. Bart. & alij in l. 1. ff. de acquir. posses.

Possessio capi potest ... signatura.

39 Duodecimò per signaturã capi potest possessio: quia gratia perfecta est, per verbum fiat. Calder. & alij in c. quisquis. de elect. & infrà dicam in tract. signa. & statuit Alex. 6. pontifex id temporis maximus, eodem titul. quòd non daretur in curia

Romana

Romana priuatio illius, qui cum sola signatura se intrusit:nec beneficiũ illud potest impetrari, vt alibi pleniùs scripsi:licet quædam Parlamẽta Franciæ mordicus contrarium teneant, quod mea sentẽtia non iustè: quia postquàm Papa hoc statuit, illi est obediendum,& inhærendùm:nec priuatio dari debet,nisi à iure data sit,glos.in ca.fi.de iure patronat.

40 Nec inuenitur à iure statuta priuatio, nisi in maioribus dignitatibus extrauag.suscepti.de elect. in extrauag.Ioan.22.Ergo in aliis locum nõ habet, & sic tenendum est:licet non debeat quis recipere fructus ex sola signatura,aliàs est intrusus, vt in ca. Auaritiæ.de elect.in 6.& alibi dicam abundantiùs.

Adeptio possessionis quomodo probanda sit.

41 Decimotertiò possessionis adeptio debet probari per instrumenta publica, vel per scripturam priuatam trino teste notatã, quæ æquiualet instrumento publico, l.scripturas. C.qui potio.in pign. habean.cum authen.ibi posita.poterit etiam testibus probari,cùm non inueniam contrarium statutum:& parem probationem habẽt testes & instrumenta:l.in exercendis.C.de fide instru.& quomodo probanda sit possessio,vide quę scripsi in artic. 2.gloss.vlt.ne mater.posses.in 3.tomo constit.reg.

Causæ cognitio in missione in possessionẽ non requiritur.

42 Decimoquartò licet olim causæ cognitio in mittẽdo in possessionem interueniret, & differenda erat missio, donec de veritate tituli innotesceret.c.si quando.& cap.super eò.de offic.deleg.sic de iure ciuili in l.fi.C.de edict.diui Adrian.tollen.hodie tamen presbyter vel notarius, qui inducit in possessionem,non est nisi nudus minister.

43 Ideò non recipit cognitionem nec differt mittere in possessionem:sed posteà iudex coram quo causa agetur,cognoscet: & pars quæ est in possessionem missa,impetrat literas à Rege,vel à quibusdam Senescallis,qui ad hoc potestatem habent: in quibus conuenitur pars ad videndum prouisum manu teneri in possessione saysina, in qua est.

44 Et pars se opponet, & ius eidem dicetur corã Senescallo, vel Bailliuo:& baptisantur (vt dicanici dicunt)contrariæ possessiones,& allegãtur: posteà producuntur tituli,& sequestratur beneficium, vel credentia conceditur: vt plenè scripsi in 3. tomo constit. Reg.in tract. de mater.posses.& præcipuè in titul.de causis possessio.beneficialibus, vbi alia possessionem tangentia licet videre,ne plura.

[Decimoquintò potest quis possessionem capere per se,vel per procuratorem, cũ non sit actus personalis.l.1. §.per procuratorem. ff.de acquiren. posses.vbi plenè Docto.

Decimosextò si prouisus per resignationẽ velit accipere possessionem ecclesiæ parochialis, debet in ea ipsa ecclesia,& die dominico, vel die festo à clero & populo celebrat tempore quo diuina tractantur,videlicet missæ,aut vesperorum,possessionem recipere ex edicto Regio, de quo dicam infrà in 3.parte. & facit text. in l.1. C.de his qui in eccles.ma.

Decimoseptimò debet quis possessorio agere adipiscendæ, retinendæ, vel recuperandæ possessionis, nisi prius adeptus fuerit possessionem. capitu. Pastoralis. vbi Panorm. de caus. possess.at in hoc regno interdictum adipiscendæ maximè in beneficialibus quiescit.

Quod limitatur nisi impeditus fuerit ab aduersario.tunc pro possidente habetur, l.in iure ciuili. ff.de reg.iur.Doct.in l.1.§.si iusserim.ff.de acquiren. poss. Carol.Ruinus cons.161.præmittendũ.in 1.vol.

Decimooctauò non potest quis cõstituere procuratorem ad adipiscendũ possessionem antequã ius habeat in beneficio, quia non potest disponere de re,quã non habet,aliàs dicitur inuasor. l.si quis. & l.inuasor. Cod.vnde vi.sic nec constituere procuratorem ad permutandum beneficium, quod non habet.de Rota decis.142. & 529.vtrum. in antiquis.plenè probaui in consil.incipient.procuratorum.vbi dixi illum non esse intrusum,si non fuerit adepta possessio ante ius habitum.]

De Papæ prouisionibus.

Prouisio Papæ ad vacatura vel ad vacãtia beneficia tendit.



VLtimò iustè acquiruntur nobis beneficia per Papæ prouisionem,quæ aut fit de vacaturis,aut de vacantibus.cap.2. de præbend.in sexto. Ad vacatura multis modis Papa mãdat prouideri. Primò cuidam priuilegium concedendo, vt ipse possit conferre beneficia,cùm vacabunt,vt in cap.is cui.& cap.si cui primo.de præbend.lib.6.vel vt quis nominare possit, fortè ad Episcopatus & Abbatias:vt in ca.quod sicut.de electionib.in tract.de nomina.Reg.in Concord.vbi scripsi, & varia super his prouisionibus concessa fuerunt olim priuilegia: quæ multa tendunt in totius ecclesiæ catholicæ grauem perniciẽ: quamobrem reuocanda,quod non facilè erit. Aliquando iubet Papa de his vacaturis prouideri per mandatum, reseruationes expectatiuas, aliáque varia rescripta:quæ singula suo ordine videamus. Et ad faciliorem horũ interpretationem præmittendas duxi aliquot differentias inter priuilegium & mandatum, quibus adiungemus & rescriptum.

Differentiæ inter priuilegium, rescriptum, & mandatum.

Sũma eorũ quæ inferius explicabuntur.

1 

NVnc antequàm ad alia perueniamus, dicendum est rescriptum priuilegiũ, beneficium, & mãdatum quo modo differant, & differentias inter rescripta gratiæ,& iustitię:demũ declarabimus rescripta ad vacatura, & ad vacantia, & singula membra, quantum attinet ad materiam beneficialẽ: postea prosequemur,etiam quædam rescripta cõmunia, seu mista, quæ à Papa & Principibus secularibus conceduntur:quibus visis,materia ista rescriptorũ completa erit:& beneficialis quæ iamdudũ latuit, & clausulas multas rescriptorum inseram, adhuc nõ elucidatas,quæ tamẽ in forensi iudicio versantur, & necessariæ & vtiles sunt, maximè vt praxis Roma.super impetrationibus gratiæ intelligatur.

2 Primo itaque dicendum est de beneficio: sed quia in huius libri principio conscripsi: ideo tantùm dicam de rescripto,priuilegio,& mandato:& quid inter se differant.

Priuilegiũ est ius singulare.

3 Primò priuilegiũ est ius singulare, quod contra tenorem rationis propter aliquã vtilitatem constitutum

tutum est.l.ius singulare. ff.de legib.cap.fin.25.q.1. circa fin.ibi,neque enim priuilegia aliquibus concederentur,si propter generalem legem, nulli aliquid speciale indulgeretur.

4 Et dicuntur priuilegia quasi priuata legia, eò quod priuatam legem singulis generent. vt in d.cap.fin. scribitur:vel dicuntur leges priuatorum.ca.priuilegia.3.distinct.Bartol.in l.1.in fi.C.de iuris & fact. ignor.& l.fi.si contra ius.& l.fin. ff.de const. princ. glo.in verbo nascatur.c.1.de const.lib.6.vel dicitur priuilegium quasi lex de priuo homine lata Bud. in l.2.ff.de orig.iur.in annot.Ego dicerem priuilegia quasi priua legia:quòd priuilegia sint priuæ leges,id est propriæ singulorum & priuatorum.

Priuũ regis consiliũ quid.

5 Inde vocamus consilium Regis priuum, *le priué conseil*, vel quòd sit Regis proprium, vel domesticum, & generali significatione omne rescriptum quod à Principe emanat, potest largè priuilegium appellari. Bald.in pro.feud.num.18.quia princeps concedendo priuilegium facit,arg.gl.in c.relatum. de præb.tamen in specie, vt dixi, non potest dici priuilegium nec inueni sic à iure vocatum:vt Bald. scribit:ideo dic vt suprà dixi, num.4.

Priuilegiũ strictè interpretatur.

6 Annotandæ sunt super hoc quædam differentiæ inter rescriptum & priuilegium.Prima est,priuilegium strictè interpretatur, l.si quando, C.de inoffic.testam. c.1.& 2.de priuileg.lib.6.Archid.in cap. frater.16.quæst.1. Bald. in l.quæ ex relationibus.C.de legib.Panor.in cap.cùm ordinem. de rescrip.nam postquàm est contra ius commune,omnis recessus à iure communi est odiosus. gloss.in c. 1.eod.lib.6. sicut econtra, quando redditur ad ius commune,est fauorabile.cap.statutum.in glos.numerandum,de præben.in 6.ideo priuilegium tanquàm exorbitans erit restringendum.

7 Secus in rescripto,vt dixi in cap.1.& c.causam. eod.ideo priuilegium vni datum non extenditur ad alium.l.1.ff.de constit.princ.l.2.C.de legib. c.sanè,vbi Panor.de priuileg.quia est stricti iuris.

8 Nisi ageretur de proprietate verborum, tunc interpretatio fiet quatenus proprietas verborum expostulat.l.cum lege,vbi Areti. ff.de test. Calde. cons.1.de consang.quia verba siue sint in priuilegio,siue in alio rescripto,non mutant suam significationem,nec alterantur regulariter.licèt restringantur pro odiosa materia, vel amplientur pro fauorabili.

9 Vel nisi strictè interpretando redderetur inutile,tunc interpretabitur vt aliquid operetur: vt statim dicam,cap.in his.de priuil.Doct.in ca.dilecti. de for.compet.Idem si possit inutile fieri. ca.licet. de priuileg.lib.6.iuncta glos.ibi. & Doct.in c.cùm ordinem.col.2.de rescript.

10 Si verò priuilegium derogaret statutis vel consuetudinibus, tunc facienda esset lata interpretatio,secus si iuri derogaret Anto.Butrig.per illum text.in c.olim.in fin.de verbo.signif.& Dec.in d.c. cùm ordinem,sed non video posse subsistere, nisi statuta essent contra ius.

Priuilegia gratiã continere debent.

11 Secundò regula hîc figi potest talis, quòd priuilegia ita interpretanda sunt, vt aliquam contineãt gratiam contra ius, & vt aliquid iuri addant.c.fin. circa finem,ibi:neque priuilegia aliquibus concederentur,si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur.25.q.1.l.1.vbi glos.alia adducit iura ad municip.cap.in his.de priuileg.

Verba leg. statuti, & sentẽtiæ frustra nõ sunt adiiciend.

12 Idem in rescripto ad lites.c.Pastoralis.de appel.

13 Idem in legibus, vt verba legis frustra adiecta esse non debeant, l.3.vbi Ias.in 1.notab.de iureiurando.glo.in l.1.ff.quod met.caussa.

14 Etiam statuta interpretari debent ne sint frustratoria.l.2.C.de noxal.actio.Bart.in l.4.§.Prætor ait,ff.de damn.infect.

15 Etiam procedit in sententiis.ca.si Papa.de priuil.in 6.& in dispensationibus docet Butriga.in ca. at si clerici.§.de adulteriis.colum.6.de iudic.refert Ripa in cap.1.num.67.eod. & in contractibus, in quibus etiam non debet aliqua superflua esse dictio.l.fin.vbi Docto.ff.si certum petat.glo.in c.solitæ.in verb.tanquã,de maior.glo.dicta l.1.ff.quod metus caussa.Bald.in rubr.de contrahen.empt.C. quæst.9. Anchar. consil.126. pro parte, & Corneus consil.191.in 2.volum.

Facultas testãdi monacho quomodo intelligatur.

16 Vnde si facultas testandi monacho detur, intelligitur de bonis,quæ de facto tenet,vt aliquid operetur priuilegium,teste Bal.in l.1.col.3. in 5.oppos. C.si seruus extero,& quamuis dispensatio sit stricti iuris.c.1.in fi.de fil.presby.tamen non est ita coarctanda,vt nihil gratiæ cõtineat:sed sufficit quod aliquid,licèt modicum operetur:vt scribam in rescripto dispensationis:diuersum est in rescripto:vt superiùs docui.

Libera testãdi cui concessa nõ potest auferri legitima.

17 Limitatur nisi illa interpretatio priuilegij auferat parti ius quæsitum:nam tunc ad terminos iuris esset reducendum per l.si quando, Cod.de inof. testa.vt si concedatur libera testandi facultas, non potest filiis auferri legitima, sed is iure testari debet.dicto cap.si quando.& Feli.in ca.causam, col. 8.vers.interpretatio priuilegij, eo vbi priuilegium concedens liberam sepulturam, nõ tollit quartam canonicam curato debitam.Panor. in cap.certificari.col.3.num.10.de sepul.Doct.in l.ex facto. ff.de vulg.per illum text.

Expressa eorum quæ tacitè insunt nihil operantur.

18 Secundò quãdo exprimitur id,quòd tacitè intelligitur,tunc verba nihil operantur.c.2.de elect. lib.6.l.3.ff.de leg.1.c.2.& ca.ad audientiam.2. de rescrip.quando exprimitur eodem modo, quo inest, Doct.in d.l.3.glos.in clement.2. de priuileg. vnde dicit Bald.in c.cùm ordinem.de rescrip.col.3.vers. pone ergo,quòd expressio debet aliquid operari, verum esse si iuris ratio patitur, alioqui secus, vt quia inest de necessitate,& in quolibet contingentis illius generis.

19 Item quando potest operari: vtpote si id quod conceditur non erat in totum permissum de iure communi,aliàs contrà: quia tunc præter ius nihil operatur.Geminia.in c.si Papa,in fin.princ. de priuileg.de Ripa.in d.c.1.eod.

Interpretatio non debet lædere ius nisi in modico.

20 Adhæc intelligere debemus,vt ista interpretatio non lædat ius cõmune,nisi in modico, & quanto minùs possibile est,per text.in c.eos.§.1. de tẽp. ordinand.lib.6.vbi Gemin.quòd si libera potestas alicui data sit faciẽdi actum,quẽ facere nõ poterat, tamen in eo seruare debet Canonicam formam.

21 Et is

21 Et is cui libera conceditur electio, vel epiſcopatuum nominatio non conceditur vt inhabilem, & minùs idoneum eligere poſsit. Doct.in c.ſi pro debilitate,de offic.deleg.vt refert. Feli.in ca.1.col. 6.verſ.declara duobus modis,eodem, vbi aliæ declarationes & limitationes traduntur, quæ ibidem videri poſſunt,& in d.cap.cauſam, iam allegato, eod.quod facit ad intellectum titu.de nominatio. Regia.in concord.& ibi plenè ſcripſi.

Sublato iure quando priuilegia ſublata ceſſantur.

22 Tertiò ſublato iure non cenſentur ſublata priuilegia,quæ etiam iuri communi aliquid addebāt, vel addere erāt apta,c.1.de conſt.lib.6.quia cenſentur conditori incognita, vt ibi teſte Feli.in d.c.1. col.7.verſ.declara.eo.& verſ.ſublato, vbi limitat duodecim modis, quos quilibet ibidem videre poterit, vnde in concor. in rub. de nominatione reg.in §.fin.reſeruantur electiones eccleſiis habentibus ſpeciale priuilegium eligendi:ſecus eſt in reſcripto,vt inferiùs dicetur.

Priuilegia contra ius ſunt, nō reſcripta.

23 Quartò reſcriptum eſt ad obſeruantiam iuris communis.d.l.falſo. C.de diuerſ.reſcr.in tract.de reſcrip.in ordi.reg.dixi contrarium, ſed priuilegiū contra ius.glo.in ſumma,25.q.2. idē ſi ſtatuto cautum ſit,vt exteri non gaudeant priuilegiis ciuium: ſic intelligetur, vt decidit Barba.in rub.huius tit.in clem.col.3.verſ.hinc eſt:& reſcripta quæ à iure diſcedunt ordinario non ſunt fauorabilia,teſte Bald. in c.ſuper literis.col.1.de reſcript.

Falſum in priuilegiis faciliusquā in reſcriptis præſumitur.

24 Quintò faciliùs vitiatur priuilegium quàm reſcriptum: & in priuilegiis faciliùs præſumitur falſitas,quàm in reſcriptis.Innoc.in c.epiſcopi. de reb.eccleſ.non alie.ca.pen.de crimine falſi. Refert Panorm. in c.ex literis.no.pe.o.de fide inſtru. Barba.in rub.de reſcript.in clem.col.3.

25 Ideo falſitas non præſumitur in reſcriptis,quia facilè obtineri poſſunt. Et ſic cōſului pro quodam ſecretario ſuper literis de committimus in quibus apparebat falſum,ſed illum excuſaui per d.text.& alia iura quæ tunc allegaui, nec videntur odioſa reſcripta,quia modici ſunt præiudicij. Bal.in l.1.de diuerſ.reſcri.Dec.in c.ſedes.col.2.de reſcript.contra Panor.ibi.

Priuilegiū nō egreditur perſonā eius cui eſt conceſſum.

26 Sextò priuilegiū perſonæ cōceſſum non egreditur perſonam.l.1.ff.de conſtit.princip. regul.priuilegium.de reg.iur.lib.6.l.cùm patronus,ff.de leg. 2.& l.quod contra rationem iuris eſt receptū, non eſt producendum ad conſequentia. ff.de legib.& in his quæ contra rationem iuris ſunt conſtituta, non poſſumus ſequi regulam, l.ſeq.ibid. ſecus in reſcripto,c.Rodulphus, & c.ſignificauit. & c.fi.de reſcript.c.quia 5.de iudic.vbi plenè Doct.

Filum ſericeū in priuilegiis poni ſolet.

27 Septimò priuilegia dantur cum filo ſericeo, reſcripta cum filo cannabis, c.quàm graui, de crimine falſi. Cy.in l.reſcripta. C.de precib.Impera. offerend.& ſic ex diuerſitate ſtyli, & modo dictaminis cognoſcitur vtrumque argu.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.dicetur in differentiis inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ infrà.

Verba reſcriptorum interpretationē legū & canonū recipiunt.

28 Octauò verba reſcriptorum recipiunt interpretationem legum, & canonum: ſecus in verbis priuilegiorum:ne priuilegium reddatur inutile.c. cauſſam.eo.ſic pulchrè ait Bald.in rub.huius tit.in princ.& reſcripta recipiunt interpretationem naturalem,& neceſſariam,l.quamuis.ff.de in ius vocand.l.ſcire.§.ſufficit,ibi cuius fidē ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia,de excuſa, tuto.

29 Etiā ſi in reſcripta prohibita eſſet interpretatio,adhuc pro materia ſubiecta interpretabitur. l.ſi vno.§.1.& 2.cū ſeq.ff.loca.& l.ſi ſtipulatus.de vſur.

30 Etiam ex reſcripto alterius principis interpretari poteſt reſcriptum alterius: quia ſicut expedit iura iuribus concordare, ita reſcripta reſcriptis.l. vna.C.de inoffi.dotib.l.reſcriptum. ff.de pactis. & potiùs ſunt impropriạnda reſcripti verba,quā præiudicent tertio.text.ſing.in c.ſuper eo. de offic.deleg.ſecundum Cardinal.conſ.142.videtur,in fin.& ſuperiùs dixi.[Et priuilegiū principis ab ipſo principe eſt interpretandū,vt eius interpretatio neceſſaria ſit.l.fin.C.de legi. & etiam quilibet inferior poteſt interpretari principis priuilegiū per rationem & iura.per text.in l.ex facto. ff.de vulg.& ibi Bald.& Iaſ.ſed illorum interpretatio ab aliis non tenebitur,inter quos nō eſt declaratio facta.]

31 Itaque verba reſcripti conformare debemus æquitati, & iuri,c.paratus.23.q.1. & reduci ad ius cōmune,& ſecundū illud intelligi,& interpretari. c.cauſſam.vbi Panor. & alij de reſcript.ſunt enim ſtricti iuris,& interpretari debēt ſecundū iuris diſpoſitionē,c.ad hæc.& c.nōnulli.§.fi.de reſcri. Bal. in l.vxor. C. qui accuſare non poſſunt. ſequitur Alex.cōſ.97.viſo themate, col.2.in 2.vol.& Deci. in d.ca.cauſſam. in princ. quia ad obſeruationem iuris conceduntur: ideo ſecundum naturam eius debent intelligi:vt Panor.& alij aſſerunt ibidem. *Reſcripti verba æquitati & iuri conuenire debent.*

32 Limitatur quando nulla eſſet ambiguitas in reſcripto,tunc debet intelligi prout ſcriptura vult. l.ille aut ille,ff.de leg.3,alia multa vide per Felin. in d.c. cauſſam.

33 Nonò in priuilegiis eo ipſo quod princeps aliquid dat,dominium trāsfertur:nec aliquid requiritur,niſi ad facti traditionem executio, cle.auditor.de reſcript.c.inter.de fid.inſtru.l.bene à Zenone.C.de quadrien.præſcrip. Bald.in proœ.Feudo. col.vlt.quod non eſt in reſcripto. *Dominium trāsfertur ex principis donatione.*

34 Decimò reſcriptum ſecundum faciens mentionē de primo tollit primū: vel ſpeciale derogat generali,etiā nulla facta mētione.c.1.c.cæterū. & c. Paſtoralis.de reſcri.ſecus in priuilegio.glo.in ſumma.25.q.2.quod an ſit verum, in c.1.de reſcrip.tractant Doct.ibi videte ibidem.docui interpretando illum tit.anno 1548.in auditorio Pariſ.Decretorū cum magno auditorum numero. *Secundum reſcriptum derogat primo.*

35 Vndecimò hæc priuilegia vel ob meritum cōceduntur,l.1.ff.de conſtit.princip.ibi, ob meritum indulſit.& d.§.ſed & quod principi placuit:vt in l. vnic. C.de profeſſ. qui in vrbe Conſtant. comiti. merue.lib.12.vel ratione obſequij, dicit text.in §. penul.25.q.3.Adhæc religionis fauore:vt ibi, & ca. fi.12.q.2.& in l.ſunt perſonæ. ff.de religioſ.tamen non debent concedi priuilegia, vt quem diuitem faciant,& multos in miſeriam deducant,& in multorum detrimentum, c.fi.25.q.1.ca. ſuggeſtum, de deciſ.ſicut faciunt quidam domini,interdum dantes diuitibus,& pauperes ſpoliantes. *Priuilegia quare concedantur.*

36 Vltimò propter vtilitatem priuilegia conceduntur.l.ius singulare.ff.de legib.& differt à dispẽsatione,quæ fit cum caussa.c.non est de voto.priuilegium verò sine caussa multoties.

37 Duodecimò rescriptum generaliter indultum non includit casum publicæ vtilitati contrariũ,per l.iubemus primam.C.de sacrosan.eccles.& l.fin.de nauib.non excusan.lib.11. facit l.nullus.1. C.de decurio.lib.& l.1.vt memini liceat in emptio.Spec.li.10.facit l.si quis in graui.§.vtrũ, & quæ ibi addidi. ff.de Senatusconsult. Syllan. & quamuis nõ possit quis potẽtiori cedere,l.vna.C.ne liceat poten.hoc nõ ꝓcedit, quãdo quis nõ potest aliter rẽ suã recuperare:vt docet Barba.in rub.eo.col.19. & 20.vers. idem dicẽdũ erit,alias per vos colligite differẽtias.

Cedere potẽtiori quãdo liceat.

38 Vltimò priuilegiũ perditur duobus modis,expresse, & tacitè:expresse si reuocetur per cõcedẽtem:iudiciũ enim soluitur vetante eo,qui iudicare iusserat.l.iudiciũ.ff.de iudi.& habetur in c.suggestum,de decis.quod reuocari potest,nisi transiuerit in contractũ.l.si hominẽ.ff.mãda.Soci. cõs.4.super q.col.3.vol.3.Alex.cõs.16.in caussa, col.penult.in 5. vol.scripsi in præfa.ad rub.de colla.in Cõcord.vel si contrarium concedat priuilegium derogatoriũ primo,c.1.de rescrip.& c.veniens, ibidem.

Priuilegiũ duobus modis amittitur.

39 Idem si pars illi expresse renunciet, quod potest:quia quilibet potest iuri suo renunciare l.penult.C.de pact.l.recusare.ff.ad Trebel.

40 Tacitè quis suo renunciat priuilegio, si fecerit contra suum priuilegium, vt si dignitas suppressa erat,& ipsi canonici post suppressionẽ elegerũt ad illam dignitatem:& tunc vnicus sufficit actus, ca.cũ accessissent.vbi etiã gl.& Doct.de constit.c.pro illorũ.de præb.c.ex ore,de his quæ fiunt à maiore parte,l.cõmissoriæ.C.de pact.inter empt.& vẽdit.

Tacitè quãdo renunciatur priuilegio.

41 Idem si pars non vtatur suo priuilegio, quod consistit in faciendo per decem annos, etiam illud perditur.l.1.ff.de nundi.vel si aliàs fuerit negligens per triginta,aut quadraginta annos, ca.accedentibus,& c.si de terra,de priuileg.

42 Amittitur etiã si pars eo abutatur. Priuilegiũ omnino meretur amittere,qui permissa sibi abutitur potestate.c.priuilegiũ.11.q.3.c.licet.de regula.

43 Etiam propter delictum perditur priuilegiũ: vt si ciuitas occidat suum episcopum,eo priuatur, ne deinceps habeat.c.ita nos.25.q.2.vel si aliàs quis grauiter deliquerit,priuilegium delinquens amittit.c.ad aures,& c.in quibusdam,de pœnis.l.filio.§.1.ff.de ritu nupt.quia delictum non meretur priuilegium,sed supplicium,l.2.C.vbi sena.vel cla.

Ciuitas occidens suũ episcopum eo priuatur.

44 Item si incipiat enormiter lædere ius alterius, etiam in totum amittitur.d.c.Suggestum de decis. nec reducitur ad debitam moderationem:quia nõ apparet cur in vna parte cõsistere debeat, quàm ex alia, c.quãto. de censib.li.1.§.Trebatius. ff.de aqua quoti. casus aliquos congerit Petr. Ferra.in sua Pract.in forma oppo.cõtra instrumẽta gl.penitus, quos per prędicta habes reductos ad verã doctrinã.

Priuilegiũ grauiter lædens ius alterius reiicitur.

45 Mandatum autem principis est quædam constitutio,continens præcepta de prouincia laudabiliter gubernanda.gloss.in authen.de mand.princ.in princ.vel dicitur quodlibet principis præceptũ per excellentiam.gl.in rub.C.de mand.princ.

Mãdatum quid, & quomodo accipiatur.

46 Aduertendum est quòd mandatum in genere dici potest omne rescriptum, per quod princeps aliquid vel mandat,vel præcipit:& sic intelligi potest.l.vnica.C.de manda.princ.& c.cùm contingat. de rescrip.& ca.olim vobis dedisse meminimus in mandatis.de restit.spol.

47 Sed interdum in specie accipitur: & tunc illa certa præcepta,quæ magistratibus ad regẽdas prouincias proficiscẽtibus principes dabãt, vt prouinciam rectè gubernarent,mandata vocabant, & interdum Imperator vocat sanctionem.in authen.de mand.prin.§.1.colla.3.

Leges datæ magistratibus quæ.

48 Et primum mandatum est ibi vt sumentes administrationem mundas seruẽt manus Imperatori,& legi,& nullum cõtingant lucrũ, neque maius,neque minus,neque captiosum quoddam contra subiectos faciant:& alia ibidem scribuntur.

49 Et sic ordinationes præscriptæ iudicibus Regiis,& consiliariis vocari possunt mandata, quæ dantur ad regnum & prouinciam rectè gubernandam:& hæc mandata legatis libera dari solebant, per l.qui libera.vbi Budæ.de lega.

50 Potest dici etiam mandatum quædam priuati rogatio:& sic intelligitur.ff.& C.mand.& istud est triplex: quoddam est verum: vt quando mando alicui vt quicquam faciat pro me: & loquitur de eo totus ferè tit.ff.manda.& C.illo.tit.

Mãdatum priuati quid & quotuplex.

51 Fictum mandatum est, vt quando fideiubeo pro aliquo præsente,& patiente, is enim mandare videtur.l.si remunerandi. §.si passus.& l.qui patitur.& l.qui fide.ff.illo tit.& potest agi mandati, ac si verè mandatũ esset:vt ibi:quia lex fingit præsentem mandare,contra quam fictionem nõ recipitur probatio in contrarium.gl.in l.fi.ff.quod met.caus.

Fictũ mãdatum.

52 Figuratum mandatum vocant Doct. licet vocetur propriè ratihabitio, dum habeo rata gesta nomine meo,de quo loquitur regula Ratihabitionem retrotrahi,& mandato comparari, dubiũ nõ est illam ratihabitionem de reg.iur.lib.6. Alberic. in dictionario in verb.mandatum. sed illa ratihabitio potest dici mandatum fictum.

53 Ideo ego puto omne rescriptũ posse dici mandatum in genere:quia in eo aliquid mandatur dari fortè,vel fieri:& hoc probat text.in c.cùm dilecta. de rescript. vbi quod in principio vocauit literas, posteà dicit formam mandati Apostolici transponentes:& idem habetur in c.cùm contingat de rescript.& c.1.de offic.deleg.ibi.& sic mãdatum nostrum eluditur.Fel.& doct.declarant differentiam inter madatum & præceptum in c.eam te,de rescr. vbi videri potest.

Omne rescriptũ potest mãdatũ vocari.

De mandatis Apostolicis

1 VErum vt faciliùs intelligatur, de quo mandato iura loquantur, solet dici mandatum Apostolicum, vel mãdatum de prouidendo,vbi Papa mãdat alicui de beneficio prouideri, ca.mandatum,cum duobus sequen.de rescrip.c.si capitulo.de concessio.præb.lib.6.

De mãdatis Apostolicis.

2 Aduertere tamen debemus, ꝙ interdũ episcopi fraudem

fraudem adhibent mandatariis, procurãdo, vt quis resignet capellaniam modici valoris, vt mandatũ illorum extinguatur. ideo tu mãdatarie debes procurare, ꝙ aliquis statim eam impetret in curia Romana, & post suam impetrationẽ illam acceptare poteris, cum protestatione de habendo recursum ad aliud beneficium, si tibi non debeatur: si posteà vacet aliud beneficium, poteris acceptare cum simili protestatione.

Cautela ꝓ mandatariis contra ordinarios.

3 Et sic cùm primum tibi non debeatur, videlicet illa capellania iam impetrata, ob id aliud poteris habere: & hoc modo poteris fraudes ordinariorũ euitare, quia prima capellania non tibi debetur, sed impetranti, ideo tu secundum obtinebis beneficiũ: & hoc ita describo: quia opus est clauo clauũ trudere, etiam calumnia calumniam expellere. glo. in ca. cupientes, in verb. malignantium, de electio. in 6. & Hippol. sing. 177. malitiis. & cùm habeas sex menses ad requirendum beneficium, in c. si clericus, de præb. in 6. ob id dilatio ista est sufficiens ad impetrandum vt dixi. & de his mãdatis plena manu hìc tractarem, [ac formã mandatorum hìc conscriberem cum sua declaratione] nisi in tit. de mãd. Apost. in concor. plura scripsissem quæ hìc non repetam, sed ad illa, quæ ibi dixi, te reiiciam, clausulas tamen mandatorum hìc summatim elucidabo.

De clausulis mandatorum.

Clausulæ omnes in mandatis positæ operari debẽt.

1  Nnotare volui clausulas mãdatorum substantiales, sine quibus mãdata vix valere in hoc regno possunt: nempe nulla dictio in eis vacare debet, gl. in verb. tanquàm, cap. solitæ, de maiori. & obedien. & cle. summus, de senten. excom. Bal. in rub. C. de cõtrahen. emptio. q. 9. & clausula posita ad vnum effectum non debet operari alium, teste Imol. in cle. 1. col. 4. de præbend.

Salutatio in mãdato quid prosit.

2 Prima mandati clausula est salutatio, quæ solet fieri ei, cui dirigitur mandatũ, vt episcopo Paris. ꝙ si pluribus dirigitur, omnes nominari debẽt, vt episcopo Magalonen. vel episcopo & capitulo Paris. alioqui grauati non censentur. ca. fi. de præb. lib. 6. de hac salutatione scripsi in hac forma mandati in Concordatis: hìc non repetam.

Clausula vitæ ac morum honestas.

3 Secunda est in secularibus, ibi, vitæ morum honestas, &c. si prouectæ ætatis fuerint, sic solet scribi: si vero fuerint infantes vsque ad decimumquartum annum, solet apponi, laudabilia infantilitatis iudicia, prout fide dignorum testimoniis accepimus verisimiliter præsumi, &c.

Religionis zelus clausula.

4 Si verò regularibus concedat mandatum vel alias literas gratiæ, solet dicere religionis zelus, &c. vbi mens Papæ intelligitur, quæ illũ ad istam concedendam gratiam mouit: & de hoc abundantiùs dicam in noua bulla prouisionis inferius.

5 Sed ista verba, vitæ, &c. in exordiis posita sunt caussa impulsiua ad concedendum: qua cessante, non cessant gratiæ. gloss. sing. in l. 2. in fin. ff. de donat. doc. in cap. cum cessante, de appella.

6 Nam licèt Papa dicat se facere gratiã propter seruitia sibi impensa, vel ob zelum, tamen ex quo non specificat illam rem, dicitur simplex liberalitas & non donatio ob caussam: vt in simili scribit Oldra. consi. 5. Titius. & hoc expreßim describit Ioan. Staphile. in tractat. de literis gratiæ de vi & effectu clausula. fol. 82.

7 Tertia est ibi, hinc est quòd nos cupientes, &c. vbi Papa audito bono impetrantis nomine cupit ei prouideri de beneficio spectante ad collationem illius, cui mandatum dirigitur, sub forma tamen decretalium mandatum & duarũ seq. & Papæ voluntas est executioni danda, c. si quando, de rescri. scripsi plenè de hac executione quando iustè recusari poßit, in tract. de rescrip. in secundo tomo ordinat. reg. artic. primo & secundo.

Tertia clausula mãdati cupiẽtes.

8 Quarta clausula est, in qua primò Papa narrat, de quibus beneficiis vult eidem mandatario prouideri, videlicet de canonicatu, &c. & hæc narratio conformis esse debet præcepto, ac decisioni. ibi, ac volentes, &c. vt narratio & decisio & præceptum conueniant: in sequendo l. si defensor, ff. de interroga. actio. alioqui non valubit mandatum, vel saltem decisio attendetur.

Narratio & decisio conuenire debent.

9 Quinta est ibi, volentes. vbi Papa dicit se velle meritorum intuitu prouideri mãdatario: nam virtutum præmia tribui merentibus cõuenit: & aliorum honores aliis damnorum occasionem fieri nõ oportet, l. fin. C. de statuis & imag.

Propter merita mãdatariis ꝓuidetur.

10 Sexta clausula est ibi, ipsum à quibusuis excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, &c. vbi Papa tanto mouetur affectu in impetrantẽ, vt omnino ei prouideri velit, etiam si esset excõmunicatus, & absoluit eum ab excõmunicatione, suspensione, & ab aliis censuris, tam à iure quàm ab homine latis. aliàs rescriptũ impetratũ ab excõmunicato non valeret, c. 1. de rescri. li. 6. ampliationes & limitationes illius regulæ scripsi in interpreta. cap. postulastis, de cleri. excom. ministrante, vbi etiã dixi collationẽ excõmunicato factã nõ valere, & in rub. de excommunicat. non vitand. in concorda.

Clausula téque absoluentes, &c.

11 A iure profert excommunicatio: vt si quispiã verberet clericum est excommunicatus. à cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vbi plenè ampliaui, & limitaui: & in aliis casibus à iure expreßis infertur excommunicatio.

12 Ab homine quãdo quis excõmunicatur ab officiali, vel ab alio iudice ecclesiastico ob cõtumaciam, vel aliàs. c. 1. de iudi. & in tit. de sent. excõ. per totũ. istam clausulam abundè declaraui & limitaui in forma manda. in concorda. & melius inferiùs in signatura, & in bulla nouæ prouisionis.

13 Septima ibi, necnon omnia, &c. vbi Papa pro expreßis habet omnia beneficia, quò ad hoc vt taciturnitas non noceat impetrãti, quęcũque sint beneficia, & qualiacũque: sed vult ꝙ licet impetrans mandatum habeat beneficia, vel ea expectet, & si illa non expresserit, non noceat taciturnitas: licet aliàs sine hac clausula gratia non valeret: ca. ad aures, & c. in nostra, & ca. si proponente, de rescrip. c. si motu, & cap. non potest, de præbend. lib. 6.

Clausula ꝓ expreßis habet.

14 Item habet pro expreßis dispensationes, quas impetrãs habet pro illis beneficiis retinendis, si fortè ad duo vel tria esset dispensatus: quia in rescripto gratiæ est facienda mentio dispensationis, aliàs

gratia non valet, c.2. de filiis presbyter, lib.6. ideo hæc clausula operatur, vt sine alia expressione valeat mandatum. de hac clausula plenè scripsi in concorda. Franciæ. ob id non repetam hîc.

15 Item si expectet beneficia tam per aliud mandatum, quàm per reseruationes, nominationes, aut aliàs etiã pro expressis Papa habet: ita ꝙ ob id non potest dici secundũ mãdatũ subreptitiũ, licet non fuerit primũ expressum: quãuis contrariũ dicatur in c. in nostra, de rescrip. si hæc clausula non adsit.

16 Tamen si quis impetrauerit primũ mandatũ, & huic cesserit retinendo sibi pensionẽ annuã, nisi hoc expresserit in secũdo nõ valebit secundũ mãdatum per tex. in c. ad audientiam. 2. de rescri. quia hoc non habet pro expresso hîc Papa, ergo nõ valebit mandatum. verùm quia eadem ratio videtur & in pensione: ideo idem dici fortè posset.

Numerus beneficiorũ effrænatus nõ suppletur per hãc clausulam pro expressis.

17 Item quæcunque sint talia beneficia pro expressis habet, & quæcunque, ac qualiacunque sint, si tamen numerum haberet effrænatum, putarem hanc clausulam non prodesse, per cap. cùm caussam, de testib. & effrænatam multitudinẽ hîc censerem, si vltra tria haberet, per text. in c. Sedes, de rescrip. & cap. 2. illo titu. in 6.

18 Et per hanc clausulam qualitates beneficiorũ habentur pro expressis, quæ aliàs redderent mandatum nullum, si non essent expressæ, ca. ad aures, de rescrip. vide inferiùs in noua prouisio.

Inhabilitas impetrãtis nõ habetur pro expressa.

19 Tamen Romanus Pontifex non vult haberi pro expressis inhabilitatẽ impetrãtis: vt si furiosus, puer, vel aliàs inhabilis esset impetrãs, quia hîc nõ dicitur, tum etiã quia illa clausula nihil operatur ad tollendum vitiũ subreptionis, quando Papa aliquid concedit ad petitionem partis sine causæ cognitione, nisi in expressis: vt hîc, Angel. in l. sed & si quis. §. Quæsitum, in fin. ff. si quis cautio. Ro. consi. 327. istæ sunt rationes. Dec. cõs. 165. viso, col. pe. refert Aymo Crauette in cõs. 68. proponitur. col. pe.

Clausula motus proprij.

20 Octaua clausula est motu proprio, vult enim Papa se liberalẽ ostendere, & non coactè, nec quidem habita ratione petitionis partis hãc gratiam concedit, sed motu proprio & vltroneè, ac propria liberalitate: sedes enim Apostolica in his cõcedendis se liberalem ostendit. cap. sedes, de rescrip.

21 Et sic dicitur Papa concedere motu proprio, etiam si impetrans petiit, quando non fuit motus sola petitione, sed suo motu liberali, & spontaneo concessit: vt docet Bald. in cap. nisi, col. pen. de offi. delega. & Dec. consi. 51. & pro tenui, col. 2.

22 Et hoc probatur ibi non ad ipsius N. vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, &c.

23 Et sic non audiretur quis, volens probare Papam ad partis petitionem concessisse: quia hoc esset redarguere Papam mendacij: etiam probatio nõ afferret quicquam emolumenti, quia potest esse partis petitio, & tamen Papa motu proprio concesit, nõ habita ratione petitionis: vt hîc scribitur: quia etiã sine illius petitione hoc esset cõcessurus.

24 De ista clausula tractaui plenè in concorda. in forma manda. in verbo motu proprio, vbi conscripsi 47. effectus vltra omnes iuriũ interpretes, quos videre ibi quilibet poterit.

Clausula si pro alio nõ scripserimus.

25 Nona clausula est, si pro alio nõ scripserimus. Ista clausula declarat intentionem Papæ, vt non intendat grauare collatorem duobus mandatis. ca. mandatum, de rescri. nisi hoc exprimat per clausulam etiam si pro alio scripserimus.

26 Et in hoc regno Franciæ potest grauare collatorem habentem collationes decem beneficiorùm vno mandato, habentem verò quinquaginta & vltra collationes duobus mandatis. §. 1. de mandat. apostol. in concorda.

27 Sed si plura mandata concedantur, primũ valebit, & duo prima: ꝙ si primi moriantur, vel non prosequantur, alij prosequi poterunt per text. mãdati dicentem. Qui simile mãdatum prosequatur: ergo si sit alius qui non prosequatur, nõ impediet secundum vt dixi in §. fi. de colla. in concorda.

Clausula cõmuniter vel diuisim.

28 Decima clausula est, communiter vel diuisim, per quam Papa vult quòd si communiter scripserit vel dimissum alicui istorum fortè capitulo vel episcopo, non vult illum iterum grauare: de qua clausula est tex. in c. fin. de præben. lib. 6. & in forma mandati scripsi in concorda.

Mãdatum generale esse debet ad omnia beneficia.

29 Vndecima clausula declarat de quo beneficio velit Papa vt ꝓuideatur mãdatario: & primò enumerat canonicatum & omnia alia beneficia, ideo oportet mãdatum esse generale, alioqui nõ valet, vt pronunciauit senatus: licet olim mãdata dirigerentur ad dignitates tantum, aliquãdo ad canonicatus, cap. executor, & cap. si soli, de præb. lib. 6.

30 Hodie in Francia non valeret mandatum nisi sit generale: & istæ clausulæ speciales vitiarent mandatum: vt scripsi in §. 1. de mandat. Apostol. in concorda.

Clausula vestræ vel alterius ecclesiæ quid prosit.

31 Duodecima apponi solet clausula, vestræ vel alterius ecclesiæ: quæ significat, vt episcopus non solùm teneatur prouidere si vacet beneficium in ecclesia cathedrali, verùm etiam si in alia ecclesia collegiata: nam ecclesia cathedralis dicitur vestra Episcopo, collegiata verò alterius, quia ibi est prior vel decanus, qui illi est præfectus.

32 Et si ista clausula abesset, nõ valeret mãdatum in Francia: & alibi si deesset, non teneretur Episcopus prouidere nisi de beneficiis in sua ecclesia vacantibus, cap. pro illorum, de præbend.

33 Decimatertia exprimit ad vestrã collationẽ, prouisionem, &c. vbi Papa vult grauare ordinariũ, etiã si collatio ad nominationem, præsentationẽ, vel ad aliam ipsius prouisionem pertineat: hanc clausulam declaraui in §. præfatique graduati. de collatione, in concorda. nec hîc repetam.

Dignitas nomine non venit curata.

34 Decimaquarta, etiam si dignitati, &c. quia si mandetur prouideri de dignitate, intelligitur de non curata: nam curata non venit, nisi expressa sit, c. cùm in illis, de præbend. lib. 6. ideo hîc exprimitur etiam si dignitati, personatui, administrationi, vel officio huiusmodi cura immineat animarum: vide infrà in bulla nouæ prouisio.

Dignitas electiua non continetur in mãdato.

35 Decimaquinta clausula est, dũmodo talis dignitas electiua nõ existat: nã in fauorem electionũ excipit dignitatem electiuam, vt in cle. 1. de præb.

36 Vel

36 Vel quia dignitates electiuæ, in hoc regno pertinent ad regis nominationem, per tex.in §.1. & 2.de nominatio.regia.ad præla.faciend. cui non vult per istam formam mandati derogare.

Mandatarius creatur canonicus ad effectum.

37 Decimasexta ibi cum creatione in canonicũ vestræ vel alterius ecclesiæ, &c. creat enim Papa mandatarium canonicũ in ecclesia cathedrali, vel collegiata, ad effectum obtinendi dignitatem, vt sibi Papa retinuit, hoc facere posse, in §.fi.de reserua.in concorda. etiam si statuto vel priuilegio caueretur expresse, ꝙ nulli de dignitate prouideatur, nisi cum effectu esset canonicus, & quamuis non exprimat consuetudinem.

38 Idem tamen est si consuetudine ecclesiæ esset introductum, vt nulli prouideretur de dignitate, nisi esset cum effectu canonicus: quia consuetudo & priuilegium æquiparantur, in c.cùm contingat, in fi.de foro competen.

Canonicorum numero derogatur in mãdato.

39 Decimaseptima est, Non obstante certo canonicorum numero, Papa quando scribit pro aliquo, nisi deroget numero canonicorum, nõ recipietur in ecclesia.c.constitutus de rescrip.ideo hic ponitur ista clausula, vt iste sit creatus canonicus ad effectum obtinendi dignitates, non obstante quòd in ecclesia certus esset canonicorum numerus, cui derogatur pro hac vice.

Beneficium cur debeatur post mẽsem præsentationis, & non ante.

40 Decima octaua ibi, Si quemquam, &c. mãdat prouideri de beneficio vacante post mensem à die præsentationis: sed quare non ante? respon. ad euitandum votum captandæ mortis, c.2.de concessio. præb.& c.3.eo. nam si statim post præsentationem beneficium deberetur, sicut de iure, c.duobus.& c. tibi, de rescri.li.6. posset mãdatarius veneno aliquẽ inficere, & posteà suum præsentare mandatum.

41 Vel posset differre præsentationem, donec aliquis habens pingue beneficiũ esset valitudine aduersa detentus, & posteà illud præsentaret, & ista essent contra concilium Lateranense, in c.2.de cõcessio.præb. ideo reprobrantur per istã clausulam.

In curia vacantia non debentur mandatariis.

42 Decimanona ibi, Extra Romanã curiam, &c. vult beneficia in curia vacãtia non esse mandatariis conferenda, per ca.2.de concessio. præb.lib.6. quia ibi sunt Papæ reseruata, & alia beneficia, quæ mandatariis non debentur, scripsi in §.declarãtes. in verb.comprehensa, de man.Apost.in concord.

Clausula cũ plenitudine iuris, quid prosit.

43 Vigesima ibi, cũ plenitudine iuris, vult beneficia conferri cum plenitudine iuris: plenitudo iuris dicitur, quando quis habet stallum in choro, vocẽ in capitulo, distributiones quotidianas, & alia quæ spectant ad alios canonicos, c.proposuit, de concessio.præb.Domi.Gemi.& alij in c.fi.de cõcessio. præb.in 6.& hoc probat text.mãdati, ibi, cũ omnibus iuribus & pertinentiis suis eidẽ conferatis, &c.

Canonicus ad effectũ creatus nõ præiudicat in distributionibus aliis canonicis.

44 Vigesimaprima ibi, ipsúmque in canonicum &c.mandat canonicum ab eo creatum ad effectũ obtinendi dignitatem recipiendi. & sic non cum præiudicio aliorum: sed hic receptus non habebit distributiones quotidianas, nec vocem in capitulo, sicut alij cum effectu canonici: vt scripsi in §.fi.de reserua.in concorda.sed ad effectum tantùm creatur obtinenti dignitatem, &c.si vacet priùs dignitas quàm aliud beneficium.

In possessionẽ mittendus est mãdatarius post collationem.

45 Vigesimasecunda, ibi, inducentes, vult mãdatarium in possessionem realẽ & corporalẽ mittendum, & sic nõ solũ vult recipiendũ esse, sed in possessionem actualem mittendũ, nec sufficeret alicui cõferre, nisi mitteretur posteà in possessionẽ: quia per collationem non transfertur possessio beneficij, c.cùm Bertoldus.de re iudi.glo.in c.per tuas, de dona.& sic prius cõferre oportet: posteà in possessionem mittere.Panor.in c.autoritate, de insti.

Executor mãdatorũ nõ habet in Frãcia regno iurisdictionem.

46 Vigesimatertia ibi, Defendentésque inductũ, vult vt in possessionẽ missus teneatur in sua possessione, rub.ff.ne vis fiat ei qui in posse. missus est. nulla tamen per hanc clausulam datur iurisdictio executori mãdatorum in hoc regno, sed statim facta collatione, & misso in possessionem defendetur missus per iudicem Regium per casum nouitatis, & vti possidetis interdictũ: vt scripsi in 3.tomo constit.reg.in tit.de causis benefi. posse.

Mãdatario beneficium cum omnibus iuribus est cõferendum.

47 Vigesimaquarta ibi, Ac facientes N.&c.vult Papa mandatarium admittendum ad beneficium omnibus iuribus, redditibus, & fructibus beneficij, & huic mãdatario integrè sine aliqua diminutione prouideri: beneficiũ enim sine aliqua diminutione est conferendũ: vt patet in rub. vt ecclesiastica benefi.sine diminutio.conferãtur, & ibi in c.vnic.etiã hoc probatur.dixi in materia deuolutio. inferiùs.

48 Vigesimaquinta ibi, Non obstan.ibi.de certo canonicorum numero, repetitur ista clausula, de qua suprà dixi, & posteà vult mandatum valere: non obstantibus aliis constitutionibus: vt habetur in c.cum aliquibus, de rescrip.lib.6.

De clausula non obstante.

49 Notandũ est, ꝙ hæc clausula, Non obstan.non tollit vitiũ subreptionis in non expresis, sed solùm in his, in quibus est clausula specialis derogans: vt cõsuluit Bal.cõs.490.proponitur, col.2. in 1.vol. & cõs.505.dominus Mediolani.& Corne.cõsi.245.licet alias.col.3. vers. Et insuper.in 1. volu. sequitur Aymo Crauette cons.68.col.3.nu.6.alia de hoc dixi in concorda.[& inferius in forma dispensa.]

50 Vigesimasexta ibi, Aut si vobis ab Apostolica, &c.derogat indulto, quod solet ecclesiis concedi, vt non teneantur aliquem recipere, nisi de indulto expressa sit facta mentio: quod indultum habent Cluniacens.vt scribam inferiùs in bulla dispen.

51 Vigesimaseptima ibi, Seu si dictus N.præsens, &c.vult posse præstare iuramentum per procuratorem, etiam si statuto ecclesiæ contrarium caueretur.vt est in multis regni ecclesiis.

52 Vltima est ibi, datum, &c.de qua & aliis omnibus abundè tractaui in concorda.in forma manda.ibi videre reliqua cuilicet erit liberum.

Diuisio Rescriptorum.

Rescripta gratiæ & iustitiæ.

1 
Vperest vt nunc prosequamur alia ad vocatura rescripta, quantũ attinet ad materiam beneficialẽ, & in tracta. de rescript. in ordina.reg. scripsi duplex esse rescriptum, videlicet iustitiæ & gratiæ: iustitiæ dixi esse illud, quod ad iustitiæ administrationem tẽdit: vt in c.Pastoralis.c.sciscitatus.c.super literis, de rescript.& in toto titul.de offic.deleg. & alibi in

iure canonico, & de his tractaui in d.tracta.Rescriptorum,in ordina.reg.hîc non repetam.

2 Aliud est gratiæ rescriptum: quando Papa vel alius mera liberalitate aliquid concedit,& interdũ vocatur priuilegium,de quo superiùs dixi, interdũ vocatur gratia,seu indulgentia,si princeps secularis veniam delicti concedat:vt per totum,titulum. ff.ad senatusconsultum Turpillianum,& C.de generali abolitione. & de his tractatur in titulo *des Graces*,in ordinatio.reg.

3 Si autem Papa prouideat de beneficio, vel prouideri mandet,hoc vocatur gratia.c.gratia, de rescript.lib.6.clementina gratiæ,illo titulo:quia gratiosè hoc cōcedit, etiam dispēsando gratia vocari potest,c.si gratiosæ.de rescri.Archi.in c.gratia.1.q.1.de quibus rescriptis gratiæ nūc tractaturi sumus.

4 Verùm quia inueni multas inter rescripta gratiæ & iustitiæ differentias,nondum à iurium interpretibus traditas,ideo eas si hîc inseram, non erit tibi molestum beneuole Lector.

Differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ.

Rescripta gratiæ ad beneficia sunt ipso iure nulla, secus in literis iustitiæ.

1 Notandæ igitur sunt differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ: prima est rescripta gratiæ ad beneficia subreptitia sunt ipso iure nulla, quia loco tituli habentur,& per ea ius tribuitur:ideo illis annullatis & titulus nullus remanet,cle.1.ibi, nullius momēti.de præb.c.ad aures. c.constitutus,& c.Ad audientiam.& vbique doct.de rescrip.l.1. ibi, nihil videri impetrasse.ff.de natal.restitu.glo.in verb.literas,extra.sedes.de cōcessio.præb.in extra.Io.22.

2 Et quia in literis Papę intelligitur,si impetrans dignus sit,c.cùm adeò,de rescrip. si non sit dignus, non intendit Papa illi prouidere,& sic est defectus voluntatis Papæ:nam̨ qui mentitur Papæ, facit se indignum sua gratia.Bal.in d.c.cùm adeò.

3 Etiam processus & sentētia executoris lata, rescripti subreptitij ratione:& alia sunt nulla,per tex. in c.cùm nostris,de cōcessio.præb.ibi.factū obtētu literarum nostrarum,eò ꝙ per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant impetratæ, haberetur irritum & inane,c.si proponente. de rescrip.& quicquid occasione literarum factum fuit,d.cap. constitutus,in fin.

4 Nam executio est accessoria ad gratiam,quæ si fuerit nulla, & accessoria videlicet executio nulla remanebit.l.cum principalis,de reg.iur.ff.Innoc.in c.Ex literis,de offi.deleg.Roma. sing.330.circa primum,col.1.cum seq. & si literæ mandati sint validæ,& literæ executoriæ,ca.si super gratia, de offic. delega.lib.6.

Literæ absolutionis vitiantur p subreptionem.

5 Etiam literæ absolutionis vel indulgentiæ vitiantur per subreptitionem, vt si fratri minori cōcedatur,quòd transeat ad aliam religionem laxiorem.c.quod super his,de fide instru.

Rescriptū non faciens mentionem de priuilegio non valet.

6 Idem in priuilegiis & beneficiis principum, vt rescriptum non faciens mentionem de priuilegio, vel indulto gratioso,non valeat:quia est eadem ratio:& hoc probatur arg.d.l.1.de natal.resti. Panor. & alij in cap.Ad audientiam,de rescript.sic consuluit Soci.consi.164.Visa bulla, col.1.in 2.volumi.& consi.260.in caussa manutenen.col.1.ibidem.

Subreptio vitiat etiā si impetrās sit ignorās.

7 Etiam subretio vitiat rescriptū gratiæ, quamuis quis ignorans tacuerit.Deci.in d.cap. constitutus.2.no.de rescript. Aymo Crauette in consi.68. proponitur,in fi. quia iura in hoc non distingunt: sed tantùm subreptionem requirunt.

8 Etiam si subreptio respiciat factū alienum, videlicet statuta ecclesiæ,per d.cap.constitutus. quia non inspicitur culpa impetrantis,quam non habet ignorās.l.ex maleficiis. ff.de actio.& oblig.sed intentio concedentis,cap.ad aures,de rescrip.cap.dudum.2.de electio.

9 Imò etiam subreptio vitiat, nisi exprimatur modus,per quem id factum extitit cōsummatum. glo.no.in d.cap.dilectus, de rescript.quam probat Roman.consi.326.in præsenti, col.vlt.

10 Secus in rescripto subreptitio ad lites, quod regulariter non est nullum, cùm per illud non tribuatur ius cap.super literis, de rescript. l.vniuersa. C.de precib.Impera.offe.nec processus erit nullus vt d.cap.super literis.& cap.constitutus, in fin.illo tit.& Panor.cons.34.Super quæstionis,col.2.& seq. in 2.vol.& c.cæterùm.in 1.q.de rescrip.

Euocatio subreptitia est nulla.

11 Fallit in rescripto euocationis, quæ odiosa est: quia fit iudici contumelią, eò quòd reuocatur ab eo iurisdictio sine sua culpa.doct. in cap.ex literis, de offic.delega.Felin.in capit.Ad audientiam. 2.in fallen.decima, de rescript.& ita fuit in Rota decisum:vt scribit Cassad.decis.1. de rescript.scripsi in tract.de euoc.limita.vt per Philip.Fran.in c.1.de litis contesta.lib.6.quando gratia etiam in literis iustitiæ contineretur,tunc totum erit nullum.

Consensus impetrātis nō iuuat literas subreptitias.

12 Secunda differentia est, quòd gratia subreptitia non valet, etiam si aduersarius impetrantis consentiat: vt docet Ant.Butrig.in ca.cùm olim, not.vult per illum text.de re iudic.quia non est in aduersarij potestate,dare titulum, ex suo cōsensu, cùm beneficium ecclesiasticum non possit obtineri sine canonica institutione,re.1.de reg.iur.lib.6.

13 Diuersum est in rescripto ad lites, in quo agitur de præiudicio partis cui potest pars renunciare,l.pen. C.de pact.c.si diligenti, de foro competē. Nicol.Milius in reper.in verbo,gratia.q.95. allegat Domi.in c.ab eo in fi.de appella.lib.6.

Illegitimus non debet recipi si mentione statuti non fecerit hoc prohibentis.

14 Tertia est, quòd valet priuilegium non facta mentione alterius cōtinentis,idem quod ius commune: quod non procedit in literis ad beneficia, quia magis strictæ sunt.ca.quamuis,de præb. lib.6. Feli.in c.1.col.3.versi.limita.3.de rescri. vnde si statutum sit in ecclesia,quòd illegitimus non recipiatur in canonicum illius ecclesiæ,licet hoc sit de iure communi,tamen si quis impetret canonicatum & præbendam inibi, non facta mentione statuti, nihil agit,teste Io.Monac. & aliis in cap.1.de filiis presbyter.lib.6.putarem tamen sufficere,si in non obstan.hoc esset expressum.

Aliter signatur supplicatio gratiæ quā iustitiæ.

15 Quarta, signatura gratiæ solet signari per fiat à Papa,vel per concessum ab aliis: sed signatura iustitiæ per placet, vt inferiùs dicā.trac.de signatura. Cardinalis verò signat placet,S.D.N.Papæ N.Cardinalis: ideo quia verbum placet, denotat arbitriū boni

boni viri,teſte Gomeſ. in compendio vtriuſque ſignaturæ,l.fideicommiſſa, §. quamquam. de lega.3. Bart.in l.Lucius,de fideicommiſſ.liberta. Iaſ. in l. ſi ſic, de leg. 1. ſcripſi in ſtatutis collegij du Vergier. vel quia placet non inducit gratiam , ſed voluntatem oſtendit.l.1.ff.de conſtitu.princ.

Literę gratiæ ſine mãdato impetrantur.

16 Quinta differentia eſt,quia literæ gratioſæ poſſunt impetrari per tertium ſine mandato ſpeciali, d.c.ſi motu proprio.2.reſpon.ibi,vel alterius, gl. in cap.ad aures,de reſcr.

17 Etiam ſi fuerit laicus impetrans, c. Accedens, iunct.ibi not.per docto,de præb.nota in c.1.reſpõd. 1.de proc.libr.6.ſed literæ iuſtitiæ non poſſunt per alium impetrari ſine mandato ſpeciali, c.nonnulli, §.ſunt & alij, de reſcript. quia præiudicant ordinariæ poteſtati,& ſunt odioſæ:ſecus in aliis.

18 Hodie tamen ſine mãdato impetrantur, in hoc regno paſſim:& de hoc nunquam vidi controuerſiam in curiis Franciæ:vt alibi ſcripſi.

Literę gratiæ quando debeant facere mẽtionem priuilegij & literæ iuſtitiæ.

19 Sexta differentia eſt, quia literę gratioſę debẽt facere mentionem de priuilegiis,aliàs tanquàm ſubreptitię non valerent in pręiudicium priuilegiati:c.conſtitutus,de reſcrip.ratio poteſt eſſe:quia de omni illo quod poteſt mouere Papam ad concedendum vel non concedendum in literis gratioſis debet fieri mentio,c.ſuper literis, & c.poſtulaſtis,& c.in noſtra.vbi Panor. & Fel. latè de reſcr. not. in c. dudum,de præ.lib.6.

20 Et ſi princeps duas conceſſerit literas, & ſecũdæ tendant ad interpretationem primarum,tũc ſecundæ literæ reſtringentur ad primas per relationẽ reſcripti:quia relatiuum requirit antecedens , per tex.in §.fi.in auth.de filiis ante dota.inſt.nat.coll.8. vbi nota nominatim Bald.in rubr.de reſcrip.col.3. facit l.Aurelius,§.teſtamento,ff.de libera.lega.

21 Literæ verò iuſtitiæ valent, etiã ſi non faciant mentionem de priuilegio aduerſarij. iſtud eſt dictũ Inn.in c.cùm ordinem,de reſcr.quod tamẽ dictum Inno.eſt intelligendũ vt procedat,quãdo priuilegiũ aduerſarij concerneret merita cauſæ,puta vt nõ teneretur ſoluere decimas:quia tunc valent literæ iuſtitiæ,licet non faciant mentionem de priuilegio.

22 Ratio poteſt eſſe, quia nullum præiudicium fit priuilegiato cùm poſſit de ſuo priuilegio excipere in meritis cauſſę:ſicut enim impetrans non tenetur facere mentionem de exceptione peremptoria cõpetente aduerſario : prout eſt caſus in c. 1. de litis conteſt.lib.6.Fel.in c.1.col.17.verſ.fallit quintò, de reſcript. quia ſaluum manet ius aduerſarij , ita nec impetrans tenetur facere mentionem de priuilegio cauſante exceptionem peremptoriam.

23 Si verò priuilegium aduerſarij concerneret exceptionem dilatoriam,vel daret formam reſcriptis impetrandis, tunc non procedit dictum Inno. nec valẽt literæ iuſtitiæ,niſi faciant mentionem de priuilegio, vel niſi ſeruarent formam traditam : ratio poteſt eſſe,quia aliàs priuilegium eſſet inutile,ſi nõ poſſet excipi contra huiuſmodi literas in vim dilatoriæ:iſte eſt proprius caſus in d. c. cum ordinem. non enim dicit ille text. vt debeat fieri mentio de priuilegio ſuper decimis,vel aliis, ſed ſolùm de ordine ſecundum Panorm.& omnes ibi.

Filum ſ[illegible] ceũ in [illegible] b[illegible] ſi[illegible] d[illegible] li[illegible]

24 Septima differentia eſt, quia in literis gratioſis apponi conſuetum eſt filum ſericeum : in literis verò iuſtitiæ apponitur filum cannabis ſeu funis in quo plumbum pendet. text. in c. licet ad regimen. & c.quàm graui,de crimine falſ.hanc differentiam ponit Fely.in c.poſtulaſti.col.3. de reſcript. dictum fuit ſuprà in differentia inter reſcriptum & priuilegium,num.27.

Faci[illegible] ſ[illegible] ſum [illegible] ræ g[illegible] quã[illegible] tiæ.

25 Octaua differentia eſt, quia literæ gratioſæ de facili non poſſunt haberi, ideo citiùs præſumuntur falſæ:nec excuſatur vtens illis etiam ignoranter ,c. ad falſariorum.de crimine falſi.literæ verò iuſtitię, quia de facili obtineri poſſunt, non præſumuntur falſæ : niſi probetur, quòd ex certa ſcientia falſum ſuppreſſit:ſicut non præſumitur, quòd de re modica dolosè agatur.l.ſi oleum.§ fi.cum l.ſeq.ff.de dolo. hanc differentiam ponit gl. per illum text. in c. Accedens.vbi Doct.de crimine falſ.ſcripſi ſuprà in different.5.inter reſcript.& priuileg.

Literę gratiæ non cenſentur vitio latinitatis affici.

26 Nona differentia eſt,quòd licẽt literę gratioſæ tranſeant ſine contradictione,non tamen tranſeunt ſine lectione:eſt nõ veriſimile, cùm illæ literæ per tot manus tranſeant, & magna maturitate decoquantur,quòd ibi ſit aliquid reprehenſibile,nec vitium latinitatis,c. Apoſtolicæ. 35. q. 9. nota. in c. ad audientiam.primo.& in c.cùm adeò.de reſcript.

27 Literæ vero iuſtitiæ tranſeunt ſine lectione, nõ ſine contradictione:hanc ponit gl. in extrauag. ſedes Apoſtolica,in verb.iuſtitiam, de offic.deleg.in cõmunibus,vbi infert, quòd in procuratoriis contradictarum conſueuit apponi illa clauſula:conſtituit talem procuratorem ad impetrandum,& contradicendum literas ſimplices & legendas,ſine qua non eſſet ſufficiens procurator in audientia contradictarum , quantumcunque aliàs haberet plenũ mandatum:& iſta ſola ſine alio mandato non eſſet ſufficiens in palatio auditorum.allegat text.in c.veniens.de renunc.

Literæ iuſtitiæ & gratiæ quibus dirigantur.

28 Decima differentia eſt, quòd literæ iuſtitiæ ſolùm diriguntur conſtitutis in dignitate vel canonicis cathedralium eccleſiarum,c.Statutum. de reſcript.lib.6. & ſi in eccleſia cathedrali ſit aliqua capella,& eccleſia in qua ſint aliqui canonici,illi non poterunt eſſe delegati:quia intelligitur de canonicis principalibus eccleſiæ. §.ſed ius quidem.de iure natural.in inſti.l.quæritur.ff.de ſtat. homin. nec illi canonici nominabuntur canonici cathedralis eccleſiæ,ſed canonici S.Iacobi *du haut pas*, vel canonici S. Ioannis Rotundi in eccleſia beatæ Mariæ. Pariſ.ſed non eccleſiæ cathedralis.

Per literas mandati, vel nominationũ quãdo poſſit prouideri non factã mẽtione eccleſiæ cathedralis.

29 Item ſi mandetur prouideri de canonicatu, poterit prouideri de canonicatu & præbẽda illius capellæ : licèt non ſit expreſſum etiam de canonicatu in eccleſia cathedrali : quia ſolùm intelligitur expreſſio quo ad maiores præbendas,non quo ad minores:& ita limitatur c.quamuis.de præb.lib.6.

30 Literæ verò gratioſę dirigũtur etiã non conſtitutis in dignitate,ſed illis quibus gratia conceditur ſi ſit de beneficiis vacantibus.gl.in d. extrau. Sedes Apoſtolica.in ver.executores, de ſtylo tamen diriguntur etiam literę executorię gratię conſtitutis in dignitate,vt ſcripſi in forma literarũ executorialiũ,

in Concord. sed non aliæ gratiosæ, nisi quo ad executionem gratiæ: vt inferiùs in bulla patet.

Patrimonij quando sit facienda mētio in literis.

31 Vndecima differētia, quòd in literis pauperum, quas iustitiæ dicunt, debet impetrans facere mentionem de patrimonio quod habet: quia per tales literas iustitiæ prouidetur solùm clericis pauperibus: sed non dicitur pauper, qui habet sufficiens patrimonium, arg. l. nonnulli. ff. de accu. c. si pro clericis, de præb. lib. 6. etiam quia episcopus non tenetur prouidere ordinato habenti sufficiens patrimoniū, c. tuis. c. episcopus, & c. non liceat. de præb. c. postulasti. de rescript.

32 In literis verò gratiosis non est necesse facere mentionem de patrimonio, quia non fundantur super iustitia, per Ioan. And. & alios in d. c. postulasti, de rigore tamen iuris si clericus impetrans gratiam fuerit ordinatus ad titulum patrimonij: tunc de patrimonio est facienda mentio, cùm succedat in locum beneficij: sicut de pontifice dicit gloss. in c. fin. de vit. & honesta. cleri. & in reg. Inn. octaui 61. doct. in c. ad audientiam, in 2. de rescript.

33 Sed de stylo curiæ indifferenter seruatur cōtrarium, idem Panor. in d. c. postulasti, & ideo illud seruandum est, quod stylus docet, c. quàm graui. de crimi. fals. sed malè vocantur literæ in forma pauperum iustitiæ, cùm sint gratiosæ, & nō contineant iustitiam, sed potiùs gratiam: vt inferiùs dicam.

Literæ gratiæ strictè sunt interpretādæ: secus in literis iustitiæ.

34 Duodecima, quia literę gratiosę tanquàm ambitiosæ strictè sunt interpretandæ. c. quamuis, de præb. lib 6. secus in literis iustitiæ. ratio diuersitatis est secundum Domi. de sancto Gemi. ibi. col. 3. quia literæ iustitiæ non minuunt obligationem: cùm ecclesia illa antea esset obligata ex iuris dispositione: vnde per illas literas non debet diminui obligatio, secus autem est in literis gratiosis.

35 Vnum tamen est notandum, quòd literæ gratiosæ nō dicuntur ambitiosæ ex eo, quia per tales literas præiudicatur ordinariis collatoribus: nam eadē ratione literæ iustitiæ dicerentur ambitiosæ, & sic restringendæ, cùm per illas ordinariæ iurisdictioni præiudicatur. no. in c. Rodulphus. de rescr. sed ideo dicuntur ambitiosæ: quia impetrantes ambiunt honores, & lucra. gloss. in verb. ambitionis, in proœ. Prag. sanct.

Literæ quādo morte cōcedentis expirent.

36 Decimatertia, quia literæ gratiosæ re integra obitu concedentis non expirāt. c. si cui primo. resp. de præb. lib. 6. de Rota. decis. 349. si Papa. in no. [sub ti. de off. dele. decis. 12.] Feder. cons. 78. casus, & cōs. 297. legatus. col. 2. Cald. cons. vlti. de offi. deleg.

37 Literæ verò iustitiæ re integra morte concedentis expirant: c. gratum, & c. relatum. de offi. dele. vide quæ scripsi in §. 1. de mand. Apost. in concord. in verb. sui pontificatus.

Laicus literas gratiæ pro se non impetrat.

38 Decimaquarta, differentia est, quia laicus pro se non potest impetrare literas gratiosas, cùm sit incapax beneficiorū. c. cùm adeò. de rescr. c. ex literis. de trāsl. c. 2. de inst. ideo mandata vel nominationes impetratæ à laico nullius erunt momenti: vt scripsi in tract. nom. q. 9. in fi. Imol. & alij in c. 2. de inst.

39 Literas verò iustitiæ ad lites bene potest pro se laicus impetrare: vt patet in titul. de offi. deleg. & c. nonnulli. §. fi. de rescript. firmat Host. in summa illius titu. §. quis. impetrare, & Barba. in rub. ibi. & de hoc nulla fit dubitatio.

Clausula non obstante, in quibus literis ponatur.

40 Decimaquinta est, quia in literis gratiosis apponitur generalis clausula, non obstantibus, &c. vt dicam inferiùs in bulla nouæ prouisio.

41 In literis verò iustitiæ non solet apponi, teste Domini, c. si pro clericis. col. 2. de præb. lib. 6. ego tamen vidi apponi in vtrisque.

Literæ quādo anno tollantur.

42 Decimasexta differentia est, quia literę iustitię anno expirant, c. si autem, & c. plerunque, de rescr.

43 Literæ verò gratiosæ perpetuæ sunt, l. falso. C. de diuers. rescr. quia decet gratiam esse mansuram, c. si cui de præb. lib. 6. & regu. decet, de reg. iur. in 6. ibidem, nisi quis negligens fuerit, c. si clericus. vbi gl. & doct. de præb. lib. 6. Panor. & Fel. in d. c. capitulum. dixi in tract. de rescr. in 2. tomo const. Reg.

Literę iustitiæ non tribuūt ius secus in aliis.

44 Decimaseptima, literæ iustitiæ nihil iuris tribuunt, sed de iure iam quæsito cognosci præcipiūt. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruitus vend. l. ex diuerso. §. vbi. de rei vendi.

45 Literæ verò gratiosæ ius tribuunt ad rem, etiā ante prouisionem factam, c. si cui, & c. pen. & c. si tibi absenti, de pręb. lib. 6. c. pen. & fi. de concess. pręb. eod. lib. quod est intelligendum in literis Papæ quę solùm dant ius ad vacatura. c. 2. eod. tit. & lib. c. proposuit. de conf. præb.

46 Secus in literis etiam legati à latere, quæ nullū ius tribuunt ad beneficiū antequàm vacet, secundū Domi. in c. si Apostolicæ, de præb. lib. 6. Dominic. in d. c. 2. & c. dilectus filius. de præb.

Cōfirmatio reseruationis legati Papa quibus literis cōcedatur.

47 Decimaoctaua quòd confirmatio reseruationis legati vel receptionis in canonicum facta per Papam solet per literas gratiosas expediri, & non per literas iustitiæ. text. iuncta gl. in c. si Apostolicę, in verb. confirmamus. de præb. lib. 6. quia confirmatio facta in forma communi non tribuit ius nouū, nec validat, c. 1. de confirmat. vtili. Ideo si confirmatio fieret per literas iustitiæ, secundus impetrans Apostolicus vinceret illum receptum à capitulo, in cuius fauorem facta fuit reseruatio. c. ei qui. & c. si postquàm, de pręb. li. 6. quod est contra mentē, c. si Apostolicæ, facit c. cum aliquibus de rescr. eo. lib.

48 Contrariam tamen opinionem tenet Ioan. Monach. in c. si eum. de præb. lib. 6. di. quòd ista est forma iustitiæ: & vidit illam transire sine electione. idem tenet glos. in c. detestanda. de conces. præb. eod. lib. Gem. in d. c. si Apostolicæ.

49 Ego verò dicerem opinionem Ioan. Mona. habere verum, quando Papa dedisset simpliciter iudicem sine alia confirmatione gratiæ. gl. aurea. in d. c. si Apostolicæ. & differentia ista procedit, quando Papa gratiam confirmat & posteà executorem dat vt docet Ioan. Andr. in c. si. Apostolicæ.

Literę iustitiæ registrari solent.

50 Decimanona literæ iustitiæ non solent registrari: secus in literis gratiæ, prouinciale fol. 14. vers. item nota, dixi in tract. de rescript. in constit. Reg.

51 Vigesima taciturnitas exceptionis peremptoriæ non potest opponi contra literas contentiosas in vim dilatoriæ. c. 1. de lit. cont. lib. 6. secus in literis gratiosis, quæ opponuntur tam in vim dilatoriæ, quàm peremptoriæ, c. cùm ordinem. de rescript. Fel. in c. postulasti. col. 3. de rescript.

52 Vige

52 Vigesimaprima differentia, difficiliùs expirant literæ ad beneficia, quàm ad lites, autore Fel. in d.c. capitulum. col.3. de rescript.

Præsentatio literarũ quando inspiciatur.

53 Vigesimasecunda est, quòd in literis de iustitia inspicitur præsentatio quo ad hoc, vt iudex ab eo tempore iurisdictionem habeat, non antè: quia tacita inest conditio: si literæ præsententur: c. vt debitus. de appel. sed in gratiosis literis inspicitur tẽpus datæ: quia in illo instanti est parti ius quæsitum. c. eam te. & c. constitutus. de rescript. c. eum qui, de præb. lib. 6. nisi in rescriptis sit aliqua conditio, vt acceptilationis: vt in c. tibi qui. & c. duobus. de rescript. lib. 6. Bald. in c. 1. col. penult. eod. nu. 18.

Clausula si preces. &c. quando apponi in literis vel intelligi debeat.

54 Vigesimatertia, rescripta ad lites non valent, nisi inseratur clausula, si preces veritate nitantur, etiam si veritatem contineant, nullum afferunt fructũ. l. fi. C. de diuers. rescriptis. vel saltem hæc clausula intelligenda est in rescriptis illis. c. 2. de rescr.

55 Literæ verò gratiæ non habent clausulam illã, vbi comprobandæ & verificandæ non sunt, sed sufficiat concessio gratię motu proprio facta, aut aliàs.

Clausulæ quibus vtitur Francia in literis Regiis.

Nos in Francia solemus vti clausula, *s'il vous appert*, si vobis constiterit, vel apparuerit. in literis etiam gratiæ ad delicta, in c. examinata. de iudic. clem. præsenti, de censibus, & clem. 2. de pœnis.

56 Vel si ita est, *s'il est ainsi*, l. fi. C. si contra ius. c. abbate. de verb. signif.

57 Si ita inueneris, vel repereris. Fel. in c. 2. in vers. clausula si preces, &c. de rescrip. & ista tacitè inest.

58 Item alia clausula tacitè inest, in c. bonæ de confirma. vtili. vnde etiam si istæ clausulæ non fuerint expressæ, tacitè insunt.

59 Item clausula, vocatis vocandis, solet in rescripto inseri, in c. exhibita. de iud. Guid. Papæ, q. 70. in commissionibus. in decis. Delphina.

60 Et quamuis de iure ciuili non valeat rescriptũ, si non sit apposita aliqua clausula, ex prędictis tamẽ de iure canonico valet: & illa clausula subintelligitur. per d. c. 2. & vsus curiarum recepit ius canonicum: nisi aliquis esset præstitutus stylus: quia tunc literæ cõceptæ contra stylum non valerent. c. ex literis. de constit. Fely. in d. c. 2. vers. stylus, &c. alias differentias quilibet hîc addere poterit, istæ nunc sufficient.

61 Verùm inspecta interpretatione & expositione horum rescriptorum notandum est, has literas ad lites & ad beneficia se habere vt excedentia & excessa, secundum subiectam materiam: vt docet Panor. post. gl. in c. capitulum. co. 3. de rescript. & quia sæpius reseruationes fiunt, tam generales quàm speciales, ideo de illis videamus.

De reseruationibus tam generalibus quàm specialibus.

Generales reseruationes quæ.

1  Liquando Papa mandat prouideri per reseruationes: & quædam sunt generales quando plures inducũtur reseruationes sub vna ratione, teste Ægidio Bellamera in cons. 34. supposito statuto. col. 5. vers. ad tertium istud. vt quãdo Papa reseruat beneficia, quæ sic vacabunt, vel per adeptionẽ secundi beneficij: vt in Extrauag. Execrabilis, Ioan. 22. de præb.

2 Vel vacantia in certo loco, vt Burdegalæ: vt in extrauag. & si in temporalium, de pręb. in communib. Item beneficia in curia vacantia, c. 2. de præb. in 6. nisi sint ecclesiæ parrochiales. c. si apostolica, ibid. vel beneficia reseruat Papa, in c. pręsenti. illo tit. lib. 6. vel illorum, qui intra duas dietas curiæ Romanæ decedunt: & pro hac reseruatione scribit Cassad. in suis decis. rub. de const. q. 2. & seq. & Æneas Falco in 2. q. tract. de reser.

3 Vel quando reseruat beneficia familiarium Papæ, seu cardinalium: vt est in regul. cancellariæ, vel habentium officia scriptoris, seu aliud Papæ officium: oportet tamen exprimere quod talis est, vel erat familiaris, & continuus commensalis, nec sufficeret dicere eum familiarem tantùm. vt patet in reg. 3. cancel. in princ.

Familiaris Papæ beneficiũ est reseruatum si sit cõtinuus cõmensalis

4 Si tamen familiaris Papæ vel Cardinalis resignaret beneficium vnitum in fauorem Titij, & nõ expresserit reseruationem, valet impetratio: quia vnitum nõ erat reseruatum, licèt illud cui erat vnitum esset reseruatum: ideo in dissolutione vnionis, & si non sit facta mentio, valebit prouisio: vt not. in c. 2. de præb. in 6. ego verò dicerem non valere: quia si Papa sciuisset beneficium vnitum, illud non contulisset, vt infrà dicam tract. de vnio. vnde reseruatio non impedit quo minus valeat collatio, sed vnionis dissolutio: sicut pleniùs dicetur tract. de dissolutio. vnio. infrà.

Dissolutio vnionis an sit exprimenda.

5 Quædam verò sunt speciales quo ad certum corpus beneficij, non tamen pro certa persona, vt quando reseruat ecclesiam cathedralem suæ dispositioni: vt in c. si eo tẽpore, de ele. in 6. Domi. cõs. 30. Bonifacius, & Æneas de Falco. in tract. reser. q. 2.

Speciales reseruationes quæ.

6 Vel reseruat dignitatẽ maiorem post pontificalem, vt in reg. cancel. 2. & cognoscitur hæc dignitas ex fundatione ecclesiæ, vel consuetudine, quando Decanus vel Archidiaconus statim incedit post episcopum: vt do. de Rota decidunt in decis. 173. de thesaureria, in no. Sub tit. de præb. decis. 9.

Dignitas maior post pontificalẽ & principalis quæ dicatur.

7 Et principales dignitates etiam in collegiatis ecclesiis dicuntur illæ, quæ primùm in ecclesia locum habent, quasi primam & præcipuam in ecclesia Ioan. Andr. in c. deliberatione. de offi. leg. li. 6. & beneficia generaliter reseruata tradit Hier. Paul. in sua praxi curiæ Romanę etiam specialiter reseruata, ibidem videre liberum est.

8 Aliæ sunt speciales super certo corpore beneficij, & specialiter pro certa persona, vt si Papa reseruet beneficium sancti Seuerini Paris. diœce. collationi suę pro Io. N. c. ex parte, 1. de offi. deleg. c. executor. de concess. præb. ibi. Item dicunt Romani beneficia cameræ procuratorum contradictarum nõ esse reseruata.

9 Idem in notariis Rotæ, quia non sunt familiares: & idem in magistris Regum supplicationũ: & magistris plumbi: idem in auditore cameræ, nisi sit protonotarius, tamen secus est in auditoribus Rotæ: pro quibus Papa scribere solet grata deuotionis obsequia, &c.

Beneficia aliquorum Papæ officialium nõ sunt reseruata.

10 Specialis dicitur cuius causa inducens non habet nisi vnum suppositum inducere: vt scribit d. Ægi. in d. cons. 34. supposito, vers. Ad tertium. col. 5.

genera

generalis autem eſt quæ in corpore iuris clauſula, vel per extrauag.inducta, aut per regulas cancella.

Generales propriè reſeruationes quæ.

11 Ego dicerem generales reſeruationes, quando omnium regni vel certi loci beneficiorum, aut perſonarum, ſeu dignitatum fieret ampliſſima reſeruatio: ſpecialis quando certum reſeruatur beneficium, vel in indiuiduo, vt tale beneficium. gloſſ. in titulo de reſeruat. in pragmatic. in verbo reſeruationes. Decius conſilio 168. reuerende pater.

12 Et iſtæ omnes reſeruationes ſublatæ fuerunt in concil. Baſilien. reuocando extrauagantes ad regimen, & execrabilis. de præbend. in communib. & illas, quæ continentur in regul. cancellariæ: vt patet in concilio Baſilien. quod cõcilium in Gallia receptũ fuit vt patet in prag. ſanc. rub. de ele. & per totũ.

13 Interdum Papa fructus pro penſione reſignanti fortè beneficium reſeruat: & in patria obediẽtiæ illa fructuum omnium reſeruatio ſuſtinetur, ſiue dixerit quòd propria autoritate percipere eos fructus poſſit, ſiue per manus alterius, quia plenariam beneficiorum Papa diſpenſationem habet. c. 2. de præb. lib. 6.

Fructuum omnium reſeruatio p̃hibetur. Areſtum.

14 Sed à ſenatu Pariſ. fuit prohibita illa reſeruatio omnium fructuum anno 1496. die 19. Aprilis: & in patria conſuetudinaria non recipitur hæc reſeruatio fructuũ: nam qui altari ſeruit, de altari viuere debet, c. cùm ſecundum. de præbend. & reſeruatio eſt in hoc regno prohibita, in Concor. de reſeruat. ſiue beneficiorum, ſiue omnium fructuum illorum: & Papa illam reſeruationem non ſolet facere niſi ex magna cauſſa.

Reſeruatio mediæ partis fructuũ loco penſionis an reſeruari poſſit.

15 Interdum reſeruatur media pars fructuum loco penſionis extra ſuſceptę, de ele. in extrau. Ioã. 22.

16 Quod non poteſt fieri ab alio, quàm à Papa, quia eſſet diuidere beneficium, quod eſt prohibitum in concilio Turonen. c. maioribus. de præben. Ioan. de Anania in c. Audiuimus. de colluſio. detegen. de Petru. in tract. de viribus iura. in 6. remedio finiend. litium. & in patria iuris ſcripti ſeruatur: vt aſſerit Boër. in deciſ. Burdegal. q. 2. in fin.

Cõfirmatio pẽſionis impoſitę ab ordinario dari nõ ſolet.

17 Sed in patria conſuetudinaria reformari ſolet, præcipuè ſi pẽſionarius non poſſit viuere, & vſque ad tertiam partem reformari ſolet, quam obtinebit penſionarius tantum, beneficiarius autem alias duas: nam quando priuilegium incipit eſſe damnoſum, ſolet deduci ad debitum ſtatum, c. ſuggeſtum. de deciſ. ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſ. in 18. amplia. & confirmatio penſionis impoſitæ ab ordinario dari à Papa non ſolet, ſed de nouo concedi, vt ſtatuit Alex. 6. in tit. de ſignat. grat.

Penſionarius nõ recipit pẽſionẽ propria autoritate.

18 Quandoque tertia pars, & his duobus caſibus Papa nõ ſolet committere, quòd penſionarius propria autoritate percipiat, ſed per eum qui titulum habet, alioqui eſſent duo titularij: & non eſt ſingulis permittendum, &c. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Hier. Gigas. q. 8. in trac. de penſio. & q. 9. & regulariter in Francia approbatur vſque ad tertiam partẽ.

Iuſta pẽſio quæ ſit.

19 Iuſta tamen penſio dicitur, quando ea exacta tantùm remanet beneficiato, vt poſſit commodè viuere, iura epiſcopalia ſoluere, & onera beneficij ſupportare. c. de monachis. & c. vacante. & c. cum cauſam. de præb. c. 1. de cenſib.

Penſio non trãsfertur de perſona in perſonã.

20 Nota in hoc regno Franciæ penſionem extingui per mortem penſionarij, & de conſuetudine nõ trãsfertur in aliam perſonam, etiam à Papa, quamuis in patria obedientiæ à Papa transferri poſſit ſicut aliud beneficium, vt conſuluit Petr. Pariſ. conſ. 45. monitorium, ac conſi. ſeq. & in conſ. 5. in 4. vol. tamen bene tranſit contra ſucceſſores eius qui eam ſoluere tenetur. glo. & Doct. in c. niſi. de præb. Petr. Pariſ. conſ. 82. penſio. col. 1. in 4. vol.

Pẽſio in regno Frãciæ in tribus caſibus conſtituitur.

21 Et quando Papa imponit penſionem, ſolet dicere, quòd penſio tertiam partem fructuum non excedit, & ita ſeruat ſtylus curiæ Romanæ vt docet Hiero. Gigas in d. tract. penſio. q. 9. non autem quod tertiam conſtituit, quia fortè non vult tertiam dare, ſi velit vltra dare, ſolet etiam dicere mediam partem non excedit, vel talem partem.

22 Et regulariter penſio in quantitate etiam fructuum imponitur, vt penſionario dentur decẽ modij frumenti, & totidem vini, non verò in pecunia licèt aliquando reſeruatur. d. c. niſi de præb.

23 Sed hæc penſio in pecunia communiter conſtituitur in Francia, quæ tantùm in tribus caſibus eſt approbata vltra, non: vt ſcripſi in tract. de pacifi. poſſ. in Concor. Primò propter bonum pacis, quãdo beneficiũ eſt litigioſum, d. c. niſi. Secundò ne reſignans nimiũ patiatur diſpendiũ, eidem reſeruatur penſio. c. ſuper hoc. de renunc. & habet locum in reſignatione non cauſa permutationis facta, quia tunc ille, quia aliud recipit beneficium, non patitur nimium diſpendium. Tertiò in permutatione ratione inæqualitatis reddituum beneficiorum: tunc imponetur penſio ſuper altero maiore. c. ad quæſtiones. de rer. permuta.

Pẽſio ex falſa cauſa nõ debetur.

24 Quòd ſi detur æquale beneficium, vel maius, non poteſt imponi penſio ſuper minori, & ſi imponatur eò quòd ex falſa cauſa imponitur, non valet: & ita vidi iudicatum.

Beneficia officialiũ Papæ ſunt reſeruata etiam ſi iſti dimiſerint officiũ: & quid poſt Papę obitum.

25 Item beneficia collectorũ, & aliorum officialiũ Papæ ſunt reſeruata, etiã ſi iſti officia dimiſerint: tamen illa beneficia, quę poſt dimiſionẽ officij quis acquiſiuit, non erunt reſeruata: vt docet Ægyd. de Bellam. in c. cùm. in diſtribuendis, col. vlt. de temp. ord. & in c. ſicut. de verbo. ſign. lib. 6.

26 Et ſi Papa moriatur poſtquàm officialis eius deſinit habere officiũ, per illius obitum beneficia eius, qui deſiit eſſe officialis ante Papæ mortem nõ ſunt reſeruata: quia reſeruationes fuẽre per mortẽ Papæ extinctæ ſicut regulæ: ſed erũt beneficia illius affecta officialibus alterius põtificis: ideo in prouiſione beneficij iſtius narrabitur, quod à nonnullis aſſeritur, ꝙ talis olim obtinens tale beneficium literarũ Apoſtolicarũ abbreuiator extitit, ſeu familiaris, ideo generaliter reſeruatum prouideri, tamen mãdabitur tanquã de non reſeruato ſed de affecto.

Beneficia cantorũ Papæ nõ ſunt reſeruata niſi ſint capellani.

27 Item beneficia cantorum Papæ non ſunt reſeruata, eò quòd ſint capellani Papæ, ſed eò quòd ſunt familiares: & beneficia Papæ capellanorum, quamuis ſint reſeruata, tamen acolytorum nõ, niſi ſint capellani: ideo in bulla dicitur, talis N. acolytus capellanus Papæ: & ſubdiaconorum etiã beneficia niſi ſint presbyteri, & capellani, non habent beneficia reſeruata: quod eſt notandum.

28 Poteſt

Pēſio donec fuerit prouiſum à Papa imponi poteſt.

28 Poteſt etiã reſeruari certa penſio, duratura donec ſibi de beneficio talis valoris illi fuerit prouiſum: vt ait Hoſt. in c. cùm eſſent. de ſimo. & Papa hoc facere poteſt, ſed non epiſcopi. c. cum pridem. de pact. licet Bonifac. teneat contra in cle. 1. col. pe. de reb. eccl. non alie.

29 Nec hodie epiſcopi conſtituũt penſiones, imò ex non vſu amiſſa eſt in hoc eorum poteſtas, quòd non fuiſſet, ſi ignari illius non fuiſſent, & ea vſi: ſed ignorãtia eos, vt nunc multos longo tẽpore tenuit.

Reſeruatio per manus Papę appoſitionem.

30 Eſt & alia reſeruatio per manus Papæ appoſitionem. c. vt noſtrum. de appell. vt ſi Papa conferat beneficium nulliter, vtpote inhabili: tunc illud beneficium erit adhuc Papæ collationi affectum & reſeruatum. c. inter dilectos. de exceſ. præl. vbi Pan. & alij, & Roma. conſ. 335. circa primum. col. 1. Paul. Pariſ. conſ. 47. videtur. num. 39. & ſeq. in 4. vol.

31 Idem quando commendat beneficiũ: per mortem enim commendatarij, reſeruatum eſt Papæ beneficium, teſte Ænea de Falc. in tract. de reſeruat. & Ludouic. Roma. conſ. 350. in caſu, num. 11. & ſeq. ſed hoc iure non vtimur in Francia.

32 Idem ſi de electoribus mandat, ne ad electionẽ procedant talis beneficij N. cap. ſi eo tempore, de electio. in 6.

33 Adhæc quando Papa mandat prouideri in mãdato de primo beneficio, primum beneficiũ eſt affectum per manuum Papæ appoſitionem mandatario, adeò quòd alter cõferre illud beneficiũ præter Papam, vel illius executorẽ, non poteſt, per extra. ſi. de præb. in cõmu. Ægid. conſ. 34. Suppoſito ſtatuto. verſ. ad ſecundum dubium, cum ſeq.

34 Et plus afficit iſta manus appoſitio, quàm reſeruatio: quia donec fuerit plenè per Papã prouiſum ordinarius prouidere non poterit, teſte Ænea de Falco. in tract. de reſer. in 3. prȩl. & in 4. q. 16. effectu.

35 Sed non vtimur eæ in Frãcia. nam quamuis Papa apponat manum, ſemper ordinarius confert, ſi nõ valet prima Papæ collatio, niſi in mandatario cui effectũ eſt beneficium per concorda. Franciæ.

36 Etiam mortuo Papa ordinarius confert beneficia illa reſeruata: quia illa reſeruatio morte erat extincta: vt conſuluit Gemi. conſ. 93. & in cap. ſi Apoſtolica. de præbendis, lib. 6.

De iure regali in beneficijs.

37 Sed hoc etiam ſibi vindicat Rex in quibuſdã beneficiis, quæ iure regali confert, vt dicat ſe poſſe conferre, donec collatio plenum ſortiatur effectũ, & alterius collationem non valere, poſtquàm appoſuit manum: vt plenè ſcribit Ruze. in tract. iuris regal. in 2. priuileg. ſed hoc nullo iure ſuffragante: vt mihi videtur, ſaltem non legi.

Reſeruationes & manus appoſitiones tollũtur & quędã extrauagantes.

38 Sed iſtæ omnes reſeruationes, & manus appoſitiones fuêre in concilio Baſilien. ſublatæ, & hoc in Gallia ſeruamus vt non recipiamus reſeruationes, nec manus appoſitiones. §. reſeruationes. de coll. in Pragmat. vt ſcripſi in Concord. in rub. de reſeruat. & Gemi. in c. ſtatutum. co. 2. de præb. lib. 6. dicit Extrauagant. ex debito, tantùm in vita conditoris duraſſe, dum dicit donec Chriſti indignatio, &c. ideo ex libro expungenda eſſet, cum non ſit in vſu: & omnia alia iura reſeruationes explicantia, vt dicũt: tamen propter malos piſces non rumpimus retia, ſic nec iura eò quòd aliqua non ſeruentur, ſed in ſuo ſtatu conſeruantur, & maximè quia alibi cuſtodiuntur.

39 Idem in extrauagan. ad regimen, de præben. dicit gloſſ. reg. cancella. reg. 1. 30. & 62. propter ſimilia verba in eis poſita. & idem probat Gemi. in cap. ſi Apoſtolica. in fin. de præbend. quamuis Rom. conſ. 260. in propoſito, verſic. ſecundo, dicat eſſe extrauagantes, & approbari per Paul. 2. in extra. ad Romani, de præb. & Æneas de Falco. in tract. de reſer. in 4. præl. & in q. 4. in decimóſexto effectu refert.

Decretum Papę in reſeruatione appoſitum nullum reddit & titulum, & poſſeſsionem.

40 Notandum eſt quòd decretum Papæ in reſeruatione appoſitum, nedum titulum afficit, & annullat, ſed etiam poſſeſſionem. arg. c. ſi eo tempore, de electio. in 6. c. vt noſtrum, de appellatio. & poſſeſſio contra Papæ reſeruationem accepta caret omni effectu, & iuris adminiculo, ſine quo in beneficialibus poſſeſſio non procedet, c. 2. vt lite pendent. libr. 6. Rota decіſ. 16. ſi contra agentem, in no. [ſub titu. de reſtit. ſpoliator. deciſ. 3.] vbi concludit reſtitutionẽ tunc negandam ſpoliato. & in deciſ. 23. ibidem. vide in §. 1. de firma & irreuo. concor. ſtabilitat. quæ ibi ſcripſi, & inferiùs in fine bullæ nouæ prouiſio.

Regreſſus in Francia tolluntur.

41 Interdum dantur prouiſiones cum regreſſu: vt reſignãs qui habuit beneficium reuertatur ad illud, moriente, vel cedente reſignatario: vt dixi in tit. de reſer. in concordant. & in Francia ſunt ſublatæ: & ibi adduxi Areſtum: & dicã inferiùs in 3. part. tract. de reſigna. in fauorem inter coniugatos vulgò dicitur habere locum, *les regretz*.

Prouiſio cũ acceſſu vel regreſſu quæ, & an procedat.

42 Aliquando prouiſio fit cũ acceſſu: ſi Papa cõmendauit beneficiũ cardinali cui commendę Cardinalis ceſſit literis, non cõfectis, nõ poteſt conferri alteri & dari regreſſus cardinali, quia nunquã illud habuit: ideo opus eſt vt bullas ſuæ prouiſionis obtineat, vel quòd detur ei acceſſus, videlicet, volumus te liberũ habere acceſſum, ac illius corporalẽ poſſeſsionem per te, vel aliũ, ſeu alios vigore præſentium literarum, quas vim validæ, & efficacis commendæ habere decernimus, propria autoritate liberè apprehendere: & in eadem commenda, quoad vixerit retinere, necnon debitis & conſuetis &c. interdicta non obſtantia, &c.

43 In acceſſu exprimuntur qualitates, & fructus beneficij, cum clauſula iſta, quòd liceat te liberè accedere. &c. & non obſtant. ſtatutis, &c. aliàs non obſtan. non vidi poni.

44 Etiam vidi in puero nominato per Regem ad epiſcopatũ, qui fuit à Papa poſteà recuſatus. Rex nominauit ſenem, quem Papa recepit, & voluit ſi hic ſenex moreretur, quòd puer nominatus liberum ad dictum epiſcopatum, ad quem fuerat nominatus, haberet acceſſum. hactenus de acceſſu & regreſſu: vide quæ ſcribam inferiùs titul. de regreſſibus.

45 Beneficia in curia vacantia, vel intra duas dietas iuxta curiam, etiam hodie ſunt Papæ reſeruata. d. c. 2. & c. præſtanti. de præb. libr. 6. extrauag. ex debito, de electio. in communib. & extrauagan. prima de præben. & hoc ſeruamus hodie etiam in Francia: vt ſcripſi in rub. de reſerua. in concordan. Hactenus de his reſeruationibus.

De expe

De expectatiuis.

1 Tem Papa solet scribere ab beneficia vacatura per expectatiuas: & quamuis pōtifices veteres collationes concessissent liberas episcopis & singulis eorū in suis Episcopatibus, tamen dicunt doctores Papam maiorem sibi potestatem retinuisse, per c. dudum, de præbend. libr. 6.

Quatuor menses dati episcopis in anno ad cōferendū, nō vltrà.

2 Ideo in Germania & aliis multis prouinciis quatuor tantùm menses episcopis reseruarunt, videlicet Martium, Iunium, Septembrem & Decembrē, in extrauag. ad regimen. vbi primi duo menses sunt Papæ reseruati, & tertius videlicet Martius episcopis, & sic deinceps, & iure nescio quo tot vigiliis excogitata iura vno verbo subuertere, c. ecclesia. de electio. & ipse non ita cognoscit doctos absentes, sicut in suis locis episcopi: ob id melius est Papæ, in conscientia dico, vt episcopi conferant: vt etiā vult gloss. in pragmat. sanctio. in §. cui rei, de reserua. poterit tamen per præuentionem conferre. vide in prouincial. fol. 51.

Expectatiuæ quæ.

3 Expectatiuæ verò gratiæ sunt ex quibus beneficium impetrans expectat: & istæ sunt etiam abolitæ in concilio Basilien. vt in §. volens, de colla. in prag. scribitur: & in c. fin. de concession. præben. vide tamen decem formas per Staphile. in tractat. de literis gratiæ, in princip. & gratia expectatiua non datur per cancellariam ad beneficia in commendā retinenda, siue secularia, siue regularia.

Expectatiuæ improbatæ, & quā obrem.

4 Sed quia expectatiuæ ingerunt votum captandę mortis odiosum etiam gentilibus, cap. 2. de concessio. præben. & continent reseruationem: ideo in hoc regno sunt abolitæ: & quia alienæ saluti sunt nimis præiudicabiles: & suscitantur lites infinitæ, contentiones, & rixę inter Christi ministros: oriuntur rancores, & odia plerumque implacabilia nutriuntur, fouetur pluralitatis beneficiorum ambitio execrabilis, pauperes clerici innumeris personarum & rerum discriminibus subiiciuntur, & per cauillosos indebitè opprimuntur: aliæque rationes exprimuntur in proœ. Pragma. Sanctio in §. cæterum, & in §. cui rei. de reserua. & quia expectatiuæ reseruationes continent.

5 Vnde consuluit Roma. consil. 280. quæstio. non valere Papæ prouisionem de dignitate electiua factam intra tempus eligendi contra decreta Basiliē. cōcilij: quia per has reseruationes immutatur, perturbatur, ac decoloratur vniuersalis ecclesiæ status: & cuncti ecclesiæ ordines scādalisantur, vt tractaui fusiùs in concordan. de his hactenus.

De rescripto in forma communi, & in forma pauperum.

Episcopus prouidere illi quē promouit tenetur.

1 Liud rescriptū est, cùm secūdum Apostolum: nā episcopus non debet aliquē ad ordines ꝓmouere, nisi habeat vnde viuere possit: ca. nō licet, & c. episcopus, de præbend. ideo si episcopus ordines sacros conferat alicui pauperi, tenetur illi prouidere, c. cùm secundum, de præb. c. si episcopus, illo titu. libro 6.

2 Et ad hoc exequendum impetrabat promotus literas à Papa ordinatori directas, quòd isti prouideret pro qualitate personæ, vt honestè ac commodè viuere posset dato executore, c. si pro clericis, & c. si pauper, de præbend, lib. 6.

Forma literarū in forma pauperum.

3 Et quia sic communiter pro omnibus ordinatis Papa scribere solebat, ideo in forma communi vocantur, c. postulastis, eodem c. accepimus, de ætat. & quali. quæ sic dictabantur, Venerabili fratri episcopo Parissien. & cap. dilecti filij, N. de N. pauperis clerici N. diœces. apud Apostolicam sedem constituti supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandauimus, quatenus de vita & conuersatione ipsius clerici, qui (vt asserit) beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores super hoc deputatos à nobis de literatura examinari fecimus diligenter quinque &c.

4 Et hac forma primò mandatur prouideri pro paupere clerico: nā si diues esset in patrimonio, non scriberetur. c. postulasti, de rescr. c. clericos, 1. q. 2.

5 Ideo dicūtur in forma pauperum: quia hæc forma pauperibus est assignata: & qui fingit se pauperem impetrando, nihil reportat, nisi ventum: vtor verbis Baldi in c. cùm adeò, in prin. de rescr.

Quòd literæ in forma pauperum dicātur iustitiæ.

6 Aduertite tamen, quòd hæ communiter à nostris iuris interpretibus vocantur literæ iustitiæ: vt gloss. in verbo gratiæ, in extrauagan. Sedes de concession. præb. in Extrauagant. Ioannes 22. At veriùs literæ iustitiæ dicuntur, quæ tendunt ad iustitiam administrandum: sed istæ, ad gratiam & non ad iustitiam tendunt: nec refragatur quod iustum sit his prouideri, ergo sunt literæ iustitiæ: non sequitur: alioqui sequeretur quòd omnes literæ gratię vocari possent literæ iustitiæ: vt in decis. Rot. 7. de rescr. ideo considera si vocari possent literæ gratię iustæ, sicut rescriptum dignum arbitramur inferiùs, non quòd aliæ iustæ non sint vel esse debeant.

Habentes vigintiquatuor libras est incapax ad loca collegij ꝯ danda.

7 Sed hæ magis, vt dicimus de contractibus bonæ fidei: in §. Actionum, de actio. in insti. & Gomes in tract. de expect. in 9. forma, nu. 76. vbi dicit habentes vigintiquatuor libras posse has literas impetrare: sed per assecutionem beneficij pensio cessabit & extinguetur. idem docet Staphil. in tract. de lit. gra. in 9. forma expect.

8 Quod facit pro multis collegiis huius ciuitatis, in quibus est statutum, quòd habentes in reditibus vigintiquatuor libras non possunt bursam, nec locū obtinere in collegio: scio hoc statutum esse in collegio Narbonens. & Heduen. Sed væh his, qui non seruant: quia hodie potiùs & bursæ, & alia beneficia dantur diuitibus & ebriis beneficiorum pluralitate, quàm pauperibus: nam semper habenti datur, & puto pauperem hîc dici, qui commodè viuere non potest: vt in cap. 1. de præb. in 6. dixi in tract. de congrua portio. quamuis Calde. in reper. in verb. pauper, dicat eum pauperem, qui habet minùs quàm sibi placeat: & sic omnes essent pauperes, vt alibi dicam.

Pauper quis.

9 Secundò scribitur in his literis pro eo, qui non habet beneficium, nam si haberet, non pro eo scriberetur, quia non esset pauper. c. si pauper, de præb. lib. 6. vel si haberet patrimonium: vt dixi, cap. si

Differentia in forma pauperum datur.

Episcopus

Episcopus, de præben.eodem.

10 Et in hac forma pauperum non datur dispensatio super defectu natalium, neque super ætate, quia illi, qui examinant & signant tales supplicationes, non habent talem potestatem dispensandi: & quia forma debet esse munda, & nihil aliud continere, maximè postquàm iste promotus est, ergo non patitur defectum ætatis, per c. cùm in cunctis, de elect. cle. generalem, de ætate.

Episcopus quem ordinauit iterũ examinare non debet.

11 Tertio examinari à Papa anteà debebat, vel ab executoribus eius, c.fi. de presum.cap.si pro clericis, de præb. lib.6. nec episcopus iterum debet illum examinare, quem ad suscipiendos ordines dignum existimauit.cap.accepimus, de ætate & qualitate, & d.c. cùm secundum. & debet examinari, si bene legat, construat, & cantet, gl. in d.c.si pro clericis, de præb. in 6. & Galli præponderant cantum domi. ibi & de moribus examinari etiam debet, in cap. cum in cunctis, de electio. cap. cùm in iuuentute, & c.inter, de purga. cano.

Pauperes præsumptionem morũ non literaturæ habẽt.

12 Et prius in literatura, quàm in moribus iubetur examinari: quia præsumptionem pauper habet contra se quòd literatus non sit: quia Iuuenal. inquit. *Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat Res angusta domi. &c.* sed præsumptionem de moribus pro se pauper habet, ac alius.c. si fortè, de electio. lib.6. doct. in l. sciendum.ff.de verb.obli.

13 Licet aliàs de moribus priùs quis sit interrogandus, Dauid bonitatem potiùs sibi expetiit, quàm scientiam: & neque facultates, neque dignitas est ita sufficiens, vt bona electio, & benigni mores, l. scire, §.penult.ff. de tuto. & cura. datis ab his.

De scientia quis est interrogandus.

14 Vel quia episcopus dum eum ordinauit, debuit inquirere de moribus & ætate: ideo Papa non mandat nisi de lituratura inquiri, & scientia, quæ est illis necessaria, vt modicum plus sit instructus circa sacramenta, quàm simplex laicus, teste Innoc. in c.1. de summa trinita. Bal. in rub. de summa trinita. ibi sequitur & Barba. in tracta. de præstant. card. in 10.q. partis primæ, col.2. & seq. facit l. si quid venditor. ff. de ædilitio edict.

15 Item papa dicit se eum examinasse in literatura, quem idoneum reperit in illa, d.c. cùm secundum Apostolum.

16 Præterea mandat inquiri, si vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis eum reperiant, & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat: vt superiùs dixi, per cap. accepimus, de ætate & qualita. nec dignus dicitur ad aliud beneficium, qui vnum habet, c. cùm adeò, de rescrip. ideo nec dicitur idoneus, c. is cui, de præb. lib.6.

Clausula si aliud canonicũ ei non obsistat.

17 Adhæc si aliud canonicum ei non obsistat, idest non si homicida, irregularis, vel aliàs inhabilis: vt declaraui in tracta. de pacific. possess. in 4. limita. in concorda. Innoc. in c. cum nostris, de concessio. præb. declarat Staphile. in tra. de literis gratiæ, in noua forma expecta. dicam inferiùs pleniùs.

Pauperibus quare non prouideatur in ecclesiis cathedralibus.

18 Insuper exprimitur in his literis, ne isti prouideatur in ecclesia cathedrali, fortè propter præeminentiam illius ecclesiæ, c. quamuis, primo. de præb. lib.6. & ne in eis personæ viles, vt sunt isti, obtineãt beneficia Gomes. vbi suprà.

19 Sed ego dicerem istos pauperes non excludi ab illa ecclesia, sed non vult Papa cogere Episcopum ad prouidendum eis in ecclesia cathedrali, quia ibi docti esse debent: & hic pauper fortè non potuit studere ob penuriam: ob id non compellitur Episcopus ad prouidendum isti pauperi ibidem. quia Papa non vult grauare eum maiori grauamine: quia si episcopus eum inuitum reciperet, eum odio prosequeretur, & eum semper in conspectu suo haberet: ideo Papa non vult grauare Episcopum in ecclesia cathedrali, vt sibi prouideat.

Verus valor beneficiorũ quando exprimi debeat.

20 Vltimò taxatur valor, vt vsque ad talem summam videlicet quinquaginta librarum prouideatur vt notatur per glo. & doct. in d.c. si pro clericis pauperibus. nam minores minora decent, c. ad aures, de rescrip.

21 Vnde si cardinalis impetret beneficium ducentos excedens aureos, tenetur verum exprimere valorem, etiam in Francia, & hoc propter concilii Lateran. constitutionem, anno 2. Leonis decimi editam, qua cauetur, quòd de cætero cardinalibus non commendentur, aut conferantur beneficia quorum fructus ducentorum ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem non excedunt, vt pauperibus de his prouideatur teste Cassado. in decisio.2. de præb, quia miluus non capit [vt adagio dicitur] muscam, nec elephas.

22 Ideo ordinarius hęc minora non potest cardinalibus conferre, quamuis quidam os habeant apertum ad omnia deuorandum.

De maiori quando prouideri possit, si de minori mãdatur.

23 Nec poterit prouideri de maiori summa, quia caussa taxationis gratię hæc verba apposita sunt, per text. in c. cui non de sacerdotale: de præb. lib.6. secus quando summa conscribitur caussa demonstrationis secundum doct. ibi, & Feli. in cap. ad aures. col. 7. de rescript. ac Gemi. consi. 111. donamus.

Renunciare titulo suo non potest presbyter.

24 Hodie promouentur non habentes beneficia ad titulum patrimonii; vt in c. postulasti de rescri. qui debet esse sufficiens pro qualitate personę, d.c. cùm secundum Apostolum, quem non possunt remittere, nec Episcopo renuntiationem facere gl. in cap. si Episcopus 1. de præb lib.6. quia hoc non concernit fauorem totius cleri, & honorem, videlicet ne mendicent in dedecus totius cleri, c. diaconi vlt. 63. dist. c. si diligenti, de foro competenti.

Titulus presbyteri vendi vel donari non potest.

25 Et hic titulus non computatur in legitimam, nec potest vendi, nec donari, aut in alium transferri, teste Io. Fab. in §. fin. de inoffi. test. nec is tenetur illum conferre. Fab. in l. si emancipati. C. de collatio. quem sequitur Cassad. in consuetu. Burgund. in rub. *des successions.* §. quinto. gl. *Meilleur de l'autre*, nu. 51. & in isto gaudet priuilegio clericorum vt nihil pro collectis, vel aliis oneribus soluere teneatur. Dec. in c. episcopus de præb. ista nunc missa faciam, quia parum in vsu sunt.

De rescripto in forma pauperum pro graduatis.

1 ALia erat forma pauperũ pro graduatis: nã olim Papa scribebat pro baccalaureo vel alio graduato sic, Dilecto filio N. de N. presbytero N. baccalaureo in legibus salutem vbi mandabat Papa reseruari beneficium

conferendum isti, nisi esset in ecclesia cathedrali: si eius fructus non ascendat ad certam summam, quã taxabat: & formam istius prouisionis licet videre in praxi cãcellariæ Roma. in fin. verùm quia ista non est frequens, ob id illam missam facio.

Nominationes successerunt in locum rescripti in forma pauperũ graduatorum.

2 Et istæ formæ erant introductæ, quia iustæ erãt, & pontifices summi non solebant grauare ordinarios nisi iustè, sed cum Romani Pontifices cœperunt omnes passim grauare per reseruationes, & expectatiuas siue iustè, siue iniustè, tunc abolitæ fuerũt istæ formæ, & diuitibus tantum sunt distributa rescripta afferentibus aurum & argentum, tamen nominationes hodie, quæ graduatis dantur, successerunt in locum istius formæ: & ideo possumus ex ea arguere ad nominationes vniuersitatum.

Examinari graduati nominati non debent.

3 Notandum est, quòd quando Papa pro graduatis scribit, nunquam de idoneitate impetrantis inquiri mandat, nec examinari, cùm sit ab vniuersitate approbatus: diuersum est in alijs, vt docet Feli. in cap. fi. de præsumptio. & Staphile. in tra. de literis gratiæ, in 10. forma expecta.

4 Sic dixi in nominatis, vt ab episcopo non sint examinandi: ne fiat iniuria vniuersitatibus, in §. præterea, gl. altiori, de colla. in concorda. & quia episcopi non inuenirent aliquem idoneum, etiam si esset innocens tertius, cùm nominatos exosos habeant frequenter. vide Staphile. in tract. de literis gratiæ, in vltima expecta. forma, in fi.

De rescripto dignum arbitramur.

1 Liud dignum arbitramur, & congruum, vt illis se reddat sedes apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragãtur: volentes itaque dilectum filium Io. N. Magalonen. diœces. apud nos de religionis zelo, de nobilitate generis, de literarum scientia, de vitæ ac morum honestate &c.

Idoneis dignũ est prouideri.

2 Hoc rescriptum dignũ arbitramur, sic ab effectu vocatum dicitur, non quòd non sit dignum scribere pro aliis, sed sic scribere est magis dignum, quando Papa alicui prouidet de beneficio vacante, vel de vacaturo prouideri mãdat, si impetrans sit idoneus, & laudabilis vitæ, dignus est vt illi quoque prouideatur, per textum in clemen. vnic. de officio deleg. Felin. in cap. Postulasti, col. 3. de rescript. & in ca. fin. de præsumptio.

3 Et regulariter hoc rescriptum datur ad vacatura, & Papa examinari mandat impetrantem, & post examinationem, si eum idoneum inuenerit, prouideri: ideo solet apponi clausula, Mandamus quatenus, si post diligentem examinationem dilectum N. ad obtinendum beneficium idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, eidem N. autoritate Apostolica conferas, & prouideas.

4 Hodie bonum esset, vt ista inquisitio fieret ab ordinario, & comprobaretur rescriptum pontificis summi, quemadmodum comprobantur rescripta principum secularium: quia multa mendacia Papæ exprimuntur, & hoc fieret saltem ex officio: nisi ordinarius videret inferri grauamen alteri, tunc ille vocandus esset, & summariè esset audiendus, & expediendus: nam maius periculum est in his beneficijs, quàm in profanis, ideo in hoc esset cautiùs agendũ: cap. vbi periculum, de electio. lib. 6. sed dignum hodie arbitramur afferenti pecuniam prouidere, quod est alienum ab hoc rescripto.

De Nominationibus.

Nominationes sunt loco expectatiuarum.

Ltimum est rescriptum ad vacatura per nominationes concessas ab vniuersitatibus graduatis: Papa olim solebat istis dare expectatiuas, verùm quia post cõpletum studium pauperes nõ valebant has expectatiuas à Papa impetrare, ob id statuit concilium Basilien. dandas esse has literas ab vniuersitatibus Frãciæ, quod approbauit Gallicum concilium: vt patet in titul. de colla. in prag. & hodie Papa, & Rex hæc approbarunt in concorda. in rub. de colla.

Sunt quædam aliæ nominationes, quæ concilia-rijs senatus Paris. conceduntur, de his an ritè concessæ sint, me remitto ad eorum concessionem, ne plura. vide Petrum Paulum Paris. consi. 40. quamuis, in 4. vol. & Staphile. in tract. de liter. gratiæ, in 3. forma manda. versic. & ista sunt notanda.

Notandum tamen est, quòd Galli in hoc regno Franciæ communiùs non vtuntur his scriptis, nisi duobus mandatis, videlicet & nominationibus: & alia rescripta ad vacatura sunt per iura Gallica, & per dessuetudinem, imò per contrarium vsum ferè abrogata, ideo super nominationibus edidi vnum tractatum, quem adiunxit gloss. concorda. vbi abunde hanc tractaui materiam, igitur amplius hîc non eam tradam, sufficiat ibi dixisse.

Petenti prouideri de vacaturo conceditur etiã de vacante.

Signa tamen, quòd petenti à Papa sibi prouideri de vacaturo, dantur literæ de vacante, & è conuerso, prout expedierit impetranti, vt est in regula cancella. 68. hactenus de rescriptis ad vacatura beneficia: pergamus ad vacantia, in quibus frequentissima & vtilissima aderit materia.

De Rescriptis ad beneficia vacantia

1 SVperest, vt nunc scribamus de rescriptis, quæ beneficia respiciunt vacantia, & hæc quidem varia sunt: sed ea quæ habentur in vsu quotidiano tractabimus, reliqua dicanicis curiæ Romanæ, qui super his versantur, relinquentes.

Vacans beneficiũ aut in titulum aut in commẽdam aut in proprietatẽ datur.

2 Primùm itaque dicendum est beneficiũ vacans aut in titulum concedi, aut in commendam, vel in proprietatem, vt per vnionem: de quibus inferiùs dicetur. In titulum tunc concedi dicitur, quando alicui sic assignatur ecclesia, vt in illa conscribi, denominarique, ac illi ecclesiæ præesse possit.

In titulum quando beneficium cõcedatur.

3 Et dicitur intitulata illa ecclesia, id est conscripta alicui, & iure assignata, in c. dudum, 2. de electi. vbi gl. exponit, & tex. in c. 1. in 12. q. 1. dicit quem non debere connumerari in duabus ecclesiis, vt inter clericos numeretur, duarum ecclesiarũ. gl. ibi. & ibidem dicitur in fi. neminem debere conscribi in duabus ecclesiis: & idem dicitur in c. clerici, ibidem.

4 Et conscribi pro intitulari exponit Archidia. in summa, ibidem dicens ideo dici quia olim nomina clericorum in quadam charta seu libro scribebantur, quæ vocabatur matricula. c. contumaces, 1. dist. de qua

de qua triplici matricula scripsi in tracta. de regestris,in 2.tomo constitutio. reg.

5 Nempe is qui titulum habet,ius habere censetur in illo beneficio, vnde nominari & conscribi poterit sub titulo illius beneficij, adeò vt beneficium suum possit dici, c. pro illorum, de præb.c. Audita, cum similibus, de restitutio.spolia.

6 Alibi dicitur tuum beneficium,quod quis in titulum habet post acceptationem. c.si tibi absenti, de præb.in 6.c.auaritiæ, & seq. ac c.nisi, de præb.dicitur etiam ecclesia vestra, in c. prætereà, de præbendis.cum similibus.

7 Itaque dicitur is ius habere tale,ex quo illius beneficij fructus recipit,administrat, ac vsus in suos illos conuertit, prout de iure, in c. de his, de ecclesijs æd.fif.c. concessa,& seq. 12.q.2.

Beneficiarius dicitur rerum ecclesiæ administrator, licet plenum ius in beneficio habet.

8 Etquamuis non dicatur quilibet beneficiarius, etiam habens titulum, nisi administrator rerum ecclesiæ, cui præficitur, & non dominus, quia res ecclesiæ alienare non potest, cap.2.de dona.tamen ius habere in illa ecclesia plenum dicitur ratione tituli, quem in illa habet, adeò vt omnia in illa facere sit licitum, sicut qui quasi proprietatem haberet.

9 Ideo interdicto vnde vi, agere potest, si spolietur sua ecclesia.c. pastoralis, de caussa possessio,cap. Audita, & per totum, de restitu. spolia. & aliis interdictis.c.pastoralis, de caussa posse.

10 Sicut maritus dicitur ius habere in vxore, vt sua dicatur vxor, tamen maritus non dicitur dominus rerum paraphernalium vxoris l.doce ancillam. C. de rei vendica.sic dicitur in beneficiario, vt sua dicatur ecclesia in qua habet titulum, id est, quæ ei assignata est, vt de fructibus eius viuere,nominari rector, curatus, ac præesse in illa ecclesia possit, ac illi deseruire. ca.fi.21.q.1. tamen in ecclesiæ rebus est administrator, vt eas administrare, & non alienare debeat c.1.& per totum,de reb.ecclesi.non alienand.

Papa multis modis beneficiis prouidet.

11 Quandoque Papa ad nominationem alicuius prouidet vt in c. quod sicut, de electione,vt scripsi in tractatu de Regia nominatio in concorda.

12 Aliquando ad patroni vel patronorum consensum, seu præsentationem: vt per totum titulum de iure patro. de quo dicitur in signatura.

13 Interdum suo solo iure prouidet, vt de episcopatibus, & dignitatibus superioribus, & consistorialibus, ac de beneficiis in curia vacantibus. c. quāto, de translatio. Episcopi, & c.2.de præb.in 6.vt est à iure statutum, licet huic sit derogatum.

14 Iure etiam deuoluto suo iure confert.c.2. de cōces.præb vt inferiùs dicitur in deuolutionis materia.

15 Ratione præuentionis quæcunque beneficia etiā qualificata cōcedit.§.declarantes, de man. Apostol. in concorda. & de his omnibus abundantiùs tractabitur inferiùs.

16 Vel ratione concursus, quia Papa concurrit cū quolibet ordinario. c. dudum, de præb.lib. 6. dicetur in d.tract.deuolutio.infra.& scribit Ioan.Corras. doctor Tholosanus in paraphr.sacerd.in ij.par.cap.j.

Titulum beneficij quis probare teneatur

17 Quæro, quis titulum beneficij probare teneatur? Respon. pars, quæ pro illo agit arg.l. actor.C. de proba.Intelligo ego, quòd si dicam me priorem, vel curatum sancti Seuerini, oportet quòd probem collationem, vel prouisionem mihi factam: nec sufficeret probare,quòd pars aduersa nullum ius habet, si ego non probarem titulum meum. alioqui absolueretur reus possessor. c.ex literis, de proba.l. qui accusare, vbi doct.C.de eden.de rota decis.70. no. quòd ibi constat, in antiq.

18 Et ita tenet curia, & de mandato Inno. Papæ sic fuit pronunciatum:nam quis de suo iure non de alienando agit, ideo de eo docere debet. c.post electionem, de concessio. præb. vbi obtinuit Honorius, quia possidebat, licet aliter non probauerit de iure suo, teste Cardi.præpos. in c. contra morem, in fi. 100. dist. nempe non curamus de iure defensoris, si nō cōstet de mēte & iure petitoris,l.si C.de rei vēd.

19 Ideo non solet adiudicari alicui beneficij possessio, nisi suum probet tit. etiam coram iudicibus Regiis,qui de possessione in hoc regno cognoscūt. possessor tamen titulum docere non tenetur, si pacificè possideat.

Episcopus inquirit de titul. beneficiorum sua diœcesis.

20 Limitatur nō procedere, quando Episcopus ex officio inquirit,iuxta cap.ordinarij,de offic. ord libri 6.nam tunc debet probare etiam possessor suum titu. §.inquirant, de pacific.possesso.in prag. & in concorda. & si non probauerit titulum, remouebitur beneficium ab eo. cap. ex frequentibus, de institu.cap.fi. de cleric. peregri. & cap. licet Heli.de simo.

21 Ideo Episcopus in sua prima visitatione debet omnes curatos monere, vt titulū ostendant, qui si videat esse inutilē,vel illum possessorem nullū habere, ipse cōferre poterit illa beneficia: quod est vtile.

22 Secundò limitatur quando præsumptio transferret onus probādi in aduersariū: tūc etiā possessor teneretur probare glo.& doct. in d.c.contra morem.

23 Tertiò quando vi possidere possessor probat,l. vis eius,C. de probatio tamen agens possessorio non tenetur probare se licitè possidere, nisi quando est contraria iuri nuda possessio.ita notat Innoc. in cap. licet, de probat.quem refert Bal.in Marg. in verbo agere, q.6. vide glos.in summa 2.q.5. & Alex.in l.si alienam.ff.solu.matr.

Titulus literis probatur.

24 Quomodo probatur hic titulus? respon.per literas. c.executor. de concessio.præb.lib 6. scripsi in ti. de man. Apost. in §.1.in verb. literas, in concord.

25 Nec sufficeret probare mandatum, vel nominationes, nisi in vim illius mandati collatio facta probaretur, aut in vim nominationum.c. duobus, ne rescriptis lib.6.c. si capitulo, &c.si soli, de concessio præb. ibidem.

26 Item non sufficeret probare præsumptiuè titulum, vtpote si canonicus probaret se habuisse stallū in choro, locum in capitulo, legisse Euangelium, vel lectionem tanquàm canonicum.cap. dilecto.de præb.adhuc tenetur probare suam institutionem, & titulum.c.ex insinuatione, de procura.sicut in liberto ecclesiæ.c.loginquitate, & c. liberti. 12.q.2. Præpos.in d.c. contra morem. 100. dist. [Sed si prouisus amiserit collationis literas,poterit cogere secretariū, & scribam Episcopi,vt det ei literas suæ prouisionis: per legem sicut datam.C.de libera.cau.]

Melior titulus præfertur,& quis dicatur melior.

27 Dicet quis,quādo vterque probat suum titulū, vter præferatur? Respon. melior titulus & canonicus.c.1.de reg.iu.in 6.ibi, canonica instit.

Inter plures collationes quæ præferatur.

28 Melior dicitur prior. c.duobus,& c. tibi qui, de rescrip. in 6. c.eam te, illo ti.in antiq.vbi Feli.limitat. facit c.eum cui, de præb.in 6.

29 Et si sint eiusde diei nec apparet quis prior obtinuerit collationem, tunc si à diuersis collatoribus tituli sint, is dicitur melior, qui priùs obtinuit possessionem: si neuter acceperit, is qui habuit à maiore collatore, vtpote à Papa vel eius legato, propter conferentis prærogatiuam, c.si à sede, de præb. li.6.

Collatio episcopi præualet collatione vicarij. Arrestum.

30 Si verò collationes sint ab vno & eodem collatore, sed vna ab episcopo, altera ab eius vicario, tunc valebit illa, quæ est ab episcopo propter maiorem prærogatiuã. d.c.si à sede. nisi ille qui habet à vicario adeptus fuerit prius possessionem, per cap.si à sede, quod licet loquatur in collatione facta à diuersis collatoribus, non ab vno, tamen eadẽ est ratio in collationibus ab vno & eod. factis: vt iudicauit senatus Paris. pro Petro Molin. contra quosdam alios, anno 1519. die 29. iulij.

31 Si verò ab vno & eodem, tunc si non possit de prioritate apparere per librũ collationũ, neutra valebit, argu. l.duo sunt Titij, de testa.tutel.ff. vide quæ copiosiùs scripsi in tracta. de pacific. poss. in 17. limita, vbi abundè materiam cap.si à sede, tractaui & meliùs quàm alibi viderim traditam.

De parua data.

1 Erùm quia parua data vsum habet frequentem, priùs eã tractare conuenit: & sciendum est, quòd si hodie 15. Iunij vacauit beneficium sancti Pauli Paris. ego verò misi Romam, vt impetraretur dictũ beneficium per obitum talis N. die quo offeretur datario ista vacatio, subscribet datarius, Datum Calend. Iulij vel alio die, &c.

Parua data quid continere debeat.

2 Et interdum iste libellus continens modum vacationis, nomen beneficij, & illius cui est conferendum, ac per mortem cuius vacet, duplicari solet, & datarius vnum apud se retinere, & alterum parti impetranti tradit; & solent quidam mensularij hanc paruam datam exigere singulis diebus, quãdo sciũt aliquem morbo affectum, donec pars mittat verè, quo die ille mortuus fuerit: & considerata regula de verisimili notitia, quo die iure à Papa conferri potuit: & ab eo die pars assumit signaturam, & quia infinitę fiebãt super his fraudes: ideo [data est potestas datario Papæ statuere & decernere quæ sibi pro tempore videntur expedire, & propterea tempore Pauli tertij per eius datarium] statutum fuit Romæ ad obuiandum his malitiis hominum, vt sequitur.

Supplicatio duplex pro vno beneficio non datur.

3 Hæc sunt, quę R. Datarius sub sanctissimi D. N. beneplacito decreuit. Imprimis quòd deinceps nulla additio fiet regestro: non concedetur supplicatio duplicata, dies supplicationis missa ad regestrum non mutabitur, notario facultas extẽdẽdi cõsensum post lapsum tempus non dabitur.

Post annum in Francia paruæ datæ non extendentur.

4 Coadiutoriarum & regressuum supplicationes semestri lapso lacerabuntur, qui datas partium obedientię datis Franciæ immiscebit, nullæ illarum expedientur: data in Francia post annum non extendetur, qui verbum aut clausulas extra loca in supplicationibus posuerit, punietur: qui datas extra curiam mittet, punietur: qui supplicationes ex officio extensionis Datario incõsulto exportauerit, exulabit à curia, Die 16. Decembris anno domini 1544. de mandato R. partis do. Datarij, vt fraudes. quæ inter Ro. curię sollicitatores in eorũ sollicitationibus, & præcipuè in paruis datis sæpe duplicatis, & triplicatis resignationum & coadiutoriarum, ac aliarum expeditionum, in quibus consensus partium requiritur, reprimantur, & in melius reformentur, notum sit vniuersis ipsius curiæ solicitatoribus, & curialibus, qualiter deinceps nullæ paruæ datæ pro absentibus à dicta curia concedentur, aliàs quàm super mandatis, quę infrà quatuor menses extendi debeãt & quæ nũc apud quoscunque tam solicitatores, quã curiales, tam super mandatis quàm aliàs inuenientur, infra dictos quatuor menses extendãtur alias omni effectu carebunt: & si præsentata fuerit aliqua data ad extendendum aliàs quàm ordine prædicto seruato, nisi talis data fuerit inter personas in ipsa curia residentes, quæ infra mensem, & datæ in Italia etiam infra mensem extendi debeant, aliàs effectualiter lacerabuntur: similiter data beneficiorum vacantium aliter quàm ex filza ipsius do. Datarij extracta: & quæ penes partes aut sollicitatores inuenta fuerit non extendetur vlteriùs, quæcunque supplicationes coadiutoriarum, & regressuum, ac cessuum, &c. necnon tam fructuum, &c. quàm aliarum reseruationum, administrationum, ac stalli, &c. [quæ nunc inueniuntur apud ipsum dominum datarium retentę, infra quatuor, aliæ verò supplicationes earumdem coadiutoriarum, regressuum, &c. deinceps retinendæ, infra duos menses expediri debeant, aliter lacerabuntur.]

Extra curiã non mittentur paruæ datæ.

Datarius secretus sit, aliàs punitur.

5 Alia de hac parua data relinquam pragmaticis curiæ Rom. & concessio Papæ à data huius paruæ datæ conscribetur, & ita fieri solet, & in reg. Alexand. Sixti continetur datarium secretum esse debere, vt collegij secreta non reuelet, nec collegam, aut aliũ, qui concessioni contradixerit: alioqui periurij, & suspẽsionis pœna per mẽsem à signatura incurrit.

De signatura gratiæ.

Vnc dicendum est de supplicatione, seu signatura gratiæ: & primò quid sit, quæ in ea requiruntur, & quomodo signetur, & an probet, & de clausulis in ea contentis: & alia quæ supplicationem tangent, per singula verba, seu clausulas elucidabimus.

2 Primò dicemus quid sit signatura, vt à definitione proficiscatur institutio nostra, iubente Cicerone lib. officio. primo. facit l.j.ff. de iustit. & iure, saltem per modum descriptionis.

Signatura quid sit.

3 Signatura est scriptura in papyro conscripta, à Papa, vel eius delegato, absque sigillo, in medio scripta, partis supplicationem, Papæque concessionem breuiter continens.

Scriptura requiritur in signatura.

4 Primò dico, quòd supplicatio seu signatura est scriptura: nam omnis supplicatio scripta est, nec posset probari, nisi per scripturam, cùm ante scripturam non dicatur signatura. quia non est signata, nec signari id, quod non est, potest: argum. l. decem. ff. de verb.

verb.oblig.Doct.in rub.de const.scripsi in §.j.in ver. literas,de mand Apost.in Concord.

5 Et sic est vnus casus in quo scriptura requiritur vltra conscriptos per glo. in c.1.de censib.lib.6. licet aliàs actus tantum valeat sine scriptura,quantum cũ scriptura.l. pactum quod bona fide. Cod. de pactis. fiunt enim de his scripturæ, vt quod actum est per eas faciliùs probari posit: & sine his valet,quod actum est.l.contrahitur.ff.de pignor.

6 Ratio est, , quare in gratia requiritur scriptura, quia est valde difficile testibus deponere de omnibus, quæ in gratia continentur: vt docet Cardi. in prœm.clc.§.sanè q.5 prout refert Fel.in rub.de constit. col.4.

7 Vbi limitat in tribus casibus: primus est in probanda qualitate gratiæ, per text. in c. Auditis, de restit.in integ. gl.sing. in c. duobus. de rescript.in 6. & in c. si à sede, de præb. ibidem vbi gratiæ prioritas per testes probari potest.

8 Secũdus casus est in foro cõscientiæ:potest enim quis vti gratia, etiam sine literis. Abbas in clem. dudum.in fi. de sepul.post glo. ibi incipien.verbo. scripsi in interpretatio. ca. postulastis de cleric.excom. minist.

9 Tertius casus est,quando agitur de probando tenore gratiæ, cuius literę sunt prædictæ.c.cùm olim, de priuileg.text in l.sicut.vbi Bart.C. de fide instru. l.testium. in fi.ibid. alios casus scripsi in concord. in glos. literas, de manda. Apostol.& sic opportet priùs factam esse scripturã, antequam dicatur signatura, quę si posteà amissa fuerit,probari per testes poterit, vel per sumptum extractum ex libro signaturarum Romæ, quòd probat: vt inferiùs dicam.

Signatura in papyro conscribi solet, bulla in mẽbrana.

10 Secundò dico in papyro conscripta, ad differentiam bullæ: quia regulariter supplicationes & signaturæ solent in papyro describi,non in membrana, sicut bulla: & iste est curię Romanæ stylus, qui seruandus est. c.ex literis.de const.facit c.cũ dilecta. §.nos igitur. de cõfir.vtil.ibi,cùm fuerint non in pergameno,sed in papyro conscripta.

Supplicatio quare dicatur signatura.

11 Tertiò dicitur à Papa,vel eius delegato subscripta:quia signatura non dicitur,nisi signata sit,& subscripta, & eo dicta est quòd signetur, id est subscribatur:vt inferiùs dicetur in eius prosecutione.

12 Et quamuis de iure ciuili signare sit signũ imprimere, sigillare,vt dixi. in l.subsignatum. ff. de verb. sign.de iure tamen Canonico,in quo versamur, potissimè capitur pro subscribere, ideo signatura dicitur à digniori,id est à signo Papæ, & si à partis petitione voces,dicetur supplicatio: quia pars in ea supplicat: ideo rectè vocatur supplicatio & Latinè, pragmatici tamen curiæ Rom. signaturam vocant à nobiliori.

In medio subscribi solet signatura.

13 Nec dicitur simpliciter subscripta,sed in medio, & statim à partis petitione signari solet:sed Papa postea declarat quæ concedere intendat:vt inferiùs dicetur,& apparebit in forma signaturæ.

Supplicatio non est sigillata.

14 Quartò dicitur absque sigillo ad differentiam breuis quod in papyro frequenter datur, sed sigillũ (quo decoratur) anulũ piscatoris vocant,vt inferiùs dicetur in materia breuis eò quod piscator videlicet diuus Petrus primò vsus fuerit illo sigillo.

Continere quid debeat signatura.

15 Quintò in diffinitione dicitur partis supplicationẽ cõtinens: nã solet pars dicere beatissime Pater supplicet, &c. cum ecclesia,&c. & solet pars primò supplicationem suam inserere, & posteà Papa solet addere, fiat, vt petitur, vel concessum, vt petitur: & posteà solent describi summatim omnes clausulæ in bulla ponendæ, vt inferiùs apparebit in forma signaturæ.

16 Sextò Papæque concessionem continens, ergo necessariò signatura debet continere partis supplicationem, Papæque signum,& concessionem, vel sui delegati, aut vicecancellarij: sed cùm ipsi nomine Papæ expediant, dicitur Papæ concessio per reg. qui per alium facit, per seipsum facere videtur. de reg. iur. in 6. concessionisque expressionem, quam dispositionem vocant, ac datam vltra continere dicitur. Aegi. Bellamera decis. 559. conclusio.

Signatura cur vocetur.

17 Quare vocetur signatura? Respon. quia à Papa, vel eius commisso signari solet: & dicitur signatura,quasi scriptura signata,id est subscripta:vt in l.subsignatum. ff.de verb signific.& ibi scripsi: si ergo recusetur, & non signetur, non dicitur signatura: priuatio præsupponit habitum, sicut positio.cap.ad dissoluendum: de sponsa. impuber.

Signatura motu proprio concessa an sic vocari possit.

18 Item inferri potest, quòd si Papa concedat motu proprio absque partis supplicatione, non poterit dici signatura: quod est verum, si nullam narrationem contineret, aliàs secus nam potest esse supplicatio, & tamen Papa motu proprio concedet Bal. asserit & in c. nisi, col. 1. de offi.legat.scripsi in glos. motu proprio, in forma manda.in concord.& inferiùs dicetur: sed oportet supplicationem partis præcedere Papæ concessionem, alioqui non esset concepta secũdũ curiæ Ro. stylum,& sic non valeret.

Duplex signatura nisi in diuersis impetrationibus nõ datur.

19 Item cùm Papa semel signet eam, non debet concedi supplicatio duplicata: quia in vtraque requireretur signum Papæ, quòd non solet poni, nisi in vna: & hoc seruari tempore Papæ Pauli in 2. curia Romana solebat: vt superiùs etiam dixi fuisse prohibitum, hodie per Datarium: & non vidi duplicatam signaturam, nisi contineret diuersas impetrationes.

20 Item signatura falsa, non signata ab eo, à quo debebat signari, sed ab alio, non meretur dici signatura: quia denarius falsus denarius non est.glos.in l. omnes.Cod de hæreti.l.eleganter.§.qui reprobos.ff. de pigno. actio. scripsi in l. Paulus. ff.de verb.signi.

Requisita in signatura.

21 Secundò quæro, quæ requirantur in supplicatione? Respon. sequentia. Primò partis supplicatio, quæ durat vsque ad concessum, vel fiat: & pragmatici Romani vocant illam partis petitionem, corpus signaturę, de quo inferiùs loquemur, quia sunt termini dicanicorũ curiæ Romanæ in hac materia, ideo illis vtar, ne materiam confundam.

Corpus signaturæ & dispositio quæ dicatur.

22 Secundò subscriptio Papæ, seu cõmissi, in medio facta, non in fine, vt regulariter in aliis instrumentis solet fieri. l.hac consultissima.C. de testa. & superiùs dixi in materia tonsurę. Hîc tamen Papa in fine petitionis partis concedit, ob id ponitur concessum, verùm quia interdum non omnia cõceduntur, ideo Papa apponit ea quæ concedere vult.

23 Tertiò ponitur cõcessionis Papæ declaratio ibi,

& cum abſolutione à cenſuris,&c.nā quod Papa ſimpliciter cōcedit, dicēdo fiat,vt petitur,vel cōceſsū vt petitur, poſtea exprimit,quæ cōcedere velit:& hanc partē vocant practici diſpoſitionē ſeu clauſulas, vbi Papa conſcribit illas clauſulas,quas concedere cupit. 24 Ponitur data ſupplicationis,& conceſsionis.ibi datum, &c. vt ſignaturæ forma poſsit meliùs dignoſci,hanc nunc oculis ſubiicio, vt Imperator in §. fin. de gradib.cogna.in inſtitu,arboris graduum cōſanguinitatis arborem, ſeu formam.

Forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis cum clauſularum elucidatione.

Corpus ſignaturæ ſeu partis ſupplicatio.



BEATIS S. Pater,ſupplic.humil. S. V. deuotus illius orator Ioannes Baliui, clericus Magonen. ſeu Montiſpeſſul.diœc. V. I. D. Cùm itaque parochial. eccleſia ſanctorum Iuliani & Baralicæ loci de Balianicis eiuſdem diœce. Montiſpeſſul. per obitum quondam Ludouici Baliui extra Ro. cur. defuncti vacauerit, & vacet ad præſens, quatenus ſibi ſpecialem gratiam facien. paroch. eccleſiam huiuſmodi, cuius fructus, &c. 24. duc.au.de ca.ſe.com.ex.va. an.non excedunt ſiue præmiſſo, ſiue alio quouiſmodo, aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignat. d.Ludo. defunctis, vel cuiuſuis alterius de illa in Ro. cu. vel extra eam, etiam coram notario pub.& teſtib.ſpon. fact.aut per conſtō. execrabil. ſeu aſſecutionem, &c. aut incapacitatem, ſeu inhabilitatem cuiuſcunque perſonæ,aut prouiſione quauis, etiam Apoſt. autoritate facta, nulla & inualida exiſtē. vel aliàs vacet,etiam ſi deuol.affect. ſpecialiter vel generaliter, vel aliàs ex qua uis cauſſa, etiam diſpoſi.vel conditionaliter exprimen. generaliter reſeruat, aut litig.Cuius lit. ſtatus,&c. exiſtat eid.Io.Baliui oratori conferre, & de illa etiam prouidere dig.de gra. ſpeciali non obſtan. præmiſsis, ac generalis concilij, & quibuſuis aliis Apoſtolicis, necnon prouincialibus, & ſynodalibus conſtitutio.& ordin. ac ſtatut.&c.etiam iuramento, &c.roborat. priuilegijs quoque indultis,& literis Apoſtolicis quibuſuis eccleſiis, monaſt.locis,ordinib.& perſonis conceſ.&c.cæteriſque contrariis quibuſcunque,quibus & illorum tenoribus pro hac vice derogare placeat cū clauſulis opportunis & conſuetis.

Conceſ. vt pet.in præſen.D.N. P. P. G. Caſſat. Card. *Subſcriptio papæ,ſeu ei commiſsi eius vel delegati.*

ET cum abſol.à cen.ad effect.&c.Et quòd obſtan. oratoris habeantur pro expreſsis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſsint, necnon verus valor & vacationis modus, etiam ſi de illa quæuis generalis reſerua. etiam in corpore iuris clauſa, præterquàm per obitum apud ſedem reſultet, & quatenus litig. lit.ſtat.ac merita cauſſæ,& cauſſarum,ſi quæ ſint, ac nomina ac cognomina, gradus & qualitates iudicum, & collitigan. ſeu ſe moleſtan. habeantur pro expreſsis, ſeu in toto, vel in parte exprimi poſsint, in literis latiſ. exten.Et cum clauſula, Quamcunque generalem reſeruationem importan. ex quauis cauſſa,etiam diſpoſitiuè vel conditionaliter in literis exprimen. Et cū clauſula gratificationis,&c. Et quòd literæ in forma prouiſionis gratioſæ ſimplicis, ſeu nouæ prouiſionis vel alterius ſubrogationis, etiam quo ad poſſeſ.& gratiæ ſi neutri,ſi nulli,ſi alteri,perinde etiam valere, aut alia dictio oratori vtiliore via,& cum derogatione præmiſſorū, ac aliorum quorūcunque quomodolibet contrariorum,ac regulæ de annali poſſeſſore,necnon iuriſpatronatus,quatenus de illo exiſtat. Etiam ſi laicorum nobilium & illuſtrium perſonarum, etiam ex fundatione vel dotatione competat, in toto, vel pro parte, & de ſpeciali ad vitam, &c. Et quod præmiſſorum omnium & ſingulorū denominationum, nominum & cognominum, qualitatum,annexorum ſituationis fruct. de augendo & diminuendo, ordinum, dependentium,diœc. aliorumque circa præmiſſa neceſſariorum maior, verior, ſeu amplior expreſsio, ſeu ſpecificatio fieri poſſit, in liter.latiſſ. extendenda cum derogatione ſtatu.priuil. indul.& literar.Apoſtolicarum,&c. *Diſpoſitio, ſeu clauſulæ, vel alia partem.* *Conceſſ. Caſſat. Car.*

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Non.Martij, anno primo.



FOrma huius ſupplicationis reſpicit ſimplicem prouiſionem: bullæ vero forma inferiùs conſcripta pertinet ad nouam prouiſionem: & vtramque declarabo inferiùs in forma nouæ prouiſionis, & formam vtriuſque inſerere volui: vt ambæ melius intelligantur: quia pauci noſcunt differentiam inter nouam

nouam & simplicem prouisionem, quam dicam inferiùs in declaratione bullæ.

Papa multa habet nomina.

Beatissime, &c. Vocare possumus Papã multis nominibus, vocat enim beatissim⁹ hîc, & in c. in nomine. 23. dist. etiã dicitur Rom. Pontifex. in c. si gratiosę de rescr. lib. 6 in c. 1. de cõstit. ibidẽ. dicitur etiã pontifex maximus. c. cleros. 21. dist. in §. pontifex: dicitur etiã summus põtifex: vt in clem. fi. de sent. excom. & in c. pastoralis. de priuil. aliquãdo Papa: vt in c. victor. 97. dist. c. si papa. de priuileg. in 6. aliquando dicitur sanctissimus & beatissimus archiepiscopus magnæ Romæ: vt 21. dist. c. in tantum. [Et Imperator vocatur sanctissimus. in l. Titia. 2. §. fi. ff. de leg. 2.] aliquando simpliciter episcopus c. saluator. & c. ex multis. 1. q. 3. & beatissimus est Papa si bene præsit, alioqui infelicissimus in redditionis ratione, quàm Deo optimo in fine præstare tenetur: & quamuis à iure vocetur multis nominibus vt scripsi, tamen de stylo curiæ Romanæ in signaturis gratiæ apponi solet beatissime pater, &c. vel sanctissime pater: & de hoc scribitur Psal. 104. Constituit Deus hunc dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, ac cõstituit eum super omnes principes. Daniel 2. c. de quo plura scripsi in prœm. Cõcord. cõtra hæreticos.

Omnes filij papæ vocantur & quare.

Pater. Dicitur cura & honore, quia curã omnium habere, & ei omnes honorem impartiri debent, teste Bonifa in prooem. Clement. nam postquàm Deus est pater omnium, & creator. c. 1. de summa trini. & sic omnes sumus filij eius, ad Galatas 3. c. omnes filij Dei estis per fidem: ob id Papa eius vicarius vocat omnes filios suos: & omnes fideles vocant eum patrem, cap. quàm graui. de crimine fals. alioqui rescriptum nullum esset, quia non esset secundum stylum curiæ Romanæ conceptum: vt ibi, & scripsi in forma mand. in princ. in verb. dilectis filijs in concord. hæretici verò, cum diaboli filij sint, patrem illum colunt, & summum pontificem contemnunt, & sunt ab omnibus etiam contempti: sed eos cum sua pertinacia, & infidelitate relinquamus, orantes, vt Deus eos illuminare per suam misericordiam dignetur, vt videant opera eorum mala, & conuertantur ad dominum.

Supplicatio humiliter fieri debet, & petenti prodesse, & alij non obesse.

Supplicat. Qui humiliter precatur, & cum reuerentia: & quidam dixerunt hoc verbum referri à minoribus ad maiores, sed adhuc subiicitur declarationis caussa, Supplicat humiliter: nam supplicans humiliter, facilè obtinet quæ petit: quia humilitas Deum ipsum etiam placat. cap quicunque. 26. q. 5. & mandatum Papæ debet humiliter executioni mandari. e. cùm contingat. §. 1. de rescript. de supplicatione scripsi. in tract. de supplica. in 1. tomo constitu. reg. ideo alia hîc non inseram, nisi quòd supplicatio continere debet, vt petenti prosit, & alij non obsit. l. rescripta. C. de precib. Imperat. offeren. tamen licet alij obsit, si Papa concedat, hoc valet dũmodò ius quęsitũ nõ tollatur, vt infrà cõstat.

Sanctus Papa vocãdus & quamobrem.

S. V. Id est sanctitati vestræ: quis enim eum sanctissimũ dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? c. non nos. 40. dist. & intellige quòd est nomine sanctissimus, & qualitate: sed interdũ quidam pontifices affectionibus & perturbationibus mouentur, & caro & sanguis multa reuelat eis, quia homines sunt: vt dixi in prœ. Concor. in verb. sanctissimo. & hoc nomen maximè Papæ conuenit tanquàm præcellẽti, ad Hebr 7. c. talis enim decebat, vt nobis esse põtifex, sanctus, innocens, & impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.

Ergo Papa sanctus esset debet, tum quia sanctam debet seruare vitam, quàm fide est professus. Ecclesiast. 45. c. in fide & lenitate istius sanctũ fecit illum, & elegit eum ex omni carne: tum quia sanctum exequitur officium. adhæc quia sanctum mẽbrum sancti capitis Christi efficitur, tum etiam quia à sancta nutritur ecclesia, & sancto spiritu suggerente domino famulatur. Et præcipitur Leuiti. 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum. vide 15. conditiones sanctorũ per Bercho. in vt verb. sanctus, & in cap. tenere. 31. distin. vbi Archidiac. exponit sanctum pro mundo & puro, & per literas sic scribi solet S. V. non extensè sanctitati vestræ, ad vitandum falsum, vt is qui posteà voluerit fabricare signaturam, desistat, & vt breuiùs conficiatur, & si signatura extensè fuerit scripta, sic sanctitati vestræ, suspecta præsumitur: quia non est concepta secundum stylum curiæ Romanæ, quem obseruare iura præcipiunt. c. quam graui, cùm similibus. de crimine falsi.

Signatura non scribitur extẽsè.

Honoris causa excusatur signatura.

Vestræ. Dicitur caussa honoris: vt in simili dicit gl. in l. 1. in princi. ff. de superficieb. & in l. vna. C. vti possidc. nec valeret signatura, si in ea scriberetur sanctitati tuæ, quia ab stylo deuia esset, nec hîc exactam dicẽdi rationem exquirimus, sicut apud rhetores, nec ista latinitas corrumpet signaturam, sicut de bulla dicetur inferiùs per c. ad audientiam primo. de rescript.

Deuotus quis dicatur.

Deuotus illius orator. Id est deditus, addictus sanctitati vestræ, sed in quo est supplicans ante gratiam Papæ addictus? Respõ. filij nõne obligati sunt patri? sic est quilibet christianus Christo, & Papæ eius vices gerenti: ob id dicit, deuotus vester, i. deditus vestræ sanctitati, tanquàm verus obedientiæ filius: vt scripsi in proœ. Concor.

Deuotam vocat Imperator gentem fidelem, deditam & obedientem in l. à legatis gentium deuotarum. C. de vectigal. & in l. deuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. de meta. lib. 12. omitto alios modos, quibus accipitur hoc nomen: de quo in tract. de verb. signif. dicam.

Orator quis.

Orator. Id est precator: orat enim supplicãdo, vt gratiam ei Papa faciat: & dicitur in Euangelio, quæcunque orantes petitis, credite, obtinebitis: orare ergo debemus si quicquam obtinere velimus. & Iacob. 5. scribitur, Orate inuicẽ, vt saluemini. c. si 36. distin.

Alio modo orator dicitur legatus, seu qui ornatã orationem habet: vt docet Lucas de Penna, in rub. de legat. col. 1. lib. 10. C. vel orator dicitur vir bonus, & dicendi peritus: vt dicit Quintilia.

Nomen & cognomen in petitione inserẽdum: & iustum petendum.

Ioannes Baliui. Nomen petentis & cognomẽ in supplicatione inseri debet, vt illi possit cõcedi: nã oportet quòd exprimatur is, qui petit, sicut dicitur de libello in c. j. vbi gl. Doct. de libelli obla. & in l. j. ff. de edẽd.

& omnis qui petit accipit à Deo, vt eſt in euãgelio, non tamen ſemper Romæ à Papa ſi iuſtum non ſit, quod petit, ſed petentibus dicitur, melius facient, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexent, l.1. ff. de inoffic. teſt.

Clericus ex primẽdus in impetratione, & quomodo cognoſcatur.

Clericus.

Hoc eſt exprimendum in impetrationibus beneficiorum. c. cũ adeò. de reſcrip. & ſi quis mentiatur ſe eſſe clericum, & non ſit, nõ valebit impetratio. c. ex literis. de trãſa. & cognoſcitur clericus in tonſura. clem. 2. de vita & honeſt. cler. & in habitu. c. clerici. de vit. & hon. cler. atque in qualitate negotiorũ: quia clerici debent negotiis ſpiritualibus inuigilare, non ſecularibus, rub. ne cler. vel monac. parum hodie differunt quidã ab aliis laicis, ne dicam à lenonibus, & latronibus, tibialia ſeu caligas habent laceratas, ſeu partitas, & diuiſas ſicut habent mentem diuiſam, & moniti non debent gaudere priuilegio clericali. clemen. 1. & 2. de vita & honeſta. cleric. & ideo impetrans dicit ſe clericum, quia laicis beneficia non ſunt committentenda. cap. decernimus. de iudic. cap. 2. de inſtitut. & d. c. cùm adeo.

Diœceſis in impetrationibus eſt exprimẽda & præmittenda.

Magalonẽ. ſeu Montiſp.

Exprimi enim debet cuius ſit diœceſ. is, qui petit, id eſt in qua diœceſi natus ſit: quia cuilibet Papa in ſua diœceſi prouidere intendit. c. neminem. 70. diſt. & præmittitur ſic Magalonen. diœceſ. non diœceſis Magalonen. iuxta ſtylum: qui ſtylus probatur in cap. venerabilis. de confirmatione vtili. & dico Magolonen. ſeu Montipeſſulani: quia olim ſedes erat in inſula Magalone: verùm quia fuit tranſlata in Montẽpeſſulanũ anno Domini 1536. eo dico ſeu Montiſpeſſulani: ſufficeret tamen dicere Mõtiſpeſſulani ratione tranſlationis: & ſi Papa mãdet prouideri Petro Mõtiſpeſſulani, vel Aurelian. ſcholaſtico, licet ibi ſtudeat, ſi non ibi duxerit originem, non debebitur beneficiũ illi, licet ibidem Petrus ſtudeat: quia faciliùs prouidet Papa oriundis, quàm aliis, cap. neminem. 70. diſt. l. in eccleſiis. C. de Epiſcopis & cleric. hoc docet Felin. in c. ſignificante. col. vlt. de reſcript. quia dum dico Aurelianen. intelligitur origine. text. in l. ſed & reprobari. §. amplius. ff. de excuſ. tut. iũcta glo. in verb. Commaneus, id eſt de Commanea. ſcribit Felin. in cap. Rodulphus, de reſcript. & ego in l. 2. ff. de verbor. ſignific. licet extra impetrationes ferè ſi Papa loquatur de ſcholaſticis Pariſiẽ. intelligat tam de originariis, quàm de extraneis Pariſienſ. ſtudentibus, per textum in cap. ex literis. de conſtitut. cap. quia. de procurat. cap. 1. de locat. ſcripſi in ſcholaſtico priuileg.

Scholaſticus Pariſ an intelligatur de originario, vel de ſtudente tantùm.

Doctor vel ſcholaſt cus an exprimi debeant.

Item non ſolùm debet exprimi cuius diœceſis ſit clericus, verùm vtriuſque iuris doctor, vel etiam ſi ſit ſcholaſticus, ad mouendum & incitandum Papam, vt maiorem gratiam illi faciat, tamen doctor vel ſcholaſticus, non tenetur exprimere illam qualitatem quo ad hoc, vt ſi non exprimat, ſit ſubreptitia impetratio: quia ea quæ reddunt difficiliorem Papam ad concedendum, neceſſariò exprimi debẽt, non autem quæ eundem faciliorem reddunt. ca. poſtulaſti. de reſcrip. Felin. in c. in noſtra, ibidẽ & doct. in c. vlti. de præſumpt. Ioan. de Selua in tract. de beneſic. in 3. part. q. 12. ſcripſi abũdè in forma manda. in verb. pro expreſsis, in concord.

Eccleſia parochialis in impetrationibus exprimi debet.

Exprimitur etiam eccleſia parrochialis, aliàs impetratio tanquam ſubreptitia non valeret, cap. cùm in illis. de præb. lib. 6. vt ſcripſi in forma mandati. in verb. parrochialis abundè.

Nomen ſancti primarij exprimendum eſt non omnium.

Sanctorum, &c.

Item exprimi debet nomen ſancti in cuius honorem eſt eccleſia fundata cap. quamuis primo. vbi gloſſ. & Doct. de præbend. lib. 6. & ſi in honorem plurium fundata ſit, illi etiam ſunt exprimẽdi: nam quod in vno dicitur, & in pluribus habet locum. l. 1. ff. quod cum falſ. tut. l. ſingularia. in fin. ſi cert. pet. Felin. in cap. ſignificante, col. 1. de reſcript. non tamen debent exprimi omnes ſancti, quorum corpora iacent in eccleſia, vel in quorum honorem conſtructa ſunt altaria: ſed illi tantùm, in quorum honorem primaria eccleſiæ erectio facta fuit: niſi primaria erectio immutata fuerit: tunc nominatio communis erit facienda pro tempore, vt ſcripſi in tract. nomina. q. 14. num. 40.

Locus beneficij ſiti in impetrationibus exprimendus & diœceſis.

Loci de balianiſsis.

Ergo debet exprimi locus, vbi ſitum eſt beneficium vacans, aliàs incertitudo vitiaret prouiſionem. c. 2. de elect. in 6. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. niſi diceretur quòd maior & verior fieri poſsit expreſsio: vt inferiùs dicetur.

Eiuſdẽ diœceſis Mõtiſp.

Error in diœceſi non vitiet impetrationem.

Et ſic exprimi debet etiam diœc. vbi ſitum eſt beneficium: quia Papa faciliùs prouidet indigenis, quàm exteris. text. in c. 2. 70. diſtin. l. in eccleſiis. C. de epiſc. & cleric. dixi in tract. de paci. poſſ. num. 217. ſi tamen fuerit error in nomine diœceſ. vbi ſitum eſt beneficium, ille non vitiat impetrationem, ſecus in errore propriæ diœc. impetrantis, argum. l. fin. C. de hered. inſtit. vbi non debet quis eſſe tam ſtultus, vt nomen ſuum, vel diœce. ſuæ ignoret: & hoc docet Felin. in d. c. ſignificante. col. 2. de reſcript.

In diſpoſitione tamen ſignaturæ nulla fit mentio, quòd beneficium ſit talis prouinciæ Narbonen. vel alterius: nec diœceſis, ſed ſolùm in corpore ſignaturæ: quia ſatis expreſſum fuit in partis petitione, ideo non eſt iterum exprimendum in clauſulis: & hoc nos docet ſtylus curiæ Romanæ, qui ex inſpectione formæ ſignaturæ apparet.

Omiſsio diœceſis & quando non vitiet impetrationem.

Nota tamen, quòd ſi aliquis petiit in ſupplicatione ſibi prouideri de beneficio Pariſi. diœc. & non expreſsit diœceſim ſuam, ſi impetrãs ſit eiuſdẽ diœceſis, in qua eſt ſitum beneficium, tunc in bulla exprimi poterit, talis N. clericus Pariſ. diœceſ. ſi verò alterius fuerit diœceſis, non poterit, ideo non valebit impetratio. gloſſ. & doct. in cap. ſi proponente, de reſcriptio. niſi gratia motu proprio facta eſſet, vel pro familiari Papæ ſcriptum fuerit, tunc etiam ſi eſſet alterius diœceſis exprimeretur, & hoc ex mente Papæ præſumpta, qui vult ſuam gratiam ampliari propter motum proprium, & in gratiam familiarium ſuorum. cap. ſi motu proprio, de præben. in lib. 6. ſcripſi 40. & vltra effectus motus proprij in forma mandat. in Concord. in verb. motu proprio. ſi tamen in ſignatura eſſet clauſula quod maior

Caſus in quibus ſuperiori poteſt diœceſis.

expreſsio

expreſsio fieri poſsit diœceſ.& aliorũ,&c.tunc valebit impetratio: & in bulla ſupplerị poterit diœceſis impetrantis. & nota hos tres caſus, in quibus valet impetratio, quamuis diœceſis non ſit expreſſa impetrantis.

Expreſſo vno vacandi modo alius non venit.

Per obitum N. quondam

vltimi poſſeſſoris extra Romanam curiam defuncti vacauerit &c. Nota quòd ſi vnus vacãdi modus exprimatur, ſcilicet per obitum, non venit alius vacandi modus.c.ſuſceptum, de reſcrip. lib 6. ideo non debetur id beneficium vacans per reſignationem: vt infrà dicetur.

Item per obitum vacare dicit: quia beneficium non vacans conferri non poteſt, nec debet cap. primo & ſecundo, & per totum, de conceſsio. præbẽd. Imò qui ſufficiuntur in locum viuorum, ſunt communione priuandi, d.cap. primo, & in regul. Cãcella. & inferiùs dicam fuſiùs in tertia parte, in tract. de improbata beneficij viuentis impetratione.

Obitus nomine mors ciuilis non continetur.

Et quamuis mortis nomine veniat & mors ciuilis & naturalis, vt docent interpretes in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm. ff. de liberis & poſthumis, gloſſ. in dicto cap. ſuſceptum. tamen obitus appellatione nõ venit mors ciuilis, ſed tantùm naturalis: ideo non deberetur beneficium impetranti vacans per reſignationem l. final. C. de ſilentia. libr. 12. cap. primo, in 24. quæſt. prima. inferiùs tamen exprimitur vterque modus vacandi, vt ſequitur: nam obire mortem, vel obire diem dicimus, quaſi ire ad mortem vel ad diẽ fati extremum: & Canonum profeſſores vtuntur termino obitus, & pragmatici Romanæ curiæ. [ſic & Imperator in l. fin. C. ſolut. ma. ac Iuriſcõſ. Vlpian. in l. 3. §. Pompo. ff. de minor.]

Diœceſis & eccleſia in qua eſt ſitũ beneficium exprimi debent.

Aduertendum eſt, quòd ſi beneficiũ impetretur quod eſt per ſe, tunc debet dici in bulla, *Cum itaque &c. Eccleſia ſanctorum Iuliani, &c.* vt ſuperiùs expreſſum eſt: ſed ſi beneficium ſitum ſit in aliqua eccleſia, tunc debet exprimi, non ſolùm in cuius eſt diœceſi, ſed debet dici, cùm itaque, &c. quoddam ſimplex beneficium, ac perpetuum in eccleſia S. Marcelli exiſtens, & in diœceſ. Pariſ. &c. aliàs bulla eſſet reſcribenda: vel præſumeretur contra eam, quia cõtra ſtylum curiæ Roma. vt ſuperiùs ſcripſi: nec valeret ſi non tranſcriberetur impetratio, ſi à parte opponeretur.

Quondã & olim præteritũ & præſens tempus ſignificant.

Quondam eſt aduerbium tẽporis, & attribuitur ferè mortuis, & ſignificat hîc tempus præteritum, glo. in l. quòd ſi nulla. ff. de relig. & l. eius, ff. ſi cert. pet. poteſt etiam ſignificare præſens: vt docet glo. in l. 1. §. 1. ff. de noui oper. nunciat. de dictione olim, ſcribam in bulla inferiùs, vide Corſet. in ſing. incipiẽ. inſtrumẽtum, plenè Barba. in c. in præſentia, col. 4. de prob.

Nomen & cognomen defũcti poſſeſſoris quãdo omitti poſsit.

Ludouici. Exprimendum eſt nomen & cognomen defuncti ſimpliciter, qui poſſedit beneficium: ſed ſi ignoratur cognomen, nomen tamen illius exprimas, & non erit propterea ſubreptitia ſupplicatio, dũmodo ſit expreſſum nomen beneficij, quia non eſt incertitudo: etiam poterit ſuppleri per clauſulam, & quod maior &c. de qua inferiùs.

Error nominis defuncti an vitiet impetrationem.

Et error in expreſsione nominis defuncti nõ vitiat acceptationem, nec impetrationem, ſi de corpore beneficij impetrati conſtet vt docet Fel. in cap. ſignificante, col. 1. de reſcript.

Cautela quãdo ignoratur nomẽ & cognomen defuncti poſſeſſoris beneficij.

Si autem ignoretur nomen defuncti poſſeſſoris, & cognomen, ſcribas per mortem N. illius vltimi poſſeſſoris &c. & ita ponas N. punctuatum, & ſufficit: & denique ponas in fine ſignaturæ clauſulam, & quòd nomen & cognomen illius vltimi poſſeſſoris in confeſsione literarum exprimi poſsit: & ſic in bulla exprimetur, & valebit impetratio: vt doct. not. in c. cùm M. de conſtit.

Exprimendũ quando in curia vacat beneficium.

Ext. Ro. Cur. defũcti &c.

Ideſt extra Romanam curiam mortui: & debet exprimi quòd intra Romanam curiam vacauerit: nam beneficia in curia vacantia reſeruata ſunt prouiſioni Papæ: vnde nullus alius poteſt illa conferre intra menſem à die vacationis computandum, c. 2. & 3. de præb. lib. 6. Ideo Papa vt ſuis prouideat domeſticis & famulis, difficiliùs prouidet de his, quàm de aliis extra curiam vacantibus: vnde opus eſt hoc exprimere, aliàs impetratio non valebit, ſi beneficium vacauerit in curia, vt in dicto cap. 2. & curia dicitur ibi eſſe, vbi eſt Papa, non vbi eſt cancellaria. glo. in dicto cap. 2.

Etiam in curia cenſentur vacare beneficia morientis intra duas dietas legales, per cap. præſenti, de præben. lib. 6.

Reſeruationes non expreſſæ non continẽtur.

Et ſi in corpore ſignaturæ fiat expreſsio vnius reſeruationis, & in clauſulis conditionalis clauſula ſapiens reſeruationem generalem ponatur, non comprehenduntur aliæ reſeruationes, quàm expreſſæ: vt dixi in forma mandat. in Concord. quia clauſulæ vnde eliciuntur reſeruationes vel elici poſſunt, debẽt exprimi aliàs non venit reſeruatio, imò talis ſignatura debet eſſe ſignata per duplex fiat, id eſt in corpore & ad partem: vt vidi in quodam libro cancellariæ Romanæ conſcriptum: aliàs beneficia reſeruata non debentur, maximè quæ in curia Romana vacant.

Præteritũ excludit præſens.

Vacauerit, & vacet ad

præſens. Ideo ponitur ad tollendum dubitationem, quia præteritum excludit præſens, l. ſi quis, ff. de iuriſd. omn. iud. & Vergilius, Fuimus Troës: fuit Ilium, &c. & ſi olim vacauit, nunc non vacat, ſed Papa dicit, & vacet ad præſens: vnde cùm nunc vacet, conferendum eſt beneficium vacans, cap. primo. & per totum, de conceſſ. præben. ſed de præterito præſumimus ad præſens, cap. ſcribam, de præſumpt, l. ſiue poſsideris, C. de probat. de his ſcripſi in l. verbum oportebit, ff. de verb. ſign.

Clauſulæ ſpecialem gratiam facientes &c. & ſpecialibus gratiis proſequendum, &c. differunt.

Quatenus ſibi ſpecialem

gratiam facientes, &c. Hæc clauſula ſolet apponi, quando Papa de beneficio prouidet, & in gratis prouiſionum.

Sed quando diſpenſatur ad plura beneficia: & ſic in diſpenſationibus apponi ſolet clauſula iſta quatenus ipſum ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequẽtes, &c. & ſpecialis gratia dicitur quando Papa de

vno

vno vel pluribus beneficiis vni prouidet: gloss. & doct. in c.relatum, de præb. dicetur in bulla dispensationis inferiùs in 2. parte.

Declaratio text. supplicationis.

Parrochialem ecclesiam

huiusmodi &c. Intellige dignemini cõferre, & de illa prouidere: quod est in fine petitionis ferè huius supplicationis. & sic in effectu petitio est, quod cum parrochialis ecclesia sanctorum Iuliani &c. vacauerit, & nunc vacet, supplicat talis N. vt dignemini illam ecclesiam parrochialem sibi conferre, & de illa prouidere: clausula longa est, ideo difficilis quibusdam ad intelligendum, cùm multa sint verba in intermedia: sed iste est stylus scriptorum curiæ Romanæ, & maxime literarum Papæ.

Valoris expressio ad 24. ducatos quare in Frãcia fiat.

Cuius fructus, &c.

Sic solet extendi hæc clausula cuius fructus reditus, & prouentus, 24. duc. auri de camera secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedunt. Certum est, quòd valor beneficij secundum quod communiter valet exprimi debet clem. 1. vbi gloss. de præb. & in regula cancella. 61. vt annata Papæ soluatur: vt est in tit. de annat. in Pragma. sed in Francia nos solemus exprimere ęstimationẽ valoris beneficij 24. ducatos: nam si non valeat triginta ducatis, non datur annata: ideo ad illam vitandam exprimitur hic valor 24. ducatorum, & de hoc dicam inferiùs in clausulis, quòd verus valor exprimi posit. &c.

Aestimatio communis inspicitur.

Item additur secundum commmunem æstimationem: quia communis ęstimatio attẽditur, l. pretia rerum, in fin. ff. ad legem Falcidiam. §. fi. de mãdat. Apostol. in concordat. facit clement. vlti. de decim. dixi de nominationibus in tract. nomination. q. 9. nu. 37. & in §. volumus, de collat. in concor. nam licet vno anno plus valuerit beneficium, non attenditur valor illius anni, sed quod valet communiter, & deductis oneribus: vt plenè docui in d. tract. nominatio. q. 9. & in interpretation. l. vnicæ, C. de sententiis, quæ pro eo quod interest, in verbo subtilitatem.

1 Siue præmisso, siue alio

quouismodo vacet &c. Sicut suprà dictũ est, vno modo vacandi expresso non venit alius. dicto. cap. susceptum, de rescript. in 6. Ideo dicitur hîc, siue præmisso, siue alio quouismodo vacet: & tunc omnis vacationis modus venit, per text. in d. cap. susceptũ.

Quouismodo dictio omnẽ modũ vacandi cõtinet verum non fictum.

2 Cautela est ergo vt hæc clausula apponatur, vt docet Socin. consil. 32 ex his, colum. 5. in 1. vol. post decis. Rotæ 28 si mandetur, in no. [sub tit. de rescrip. decisio 1.] nam dictio quouismodo, omnem denotat modum, siue directum, siue indirectum, principalem, vel accessorium. glo. in d. c. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hær. lib 6. Dom. consi. 29. licet, col. 2.

3 etiam si iure deuoluto. Cass. in decis. 5. de præb. nisi per mortem alterius personæ vacaret: vt inferiùs dicetur. vide quæ scripsi in forma mandat. in verb. aliam quamcunque. in concor.

4 Tamen non comprehenditur modus fictus, vtpote per regulam cancell. de infirmis resignantibus: vt plenè scripsi in tract. resignat. infrà in eadem regula, nisi vacaret per obitum tempore impetrationis, & tunc comprehenderetur: vt ibi.

5 Istæ clausulæ, si non peterentur à parte non darentur, siue præmisso, siue alio quouismodo &c. seu per constitutionem execra. vacet, ac specialiter reseruatum, inter alios litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit: vt est in reg. cancel. Inn. Papæ 8. reg. 62. Ideo debet esse cauta pars, vt in petitione hoc inscribat, si illud velit obtinere sed si petantur, facilè Papa concedit.

Clausulæ quæ nõ datur si nõ petãtur à parte.

6 Vnde cùm hæc clausula quouismodo omnem contineat modum, quamuis alius impetrans verum expresserit modum, non præferetur isti, si posterior in tempore fuerit: quia per primum est expressus verus vacandi modus in genere, per hanc clausulam: vt est in glo. d. reg. cancell. 62.

7 Limitatur quando vnus vacandi modus tantùm esset expressus in bulla, & in executoriis literis omnis modus, vel ista clausula quouismodo: certè per hoc non veniret alius modus, quàm in bulla expressus: quia literæ executoriæ non ampliant gratiam, per text. in no, in clement. 1. in fin. de præb.

Expressio in executorijs non prodest.

8 Nec etiam valeret impetratio, si non exprimeretur vnus saltem vacandi modus, sed diceretur per modum in cancellaria Apostolica exprimendum; vt est text. in regula cancellariæ 43. si aliquis sic impetraret, & haberet signaturam, non expediretur postea bulla: vt ibid. cautum est: facit cap. cùm in illis, §. 2. de præb. lib. 6.

Vnus saltem vacandi modus est exprimendus.

9 Si autem impetretur beneficium hodie creatum, non solet tunc apponi hęc clausula, quouismodo &c. sed dicitur in bulla, beneficium prædictum sic vt præmittitur vacans, seu ab eius primæua erectione [vt præfertur] vacãs cum omnibus iuribus &c. clem. vlt. de rescript. vbi doct.

Clausula quouismodo, quando in literis nõ ponatur.

10 Nec etiam apponitur clausula, dummodo eius dispositio ad nos deuoluta fuerit, &c. quoniam alij modi non conueniunt in hoc beneficio de nouo erecto, ideo superflua verba apponi non debent, quia resecantur in prima constit. C. & in procem. Decret. & sexti: & quia non potuit deuolui collatio ad Papam, cùm sit de nouo creatum beneficium.

Clausula dummodo eius dispositio &c. quãdo in literis nõ exprimatur.

11 Nec clausula, dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitũ, quia postquàm est de nouo erectum: non potuit ius alteri quęri c. ad audiẽtiam, primo, de eccl. ædifi. licèt Papa ferè in omnibus impetrationibus hanc clausulam apponere sit solitus: de qua inferiùs in bulla nouæ prouisionis dicetur:

Clausula dũmodo tempore datæ præsentium &c. quando omittitur.

12 Nec clausula, aut si aliqui super prouisionibus &c. quæ est in fine bullę, vbi derogat literis impetratis ad vacatura: sed istæ literæ non comprehendebant de nouo erectum post literas, ergo illis non erit derogandum: d. cle. fin. de rescr. c. cùm olim, de consuet. c. dilecto, & c. vacante, de præb.

Clausula aut si aliqui &c. quãdo omissa nõ vitiet.

13 Nec clausula, ipsúmque beneficium dispositioni Apostolicæ reseruatum fuerit &c. apponi debet in bulla: nam cùm beneficiũ hodie creatum fuerit, & impetratum, & collatum, videtur quòd alius non potuerit habere ius in illo, nec potuit esse reseruatũ, nec prouisio deuolui. Ideo clausulæ istæ non sunt necessariæ.

Clausula ipsúmque beneficium &c. an omittitur bulla possit.

14 Si tamen apponantur non vitiant: quia superflua non

Clausulæ superfluæ non vitiant bullam.

non solent vitiare rescripta, nec testamenta, l. testamentum, C. de testam. veruntamen si esset à longo tempore erectum, istæ clausulæ possent esse vtiles.

Impetrans per obitum vnius non obtinebit si per mortē alterius vacet.

Aut ex alterius cuiuscū-

que personæ, &c. Nam si impetrasti beneficium per mortem Ioannis, & vacet per mortem Iacobi, debetur tibi beneficium vigore istius clausulæ, aut ex alterius cuiuscunque personæ: alioqui collatio facta de beneficio vacante per obitum Titii, non se extendit, si vacet per alterius mortem: quia non est mens Pontificis, vt si per mortem alterius vacet, conferat: nam potest vacare per mortem alicuius curialis: & ideo Papa non intendit illud conferre, quia collationi & prouisioni Papæ reseruatum est, tam per regulas cancellariæ, quàm per Extrauag. ad regimen, de præb. in communibus. doct. in cap. abbate sanè, de re iudic. & illa clausula quouismodo, refertur ad illam personam expressam Dom. de Rota decis. 73. nota quòd vbi Papa in antiq.

15 Ex stylo enim palatii aliam non venire personam etiam per clausulam quouismodo testatur Bonifac. in cle. vltim. col. 2. de sent. excommu. & Card. consil. 30. in hac. col. 2. quia mors vnius non est mors alterius: Aut mors vno loco, vel tempore facta, nō extenditur ad mortem alio loco & tempore factam: vt docet glos. in § visum, in verbo aliàs quouismodo, de collatio. in Pragmat. Rota decis. 27. fuit dubitatum. & dec. seq. in no. sed per istam clausulam, aut ex alterius &c. sic ideo vtile est illam inscribere, vt siue per mortem vnius vacauerit, siue alterius tibi debeatur.

Resignatio metu facta non valet.

Siue per liberam resigna

tionem dicti Ludouici, sine cuiuslibet alterius de illa in Roma. curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, &c. Quod generaliter dixerat, nominatim exprimit, siue alio quouismodo vacet, siue per liberam resignationem Lud. ergo si ipse per metum resignauit, non valet impetratio: nec Papa intendit conferre, cap. 2. & per totum de his quæ vi metúsue causa fiunt: cap. super hoc, de renuncia. vt alibi scripsi. siue per resignationem cuiuslibet alterius in Rom. curia, vel extra, beneficium enim resignatum in curia est Papæ affectum, clem. 1. vt lit. penden. vbi gloss. & si hæc clausula non apponatur in dispositione, non debetur beneficium in curia vacans: nec solet in bulla describi, nisi extra Romanam curiam vacauerit: vnde vtile est, hoc adiicere etiam Papa vult, siue vacauerit per resignationem Ludouici, vel alterius habentis ius in dicto beneficio, vt impetratio valeat & teneat.

Beneficium corā laico resignatum an vacet in præiudiciū resignantis.

Etiam coram notario pu

blico & testibus sponte factam. Nam si quis fortè resignasset coram notario, vel laico, in præiudicium resignantis vacat beneficium, & Papa confert: vt in c. quod in dubiis, de renunciat. licet Innoc. in c. ad quæstiones, de rerum permu. dicat non vacare etiā in præiudicium resignantis: de quo alibi dicam in 3. parte, in tract. resign.

In præbendis nomen defuncti exprimēdum est.

Aliud est in præbēda, vbi fructus sunt distincti: tūc si vacat prębenda per mortem Ioan. & impetras per mortem Iacobi, non releuabunt te istæ clausulæ, ne variationi detur locus: & quia in præbendis non cōstat de certo corpore præbendæ, quia sunt indistinctæ: vnde licet ponantur ista verba in supplicatione, nōn prosunt propter incertitudinem. doct. in c. 2. de electionib. lib. 6. sufficeret tamen exprimere nomen, vel cognomen defuncti canonici, cum clausula, quòd maior expressio nominis, vel cognominis fieri possit.

Resignatio facta corā testibus valet.

Item si quis resignat beneficium suum, & nullus interfit notarius, sed testes, adhuc debetur impetranti hoc beneficium sic resignatum, & per istam clausulam, & testibus sponte factam: quia sufficit resignationem esse factam dummodo probari possit: quod fieri per testes poterit, cùm parem vim habeant probationes testium, & instrumentorum, l. in exercendis, C. de fide instrument. Tamen si in signatura solum diceretur beneficium vacans per resignationem factam in partibus: & demum in bulla velit exprimere quòd sit facta corā notario, & testibus in cur. Rom. non recipietur: nam primò præsupponit quòd vacabat, quando impetrauit, quia in patria erat resignatum: nunc vult dicere, quòd nō vacabat: & sic petit vt admittatur resignatio in curia. Ideo hoc fieri non potest, quia allegat contraria, ob id repellendus est. l. 1. C. de furt. & quia alia est vacatio in curia, & extra, vt suprà dixi.

Dicens vacasse in partibus, nō potest posteà dicere in curia vacasse.

Declaratur extrauagās execrabilis.

Aut per constitutionem

Execrabilis, aut c. de multa. vacet. Aduertendum est, quòd Papa Ioann. 22. fecit vnam constitutionem extrauagantem, quæ incipit, Execrabilis, in tit. de præb. post c. de multa, in concilio Latera. editam illo tit. vbi vult, quòd per adeptionem pacificam secundi curati ipso iure vacet primum, & possit impetrari: quòd si pars illa duo retinere contendat per mensem sine dispensatione, vtroque priuatus sit, & beneficia sint reseruata Papæ prouisioni: ob id Papa istud confert, etiam si esset reseruatum vel vacaret per cap. de multa, vel extrauag. Execrabilis, quæ vtinam bene seruarentur: nam non essent tot in beneficiis plurales. Ista tamen reseruatio non seruatur in Francia, imò episcopi ista beneficia conferunt ante mensem datum. in cap. Statutum, de præb. in 6. quantum ad istam vacationem, non quā do verè vacauit in curia, sed obseruatur iuris reseruatio, ex dicto cap. statutum.

Clausula ista, in simplicibus, nō est necessaria.

Item ista expressio non est necessaria, quando impetratur beneficium simplex: quia per assecutionem istius simplicis non vacat curatum nec econtra. per d. cap. de multa, & cap. gratia, de rescript. libr. 6. Ideo non est necesse in signatura ista conscribere verba, minùs in bulla.

Qua autoritate quis sit assecutus beneficium quod impetratur est exprimendum.

Super assecutionem al-

terius beneficij, &c. Si quis impetrauerit beneficium vacans per assecutionem alterius canonicè factam, debet exprimere in signatura, an autoritate ordinaria, Apostolicaue ipse fuerit illud assecutus aliàs si in bulla velit exprimere, quòd autoritate Apostolica, non expedietur: quia ex illa prouisione

insurgit

insurgit generalis reseruatio, eo quòd beneficium est affectum Papæ prouisioni, ob id Papæ illa expressio fieri debet: alioqui si per assecutionem beneficii familiaris Papæ esset assecutus, certè hoc Papa non intelligeret, quod maximè debet exprimi. doct. in d.cap. super literis, de rescrip. scripsi supra in tract. reserua. & tunc ponitur verbum assecutus, quando iure quis beneficium acquisiuit si verò de facto ponitur eo casu verbum apprehendit: vt est in Praxi cãcellariæ Romanæ, fol. 55. ver. item nota quod tũc.

De clausula assecutus, vel apprehendit.

Aut incapacitatem, seu

Inhabilitas possessoris est exprimenda.

inhabilitatem cuiuscunque personæ. &c. Etiã hæc clausula est valde vtilis: quia impetrans per resignationem, vel alio modo, non obtineret, si fortè vacaret per inhabilitatem possessoris, fortè quia non fuit promotus intra annum: iuxta c. licet canon. de elect. in 6. vel erat irregularis tempore collationis aut alia inhabilitate, seu incapacitate notatus: de quibus Panormita. & alii in c. cum nostris, de concess. præb. & inferiùs dicetur: vide etiam multa quæ scripsi in tract. de pacific. poss. in 4. limi. sed per istã clausulam impetranti debebitur, etiam si vacet per inhabilitatem, & incapacitatem possessoris.

Aut prouisione quauis

Collatio inualida non impedit secundam.

etiam Apostolica autoritate facta nulla & inualida existente, vel aliàs vacet, &c. Ideo scripta est hæc clausula: quia si Papa conferat inutiliter, & nulla sit eius prouisio, fortè propter literarum surreptionem, vel inhabilitatem personæ, tamen nullus alius de iure poterit illud beneficium conferre, vtpote quia Papæ affectum est: vt docet Panor. & alii in c. inter dilectos, de excessib. prælat. tamen per istam clausulam Papa vult, vt valeat illius collatio, licèt in hoc regno Franciæ reseruatio ista & affectio non seruetur: vt superiùs dixi in materia reseruationis. Papa etiã dicet vel aliàs vacet. Triginta modos vacandi scripsi in §. monasteriis, de nominatio. reg. in concorda. Franciæ: & quoquo ferè ex his modis vacet debebitur impetranti per istam clausulã generalem. & per ista verba nulla & inualida, &c. probatur à contrario, quòd si Papa conferat secũdò beneficium alicui, non obstante prima collatione, intelligetur de inualida & nulla collatione, non de valida, etiã si Papa hoc diceret, non reciperetur: vt docet Felin. in c. caussam, de rescript. & doct. in ca. quæ in ecclesiarum, de constit. & in l. Barbarius, ff. de offi. prætor.

Clausula nõ obstãte collatione, intelligitur de inualida

1 Etiamsi deuolutum &c.

Ex ista signaturæ clausula elicitur bullæ clausula, etiã si tanto tempore &c. & quòd in hac supplicatione breuiter cùm &c. ponitur, in bulla extendit solet, sicut clausulam protocolli notarius extendere solet, l. Gallus, §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. & in auten. de tabellio. colla. 4. sufficit in signatura verba ista ponere.

2 *Etiamsi deuolutum, &c.* & hoc est statutum propter decisionem cap. 2. de concessio. præb. vbi episcopus habet sex menses, & archiepiscopus alios sex menses ad conferendum, postea ius deuolutum est ad Papã: & alius non potest posteà de illo beneficio deuoluto disponere.

Deuolutum beneficium Papa confert.

3 Ideo pars petit, quòd si collatio sit ad eum deuoluta, quòd adhuc ipse Papa dignetur conferre illi: & si ordinarius post istam deuolutionem conferret, & posteà is possideret per triennium; iste habens ordinarii collationem posteà non poterit molestari, quia habuit coloratum titulum, vt patet in titul. de pacific. possess. in Concorda. quia verus effectus est post triennium: vt abundè scripsi in tracta. de pacifi. possesso. in 3. amplia.

4 Eo etiam dicitur iuxta Lateranen. concilij statuta quia in Lateranens. concilio ista deuolutio priùs fuit statuta: vt patet in d. c. 2. de concess. præb.

5 Si tamen impetretur beneficium vacans in curia, vel dignitas principalis, seu maior post pontificalẽ, non est necesse ponere in signatura hãc clausulam, etiam si deuolutum; quia cùm beneficium sit reseruatum collationi Papæ, non dicitur deuolutum: cùm semper collatio ad Papam spectauerit, c. 2. de concess. præb. & in regul. cancella. est reseruata Papæ prouisioni hæc dignitas: & probatur in c. fi. de præb. & c. 2. ac 3. illo tit. in 6, & quamuis iure speciali ordinarius possit post mensem beneficium in curia vacans conferre, tamen ab ordinario non deuoluitur ad Papam, quia Papa semper conferre potest, sed ne dispendiosa sit longa vacatio. capit. quàm sit, de elect. in 6. Papa permittit vt ordinarius post mensem cõferat. d. c. 3. de præb. in 6.

Clausula deuolutionis quando sit inserenda in signatura non bulla.

6 Nec in bulla etiam ponetur clausula quòd tanto tempore &c. quòd collatio est deuoluta ad Papam: quia impossibile est deuolutum esse ius, postquàm semper Papa potuit conferre, vt nullus alius, ergo ab alio deuolui non potuit: priuatio enim præsupponit habitum. §. seruus, de capit. demi. in institu.

7 Et nota quòd quamuis in hac signatura à parte dicatur, etiam si deuolutum, &c. conditionaliter, & inferiùs dicetur, quod exprimi possit etiam si deuolutum &c. etiam si expresserim, quòd ecclesia caruit diu rectore, tamen in bulla non potero dispositiuè exprimere, quod sit deuolutum, sed conditionaliter, sicut in signatura, alioqui esset addere signaturæ, quòd in ea non est expressum: & iste est stylus curiæ Roma. notandus:

Conditionaliter in bulla exprimitur quod in signatura sic expressum.

8 quia bullæ non debet addi vltra signaturam nisi id, quod est de stylo curialium: & ferè tantum proderit hæc conditionalis expressio, sicut si non esset conditionalis.

Bullæ non debet addi vltra signaturam.

Affectum.

Hoc ideo dicitur, quòd si Papa beneficium seculare vacãs regulari commendauerit, seu commendauit beneficium regulare clerico seculari ad vitam, si moriatur commendatarius, beneficium tale remanet affectum per illam commendam, postquàm Papa apposuit manus in illa, adeò quòd nullus inferior pro ea vice posset illud conferre, seu de illo se intromittere, per regul. cancella. 3. affectum etiam dicitur beneficium ratione litis, expectantisque, qui acceptauit, & non fecit sibi prouideri, & vbicunque Papa apposuit manũ: vt superiùs dixi in titul. de reseruat. post doct. in c. tibi qui, de rescript. lib. 6.

Affectum Papæ beneficium quando dicitur.

Imo si Papa illud conferret, & non exprimeretur, quòd beneficium est Papæ prouisioni affectum,

non va

non valeret prouisio tanquàm subreptitia: quia affectio ista vim reseruationis obtinet: & Papa non intendit facilè reseruata conferre, vt superiùs in materia reseruationis dictum fuit: quam reseruationem, seu affectionem in Francia non seruamus, sed disponitur de his sicut si non essent reseruata, vel affecta, vt ibidem scripsi: ideo ista clausula, in patria obedientiæ est maximi momenti: in regno verò Franciæ non magni; & nisi esset stylus curiæ vt apponeretur, si omitteretur in Francia, non vitiaretur bulla, nec signatura.

Specialis reseruatio quæ dicatur.

1 Specialiter vel generaliter reseruatum, &c. Specialiter reseruata beneficia dicuntur, quando Papa alicui dedit potestatem conferendi aliqua beneficia, & reseruat sibi illa, ita quòd nullus alius, nisi ille, pro quo specialiter reseruat, illa conferre & obtinere possit. cap. is cui, de præben. lib. 6. vel si suæ dispositioni reseruat aliqua beneficia, vt suprà dixi de reserua. sed per istam clausulam vult quòd huiusmodi reseruationes, non obstent, si alteri tamen ius in beneficio quæsitum non esset: sed vt huiusmodi prouisio valeat; hæc tamen clausula non nocebit habenti reseruationem super certo beneficio: vt docet Staphile. in tractatu. de literis gratiæ in prima mandat. forma, versic. concludo, etiam per istam clausulam valebit collatio facta impetranti, quamuis beneficium esset mandatario reseruatum, si prius impetranti collatum fuerit. §. declarantes. de manda. aposto. in concorda.

Generalis reseruatio quomodo fiat, & quas comprehendat.

2 Idem si reseruationes generales sint, vt beneficia in tali episcopatu vacantia: vt scripsi superiùs in materia reseruationis, & in tractatu. de reseruatio. in concorda. vel quando sunt beneficia familiarium Papæ, hæc generaliter sunt reseruata, tamen non comprehenduntur per hanc clausulam.

3 Quia obstat regul. 62. quæ vult quòd nisi clausula vnde elicitur generalis reseruatio, sit per duplex fiat signata, non possit exprimi, licet dicatur in corpore specialiter vel generaliter, vt hîc & in dispositione, & ad partem cum clausula generalem reseruationem importante.

4 Quia tamen illa verba non sunt, per quæ in bulla exprimi possit reseruatum: ideo non poterit exprimi per clausulam generalem reseruationem importante.

Clausula ex quacunque caussa quid denotet.

5 Vnde addi debet in signatura & in dispositione, & cum clausula generalem reseruationem importante, ex quauis caussa etiam dispositiuè in literis exprimenda, etiam per istam clausulam sine consensu Cardinalis, in fauorem cuius reseruata sunt per reg. 30. Inn. bulla non poterit expediri, secus si in signatura conditionaliter exprimatur, qui forsan familiaris dilecti fratris nostri Hieron. Veral. est & continuus commensalis, &c.

Nomen & titulus cardinalis in bulla est exprimēdus, quando affirmatiuè fuit expressa familiaritas. secus si conditionaliter.

6 Et sic non sufficit exprimere quòd fuerit familiaris Papæ, vel alicuius cardinalis nisi nomen cardinalis, & titulus exprimatur, & consensus illius, quando affirmatiuè fuerit dictum esse familiarem.

7 Secus si conditionaliter, vt dixi: sufficit tamen si in signatura dicatur, & cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa, quę exprimi possit in literis: tunc & nomen, & titulus in bulla exprimi poterunt, secundum illa verba, ex eo quòd dilecti filij Hieronym. titu. &c. familiaris continuus & commensalis fuit generaliter reseruatum, &c.

Cardinalis mortui reseruatio in genere exprimi potest nō viuētis.

8 Et si in signatura fuerit illa clausula, vel ex eo quòd dictus N. alicuius cardinalis familiaris continuus & commensalis generaliter reseruatum existat, an in bulla possit in genere exprimi; dicendo alicuius ex sacrosanctæ Roma. ecclesiæ cardinalibus familiaris continuus commensalis fuit. respon. si cardinalis, cuius familiaris fuit ille cuius beneficium impetratur, mortuus fuerit, sufficit expressio superior generalis, secus si cardinalis sit viuens: quia tunc illi fieret præiudicium: ideo nomen titu. & consensus requirentur, vt suprà docui per reg. cancella.

9 Et hæc clausula generalem &c. restringitur ad vnam reseruationem expressam, nec licet aliam exprimere, si non sit clausula, ex quacunque caussa, &c. & hæc refertur ad clausulam in corpore positam de stylo curiæ Romanæ.

Reseruationis notorię non fit specialis mentio.

10 Limitatur in reseruatione notoria in curia: tūc licet de ea non fiat mentio, valebit Papæ prouisio, quando erat generalis & notoria: vt docet Fel. in c. super literis. col. 5. num. 8. in 3. regu. de rescript. per gloss. ibi.

11 Nisi ignorantia posset cadere in Papam ratione alicuius indiuidui: allegat Ægid. decis. Rotæ. 9. commissio. vnde cùm Papa multa indiuidua ignorare possit. c. 1. de constit. lib. 6. ob id est tutiùs semper hanc reseruationem exprimere.

Permutatio non valet, si alterum beneficium erat reseruatū.

12 Et idem in permutationibus beneficiorum cōcludit Feder. in tract. de permut. benefic. q. 3. & 4. & Ægid. eo tract. in 3. part. quæst. 2. vt non valeat permutatio, si alterum beneficium erat reseruatum: sed vterque redibit ad suum beneficium per cap. si beneficia, de præben. lib. 6.

Aut litigiosum, cuius litis statū, &c. Hoc ideo scribitur, quia Bonif. Papa in c. si hi contra, vt lite pend. in 6. statuit his verbis: Si hi, cōtra quos, super dignitatibus personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident, litigatur, vt lite pendente cedant, vel fortè decedant: ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè interdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarū dispendium prorogari contingat, statuimus: vt dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi, donec contra superstitem lis finita fuerit, aliis nullatenus conferantur: nec ad ea eligatur quispiam, vel etiam præsentetur: quòd si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur, &c. & per istam clausulam illi prohibitioni Bonifac. derogatur: sed in bulla solet extendi, quòd lis inter duos adhuc indecisa existat: cuius litis statum præsentibus volumus haberi pro expressis, pendeat indecisa, & nondum finita: & per illud verbum litigiosa &c. derogatur prædicto c. Bonifacij. hoc etiam probatur in c. inter monasterium. de re iudi. vbi oportet exprimere litem,

Litigiosum beneficium exprimendũ, & quãdo litigiosum dicatur.

& litis statum: sed hodie ordinarij etiam conferunt beneficia litigiosa non finita lite, mortuo vno litigante, & hoc ex consuetudine Franciæ, in qua non seruatur d.cap. si hi, vt alibi scripsi: & quòd etiam in rescripto ad lites debeat fieri mentio litis pendentis, probat c.cæterum, & c.super literis. de rescr. vbi Fel.col.7.tradit regulam cum limita.

Litigiosum tunc dicitur, etiam per solam citationem à iudice competente factam, cle. vlt.vt lit. pend. abundè Petr.Paris.in cons.94. beneficium. in 4. vol. & sicut res profana litigiosa non debet alienari.l.fin.& per totum.C.de litigios. ita nec beneficium litigiosum conferri: & ideo exprimitur hîc propter rationes quas scripsi in tract. de cessionib. in 2.tomo.constit.reg.in commenta.

Litis nõ est mẽtio faciẽda, quando non colliti-gans resignat.

Si tamen tertius, qui non est in lite, resignaret alicui colligitanti, non esset facienda litis mentio, quæ non est cum ipso tertio: & expediri bulla posset sine litis mentione, tamen propter stylum curię Romanæ, hæc clausula solet in signatura apponi: ideo stylus est sequendus.c. quàm graui. de crim. fals. potest tamen in bulla omitti, si non sit necessaria.

Eidem oratori prouidere

misericorditer dignemini de gratia speciali constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq́ in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque cum clausulis oportunis, necnon & consuetis.

Statuta repugnantia tolluntur p clausulam, nonobstãt.

Item hæc verba ponuntur in ablatiuo casu, propterea quòd si essent aliquæ constitutiones, seu ordinationes Apostolicæ repugnãtes generaliter, seu specialiter huic constitutioni: vel si ibi adessent aliqua statuta, per hæc verba illis derogabitur, & per hasce clausulas, per text. in cap. cum aliquibus, de rescr. in 6. scripsi in forma mand. in fi. in Concord. & hic est finis primæ partis signaturæ, alia in fi. bullæ scribam inferiùs Hactenus de prima parte.

Secunda pars signaturæ.

Papa signaturã tripliciter signat & super quibus.

1  Ecunda signaturę pars est, in qua Papa vel ab eo commissus subscribit partis supplicationi, & notandum est quòd Papa solet tripliciter supplicationem gratiæ signare, vel per fiat, vt petitur, vel per fiat A, vel per fiat motu proprio.

2 Nouam gratiam signare solet per fiat, vt petitur, si reformetur gratia, signat Papa per fiat A. vt in reg. Alex.6.habetur, in titu. de signatura gratiæ, in princ. si vocetur Paulus, signat fiat P. vel aliàs iuxta literam primam sui nominis.

3 Sed si sua sponte moueatur, signare solet, fiat motu proprio, & non solet dicere, vt petitur, quando motu proprio rescribit: quod solet facere, si scribat pro cardinali, aut familiari habenti fauores, aut quando ei placet: vt docet Octa.in sua Isagog.lib.1. tit.de vtraque signatura.

Delegatus à Papa signat per cõcessum.

4 Si verò signetur ab eo, qui est à Papa commissus, tunc ipse subscribit, concessum vt petitur in præsentia d.N.P.Hiero.Card.Verallus, & hoc si fuerit facta in præsentia, alioqui simpliciter diceretur cõcessum, vt petitur Hiero. Card. Verallus, nempe si in præsentia Papæ signet Cardinalis, attestatur hoc esse factum in præsentia illius: sic dicens, concessum vt petitur in præsentia do.nostri Papæ, alioqui subticet hoc.

5 Vel interdum signat, concessum in forma in præsentia d.N.P.N.Card.hoc docet Gomes.in reg. de non iudicando iuxta formam supplica. in compendio signa. & ista subscriptione vtitur commissus Papæ in principalibus gratiis.& nouis prouisionibus.

Cõcessum in forma exprimitur quãdo forma adest.

6 Sed est aduertendum, quòd si illud, quod concedit, habeat formam, eo casu signat Papa, fiat in forma, vel hic commissus, cõcessum in forma alioqui simpliciter: quia Papa vult vt forma seruetur prout de iure.c.cùm dilecta, de rescript. hoc est statutum in reg. Alex.6.

7 In reformationibus verò gratiarum non concernentibus nouæ gratiæ concessionem, sed aliquam qualitatem, & circunstãtiam, vt in rescripto perinde valere, solet commissus à Papa signare concessum N.Cardinal.

Commissiones signantur per placet.

8 Si Papa signet commissionem, dicet, placet, nisi rescribat ad partes committendo, quia tunc dicet fiat, vt in d.reg.Alex. & vbi materia tangit camerã, dicit videat camera: sed vbi tangit religionẽ, signat videat protector ibidem.tit.de signa.gratiæ.

Gratiæ per fiat præferuntur aliis per concessum.

9 Item gratiæ signatæ per fiat, præferuntur prouisionibus per concessum, quando concurrunt, vt est in regul.Inn.31.quia Papæ prouisio propter prærogatiuam præferri debet: c.si à sede, de præb. in 6. Fel.in c.Rodulphus.de rescript.

10 Etiam si in vna signatura esset motu proprio, in alia fiat, sine motu proprio: illa per fiat præfertur. d.reg.31. licet multos alios effectus habeat motus proprius, quos in c.causam.Feli.docet, de testib. scripsi pleniùs in forma mand. in verb. motu proprio, in concord.

11 Imò etiam prouisus per fiat præfertur prouiso per concessum, etiam si is haberet possessionem, iuxta c.si à sede. de præb. & ita fuit decisum, & in duabus causis interpretatum Romæ: vt refert Cassador.in reg.cancella.rub.de præb.decisio.14.

Limitatio c.si à sede.

12 Et sic limitatur d. c. si à sede, vt non procedat quando vni est prouisum per fiat, alteri per concessum: vt is qui habet per fiat, præferatur: & hoc quãdo à Papa: & ista est solennis limitatio ad c.si à sede. de præb.lib 6.plura de hoc scripsi in tract. de pacifi. poss. circa fi. ibi videre cuique erit liberum in 17. limit.num.295.& seq.

Signatura quãdo producẽda sit.

13 Et hoc casu bonum est producere signaturam, alioqui ex bullæ tenore dignosci non potest, vnde cautus in hac materia beneficiaria quis esse debet, vt tam bullam, quàm signaturam conspiciat, & ex illis veritatem elicere poterit.

Cur Papa verbo fiat vtatur.

14 Ratio est: quia Papa vtitur verbo fiat, sicut Deus opt.maxi.in mundi creatione, *Fiat lux, & facta est.* Genes.1.ita & vicarius eius vti solet: ideo sua gratia præferri debet gratiæ per concessum, propter maiorem prærogatiuam d.c.si à sede.

Per appositionem fiat perfecta gratia.

15 Nempe simulatque Papa apposuit fiat, perfecta est gratia: vt docet Calder.in c. Quisquis, de elect. & Felin.in rub.de constitu.col.3.& in c.Rodulphus. col.16.

col.16.nu.26.de rescript.facit cap.qui bona. §.sicut. 17. q.1.l.2. §. deinde, ibi hæc verba fiat statim facto suo nocent.ff.Ne quid in loco publico.

Fiat de præsenti intelligitur.

16 Et sic verbum fiat significat hic de præsenti, id est dicere nunc fiat, & non de futuro: vt in Euangelio, *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Vnde iudicauit magna curia Mediolanen. quod postquàm Rex consensit alienationi feudi per verbum fiat, posteà hoc non potuit reuocare: etiam per literas sigillatas: vt docet Matt. Affli.in deci.Neapol.q.253.Duo Regij,& falsare lo fiat, est falsare literas Apostolicas, & propriè, sicut illud, in quo tota consistit virtus,& substantia; vtor verbis Collecta. in cap. Ad falsariorum, de crimine falsi, scripsi in bulla cœnæ Domini, art.4. [licet interdum pro materia denotet futurum,vt in l.iurisgentium.§.prętor.iuncto.§. fine.ff.de pact.gl.& doct.in c.quisquis.de elect.]

Falsare lo fiat est falsare literas apostolicas

Cãcellaria etiã signat per concessum & legatus.

17 Item cancellaria in casibus sibi permissis signat per verbum concessum,non per fiat,vt est in regul. Iulij Papæ tertij.tit.de potesta.vicecancel.reg.9. sequitur Roma.cons.379.circa,col.vlt.& legatus, nisi à Papa concessum illi fuerit, quòd possit verbo fiat, vti, & aliis verbis, sicut ipse Papa potest, sicut fuit concessum illustri& doctissimo cardinali Hier. Verallo legato in tota Francia excellentissimo.

Quas caussas possit vicecancellarius cõmittere.

18 Ideo cancellaria omnes caussas, quæ sunt de communi iustitia, sine speciali mandato committere potest. Ægyd.bellame.deci.602.cancellaria,& hodie dicitur in d. regula cancella. Iulij tertij quòd possit vicecancellarius omnes caussas beneficiales committere in curia, cũ potestate citãdi ad partes.

19 Nisi esset contra ius, puta si caussam in partibus pendentem committeret: eo enim casu non est verisimile Papam vicecancellario commisisse plenitudinem potestatis, argu. eorum quæ Inn. no.in c. innotuit. de elect. hoc expresim firmat Ægid. Bellamera decis.46.exceptio.quem sequitur Felin. in rub.de rescript.col.vlt.dic vt statim scripsi,quòd in curia committere potest, cum potestate citandi in partibus litigantes.

Signatura quando per duplex fiat signetur.

20 Item aliquando supplicatio signatur per duplex fiat, quando generalis reseruatio datur: vt in reg. cancella. 62. & dicit ibi glos. quòd tunc debet primum fiat, collocari inter partis petitionem & concesionem: vt solet communiter fieri: & secundum fiat, solet in margine clausularum seu dispositionis conscribi. & idem dicit, si per duplex concessum sit signata supplicatio: quia iussus duplex principis pro motu proprio habetur. allegat Bal. in l.nec dãnosa.C.de precib.Imper. offer.plenè Cors. in suo tract.de geminat. hodie fere omnes signaturæ solent dupliciter signari, vt suprà licet videre in forma signaturæ, fortè vt vitentur falsitates, & per concessum.

Pœnitentiarius magn⁹ tripliciter etiã signat.

21 Et quamuis magnus pœnitentiarius soleat signare per fiat,tamen est diuersitas: quia hic solet signare fiat in forma, fiat de speciali,&fiat de expresso,vt docet Octauia. in sua praxi lib. 1. tit. de summo pœnitentiario.

22 Sed non signat sicut Papa, fiat motu proprio: quia non solet penitentiarius ista vti clausula, maximè quia circa confesiones peccatorum, & absolutiones versatur sua potestas: quę absolutio est petenda, iuxta dictum Euangelij, *Petite & accipietis.c.* omnis vtriusque sexus,de pœnitent.& remiss.

Supplentur defectus in genere per verbũ fiat secus per cõcessum.

23 Itẽ ista clausula fiat, vt petitur apposita in supplicatione in qua petit quis suppleri defectus,contractus aut processus,seu alterius actus, operatur etiã si in specie defectus non sint expressi: vt est in reg. cancel.Inno.8.nu.39. & in regula Pauli 3. regula 45.

24 Secus si per concessum,quia tũc opus est exprimere nominatim defectus, vt ibi.& refertur ad defectus quo ad solennitatę iuris,sed non quo ad defectus personarum,vt pote irregularitatis: vel si sit illegitimus,nec ad defectus iuris naturalis, vt cõsensus gl.ibi quæ allegat Hosti.& Alber.in c.1.de trans. epi.& Specul.in ti. de leg.§.nunc ostendendum.

Signatura an valeat si dicat, fiat & non sit apposita vt petitur.

25 Vidi dubitari de signatura,in qua inscripta erat clausula,fiat,vel concessum: sed non erant illa verba,vt petitur,an valeat? respon.valere. gl.in regul. cancel.60.& bulla poterit ex hac fieri; quia per verbum fiat,gratia & signatura est perfecta.c.quisquis. de electio. vbi Calder. & clausula vt petitur, satis intelligitur.

26 Stylus tamen est,vt apponantur etiam illa verba,vt petitur.tamen quando de voluntate Papę appareret,non esset de ea disputandum: hoc tamen limitatur in signatura,in qua supplentur defectus: in illa enim est necesse,vt ista verba fiat, vt petitur, sint conscripta, vt est in d.regula 39.&ibi gl.hoc firmat.

Omnia petita videtur cõcedere princeps dicendo, fiat.

27 Et hæc responsio Papæ,licet breuis & compẽdiosa sit,est tamẽ dubitationes resecans,sicut respõ. esse debent.l.cùm antiquitas. C. de vsufr. Lucas de penna. in l.eos.C.de excus.muner. lib.10. vnde aduertendum est,quòd per hæc verba fiat,vt petitur, princeps videtur concedere omnia petita à parte: nam responsio simplex,& concessio refertur ad petita & interrogata.c.inter.in fi.de fid. inst.l.si defensor.§.1.ff.de interrog.act.

Absolutio concessa ad plures excõmunicationes per fiat ad omnes refertur.

28 Vnde si fuerit petita absolutio à pluribus excommunicationibus, & simpliciter dictum fuerit, fiat, censetur concedi absolutio ad omnes petitas excommunicationes teste Pan. in c. cùm pro caussa.in gl.vlt.de sentent.excom.Felin.in c. super literis.col.6.num.9.de rescript.

29 Vnde consuluit Alex.cons.84.in caussa, num. 4.in 1.vol,quòd principis responsio mandantis bona assignari, debet intelligi secundum supplicationem petentis per d. l. si defensor, & §. prætereà de inutil. stipul. in institu. in scriptura enim referente omnia posita esse censentur, quæ in scriptura, ad quam fit relatio,leguntur l.asse toto.ff.de here.inst. l.si ita scripsero. ff. de cond. instit. Roma. cons.80. confirmanda.

Priuilegiũ & responsio ad petitionem referuntur.

30 Et priuilegium concessum intelligitur secundum formam petitionis. Bald. in d. c. inter refert. Deci.cons.37.viso.cons.col.3.

31 Ad hæc responsio debet referri ad tempus petitionis.l.quæro.§.fi.ff.de ædil.edict. Soc. cons.103. in casu,col.pen.in 3.vol.

Cõcessio ad qualitatẽ etiam refertur.

32 Etiam videtur Papa concedere secundum qualitates expressas: vt si petitum fuerit beneficium curatum, ipsum cõcessisse videtur: vel si dignitas fuerit petita, etiam videtur concessa: per verbum fiat.

Bart. in l. si cui. §. si à filio. ff. de leg. 1. Angel. in tract. de malefic. in gloss. comparent, in princ. & ibi in additio. & maximè cùm scribatur fiat, vel concessum vt petitur.

33 Hoc limitatur non procedere, vt non extendatur ad separata, nec ad ea, quæ diuersam habent rationem: vt consuluit Decis. cons. 33. viso puncto, vbi si in supplicatione petatur inhiberi iudicibus in causa Marioti & fideiussorum intelligitur, quatenus fideiussores tenentur ex illa caussa, secus si ex alia causa teneantur.

34 Secundò limitatur ad ea non extendi, quæ verisimiliter non esset concessurus. l. obligatione. ff. de pig. vnde per hæc verba fiat vt petitur, non intelligitur concessisse, vt beneficium conferatur, nisi specialiter expressum sit: vel vt superiùs dixi. & not. doct. in c. 2. de præb. lib. 6.

35 Tertiò limitatur, quando Papa expresserit aliqua, tunc expressa concesisse videtur: & verbum fiat, ad specificata tantùm refertur, arg. l. age cum Geminiano. C. de transact. vnde videtis hîc ad tollendum dubitationes, Papa in seq. parte exprimit sigillatim ea, quæ concedere vult, vnde quod non exprimit hic, concedere non vult: arg. c. ad audientiã, de deci. Alex. cõs. 94. in caussa, co. 2. nu. 3. in 2. vol.

Signaturæ amplianti narrationẽ statur non narrationi.

36 Notandum tamen est, quòd si clarè appareat, quòd signatura ampliet, vel limitet narrationem partis, standum erit signaturæ, & Papæ concessioni, non autem partis narrationi, per text. in d. c. inter, de fide instrumen. & Fel. in d. c. super. co. 6. nu. 10. de rescript. allegat. Panorm in c. 2. de treuga & pace. Hactenus de secunda parte.

Tertia pars signaturæ.



Ertia signaturæ pars est dispositio, & Papæ concesio, & quod ipse simpliciter concesit, dicendo, fiat vt petitur, nunc sigilatim exprimit, & recenset, ea, quæ cõcedere intendit primò.

Et cum absolutione à

censuris, &c. Hoc in bulla extenditur, *téque absoluẽtes, & absolutum fore censentes, &c.* alioqui rescriptũ non valeret impetratũ ab excõmunicato, c. 1. de rescrip. quid cẽsuræ nomine veniat, explicat tex. in c. quærenti. de ver. sig. videlicet excommunicationẽ, interdictum, & suspensionem, dicam inferiùs in 1. bullæ dispositionis clausula.

Quid nomine censuræ veniat.

Solet etiam in bullis pensionum adiici hæc clausula, vt compellatur debitor pensionis sub sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, &c. & si ista clausula fuerit in supplicatione omissa, tamen in bulla addi poterit: tum quia tacitè in his intelligitur, & quæ tacitè intelliguntur, expressa censentur. l. cùm quid. ff. si cert. pet.

In bulla pẽsionis scribitur, vt sub sentẽtiis & censuris cogatur. &c.

Tum quia est consueta, & tacitè inest ex stylo curiæ, & quæ tacitè in sunt, veniunt l. lecta ff. si cer. pet. & quia facilè quisque recusaret soluere pensionem, quæ est passio debitoribus eius, vt scripsi in tract. de pacifi. possesio. num. 126.

Quòd obstantiæ orato-

rũ habeantur pro expresis, seu in toto, vel in parte exprimi posint. Ratione istius clausulæ, poterunt exprimi beneficia omnia, & singula monasteria, prioratus, præpositura, præpositatus, dignitas, personatus, administratio, vel officium, aliaque beneficia ecclesiastica cũ cura, vel sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia.

Clausula pro expresis &c. quid prosit.

2 Quia per istam expressionem nihil de nouo datur, sed iam datum & habitum refertur, quod potest fieri ratione huius clausulæ: & quando petitum est aliquid pro expresso haberi: & in signatura dicitur, fiat, valet gratia, ac si illud expressum fuisset: vt docet Anto. Butrig. cons. 2. visis literis, & cons. 49. in fin. quem refert Felin. in c. super literis. col. 6. nu. 9. de rescr. alioqui nil ferè prodesset ista clausula.

3 Vnde si commendetur monasterium religioso, per istam clausulam poterit exprimere in bulla omnia & singula, quæ in titulum vel commendam obtinet, quæ obstare possent huic commendæ, ac prouisioni, ne superfluè ponatur. per glo. in l. 1. ff. quod met. caus. Bal. in rub. C. de contrah. empt. q. 9. vnde poterit quis in bulla exprimere beneficia, & si in prima bulla non expresserit, poterit impetrari bulla perinde valere eius datæ quæ fuerat prima. & hoc ratione signaturæ, in qua erat, quod possit expediri per rescriptum perinde valere: sed quod duplex bulla conficiatur vnius tenoris, scilicet prima, in qua non expresit beneficia, in secunda quòd exprimat ea, hoc fieri non potest, si prima producta sit: quia omnis actus de primo intelligitur. l. boues §. 1. ff. de verbo. sig. c. non potest. de præb. in 6. ideo errant mensularij, qui hoc faciunt, & sicut prima nõ valet, nec secunda nisi prima ante processum inchoatum rescribatur, quod fieri potest, vt dixi infrà in bulla nouæ prouisionis.

Bulla duplex ex vna signatura quãdo confici posit.

4 Siue obstent in toto, siue in parte: quia bonum est argumentum totius ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. c. Pastoralis. §. item, cùm totum, de off. deleg. vnde si aliquid obstet toti bullæ, poterit exprimi ratione huius clausulæ, vel si in parte, idem.

5 Et nisi ista clausula adesset, si impetrans haberet beneficium, etiam modicum quinque fortè solidorum, & non illud exprimeret, subreptitia esset impetratio, nec valeret. c. si proponente. de rescript. & c. si motu proprio, de præb. in 6. quod secus est, per istam clausulam quæ hoc operatur.

6 Aduertendum est magnam fieri differentiam, quòd obstantiæ habeantur pro expresis: vel quòd obstantiæ beneficiales exprimi possint: quia ratione primæ clausulæ, vnum tantùm beneficium exprimi poterit in bulla, sed non duo: ideo si duo habeat, non valebit impetratio tertij: quia vnum beneficium obstat: ergo illud tantum poterit ratione clausulæ huius exprimi. arg. no. in glo. fi. in c. 2. de rescript. lib. 6.

Vnũ tãtum beneficium ratione huius clausule, quòd obstantiæ habeãtur pro expresis, est exprimendum.

7 Etiã ratione clausulæ huius non poterunt fructus exprimi, nec valores illorũ, quia dicantur obstantiæ beneficiales &c. ideo vtraque clausula solet apponi, videlicet q obstantiæ maximè beneficiales habeantur pro expresis, seu quòd exprimi posint.

Valor & fructus beneficiales non posũt exprimi ratione huius clausulæ.

8 Et illa dictio maximè implicat, vt non solùm obstantiæ beneficiales, sed aliæ: vt docet glos. in l. illud. ff.

illud.ff.ad legem Aquil Bart.in extra.ad reprimendum.in ver.& maximè.

Duo tãtum beneficiaex primi possunt p hanc clausulam, quòd obstãtiæ beneficiales, &c.

9 Et propter clausulam, quòd obstantiæ beneficiales exprimi possunt duo tantùm beneficia in bulla exprimi poterunt, & illorum fructus: vnum in titulum, alterum in commẽdam; & potest omittere posteà clausulam non obstan.si alia non habe-ret: vt seruat cancella.Roma.& probatur per c. non potest.de præb.in 6.& ne ad infinita trahatur. c 2.de rescript. in 6. alioqui centum posset sic habere, & dicere pro expressis habentes,&c.

10 Et non est intentionis Papæ, vt istos plurales velit aliis beneficiis onerare, c.quia in tãtum, de pręb. ideo licet in signatura habeatur pro expresso, in bulla tamen exprimi debet: vt superiùs scripsi.

11 Sed non vltra duo, etiam si dicatur quotcunque & qualiacunque: vt scripsi in conc. in forma mand. & per hoc euitantur calumniæ trapezitarum beneficiorum, qui nunquàm exprimunt beneficia, putantes istam clausulam ad omnia porrigi, quod non est verum.

Pacificũ beneficiũ exprimẽdum in signatura dispensationis.

12 Imò si possidens parrochialem ecclesiam pacificè, alteram non, sed solùm sibi collatam, in signatura non fecerit mentionem de pacifica, sed tantùm de altera, cum clausula quòd obstantiæ habeantur pro expressis, per hanc clausulam non poterit in bulla dispensationis exprimere parrochialem pacificam: sic tecum vt cum tali ecclesia, si illam assequaris, ecclesiam sancti N. pacificã & sine illa &c. quia dispensatio ad futura, & non præterita extenditur.c.non potest.de pręb.lib.6.ideo eam exprimere debebat, vt super illa dispensaretur. [Ideo si dicatur in signatura quòd obstantię beneficiales habeãtur pro expressis, non poterunt exprimi dispensationes: ideo ego soleo apponere, ꝙ obstantiæ oratoris beneficiales dispensationum & aliæ quæcunque &c.& illa clam iuuare poterit, quam notes.]

Petita in signatura, et non repetita in clausulis concessa non censentur.

13 Prætereà si in corpore, id est in petitione partis, sint aliquæ clausulæ, quæ non sint repetitæ in hac parte: id est in dispositione, vel ad partem (vt vocãt Romani) certè non censetur concessum: licet verbum fiat, ad omnia referatur. l.si defensor. §.1.ff. de interrog. act.c.inter.in fi.de fide instrum.

14 Secus quando est limitatum: vt videmus in signatura, in qua Papa limitat, & declarat, quæ concedere intendit: ideo alia non venient, nisi vt superiùs dixi, per l.in agris.ff.de acquir.rer.domi.

Clausula pro expressis nõ tollit personę inhabilitatẽ.

15 Ista tamen clausula, pro expressis &c.non tollit inhabilitatem personæ, vt si quis esset illegitimus, vel minor, aut alium pateretur defectum: vt dicunt do.de Rota deci.112.dicebant.in fi.in no. [sub ti.de pręb.decis.7.] gl.in cle.si Romanus.de præb.Anch. cons.20.viso prædicto, quia hæc clausula maximè ad beneficia se extendit, cùm ea exprimat, & non defectus personæ: ideo isti personæ defectus posteà ratione huius clausulæ exprimi in bulla non poterunt: & si exprimerentur, bulla falsa dici poterit in addendo, quod non fuit concessum.

16 Nam quamuis taciturnitatem remoueat, non tamen inhabilitatem: ideo non poterit opponi vitium tanquàm non expressum, sed per viam inhabilitatis: vt Fel.ait in c.in nostra. de rescript. & vno defectu sublato, alius remanet. l. & si non lex. ff. de hæred.insti.§.affinitatis.de nup.in institu.

17 Insuper notandum est, quòd si supplicans in signatura petat sibi de beneficio prouideri, & exprimat omnia, quæ sibi obstant, & Papa signet, fiat motu proprio, tunc non est opus apponere istam clausulam, quòd nõ obstantiæ beneficiales habeantur pro expressis, vel quòd exprimi possint: quia ista clausula motus proprij habet vim istius clausulæ non obstan.& tollit taciturnitatem, sicut clausula pro expressis.c.si motu proprio.de præben.lib.6. abundè scripsi in forma mãd.in ver. motu proprio. & in verb.pro expressis. [stylus tamen hoc habet.]

Clausula motus pro prij & pro expressis æquipollent.

18 Ista etiam clausula quòd obstantiæ habeantur pro expressis, non tollit defectum intentionis, nec inhabilitatis, nec etiam inducit dispensationem, teste Ioan. Andr. in c.cùm adeò. de rescript refert & sequitur Paris.cons.1.num.96.in 1.vol.

Clausula pro expressis non inducit dispẽsationem.

19 Et sic in literis gratiosis exprimenda sunt beneficia, & qualitates illorũ.c.ad aures.& c.si proponẽte, de rescr. & ꝙ impetrans sit clericus.c. cùm adeò, ibid.vel si sit illegitimus, & qualitas illegitimitatis. c.1.de fil.presb.intrusio.c.cum iam dudum.de pręb. valor vt proximè dicam & fructus iniustè recepti. Host.& alij in c.dudum.2.de elect.Aufrer.q.483.de iure ad rem.c.cùm in nostra.de rescr.

Exprimẽda quæ sint in beneficiorũ impetratione.

20 Et numerus canonicorum debet exprimi, quãdo scribitur contra numerũ.c.constitutus.de rescr. ac collatio, & possessio colorata.c.gratia, de rescr. in 6. vbi gl. & c. cum nostris. de conces. præb. vnio etiam exprimenda erit: vt docet Calder. in cõs.vlt. tit.de reb.eccl.non alie.ius patronatus laicorum. c. decernimus.16.q.7.& generaliter omnia alia exprimi debent, per quæ redderetur difficilior Papa ad concedendum.c.postulastis.in fi.ibi, de leui nõ con cessimus, de rescript.alia tradit Fel.in d.c.in nostris. de rescript.abundè super his scripsi in for.mand.in ver.pro expressis.ideò hìc alia non addam, ne repetitione vtar.

21 Et tenendum est, quòd hac clausula solus Papa vtitur in beneficialibus, nõ autem legatus vel alius: vt scripsi in d.verb.pro expressis, nisi Papa hoc idẽ expresse concedere: vt sępius videmus fieri legatis, maximè reuerendis.Cardinali Dom.Hiero. Verallo card.excellentissimo fuit ex speciali gratia concessum, dum bellissimè legationis officio in Gallia fungeretur anno 1551.

Legatus clausula p expressis non vtitur.

22 Istæ expressionis fieri debent coram Papa, etiã in impetratione, quæ fit à legato. cle. vlt. de offic. ordi.& ibi plenè Car. sed non coram episcopo, vel alio ordinario ideo taciturnitas non vitiat collationem ordinarij, qui iã certus est, vel esse debet: secus in Papa, vel legato à latere.& in d.cap.fi. vide alias rationes ibidem.

Expressio non fit corã ordinario.

1 Necnõ verus valor, &c.

Clausula necnon verus valor quid prosit.

Scilicet habeat pro expresso, vel exprimi possit: quia verus valor in impetratione beneficij est exprimendus, cle.1.vbi gl.de præb.Doct.in d.c.ad aures.de rescript.reg.cancel.61.Inno.Papæ 8.

2 Tamen per istam clausulam valet impetratio, etiam si verus valor non sit expressus, quia hìc pro

expresso habetur, vel in bulla exprimi poterit. gl. in d. regula. cancel. 61. debet tamē exprimi aliquis valor, alioqui non prodesset ista clausula: nec reciperetur signatura, in qua nullus exprimeretur valor de stylo: quia Papa vult, vt verus valor exprimi possit, scilicet alius quàm expressus, ergo aliquis expressus esse debet: & ita seruatur.

Valor aliquis in signatura est exprimendus.

3 Et hæc clausula solet apponi tam in signatura commendæ, quàm si in titulum detur beneficium: quia vbique est eadem ratio, etiam si sit monasterij commenda: vt scripsi in §. volumus, de colla. in concorda. §. fi. de mand. Apostol. ibid.

4 In hoc tamē regno ex cōsuetudine non est nobis necessaria hæc clausula, nisi quo ad stylū signaturæ seruandū: alioqui suspecta esset signatura, si ista clausula esset in ea omissa, licet non esset nulla, quia verus valor in Francia non exprimitur, vt alibi dixi.

5 Adhęc si quis expresserit beneficium valere centum libris Paris. in signatura, in bulla autem poterit illa summa in ducatos redigi vel è contrario: vt verus valor exprimatur, ratione huius clausulæ: nā omnia in pecuniam redigi posse asserunt doct. in l. singularia, ff. si cert. peta. l. si ita. 1. de fideiuss. vbi magna pecunia in minimam, & minima interdum in maiorem redigitur: l. 1. & seq. C. de pondera. lib. 10. vbi Iacob. Rebuff. patruus mihi magnus scribit.

Valor librarū in ducatos redigi potest, & econtra.

6 Tamen si semel in bulla expressus fuerit valor, non poterit mutari, tum ꝙ non licet vicariate: cle. vna, de renunciat. tum ꝙ de prima expressione intelligatur, l. boues, §. hoc sermone, vbi plenè scripsi, ff. de verb. sig. c. non potest, in fi. de præb. lib. 6.

Valor in bulla semel expressus non potest mutari.

7 Poterit tamen is excusari per hanc clausulam, ꝙ verus valor habeatur pro expresso: quia quò ad hoc vt impetratio valeat habetur pro expresso: verùm quia in bulla fuit non verus valor expressus, ideo illa falsa expressio nocebit, doct. in c. ex tenore, & c. super literis, de rescr. nisi transcriberetur: ꝙ difficile esset post processum inchoatum, vel nisi in hoc regno ratione consuetudinis non exprimendi verum valorem: vel nisi impetretur rescriptum perinde valere extractum ex ista signatura: & ita soleo expedire. [Notandum est quòd ratione consuetudinis in regno vigintis sufficit exprimere valorē consuetum videlicet 24. ducato. &c. quod limitatur in nominationibus vniuersitatum, in quibus est verus valor exprimendus. §. volumus. de col. in concorda. scripsi in q. 9. tract. nomin.

Secundus casus est in vnionibus, in quibus oportet exprimere verum valorem, tam beneficij vniēdi quàm vniti, vt Papa ex causa paupertatis vnire, vel recusare possit, iuxta c. exposuisti, & c. vacante. de præb. alioqui imponeretur Papæ, & hoc est in reg. cancel. statutum reg. 21. quā in titulo de vnionibus declarat Fel. in c. ad aures. co. vlt. de rescr. Quia tunc cessit ratio nostræ consuetudinis exprimēdi.

Tertius casus est in dispensationibus, in quibus etiam cessat ratio, quia non soluitur annata, & quia Papa faciliùs dispensat cum habēte beneficium tenue, ꝙ si habeat pingue, ob id cessat voluntas dispēsandi, aut saltem dispensatio est subreptitia, quia non tam leuiter Papa dispensasset. c. postulasti de rescr. in his igitur dicerē verū valorē exprimendū, licet hodie simpliciter cōcedantur dispensationes.

Quartus casus esset, si quis impetraret duo beneficia, non posset dicere illa valere 24. si pluris essent, quia consuetudo tātum est introducta in vno quolibet, non in duobus, vel tribus, & consuetudo non potest extendi ad id ad quod non est assuetum, vt not. Dec. in l. de quibus. de legib.]

1 Etiam *in hac signatura solet apponi clausula de augendo vel minuendo vsque ad verum valorem fructuum.)* quæ prodest vt ad tertiam partem augeri verus valor possit, & non vltra. vide nota. in l. si merces, §. vis maior, ff. locat. ego relinquerem arbitrio Papæ: hoc tamen erat de stylo curiæ Romanæ, vt legi in antiquis libris Pragmaticorum ipsius.

Clausula de augendo quid operetur.

2 Si tamen cum ista clausula de augendo sit alia clausula in signatura ꝙ maior specificatio etiā fructuum fieri possit: vt aliquid operetur hæc vltima clausula, poterit fieri expressio etiam vltra tertiā: quia nō debet esse dictio, quæ aliquid nō operetur, l. 1. vbi gl. ff. ꝙ met. cau. & in c. solitæ, de maiorit.

Quando vltra tertiam partem possint fructus augeri huius clausulæ caussa.

3 Et si dicatur, ꝙ fructus augeri possunt vsque ad medietatem: & non exprimatur non obstan. regula, poterunt tamen augeri sicut est expressum: quia regula non obstat, quæ loquitur quātum exprimi possit vigore clausulæ & non in hoc casu.

4 Præterea si dicatur ꝙ maior & verior specificatio fieri possit non obstan. regula, tūc etiā vltra mediā partē exprimi poterit, cùm sit regulæ derogatū, & nihil obest: quæ est Inn. 61. & Iulij Papæ iij. nu. 66.

5 Item quamuis hæc clausula de augendo & diminuendo sit correlatiua, & in vtroque casu operari debeat: vt probatur in l. pen. C. de indict. viduita. tollend. officiales tamen Romani non patiuntur diminutionem, sed bene augmentum: quia in diminutione detrahitur iuri illorum, ideo illam non recipiunt: vt nota. in c. Fundamenta, de elect. lib. 6.

Valor vt diminuatur curiales Romani nō recipiunt & cur.

6 Vnde si quis in signatura, expresserit beneficiū valere vigintiquatuor ducatos, in bulla vult dicere sexdecim, non recipietur, quia ita exprimendo vellet vt gratis bulla expediretur: quod fieri solet pro beneficio sexdecim ducatorum modico, & pro paupere saltē quo ad aliquos officiales: sed sic fraudarentur omnes officiales, ideo hoc solent aspernari, nec reciperetur quis diminuēs pretium expressum: & vidi sæpiùs recusari.

7 Idē si quis expresserit in signatura beneficiū valere triginta, & in bulla dicat vigintiquatuor, nō expedietur, quia quādo valet triginta, soluitur annata: quando verò non valet nisi vigintiquatuor, nulla datur annata: ob id Galli consuetudinem hanc hactenus seruauerunt, vt non exprimant nisi vigintiquatuor ducatos auri de camera: vt docui in §. fi. de manda. apost. in concorda.

8 Idē in aliis summis, vt si dixerit valere centum, nūc vult dicere octoginta, non expedietur bulla, vt Romani dicunt, cùm sit in præiudiciū officialium, sed ipsi debebant delere de diminuendo in signatura, alioqui aliquid debet operari, vt dixi: caueant igitur impetrantes, vt in signatura magnum valorē non exprimāt, vt posteà in bulla augere illum possint, cùm diminuere non liceat, sed augere.

9 Præterea

Valor duorum beneficiorũ expressus in vna signatura an possit diuidi.

9 Præterea si quis impetrauerit duo beneficia, & simul in signatura dixerit quorum fructus non excedunt centum aureos, si posteà in bulla velit separatim valorem exprimere, non recipietur, si velit dicere tale beneficium valere quinquaginta, & alterum alia quinquaginta, etiam si separatim bullæ expedirentur: quia bulla ex signatura extrahi debet, & in signatura est facta vna expresio, ergo alia non fiet, argu. l. ædiles. §. si fortè. ff. de ædil. edic. nisi fuerit adiecta hæc clausula in supplicatione, quòd fructus simul & separatim exprimi posit, & sic soleo addere signaturæ vt rigor styli non noceat. [quando duo impetrantur beneficia.]

10 Ideo in regno Franciæ facilè (vt arbitror) expeditentur, quia augeretur pretium: nam dictum fuit, quòd fructus amborum non excedunt valorẽ vigintiquatuor ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem: vnde si quis velit separatim expedire, in qualibet expeditione & bulla exprimetur idem valor 24. ducatorum, ergo pretium augebitur: & sic vtile erit dicanicis curiæ Romanæ: sed quia non conueniret bulla signaturæ, ob id esset difficile obtinere, nisi ratione huius clausulæ, quòd verus valor exprimi posit in totum, vel pro parte.

Duo beneficia in vna bulla expediri possunt licet sint diuersæ signaturæ.

11 Si tamen quis duo impetrauerit beneficia, & duas obtinuerit signaturas, poterunt tamen in vna bulla prouisiones amborum poni, licet supplicationes sint diuersæ datæ, sed cuiusque valor separatim exprimetur: & hoc vidi sæpius fieri, dum tamen bulla conueniat signaturæ.

12 Sed si supplicationes sint æquè principales, diuersæ tamen datæ, & super eodem beneficio: non poterit bulla expediri sub data vltimæ coniungendo, quasi secunda sit reformatio primæ, sed ex prima expedietur, vel secunda.

Ex duabus signaturis imperfectis bulla perfecta expediri non potest.

13 Vt si priùs impetraui beneficium sancti Seuerini, & omisi exprimere, quòd sit plebania: in secũda signatura illam expresi, volo coniungere primam cum secũda: hoc nõ possum, quia ex imperfectis perfecta bulla constitui non potest. l. vna, C. qui numero tutela. glo. in ca. quorundam. 23. distin. sed vtar rescripto perinde valere, vel noua fieri impetratio debet.

14 Si verò ambæ supplicationes sint eiusdem datæ, & vtraque est in aliquo defectiua, ac imperfecta, sed simul iunctæ bene prouident tamen bulla non poterit ex his expediri super vtraque: ideo datarius statuit, quòd non concedatur supplicatio duplicata, intelligitur eiusdem datæ, secus si diuersæ, vt superiùs scripsi: quia multiplex impetratio & prouisio eiusdem beneficij fieri potest.

15 Sed ex imperfectis perfectum non fit, vt docet abundè Ias. in reper. l. admonendi, col. 82, nu. 254. ff. de iureiurã. text. & ibi glo. in c. nihil. 7. q. 1. & in d. cap. quarundam, vbi dicit ex duobus imperfectis vnum perfectum constitui non posse: si tamen secunda perfecta esset sine adiunctione primæ, bulla ex secunda expedietur, vel bulla expedietur ex prima, & posteà altera bulla in forma de perinde valere ad primæ confirmationem: quod erit tutius, vt dixi.

Clausula quòd verus vacãdi modus exprimi posit, &c.

1 Alia clausula solet inscribi in signatura, videlicet quòd verus vacationis modus habeatur pro expresso, seu exprimi posit.

Nominari debet canonicus per cuius mortem vacat præbenda.

2 Certum est, quòd expresso vno modo vacandi non venit alius, per cap. susceptum. de rescript. libr. 6. Ideo cauti impetrantes dicunt beneficium certo modo vacare, cuius vacationis modus habeatur pro expresso, sed non datur pro canonicatu & præbenda, si non nominetur canonicus: quia posset quemcunque canonicatum in illa ecclesia capere: vt dicit Staphil. in tractat. de liter. grat. rub. de modo & forma impetrand. versi. ideo cauti.

3 Vnde si impetret beneficium vacans per mortem, non dabitur mihi si vacet per resignationem, vel aliàs, nisi adsit ista clausula, & aliàs quouismodo vacet, vt solet in literis Apostolicis exprimi, per d. ca. susceptum. & dicam abundantiùs infrà in bulla.

Clausula ista nõ necessaria, si certa vacationis notitia non habeatur.

4 Sed si quis impetret beneficium, quod tanto tempore vacauit, quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur: tunc non est necessaria ista clausula, postquàm originem vacationis impetrans ignorat: tamen quia de stylo solet apponi: ideo si apposita esset, non vitiaret.

Certus modus vacãdi si nõ sit expressus in partis supplicatione, non poterit haberi pro expresso.

5 Notandum est quòd statuit Alexand. 6. in titu. de signat. gratiæ, quòd clausula verior modus vacationis exprimi posit, non recipitur, quando certus modus non est expressus in petitione partis, & sic in corpore signaturæ: sed si sit certus modus expressus sic, & in subrogationibus, & in gratia si neutri, & vbi sit cessio iuris literis non expeditis: inferius suo loco dicetur de hac clausula, quòd maior & verior, &c.

6 Si tamen in signatura exprimatur vnus modus vacandi, & ponatur clausula, quòd modus vacandi habeatur pro expresso, hoc nihil proderit: quia modum expressum in supplicatione oportebit in bulla exprimere, nisi cõditionaliter fuerit expressus in signatura videlicet quòd forsan per obitum vacauit, &c. & tunc per istam clausulam alius vacandi modus exprimi poterit: vt scripsi in forma manda. in verb. aliam quamcunque.

Modus vacandi expssus in signatura in bulla debet exprimi nisi cõditionaliter fuerit expressus.

7 Præterea si in corpore supplicationis sit ista clausula, ꝙ verus vltimæ illius vacationis modus, etiam si ex eo quæuis generalis reseruatio, etiã in corpore iuris causa resultet, habeatur pro expresso, & in dispositione signaturæ & ad partem (vt dicunt Romani) sit clausula generalem reseruationẽ importan. ex quauis causa, etiam dispositiuè in literis exprimẽda: ex his poterit postea in bulla exprimi beneficium etiam in curia vacans, vel ex alia reseruatione, & debebitur impetranti: vt dixi suprà in tit. de reser.

Vacãs in curia quando debeatur. Beneficium hæretici quomodo impetrandum sit.

8 Si autem impetretur beneficium vacans ratione hæresis, si non sit lata sententia contra illum, dicetur in bulla impetrationis prouidemus de beneficio, quod dilectus talis N. detinet, &c. & ponetur clausula vacantis, &c. sed si lata fuerit sentẽtia à iudice ecclesiastico contra hæreticum, à qua de iure nõ appellatur. c. vt inquisitionis, de hæreti. lib. 6.

hoc casu post sententiam dicetur, ꝙ talis N. iniquitatis filius detinet, &c. & non dicetur dilectus. quia Papæ non sunt dilecti iniqui, maximè hæretici per illud, *Iniquos odio habui*, & dicit eũ iniquitatis filium insequendo Hebræos & Hebræã phrasim. De ista impetratione beneficiorum quæ detinent hæretici, dicam in 3. parte, in princ.

9 Nec est opus dicere in bulla impetrationis, ꝙ sententia nulla prouocatione suspẽsa in rem transiuit iudicatam; sicut solet dici in aliis sententiis: quia ex quo non potest appellari, non est opus illud dicere; si tamen fuerit expressum, ꝙ sententia in rem iudicatam transiuit, non ob hoc vitiatur impetratio. quia superflua non vitiant. l. testamentum. C. de testa. & non solent quæ superabundant vitiare. l. non solent. ff. de reg. iur. Bal. in l. Gallus. §. quidam. col. 1. ff. de liberis & posthumis.

Praxis Franciæ quando beneficium ipso iure vacat.

10 Hodie in Francia in casibus, in quibus priuatio fit ipso iure, impetratur beneficium, & impetrans capit possessionem, & demum impetrat literas saisinæ & nouitatis, & petit vt manuteneatur in possessione saisina illius beneficij.

11 Si possidens pretensus priuatus se opponat, dicitur ei dies coram iudice regio, & probata non promotione, vel simonia, hæresi, aut alio casu priuante ipso iure, adiudicatur possessio impetranti; & ista via breuior est, quàm si oporteret facere declarationem, & tres sentẽtias de iure expectare, vt in cle. 1. de re iud. scribã in 4. parte inferiùs casus, in quibus fit priuatio ipso iure vel per sententiam.

Reseruatio Papæ exprimenda nisi adsit hæc clausula.

12 Etiam vult Papa, vt habeatur pro expresso, vel exprimi possit verus vacandi modus: quamuis generalis reseruatio, etiam clausa in corpore iuris, adesset, certum est quòd beneficium reseruatum à Papa non potest per alium conferri. cap. 2. de præbend. in 6. & ideo exprimi debet Papæ reseruatio, alioqui collatio non valet.

13 Tamen si ista clausula sit opposita in signatura poterit exprimi reseruatio, etiã clausula in corpore iuris, vt quãdo vacat in curia. d. c. 2. cũ limitatione, tamẽ, quã superiùs dixi, & licet glo. in regu. 62. cãcella. dicat nõ esse nisi vnã reseruationẽ clausam in corpore iuris. Philipp. tamen Probus in ca. præsenti. de offic. lega. lib. 6. multas alias congerit.

Reseruationes clausæ in corpore iuris difficiliùs tolluntur.

14 Et ob id fit mentio de reseruationibus clausis in corpore iuris: quia difficiliùs illis derogatur, vt scripsi suprà in tract. de reserua. aliæ verò quæ non sunt scriptæ in iure, licet sint cõscriptæ in reg. cancella. tamẽ nõ dicũtur esse in corpore iuris clausæ.

15 Item addi solet præterquã per obitũ apud sedem: quia Papa non intendit conferre ea, quæ per obitũ vacant in curia, vt suis ministris laborãtibus in vinea domini prouideat; & hoc solet addi in signatura, ne Papa decipiatur: aliquando hoc Papa concedit sed raró sine aliqua exceptione; vt est statutum in d. cap. 2. de præben. & per Alex. 9. in titul. de deroga. iurispatr. in suis reg.

Clausula quatenus litigiosum, &c.

1 Quatenus litigiosũ litis statum, &c.

ac merita causæ & causarum si quæ sint, ac nomina, & cognomina, gradus, & qualitates iudicũ, collitigantium, seu se molestantiũ habeãtur pro expressis, seu exprimi poßint: per literas latißimè extendenda.

2 De iure prohibitũ est cõferri beneficiũ litigiosum. ca. si hi qui, vt lite penden. in 6. tamẽ per hanc clausulam permittitur & derogatur illi text. vt superiùs scripsi; & Papa confert, quamuis beneficium sit litigiosum.

Litis status est exprimendus.

3 Etiã status litis est exprimẽdus, & merita causæ. c. inter monasteriũ, de re iudi. Feli. in c. super literis. col. 7. in 6. reg. de rescri, videlicet in quo statu sit lis, vel an sit cõtestata, aut in ea conclusum, aliàs non valet rescriptum: tamen hic status litis habetur pro expresso, vel exprimi poterit in bulla.

Clausula quatenus &c. nõ apponitur in rescriptis ad vacatura.

4 Et ista clausula operatur perinde, ac si omnis status causæ in indiuiduo & nominatim esset expressus: vt concludit Domin. Gemin. cons. 120. col. 2. quem refert Gomes. in reg. de triennal. q. 14. nu. 7. ad hoc vt valeat hæc impetratio, quæ aliàs non valeret, ista clausula nõ debet apponi in rescriptis ad vacatura, videlicet in mãdatis: quia ea quæ de futuro sunt nõ pertinẽt ac iudicẽ, & sic nõ sunt litigiosa. l. non quemadmodum. ff. de iud. l. 1. de vsur.

Nomina iudicũ gradus & qualitates exprimenda.

5 Nomina iudicum, &c.

Coram quibus iudicibus, vel iudice causa pendet, sicut de appellatione dicitur l. vna, ff. de libell. dimisso, & in cap. post appellationem, 2. q. 6. vult hîc Papa haberi pro expresso, & in bulla exprimi poterit coram quibus iudicibus causa pendeat indecisa, siue sint seculares, siue ecclesiastici; & sufficit exprimore nomen officij, dicẽdo pendere processum coram gubernatore Regio, seu eius locum tenente Montispessulani: licet nõ exprimatur nomẽ iudicis, nec cognomen: sed nomina partium, & cognomina exprimi debẽt: vt certus Papa reddatur: vt scripsi in §. teneantur, de coll. in concord.

6 Gradus, ac qualitates tam iudicum, quàm collitigantium etiam Papa pro expresso habet: gradus ac qualitates iudicum, seu collitigantium an corã iudice ecclesiastico, vel laico; & an collitigans sit in dignitate, vel non: itaque ista omnia vult haberi pro expressis, vel vt exprimi possint in bulla, an pendeat coram senatu vel alio iudice.

Clausula generaliter reseruationem importante.

1 Et cum clausula generaliter reseruationem importante

ex quauis causa, dispositiuè vel conditionaliter in literis exprimenda.

2 Quandoque in corpore, & in narratione supplicationis potest aliqua elici reseruatio, fortè, quòd cedens erat familiaris Papæ: & in dispositione ponitur hæc clausula: tunc in bulla exprimi poterit specialis reseruatio, sic, vel ex eo quod à nonnullis asseritur, &c. quòd familiaris noster & continuus commensalis fuit, vel talis Cardinalis, generaliter reseruatum existat, &c.

Vacans in curia quando per clausulam cõprehendatur.

3 Vnde si clausula ponatur in corpore: & fuerit hîc repetita, poterit in bulla suppleri: etiam si vacet in curia, dum tamen in signatura dicatur, quòd verus vacationis modus exprimi possit non obstante regula, alioqui si hæc verba non obstan. regula, non fuerint adiecta, hoc fieri non poterit, vt superius dixi.

4 Quia hæc clausula habetur ac si specificè facta esset

esset mētio, & expressa reseruatio, per tex. in l. omnes, C. de præscr. 30. vel 40. ann. Bal. no. in tit. de pace Const. in verbo non obstante. Dom. in cap. 2. de præb. lib. 6. Ias. cons. 227. col. 12. in 2. vol.

Duobus modis exprimitur actus, vel conditionaliter, vel dispositiuè, & qs effectus.

5 Etiam dispositiuè vel conditionaliter sciēdum est, q duobus modis loquitur signatura, seu bulla. Primo conditionaliter, vt impetratur beneficium sancti Seuerini, cui forsan cura animarum imminet, & forsan parrochialis existit, ecce conditionaliter, vel forsan, per obitum in curia vacat.

Forsan dubitationem & cōditionē inducit.

6 Nam dictio forsan, vel fortè, seu forsitan notat dubitationem, l. omnes, vbi Lucas, C. de decur. lib. 10. l. item si verberatū, §. 1. ff. de rei vend. licet quandoque assertionem significet, c. 2. de testa. scripsi in verb. dispositionem, in forma man. in concord.

7 Interdum dispositiuè, vt impetro beneficium sancti Seuerini curatum, & parrochialem ecclesiā existens: vel impetro talem dignitatē, quæ est maior dignitas in ecclesia post pontificalem, hoc est dispositiuè loqui, vbi certò dico hoc esse, non per dubitationem vel conditionem.

Expressum in signatura assertiuè non potest in bulla cōditionaliter exprimi.

8 Vnde propter istam clausulam positam in supplicatione, in bulla potero exprimere conditionaliter, vel dispositiuè, & quia per istam clausulā hoc mihi conceditur: quod tamen est intelligendum, quando sic cōditionaliter erat in signatura expressum: secus si in signatura esset dispositiuè & assertiuè expressum, tunc in bulla non posset conditionalis fieri expressio.

9 Quia non potest à signatura recedi: tum etiam quia minùs est exprimere conditionaliter, quàm dispositiuè: & melior expressio & maior fieri in bulla debet, quàm in signatura, sicut in instrumento, quàm in prima scheda, siue protocollo, l. contractus. C. de fide instru. & minùs valet res vendita cum conditione retrahendi, quàm simpliciter. ca. cùm Ioan. vbi etiā iuriū interpretes de fide instru.

10 Ideo statutū est in regul. cancella. 62. quòd non detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè in bulla. nisi in signatura expressa fuerit: vt si quis petat beneficium sancti Pauli Parisiensis, sibi conferri, vacans per obitum talis in curia, vel obitum talis familiaris, &c. & tunc in bulla dicetur, prouidimus tibi de tali beneficio sancti Pauli vacante per obitum in curia, vel per obitum talis familiaris nostri, &c.

11 Et si in signatura diceretur q, vacat fortè per obitum in curia, vel forsan est familiaris, tunc si alia reseruatione vacet, vt quia est maior dignitas post pontificalē, nō debebitur impetranti, nec poterit exprimi in bulla: quia non venit generalis reseruatio, nisi expressa: vt ibidē scribitur: nisi adiiceretur hęc clausula generalē reseruationē importan. de qua suprà dictū fuit. [Et de generali & speciali reseruatione dixi suprà titul. de reseruatio.]

De clausula gratificationis.

1 Et cum clausula gratificationis &c. Quæ sic in bulla extendi solet, etiam si forsan illud alicui, seu aliquibus cōferri, & de illo prouideri concesserimus & mandauerimus, seu nos de illo duobus prouiserimus: ita vt in data pares, seu æquales existant: & mutuò se impediant, & propterea locus gratificationi existat, tibi gratificando eo casu Apostolica autoritate conferimus, decernentes, &c.

2 Hæc clausula solet apponi in signatura, alioqui in bulla suppleri non potest, teste dicto Philippo Probo in c. duob⁹, de rescri. in addi. ad Io. Monach.

Vter præferatur, quādo duo sunt eodem die prouisi.

3 Quæ prodest in impetrationibus, vt si duo fuerint impetrantes à Papa eodem die: tunc attenditur is, qui fuit gratificatus, quia ambo nō sunt pares ratione gratificationis, nec mutuò se impediūt. Feli. in c. Rodulphus, de rescri. dixi in trac. de pacific. possesso. in 17. limita. Calde. cōs. 8. de rescri. ideo ad hoc ista clausula est vtilis, nec est omittēda, si sapis: quia etiā si aduersarius priùs adeptus fuerit possessionem, tamen habens istā clausulam, præfertur: quia ius habet pinguius: vt scripsi in trac. de pacifi. possesso. num. 300. in 12. limita. cap. si à sede.

4 Item prodest quando duo erant expectantes eiusdem diei, & causa pendet coram vno iudice, vt Papa vnum ex illis gratificare possit: vt docet Probus in dicto cap. duobus.

Clausula gratificationis prodest vltimo resignatario.

5 Preterea ad aliud prodest, quod scribit Cassado. in decis. 2. tit. de renūciat. vbi dicit, quòd Cardinalis de Cibo cessit canonicatui & præbendæ in fauorem duorum diuersis diebus, & iuxta morē solitum Papa eadem die signauit supplicationē pro vtroque, gratificauit tamen illum in fauorē cuius vltimo resignauerat, ideo ratione huius gratificationis, præferendū esse censet: licet consensus Cardinalis priùs fuisset præstitus pro alio, tamen ille consensus trahitur ad diem prouisionis Papæ: nam plus iuris dat Papa, quàm pars resignans: vt dicit in simili text. in c. dilectus, de offic. leg.

6 Imò nullum ius ex parte consequitur quis, sed ex superiore conferente & admittente resignationem, clem. vna, vbi doct. de renunciat.

Potest etiam prodesse ad vacatura, quando sunt impetrantes mandata, seu expectatiuas eiusdem diei, vt is præferatur, qui clausulā gratificationis habet: cap. duobus, de rescript. lib. 6.

Clausula vt in forma nouæ prouisionis si neutri, &c.

Alia clausula solita est poni in supplicatione, videlicet, *quòd literæ in forma prouisionis gratiosæ simplicis vel nouæ expediri possint, &c.* Aliæ literæ sunt gratiosæ, aliæ iustitię, vt superiùs dixi: & quia multiplices sunt literæ gratiosæ, Papa facultatē impetrāti cōcedit, vt in forma simplicis, seu nouæ prouisionis expediantur: de his dicam inferiùs statim in forma bullæ.

Vel subrogationis, &c.

Subrogare Papa potest quo etiā ad possessionem.

Vult Papa vt possint expediri bullæ in vim subrogationis, si expediat parti: de hac dicetur inferiùs in materia subrogationis, etiā quò ad possessionē: potest enim Papa subrogare etiam quò ad possessionē, teste Feli. in rub. de rescrip. col. 3. licet possessio sit facti, l. deniq; ff. ex quibus cau. ma. quæ nō trāsit nisi apprehendatur, l. cùm hęredes, ff. de acqui. poss. Et quamuis in bulla esset quis subrogatus quò ad possessionem, nisi eam apprehēderet, in hoc regno vix manuteneretur in possessione, imò alteri possidenti adiudicaretur possessorij sententia: quia non reputamus possessorem eum, qui non accepit

possessionem: vt scripsi in tracta. de mater. possess. in ordi. Reg. & in 3. tomo: nisi in locum possessoris subrogatus fuerit.

Et gratiæ si neutri, si *nulli, vel si alteri.* Concedit Papa vt possint bullæ expediri in forma gratiæ si neutri, si nulli, & de his inferiùs dicetur abundè: ideo hîc plura nõ addam, nisi quòd in regula Innocentij cãcellar. 62. dicitur, ꝙ hæc gratia si neutri, vel si nulli, si petatur subrogatio, nõ debet dari nisi collitiganti. glo. tamẽ in d. reg. Innocentij 62. dicit hoc non seruari, sed dicit se vidisse alteri non collitiganti concessam esse, & quotidie fit vt inferiùs tractabo in eadem materia.

Perinde etiã valere, aut *alia dicto oratori vtiliore.* Et cùm hæ literæ gratiæ sint frequentes, de his dicit, aliæ sunt non tam frequentes: & vult vt si vtilius sit parti, vt etiam possint expediri bullæ in forma si neutri, si nulli, vel alia vtiliore: ideo poterit pars cõsulere super signatura, quæ forma sit eidem vtilior, & secundum illã expedire bullam: & quandoque partes consulunt mensularios, qui ista non semper intelligunt: ideo partes inuoluuntur maximis fluctibus, & processibus: quamobrem bonum est peritos super hoc consulere, qui pauci sunt: vidi multos amisisse beneficium ratione impetrationis nullius.

Consulendi periti super vtiliore impetratione.

Clausula cũ derogatione, &c.

Cũ derogatione præ- *missorum ac aliorum quorumcunque contrariorum, &c.* Vult vt contraria non obstent, & quòd in bulla his derogetur: vnde in ea dicitur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ vestræ vel alterius ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque, &c. vt ibidem dicetur, quæ clausula ex hac concipitur.

Regulæ de annali possessore derogatur.

Ac regulæ de annali *possessore.* Quæ vult quòd si quis impetret beneficium pacificè possessum per annum, debet exprimere nomen, gradum, & nobilitatem possessoris, & causam, ex qua clarè posit constare, quòd nullum ius ipsi possessori competat, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicem euocari facere, & alia no. in regula cancella. Iulij 36. sed huic derogatur per hæc verba. [Vide inferius in declaratione huius reg. de annal. possessio.]

Vnde si quis impetrauerit beneficiũ, quod alius possedit sine canonico titulo: & impetrans non expresserit caussam detentionis, si fuerit derogatum huic regulæ, vt hîc, expedietur bulla sine expressione causæ, sine derogatione huius regulæ. de qua inferiùs dicetur in sua materia.

Impetratio post tres annos nõ valet etiam si regulæ sit derogatũ.

Sed si quis impetrauerit beneficium ab alio per plures annos detentum, & Papa tempus detentionis habeat pro expresso non obstant. reg. cancel. tamen valebit illa impetratio, nisi possessor esset triennalis: quia eo casu per reg. cancel. non debet molestari possessor in possessorio, nec in petitorio, vnde non valet impetratio: vt plenè scripsi in trac. de pacific. possess. quidquid dicat Gomes. in reg. de triennal. q. 17.

Clausula iurispatronatus derogationis.

1 Necnon iurispatrona- *tus quatenus de illo existat, etiam si laicorũ nobilium, & illustrium personarum, etiam si ex fundatione, vel dotatione competat in toto, vel in parte.* In hac clausula debet repeti necnon cum derogatione iurispatronatus, quatenus *de illo existat, &c.* vt Papa illi velit derogare.

Iuspatronatus quid sit.

2 Iuspatronatus est ius honorificum, onerosum, & vtile; competens ei qui ecclesiam construxit, dotauit vel fundauit, vel ei qui ab eo caussam habuit: prosequitur Panorm. in rub. de iurepatron. & Roch. Curtius in tract. iurispatro. in princ. ac Lamberti. in suo magno tract.

Quot modis iuspatronatus acquiratur, & cui.

3 Et hoc iuspatronatus acquiritur ei, qui construxit, fundauit ecclesiam vel dotauit, & eius successoribus. c. nobis. de iure patrona. c. filiis. & cap. piæ mentis. 16. q. 7. sed post constructam ecclesiam non acquiritur iuspatronatus. gl. in d. c. piæ mentis, & c. fin. de reb. eccles. non alien. in 6. quia rei sacræ seruitus imponi nõ potest. c. significatum. de præben. Domi. cons. 32. nisi de Papæ consensu: nam alius nõ potest ecclesiæ seruitutem imponere, etiam si eam dotauerit: vel nisi ecclesia esset penitus destructa. c. quoniam. de iure patro.

4 Quamuis summi pontifices ex gratia hoc ius laicis reseruauerint, vt eos ad construendas, & fundandas ecclesias allicerent, [& ne à fundationibus retraheretur.] c. decernimus. 16. q. 7. c. 3. de iurepatr. gloss. in capit. nemo. 32. q. 4. [facit text. in l. 2. ff. de oper. public.]

Papa beneficium siurepatronatus laicorum existens nõ cõfert sine derogatione.

5 Tamen postquàm laicis iuspatronatus competit, quia est eis à iure reseruatum: ob id Papa non solet conferre beneficia sub iure patronatus laicorum existentia, nisi cum derogatione iurispatronatus: & non est suæ intentionis, vt valeat illa collatio non facta derogatione: vt dicit Io. And. se de hoc vidisse bullam directam prælatis Angliæ aliàs prouisio Papę tanquàm subreptitia non valet, quia citra intentionem Papæ.

Mentio facienda non est de iurepatronatus clericorum.

6 Itaque derogatur hîc, si iuspatronatus cõpetat laicis: quia de iure patronatus cõpetẽte clericis nõ est faciẽda mẽtio nec derogatio: sed Papa & legatus iure suo conferunt etiam sine patronorũ cõsensu: c. cùm dilectus. de iurepa. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. part. q. 11. num. 29. vnde nõ valet Papæ prouisio tanquàm subreptitia, si non derogauerit iuripatronatus laicorum saltem cõditionaliter, vt hîc quatenus de illo existat. vel si de illo existat: sed vtitur quatenus de illo existat, vt hîc constat.

Patronus laicus quis dicatur.

7 Et dicitur patronus laicus, quando ecclesiam fundauit ex suo patrimonio, vel ius habuit ab eo, qui eam de patrimonio & bonis patrimonialibus construxerat. d. c. cùm dilectus. & ibi docto.

Ecclesiasticus patronus quis.

8 Ecclesiasticus verò patronus dicitur, quãdo ex bonis ecclesiæ fundata est, vel clericus illud ius habet ratione ecclesiæ. glo. in cle. vlti. de iurepatron. Panor. in c. eam te. & c. illud. de iure patro. Curtius in tract. iurispatro. in verb. ius. q. 7. Fel. in suo tract. quando

Clausulæ generales ad derogationem iurispatronatus non sufficiunt.

quando literæ Apostolicæ noceant patrono.

9 Vbi plus dicit, quòd clausulæ generales derogatoriæ non sufficiunt ad derogationem iurispatronatus, laicorũ etiã si adesset clausula motus proprij, vel clausula nõ obstant. & aliàs ampliat 10. modis, qui ibi videri possunt: & Dom. conf. 117. in quæst.

Et sic extat regula, quòd etiam Papa beneficiũ sub patronatu laicorum existens conferre non solet, sine derogatione: alioqui collatio esset subreptitia: vt superiùs dictum fuit: diceretur tamen ille prouisus coloratum habere titulum: vt fusiùs scripsi in tract. de pacific. posses. quamuis quidam stolidi censeant contrà.

10 Quod limitatur in sequẽtibus casibus. Primus quãdo patronorũ cõsensus accessit: vnde solet Papa in prouisione apponere, dũmodo dictorum patronorum ad hoc expressus accedat cõsensus: nam cum agatur de præiudicio illorum, si consentiant, non est derogandum: nam postquàm partes sunt concordes, quid ad iudicem? vt docet text. in l. 1. §. inde. ff. de noui operis nuncia.

11 Si autem tres patroni consenserint, & duo nõ, solet in prouisione Papa dicere: cùm trium ex dictis patronis expressus ad hoc accesserit cõsensus, quo ad reliquos. ex patronis prædictis hac vice dũtaxat specialiter derogamus: nam postquàm omnibus potest derogare, & aliquibus. cap. pastoralis. §. item cùm totum. de offic. deleg. & maximè dum maior pars consentit.

Minori numero patronorũ solet Papa etiã in hac patria derogare.

12 Etiam in hoc regno Franciæ solet Papa minori numero patronorum derogare: quãuis de consuetudine non recipiatur alia derogatio de patronatu laicorum, in hac patria consuetudinaria: scilicet vt omnino derogetur iuripatronatus laicorum.

Bulla quomodo sit cõcipiẽda ad præsentationem patroni laici.

13 Et si quis patronus Papæ [per resignationem] præsentauerit, non dicet Papa, nos tibi, quem dictus patronus per publica instrumenta nobis, & c. præsentauit, quia ante vacationẽ non poterat præsentare: ideo Papa dicet in bulla, tibi præsentato N. cùm ad hoc dicti N. patroni per publica instrumenta expressus, accesserit consensus, Apostolica autoritate conferimus: & videatur bulla, quæ sic solet confici, vt fuit dictum.

Præsentatio an probetur per narrationẽ Papæ vel collatoris.

14 Et hæc præsentatio probatur per solam Papæ, vel episcopi narrationem, factã in literis collationis, vel prouisionis. cle. vna. de prob. ca. post cessionem. illo tit. quia vbi constat de duobus extremis ritè factis, debemus etiam præsumere de medio, arg. c. cùm dilectus. de dona. c. accedens. vbi glo. de conuers. coniuga. sed de vacatione & institutione constat: ergo & de præsentatione debemus præsumere: & hoc firmat Feli. in d. c. post cessionem, col. 4. quem refert Roch. Curtius in d. tract. iurispat. in verb. honorificum. q. 50.

15 Ideo qui præsentationem factam non esse asserit vel negat, hoc probare debet, cùm ex narratione saltem præsumatur: secus si nihil esset enunciatum in literis Papæ, tunc oporteret illum probare, qui præsentationem allegaret: vt plenè scripsi in tit. de subla. cle. literis. in Concorda.

Iure deuoluto Papa confert beneficia sub patronatu laicorũ & lapso illis dato tẽpore.

16 Secundò poterit Papa prouidere sine derogatione patronatus, postquàm deuoluta erat collatio ad illum. vtpote si patronus laicus non præsentauerit intra quatuor menses, à iure illi præstitutos. ca. vno. de iure patron. lib. 6. refert Staphil. in tracta. de literis gratiæ, de hoc modo & forma impetrandi, versic. hinc est quòd in prouisionibus: & si ordinarius non prouiderat: per c. 2. de concess. præben. & sic deuoluta erat collatio ad Papam, eo casu non est opus derogatione.

17 Debet tamen in literis prouisionis Papæ fieri mentio de iurepatronatus: vt docet Geminia. cons. 50. quæritur.

18 Tertiò quando tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixum lapsum est, per d. cap. vnic. & hoc est additum per Iulium Papam modernum in sua regula 44. sed proximus casus sufficere, videbatur: nam quando patronus non pręsentauit intra tempus, deuolutum est ius ad superiorem. cle. vna vbi glo. de supplen. negl. prælato. nisi dicas, quòd elapso tempore præsentationis non est deuolutum ius ad Papam, sed ad episcopum, vel alium instituentem: quòd si instituens non conferat deuoluitur ad alium, donec ad Papam deuolutum fuerit: & sic duo erunt casus sic intelligendo.

Præsentatio nulliter facta nõ impedit collationẽ Papæ prætextu iurispatr. laicorum.

19 Quartò quando patroni præsentauerunt, sed nulliter: tunc etiã valet Papæ prouisio, etiam sine derogatione, quia nõ præiudicatur patronis, cùm ipsi præsentauerint, & functi sint suo officio. ca. in literis. de offic. deleg. & ratione prælationis & prærogatiuæ Papa conferre potuit, c. dudum. de præb. in 6. dixi in §. declarantes, in ver. iure præuentionis, de mand. Apost. in concord.

20 Quintò secundum quosdam si beneficiũ vacet in curia per obitum. Staphil. in d. tract. de literis gratiæ, vers. 3. an sit locus, sed contrarium teneo inferiùs: quamuis hoc sit in reg. cancella. Alex. 6. statutum. & hoc probatur per doct. in c. 2. de præb. in 6. vbi communis opinio est contra.

Papa patronis non consentientibus confert.

21 Sextò quando patroni nolunt consentire sine causa permutationi, poterit Papa etiam in hac patria consuetudinaria cõferre, imò etiam in episcopo consuluit Dom. cons. 50. quæritur. inferiùs dicetur abundantiùs in tract. de permut.

Papa retẽta sibi collatione prouidet.

22 Septimò quando Papa prouisionẽ sibi retinuit in fundatione, vt in decanatu ecclesiæ Alesti diœces. Nemau. tunc iure suo sine aliqua derogatione confert facta huius retentionis mentione.

Iurispatro. cõpeten. ex præscriptione vel priuilegio Papa derogat.

23 Octauo si ius patronatus competeret ex præscriptione, vel priuilegio, tunc nõ erit illius facienda derogatio: quia non quæritur ius patronatus his modis, licèt ius præsentãdi acquiratur. Gemi. cõsi. 45. consuetudo. col. 3. & Calder. consi. 19. isto titul. Cardi. cons. 69. vacante. col. 2. & Feder. cons. 65. vbi concludit etiam legatum posse conferre, quando competit ius laico præsentandi ex consuetudine, vel priuilegio: hoc etiam firmat Staphil. in tractat. de literis gratiæ, de modo & forma impetrandi, vers. quartò venditione.

24 Ego arbitrarer hoc casu etiam faciendã mentionem, qua Papa difficilius concederet: & illa sunt exprimenda, vt per Fel. in c. nostra. de rescrip. Paul. Paris. cõs. 46. videtur col. 3. vol. 4. sed habita mẽtione in hac patria vix conferret ratione contrariæ

consuetudi

consuetudinis. [Nam in curia Rom. hodie nulla fit differentia an iuspatronatus sit quæsitum fundatione, an præscriptione. vt firmat Decius, consil. 126. in causa, col. 2. num. 3.]

Derogat Papa iuripatr. laicorum quando clericus est in possessione p̄sentandi.

25 Nonò si clericus erat in possessione præsentādi, & tamen iuspatronatus esset laicum, eo casu valeret prouisio facta à Papa non facta mētione, quia possessio attenditur. c. cōsultationibus. de iure patro. & Cardinal. consi. 69. vacante, col. 2. postquàm communiter habetur clericus pro patrono, ille error cōmunis excusat: l. Barbarius. ff. de offi. prætor.

26 Hoc tamen casu quia mens Papæ sine expressione non est, vt conferat: ergo nō valeret prouisio ratione volūtatis deficiētis, & licèt ille error esset, tamen mens Papæ hoc casu abest, vt alibi dicam.

Dispensat Papa vt retineātur beneficia sub patronatu laicorum existen.

27 Decimò si Papa dispenset cum promoto ad Episcopatum vt retineat sua beneficia, poterit retinere ea etiam, quæ sunt sub patronatu laicorum: vt decidunt domi. de Rota decis. 331. Supposito in no. [sub tit. de præbend. decis. 21.] quia non agitur de præiudicio patroni, cùm non vacet beneficiū: & multa tenent facta, quæ fieri prohibentur. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. facit l. secus. de iudic. docet ~~Staphil.~~ in d. tracta. de lite. gratiæ, ver. quartus & vltimus casus. Plura ad hanc rem accōmoda scripsi, & ibi senatuscon. in §. præfatiq; ordinarij. in ver. viris graduatis, de colla. in cōcor.

P̄sio imponi potest beneficio sub patronatu laicorum existent.

28 Vndecimò poterit Papa imponere pensionē sine etiam consensu patronorum laicorum, quia plenaria beneficiorum dispositio ad illum pertinet. c. 2. de præb. lib. 6. alias limitationes tradit Feli. in d. tract. vbi videri poterunt.

Dispensat Papa ad duo, etiam si sint sub patronatu laicorum.

29 Duodecimò poterit Papa dispensare, vt literatus habeat duo beneficia, etiam sub patronatu laicorum existentia, & sine patroni consensu: iuxta c. de multa. de præb.

Derogatio à Papa tantùm fit, & quomodo.

30 Decimotertiò quando Papa derogat iuripatronatus laicorum, valet prouisio, quòd potest, non autem legatus, vel alius inferior. ca. dilectus. de offic. leg. c. cum dilectus. de iurepatro. quod non solet in hac patria consuetudinaria.

Iuspatronatus laicorū quādo cōditionaliter exprimi possit.

31 Et solet Papa huic iuri conditionaliter sic derogare: nos iuripatronatus huiusmodi, quatenus dicta ecclesia de dicto iure sit, pro hac vice derogamus & c. licet pars debeat præcisè, & non conditionaliter exprimere in bulla; si iuspatronatus spectet ad laicum: alioqui impetratio non valebit.

32 Aliquando vidi partem cōditionaliter exprimere, etiam si de iurepatronatus laicorum existat: quod est verum, quando beneficium non est reseruatum; sed si beneficium sit reseruatum, vel ex loco, quia vacauit in curia, vel ex persona, quia familiaris erat seu ratione beneficij, fortè quia maior dignitas post pontificalem, non poterit conditionaliter iuspatronatus exprimi, quia sic tolleretur reseruatio; ideo necesse est in his saltem casibus, vt pars præcisè dicat, an sit de patronatu laicorum, vel non sit, vt reseruatio possit suum sortiri effectum: vt docto. scribunt. in c. 2. de præb. in 6.

In vacaturis præcisè debet iuspatronatus exprimi.

33 Idem in vacaturis, vt non possit conditionaliter exprimi quòd beneficium, vt à nonnullis asseritur de iurepatro. laicorum existit: sed debet præcisè dicere si sit, vel non propter reseruationem, quæ solet dari, quæ impeditur ratione iuspatronatus laicorum: ideo si hoc fuerit dictum conditionaliter, bulla erit rescribenda, alioqui non valebit.

34 Vnde non valet prouisio facta à Papa, in qua fit mentio fundatoris, & iurispatronatus: sed non est expressum quòd esset de iurepatronatus laicorum, quia in dubio intelligitur Papam voluisse derogare iuripatronatus clericorum, non laicorum: vt docet Feli. in tract. quando literæ Apostol. col. 3. in 3. amplia, post Lappum. alleg. 84. Dominus Papa, colum. 3. nam cùm iuspatronatus ad duo referri possit, ob id in specie narrari debet, non in genere, alioqui incerta & confusa est impetratio, & subreptitia, teste Oldra, cons. 81. quòd processus. Aymo Crauette, cons. 68. proponitur, col. 2.

35 Item vbi est iuspatronatus, non ponitur clausula ex quauis caussa, nec generalem reseruationem importante: vt est statutum in reg. Alex. 6. tit. de signa. gratiæ.

In Francia & Normania non derogatur iuripatronatus laicorum.

36 Sed in Francia consuetudinaria, & in Normania non solet Papa derogare iuripatronatus laicorum: nec eius derogatio recipitur de consuetudine, quæ an valeat, tradit Collecta. in cap. ex tenore. col. 1. de concess. præb.

In beneficiis litigiosis derogatur iuri laicorum, quādo patrono confertur.

37 Si tamen vacarent beneficia per assecutionem & constitutionem execrabilis. siue cap. de multa. vel deuolutionem & alio quouismodo beneficia habent possessores, quos oportet per lites expellere. his casibus derogatur iuripatronatus laicorum etiam principum, vt statuit Alex. 6. in titu. de deroga. iurispat. vbi etiam derogari ait, quando Papa confert filio vnius patroni, vel nepoti; & hoc æquum videtur.

38 Item quando Papa ponit istam clausulam cū derogatione iurispatronatus, & c. debent pragmatici Romani addere, quo ad gratiam si neutri, vel subrogationis duntaxat: sed non dabitur derogatio quoad nouam prouisionē, nisi vt suprà dixi: & hoc habetur in reg. Alex. 6. tit. de signatura gratiæ.

In gratiis neutri, subrogationis derogatur iuri laicorum.

39 Quia in gratiis si neutri, & subrogationis iam patroni consenserunt, ob id illis non infertur iniuria, quia præsentarunt, secus esset in gratia simplicis prouisionis, vel nouæ, vbi non præsentassent: quod nota.

In permutatione consensus patroni requiritur.

40 Etiam in permutatione requiritur consensus patroni, aliàs irritabitur prouisio: quia inimicus fundatoris & ecclesiæ sic posset præfici, c. illud. de iure patro. Lappus alleg. 96. beneficia. in fi. glo. in c. vno, de rerum permut. in 6. Feli. in ca. cùm Bertoldus. col. 5. de re iudic. Bertrand. cons. 273. etiam, col. 1. & 2. in 3. vol. ex prima editio. & Domi. consil. 45. consuetudo. Aegid. decis. 179. & 171. permutatio.

41 Si tamen patronus nolit consentire sine caussa, poterit episcopus permutationem approbare, teste Domi. cons. 50. quæritur an Episcopus, & Staphil. in d. tract. ver. hinc est, post Panor. in c. cùm accessisset. num. 91. de constit. oportebit tamen priùs audire patronum, & eius recusationē ac caussam.

42 Nempe resignationis approbatio ad Episcopum pertinet, & non ad inferiorem: ca. quæsitum. de re. permut. Ob id poterit Episcopus conferre beneficium

Permutationes absque præsentatione patronorum fiunt

beneficium caussa permutationis cũ patroni consensu etiam sine præsentatione, quæ requiritur quando vacat per mortem: vt asserit Felin. in d. ca. cùm Bertoldus, col. 5. de re iud. refert. Curt. in trac. iurispatronatus in verb. honorificum. in princ.

43 Tamen de generali cõsuetudine ecclesiæ quasi omnes Episcopi tales expediunt permutationes absque patroni consensu, & vocatione patronorũ. his verbis vtitur Aegid. Bellamer. in cons. 6. Factũ pro parte, col. pen. & valet præscriptio secundum eum. vide quæ scripsi infrà de permut. in 4. parte.

44 Si statuto ecclesiæ vel in fundatione statutum sit, quòd nullus præsentetur ad talem ecclesiã, vel nulli conferatur, nisi sit talis ætatis, vel presbyter, tũc nullus poterit derogare illis statutis, nisi Papa. cle. Quia contingit, de relig. domi. c. Si pro clericis. de præb. lib. 6. nec valebit collatio contra statuta facta ab alio quàm à Papa.

Fundationi non potest derogari sine patroni cõsensu ab inferiore, à Papa contrà.

45 Et id si cautum sit, ꝙ habens illud beneficium aliud habere non possit, tunc Papa fundationi derogare poterit, non alius.

46 Nisi de voluntate patroni, tunc episcopus poterit conferre etiam non presbytero: vt visum fuit Panor. in c. cùm accessissent, num. 5. de constit.

47 Sunt tamen qui dicant, quòd si statuta loquãtur per verbum recipiatur, quòd nullus recipiatur, nisi sit presbyter, tunc valebit collatio: sed in receptione poterit se opponere is, qui interesse prętendit, videlicet patronus, & non recipietur sine suo consensu: vt no. Innoc. in c. quod sicut. de elect.

Pensio sine patroni cõsensu à Papa imponitur.

48 Tamen in creatione pensionis à Papa factæ nõ requiritur cõsensus patronorum: quia Papa habet plenam in beneficiis potestatem. c. 2. de præb. in 6. Feli. in d. tract. quando literæ Apostol.

49 Quòd limitatur si in signatura fuerit expressum de patronorum consensu, tunc enim requireretur & in bulla: nam postquàm apparet Papã voluisse illorùm consensum interuenire, & bulla ex supplicatione conficitur, vnde illud omitti non debet, alioqui bulla ex omissione reprobaretur: quem tamen consensum Papa requirere non solet in hac pensione.

Non valet bulla faciens mentionem de patronatu, si hoc non fuerit in signatura expressum.

50 Et si quis impetrauerit beneficium patronatu laicorũ affectum, si in signatura nihil dixerit de patronatu laicorũ, posteà in bulla non poterit exprimi, etiamsi vellet dicere, dummodo patronorum accedat consensus: nam postquàm in supplicatione non est facta illius mentio, sic in bulla non fiet, sed poterit de nouo impetrari beneficium, vel impetrari rescriptum perinde valere: quia prima impetratio tanquàm nulla non impediet secundam. c. ex tenore. de rescript.

Autoritate ordinaria prouisus dicitur etiam institutus.

51 Tamen si vnus in signatura dixerit sibi autoritate ordinaria fuisse prouisum, & quia dubitat talem collationem viribus non subsistere, supplicat Papæ sibi de nouo prouideri: si Papa prouiderit, in bulla poterit exprimi se fuisse præsentatum & institutum: quia hoc autoritate fuit factum ordinaria, vtpote institutio. cap. conquerente. de offic. ordi. & per totum tit. de instit. & in institutione plus iuris habet ordinarius, quàm patronus. ca. dilectus. de offic. lega.

52 Secus si Episcopus prouidisset sine consensu patronorum intra tempus quatuor mensiũ, si patroni neglexissent intra illud tempus iuris præsentare, valebit collatio: cap. illud. vbi doct. de iure pat. Pet. Paris. cons. 144. scripseram, in 4. vol. vnde si in supplicatione non fuerit expressum de patronis, hoc etiam non poterit in bulla narrari: quia non potest addi bullæ, quòd nõ est in signatura expressum, nisi sint clausulæ, quæ ex consuetudine & stylo apponi solent, quæ habentur pro appositis. l. si quis donaturus. ff. de vsufruc. l. certi conditio. §. si nummos, vbi Ias. & alij, si certum petat.

Collatio ab ordinario facta intra tempus patronis p̃ æstitutũ valet.

53 Imò si in signatura vnus petat sibi prouideri, de beneficio patronato, & in dispositione est, ꝙ dictus orator possit exprimere, an sit præsentatus, & forsan institutus: posteà in bulla virtute huius clausulæ poterit exprimere, se præsentatum & recusatum, & appellasse, quia dubitatiuè dixit, & forsan institutus, &c. & dabitur noua prouisio eo casu ratione illius clausulæ, non aliter. Et sicut valet collatio ordinarij, si patronus non præsentauerit intra tempus. d. cap. illud. de iurepatro. multò fortiùs valebit collatio Papæ, si non sit subreptitia, ne sit deterioris conditionis; & potestatis quàm ordinarius, sed ratione maioris prærogatiuæ. cap. si à sede, de præben. lib. 6. & nisi istud esset tam euidens bonis & doctis, multis probarem, sed non addam lumen Soli.

Verba signaturæ ꝙ forsan sit præsentatus vel institutus, &c.

54 Notandum quòd si præsentatus ante institutionem ingrediatur, & accipiat possessionem beneficij, eo ipso priuatus est iure, quod habuit ex præsentatione. c. Auaritiæ. de elect. lib. 6. iuncta gl. in c. fin. illo tit. hoc extendens ad præsentationem, quam probat Barba. cons. 68. col. 2. vol. 2. & Carde. cons. pen. de elect. facit c. qualiter. de elect.

Præsentatus ante institutionem possessionẽ beneficij accipiens est priuatus iure.

55 Quia dispositio illius text. est fauorabilis ecclesiis, licet aliàs dicatur pœnalis, tamen extendetur de electione ad præsentationẽ: vt docet Roch. Curt. in tract. iurispatrona. in verb. honorificum. q. 39. licet contrarium velit tenere Aegid. Bellamera in decis. 620. c. fi. de elect. nisi fuerit consuetudo.

56 Imò si ante institutionem perceperit fructus, fit inhabilis, quia sine titulo recipit, & indiget rehabilitatione: vt inferiùs dicetur in materia dispẽsa. per ea quæ not. doct. in ca. dilectus. de offic. leg. idem dixi in eo, qui recepit fructus post regiã nominationem ante Papæ prouisionem, vt sit priuatus iure, si quod per nominationem habebat.

Recipiens fructus ante institutionẽ fit inhabilis.

57 Vnde alia debet fieri impetratio à Papa, & debet exprimi quòd ante institutionem & post præsentationem fructus recepit, & sic se intrusit, & inhabilem se reddidit. ideo Papa absoluet eum, & rehabilitabit. ita docet D. Probus in c. fi. col. 2. de cõstit. & si is qui recepit fructus nõ impetrauerit, poterit tertius illius beneficium impetrare vacãs per intrusionẽ. c. cũ iamdudũ, vbi Panor. & alij de pręb.

Impetrari potest beneficiũ illius qui fructus recepit ante institutionẽ.

58 Et non expedietur etiam signatura impetranti, nisi de fructibus componat perceptis, & dimidiam partem fructuum perceptorum cameræ Apostolicæ tradat. vt docet Hiero. in praxi Romanæ curiæ. fol. 44. vers. consultus à quodam. & Domi. in cons. 106. Super dicto dubio, col. 3. Felin. in cap. in

Iurispatro. laicorũ mẽtio specialis faciẽda est nec sufficeret dicere ad p̃sentationẽ, &c.

noſtra, corrola. 2. de reſcript. inferiùs abundantiùs exprimam.

59 Nota quòd in derogatione primò debet fieri mentio iuriſpatronatus laicorum: vt dictum fuit, nec ſufficit exprimere ad quamcunque collationẽ, præſentationem, vel prouiſionem pertineat: quia illa verba intelligerentur de præſentatione ſpectãte ad clericos, non ad laicos. Ioan. And. & alij in ca. dilectus, de offic. leg. Staphil. in tract. de literis gratiæ. tub. de modo & forma impetrãdi. verſ. ſed dubium eſt, & verſ. patent igitur.

60 Vbi limitat in duobus caſibus quando acquiſitum eſſet ius præſentandi ex priuilegio, vel præſcriptione. idem tenuit Lappus allegatio. 96. beneficia. col. 1. ſuperiùs ſcripſi in hac clauſula.

Iuriſpatro. nobiliũ fit mentio.

61 Solet etiam exprimi, ſi ad nobiles ſpectaret: quia ſolet eſſe difficilior derogatio, quãdo ad iſtos pertinet. ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videtur quaſi neglecta. l. item apud. §. ait Prætor. ff. de iniur.

Regũ & illuſtriũ perſonarũ iuriſpatr. mẽtio faciẽda.

62 Etiam debet fieri mentio regum, & illuſtriũ perſonarum: quia derogando ſimpliciter iuripatronatus laicorum, non intelligitur derogatum, ſi ad reges, vel alios principes pertineat. c. fi. de offic. deleg. lib. 6. c. ne aliqui, de priuileg. ibid. & ita eſt in regul. cancella. 40. declaratum. & Feli. in d. tracta. ampliat. 7. quia ſub clauſulis generalibus iſti ſublimes ſunt excepti, & non comprehenduntur. ca. ſedes. de reſcript. c. de multa. de præb. Carol. Ruin. conſ. 79. quæritur. in 5. vol. col. 2.

63 Vnde ſi prouiſio à Papa fuerit facta, nõ obſtante iurepatronatus laicorum, ſi ſpectaret ad Regem non valeret prouiſio, & Rex ſe opponere poſſet: vt Innoc. in ſimili dicit in ca. quòd ſicut. de elect. glo. in d. reg. 40. & Fel. in d. tract. amplia. 8. & non cenſetur iuri Regis derogatum.

Iuripatro. regũ nunquàm derogatur, etiã ſi in curia vacet beneficium.

64 Imò ſi beneficia vacent in curia per obitum, quorum ad Regem præſentatio pertinet, Papa ea non conferet ſine Regis conſenſu. glo. not. in c. 2. de præb. lib. 6. Lappus alleg. 96. beneficia. Rota deciſ. 266. in antiq. [ſub tit. de conceſ. præben. deciſ. 46.] Curtius in tract. iuriſpatro. in verb. competens. q. 24. vbi multa adducit: & nunquàm derogatur iuri patronatus Regibus competẽti, etiam ſi beneficia apud ſedem Apoſtolicam vacent: vt ſtatuit Alex. 6. in tit. de deroga. iuriſpatro. niſi illi fuerit aliàs derogatum, quia tũc expreſsione facta illi poterit derogari. teſte Petr. Pariſ. conſ. 104. cum reſeruatio. in 4. volum.

Derogatio iuriſpa. laicorũ, ſi cõſenſus patronorũ interuenerit, non requiritur.

65 Nota tamen quòd iuriſpatronatus laicorum in bulla non requiretur aliqua derogatio, ſi omnium, vel maioris partis patronorum conſenſus interuenerit, quia ab ordinario poterat inſtitui ſic præſentatus ſine vlla derogatione de iure. ca. quoniam. de iurepat. nam quod maior pars facit ratũ habetur, ac ſi omnes feciſſent. cap. cùm Bertoldus, de re iudic. & in c. 1. & per totum. de his quæ fiunt à maio. parte. cap.

Derogatio iuriſpatro. religioſorũ quomodo fiat.

66 Aduertendum eſt, quòd ſi iuſpatronatus ſpectet ad religioſos, vel ad capitulum; ſolet Papa in ſignatura loco huius clauſulæ de iurepatronatus inſcribere, quòd præſentatio perſonæ idoneæ de antiqua & approbata cõſuetudine ad ipſius eccleſiæ capitulum, dum pro tempore vacat, pertinet: & de ſtylo curiæ Romanæ nõ apponitur hæc clauſula, cum derogatione iuriſpatronatus.

Multis modis iuſpatronatus competit.

67 Derogatur etiam huic iuri ſi cõpetat ex fundatione, vel dotatione, ſeu emptione. c. Piæ mẽtis. 16. q. 7. vbi glo. & c. Ex literis, de iurepatron. idem ſi ex ſucceſsione. c. conſiderandum. 16. q. 7. cap. 1. & c. quoniam, de iure patro. idem ſi competat ex donatione. c. ex inſinuatione. iuncto. c. vno. eo. tit. lib. 6. vel ſi permutatione nobis competat. idem ca. nemini. 16. q. 7. & aliàs quomodocunque: vt ſuperiùs declaraui.

Iuriſpatro. laicorũ pro parte an derogari poſſit.

68 Item ſiue in totum competat laico, ſiue in parte: nam ſi laicus habeat partem iuriſpatronatus in eccleſia, etiam oportebit derogare, licet altera pars competeret eccleſiæ. glo. in c. vno. de iurepatro. lib. 6. quamuis Rota deciſ. 266. in antiq. [ſub titul. de conceſ. præb. deciſ. 46.] teneat contra. primam tamen tenet Feli. in tract. quando literæ Apoſtol. noceant patro. in 6. ampliatione.

69 Et in hac patria ſicut non recipitur derogatio iuriſpatronatus laicorum, quando in ſolidum ſpectat ad eos, ita non recipietur, quando competit illis pro parte: vt vidi ſeruari, & ſcripſi in glo. vnum collatorem. in §. 1. de mandat. Apoſtol. in concord. Paul. Pariſ. conſ. 35. ad veram, nu. 16. & ſeq. in 4. vol. quamuis Alex. 6. ſtatuerit hoc caſu derogari poſſe.

Derogatio iuriſp. ſemper in bulla facienda, aliàs non valet.

70 Adhæc quamuis doctores aſſerant valere prouiſionem beneficij factam ſine derogatione, quando laicus ex conſuetudine, præſcriptione vel priuilegio ius acquiſiuit præſentandi: tum quia talis non eſt patronus, licet iuſpatronatus acquiſiuerit: vt docet Calde. conſ. 19. conceſſum, hoc titul. & Gemi. conſ. 45. cõſuetudo. col. 3. tum quia ceſſat ratio ne retrahantur à fundatione, quia is non fundauit: docet Feder. conſ. 65. & Cardi. conſ. 69. vacante. col. 2.

71 Tamen ego in praxi non vidi fieri differentiam, ſed ſemper derogationem in bulla vidi inſertam, aliàs ſubreptitiam iudicatam: quia praxis has non curat ſubtilitates: vt ſuprà dictum fuit.

72 Vltimò nota quòd Papa ſolet etiam derogare fundationi beneficiorum, etiam ſi in illa caueatur expreſsè, quòd obtinens tale beneficium teneatur in illo reſidere perſonaliter, & intra annum ad ſacerdotium promoueri: vel quòd teneatur in principio eſſe ſacerdos, & cùm illo non poſsit aliud obtinere beneficium.

Derogatio fundationis in ſpecie, non in genere.

73 Sed non ſolet Papa derogare, quando derogari petitur fundationi in totum, & quo ad omnes eius partes etiam non expreſſas, vel exprimendas: poſſunt enim eſſe tales quibus Papa nollet derogare: & hoc expreſsim firmat Staphil. in d. tractat. de literis gratiæ. vbi ſuprà. verſic. vltimò non omitto.

74 Et ſic Papæ exprimi debet, ſuper quo petitur derogatio in ſpecie, non in genere ratione confuſionis vitãdæ. Hactenus de iurepatronatus laicorũ.

Clauſula de ſpeciali ad vitã, quid denotet.

75 Et de ſpeciali ad vitã, &c. quæ denotat impetrantem minores & principales obti

pales obtinere posse dignitates, de quibus in corpore facta est mentio, & de speciali Papæ gratia est in reg. Alex. 6. in tit. de signatura gratiæ, & titu. de dispens. in princ.

Clausula q verior expresio fieri omnium posit.

1 Et quòd præmissorum *omnium & singulorum denominationum, nominum, & cognominum, qualitatum, annexorum, situationis fructuum de augendo & diminuendo, ordinum dependentium, annorum diæc. aliorúmque circa præmissa necessariorum maior, verior seu amplior expresio seu specificatio fieri posit.*

2 Ista clausula iusta est, & summæ vtilitatis: nam interdum multa omittuntur in signatura, quæ non possent in bulla suppleri, si non adesset ista clausula: nec valeret impetratio tanquàm subreptitia, ideo ista clausula supplet.

Quãdo omnia & singula exprimi debent, non sufficit generalis expresio.

3 Primò vult q omnia & singula veriùs exprimi posint: & nota q quando omnia sunt exprimenda, ac singula, tunc non sufficit exprimere in genere, sed debet fieri expresso cũ omnibus suis qualitatibus, & circunstantiis, per gloss. singul. in verb. omnia & singula, in c. vt circa, de electio. in 6. Barba. in cap. si quis presbyterorum, col. 2. de rebus eccles. non alienand. & ita geminatio multi est momenti: vt doct. scribunt in l. balista. ff. ad Trebellia. & Corse. in suo tractat. de geminatis.

Denominatio verior fieri potest.

1 Denominationum. Si rectè nõ fuerit denominatum beneficium in signatura, ratione huius clausulæ exprimi veriùs poterit: vocaui enim sancti Ioannis, & erat sancti Petri: poterit hæc denominatio corrigi, & verum nomen exprimi: nec obest l. Stichum, qui meus erit. ff. de legat. 1. vbi nominatio appellatiui nominis nõ potest mutari, quia fac esse, sed illud nolumus mutare, nempe si vocetur Sancti Seuerini, vt dicatur Sãcti Ioannis: sed volumus quòd si per errorem expressero beneficium sancti Seuerini, vel sancti Iusti, vt verum nomen & nominationem exprimere possim, & ad hoc tendit ista clausula: nil enim est tam contrarium cõsensui, quàm error, qui imperitiam detegit: l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud.

Nominis correctio an in præbendis fieri posit.

1 Nominũ & cognominum. Hæc clausula operatur, quia si quis impetraret præbendam & canonicatum vacantem in ecclesia Paris. per obitum Titij, & tamen vacauit per obitum Ioannis, non debebitur impetrãti: nec poterit corrigi, nisi ista clausula adfuerit, vel alia similis, videlicet q nomen & cognomen vltimi possessoris meliùs specificari posit: alibi de hoc scripsi post Fel. in c. significante, de rescrip.

2 Diuersum est in impetratione beneficij, in qua error in nomine possessoris defuncti non vitiat, ideo in bulla corrigi error poterit: quia falsa demonstratio non vitiat, l. falsa. ff. de conditio. & demonstra. abundè Paulus Paris. cons. 15. circa col. 2. in 4. vol. nu. 8.

3 Sed in præbendis non potest constare de corpore præbendæ, ideo est incertitudo, quæ vitiat prouisionẽ. ca. 2. de elect. in 6. vnde ad vitandũ opiniones solet addi hæc clausula, vt verior specificatio fieri posit nominis & cognominis, &c. & si nõ appareat de morte plurium canonicorum, nominis error & cognominis corrigi poterit: quia non potest intelligi, nisi de illo: sed si plures essent vacantes præbendæ per mortem plurium, non posset hoc corrigi, alioqui liberum esset alicui, quam præbendam vellet declarare, quod est absurdum, maximè, vbi præbẽdæ sunt inæquales: vt in ecclesia sancti Hilarij Pictauiensis.

4 Per hanc tamen clausulam non poterit corrigi nomen impetrantis, nec cognomen: quia illud impetrans scire debebat, & exprimere: nec tam stultus est quis, vt nomen suum, vel cognomen ignoret. l. fi. C. de hæred. institu. licet apud Plinium lib. 7. legamus Coruinum Messalam etiã proprij nominis oblitum. Et quando constat de corpore beneficij, nomen & cognomen defuncti veriùs exprimi potest per hanc clausulam, vel expresio vnius: ideo hæc clausula non debet omitti.

Nomen impetrãtis & cognomen per hanc clausulam corrigi non potest.

5 Solent etiam quidam addere, nominum patroni, vel patronæ ecclesiæ, seu patronorũ verior expresio fieri posit: & hoc etiam bonũ est, cùm nomen sancti in impetratione sit exprimendum. cap. quamuis, vbi glo. de præb. in 6. tamen etiam si non exprimatur, per hanc clausulam corrigetur.

Nomen patroni ecclesiæ corrigi non potest.

1 Qualitatum. Non solùm qualitas personæ debet exprimi, vt si sit Archidiaconus, vel alia præditus dignitate. c. Ad aures, de rescript.

Qualitates quæ in bulla corrigi poterunt.

2 Sed etiam qualitas beneficij si sit curatum vel dignitas. ca. cùm in illis, de præbend. lib. 6. & gloss. in regul. cancella. 63. dicit quòd vera qualitas tantùm poterit exprimi, sed omnes simul non. & ita dicit se habere stylum curiæ Romanæ.

3 Et duplex est cura: vt patet per Panor. in ca. dudum. nu. 9. de electio. post glo. in extrauag. Execrabilis, in verb. curam animarum, in extra. Ioan. 22. scripsi in tracta. nominatio. q. 9. nu. 47. [Vide inferius in verb. etiam situationis, & hìc conuenit.]

4 Imò si quis impetret tale beneficiũ sancti Ioannis, si aliud non exprimatur, intelligetur negatiuè, videlicet q non sit curatum: & si impetretur prioratus, in bulla dicetur nõ curatus: hoc est expresè statutum in regu. cancella. 63. Innoc. & nunc est repetitũ in regula Iulij Papæ moder. regula 68. Ideo non valebit impetratio, nisi ponatur hæc clausula, q maior expresio qualitatis fieri posit, non obstan. regula cancella. & tunc non intelligetur negatiuè, sed exprimetur in bulla veritas.

Impetratio beneficij intelligetur non curati.

5 Ista tamen clausula non prodest, si impetrãs curatum minor sit 25. annis, & nihil dixerit de ætate: vt in ca. Super inordinata, de præben. ideo ego soleo addere, q etiam ætatis verior specificatio fieri posit, quando impetratur beneficium pro minore vigintiquinque annis: & multis per hãc clausulam seruaui beneficia, quæ amisissent in iudicio.

Aetatis quãdo verior expresio fieri posit.

6 Non prodest etiã hæc clausula illegitimo, quia in supplicatione tenetur exprimere defectũ natalium, nisi & in corpore, & in his clausulis esset, non obstante defectu natalium: vt dicetur inferiùs in dispensa. super defectu natalium: vel nisi diceretur

Expresio defectus nataliũ quãdo fieri posit.

quòd etiam defectus natalium verior specificatio & expressio fieri possit.

7 Imò per istam clausulam nõ posset exprimere, ꝙ esset de cõiugata genitus, vel de moniali, nisi hoc expressè dictum in supplicatione esset, & in corpore, & in dispositione: vt docet Feli. in ca. Postulasti, de rescrip. ideo soleo addere hanc clausulam, ꝙ defectus natalium, verior & maior exprimi possit, etiam si de cõiugata, vel moniali, vel alius quicunque etiam maior defectus adesset, &c.

Hæc clausula an prosit in secunda bulla ꝙ maior expressio fieri possit.

8 Præterea ista clausula non prodesset, si semel quis bullas expedierit, in secũda expeditione: nam omnis actus & expressio debet intelligi de primo, l. boues. §. hoc sermone, ff. de verb. signific. cap. non potest. de præbẽ. lib. 6. ideo bonum est addere huic clausulæ, ꝙ verior expressio fieri possit, etiã in prima, secunda, & vlteriori expeditione non obstante regula: & sic placuit Alex. 6. in tit. de signa. gratiæ.

Annexa beneficia quãdo exprimi possint & debeant.

1 Annexorum. Etiam nõ prodesset hæc clausula, vt in bulla possint annexa beneficia exprimi: quia à iure regulariter non exprimuntur, quando sunt annexa accessoriè, vnum videlicet alteri, secus si æquè principaliter, doct. per illum text. in c. Super eo, de præb. lib. 6. Bertrand. cons. 2. nu. 44. in 3. vol. ex prima editio. Panor. & alij in capit. extirpandæ, §. qui verò, de præbend.

2 Et quia posset aliud exprimere, quàm de quo priùs intellexit, ideo bonũ est apponere hanc clausulam, ꝙ etiam annexorum fieri specificatio possit, & proderit si sint annexa beneficia æquè principaliter: de quo vide quæ not. in tractat. de vnionibus, infrà.

Expressio vniti beneficij nõ valet, sed eius cui est vnitum.

3 Imò si quis impetrauerit ecclesiam parrochialẽ sancti Mauritij, quæ tamen erat annexa ecclesiæ parrochiali sancti Iuliani, & dixerit eam vacare per assecutionem alterius parrochialis ecclesiæ, non valebit impetratio, quia non expressit parrochialem, quam debebat exprimere.

4 Nec poterit hoc corrigere in bulla, maximè post processum inchoatum, quia hæc nõ est verior expressio, sed alia, quæ non potest fieri: ideo noua impetratione opus erit, nisi fortè hæc clausula prægnans in supplicatione scripta fuerit, & annexorũ vtriusq;, &c. Cardi. in cle. per literas. q. 17. de præbẽ.

Maior dignitas & principalis an possit exprimi huius clausulæ ratione.

5 Item ratione huius clausulæ, ꝙ qualitates exprimi possint, non poterit tamen exprimi maior dignitas post pontificalem, nec principalis in ecclesia collegiata: quia est ibi duplex reseruatio, & illa nõ debetur, quando etiam prouideri mandatur de ecclesia: ca. fin. de præbend.

6 Nec poterit extensio fieri, quæ in aliam speciẽ extensionis transeat. arg. l. si quis ex consensu. C. de epis. audien. sequitur Paul. Paris. cons. 42. quantum, num. 23. in 4. vol.

Extensio quãdo fieri in bulla possit.

7 Quod non procedit, quando clausula ista esset iuncta cum clausula generalem reseruationẽ importante ex quauis caussa, etiam dispositiuè in literis exprimenda, &c. & hoc quando in corpore signaturæ de maiori vel principali erat expressum, & in partis petitione: quia verisimile est, quòd concessio ad petitionem referatur. l. si defensor. §. j. ff. de interrog. action.

8 Imò etiam si quis impetrauerit omnia beneficia, quæ talis familiaris Card. &c. habebat cũ clausula, ꝙ qualitates exprimi possint: adhuc non poterit exprimi maior, vel principalis, vel quod sit conuentuale: & iste est stylus curiæ Romanæ, quia istæ qualitates specialiùs exprimi debent.

Episcopus non dicitur familiaris cardinalis quia maior.

9 Potest tamen conscribi in signatura, ꝙ exprimi possit. si d. N. episcopus fuerit familiaris, & continuus commẽsalis alicuius Cardinalis, dum in minoribus ageret: sed non potest dici, ꝙ episcopus sit familiaris alicuius cardinalis, cùm episcopus in ordine sit maior presbytero, vel diacono cardinali, & ideo Papa vocat se episcopum: vt patet in prooemio Decre. & libro sexto, scripsi in §. si quis verò, de colla. in Concorda.

Clausula situationis quid posit.

1 Etiam situationis. Non poterit quis ratione huius solius clausulæ, ꝙ maior expressio, &c. exprimere hanc qualitatem, ꝙ beneficium est situm in ecclesia, in qua impetrans aliud ibidẽ obtinebat: quia est alia incompatibilitas, ꝙ duo habeat sub vno & eodem tecto. c. literas, de cõcessio. præb. ideo noua impetratione opus erit vel rescripto perinde valere, quod ex hac signatura elicietur.

2 Nisi fuerit additum huic clausulæ, quod maior specificatio fieri etiam situationis possit: tunc poterit exprimi ꝙ beneficium est situm in tali ecclesia, in qua aliud, & tale N. habeo: quod est notandũ: quia ista non reperiũtur scripta à iurium interpretibus: qui istam praxim parum nouerunt. Vides igitur, quòd clausula, maior expressio fieri possit, &c. non prodest, si habeas beneficium in ecclesia, in qua aliud impetras: secus si addas, etiam ratione situs vel situationis.

3 Exprimi ergo debet, quòd beneficium sit curatum, per dict. cap. cùm in illis, de præbend. lib. 6. & suprà dictum fuit.

Cura iurisdictionalis non est exprimenda.

4 Limitãt quidã si haberet curam iurisdictionalem, tunc impetratio nõ vitiatur, si illa cura nõ exprimatur: vt si impetretur archidiaconatus, non est necesse exprimere curam fori contentiosi, quia archidiaconus eam de iure habet. ca. 1. & c. adhæc, de offic. archi. & hoc docet Feli. in c. super literis, col. 5. num. 8. in secunda regula, de rescript. vbi etiam dicit illud non indigere expressione, quod à iure certum est: nempe summus Pontifex omnia iura in scrinio pectoris habet. cap. 1. de constitutio. in 6. ergo in iure nemo potest illi imponere, maximè Iulio tertio nunc Pontifici maximo, qui in his maximè versatus fuit.

Cura fori contentiosi non inducit incompatibilitatem.

5 Nec talis cura inducit incõpatibilitatẽ cũ alio curato, per dictum extraua. Execrabilis, in fin. nec gratia iudicatur subreptitia, si impetrans non expresserit illam curam: sed subreptitia esset, si non exprimeret esse dignitatem.

6 Nam cõsuetudo facit in aliquibus ecclesiis esse dignitatem, quæ non est in aliis. doct. in ca. cum accessissent, de constitu. & ca. de multa, de rescript. cautius est tamen, saltem conditionaliter, exprimere per hæc verba: cui forsan cura imminet iurisdictionalis, ne de subreptione bulla arguatur: si tamen

tamen archidiaconatus non sit dignitas, non oportet hoc exprimere.

Plebania est exprimenda, & quæ sit.

7 Ad hoc non sufficeret exprimere curatum esse beneficium, si esset plebania, quæ habet sub se capellas, in quibus perpetui clerici instituūtur, c.1.ne cleric.vel monac.lib.6.sicut est ecclesia parrochialis sancti Firmini Montispessulani, sed oportet exprimere plebaniam, seu præpositurā, cui cura parrochianorum dictæ ecclesiæ, quæ etiam parrochialis existit, imminet animarum: & cuius fructus, &c. sed fortè per istam clausulam, quòd maior expressio fieri posit omnium qualitatum, hæc qualitas plebaniæ in bulla exprimi posset.

8 Nec sufficeret dicere dignitatem, si esset curata, sed debet exprimi curata, nisi per istam clausulā suppleatur, per c.cùm in illis, de præb.lib.6. de Rota.decis.202.in antiq.sub tit.de rescrip.decis.37.

Impetratio facta de curato si sit simplex valet.

9 Si tamen aliquis expresserit beneficiū, cui imminet cura animarum, & tamen est beneficiū simplex, non præiudicatur impetranti, quominus valeat impetratio: quia Papa facilius cōcessisset simplex, quàm curatum: ideo non potest dici subreptitia impetratio: vt docent Domini de Rota decis. 562. Papæ supplicat, in antiq.sub titul.de rescript. decis.73.per ca.cui licet, de reg.iur.lib.6.facit text. à contrario in ca.postulastis, in fi.de rescrip.

Differūt vt verus valor augeatur, vel exprimatur.

Fructuum, &c. Etiam vt verior expresio fieri posit fructuū, de augendo videlicet vel minuēdo, superiùs explicatū fuit, ob id non repetā. Sed nota, ꝙ si Papa concedat, vt verus valor exprimi posit, tunc poterit exprimi quicūque valor, & ad quamcūq; summā: secus si dicatur ꝙ verior valor augeri posit, eo casu augebitur vsque ad tertiā tantū partem: vt statuit Alex.6.in tit.de deroga.iurispatron.

Ordo quando exprimi posit.

Ordinum. Etiā permittitur vt expresio ordinum verior fieri posit, dixi beneficium esse ordinis sancti Augustini, & est ordinis sancti Benedicti: hoc ergo in bulla exprimi poterit: & istud nō debet poni, quādo impetratur seculare beneficiū, sed tantùm quādo regulare, quia non cōueniunt seculari, cùm nullius sit ordinis beneficium seculare: nisi dicas, ꝙ expresio ordinis fieri posit, si in fundatione requirebatur ordo sacerdotij, vel diaconatus, & tunc huius clausulæ nomine poterit hic ordo exprimi: nota ꝙ ordo debet præcedere diœcesim, sed non ciuitatem: vt est in stylo Hiero.Paul.fol.22.

Dependens quādo exprimi posit.

Dependentiū. Aliquādo beneficium dependet ab alio monasterio, & per hanc clausulam exprimetur in bulla esse dependens à tali monasterio. in ca.cùm singula, de præbend.lib.6.

Plures gratiæ in vna signatura quādo veniunt limitandæ.

Item quando sunt plures gratiæ in vna supplicatione, quarum aliqua venit limitanda, tunc dicetur, Fiat, vt petitur, & in forma iuris, & sine præiudicio, & de consensu, & de vno curato, &c. vt statuit Alex.6.in tit.de signa.gratiæ.

Annorum & mensiū quando in signatura sit faciēda mentio.

Annorum. Etiam hoc verbum ponitur, vt anni verior specificatio fieri posit: vt si fortè dixerim anno trigesimo vacasse, nunc volo exprimere ꝙ anno 31. hoc ratione istius clausulæ potero: sed istud videtur superfluū, quia annus vacationis non solet exprimi, sed ꝙ nuper vacauit, &c. sed fortè annorum impetrantis expresio verior fiet, per hoc verbum, mensis verò est exprimēdus, quādo vacauit in mēsibus graduatis deputatis, ac nominatis, aliàs prouisio esset subreptitia, ratione intentionis Papæ, quia non intendit derogare cōcordatis: vt patet in tit.de firma, & irreuocabili cōcorda.stabilita, ergo oportet ꝙ Papa exprimat, quādo confert non graduato, nec qualificato ratione præuētionis, ꝙ illud beneficiū vacauit in mēsibus graduatorū & qualificatorum, aliàs prouisio non valebit, per §.declarantes.de manda.Apostol.in concorda.vbi scripsi. & ibi alia videri possunt huic rei affinia: & sic verior expresio fieri poterit vel anni vacationis, vel fundationis, & mēsis, etiā per hāc clausulam nota.

Diœcesis verior expresio fieri potest: & error in diœcesi non vitiat.

Diœcesis. Etiā verior expresio fieri poterit, nam si dixerim beneficiū esse situ in diœcesi Parisiēsi, & est in Aurelianen. potero in bulla exprimere esse Aurelianen. error tamen in diœcesi beneficij nō vitiabit impetrationē, si de corpore beneficij constet: secus est in errore propriæ diœces.impetrātis. Fel.& alij in ca. significante, de rescrip.argu.l.fi. C.de hæred.instit. sed per hanc clausulam poterit etiam diœces.impetrantis verior expresio fieri, vt aliquid operetur.glo.in l.1.ff.quod metus causa.

Clausula aliorū necessariorū verior expresio fiat, quid operetur.

Aliorúmque circa pręmissa *necessariorū verior expreßio fieri poßit.* hæc clausula generalis nō operatur, vt quodlibet verbū mutari posit, sed aliquod ad hoc necessariū, vt bulla valeat, & impetratio, per l.quoties primā, ff.de verbor.oblig.nam si certa ætas narrata fuerit, alia exprimi non poterit: vt statuit Alex.6.titul.de signat. gratię, vbi plus dicit delendā clausulā, ꝙ ætatis verior expresio fieri posit, si in signatura sit cōscripta: nā ætas verè exprimi debet qa Papa infantulis nutrices dare non vult, sed hoc relinquit matribus.

Maior expresio quādo dicatur.

Maior, verior, seu am- *plior expreßio fieri poßit.* Maior dicitur, ergo minor fieri nō poterit expresio: vnde si quis in supplicatione dispēsationis dixerit se doctorē, vel nobilem, non poterit posteà dicere se scholasticū, c.ad aures, de rescri.vbi Panor. & alij: quia literatura & nobilitas inducunt Papam ad dispensandum, c.de multa, de præb.quæ si cessent non valebit dispensatio, quasi sine causa, c.non est, de voto, vbi gloss.no.nec dicere poterit se simplicem clericum, si priùs dixerat se sacerdotem, & sic de similibus.

Item dicitur maior: vnde oportet aliqua priùs expresisse, ideo nō valeret hęc clausula, si quis impetraret beneficiū vacans per modū in literis exprimendū: nisi aliquis modus fuerit expressus: quia maior expresio fieri debet, non tota expresio: vt suprà dixi in vacādi modo, in hac forma signaturę.

Clausula ꝙ omnia mutari posint nō valet.

Maior etiā ratione fructuū fieri poterit, non minor: vt superiùs dictū fuit: & quāuis multis modis dicatur maior, vt docet gl.in c.lex, 2.distin. Panor. & Feli.in rub.& in cap.statuimus, de maior.& obe.

tamen hîc accipitur maior expreſsio, ideſt magis ampla, & vberior: ergo omnia mutari nõ poterũt: imò ſi in ſignatura eſſet hæc clauſula, ꝙ omnia nomina, cognomina diœceſis, &c. mutari poſsint, iſta clauſula deleri debet: nec debet Papa eam clauſulam approbare tanquàm incertã vt ſtatuit Alex. 6. in ſuis reg. de ſigna. gratiæ.

Specificatio & expreſsio quomodo intelligantur.

Item dicitur ſpecificatio: ſignificat enim, quod generaliter dictum fuit ſupplicatione, vt in ſpeciem redigi poſsit in bulla: ſicut dicit text. in l. adeò, §. cùm quis ex aliena materia ſpeciem aliquam ſuo nomine fecerit: ff. de acqui. rer. do.

Expreſsio fieri poteſt non omiſſio.

Ad hæc expreſsio fieri poteſt, ne ratione taciturnitatis, & non expreſsionis, bulla ſit ſubreptitia, ſed non dicit ꝙ fieri poſsit omiſsio: vnde ex expreſsis in ſignatura ſubſtãtialibus nõ eſt omittẽdũ in bulla, nec aliàs ipſa debet expediri: ꝗa nihil eſt ex neceſſariis omittẽdũ, l. Diuꝰ, ff. de in integ. reſt. Aliáq; prout occurrẽt corrigi poterũt, ſecundũ naturã & conſuetudinẽ menſalariorũ, & ſtylum Cur. Rom.

De clauſula in literis latiſsimè extendẽda quid ꝓſit.

Clauſula *in literis latiſsimè extẽdenda*, operatur: quãdo Papa vult derogare regulis Cancellariæ, oportet ꝙ in bulla inſeratur ad verbũ illa regula in narratione: vt docet Gome. in proœ. regu. Cãcel. q. 6. Tamẽ ſi in ſignatura dicatur, cũ derogatione regul. cãcel. in literis latiſsimè extẽdẽda, tũc in bulla extẽdi ad verbũ poterit, & derogari: allegat Fel. in c. nõnulli, de reſcr. Etiã ꝓdeſt hæc clauſula, vt ſi q̃s videat ſibi vtilius habere literas perinde valere, vt etiã extẽdi poſsit bulla, & confici, ex hoc reſcripto perinde valere, &c. Alium effectũ vide in bulla diſpenſationis in verb. ac conſtitutionibus, &c.

De clauſula cũ derogatione ſtatutorũ, qd operetur.

1 Cum derogatione ſtatutorum, priuilegiorũ, indultorum, & literarũ Apoſtolicarũ

Ex hac clauſula cõficitur alia clauſula in fine bullæ poſita, nõ obſtãtibus ſtatutis, priuilegiis, &c.

2 Debet tamẽ addi huic clauſulæ cũ derogatione ſtatutorũ & priuilegiorũ eccleſiarũ, ſeu eccleſiæ, etiã in confectione literarũ exprimendorũ, &c. vt poſteà in bulla exprimantur priuilegia, ſi opus ſit.

Non creatur canonicus ad effectũ, niſi in ſignatura hoc fuerit dictum.

3 Per iſtam tamen clauſulam nõ poterit expediri bulla cũ creatione in canonicũ ad effectũ, niſi in ſignatura ſit expreſſum: nec creabitur quis canonicus in bulla, ſi in ſignatura hoc nõ fuerit dictum: vt ſcripſi in forma manda. in concorda. & in tit. de reſeruat. & per hoc vidi aliquem amiſiſſe dignitatẽ, quam impetrauerat: quia nõ fuerat in bulla, nec in ſignatura creatus canonicus ad effectum & cõſuetudo erat in eccleſia, quòd non reciperetur quis ad dignitatem, ſi non eſſet canonicus: de quo amplè ſcripſi in 8. fin. de reſerua. in concorda.

Clauſula vt derogationes poſſint ſimul expediri vel ad partem, &c de quo proſit.

4 Et ſi in prima bulla nõ fuerit derogatũ ſufficiẽter ſtatutis, nõ poterit expediri alia bulla, niſi illam re integra trãſcribas, & reformes: vel ſi in ſignatura fuerit, ꝙ hæ derogationes poſsint ſimul expediri, vel ad partẽ, prout vtilius impetrãti fuerit: quã ſoleo apponere, vt meliùs & tutiùs parti conſulatur.

Per derogationẽ omnia obſtantia tolluntur.

5 Item per hanc clauſulam omnia obſtantia gratiæ, quæ ex narratis collegi poſſunt, videntur tacitè eſſe ſublata: licèt in gratiæ conceptione nihil de illis tollendis ſit expreſsè dictum: vt docet Aegid. Bella. deciſ. 333. in cauſſa. Cardi. & Feli. in cap. ſuper literis, col. 6. num. 9. in 4. reg. de reſcript. Alia ſuper his dicam inferiùs in bulla.

Derogatio in literis executoriis appoſita nõ prodeſt.

6 Adhæc iſta derogatio in literis executoriis appoſita non ſufficeret, per text. in cle. 1. in fi. de præb. nam clauſula adiecta in executoriis non ampliat gratiam. Calde. conſi. 16. de præben. quem refert & ſeq. Franciſ. Curt. conſ. 3. placet, col. 1.

7 Etiam clauſulæ appoſitæ in executione nõ ampliant principalem diſpoſitionẽ, vt docet Petr. Pariſ. conſ. 54. in præſenti, num. 36. in primo vol.

Expreſſa regularũ cãcellariæ derogatio fieri debet.

8 Ad hæc non ſufficiet iſta derogatio quò ad regulas cancellariæ, niſi dicatur cũ derogatione regularum cancellariæ: vt expreſsè docet Gomeſ. in proœm. reg. q. 5. & ſeq. vbi dicit debere apponi clauſulam non obſtan. reg. cancella. latiſsimè extenden. vel quorum tenores, &c.

9 Etiam hæc clauſula non obſtan. non operatur vltra narrata. Dec. conſi. 10. viſo puncto, col. 3. nec tollit alios defectus non expreſſos: vt plenè docet Fel. in c. nonnulli, de reſcript. & Curt. conſi. 49. refert & ſequitur Paul. Pariſien. conſi. 1. num. 90. cum ſeq. in primo volumine.

Clauſula deleta non prodeſt.

10 Item nota ꝙ ſi clauſula deleatur in ſignatura, illa nihil prodeſt: vnde dicunt Dom. de Rota deciſio. 561. cancellaria. in antiq. [ſub tit. de reſcri. deciſ. 50.] ꝙ ſi Papa aliquam cancellauerit clauſulam in deciſione, cenſetur cõcedere omnia alia quæ aliàs ex regulis cancellariæ per ſimplicem ſignaturam viderentur conceſſa. quod probat Feli. in d. capit. Super literis, col. 6. nu. 9. de reſcript.

Deleta clauſula in libro ſignaturarum an ſcribi debeat.

11 Si tamẽ reformetur ſignatura cũ omnibꝰ clauſulis, nõ debet clauſula deleta conſcribi, quia pro non ſcripta habetur. l. 1. & per totũ. ff. de his quæ in teſtam. delent. l. fi. C. de edict. diui Adria. tollend.

12 Quod limitatur in ſumpto ſignaturæ: nam ſi ex hac clauſula mens Papæ cognoſcatur, vel bulla ex hoc impugnetur, debet tota etiã cancellatio à Papa conſcribi in hoc ſumpto ſupplicationis, in quo ſcribuntur omnia verba ſignaturæ ad hoc, vt intentio Papæ dignoſcatur: vt deinceps ex illo libro omnia extrahi poſsint.

13 Vnde cùm Papa nollet conferre prioratũ ſancti Martini de campis Pariſien. aliquis impetrauit prioratum ſancti Nicolai, qui forſan eſt in ſuburbiis Pariſ. hæc vera, Qui forſan, fuerunt à Papa deleta, tamen bullæ fuerunt poſteà extortæ, & in illis fuit dictum, quòd beneficium erat ſitum intra ciuitatem Pariſ. certè apparuit ex ſumpto ſignaturæ deletæ in illis verbis, Qui forſan, &c. ꝙ Papa noluit conferre illum prioratũ ſitum Pariſ. quia iam contulerat, ideo fuit vltimus excluſus.

Signatura cũ bulla eſt conferenda ad rectè iudicandum.

14 Quod eſt notandum, quia debes videre ſignaturam, & conferre cum bulla, & poteris cognoſcere in quo bulla excedat ſignaturam, ſed pauci hoc intelligunt, vt verum fatear: ideo iſta ſcripſi: nã trapeſitæ artem eorum ſecretam habent, quæ per iſta patebit, vide quæ ſcripſi in gl. pro expreſsis. in verſ. 30. in forma manda. in concorda.

Signatura prædeceſſoris nõ mutatur à ſucceſſore.

15 Notandũ eſt ꝙ ſupplicatio ſignata per prædeceſſorem nõ ſolet mutari, nec corrigi à ſucceſſore, quãdo ſunt plura verba, quæ nõ cõprehenderentur

ſub ver

ſub verbis mutatis: ſed debent impetrari literæ de perinde valere, cũ clauſula rationi congruit, ſi quis dubitet de prima impetratione: nã ſi Papa deſtrueret, quæ eius anteceſſores ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor iuſtè comprobaretur. c. ſi ea, 25. q. ſecunda: dixi in forma manda. in concorda.

16 Nec poteſt ſucceſſor etiam declarare, non dicam mutare voluntatem prædeceſſoris. no. in l. Pópo. §. fi. ff. de rei vendic. & l. inter. §. 1. de verb. oblig. quia plurium non eſt vna voluntas. l. quia poterat. ff. ad Trebel. capit. quia, de conceſſio. præbend.

17 Si autem omiſſa ſunt talia, quæ commodè poni poſſunt ex verbis ſignaturæ, ſeu radendo, vel addendo, & tunc addi poterunt, cùm error corrigi poſſit. l. ſi librarius. ff. de reg. iur.

Raſura quã do vitiet bullam, vel ſignaturã.

18 Signa perpetuo, quòd litura ſeu raſura vitiat bullam, ſi in loco ſit ſuſpecto, alioqui non, per cap. ex literis, & cap. inter, de fide inſtru. & ſi litura ſit, præſumitur propter bullæ autoritatem facta per officiales curiæ Romanæ. capitul. fin. vbi no. de crimine falſi. hoc expreſsè docet Ægid. Bellamera in capitul. in memoriam. column. 3. in 19. diſt. & poterit quis Romæ ſciſcitari, an hoc fuerit ab illis factum, ſi de hoc dubitetur.

Cõtra principes nõ cõcedũtur literæ ſine ſignatura.

19 Etiam contra Reges & principes, vel magnos duces non dantur literæ à Papa ſine ſignatura. vt docet Prouincial. fol. 20. verſic. contra Reges, vt in aliquo eis deferatur. c. fi. de offi. deleg. in ſexto.

In bulla nõ ſolet exprimi collator niſi in vnione.

20 Præterea quando prouidetur à Papa de beneficio ad collationẽ inferioris epiſcopi ſpectante, quãuis in ſupplicatione exprimatur collator, in bulla tamẽ nõ ſolet exprimi, niſi in vnione perpetua, aliàs vnio eſſet ſubreptitia, non enim eſt dubium quin Papa ſaltem cum maiori difficultate feciſſet præiudicium perpetuo collatori, c. ſuper eo, de offi. deleg.

21 Idem ſi quis haberet priuilegiũ conferendi, nã & tunc illius mentio erit habenda, per notata in c. in noſtra, per Fel. de reſcr. Ideo cùm ad Hieroſolymitanos ſpectet collatio ex priuilegio, hoc exprimi ſolet, & in noua ꝓuiſione (vt in bulla videre eſt infrà) ſolet exprimi collatio alterius ſeu prouiſio.

Vltima ps ſignaturæ.

1 Datum apud &c. De hoc dicã inferiùs in bulla. Iſta eſt vltima pars ſignaturæ de hac data ſcripſi in forma mand. in fi. in Franciæ concord.

Signaturæ an credatur, & in quibus caſibus.

2 Quæro, an ſoli ſignaturæ credatur? breui reſp. non eſſe credendum, vt ſtatuitur in reg. 25. cancel. Inn. 8. quia ibi ſignatura ante confectionem literarũ vocatur informis: & hoc eſt hodie repetitum in illa reg. canc. Iulij Papæ 3. reg. 28. ꝙ iudices non debent iudicare ſecundum ſignaturam, ſed iuxta bullam.

Bulla ex ſignatura extrahitur.

3 Quia quemadmodum ſcheda notarij non redacta in formam inſtrumenti non facit fidem, quouſque fuerit de iudicis mandato in mundum, & ad longum redacta: l. contractus, & ibi Paulus Caſtren. C. de fide inſtrum.

4 Vbi plus dicit, quòd ſi pars priùs producat protocollum, non ſufficit ad fidem faciendam, quia non eſt ſcriptura munda, nec extenſa: ſed requiritur vltima ſcriptura extenſa, in qua actus ad longum deducitur: ſic poteſt dici de ſigatura & bulla, vt primò bulla ſit producenda: & ſi de ea dubitetur ad ſignaturam, ex qua extracta eſt, tanquàm ad protocollum recurramus.

Caſus in quib. ſignaturæ creditur.

5 Primò fallit quando approbata per librum regiſtri ſignaturarũ fuerit, quia tunc facit plenam fidem, ſicut notarij protocollum. tex. in aut. de tabel. §. fi. col. 4. & eo caſu habebo ſumptum, & valebit quò ad probationem: nam ex ſtylo curiæ Romanæ gratiæ Papæ poſſunt ex regiſtro ſumi, & aliter probari, quàm per literas bullatas: vt habetur in procœmio Sexti Decretalium, & hoc expreſsè docet Antonius Butrig. in conſ. 2. quod eſt repetitum conſ. 49. viſis literis. col. 2.

6 Et iſti regiſtro ex ſtylo curiæ Romanæ nihil addi debet: & hoc etiã voluit Datarius Papę Pauli iij, nec dies in eo ſcriptus mutari, & quod prober, conſuluit Paul. Caſtr. conſ. 344. in præſenti. in 1. vol.

Signatura quando approbari poſſit.

7 Secundò reſtringe quando alio modo fuerit approbata, & aliis adminiculis fulcita, vt pote per menſularios expertos, qui depoſuerũt eam bonam & ſecundum ſtylum curiæ Rom. conceptam. arg. l. inſtrumenta. C. de prob. vbi creditur ſcripturæ priuatæ, ſi iuuetur aliis adminiculis, & multò fortiùs ſignaturæ.

8 Practica ergo eſt in Francia, quòd ſi non poſſum obtinere bullam obſtante legitimo belli, vel alio impedimento, vt impetrem literas Regias, per quas impedimentum narrem, & petam mihi concedi, vt liceat approbare per experientes, dictam ſignaturam: & verificari, & concedi ſolet obſtante & conſtante impedimento: & hoc vidi ſæpiùs fieri, & hoc quandoque etiam ſine literis per ſupplicationem, quando eſt notorium impedimẽtum, ſed aliàs concedi non debet: & de iſta approbatione tradunt iurium interpretes, in authen. ſi quis in aliquo. C. de edend. maximè Purpur. & interdum vidi Cardinales quoſdam approbare hanc ſignaturam, & permittere, vt ex ſola ſignatura recipi fructus poſſet, quod non poteſt fieri: vnde intruſus eſt, qui hoc facit, nec iſte Cardinalis poteſt legẽ ſuperioris infringere, cle. 2. de ele. ſed meretetur priuari, qui hoc faceret, quia vult ſe conſtituere ſupra ſummũ caput.

Approbatio ſignaturę quãdo et à quibus fieri poſsit.

Signaturæ an magis credatur, quàm bullæ.

9 Tertiò fallit, quo ad conficiendã bullã ſignaturæ: creditur ad hoc vt bulla ex hac cõficiatur, ſicut ex protocollo notarij inſtrumentũ conficitur: aliàs bulla confici non poſſet: nã Romæ abbreuiator ſolet ſignaturam ad verbũ deſcribere in vno libro, ſi de ea dubitetur, ad illum librũ recurremus tanquã ad prototypum, vt firmat An. de Butr. d. cõſ. 2. viſis. col. 1. vbi dicit ꝙ quando aliter eſt ſumpta minuta per vicecancellarium, & magis ſtrictè, vel largè, quàm fuerat à Papa conceſſa, tunc recurrendum eſt ad originale, per c. quoniam contra, de prob. idem repetit conſ. 49. viſis literis.

Areſtũ pro ſignatura contra bullam.

10 Et ideo fuit iudicatum in hoc ſenatu pro ſignatura contra bullam: nam in ſignatura erat conceſſio beneficij, prouiſo quod non eſſet de collatione Epiſcopi Pictauienſis, expedita erat bulla ſine illa clauſula, ſed producta fuit ſignatura continens iſtam clauſulam, prouiſo quòd non eſſet, &c. & probatum beneficium eſſe de collatione epiſcopi Pictauien. certè fuit iudicatum pro ſignatura, vt nõ valeat collatio, licet in bulla nihil diceretur, quia

signaturæ statur quò ad contenta in ea, & plus quò ad hoc, quàm bullæ, vt prædixi: nam signatura quò ad se, est gratia Papæ perfecta: vt est text. in c. institutionis. 25. q. 2. Rota decis. 882. nota quòd vbi gratia, in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 87.]

Consentientibus partibus signaturæ statur.

11 Quartò temporaconsentientibus partibus, quę si velint ex signatura, quòd pensio debeatur, vel credatur, exigi & credi poterit: vt scripsi in tract. de pacifi. poss. in nu. 137. quia quilibet potest renuntiare priuilegio, in fauorem suum introducto. l. pen. C. de pact. & hoc quotidie fit: vt dicit in simili tex. in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. pet.

12 Quamuis d. Probus in c. tibi qui. in addit. ad Ioan. Monac. nu. 13. de rescript. teneat contrarium, dicens esse scripturam priuatam, ideo non facere fidē, nisi in cancellaria: vt super ea sumatur per officiales curiæ forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse: absurdum enim esset secundum eum, si hoc esset per partes remissibile. l. nemo. ff. de leg. 1.

13 Allegat simile de excōmunicatione: sicut enim excommunicatio partium conuentione tolli non potest, nisi absolutio sequatur, c. cùm desideres. de sent. excom. Ioan. Monac. in c. quicunque. co. 2. illo tit. in 6. hæc d. Philippus Probus in d. c. tibi.

Stari potest signaturæ de partium consensu.

14 Ego verò dico, quòd si partes velint stare signaturæ, ei stabitur: nam cùm partes sunt concordes, quid ad iudicem? quid enim aliud agit prætor, quàm vt controuersiam dirimat? l. 1. §. inde. ff. de noui oper. nunc. & iudex non supplet in his quæ facti sunt. l. vnic. C. quæ desunt aduoca.

Partes vni testi credere possunt etiā odioso.

15 Et hoc est introductum in merum fauorē partium, & principaliter, ergo illi fauori renunciare partes possunt. l. pen. C. de pact. possunt enim partes credere vel odioso, vel mediatori, seu alteri testi inhabili. §. Quoniam verò. in auth. de testib. col. 7. multò fortiùs poterunt credere signaturæ.

16 Item probatio imperfecta potest reddi de consensu partium perfecta. l. fi. C. de testib. & vni testi credere potest pars, licet aliàs non credatur. l. Theopompus. vbi plenè Bart. ff. de dote præleg. Felin. & alij in cap. veniens. de testib. etiam sine iuramento, gloss. in l. 1. ff. de feriis.

Super damnis dicto alterius partis credi potest.

17 Imò possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super damnis & interesse; vt Bart. firmat in l. fi. ff. de prætor. stipula. & in l. iusiurandum quod ex conuentione in princ. ff. de iureiur. sequitur Ias. in repetit. l. admonendi col. 90. num. 200. ff. illo tit. & vt testi etiam infami adhibeatur fides. authen. si quis testibus. C. de testibus. facit gl. sing. in aut. de testibus. §. & licet in gl. & suppliciis. vbi multa addidi. col. 7. doct. in c. caussam, illo tit.

Signatura non dicitur scriptura priuata.

18 Et signatura non dicitur simpliciter scriptura priuata, quia est facta per officiales Roma. curiæ, ergo non est priuata, sed publica, & si priuata esset, non signaret eam Papa, & signando videtur tacitè mandare, vt literæ fiant secūdum signaturam: nam posteà Cancellarius scribit per quē fieri debeat minuta, posteà ingrossanda. His verbis vtitur Nicol. Milius in reper. in verb. gratia Apostolica. q. 36. & quāuis esset scriptura priuata, tamen ex conuentione partiū faceret fidē inter partes: vt plenè probat Ias. in l. admonēdi, co. 40. nu. 101. cum seq. ff. de iure. reprobando Inn. & alios contrarium tenentes.

19 Nec refragatur d. l. nemo potest. ff. de leg. 1. quia intelligi debet. de legibus introducentibus solennitatem vel ius publicum, quod per partes non possit renunciari: secus si ius aliquid in fauorem partiū introducat, tunc partes illi poterunt renunciare: nec obest allegatio facta de excommunicato, quia excommunicatio non est in fauorem partium introducta, cùm sit medicinalis, c. 1. de sent. excom. lib 6. igitur partes non possunt eam remittere, secus in signatura, vt possint illi credere, si velint: sicut possunt statuta etiam à Papa approbata reiicere, si in suam tendant vtilitatem. gl. & doct. in c. cùm accessissent. de const. & in c. 2. de verb. sign. in 6. [Et in facultate partium nō est, aliquem excōmunicatum absoluere, sed eius qui ligauit. l. si puellę. ff. de spons. sed credere alteri possunt, vel disponere, vel per se credere. l. Theopompus. ff. de dote præleg.]

20 Quintò fallit vt probet contra supplicantem, qui eam dedit, vt posteà per illā præsumptiuè probetur, quòd beneficium viuentis impetrauit: & ita seruat Rota, vt docet Dom. Gome. in q. 5. in commentariis suis super regul. de impetra. beneficij viuentis, & pro hoc est text. in l. cum precium. C. de liber. caus. vbi statur confessioni supplicantis in eius præiudicium. *Signatura probat contra supplicantem.*

21 Et sic ex contentis in signatura iudicari poterit impetrans, fortè si dixerit vacasse beneficium in mense graduatorum, ergo probabit graduatis esse affectum: vel si dicat se obtinere beneficium, ex hoc condemnari poterit, quod in signatura dicit, nec poterit pro parte iuuari signatura, & pro parte non, postquàm eam impetrauit.

22 Sextò etiam si mea signatura per fiat, signata sit, & tua per concessum, ego præferri debeo, & illi signaturæ statur regula 31. cancel. vbi abundè scribitur: & superiùs dixi rationem in 2. parte.

23 Septimò si petatur aliquem in religiosum recipi, ac sibi de ecclesiastico beneficio prouideri: per simplicem signaturam fiet receptio, vt patet in reg. cancella. 65. & alia multa sunt, quæ per solam signaturam fieri possunt, quæ fortè aliàs scribam. *Per signaturam quæ fieri possint.*

[Octauò ex voluntate Papæ, vt si in ea dicatur, quod stetur soli signaturæ, & plenam faciat fidem, tunc per se faciet fidem. vt no. doct. in c. cum dilectus. de fide instru. per illum text.]

24 Notandū est quòd concessio facta à Papa in signatura, intelligitur secundū partis supplicationē. c. inter dilectos. §. cæterùm. de fid. instr. nam responsio intelligi debet secūdum interrogationē, l. si defensor. §. quia interrogatus. ff. de inter. act. pulchrè Dec. cons. 33. viso puncto, co. 1. & cons. viso cons. co. 3. nu. 11. vers. secundò præsupponendū, & Sozi. cons. 112. viso processu, col. pen. & vlt. in 4. vol. *Cōcessio Papæ facta signatura secundum partis supplicationē intelligitur.*

25 Et quando supplicatio est certa, & limitata, & responsio ambigua: responsio & concessio declaratur, & intell gitur secundum supplicationem Bart. in l. si quis intentione. in fi. ff. de iudic.

26 Ex quo infertur quòd si quis petat absolui à duabus excōmunicationibus, & Papa dicat, fiat, vt petitur, videtur ab illis duabus absoluere, secus si vna tantùm fuerit expressa. arg. c. sedes. de rescr. Panor. *Papa per verbum fiat à duabus excommunicationibus absoluit, à parte petitum fuit.*

in c. cum

in c.cum pro causa.in gl.vlt.de sent.excom.

Qualitas beneficij habetur pro expressa.

27 Item si in signatura petatur, quòd qualitas beneficij habetur pro expressa, vel aliud: & Papa signet, fiat, vt petitur, valebit gratia, ac si qualitas expressa esset vel aliud exprimendum. Ant.Butr.cōs. 2.visis literis. col.1. quem refert & sequitur. Fel. in c.super literis.col.6.reg.4.num.9.de resc.aliàs si expressio qualitatis omittatur, gratia est nulla. c. Ad aures.ibidem, vt suprà scripsi.

Negatiuè intelligitur impetratio si simplex fuit expressio.

28 Et si qualitates non sint expressæ in signatura conditionaliter, vel affirmatiuè, in bulla fiet expressio negatiua, videlicet talis impetrauit beneficium sancti Pauli, non exprimens esse curatum in supplicatione, in bulla dicetur beneficium sancti Pauli non curatum, per reg.Inno.63.

Dispensatio est nulla in qua non fit qualitatis mentio.

29 Illa tamen regula non habet locum in dispensationibus, in quibus si non fiat mentio qualitatis dispensatio est nulla.c.non est.de præb.in 6.quia regula in impetratione beneficij loquitur, non autem in dispensatione: ideo non valebit dispēsatio in qua aliquis narrauit se obtinere beneficium sancti Pauli, nec negatiuè dicetur non esse curatum.

Cōcessio ad tempus petitionis refertur.

30 Et si pars narret beneficium vacasse certo tempore, videlicet in mense graduatorum, & petat sibi conferri: & Papa dicat, fiat, præsumitur facta concessio cum eodem tempore, per text.arg.in l.quæro.§.fi.de ædil.edict.Bald.in l.1. col.pen.num. 13. C. de ædil. actio. sic consuluit Dec. cons. 103. in casu. col.pen.in 3.vol.

Princeps simpliciter cōcedendo omnia petita concedere videtur.

31 Et si quis porrigat principi supplicationē multa petendo, si princeps simpliciter rescribat, omnia concedere videtur: vt consuluit Rom.cons.80.confirmanda. Idem videtur decidere in simili casu Alexand.in cons.84.in causa vertente.nu.4.col.vlt. in 1.vol.& cons.94. in causa.nu. 3.in 2. vol. & plura cumulat Hipp.cons.75.Clementissimi, num.8.cum seq. sicut quando plures postulant aliquid, & Papa simpliciter concedit, nempe omnibus concedere videtur: quia non est ratio cur vni potiùs, quàm alij concedat.arg.l.cùm vnus.in princ. ff.de bon. auth. iud.poss.

Reformatio ex vna causa nō cōtinet aliam

32 Sed si petam bullam reformari, ex vna causa & ratione vnius defectus & dicatur, fiat: non intelligetur ex alia causa, vel defectu, per d. c. inter. Fel. abundè in c.super literis.col.6.de rescript.

Cancellatio Papæ prodest quò ad non cancellata.

33 Fallit quando Papa limitasset, vel cancellasset aliquam partem, tunc enim concessioni limitatæ stabitur. Panor.in d.c.inter. col.3. per illum text. de fide instr. vnde quando petitio indeterminata fuit, vtpote quia petiit secum dispensari de non promouendo, & concessio fuit determinata, vtpote de nō promouendo ad duos annos, tunc concessio attenditur. Panor.in c.2.de treug.& pace.Fel.in d.c.super literis.col.6.nu.10.Ias.in l.Gallus.§.item credendū. nu.10.cum seq.col.3.ff.de liber.& posthu.

34 Vnde etiam si quis petat dispensationem ad obtinendum prebendam & dignitatem in eadem ecclesia, etiam electiuam, si Papa cancellet illa verba, etiam electiuam, videtur alia concedere, & hoc cancellatum denegare.allegatur l.tribunus. in fi. ff. de milit.test. hoc nominatim concludunt Dom. de Rota.decis.561.cancellaria, in anti. [sub tit.de rescr. decis.50.] nam qui vnum negat, aliud concedere videtur.l.cùm pretor.ff de iud.c.nonne.de presum. Ioan.de Selua in tract.de ben.in 3.part.q.12. in qual. 19.num.33.

Quæ specialiter cōcedi debent per verbū fiat non conceduntur.

35 Secundò fallit in his quæ debent specialiter & expressè concedi: tunc si non sit in signatura expressum, concessum non censetur, sed neglectum: quia si Papa voluisset, concessisset illud, c. Ad audientiam.de decimis, vt si petatur quòd summariè procedi possit, si Papa non dicat, audiat talis, & summariè procedat, non poterit summariè procedere: vt extat decis. Rotæ 379. nota quòd si in commissione, in antiq. [sub tit. de rescript. decis.10.] quia specialis commissio ad hoc requiritur, cle.sæpe.de verb. sig. & hic finis signaturæ esto.ad bullæ declarationem venire necesse est, vt acquirendi praxis compleatur, & demum conseruandi beneficia materia tractetur.

Bullæ nouæ ac simplicis prouisionis cum suis clausulis summè vtilis declaratio.

1 NVnc videamus de bulla, & eius clausulis, quæ à signatura oritur, sicut instrumentum à protocollo. §.1. & seq. in authen.de tabel.coll.4. & hæc bulla incipit à nomine illius pontificis, qui gratiam concedit, vt Clemens episcopus, &c.Paulus episcopus &c.vt inferiùs ostendam.

Bulla à nōmine pōtificis concedentis incipiunt.

2 Et quia debet secundum ius commune interpretari, c.causam.de rescr.expressè docet Paul. Paris.cons.10.q.co.vlt.in 1.vol. ob id aliquas interpretationes iuri & praxi conuenientes conscribam, tu beneuole lector, boni consule quia super his pauca hactenus reperiuntur scripta.

Bulla post plumbū appositum dicitur.

3 Et non dicitur bulla, nisi in ea appositum fuerit plumbum.glo.in verb.aurea. clemen. vnic. in fi. de iureiur.& habetur in reg.cancella.14. & 96.in gloss. & pro his est text.in c.licet.de crimi.fal.etiam bullam quidam plumbum vocant: vt in c. licet. de cri. fals. nos autem totam scripturam à Papa emanatam cum plumbo bullam vocamus, & de hac sequentia intelligentur.

Bulla olim fuit aureū insigne puerorum.

4 Primò bullam dicit Festus aureum insigne fuisse quondam puerorum prætextatorum, quòd dependebat eis à pectore, vt ostenderetur eam ætatem alterius regendam consilio: & vt eam inspiciētes ita demum se cogitarent homines, si corde præstarent: dicta est autē bulla à Græco sermone βοῦλλα, quod consilium Latinè dicitur: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium, hæc ille.

Bulla vnde dicta sit.

5 Sed puto deprauatum locum & corruptū, quia βουλὴ consilium significat, sed si à βουλὴ bulla dicta sit, quòd cum consilio & matura deliberatione expediatur: ideo falsa latinitas eam vitiat.c. ad Audientiam.1 de rescriptis.

6 Vel dicit Macrob.lib Satur. primo. cap.6. sicut prætexta magistratuum, ita bulla gestamen erat triumphantium, ad figuram cordis, teste Alexand. lib. genia.5. c. 18. quam in triumpho veteres præ se gerebant inclusis intra eam remediis, quę crederēt aduersus inuidiam valentissima: & quia Pontifices summi

summi triumphos obtinuerunt, nunc primam dignitatem possidendo: ideo vtuntur bulla remedio valentissimo aduersus inuidiam: quia si princeps magnus illis inuideret, mittendo bullam conciliationis statim rumpitur inuidia.

7 Vel si dicamus eam deduci à βόλομαι secunda persona βόλῃ, quòd Papa velit illud, quòd scriptum est in ea, & quod ibi declaretur voluntas Papæ rationabilis, tamen relinquo aliis pertinacibus, vnde hoc nomen sit deductum.

8 Nisi quis velit dicere bullam esse aquæ turgiditatem, quæ ex pluuia mouetur, & citò deficit: nam communi parœmia dicitur, vita hominis bulla est, quia fugit velut vmbra: vt dicit Iob maximè in Pōtifice Romano, cui fuit dictum: *non videbis dies Petri*, sic bulla vtitur, id est breui illo insigni tanquàm aquæ turgitate fluitante, & discedente.

In plumbo bullæ quid insculpendum.

9 Vel quòd sit insigne summorum Pontificum: quia in ea bulla, idest in plumbo solent insculpi capita sanctorum Apostolorum, Petri in dextera, & Pauli in sinistra, & prima litera nominis Papæ, & ordo Pōtificatus: vt PP. 3. id est Paulus Papa tertius. I. P. 3. Iulius Papa tertius, & quòd sit illorum insigne videtur probare, c. licet, de crimine fals. vbi plumbum vocat bullam, & Dom. in c. quis nesciat. 11. dis. Fel. in c. 2. vers. stylus, col. 7. num. 18. eodem.

Bulla pro quibuslibet literis à Papa emanatis plumbo munitis accipitur.

10 Et quantum attinet ad hanc materiam, bulla generaliter accipitur pro quibuscunque literis Papę authenticis plumbo munitis, & maximè gratiosis: vt dixi in bulla cœnæ Dom. art. 4. & hæc in plures species diuiditur, vt inferiùs apparebit: & post descriptionē dicetur de noua ꝓuisione & simplici.

Bulla quid sit.

11 Primò quæro quid sit bulla? respon. bulla est scriptura in membrana descripta, plumbo funibus pendente iure munita salutationē cum narratione, ac Papæ concessionē, aliáque necessaria continens.

Bulla requirit scripturam.

12 Primò bulla dicitur scriptura descripta in membrana, seu pergameno, ad differentiam signaturæ, quæ in papyro scribitur: vt superiùs dictum fuit: & sic in ea opus est scriptura: vt plenè scripsi in § 1. de mand. Apostol. in verbo literas, in concord. aliàs non vocaretur bulla, nisi esset conscripta & in membrana.

Plumbum bulla requirit.

13 Plumbo pendēte munita, ergo requiritur quòd bulla sit plumbo decorata, antequàm bulla dici possit, per illam glos. in clem. vnic. in fin. de iureiur. & c. licet. de crim. fals.

Funib⁹ plūbum bullæ re. inectur.

14 Funibus etiam dico quia plumbum est appensum chordis sericeis, si sit bulla gratiosa: si verò sit iustitiæ bulla, siue executoria, erit filum cannabis, in quo erit appensum sigillū, seu plumbum, c. licet & c. quàm graui. de crimine falsi. dixi superiùs in 7. differentia inter literas gratiæ & iustitiæ.

Apponens plumbū in bulla falsum committit.

15 Dico etiam iure munita: quia si aliquis sua autoritate apponeret plumbum, bulla esset falsa, & nō diceretur propriè bulla: d. c. licet, de crimine falsi.

Plū ūquādo ab vna bulla auferatur & alteri applicetur, & à quibus hoc fiat.

16 Aduertendum est, quòd si per errorem aliquid fuerit in bulla omissum, tunc ipsa debet transcribi, & plumbum quod est in bulla aufertur ab ea, & affigitur alteri: sed hoc fit ab officialibus curiæ Rom. ad hoc expressè destinatis.

17 Alioqui auferens illud plumbum, & addēs alteri bullæ igne mulctatur, sicut falsarius. d. c. licet. & seq. de cri. fal. olim erat excommunicatus, qui recipiebat literas Apostolicas, nisi ab officialibus certis curiæ Rom. sed hodie illam non seruari dicunt curiales Romani.

18 Et hoc potest fieri quando aliquis defectus est in bulla, qui ex supplicatione refici potest: vt si quis impetrauerit prioratum, seu parrochialem ecclesiam nuncupatam prioratum: & posteà in supplicatione dicebatur, quòd possit exprimi prioratus, seu cura parrochialis, si in bulla fuerit nominatus tantum prioratus: est tamen ecclesia parrochialis, illa bulla à pragmaticis curiæ Romanæ transcribetur, exprimendo parrochialem, & plumbum à prima auferetur, & alteri applicabitur, & prima lacerabitur & hoc est assuetum fieri secundum illorum stylum.

19 Vel si impetrans nolit vt ea transcribatur, poterit impetrare perinde valere, vt perinde valeat prima impetratio, ac si expressa fuerit inibi parrochialis, vt dicam inferiùs in tract. perinde valere: sed caueat hoc casu ne alicui sit interim ius quæsitum: ideo tutiùs est vt transcribatur.

Bulla nō valet sine narratione.

20 Papæ salutationem cum partis narratione, & concessionem continens partis interdum narratio præsupponitur ex concessione, si nulla esset narratio: nam talis intelligitur petitio, qualis responsio, & ècontra, c. inter dilectos. de fid. instr. l. si defensor, primo, ff. de interro. & ita se habet regulariter ius canonicū, vt responsio sine petitione ponatur: non valeret tamen bulla, si nulla esset narratio, quæ est pars huius substantialis, & ita se habet stylus Curię Romanæ: vt inferiùs dicam in diuisione bullæ.

Bulla est signatura extensa.

21 Alij dicunt bullam esse signaturam extensam: nam quod breui in signatura conscribitur in bulla extenditur, sicut notariorum scheda, l. contractus. vbi Paul. & alij C. de fid. instr. & in auth. de tab. co. 4.

22 Aliáque continens necessaria, ponitur in bullæ descriptione: nempe si necessaria in bulla non sint apposita, non dicetur bulla: vt habetur in procem. Sexti Decret. §. fi. vbi etiam doct. verùm quia communiter venimus ad nouam prouisionem, ideo eam priùs subiiciam, & simplicem etiam declarabo, vt differentia cognosci inter ista duo possit: & pauci discernere ista possunt, ideo ad sequentia aduertendum est.

De noua prouisione & simplici.

Noua prouisio quid sit.

1 Itaque noua prouisio est prima Papæ prouisio ad alterius iam factæ ab alio confirmationem: probatur in c. post electionem, de concess. preb. gl. in reg. cancel. 62 vbi dicit nouam prouisionem alium præsupponere titulum: simplex vero non: sequitur Gomes. quæst. 2. regul. de annal. poss.

Noua prouisio an requirat dubitationem primæ prouisionis.

2 Noua dicitur quò ad Papam, quia de recenti ipse confert: quamuis collatio, præsentatio, vel electio ab aliis anteà facta fuisset, sed impetrans eam prouisionem, vel presentationem dubitabat viribus non subsistere. notant doctores, in d. c. post electionem de concess. præb.

3 Aliquando etiā sine dubitatione solet concedi noua pro

Modica dubitatio primæ prouiſionis facit vt valeat noua prouiſio.

noua prouiſio, ſi dicatur collationem ab epiſcopo, vel eius vicario factam alternatiuè, & ſemper datur ad maiorem ſecuritatem.

4 Etiam in noua prouiſione quãdo dicitur, quòd impetrans dubitat prouiſionem viribus non ſubſiſtere, non poteſt narrari caſus, in quo nõ ſit aliquod dubium, vel dicere de facto: quia ſi Papa ſciuiſſet primam collationem omnino nullam, fortè non conceſſiſſet, vel nõ de leui. c. poſtulaſti. in fi. de reſcr. modica tamen dubitatio ſufficit: vt conſuluit. Paul. Pariſ. conſ. 118. Circa materiam, col. 1. in 4. vol.

Papa poſt ſuam prouiſionem nũquam nouã prouiſionẽ concedit.

5 Sed ſi ſemel ſummus Pontifex prouiderit, etiã inutiliter, nunquàm dabitur noua prouiſio, ſed perinde valere impetrabitur, vt perinde valeat talis prouiſio, ac ſi ritè id temporis facta fuiſſet: vt eſt in prouincial. fol. 60. verſ. item ſuper prouiſionibus, & Paul. Pariſ. conſ. 118. materiam, nu. 25. in 4. vol. quia ſi ſecundo concederet, non poſſet dici noua prouiſio, id eſt primo facta: vt dico in l. Sylua. §. noua lis. ff. de verbo. ſignif. vbi pluribus modis ſcripſi vocari nouum.

Non annullatur prima collatio in noua prouiſione nec electio.

6 Adhæc regulariter noua prouiſio non datur, niſi quis dubitet collationem, vel prouiſionem ordinarij viribus non ſubſiſtere: vnde ſi quis nouam prouiſionem impetret ſuper beneficio reſeruato, & narret ſibi collatum beneficium ab eo qui dicit ſe ſuper hoc ſpecialem prouidendi facultatem habere, ſed dubitat non valere, ideo petit ſibi prouideri: tunc Papa primam collationem non annullat, cùm ille dicat ſe ſpecialem conferendi poteſtatem habere, ſed dubitet, nec debet in bulla annullari ſeu infici illa prima collatio: nec dicetur diſpoſitiuè reſeruatio, ſed quod à nonnullis aſſeritur, &c. ita ſeruat ſtylus cur. Rom.

7 Idem de electione, quæ ſi fuerit facta de dignitate reſeruata per regulas cancellariæ, & vigore indulti dicatur ad eligentes ſpectare, non annullabitur dicta electio: quia multa ſunt à Papa conceſſa, de quibus non eſt memor. c. ex parte. 1. de offic. deleg. c. præterea. 23. diſt. ideo ſuper hoc noua poteſt dari prouiſio.

Modus vacãdi in nouis prouiſionibus an ſit exprimendus.

8 In nouis prouiſionibus ſi quis narrare velit modum vacandi, poteſt, quamuis Papa habuerit illum modum pro expreſſo: quia in fauorem impetrantis conceſſum eſt, cui fauori derogare pars poterit, c. ſi diligenti. de fo. comp. & hoc quotidie fit.

9 Melius eſt ſecundum quoſdam quòd hoc non exprimat: quia Papa videtur ei concedere ſiue vno modo vacet, ſiue alio modo, vt conſtat ex expreſſione facta in prouiſione: tamen quia Papa omnes ferè modos cõplecti ſolet, ideò de ſtylo eſt quòd verus vacãdi modus primus ponatur, & poſteà generalis clauſula ſubiiciatur vt inferiùs dicetur.

Electio quæ veniat prouiſionis nomine.

10 Aliquis in ſignatura petiit ſibi de beneficio prouideri, dicens iam ſibi de eo autoritate ordinaria fuiſſet prouiſum: Papa concedit, & quòd expediri poſsint literę in forma ſimplicis, vel nouę prouiſionis, nunc in bulla vult exprimere ſe electũ, an poſſit? reſpon. poſſe, quando beneficium eligendo conferebatur: quia tunc à noua prouiſione non diſceditur, & verè prouiſus fuit autoritate ordinaria: & collatio veriùs dicitur, quàm prouiſio. c. cum noſtris. & c. poſt electionem, verſ. cùm igitur. de cõceſ. præb. & ſuper hoc aliàs conſului, etiam ſcripſi in tracta. nom. 1. q. 15. num. 26. verſic. decimoquinto.

11 Sed ſi electio requirebat confirmationem, & quis vult, vt expediatur bulla in forma nouæ prouiſionis, cum narratiua electionis: hoc non poterit, quia faciliùs obtinuit ſignaturam & prouiſionem à Papa is, qui dicit ſe prouiſum, quàm is qui diceret ſe electum: quia prouiſio ius plenum confert, nec requirit confirmationem, ſecus in electione, de qua eſt facienda mentio. clem. 1. de præb. ſcripſi in §. præfatique ordinarij, de collat. in concord. & in §. 1. de nominatio. reg.

Clauſula notab. in ſignatura apponenda.

12 Vnde ſi velis in iſtis prouidere, apponas clauſulam in ſignatura, quòd bulla poſſit expediri in forma nouæ prouiſionis, vel ſimplicis, abſque dicta prouiſionis narratione, & tunc poteris electionem quamcunque exprimere, & ita ſoleo apponere poſt menſularios, qui ignorant communiter effectum clauſularum.

Si prima prouiſio ordinarij non valeat, tamen noua prouiſio valebit.

13 Adhæc annullata principali collatione facta ab ordinario, non annullatur hæc noua prouiſio facta ad corroborationem primæ collationis, ſed remanebit: vt docet Gomeſ. in reg. de annal. poſſeſ. q. 78. in fi. nec videtur hæc noua prouiſio acceſſoria ad primam collationem, ſed per ſe ſubſiſtit: licet Gomeſ. dicat eam eſſe acceſſoriam, quod mihi vix placet, cùm prima poſſit eſſe ſine hac noua prouiſione, ſi ſit valida: & licet hæc fortè accedat, tamen eſt æquè principalis, & ad primæ prouiſionis confirmationem: ideo vtraque ſubſiſtere poteſt, & altera etiam: vnde annullata vna, altera ſubſiſtet, & quis poterit vtraque iuuari, vel altera tantùm. c. poſt electionem. de conceſ. præb.

Noua prouiſio & cõfirmatio nõ datur niſi in tribus caſibus.

14 Notandum eſt quòd regulariter in curia Romana non datur noua prouiſio, & confirmatio. c. quia. & c. poſt electionem. de conceſ. præb. niſi in tribus caſibus.

15 Primus eſt in vnionibus, ipſa enim facta confirmari à Papa poteſt, ſi defectus ei narretur, c. expoſuiſti, vbi no. de præb.

16 Secũdus eſt in beneficiis ſeu præceptoriis Hieroſolymitanis, in quibus datur confirmatio conceſſionis, non autem collationis: nec ponitur clauſula, ſupplentes omnes defectus.

17 Idem in beneficiis aliarum militiarum, vt ſancti Iacobi, & aliis: & hoc de ſtylo curiæ Romanæ.

Electiones monialium confirmari poſſunt.

18 Tertius in prouiſionibus monaſteriorum monialium, vnde electa poterit confirmationem electionis, & nouam prouiſionem ſimul petere, & ipſis conceditur: quia illarum electiones communiter non ſunt firmæ, nec iure factę. c. indemnitatibus. de elect. lib. 6. ideo. confirmatione indigent.

19 Sed non habebit locum in prioratu monaſterij per prioriſſam gubernari ſoliti, quia non iudicatur monaſterium quo ad hoc, ſed vt aliud beneficium: & non dabitur confirmatio, ſed noua prouiſio. hoc ſolet in curia Romana ſeruari, quod notes, quia ab interpretibus omiſſa, qui hanc praxim Rom. parum nouerant.

Electiones abbatũ non confirmantur; ſed noua datur prouiſio.

20 Etiã electiones abbatũ non ſolent confirmari à Papa: poſſent enim eſſe nullæ, ſed noua dabitur prouiſio

prouiſio: vt voluit Alex.6.in tit.de ſigna.gratiæ.

Cõfirmatio in beneficialibus nõ datur à Papa. Differentia inter cõfirmationẽ & perinde valere.

21 Confirmatio in beneficialibus nõ datur ex ſtylo curiæ Romanæ. c.fi. de confir. vtil. ſed perinde valere: quod differt à confirmatione, quia confirmatio non trahitur retro, ſed valet à die confirmationis tantùm.c.quia diuerſitatem,de conceſſ.pręb. doct.in c.1.& per totum,de confirma.vtili.

22 Perinde valere trahitur retro,ſi non erat acquiſitum ius tempore impetrationis huius reſcripti: vt inferiùs dicetur, & ſic quando duo extrema ſunt habilia: vt docet Bart.in l.is qui.ff.de vſucapio.

23 Nec obeſt text.in cap.ſecundo. ne ſede vacante. vbi Papa confirmat eccleſiam ei, cui donauerat: ſed regulariter non confirmatur collatio facta ab altero, de quo ſuprà dixi: imò ſi confirmetur ibi reprobatur, dum dicit, non obſtante confirmatione noſtra, ſi qua in forma cõmuni appareat: & quãuis olim poſſet dari confirmatio collationis etiam ordinarij, tamen quia proprius eſt concedere reſcriptum perinde valere: ideo hodie ita conceditur: & hoc iure vtimur, non verò confirmatio: & ſi hodie peteretur à Papa collationem ordinarij confirmari, Papa hoc non concederet, niſi quatenus reſpicit reſcriptum perinde valere.

Concordiæ cõfirmatio à Papa fit, non à cancellaria.

24 Confirmatio tamen concordiæ inter partes fit à Papa: ſed ſola confirmatio non fit in cancellaria, ſi cancellaria non conferat beneficium, ſed ſolet ad cameram remitti, vel narratur concordia, ſed non approbatur: quia iſta cõfirmatio eſt de mero imperio maximo. cap. quod tranſlationem, de offic.legat.doct.in cap.quod ſedem. de offic.ordin. cùm ſapiat ſimoniam. cap.ex parte, primo, de offic. delegat.cap.cùm pridem. de pact. ideo à Papa tollitur. Dec.in rubric.de ſimo.

Obligatus ad dandum vnũ beneficiũ an poſſit dare alterum ſine Papæ approbatione.

25 Vidi dubitari, conuentio fuit à Papa approbata, qua ego tenebar dare beneficium ſancti Victoris tali N. intra annum, eò quòd ſuum beneficium maioris erat valoris: poſteà cõuenit inter nos, quòd aliud beneficium detur: quæſitum fuit, an requiratur noua Papæ approbatio: quidam requiri fatebãtur, cùm partes nullam conditionẽ adiicere poſſint, ſine Papæ beneplacito.c.fi.de pac. ideo dicebant ſimoniam eſſe, ſi aliud detur etiam beneficium.

26 Ego contrarium dicerem: quia poſtquàm in fauorem partium Papa approbauit cõditionem, huic fauori partes poterunt renunciare.c.ſi diligenti, de foro competent. & poſtquam conuentio eſt iam à Papa approbata, ſi vnum pro alio detur, hoc reſpicit partes: nam principale eſt approbatum in fauorem partium, ſi vnum pro alio detur, [etiam approbatum cenſetur.]

27 Veriſimile eſt quod ſi Papæ hoc fuiſſet expoſitum, quòd etiam approbaſſet: cùm hoc ſit acceſſorium, ergo debet regi ſecundum naturam principalis.l.cùm principalis.ff.de reg.iur.etiam quia dari beneficium vnum pro alio poteſt ſine labe ſimoniæ.cap.final.de rerum permutatio.ergo partes poterunt vnum dare pro alio, & accipere ſine labe ſimoniæ, quicquid in contrarium dicatur.

Partib⁹ an liceat à cõuẽtione approbata à Papa diſcedere.

28 Nec refragatur de conditione, quòd ſit reprobata, quia in hoc caſu non eſt alia conditio, quàm approbata à Papa: ergo Papa hoc videtur approbaſſe: nec requiritur noua approbatio, quę requireretur, ſi noua conditio eueniret, videlicet quòd pro beneficio daretur pecunia: ſecus ſi beneficium pro beneficio, c.ad quæſtiones, & c.fi. de rerum permut. poſſunt tamen partes in ſignatura clauſulam adiicere, vel in approbatione concordiæ, quòd petunt approbari tantùm conuentionem, vel ſi de conſenſu partium ab ea diſcedatur, & aliud ſeu alia beneficia dentur loco illius quòd etiam liceat: & hoc videtur neceſſarium, quia partes ſæpiùs aliter conſentiunt, & conueniunt: & oportet quòd iſtorum illa conuentio approbetur à Papa, niſi illa clauſula adiecta fuerit, quam ſoleo adiicere.

Concordia ſine Papæ beneplacito inducit ſimoniam, quæ nõ priuat beneficijs.

29 Tranſactio & concordia inter duos litigantes facta ſine Papæ beneplacito inducit ſpeciem ſimoniæ, non tamen ob hoc quis eſt beneficio illo, vel aliis priuatus: nec poterunt illa impetrari: vt docent Panor.& alij in cap.conſtitutus, de tranſactio cap. ex parte, primo. de offic.delegat.

30 Ideo ſi in ſignatura petantur omnia in inſtrumento concordiæ approbari, debet addi quatenus iuſta & honeſta ſunt: vt ſtatuit Alexan. 6. in ſuis regulis, titul. de ſignat.gratiæ.

Clauſula ſiat prout de iure, quid proſit.

31 Et ſi quis illa beneficia impetrauerit, ſolet Papa dicere, fiat vel conceſſum vt petitur, prout de iure. quia Papa non intendit conferre ſi de iure non ſint priuati: ideo illam clauſulam addit prout de iure: hoc tamen rarum eſt, niſi quando de priuatione iuris dubitatur.

32 Et de illa clauſula prout de iure, vide per gloſſ. & doct.in l.edita.C.de edend.& Bar.in extraua. Ad reprimendum, in verb.prout.

33 Et ſi dicatur, ꝗ hic venit priuandus, ergo hæc clauſula prout de iure, debet intelligi, id eſt ſecũdũ quod ius diſponit.& ſi ius non diſponat, nec Papa priuat.[vt dicitur infrà in 3.parte tit.de ſymo.]

Beneficium permutatum non poteſt impetrari, ſi ſtatim permutatio perficiatur.

34 Titius reſignauit beneficium cauſſa permutationis, quod fuit Seio collatum: ſed quia beneficiũ Seij erat alterius diœceſis longè diſtantis, Seius poſſedit per menſem vel duos vtrumque beneficium: nũc quidam tertius impetrauit primum, tanquàm vacans per adeptionem ſecundi, per cap.de multa, de præbend. & per extrauag. execrabilis. Demum Seius pro complemẽto permutationis reſignat primum beneficium: quæritur an valeat iſta collatio vltima? reſp. valere, quia erat iam affectum compermutanti: & illa dilatio duorum menſium non fecit illud vacare. c. vno, de rerum permutat. in 6. vbi doct. Feder. in tracta de rerum permutatio. in 11.q.quod eſt notandum, ſæpiùs ſuper hoc vidi dubitatum: nec obeſt illa extra.execrabilis, quia dicit ſi pacificè poſſederit, nolens, vnum dimittere: ſed hîc volebat dimittere cauſſa permutationis.

Partes ſuper beneficijs ſemper debẽt cõuenire cũ Papæ beneplacito.

35 Et ſic nota, quòd ſine Papæ beneplacito non licet conuenire ſuper beneficiis, alioqui ſimonia eſt: vnde quando partes conueniunt, ſemper adiicere debent, cum Papæ beneplacito.c.Ex parte, 1.de off. dele.c.fi.de pac.& c.vno, vt eccleſiaſtica benefic.

36 Et ſi poſteà illa conuentio approbata ſit à Papa ſine aliqua ſimoniæ labe, obtinetur illud beneficium: quia poteſt Papa diſpenſare ſuper illis quæ ipſe inducit. docto.in rubric.de ſimo. & in ſumma,

prima

prima quæſtione prima.

Simplex prouiſio quæ dicatur.

37 Simplex autem prouiſio dicitur, quando alia non narratur collatio, nec prouiſio: ſed ſimpliciter dicitur beneficium vacans per obitum, vel aliàs, & ſic confertur. in noua autem prouiſione regulariter præſentatio, collatio, electio, vel alia prouiſio narratur: in hac verò ſimplici nullus alius narratur titulus, ſed à Papa conferre petitur vacans beneficium. hoc docet glo. in reg. cancella. 62. & ego ſignaturam ſuperiorem ſcripſi ad hoc oſtendendum.

38 Ideo ſubrogatio dicitur ſimplex prouiſio, quia non præſupponit alium titulum, vt docet Gomeſ. in regul. de ſubrogatio. collitigan. q. 19. in fin. poſt Aegid. Bellameram, concluſio. 116. ſi petens, in fi.

Si prouiſio fuerit narrata, nõ poteſt in bulla omitti.

39 Vnde ſi in ſignatura dicatur, vt expediatur in vim nouæ, vel ſimplicis prouiſionis, ſi quis narrauerit in ea ſe præſentatum, & inſtitutum: & Papa de nouo ſic eidem prouiderit ſi poſteà impetrans velit, vt eidem expediatur bulla in vim ſimplicis prouiſionis, non poteſt hoc fieri: quia Papa motus fuit ob illam narrationem, ergo non debet mutari, alioqui bulla non conficeretur ex ſignatura, quod fieri debet: vt ſuperiùs dixi, & hoc pauci intelligunt.

40 Simplex prouiſio etiam diceretur, quando ſine prima narratione concederetur: quod non ſolet fieri: ideo ſi in prima dictum fuerit, quòd impetrãs fuit de illo beneficio prouiſus, & illud acceptauit, & illa velit omittere in bulla, non poteſt: quia hæc prouiſio induxit Papam ad ſibi faciliùs prouidendum, quàm ſi non fuerit prouiſus: ergo hoc eſt in bulla exprimendum. c. Poſtulaſtis, in fi. de reſcript.

Clauſulæ abſque narratione qd operetur.

41 Niſi in diſpoſitione & ad partem addatur hæc clauſula, quòd hoc poſsit expediri in vim nouæ, vel ſimplicis prouiſionis, etiam abſque prædicta narratione, & huius clauſulæ ratione poterit bulla abſque narratione in ſignatura expreſſa expediri.

42 Quæ clauſula non ſolet apponi per ignaros, ideo poſteà opus erit impetrare reſcriptum perinde valere, ſi prædicta clauſula non fuerit in ſignatura conſcripta.

43 Non poterit tamen impetrans nouam facere poſteà narrationem, & aliam à dicta ſignatura, alioqui conformis non eſſet bulla ſignaturæ, qnod eſſe debet: vt ſæpiùs dictum fuit: ſed omitti poterit illa narratio.

Narratio an poſsit omitti, & alia exprimi.

44 Etiam poterit aliquid addere vel detrahere primæ narrationi, ſed non totã omittere: vt ſi dixerit ſe præſentatum & inſtitutum in ſignatura, in ſimplici prouiſione poterit omittere ſe inſtitutũ: ſecus ſi vellem dicere beneficium vacare per incapacitatem, & tamen expreſſeram vacaſſe per obitum: hoc valde alienum eſt, ideo non expediendum tanquàm in ſignatura non comprehenſum.

Simplex prouiſio facilè expediri poteſt p nouã prouiſionem non econtrario.

45 Sed ſi impetrem beneficium in vim ſimplicis prouiſionis, & in ſignatura addatur, quòd etiam in vim nouæ prouiſionis expediri poſsit: ſi poſteà expediam bullam nouæ prouiſionis, in qua narrem mihi eſſe prouiſum per ordinarium de illo beneficio, & illud acceptaſſe, valebit in bulla: quia hoc eſt in præiudicium partis, cùm ipſe hanc prouiſionem probare habeat, ergo illi fauori renunciare poteſt, l. penultima, C. de pactis: capituli ſi diligenti, de foro competenti: etiam poteſt exprimi id, per quod faciliùs Papa conceſsiſſet, ſi fuiſſet expreſſum: vnde qui ſimpliciter expreſsit, poteſt poſteà collationem ſibi factam narrare in bulla, quam dubitat viribus non ſubſiſtere &c. ſi hoc fuerit in ſignatura dictum, quòd in forma nouæ, vel ſimplicis prouiſionis expediri poſsit.

Simplex prouiſio poſt præſentationẽ datur & electionem.

46 Simplex prouiſio etiam dabitur præſentato ad beneficium dummodo non fuerit inſtitutus: & ſi epiſcopus vellet proponere edictum: iuxta c. fi. de electio. in 6. quia parum iuris habet ex præſentatione, c. dilectus, de offic. legat.

47 Idem in prouiſione monaſterij pro electo, qui electioni conſenſit: vt detur ſimplex prouiſio ante confirmationem, poſteà noua prouiſio: quia ante confirmationem non eſt ius perfectè acquiſitum, ſicut ex collatione, d. c. fi. de electio. in 6.

Suppleri an poſsit in ſimplici prouiſione verus vacandi modus.

48 In noua prouiſione ſi fuerit expreſſum beneficium certo modo vacaſſe, poterit in bulla ſuppleri eo modo quo vacauit, licet non fuerit in ſignatura dictum, quòd verus vacationis modus pro expreſſo habeatur: vt ſuperiùs ſcripſi in ſignatura: ſed hodie communiter ſolet apponi.

49 Secus in ſimplicibus prouiſionibus, in quibus non exprimitur modus vacationis, ſi in ſignatura dictum non fuerit: hoc habent Romani dicanici ex ſtylo, qui eſt tamen contra ius, in capitulo, Suſceptum, de reſcriptis lib. 6. Sed reſpond. quòd hoc eſt intelligendum in ſimplici prouiſione: ſed non in noua, ſed nullam aſsignant differentiam, niſi quòd hoc eſt de natura primæ prouiſionis: alibi fortè dicam: quia ſemper vidi apponi clauſulam, quòd verus vacandi modus exprimi poteſt: & hoc eſt tutius.

50 Poſtremò vt bulla meliùs intelligi poſsit ſubiiciam formam eius ob oculos, & demum illius elucidationem: vt paruo negotio quiſque eam intelligere poſsit: ad rem ergo accedam.

Forma nouæ prouiſionis.

Prima pars.



IVLIVS &c. Dilecto filio Antonio Odoin rectori ſeu perpetuo vicario parrochialis eccleſiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ de Chauſonot, prope Stampas Senonen. diœce. ſalutem &c.

Vitæ, ac morum honeſtas, aliáque laudabilia probitatis, & virtutum merita ſuper quibus apud nos fidedigno commendaris teſtimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.

ij. pars.

Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte tua petitio, continebat, quòd aliàs parrochialis eccleſia, ſeu perpetua vicaria ſancti Ioannis Baptiſtæ prope Stampas Senonen. diœceſ. quam quondam Gulielmus Dauid ipſius eccleſiæ rector, ſeu perpetuus vicarius dum viueret, obtinebat per obitũ dicti Gulielmi, qui extra Romanã curiam

diem clauſit extremum, vacante: dilectus filius Guilielmus Gunion presbiter præceptor domus S. Ioãnis Lateran. hoſpitalis eiuſdẽ S. Ioannis Hieroſolymitani dictæ, vel alterius diœceſ. vel ciuitatis, cùm ad ꝓ tempore exiſten. dictæ domus præceptorẽ collatio, prouiſio, & omnimoda alia diſpoſitio dictæ eccleſiæ ſeu vicariæ, dum pro tempore vacat, de antiqua & approbata hactenusq́; pacificè obſeruata conſuetudine pertineat, eccleſiam ſeu vicariam prædictam (vt præfertur) vacan. tibi ordinaria autoritate contulit. & de illa etiam prouidit, tuq́; collationis & prouiſionis prædictarum vigore poſſeſsionem dictæ eccleſiæ ſeu vicariæ forſan aſſecutus fuiſti: cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, tu dubites collationem & prouiſionem prædictas ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere: & ſicut accepimus, dicta eccleſia ſeu
iij pars. vicaria adhuc (vt præfertur) ſeu aliàs certo modo vacare noſcatur, Nos tibi præmiſſorum meritorum tuorũ intuitu, ſpecialem gratiam facere volentes, téque à quibusuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequẽdum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. Nec non omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, quæ etiam ex quibuſuis diſpenſationibus Apoſtolicis obtines, & expectas, necnõ in quibus, & ad quæ ius tibi quomodolibet competit, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque ſint, eorúmque fructuum, reddituum, & prouentuum, veros annuos valores, ac huiuſmodi diſpenſationum tenores, necnon verum & vltimum dictæ eccleſiæ ſeu vicariæ vacationis modũ, etiam ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio, etiã in corpore iuris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſsis habentes, eccleſiam ſeu vicariam prædictam (quamuis & illi forſan annexorũ fructus, redditus & prouen. vigintiquatuor duca. aũri, de came. ſe.co. ex val. an. vt aſſeris, non excedant, ſiue vt præmittitur, ſiue aliàs quouiſmodo, aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ſeu per liberam Guilielmi Dauid, vel cuiuſuis alterius reſignationem, de illa extra dictam curiam, etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut conſtitutionẽ felicis recordationis Ioannis Papę 22. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Execrabilis, vel aſſecutionem alterius beneficij eccleſiaſtici dicta autoritate collati, vacet, etiã ſi tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio, iuxta Lateranen. ſtatuta concilij, ad ſedẽ Apoſtolicã legitimè deuoluta, ipſaq́; eccleſia ſeu vicaria diſpoſitiõi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata exiſtat: ſuper ea quoq́; inter aliquos lis, cuius ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in ea alicui ſpecialiter ius quęſitum) cum annexis huiuſmodi, ac omnibus iuribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi autoritate conferimus & de illa etiam iiij. pars.
prouidemus. Quocirca Dilectis officialibus &c. mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem poſſeſsionẽ dictæ parrochialis eccleſię ſeu vicariæ, & annexorum, iuriũmque & pertinen. prædictarum, inducant autoritate noſtra, & defendant inductum amoto, exinde quolibet illicito detentore, facientes te, vel procuratorem prędictum ad eccleſiam huiuſmodi (vt moris eſt) admitti, tibíque de illius parrochialis eccleſię & annexorum huiuſmodi fructibus, redditibus & prouentibus, iuribus & obuentionibus vniuerſis integrè reſpõderi, contradictores &c. prout iuſtitia ſuadedit ad hoc compeſcendo. Non obſtan. v. pars.
Pię memorię Bonifacij Papę 8. etiam prędeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus generales, vel ſpeciales dictę ſedis, vel legatorum eius literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum: quibus omnibus, te in aſſecutione dictę parrochialis eccleſię, ſeu vicarię

riȩ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quò ad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo Senonē. & pro tempore existente dictæ domus prȩceptori, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sede sit indultum, quo ad receptionem vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint, quodque de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem, coniunctim, vel separatim spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis: nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli &c Datum &c.

6. & septima pars.

Bullæ diuisio continēs septem partes.



Notandum est, quòd hæc bulla septem continet partes: in prima ponitur salutatio, in secunda narratio, in tertia Papæ concessio, seu dispositio, in quarta committit Papa executores ad mittendum impetrantem in possessionem, in quinta non obstan. ponuntur, in sexta, comminatur Papa incontrauenientes suæ prouisioni. ibi, nulli &c. in septima data, videlicet quo die quóue anno hæc dictata fuêre. Ista est summa huius bullæ, & cuiuslibet alterius ferè rescripti, quo ad quartam & sextam partem, quæ aliquando omittuntur, quia non conueniunt: quàmuis Bald. in c. Super literis, col. 3. de rescrip. dicat his verbis, quòd debet rescriptum tria cõtinere, videlicet narratoriam, supplicatoriam: & hȩ duæ respiciunt impetrantem, & conclusoriam, quȩ respicit rescribentem. Præmissa igitur bullæ forma videamus ad digitum, an præmissa contineantur in ea, verùm quia de noua prouisione priùs agitur, ideo eius verba prosequor.

Papa suum nomen præponit in bullis, non cognomen.

Iulius Episcopus, &c.

Primò ergo Papa nomen suum præponit, quia ipse omnibus est præponēdus, vt pote caput, & caput tanquàm nobilius cæteris est anteponendum membris. l. cùm in diuersis. ff. de relig. & sumptib. funer. capite enim languescente faciliùs reliqua corporis mēbra inficiũtur. c. sunt plurimi. 6. q. 1. & quia scribens alteri solet se præponere: l. Nesennius, ff. de neg. gest. & de re iudi. scripsi in gl. j. tit. de approb: cõuent. in Cõcor. Franciæ. ipse tamen Papa nunquàm solet suum cognomen in suis literis exprimere, nec Cardinales, vel Episcopi, aut Abbates: sed suo nomine contenti sunt iuncto nomine dignitatis episcopalis, aut abbatiæ, vt Ioannes Cardin. &c. Ioānes episcopus Paris. vel Ioānes Abbas, &c. siue ipsi aliis scribat, siue illis scribatur: ideo Papa ex stylo curiæ Rom. nunquàm rescribendo cognomen illorum exprimit, sed solum nomen cum dignitate: & hoc sufficit ad certificandum illam, ideo non est opus alia demonstratione. l. j. de dote prælega.

Episcopus. Episcopũ se dicit & seruum seruorum Dei. vide hoc in prooem. Sexti, & Cle. declaratum, quia Pragmaticis hoc nõ prodest, & ipsi hoc sciũt. [Ideo missa facio.]

Dilecto filio. Pro excõmunicato vel inimico sanctæ sedis nõ solet Papa scribere, sed pro dilectis: ideo eos sic vocat, quia excõicatos nec fratres, nec filios appellat, sed loco benedictionis, & salutationis dicere solet, spiritum consilij sanioris, vt docet Speculator in tit. de rescr. præsen. §. ratione formæ. ver. & nota quòd Papa, quia excõmunicatus habetur pro mortuo. c. dilectis filiis. vbi gl. & doct. de app. hodie excõmunicatos absoluit ad effectũ vt inferiùs dicetur. Nec probanda erit dilectio impetrantis: quia omnis censetur dilectus, qui non est odiosus quo ad hoc, sicut de digno, vt omnis dicatur, qui non est indignus. l. cùm quidam. ff. de leg. ij. & sicut omnes sumus filij Dei per fidem. Paulus ad Gala. 3 cap. sic filij omnes sunt eius vicarij: videlicet Papæ cura & honore, quòd ipse curā omnium Christianorũ habeat, vel habere debeat: & omnes ei honorē impendere, teste Bonifacio in proœ. clem. co. ij. not. 4. vide q̄ scripsi in forma man. in con.

Papa pro dilectis scribit, & omnes dilecti præsumuntur.

Et filios vocat omnes, qui non sunt episcopi aut patriarchæ, vel archiepiscopi. cap. quàm graui, de crimine falsi, & iste est stylus curiæ Romanæ.

Salutem. Paulus ad Corinthios cap. vltimo ait, *Salutate inuicē in osculo sancto.* Vnde hîc Papa salutat eum, cui prouidet, & ex hac salutatione non censetur illũ absoluere quem salutat, c. e. fin. de sen. excõ. alioqui clausula absoluentes &c. infra posita esset superflua: de ista Papȩ salutatiõe ad beneficia vacatura scripsi in forma manda. in princ. vbi dixi esse differentiam in rescriptis ad vacatura, & ad vacantia: quia in rescriptis ad vacatura Papa salutat eum, quem vult grauare ad conferendum, in his verò ad vacantia eum salutat, cui prouidendo cõfert, quando Papa per breue scribit, solet addere salutem, & Apostolicam benedictionem: vt inferiùs in materia breuis dicetur.

Salutatio Papæ non dat absolutionem.

1 **Vitæ ac morum honestas &c.** Notandum est, quòd hæc secunda pars bullȩ continet narrationem, in qua duo Papa præcipuè conscribit. Imprimis rationes, quæ mouerint eum ad

Rationes diuersæ in diuersis mouēt Papam ad concēdēdum.

hanc gratiam concedendum. In secunda factum narrat ibi, exhibita &c. vel cùm itaque &c.

2 Sicut enim Papa pluribus mouetur rationibus ad concedendum vni potiùs quàm alteri: ita rationes alias in vno exprimit, quàm in alio. c. Relatum, de præb. vt sequitur.

Ratio mouens Papam pro infante rescribentem.

3 Si enim Papa gratiam infanti faciat, solet statim à salutatione sic dicere, laudabilia infantilitatis tuæ indicia &c. si autem sit puer vsque ad tredecim, vel quatuordecim annos, dicit laudabilia tuæ pueriles ætatis indicia: ex quibus (prout fide dignorum testimonio accepimus) verisimiliter concipitur, quòd in virum procedere debeas virtuosum, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales &c.

Puer quomodo dignoscatur.

4 Dicunt quidã, quomodo potest cognosci puer, vel infans, cùm sapientissimus Salomon Prouer. 20. cap. de illo dicat, *Quis autem hominum intelligere potest viam suam?* Et cap. 30. *Tria sunt mihi incognita, & quartum quod penitus ignoro, viam viri in adolescentia sua*, Respõ. Papa dicit se habuisse ista indicia testimonio fide dignorum, quibus credi solet, l. Titio. 2. vbi gl. ff. de conditio, & demũ. glo. in verb. notitia. c. cupientes, de elect. lib. 6.

5 Etiam Papa dicit verisimile esse, quòd puer bonis moribus præditus fiat vir literatus, & virtutibus decorabitur: & hoc est quò ad præsumptionem, licet aliquando hoc non sit: & de hac clausula fide digno commẽdaris testimonio, scribit Corse. in repeti. c. Grandi, de supplend. negligen. prela.

6 Ista probantur in cap. ex studiis, de præsumptio. vbi sic scribitur: Ex studiis suis intelligitur puer: quẽcunque enim virtutibus studere, cum modestia continentiæ, auditioni sapientum, obseruantiæ mandatorum Dei maximè simplicitati, & humilitati videris, huius munda & recta opera intellige, & sic quo ad præsumptionem, sicut Papa hîc dicit.

7 Melius & tutius esset, quòd Papa hos crescere sineret, & posteà illis conferret, quia hoc solet generare scandalũ in ecclesia, cùm istis vitulis confertur beneficiũ: sinere eos oportet: vt aratro habiles fiant.

Honestas vitæ, & morum & virtutum merita inducunt collatores ad cõferendum.

8 Si verò maiori quatuordecim annis seculari Papa scribat prouidendo, solet describi hæc clausula: vitę & morum honestas, ac alia laudadabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiã liberales &c. cùm iuris præceptum primum sit honestè viuere. l. iustitia. ff. de iustit. & iure. §. iuris, illo titu. in institu. ob id honestas vitę & morum inducunt Papam ad concedendum: mouetur etiam Papa ob merita probitatis & virtutũ.

9 Dauid expetiit bonitatem, disciplinam, & scientiam, sic Papa his mouetur. Vide quæ scripsi in forma manda. in Concorda. & ista clausula, vitæ ac morũ honestas, non solet apponi in gratia, si neutri, vel si nulli, vt inferiùs dico in materia, licet aliquando viderim apponi: hodie multa conferũtur beneficia ab inferioribus collatoribus aliquibus, apud quos nulla est vitæ, nec morum honestas, sed turpitudo & dissolutio: sed veh illis, qui hoc modo conferunt, quia reddent quandoque rationem villicationis, in qua erit fletus & stridor dentium.

Domesticis

& familiaribus clausula ꝑpria & religiosis.

20 Si verò cõcedatur domestico, vel familiari Papæ, solet inscribi grata tuæ familiaritatis obseq. &c. & ista gratis expediuntur: ideo dici solet grata, Romanis tamen pragmaticis nõ grata, quia animo non grato sine mercede hæc expẽdiunt quandoque: sed quia verisimile est, quòd Dominus suis grato animo cõcedat, ob id dicit grata &c. licet permulti sint Philippo Maced. dissimiles, qui Hiparchi mortem ægrè tulit, ꝙ antequàm beneficium à se accepisset, vitam finierit: vt est in Apophteg. Pluth. vbi plus his verbis scribitur. Perquàm rarum est principem sentire gratiarum affectus, sed amicis plerique non aliter, quàm equis vtuntur dum vsui sunt, curant, inutiles factos abiiciunt, eósque spoliant citiùs, quàm beneficio iuuant. ideo accipe Dauid doctrinam, Nolite confidere, &c. [Et mihi experto in hoc credite.]

Philippus molestè tulit quòd alicui non benefecerit.

11 Cùm autem bulla dirigitur religioso, solet apponi clausula ista, religionis zelus, aliáque &c. quomodo probatur hic zelus, & merita, & Papa à quibus fide dignis habuit, cùm non viderit vnquàm impetrantem? respon. impetrantes solent impetrare per pragmaticos Romanæ curiæ, qui dicunt Papæ impetrantem esse dignum, & multoties fallũtur, quia ipsi nõ cognoscũt impetrãtes, sed fortè excusari possunt: quia omnis præsumitur dignus. l. cum quidam. 2. ff. de leg. 2. cap. si fortè, de election. in 6. & is qui ingressus est religionem præsumitur, quod hoc fecerit bono zelo, qui inducit ad concedendum vt hic.

Collatores cognoscere eos, quibus conferunt debent.

12 Dicebat Menãder Græcus his qui Reipub. pręsunt, Multis sanè modis non benedictũ est, cognosce teipsum: foret enim vtilius si diceretur, cognosce alios homines, quos si cognoscerent episcopi, & alij collatores, eos non ditarent, nec illis in perniciem animæ prouiderent, bonis saltem derelictis.

Titulus prioratus qualis esse debeat.

13 Si priori seculari dirigatur bulla, dicitur in ea, priori seculari talis ecclesiæ collegiatæ: & vocatur prioratus secularis sancti N. ordinis S. Benedicti &c.

Abbas si sit episcopus non benedicitur, & vocatur episcopus non abbas.

14 In titulo prioratus claustralis dicitur, priori prioratus claustralis monasterij sancti Germani de Pratis Paris. diœce. salutem. Quando verò prouidetur de monasterio alicui episcopo, postquàm episcopus est consecratus, non benedicetur, & nominabitur episcopus, non Abbas, nec prior: quia à maiori fit denominatio. l. Quæritur. ff. de stat. ho. alioqui nostri episcopi maximè cardinales sexcenta haberent nomina, quia sexcentos habent vel episcopatus, vel abbatias, vel prioratus, seu hospitalia, vel leprosarias, aut alia beneficia, in totius reipub. perniciem quæ malum, tanta voracitas?

Partes probare non tenentur quæ in exordiis dicuntur.

15 Etiã ista, quæ in exordiis gratiarũ ponuntur, non sunt à partibus ꝓbãda: quia causa impulsiua cessante non cessat dispositio. l. j. §. sexũ. ff. de post. & in dubio ista causa præsumitur impulsiua. gl. in l. ij. in fin. ff. de don. doct. in c. cùm cessante, de appel. hoc docet Staphil. in tract. de lit. grat. rub. de vi, clausl. in princ.

Bullæ Papæ comprobandæ & à quibus.

16 Sed bonum esset, ꝙ omnia, quæ in his dicuntur literis, comprobarentur & verificarentur corã iudicibus ecclesiasticis. conseruatoribus vniuersitatum, vel aliis: quia officiales episcoporum vix eas comprobarent, vt beneficia conferre possent propter defectum impetrationis: vel possent eligi iudices à Papa Roscij idest miræ probitatis, & scientiæ viri, qui de expressis in bullis summariè & de plano cognoscerent,

ſcerent, & bullam comprobarent.

Clauſula bul. læ directæ graduato probanda.

17 Quando autem bulla dirigitur doctori, vel alteri graduato, ſcribitur hæc clauſula literarum ſcientia, vitæ ac morum honeſtas, & ſic Papa præfert hîc ſcientiam, vt oſtendat iſtum literatum habere hoc præcipuum vltra vitæ & morum honeſtatē aliorū, quibus etiā hic præditus eſt: Ideo incipit à literarum ſcientia: & vt cognoſcatur quòd Papa vtra alios mouetur ratione ſcientiæ ad concedendum, quia ſcientia totus mundus illuminatur, authen. habita. C. ne filius pro patre.

18 Et narratio etiā baccalaureatus in gratia, etiam non negata quò ad effectū adiudicationis probāda eſt, vt docet Ægid. Bell. deciſ. 303. item quod & Petr. Pariſ. conſ. 49. ad j. col. pen. nu. 30. & ſeq. in 4. vol.

Aduocati conſiſtoriales non vocantur magiſtri in bulla nec clerici cameræ Papæ.

19 Et ſi dirigatur aduocato conſiſtoriali, non dicitur magiſtro, nec ſolent in literis Apoſtolicis aduocati conſiſtoriales vocari magiſtri: ſed dicitur in eis, nos volentes eidem N. qui in conſiſtorio noſtro aduocatus exiſtit &c.

Magiſtri qui dici poſſunt in bulla.

20 Clerici cameræ Papæ etiam non dicuntur magiſtri, nec aliquis officialis Papæ, eo quòd familiaris dicitur magiſter, niſi habeat priuilegiū, quòd ſit magiſter vel ſit promotus. c. ne ſede vacan. nec ſcholaris eſt magiſter, c. ſi. de præſumpt. niſi ſit in regiſtro ſupplicationum: hi enim dicuntur magiſtri regiſtri ſupplicationum: alij verò dicūtur regiſtratores bullarū, non verò magiſtri, imò nec beneficia clericorum cameræ ſunt reſeruata, nec beneficia procuratorum contradictarū, quia non ſunt nominati in extrauag. Ad regimen, de præb. in Extrauag. communib.

Titulus non ſuſcipitur præſtimonij.

21 Adhęc quādo alicui prouidetur de pręſtimonio, ſiue in eccleſia ſit ſiue extra eam, tunc non fit intitulatio, vt Romani vocant, vt reſcriptum dirigatur clerico perpetuo beneficiato in tali eccleſia: ſed in bulla dicetur, tali clerico talis diœceſis: & ſi aliud habeat beneficiū vocabitur nomine alterius beneficij, & hoc eſt propter incertitudinem, quæ eſt, an præſtimonium ſit beneficiū, & ita ſeruat ſtylus cur. Rom.

Titulus vnus in bulla tantùm datur.

22 Notandum quòd bulla nunquàm exprimit niſi vnum titulum, ideo non dicit canonico talis eccleſiæ, & rectori parochialis eccleſiæ, quia quis non debet eſſe pluralis etiam in titulis, vt duos habeat titulos, ſicut nec duo beneficia; c. cùm nō ignores. de præb. & c. ſanctorum. 70. diſt. & ſi duos daret titulos, videretur pluralitatem à iure damnatam approbare.

23 Etiam quia hodie quidam ex noſtris cardinalibus tot habent ferè epiſcopatus, abbatias, & prioratus, quot in cœlo ſtellæ ſunt errantes, quę ſi numerarentur, oporteret totam vnam bullam ex harum numeratione conſcribere: vnde non ſolet dici magiſtro artium, & in medicina, ſed magiſtro in Medicina doctori in Theologia.

24 Tamen dicitur in bulla, doctori vtriuſque iuris, quia vtraque ſcientia coniuncta eſt: vt ſcripſi q. 5. tract. nomi. & ſic non intitulatur quis (vt practicantium verbis vtar) de duobus, niſi eſſent in eadem eccleſia, & de illis prouideretur vni: ſi autē ſit quis licentiatus, dicitur tali licentiato, vel baccalaureo ſalutem: ſi autem in ſupplicatione dicatur, quòd eſt licentiatus, qui (vt aſſeris) de rigore exiſtis, vel (vt aſſeris) formatus exiſtis, &c. alia vide in practica cancel. Romanæ. per Hiero Paul.

25 Item ſi fiat mētio ordinis mendicantium, dicetur tali N. ordinis fratrum prædicatorum, vel ordinis fratrum eremitarum ſancti Auguſtini, vel ordinis minorum: ſi verò ſunt de obſeruantia, dicetur eſſe ordinis minorū de obſeruantia nuncupatorum: ſi autem fiat mentio de aliorum ordinum, dicetur in literis Papæ, ſub regulari obſeruantia viuentium, de ſtylo curię Rom. qui eſt obſeruādus, c. ex lit. de cōſt.

Titulus mendicantium quis.

1 Exhibita ſi quidem, &c.

De narratione quomodo fieri debeat.

Iſta eſt facti narratio, quæ poſt has rationes Papam mouentes apponitur, quæ varia & diuerſa eſt pro factorum diuerſitate: vnde planè factum narrari debet, ex qua omnis certitudo elici poſſit: & hæc narratio qualiter fieri debeat, non poteſt certa conſtitui doctrina alia, ſed cauendum eſt, ne falſa in narratione pars inſerat, aut aliquid omittat quod Papā ad difficilius concedendum, vel denegādum inducat: alio qui reſcriptū erit nullum. c. Ad aures. &c. ex tenore, & c. poſtulaſtis, & c. ſuper literis. de reſcri. vt dixi ſuprà in prima differentia inter literas gratię & iuſtitiæ, verumenimuerò quia ex narratione partium in iure poſita non poteſt ſumi deciſio iuris. c. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. nec ex ipſa poteſt ſumi aliquid ad deciſionem cauſſarum. glo. in c. vno. in verb. collationem, de rer. permut. in 6. Rom. in repet. in authē. ſimiliter, in 10. ſpeciali. C. ad legem Falcidiam. allegat. gl. in l. vnic. C. quando non petentium partes petentib. accreſcant. Barba. in repe. c. Raynaldus, col. 21. de teſta. ex his ergo narrationibus hîc nihil eliciemus, ſed veniamus ad tertiā partem, vbi ſunt clauſulę frugiferę.

Narratio quid proſit & per quæ verba fiat in quâlibet gratia.

2 Tamen ex narratione partium elici ſolet veritas, vel obreptio: ideò partes ſummoperè reſpicere debent, quid narrent, & an narrata probari poſſint, vel contra ea probari poſſint: nam quæ pars narrat, ea confiteri cenſetur, & ex hoc iudicari poterit. l. cùm precum. C. de lib. cau. & ſuperiùs dixi.

3 In nouis & ſimplicibus prouiſionibus, & in gratia ſi neutri narrari modus vacādi ſolet per exhibita, ſi quidem, &c. in aliis verò gratiis regulariter nō, ſed per dudum, &c. cùm itaque & cl & prout caſus occurrit, & hoc de ſtylo Romanæ curiæ.

Nup. olim, dudum tria denotant tempora.

4 Et licet dicatur dudum, nuper, olim, vacans beneficium, cùm nūc etiam vacet, tamen hoc nō nocet: quia hæ dictiones tria continent tempora, videlicet præſens, præteritū & futurum. gloſ. in l. 1. §. 1. ff. de noui ope. nunc. c. olim. de offic. deleg. & in c. 1. de cleric. excom. miniſt.

Gratia facta quomodo debeat in alia narrari.

5 Notare tamen debemus, quòd gratia iam facta debet plenè & extensè in bulla narrari, quando nō reuocata, nec ſortita effectum in aliqua parte, & quādo eſt illius qui primam conceſsit gratiam, ſecus ſi ſucceſſoris: ſiue narretur diſpenſatio ſiue alia gratia.

6 Si verò in vim mandati fuerit alicui prouiſum, & is impetret à Papa beneficium, in noua prouiſione breuiter gratia mādati narrabitur ex ſtylo Ro. curiæ.

7 Etiam ſucceſſoris gratia breui narrari ſolet, quāuis in forma rationi congruit expediatur, vt inferiùs in ea materia ſcribam: & in narrationibus debet quis ſequi ordinem rerum, ita vt priùs acta, priùs ſint referenda, vt prouinc. fol. 60.

8 Idem si sit reuocata, vel sortita effectum: vidi de stylo cur. Rom. seruati.

In prouisione Papæ nõ sunt probãda merita.

1 Nos tibi præmissorũ &c.

Ista est bullæ tertia pars, videlicet Papæ dispositio, & prouisio cum suis clausulis valde vtilibus, quas nunc prosequamur: & multa vtilia in hac parte continentur, & quamuis in donatione probanda sint merita, aliàs donatio corruit. l. si donatione. vbi do. C. de collat. l. Aquilius. & l. si pater. ff. de dona. Do. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. donatione. C. de reuoc. don. tamen in hac Papæ gratia non oportet merita ista probare: quia Papa vult intelligere meritũ eum, qui non demeretur, ideo illi confert, quamuis alia non præstiterit seruitia. [l. cum quidam. 2. ff. de leg. 2.]

1 Teque absoluentes &c.

Ista clausula & sequentes oriũtur ex signatura, sicut olim Græci ex equo Troiano: vt per Virgilium lib. 2. & per Historiographos, & hoc sicut ex prima dispositionis Papæ clausula signaturæ, & cum absolutione à censuris ad effectum præsentium &c. sic & prima dispositio bullæ continet hanc clausulam: vt hîc videri potest.

Papa absoluit impetrãtem à qualibet excommunicatione ad effectum.

2 Et sic Papa absoluit impetrantes à sententia excommunicationis etiam maioris, aliàs collatio facta excommunicato non valeret, nec rescriptum impetratum ab excommunicato. c. 1. de rescrip. in 6. c. postulasti. de cleric. excom. minist. Ideo hic dicit text. à quibusuis excommunicationis, &c. & vt maiorem excommunicationem comprehendat, & minorem, si repugnet impetranti.

Duplex est excõmunicatio.

3 Maior à communione fidelium excludit, minor à sacramentorum participatione. cap. secũdo. de except. siue excommunicatio sit lata à iure: vt si quis manus violentas in clericum iniecerit, is est à iure excommunicatus, c. Si quis suadente. 17. q. 4. vbi scripsi amplia. & limita. & præponit Papa excommunicationem à iure, quia sententia iuris ferè imponitur propter crimen, ideo plus ligat. argum. not. in cap. peruenit de excess. prælat. Staphil. in tract. de lit grat. de vi. & effectu clau. vers. verior tamen, &c.

4 Siue ab homine excommunicatus sit, vel officiali episcopi, vel archiepiscopi, aut ab alio potestatem habente, siue in eadem diœcesi, siue in alia: quia hîc non consideratur, à quo, sed an sit: nam excommunicatus in vna diœcesi in aliis etiam est vitandus. c. quisquis. vbi gl. 4. q. 5. gl. in c. Pastoralis. §. verũ. de appel. quia sicut lepra sequitur leprosum, & morbus Neapolitanus infectum, ita & hæc excommunicatio, glo. in l. 3. ff. pro socio. & sic iste text. intelligitur de excõmunicatione etiam maiori licet quidam velint dicere contrà, nullo tamen iure fulciuntur, imò contra verba. text. nituntur, ibi à quibusuis excommunicationis sententiis absoluentes, &c. minor autem excommunicatio à perceptione sacramentorum excludit. c. 2. & 3. de except. scripsi in tit. de excom. vitand. in concord.

Suspensi & interdicti etiã absoluuntur, vt impetratio prosit.

5 Etiam suspensus diuinis non potest eligi, nec eidem beneficium conferri. c. cùm dilectus. de consuet. glos. in cap. cùm bonæ. de ætat. & qualit. & in d. c. fin. de excess. prælat. Ideo Papa hîc absoluit illum ad effectum vt valeat impetratio & prouisio: vt in c. Apostolicæ. de except.

6 Idem si aliquis sit interdictus à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ: vt dicitur in cap. Si sententia, & in c. is cui. de sent. excomm. lib. 6. nam is à Papa absoluitur ad effectum præsentium consequendum, videlicet vt beneficium ex hac prouisione consequi possit, non obstante excommunicatione, suspensione, vel interdicto.

Absolutio quando post satisfactionem requiratur.

7 Et quamuis post satisfactionem non requiratur absolutio à suspensione, vel interdicto: sed sufficit iudicis declaratio sine alia absolutione: quod secus est in excommunicatione. glo. notab. in Clemen. vna. in verb. donec. de deci. & in Clem. fin. de censi. Idem tenet glo. Pragm. sanct. in tit. de interdict. indifferen. non ponend. in glo. mox tamen: quia non apparet Papæ de aliqua satisfactione, ideo absoluit eum in hac impetratione tam ab excommunicatione quàm à suspensione, & ab aliis censuris, sed absoluit tantùm ad effectum præsentium consequendum, non quò ad alia vt plenè scripsi de canonico creato, ad effectum, in §. fin. de reserua. in Concord. & in forma maud.

8 Prætereà absoluit eum ex quauis causa, vel occasione processerit excommunicatio, ibi, quauis occasione vel causa latis, etiam si prouenerit ex culpa impetrantis propter istam generalẽ clausulam: hęc tamen generalitas restringitur & à iure & à regula cancella. vt inferiùs dicetur.

Absolutio in literis papæ incidenter data nõ prodest hæreticis.

9 Vnde hæc absolutio non proderit hæreticis, c. excommunicamus. §. credentes, de hæretic. Fel. in c. Apostolicę. col. 1. de excep. ne præstetur ipsis occasio censuras vilipendendi, quas facillimè ex eorum pessima conditione reiiciunt.

Nec insordescentibus prodest absolutio.

10 Nec proderit ei, qui insorduit in excommunicatione vltra annũ, quia hæreticus præsumitur. glos. in c. fi. de pœn. & ita fuit iudicatum Burdegalæ. vt refert Boër. in decis. Burdegal. q. 290. duo permutauerunt.

Falsarij literarũ non censentur in bulla absoluti.

11 Nec falsum committentibus in literis Apostolicis, etiam si addant punctum, vel deleant: illi enim in bulla cœnę Do. sunt excommunicati, nec possunt ab alio, quàm à Papa absolui, nisi in mortis articulo, text. in cap. ad falsariorum, de crimine falsi. hoc patet in bulla cœnæ Domini artic. 4. vbi etiam scripsi: & hoc est quia Papa istos non vult absoluere.

Absolutio à censuris in bulla data quibus non prosit.

12 Vnde Iulius Papa tertius Modern. his verbis statuit, & ordinauit, huiusmodi absolutionẽ non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarũ, falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & & illis vtẽtibus, receptatoribus & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & nuncios vel executores Apostolicæ sedis, & eius officialium eis commissa exequentes impediẽtibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menses sciẽter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque aliis, qui censuris aliquibus

bus etiam aliis, quam vt præfertur quomodolibet ligati, in illis per annum continuum insorduerint.

13 Itaque habetis, quibus non prosit hæc absolutio in reg.78. Iulij: & hoc est bene notandũ, quia nõ fuit hactenus ab alio Pontifice sic declaratum. Igitur hęc clausula quauis occasione &c. non proderit istis, nisi in signatura diceretur, & cùm absolutione, à censuris ad effectum etiam in casibus regulæ & cum illius derogatione: quod non solet Papa facere, sed tentandum est, alioqui delebitur

Dicens se familiarem card est excommunicatus.

14 Etiam non puto hîc comprehendi illum, qui dixit se familiarem, vel nepotem card. vt obtineret faciliùs gratiam, quia est excommunicatus: & non est verisimile, quòd Papa istum furem absoluere velit: vt consuluit Paul. Paris. cons.77. in caussa, col.2. in 4. vol. dicam inferiùs in rescripto perinde valere quid agere debeat.

Absolutus hic non poterit celebrare, nec ordines sumere.

15 Item licèt hic absoluatur quò ad effectum obtinendi istud beneficium impetratum, tamen impetrans non poterit celebrare, nec horis interesse diuinis, nec alia facere, quia ad effectum tantùm est absolutus: vt patet hîc, imò si post hanc absolutionẽ ingerat se diuinis, incurrit irregularitatem: c. is cui, de senten. excommu. lib.7.

Absolutus non potest beneficium ab ordinario obtinere.

16 Nec posset aliud beneficium post istam absolutionem obtinere ab ordinario, vel alio, nisi absolueretur de nouo, tamen quò ad effectum consequendi beneficium impetratum non requiritur, vt absoluatur ab ordinario, vel ab alio presbytero, quia absoluitur à Papa per has literas, ibi harum serie absoluentes, &c.

17 Et Papa solo verbo absoluere potest, sicut solo verbo creare sacerdotes, vt docet Angel. in l.1. C. de senten. passis. & Fel. in c.1. col.6. de const. Barbar. in cle. si. col 2. de testib.

18 Imò de iure quandiu excommunicatus erit, priuatur fructibus beneficij gl. in c. præter. 32. dist. quia Dei inimicus & ecclesiæ non debet de patrimonio viuere Iesu Christi. Bal. in c.1. col.3. in 2. lect. de iudi. arg. c. commissa, de elect. lib.6.

19 Nec poterit interim ordines sumere: imò esset irregularis, si assumeret: vt docet Panor. in c.1. de eo qui furtiuè ordin. suscepit: & vt semel dicam, in nullo alio releuatur hic excommunicatus, nisi vt ista prouisio facta eidem valeat: ergo omnes aliæ pœnæ contra excommunicatos contra eum locum habebunt sexaginta. scripsi in tit. de excommunica. non vitand. in concord. vnde scripsi in glo. absoluentes, in forma mandat. in concordat. quòd excommunicatus impetrans mandatum, si non procuret alio modo absolui, non poterit beneficium acceptare, licèt mandatum valeat.

Clausula pro expressis habentur.

1 Necnon omnia, & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, quæ etiam ex quibusuis dispensationibus Apostolicis obtines, & expectas, necnon in quibus, & ad quæ ius tibi quomodolibet competit quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, &c.

2 Ista clausula nascitur ex ventre signaturæ, ibi. & quod obstantiæ oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, & tantùm operatur, ac si nominatim expressio fieret, teste Anton. Butrig. in cons.2. visis literis. col.j. & Felin. in cap. in nostra. corrola.9. de rescript.

Signatura vt haberi pro expressis, & quòd possint in bulla exprimi cõcedit.

3 Duo in signatura concedebantur, quòd illa quæ obstabant impetranti haberentur pro expressis: secũdum quòd exprimi possint in bulla: ergo possunt exprimi beneficia, vel haberi pro expressis: & licèt habeantur pro expressis, exprimi tamen poterunt: quia in fauorem impetrantis hoc conceditur, cui fauori renunciare potest. cap. si diligenti. de fo. compe. l. pen. C. de pact. & meliùs est quòd in bulla exprimantur ad vitandos processus: & vt noscatur mens Papæ: quamuis vtrumque in signatura fuerit concessum.

Subreptionem tollit hæc clausula pro expressis, &c.

4 Per hanc clausulam tollitur subreptio, quæ foret, si quis impetraret beneficium à Papa, vel ab eius legato, & nõ exprimeret beneficium etiã modicum: vnde impetratio & prouisio nullius esset momenti, cap. si proponente de rescrip. cap. Si motu. de præb. lib.6. etiam si impetrans illud resignare paratus sit. c. postulasti. vbi Aegid. colum. prima. de rescript. ideo Papa habet pro expressis, id est ac si in bulla expressa essent omnia & singula beneficia ecclesiastica.

5 Ergo de feudis & aliis beneficiis temporalibus nõ intelligitur, quia non sunt in gratia exprimenda. c. Felicis, de pœnis. lib.6. vbi hæc beneficia dicũtur sed non ecclesiastica, vt in rub. vt beneficia ecclesiastica sine diminutio. conferan.

De prouisione facta de duobus an fieri mẽtio in bulla debeat.

6 Adhæc si prouisio fuerit facta in vna signatura de duobus beneficiis, & bulla expediatur de vno: oportet dicere in ea sic, cui etiam hodie parrochiali ecclesia, seu alio beneficio, &c. concessimus prouideri, ex quo in supplicatione expressa sunt duo: tamẽ hæc clausula facit vt hoc non exprimatur: quia Papa pro expressis habet omnia beneficia.

7 Item Papa non solùm habet pro expressis omnia beneficia, sed & qualitates illorum: & hoc probatur ibi, cum cura, vel sine cura & qualiacunque, probatur in clem.2. de præb. c. Ad aures. de rescript.

8 Præterea vult pro expressis haberi beneficia quotcunque habeat, & in quocunque numero, ad hoc vt valeat impetratio, non obstante numero beneficiorum decem, vel alio numero, quot obtinebat impetrans: tamen vt infinitas vitetur. c.2. de rescript. in sexto.

Clausula pro expressis non continet vltra duo beneficia.

9 Fortè non continet nisi duo: nam si Papa sciret istum vltra duo habere, fortè non concederet aliud, per c. cùm adeò de rescrip. ideo non prodesset ista clausula ad tertium, vel ad alia plura, vt ista clausula restringatur, & Papa non illudatur, vt suprà dixi in signatura.

10 Adhæc vult etiam haberi pro expressis ea beneficia, quæ impetrans expectat, si fortè quis obtinebat literas mandati, vel alias expectatiuas ad beneficia, & velit nunc beneficium impetrare, de illis literis, per quas expectat beneficia, facienda esset mentio. c. in nostra. de rescript. tamen per istam clausulam hoc tollitur. ibi & expectat, ac in quibus, & ad quæ ius sibi quomodolibet competit, idẽ si ius competebat: quia fortè iam acceptauerat beneficium vacans, & sibi fuerat collatum, tunc per istam clausũlam reseruatur illi ius.

Clausula pro expressis non inducit dispensationem.

11 Notandum est tamen quòd per hanc clausulam non censetur dispensatus, vt quis retineat beneficia, nisi obtineat de illis dispensationem. ca. non potest. de præben. ideo in narratione bullæ solet dispensatio narrari, videlicet cum quo dudum: vt duo incompatibilia beneficia, etiam si dignitates, personatus, administrationes, vel officia forent, & ad eos, &c. si tibi aliàs canonicè conferantur, recipere, & simul retinere liberè & licitè valeas Apostolica fuit autoritate dispensatum. Staphil. in tract. de literis gratiæ, in secunda forma expectatiua.

12 Et ista clausula pro expressis, non derogat priori dispositioni fortiores clausulas habenti: vt docet Petr. Parif. cons. 42. quantum. nu. 18. in 4. vol.

Qualitates pro expressis habentur.

13 In hec tamen aduertendum est, quòd qualitates beneficiorum, vt statim dixi sunt exprimendæ, nisi habeantur pro expressis, vt hîc, vel nisi sit clausula in signatura posita, quòd maior & verior specificatio fieri possit, etiam qualitatum: vt docet glos. in reg. 63. & inferiùs dicetur.

Dignitas in signatura expressa intelligitur de non curata.

14 Etiam notandum est, quòd si quis expresserit dignitatem in signatura, si non expresserit qualitatem, negatiuè debet intelligi, scilicet de non curata, vel de officio etiam non curato: & sic in bulla exprimetur, dignitatem non curatã tibi conferimus: hoc est statutum in reg. cancel. Innocentij 63. & in reg. Iulij tertij, in reg. 68.

15 Nisi illa qualitas conditionaliter fuerit in signatura expressa, videlicet dignitas talis, quæ forsan curata existit, tũc in bulla curata dignitas exprimetur: vel si affirmatiuè fuerit dictũ, dignitatem talẽ curatã dignemini conferre, non licebit in bulla exprimere, quæ forsan curata existit, quia minus exprimeretur: & non est minùs exprimendum in bulla, quam in signatura sed pinguiùs, cùm bulla sit signatura extẽsa: vt suprà dixi: & si minùs exprimantur in bulla, quam in signatura, solet de subreptione notari.

Prioratus secularis aut regularis.

16 Præterea si prioratus impetretur, debet exprimi an secularis sit an regularis: quia nomen prioratus est nomen commune: ideo distingui debet, teste Hostien. in c. nisi. de præben. Oldra. cons. 257. factum tale. col. 9. nu. 34.

Conuentualis prioratus est exprimendus.

17 Si verò regularis impetretur, debet exprimi si sit conuentualis, clem. Ne in agro. §. cæterùm. de statu monach. alioqui in bulla conficienda dicetur negatiuè, videlicet prioratus regularis, non conuentualis, per dictã regul. 63. & 68. nec poterit extẽdi etiam per illam clausulam generalem, quòd maior expressio &c. vel per clausulam Reseruationem, &c. etiã si esset alia clausula quòd exprimi qualitas possit.

18 Nam hæc verba debent intelligi, quòd qualitas non inducens reseruationem possit exprimi: sed illa per quam induceretur reseruatio non, quia quotidie sic deciperetur Pape per has clausulas: nisi in signatura diceretur, quòd qualitas etiam reseruationem inducens generalem, vel specialem exprimi possit: vt superiùs scripsi in elucida. signaturæ.

Regula cancellariæ q̃d negatiuè intelligatur in simplicibus nõ procedit.

19 In capellaniis verò & aliis simplicibus beneficiis non habet locum regula, quòd negatiuè intelligatur, vel affirmatiuè: nec solet dari qualitas electionis, quia ista exprimi non solent, tamen si dubitaretur esse electiuam, vel curatam, poterit quis conditionaliter exprimere, quæ forsan electiua, aut curata existit: de stylo curiæ Romanæ, sic solet fieri.

Verus valor est exprimendus nisi in casibus hic conscriptis.

1 Eorumque fructuum & *prouẽtuum veros annuos valores, &c.* Etiam verus valor beneficij. quod imperratur, est exprimẽdus, clem. 1. de præb. quòd limitatur hîc, quando ille valor haberetur pro expresso, alia de hoc superiùs dixi in signatura, quæ non repetam hîc.

2 Nota tamen sequentes casus, in quibus valebit bulla, etiam si verus non fuerit valor expressus: primus si habeatur pro expresso, vt hîc, secundus casus, si motu proprio prouideatur. reg. cancell 61. sed hodie idem per reg. cancel. Iulij Papæ tertij, reg 66. tertius ex consuetudine Franciæ: vt §. fi. de mandat. Apostol. scripsi & suprà in signatura. quartus est quòd beneficij, quod iam quis obtinet valorem exprimere non tenetur, quia de illo nõ agitur, sed de eo quod de nouo impetrat, vt annata soluatur. glo. in d. reg. 61. & quia per adeptionem istius vltimi vacabit primum, si non fuerit dispensatus per c. de multa. de præben.

Dispensationis est in bulla facienda mentio.

Ac huiusmodi *dispensationum tenores.* Impetrans tenetur facere mentionem de primo, quod obtinet, maximè si incompatibile sit, etiam dispensationis. cap. 2. de filiis presbyter. in 6. tamen per hanc clausulam non est alia facienda dispensationis, vel dispensationum mẽtio, cùm Papa has dispensationes & earum tenores pro expressis habeat: & hanc materiam pleniùs explicabo infrà in materia dispensationum.

Clausula vacationis modus pro expresso habeatur.

Nec non verum *& vltimum dictæ ecclesiæ seu vicariæ vacationis modum, etiam si ex illa quæuis generalis, reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, præsentibus pro expressis habentes.* Ista clausula etiam ex signaturæ dispositione oritur, ex clausula posita ibi, & vacationis modus, etiam si de illa quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, &c.

Verus vacandi modus exprimendus.

Verus vacandi modus debet exprimi: alioqui debetur beneficium ei qui verũ modũ expresit, etiam si posteà impetrauerit. c. susceptũ. de rescrip. lib. 6. ca. quia sæpe, de præben. ibidem. sed vt pars subleuetur hoc onere, Papa pro expresso habet verum vacandi modum, adeò quòd si quis impetrauerit beneficium vacans per resignationem, & vacauerit per mortem, debetur impetranti huius clausulæ ratione. & de hoc dixi superiùs in signtura. ibi videbis abũdè tractatũ.

Clausula cuius fructus &c. quid operetur.

Cuius & illi forsan *annexorum fructus, redditus & prouentus 24. ducatorũ auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum, vt asseris, non excedunt.* Hæc clausula etiam est extracta ex corpore supplicationis. ibi, *cuius fructus, &c.* Adde quod statuit Alex. 6. tit. de signatura gratiæ.

Verus valor beneficij quod impetratur habetur pro expresso.

Papa habuit pro expresso valores beneficiorum, quæ impetrans habebat, sed non habet pro expresso fructus beneficij, quod impetratur, vt Papa annatam consequatur: ideo valorem exprimit consuetum in regno Franciæ, quem exprimi sufficit, licet beneficium sit maioris valoris, & hoc propter consuetudinem Regni: alioqui verus valor esset exprimendus: vt dictum fuit suprà in signatura.

Siue

Clausula quouismodo vacet.

Siue vt præmittitur, siue

alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam dicti Gulielmi Dauid, vel cuiusuis alterius resignationem, de illa extra dictam curiam etiam coram notario publico & testibus sponte factam.

Resignatio facta corã duobus notariis vel a liàs hic cõprehẽditur.

Ista clausula extrahitur ex corpore signaturę, non ex clausulis, & est ferè eadem, ibi, siue præmisso &c. & quia hic omnino exprimit vacandi modos, etiam per resignationem coram notario publico & testibus sponte factam, vidi dubitari, quid si fuerit facta resignatio coram duobus notariis: vt solet fieri in hac ciuitate: & dicerem idem esse, etiam si facta esset coram laico priuato, dummodo probari possit. c. quod in dubiis, & cap. Admonet. de renunc. & hoc videtur probari hic, per illam clausulam etiam coram notario & testibus: quia dictio etiam, ampliat, quod non solùm quando fit coram Papa, sed coram notario & testibus, vel duobus notariis, aut aliàs de hac dictione facit text. in l. etiam. C. de testi. scripsi in l. mulieris, in princ. ff. de verb. signi. & not. ꝙ in non reseruatis dicitur, vt pręmittitur, in reseruatis vero scribitur, siue præmisso, siue alio quouismodo vacet. prouinc. fol. 57. in no. super vacã. reseruat.

Clausula vt præmittitur, vel siue præmisso.

Aut constitutionem fel.

recordat. Ioan. 22. prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis. De ista extrauagan. dixi in signatura, vbi est eadem clausula: & nota quòd in literis super beneficiis per constitutionem execrabilis vacantibus poni tur clausula, si est ita, & similiter de quibuscunque narratis facti informationem requirentibus: vt statuit Innoc. in regula cancella. 67.

Vel assecutionẽ alterius

beneficij ecclesiastici dicta autoritate collati vacet. Etiã in corpore signaturæ. & in petitione partis est clausula, quã ibi elucidauim⁹: ideo hic pro repetitis habeãtur.

Derogatio generalis nõ includit extrauagãtes, nec regulas cancella.

Nota tamen quòd derogatio generalis non includit extrauagantes, nec regulas cancellariæ, nisi expressa illarum fiat mentio: & ideo Papa hic exprimit: vt docet Nicol. Milius in verb. priuilegium, quem refert Gomes. in proœ. regul. cancell. quæst. 5. & quando in beneficialibus est derogandum regulæ, semper illa debet narrari in principio, videlicet post exordium sic. hinc est quòd nos, qui dudũ inter alia voluimus &c. & posteà in non obstant. debet poni, nõ obstãte voluntate prioris, & ord. præmissis, ac constit. vt est in prouinc. fol. 55. versi. aduerte.

Hodie tamen de stylo curiæ nunquàm censetur derogatum regul. cancellariæ, nisi in narratione bullæ ad verbum regula narretur: vt scribit idem Gomes. q. 6. ibidem: & quando fieri debeat extensè mentio, dixi superius in signatura, & in hac bulla.

Etiam si tanto tempore

Clausula etiã si deuolutum, & c. quãdo non ponatur.

vacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateranen. statuta concilij ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta, ipsaq; ecclesia seu vicaria dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata existat. Etiam ista clausula ex corpore supplicationis elicitur, quam ibi declaraui: & dicetur abundantiùs inferiùs in materia deuolutionis: vnde hic sistam ratem. Probatur hæc clausula in c. vno, vt ecclesiastica beneficia &c. vbi hoc non est omittendũ, quòd si prouideatur de maiori dignitate in Cathedralibus, aut Metrapolitanis, vel de principalibus in collegiatis, tunc non ponitur hæc claus. dummodò eius dispositio ad nos deuoluta fuerit: vt suprà dixi in gloss. Etiam si deuolutum.

Super ea quoque *inter aliquos lis, &c. cuius statũ*

præsẽtibus haberi volumus pro expressa pẽdeat indecisa. Ista clausula bis repetita est in signatura. Primò in corpore, ibi, litigiosa, cuius litis &c. & in dispositione & clausulis signaturæ: est etiam conscripta, ibi, *& quatenus litigiosum &c.*

Lis & litis status exprimi debent.

Et ista clausula solet etiam ex stylo conscribi in bulla, eò quòd si lis esset, & non exprimeretur, subreptitia esset impetratio: ideo Papa litem & litis statum pro expresso habet. de hoc dictum fuit superiùs in signatura: facit c. inter, de re iud.

Masculinũ concipit fœmininum in beneficialibus nõ neutrum.

Notandum est quòd masculinum concipit fœmininum: nam litem & litis statum volumus pro expresso haberi, quippe si duo præcedant substantiua, quorum vnum est masculini generis, alterum fœmini ni: & sequatur adiectiuum illud ponetur in masculino, per text. in c. si Apostolicæ, de pręb. li. 6. vbi hoc notat Domi. pro literis beneficialibus, in quibus si dicam canonicatum, & ecclesiã parrochialem pręedictos, dicetur non prædictas, vel prædicta: vt plenè dixi in l. prima, ff. de verbor. signifi. & solet in dispensatione sic narrari, cum quo dudum vt duo incõpatibilia beneficia, etiã si dignitates, &c. & ad eos &c.

Siverò sint duo substantiua vnum masculini, alterum neutrius, tunc adiectiuum in neutro ponetur, non in masculino: quia masculinum non concipit neutrum. ca. quanto, de priuileg. vnde si dicatur conferre canonicatum, præbendam, ac officium, prædicta, non autem prædictos dicetur de stylo. vide quæ abundæ scripsi concipiendo regulam cum amplia. & limitationibus in d. l. j. de verb. sign.

De clausula dummodo alicui nõ sit ius quæsitum.

1 Dummodo temporedatæ

præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitũ. Ista clausula non scribitur in signatura, sed per eam Papa limitat suam gratiam, vt non intendat isti impetranti prouidere, si ius sit alicui quæsitum: nec est suæ intentionis illud ius tollere: cap. super eo, de offi. delega. nam quoties cunque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquam fiat. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico fiat, & restitutio sine præiudicio iuris alieni facta censetur. c. quamuis, in fin. de rescript. libr. 6.

Ius ad rem tollit Papa non in re.

2 Itaque per hanc clausulam tollitur ius ad rem, sed præseruatur habentibus ius in re: vnde si alicui erit facta beneficij collatio ante Papæ prouisionem, Papa non intẽdit illi derogare: secus si haberet mandatum, vel nominationes, & nondum eis esset facta collatio: vt docet Calder. consi. 8. in fi. tit. de rescri. & Roma. cons. 256. approbo sententias. & Fel. in c. causam quę, col. 14. nu. 26. de rescri. Staph. in tract. de lit. gratiæ. rubr. de mãdato, de prouid. in prin. d. Probus in c. Eum qui, col. penult. de præben. lib. 6. Petr. Paris. consil. 118. circa, colum. 2. num. 11. vol. 4.

Post requisitionem & acceptationem an Papa prouideat.

3 Et quamuis per hanc clausulam tollatur ius ad rem, adeò quòd si spectans requisierit, & acceptauerit: tamen per hanc clausulam derogatur illi requisitioni, & acceptationi, c. fin. de concess. præbend. in 6. quamuis do. Rota dec. 244. licet de more, in not. dicant hoc dubium, & inter doctores cõtrouersum.

4 Ex lege tamen Regia in beneficiis debitis graduatis, & qualificatis isti præferuntur impetrantibus, non obstante ista clausula, vt est statutum in constitut, reg. titu. *des prouisions Apostoliques*, de quo dixi abundè in concord. Franciæ, in titul. de mandat. Apostol. in §. declarantes, & de hoc iure non tollendo dicetur inferiùs in rescript. si neutri, in qua regula cancella. de non tollendo ius quæsitum, breui declarabo.

Clausula de non tollendo ius quæsitũ, & sine præiudicio differunt.

5 Postremò not. Gomes. in regul. de non tollendo ius quæsitum, in si hanc clausulam dummodo &c. differre à clausula sine præiudicio alicuius: nam hæc clausula gratiam facit conditionalem, secunda verò, nõn: adeò quòd si tollatur ius quæsitum, gratia sit nulla, secus si sine præiudicio dicatur: quia præiudicium, quod est in gratia, non consideratur.

6 Nam hæc verba sine præiudicio, intelliguntur non expresso, quia in expresso vult alteri præiudicare, cap. examinata, de confir. vtil. cap. ex tenore, de for. competent. Oldra. consi. 330. ad idem, in fin. Ias. & alij in l. beneficium. ff. de constit. princip. vide multa quæ super hoc scribit Gomes. in regu. de non tollend. ius quæsitum, q. 1.

In vacantibus in curia an hæc clausula dũmodo, sit necessaria.

7 Verùm hoc loco se offert dubium, an hæc claus. habeat locum in beneficiis vacantibus in Curia, & quidam censent claus. dummodo tempore datæ præsentium ius alteri quæsitum non fuerit, non solere poni de stylo: quia non potest esse ius alteri quæsitum, postquàm vacauit in Curia: & nullus alius extra Papam potest conferre intra mensem, c. 2. de præbend. in 6.

8 Ego tamen eam vellem conscribere: quia ordinarius potest post mensem conferre, ideòque potest esse ius alteri quæsitum per hanc ordinarij collationem: vnde putarem hanc clausulam necessariam, cùm quæri ius possit, per c. statutum, de præb. libr. 6. quando collatio fieret à Papa post longam vacationem vnius mensis, quid interim impediet ordinarium conferre, vt sic alteri ius quæratur?

9 Et quando alius haberet detentionem, hæc clausula poni solet, per c. cum nostris, vbi doct. de concess. præb. abundè scribam inferiùs in regula, de non tollendo ius quæsitum.

10 Si tamen maior dignitas post pontificalem vacaret extra curiam mortuo Papa, tunc subsequens Papæ successor poterit illam conferre sine mentione reseruationis quæ expirat per mortem Papæ licet successor statuerit similem reseruationem, quæ tamen non erat tempore vacationis dignitatis, ideo non erat reseruata. Et sic non est opus exprimere reseruationem, quæ non erat. Doct. in d. c. 2, & reg. Cancel. extinguũtur per mortem Papæ: vt in procœmi. regul. Cance. dicit glo. & Gomes. ideo dicunt quidam istam clausulam dummodo, non esse necessariam, dicas tamen vt suprà scripsi.

11 Si verò vacauerit viuente summo Pontifice, qui tamen non prouidit, successor prouidere poterit, non tamen tanquàm de reseruato, sed vt de affecto. Et debet in bulla declarari quomodo erat affectum, vt superiùs scripsi in materia reseruationis.

12 Nota etiam quòd si in signatura dicatur quòd omitti possit narratio, de qua in corpore, ratione huius claus. poterit collitigans subrogari in beneficio, etiam vacante in Curia: licet aliàs nunquàm veniat in curia vacans si non exprimatur. c. 2. de præb. li. 6. ita statuit Alex. 6. in tit. de signatura gratiæ in suis regul. *Subrogari quando possit quis in beneficio vacante in curia.*

13 Item si vacante sede beneficium vacauerit in curia, tunc successor conferet illud tanquàm reseruatũ, non per regulas quæ sunt extinctæ per mortem sui conditoris sed tanquàm de iure communi reseruatum: ideo successor dicet, conferimus tibi tale beneficium reseruatum per Bonifacium &c. qui edidit d. c. 2 de præb. in 6. & sic beneficium simplex in curia vacans post mortem Papæ non potest ordinarius cõferre ante mensem. *Quando beneficiũ vacat in curia vacante sede quis possit illud conferre.*

14 Sed si in curia vacauerit ecclesia parrochialis Papa mortuo, & vacante adhuc sede ordinarius poterit eam etiam ante mensem conferre. c. si Apostolica, de præb, lib. 6. quia vacatio in illis est dispendiosa. c. quamuis, de elect. lib. 6: beneficia verò simplicia ante mensem conferre non poterit posteà sic c. statutum, ibidem.

De clausula vt asseris.

Vt asseris.

Not. quòd quando aliquis est officialis in curia Ro. hęc clausula debet affirmatiuè poni vt pote tibi, qui secretarius noster existis. Si verò officialis sit aliquis extra curiam, tunc in bulla scribetur, tibi, qui (vt asseris) dilecti filij nobilis viri F. ducis Mediola. secretarij existis, vt in prouincial. fol. 53. verb. quando aliquis de his verbis vt asseris, & vt asseritur. vide quæ scripsi in forma mand. in glo. omnia & singula, in concorda.

Clausula cum annexis &c.

Cum annexis.

Huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinẽtijs suis Apostolica tibi autoritate conferimus, & de illa etiam prouidemus. Superiùs post clausulam etiam si ex illo &c. post verbum pro expressis habentes, additur ecclesiam, seu vicariam prædictam cum annexis huiusmodi conferimus, & de illa etiam prouidemus: sic debet legi, & per parenthesim, vt sensus rectè intelligatur.

An conferendo principalem ecclesiam veniant annexæ ecclesiæ, etiam si non sint expressæ. Respon. text. in c. super eo, de præb. lib 6. vbi doct. decidunt venire, quando vnio esset facta accessoriè: & tunc non est exprimenda ecclesia annexa accessoriè: quia ex quo principale nominatur, & accessorium, arg. l. si vt certo. §. vsque adeò autem, ff. commoda. l. sed addes. §. si quis mulierem, loca. nam accessorium sequitur naturam sui principalis. l. cùm principalis. ff. de regu. iur. *Per collationem ecclesiæ principalis & annexa confertur ecclesia.*

Etiam quia beneficium vnitum, perdit nomen beneficij, nec debet dici beneficium sicut ante vnionem, vt docent do. de Rota deci. 370. in antiq. refert, & sequitur Ioan. Baptista in tracta. de vnio. artic. 8. q. 11. & sequenti. *Vnitum beneficium nomen beneficij perdit.*

Et sic ista clausula nõ videtur necessaria: quia cõferendo

rendo ecclesiam principalem, confertur & accessoria; potest tamen prodesse: quia si ecclesiæ sint vnitæ æquè principaliter, sicut ecclesia Dien. & Valen. tunc per istam clausulam conferetur vtraque, & isto casu esset necessaria ista clausula. gl. & Doct. in cap. primo, ne sede vacan. & quia stylus sic se habet, vt Papa, beneficium principale cum annexis & iuribus conferat, vt hic constat.

Dispensatus ad duo curata an tria habere possit, si vnum sit vnitum.

Et sic dispensatus ad duo curata poterit & duo curata, & præbendam, cui erit annexa ecclesia curata, obtinere, per d.c. super eo, de præben. in 6. & ibi hoc firmant doct. facit cle. ne in agro. §. cæterùm de statu monach. & hoc quando vnio erat facta præbendæ accessoriè, secus si æquè principaliter: vt declarat gl. in d.c.1. & Caccialup. in d. tract. vnio. ac Petrus de Perusio in eo. tracta. vnio. in princ. & Bertrand. consi. 2. nu. 44. in 3. vol. ex prima editio. & quando principaliter vel accessoriè vnita dicatur, inferiùs in tract. vnio. scribam.

Quarta bullæ pars est,

In qua Papa quibusdam mandat, vt mittant in possessionem impetrantem, sic dicens: *Quocirca dilectis officialibus &c. mandamus quatenus ipsi duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios, te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem parrochialis ecclesiæ, seu vicariæ, & annexorum iuriúmque pertinen. prædict. inducant autoritate Apostolica, & defendant inductum.* Notandum quòd in literis Apostolicis semper gratiosa debet esse per se & executoria in aliis literis, & hoc quando per cancellariã expediũtur, secus per cameram: quia & tunc gratiosæ & executoriæ in eisdem literis ponuntur, vt hîc. & docet Hiero. Paul. in sua praxi. in no. super vacan. reserua. fo. 58. versi. no. quòd in literis &c.

Gratiosæ literæ & executoriæ quando simul ponantur.

Executores gratiæ Papæ in dignitate esse debent.

De iure executores gratiæ Papæ debẽt committi existentes in dignitate ecclesiastica, vel dignitatem habentes ecclesiasticam. ca. statutum, de rescript. lib. 6. & hodie stylus est curiæ Rom. vt hic videtis. & hoc docet Collecta. in c. proposuit, col. j. de concess. præb. licet Felin. teneat contrariũ in c. Postulasti, col. 3. ver. dum declarat Abbas, de rescri. scripsi plenè in forma litera. execut. in concord. Franciæ: & si iste executor non seruet formam traditam sibi à Papa, quod faciet nullum erit tanquàm à priuato factũ, & carente iurisdictione: l. 3. de offi. præsi. Petr. Paul. Paris. consi. 31. circa præsentem, nu. 26. cum seq. in 4. volu. monachi ecclesiarum cathedralium seu canonici non solent de stylo committi executores, vt docet Hiero. Paul. in prouincial. fol. 16.

Officialis & vicarius executores gratiæ Papæ esse possunt & quo modo.

1 **Officiali Episcopi.** Hæ gratiæ possunt cõmitti, si sit principalis officialis secus si foraneus, id est foris extra ciuitatem in aliqua parte diœcesis præfectus cle. Et si principalis de rescrip. etiam vicarius Episcopi potest esse gratiæ Papæ executor. gl. & docto. in d. cle. Et si principalis.

2 Et interdum constituitur vnus & idem officialis & vicarius, qui multò magis executor Papæ fieri poterit. & in Gallia, Germania & Hispania executores constituuntur officiales episcoporum: in Italia verò vicarij, vt est in prouincial. fo. 14. vbi dicit aliàs esse falsum vel errorem.

Executor certus esse debet, nec valeret si diceretur, vniuersis et singulis canonicis &c.

3 Requiritur tamen executor si certus, & expressim nominatus, vt officiali Episcopi Paris. & idem si plures sint: c. tibi qui, de rescript. in 6. ibi certo executore: c. si Apostolicæ, de præb. ibid.

4 Nec valeret, si committeretur omnibus & singulis canonicis ecclesiæ Paris. quibus mandatum præscribitur sicut literæ iudicum secularium. Domi. consi. 75. in caussa, col. 2. vnde si Papa committat officiali Paris. & sint plures, intelligitur de principali, per d. clemen. & si principalis.

Prouisus in possessionẽ mittendus est.

5 Item hic tex. vult, vt impetrãs inducatur in possessionem: nam accipiens propria autoritate possessionem prædo est: l. si ex stipulatione. ff. de acqui. possessio. ideo debet quis mitti per alium, si tamen quis iustum habeat titulum, & propria autoritate ingrediatur possessionem, non dicitur intrusus, nec priuatur iure, quod in beneficio habet. c. eum qui, vbi Domi. & Franc. de præb. in 6.

Collatio ante missionẽ in possessionem facienda est.

6 Priùs tamen debet fieri collatio, & posteà missio in possessionem, non econtrario. text. in cap. 2. ibi, donationis nostræ gratiæ præcedente, præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan. suprà dixi in tit. de missio. in posses. ad purificãdam tamen gratiam non est terminus præstitutus à lege, nec ab homine, ideo est in arbitrio executorum, vt est in prouinciali. fo. 33.

7 Et si quis acceperit possessionem ante collationem, est intrusus. c. cùm iamdudum, de præb. vbi Panor. dicit, quòd si post adeptam possessionem sine tit. quis impetret non facta mentione istius iam adeptæ possessionis, & intrusionis, non valebit impetratio, minùs rescriptum confirmationis. l. autoritate. C. vnde vi, quod est notandum: quia vidi quendam ordinarium, vt præueniret legatum, misisse in possessionem, ante expeditam collationem ab eo prouisum, qui ex eo succubuit, quia erat intrusus.

Exprimi debet, qua autoritate qs in possessionem mittatur.

8 Imò debet in possessionẽ mitti autoritate Apostolica, vt hîc, & non valeret, si hic executor mitteret istum in possessionem sua autoritate, vel autoritate ordinaria, quia hîc dicit autoritate Apostolica, facit text. in cap. 2. ibi, de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan.

9 Si autem in vim collationis ordinarij ponatur in possessionem, debet hoc exprimi: & interdum collatio potest esse canonica, & possessio erit vitiosa. cap. si quando, de offic. deleg. & tunc alia possessio est capienda: aliàs pars succumbet in possessorio, & econtrario. l. 1. §. si vir. ff. de acquir. posses. vbi plenè doc. scribunt, acquiri possessionem vtilem ex tit. inualido, dummodo sit coloratus: vt in tract. de pacific. posses. scripsi, & in tract. de missio. in possessio. superiùs.

Clausula si duo, quid significet.

Quatenus ipse vel duo

&c. Si duobus commissum fuerit, si autem tribus, dicitur, quatenus ipsi tres, aut duo, aut vnus eorũ &c. de quo in ca. prudentiam, de offic. deleg. & prodest hæc clausula: quia vnus vel duo altero vel aliis impeditis exequi poterunt, si tamen se excusauerint c. sciscitatus, de rescr. & d.c. Prudentiã, secus si hæc clausula non adfuisset, & sic Papa eam solet inserere in suis literis

literis, etiam in quibus mandat, vt de caussa cognoscant, vt ibi: & quamuis ad summum non soleant de stylo dari à Papa nisi tres iudices d. cap. prudentiam. prouinciale, fol. 22. tamen executores quatuor dari possunt.

Executores Papæ subdelegare possunt, & quibus.

Poterunt etiam ipsi subdelegare, quia delegatus Papæ subdelegat. c. Pastoralis, de offi. deleg. & tenētur subdelegare. His etiam qui in dignitate sunt ecclesiastica, nisi nudum ministerium committerent, cle. 1. vbi glos. singul. de offic. deleg. Rota decis. 392. in antiq. [sub titul. pe rescript. decis. 31.] per text. in d. c. statutum. in fin. de offic. deleg. lib. 6.

Nec obest regul. cancella. 46 quia loquitur quando Papa dat iudicem super expediendis negotijs cū signatura, quia videtur tunc electa industria personæ aliàs secus: vt ibi glo. etiam docet, & text. sequēs permittit per alium exequi, ibi, per se, vel per alium.

Executor per se, vel alium negotium exequitur.

Posteà dicitur per se, vel

alium. Quia iudex delegatus debet cum reuerentia rescriptum Papæ recipere, & illud exequi. c. si quando, de rescript. vel debet se excusare, si nolit, vel non possit. ca. sciscitatus, de rescript. alioqui puniri debet vt ibi not. nisi Papa hoc concedat, vt hîc.

Ideo Papa permittit quòd per se faciat, aut per alium, vel alios: poterit enim hic exequutor vnum, vel plures delegare, & eos compellere, vt mandatum Papæ exequantur. c. Pastoralis, in princ. de offi. delega. quod hodie seruari non vidi quò ad coactionem: sed officium recipere cuique erit liberum.

Intrusus dicitur qui propria autoritate benefici ū accipit.

Item vult vt prouisus mittatur in possessionem per se, vel per procuratorem, quia dicunt Panormi. & alij in c. Cùm iamdudum, de præben. & Feli. in c. in nostra. de rescrip. & in c. veniens, nu. 2. de accusa. quòd intrusus dicitur, qui intrat possessionem beneficij propria autoritate. Idem Petrus de Perus. in tracta. de vnion. q. 2.

Accipiens possessionē cum simplici signatura non est intrusus.

Etiam si cùm signatura ingrediatur, vt ibi, & Ioā. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 11. numero 10. sed contrarium est verum: quia per verbum fiat, perfecta est gratia. c. institutionis 25. quæstione secūda. glo. in regul. cancella 25. & 29. glo. singul. in c. Dudum. in glo. in verbo, de sepultur. & ista seruat Rota, vt firmat Gomes. in quæstione 5. in regul. de non iudicando. iuxta formam supplica. & Cassador. in decisio. vlt. de restitu. spolia. scripsi in tracta. de pacific. possesso. in 6. amplia. nu. 50. & seq. & ista seruamus in Francia. vt scripsi suprà, de missio. in posses.

Executor excommunicatus cōferre non potest.

Si tamen executor erat excommunicatus eo tempore, quo prouidit, fortè per mandatum, tunc impetrari debent literæ, vt perinde valeat dicta collatio facta mandatario, & inde secuta, ac si prædictus executor vinculo excommunicationis publicè innodatus non extitisset: & ita quandoque vidi in executore mandati: quod est notandum, aliàs collatio nō non valebit. c. Postulastis. vbi scripsi de cleric. excō. mi. & in tit. de excomm. non vitand. in concord. & quamuis mandatum impetratum ab excommunicato valeat ratione huius clausulæ, *téque absoluētes &c.* tamen ab ordinario, vel executore collatio facta mandatario non absoluto non valet, vt plenè scripsi in forma manda. in verb. absoluentes.

Clausula defendentes inductum.

Et defendant inductū.

Item vult Papa, & idem executor defendat inductum in possessionem, sicut dicitur in l. prima: & per totū. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionē missus est.

Executor in possessionem inductum hodie non defendit.

Et olim hîc executor datus à Papa autoritate Astolica, defendebat ipsum possessorem, si quod impedimentum eidem afferebatur, etiam à tertio, licet sine ista clausula non haberet iurisdictionem in tertium. c. 1. de offic. deleg. c. pro illorum, de præb. vbi doct. dicunt, quòd commissus ad ponendum aliquem in possessionem non habet iurisdictionem in contradictores, nisi ista clausula ponatur: ideo Papa hîc apposuit, vt executores ponant in possessionem, & inductum defendant. Staphile. in tracta. de liter. gratiæ, de vi & effectu clausula. versi. sequitur postmodùm.

Hodie in hoc regno Franciæ postquàm inductus fuerit prouisus in possessionem, si turbetur, agit pessessorio coram iudicibus laicis Regijs: & hic delegatus Papæ non ampliùs aliquid exercet. vt plenè docui in forma māda. in glo. defendentésque &c. sed sed hæc clausu. in patria obediētiæ adhuc prodesset.

Clausula amoto quolibet illicito detentore quid prosit.

Amoto exinde quolibet

illicito detentore. Hæc clausula prodest: nam si aliquis iniustè detinebat beneficium, habebat tamen coloratam possessionem, si illius non fiebat mentio, impetratio erit nulla. c. cum nostris, de concessio. præb. sed ista clausula habet vim expressionis coloratæ possessionis, per c. proposuit, de concessio. præb.

Quod est verum, si apposita sit hæc clausula in literis principalibus gratiæ vt hîc: secus si tantùm in literis executoriis, per cle. primam, in fi de præb. Panor. in d. c. cum nostris. & Geminia. consi. 86.

Nec virtute huius clausulæ poterit executor amouere de possessione colorata, nisi aliquis fuerit intrusus, de Rota decisi. 56. no. quòd aliquis in antiq. [sub titul. de conf. poss. & decis. 11.] & decisio. 429. in eisdem refert Staphile. in literis gratiæ, de vi & effectu clausula. versi. vlteriùs sciendum est, & de hac clausula est tex. in c. vniuersorum. in fi. de rer. permu. & de ea scripsi in forma de litera. executo. manda. in verb. contradictores, in concorda. vbi dixi executores in hoc regno non posse exercere iurisdictionem.

Clausula faciens te mitti, &c.

1 Faciens te, vel procura-

torē prædictum ad ecclesiam huiusmodi (vt moris est) admitti, tibíque de illius & annexorum fructibus, reditibus & prouentibus, iuribus, & obuentionibus, vniuersis integrè responderi.

In hac clausula Papa vult, vt prouisus admittatur, vel pro eo procurator, & recipiatur ad ecclesiam collatam, alioqui prouisus cum effectu non diceretur: & quia clerici fortè nollent talem admittere, ideo Papa hac vtitur clausula, vt executor faciat eū prouisum admittere, & de fructibus sibi respondere, vt gaudeat fructibus illius beneficij, & de perceptis coram executore respondeat is qui eos percipit, & deinde subeat condemnationem, si iniustè receperit. cap. fin. de confirma. vtil. cap. præsentium, §. prætereà, de testib. lib. 6. in regno, vt dictum fuit, nullam subit

ſubit iuriſdictionem executor.

Clauſula admitti, in quibus literis conſcribi debeat.

2 Vnde hæc clauſula admitti ſolet, & apponi in bullis rectoris eccleſiarum parrochialium, vbi eſt vicaria perpetua: quia fortè vicarius nollet iſtum rectorem admittere, ideo Papa adiicit hanc clauſulam, vt admittatur, prout moris eſt.

3 Etiam in bullis decanatus ruralis vidi apponi ratione presbyterorum, qui in eccleſia eſſe poſſunt, qui habent iſtum recipere, & nollent: ideo ponitur hæc clauſula admitti &c.

4 Idem in prioratibus dependentibus ab alio regulari loco, qui habent ſuperiorem, ſcilicet illum à quo dependent, & is habet eos prouiſos admittere, ideo hæc clauſula neceſſaria eſt, vt habetur in prouincial. fol. 54. item omnis prioratus.

5 In prouiſionibus hoſpitalium ſolet etiam hæc clauſula conſcribi propter pauperes, qui iſtum fortè hoſpitalarium poſſent non admittere, vel propter adminiſtratores, qui iſtum hoſpitalarium recipere ſolent, quod fortè recuſarent: vnde Papa ſcribit, vt admittatur, & illi de fructibus reſpondeatur, vt prędixi: & nota, quòd vbicunque pręeſt ſuperior de iure, vel de facto, debet poni hæc clauſula admitti: & quando requiritur alicuius, vel aliquorum conſenſus vt docet Hier. Pau. fol. 53. verb. quando prouidetur.

6 Idem in portionibus locorum, monaſteriorum, vel collegiorum: ſed in his, qui non ſunt in aliqua eccleſia, non apponitur hæc clauſula admitti, ex quo non eſt perſona, quæ habeat illos admittere, ideo ſuperflua nõ ſunt in hac bulla conſcribenda: cùm Papa in proœm. Decre. tollat ſuperflua, & Imperator, in prima conſtitutio. Codic. vides hîc tamen, quòd hodie ferè in omnibus prouiſionibus inſeri hæc clauſula ſolet. ſed hîc executoribus dirigitur, in caſibus verò ſuprà conſcriptis dirigebatur illis, qui recipere prouiſum habebãt, vel quòd executores illos compellerent ad admittendum.

Cõſuetudo recipiendi prouiſum ſeruãda eſt.

Vt moris eſt. Etiam addit hîc Papa, vt iſte prouiſus admittatur prout moris eſt, & ſic non vult tollere conſuetudinem, ſi qua eſſet in recipiendo iſtũ prouiſum, in dubio Papa conſuetudinem, quæ facti eſt, quam ignorare videtur, tollere non cenſetur. c. 1. de conſtitu. in 6. & iſta clauſula eſt ſummè vtilis, quia continet requiſita ex conſuetudine, licet non ſint aliàs expreſſa, vt ſeruanda ſint, quæ inualuerũt ex more: vt docet Petr. Pariſ. conſ. 20 gratia. in 4. vol. ſcripſi in l. Labeo. 1. ff. de verbo. ſignifi.

Cõtradictores compeſcendi, & qui.

Contradictores prout *iuſtitia ſuadebit ad hoc compeſcendo.* Dicernit etiam hic Papa, vt executores compeſcant contradictores, & contradicentes huic prouiſo: & intellige ſi qui cõtradicere velint ſine cauſſa, & de facto, ſi verò de iure, vt ſi iuſtam allegent cauſſam, vt pote aliã collationem priorem, illos compeſcere nõ poterit: vt hic innuere videtur, & compeſcere eos debet, prout iuſtitia ſuadebit: & de hoc eſt tex. in c. is cui, de præb. li. 6. gl. in c. Pro illorum, illo tit. in Decreta.

Vnde non tenetur poſſeſſor ad præceptum executoris poſſeſſionem dimittere, nec ob hoc poterit excommunicari, ſi offerat ſe iuri ſtare paratum. c. licet, de præb. in 6. Feli. in c. cauſam quæ, col. 12. nu. 10. de reſcript. ſcripſi in forma litera. executo. manda. in fi. in concor. Franciæ. & vide hanc clauſulam poſitam in eiſdem concorda. in tit. de firma & irreuoca. concorda. ſtabilita. circa finem.

Executor an iuriſdictionem habeat etiam contra tertium.

Et ſic per iſtam clauſulam executor habet iuriſdictionem, non ſolum inter partes, ſed etiam contra extraneos contradicentes de facto, licet regulariter delegatus non habeat iuriſdictionem niſi inter partes, & contra eos impedientes: c. 1. de offi. deleg. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in rub. de vi & effectu clauſula. verſic. Sequitur poſtmodum, & ver. 3. dicit, &c. ſed hodie, vt dixi ſuprà executores nullam autoritatem literarum iſtarum exercẽt iuriſdictionem, ſed collationem, & fulminationem faciũt & ſi iuriſdictionem exercerent, appellaretur ab eis tanquã ab abuſu ad ſenatũ, per titulum de cauſis in conc. quia auferrent iuriſdictionẽ ordinariorum & epiſcoporũ: quod eſt prohibitum in d. tit. de cauſis.

De clauſula, non obſtantibus.

Non obſtantibus *piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque.* Iſta eſt quinta bullæ pars, in qua Papa tollit ea quæ bullæ obſtare poſſunt: poſſunt enim obeſſe conſtitutiones d. Bonifacij, quæ diſponunt, vt beneficia in curia vacantia nõ debeantur alicui, etiam per literas Papæ niſi ſpecialis & expreſſa fit facta mentio, quòd beneficium vacauit in curia. c. 2. de præb. in 6.

Regulis cãcellar. ĝ per clauſulã nõ obſtan. nõ cẽſetur derogatum.

Et de hac clauſula eſt text. in c. cum aliquibus. de reſcript. in 6. & in cap. fin. de ſenten. excom. lib. eo. & plenior text. in cap. quia ſæpe. in fin. de elect. eod. lib. Et per iſtam clauſulam generalem non obſtan. non cenſetur derogatum regulis cancellariæ, niſi hoc expreſsè dictum fuerit, vt docet gl. regula cancel. 17. & per Io. de Selua in tract. de beneficio. in 4. part. q. 46 in 4. col. quem refert & ſequitur Gomeſ. in tract. ſuper reg. cancel. in proœ. q. 5. & q. vlt. in reg. de infirmis reſignantibus: quia poſtquam nõ ſunt in corpore iuris clauſæ poſſent ignorari. c. 1. de conſt. in 6. ideo de illis debet fieri expreſſa mentio.

Obſtantia exprimẽda pro perſonæ qualitate & materia.

Notandum eſt quòd iſta non obſtan. debent conſcribi pro qualitate perſonæ, pro qua ſcribitur: nam plura minori obſtant, quæ non obſtant maiori, & vni, quàm alteri: ob id debent concipi prout ſuadebit qualitas perſonæ: perſona enim priùs legitimãda eſt. l. ſi quæramus. ff. de teſta. Barb. in rub. C. qui admitti.

Etiã conſideranda eſt materia, de quo agitur: & ad tollendum priuilegia plura derogatione ampla opus eſt, teſte Bart. in extrau. Ad reprim. in ver. non obſtantibus. [quom. in læſę maieſt. crim. proceda.]

Regula quã do ſit exprimenda.

Hinc eſt quòd in prouiſionibus ſimplicibus, vel nouis, vel ſi neutri, ſubrogationibus, cõmendis, & aliis prouiſionibus beneficiorum, nõ ponitur clauſula non obſtante tali regula: ſed ferè ad verbũ inſeritur, & poſtea alia ſequuntur obſt. quæ Papa tollit.

In diſpoſitione autẽ ſignaturæ ponitur non obſtat. reg. de annali poſſeſ. vel alia, cui derogari neceſſe eſt, & ita ſeruat ſtylus curiæ Romanæ, vide ta-

mẽ quę superi⁹ dixi, vbi ex stylo curię hodierno Papa solet narrare regulã ad verbũ, cui vult derogare.

De clausula cæteris contrariis. Solet interdum Papa apponere clausulam, cæterisque contrariis quibuscunque, sed nunquàm subnecti debet, quando aliud sequitur contrarium: sed debet poni, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscũque. & nõ debet dici cæteris: vt docet Hie. Paul. in stylo curiæ Ro. f. 54. vers. clausula, cęterisq;.

Aut si aliqui *super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis, in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel legatorum eius literas impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, quibus omnibus volumus te in assecutione dictæ parrochialis ecclesiæ seu vicariæ anteferri.* Per istam clausulam tolluntur reseruationes, & expectatiuæ tam generales, quàm speciales, vt expectanti licet deberetur beneficium, tamen Papa vult, vt impetrãs præferatur, etiam si expectans acceptauerit, sed non fuerit ei facta collatio, etiam si ad inhibitionem per executorem fuerit prouisum. c. tibi qui. de rescr. in 6. & hoc ratione istius clausulæ anteferri, quæ tollit ius ad rem, non in re. c. quodam. de præb. in 6. Fel. plenè de hac regula anteferri. in c. capitulum, col. 7. nu. 6. cum seq. de rescript. plura hic scribere possem sed parum in Francia nobis prodest hæc clausula quò ad præiudicium mandatariorum & nominatorũ propter. §. declarantes, de mand. Apostol. & per const. regiam, quæ declarat Papam præuentum per solam requisitionem mandatarij: ob id alia hic non scribam de ea: etiam quia aliqua no. in §. 1. de mand. Aposto. in gl. in forma. quæ ibi videri possunt.

Declausula anteferri.

Clausula nõ obstãte collatione intelligetur de inualida. Imò si Papa diceret, non obstante collatione, vel concessione alteri facta, intelligeretur de collatione & concessione inualida, per tex. in c. 2. ibi, non obstante concessione per capitulum facta alij, seu cõfirmatione nostra, si qua in forma cõmuni apparet obtenta. ne sede vacã. Fel. licèt non alleget illum text. in c. causam quæ. col. 11. nu. 9. vers. non obstante, de rescript. nec Ias. cons. 232. col. 7. in 2. vol. nec cuiquam fit præiudicium. c. super eo. in fin. de offic. deleg. c. quamuis. de rescript. lib. 6. sequitur.

Præiudiciũ fieri expectãtibus papa nõ vult. Sed nullum eis, quos ad *assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium, generari.* Et quamuis Papa velit prouisum à se preferri expectantibus quò ad hoc beneficium, tamen non vult quòd eis præiudicetur: quo ad alia beneficia vacatura: nam posset opponi istis expectantibus ꝙ primum eis debebatur, & ipsi fuerunt negligentes: ideo ius illarum reseruationum, vel mandatorum amiserunt, per c. si clericus, de præb. lib. 6. sed Papa ius eis reseruat, quo ad alia beneficia, adeò vt mandatarij alia posteà vacantia beneficia requirere possint, nõ obstante collatione facta à Papa, quæ eis nõ præiudicat, quia non sunt negligentes: ob id præuẽtio Papæ istis expectantibus non debet præiudicare: vt abundè scripsi in §. Declarãtes. de mand. Apostol. in concord. Franciæ. vide Probum in addit. ad monachũ, in c. eum cui. de præb. in 6. [Sic Rex Philippus decreuit anno 1333. non valere secundũ donũ à rege factum, nisi fecerit mentionem primi, etiam si à prædecessore primum factùm fuerit, nisi dictũ fuerit, non obstan. donis aliàs sibi factis.]

Sed si venerabili fratri *nostro Archiepiscopo Senonen. & pro tempore existen. dictæ domus præceptori, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodq́; de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.* Derogatur hic indulto, per quod esset concessum episcopo, vel alteri vt non teneatur aliquẽ recipere, vel alicui prouidere per literas Apostolicas, non facientes mentionem de suo indulto, vt olim habebant cardinales Franciæ: sed multi illo abutebantur, ob id iustè fuit reuocatum, vel reuocari potest. & mirandũ est de summo Pontifice quo modo hisce indultis teneri vult, & quomodo ea facilè concedat: nam ea facilis concessio contemptũ generat, & quosdam eorum beneficiorum mercatores facit, & in omnibus resignationibus Papa solet derogare his indultis: in aliis potest, quia maiorẽ sibi retinuit potestatem, quàm cõcesserit. c. dudum. de præb. quamuis dixerit se nolle aliquo modo derogare, quia faciendo huius clausulę mentionẽ, derogare poterit. Bart. in l. si quis. in prin. ff. de leg. 3. & Fel. in c. nonnulli. de rescript. & quamdiu est Papa, priuilegium à se datum reuocare potest. c. 1. de cõst. lib. 6. nisi ad instantiam Regis & Reginæ cõcessum fuerit: tunc Papa derogare illi non solet: vt statuit Alex. 6. in suis reg. tit. de cessio. Etiam per clausulas generales illis non derogaretur: vt consuluit Rom. cons. 393. quo ad primum, in fi. & refert Paul. Paris. cons. 140. inspectis, col. 1. in 4. vol. [Sic etiam consului pro dom. card. Lotaringo.]

Indulto ca[r]dinaliũ [Pa]pa derog[a]re potest.

Indul[tum] nõ posse [a]licui, vt [ex]cõmunic[ari] non possit. Etiam si esset in indulto expressum, quòd is non possit compelli, excommunicari, vel interdici: nisi hoc expressum sit, nõ solet sedes Apostolica indulgere alicui, vt non possit excommunicari simpliciter, sed vt nõ possit excommunicari pro tali caussa, vel nisi facta priuilegij mentione, vt hic: vel vt non possit ab alio excommunicari quàm à Papa, prout est concessum (vt fertur) Regi Franciæ: vt est in libro liliorum Reg. Franciæ 6. per Ioan. Feral. & dicunt Prag. Rom. quòd dispensatio datur in his quę sunt contra iuris cõmunis dispositionẽ, in his verò quę sunt contra statuta vel regulas datur indultum.

Et quando alicui esset indultum simpliciter, ꝙ non posset excommunicari, adhuc si insurgat contra matrem sedem Apostolicam, excommunicari poterit, quia non potest esse sine capite. c. cùm non liceat, de præscript. nec valeret tale priuilegiũ. doc. in c. cùm instantia. de censib.

Et de hac clausula generali vide tex. in c. vt officium. §. conferẽdi. & seq. de hæretic. lib. 6. Areti. c. 1. col. 6. de rescript. Ant. Butrig. in cons. 2. visis literis, in fin.

in fi. qui dicit hanc clauſulam generalem æquipollere expreſsioni de verbo ad verbum, ex quo hanc loco illius Papa ſubrogat: & hoc ſolet Papa addere.

Iſta tamen clauſula non obſtan. nō derogat priori diſpoſitioni fortiores clauſulas habenti: vt docet Card. conſ. 166. factum ſic ſe habet. col. pen. Refert & ſequitur Petr. Paul. Pariſ. conſ. 42. quantum, nu. 18. in fi. vol. 4.

Et qualibet *alia dictæ ſedis indulgen. generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel taliter non inſertam, effectus huiuſmodi gratiæ valeat impediri quomodolibet, vel differri: & de qua cuiuſque, toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.* Facit text. in c. cum noſtris. circa finem. ibi ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, de conceſ. præb. & d. c. vt officium. iſta ergo clauſula tollit ſtatuta, non ſolùm quæ impediunt effectum gratiæ, ſed etiam ſi differant: vtpote ſi dicatur, quòd ſi vacet beneficium excedens ducentas libras nō debeatur impetranti, ſed antiquiori, & impetrans habebit aliud, tunc per hanc clauſulam habebit impetrans illud, quod impetrauit: nec impedietur, nec differetur ſua prouiſio. iſta ſcripſi in form. mand. in conc. & Dom. in d. c. ſi propter. & Gomeſ. in procem. reg. q. 6. quod facit pro eccleſia Tholoſana ſimile ferè habente priuilegium, vt beneficia certa meliora canonicis debeantur antiquioribus.

Hæc clauſula tollit ſtatuta impedientia, vel differentia gratiæ effectum.

Etiam hæc clauſula prodeſt, quòd ſi ſtatuta collegij eſſent, vt qui nō reciperetur ad tale beneficiū: niſi ſit ſacerdos: per hanc clauſulam recipi debet, ſi ſit ætatis legitimæ, in qua poſſit per annum ad ſacros ordines promoueri. c. ſi pro clericis. & c. ei cui. de præb. lib. 6. de Rota deciſ. 466. nota quòd ſtatuta, in antiq. [ſub tit. de conceſ. præb. deciſ. 41.] ſed non cenſetur per hæc verba, derogatum fundationi requirenti ſacerdotium ante receptionem: niſi fuerit expreſsè facta mentio fundationis laicorum, ſecus in clericis. Domini de Rota deciſ. 3. Si ſtatutum, in no. [ſub tit. de præb. deciſ. 1.] Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de vi & effectu clauſula. verſ. poſt prædictas clauſulas.

Sacerdos ſi quis non ſit nō obſtante ſtatuto recipitur per hac clauſulam.

Fundationi quando cēſeatur derogatum.

Etiam per hanc clauſulam derogatur conſtitutioni Papæ Pij, quæ vult ꝙ vbi impetrantur beneficia in Britannia, quæ alij per annū pacificè poſſederint, vel ex prætenſo titulo, vel per viam criminum, commiſſio fiat ad partes cū clauſula, vocato poſſeſſore, &c. & impetrans literas huiuſmodi intra bimeſtre ab earundē data iudici præſentare, &c. de qua per Pet. Pariſ. in conſ. 49. ad primum, in 4. vol.

De conſtitutione Papæ Pij in britānia vigētis.

Nec tollitur optio per has clauſulas, ſi nominatim hoc non fit in gratia expreſſum. c. fi. de conſuet. lib. 6. & quæ ibi addidi.

Nos enim ex *nunc irritū decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignorāter contigerit attentari.* Per iſtam clauſulam decreti annullatur collatio ordinarij in contrarium facta, & alius actus contrarius prouiſioni, per cle. primam, de electio. vbi Barba.

Clauſula decreti quid operetur.

Imò dicunt doct. non valere actum in contrariū, etiam de conſenſu partium factum, per text. & ibi gloſ. in c. Statutum, in verb. committatur, & in c. diſpendia. de reſcript. in 6. gl. in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. gl. in verbo clauſula. c. dilecto. de præben.

Quia illa clauſula data videtur pro forma. Bal. & alij in l. 1 ff. de lib. & poſth. Iaſ. in l. non dubiū. 8. no. C. de leg. nu. 17. & vbi aliquid eſt pro forma ſtatutū, non poteſt hoc conſenſu partium tolli: Bart. in l. de his. ff. de trāſact. Barb. cōſ. 43. præclarè, co. 13. in 1. vo.

Ego verò dicerem collationem ordinarij factā de conſenſu impetrantis valere, licèt in bulla ſit appoſitum decretum, quicquid dicant doct. quia clauſula decreti ſemper intelligitur valida, ſi illa impetrans vti velit, teſte Ioan. Monach. in c. ſtatutum, de præb. in 6. allegat. l. proinde. ff. ſi cert. pet. idē probat gl. in verb. irritum. in §. quòd ſi quis. de col. in prag. ſcripſi in §. ſi quis verò. in verb. ipſo iure. de col. in conc. facit text. in l. 1. ff. de fer. vbi ſententia lata tēpore feriato eſt nullius momenti, de conſenſu tamē partium valebit: hoc probat Barb. in cle. 1. col. 9. de ele. plus dicēs, ꝙ licèt per clauſulam decreti ligetur ignorans: hoc eſt verū quò ad diſpoſitionem, vt non valeat, ſed non ligabitur ignorans quo ad pœnam, ſi ſit adiecta, quia non eſt in culpa per c. tibi qui. de reſcr. l. ex maleficiis ff. de actio. & obli. vide alia per d. Barbar. facit gl. in c. conſtitutionem. de verb. ſign. & per doct. in c. cùm acceſsiſſent. de conſtitu.

Collatio ordinarij de cōſenſu impetrātis facta valet nō obſtāte decreto.

Nulli ergo hominum li- *ceat hanc paginam noſtræ prouiſionis, decreti, mandati, voluntatis, & diſpoſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.*

Clauſu hæc nulli hominum & c. de quo proſit.

Iſta eſt ſexta pars bullæ, in qua Papa comminatur pœnam contradicentibus huic bullæ, & non parentibus: de qua pœna habetur in c. 2. de maiori. & obed. ſcripſi in q. 19. in tract. nomina.

Imperator quandoque hac vtitur clauſula: vt patet in tit. qui ſint rebelles. in fi. ſed ſolet addere indignationem noſtram, & pœnæ mille librarum noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurum. ita ibidem ſcribitur. idē habetur in fine. confir. conſtit. Feder. ſecundi & Karolinæ gl. in d. extrau. Qui ſint rebelles, in ver. indignationē. dicit ſe huius verbi nullum effectū inuenire, niſi ꝙ Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit ſe gratioſum.

Bald. verò & ibi Barb. in additio. ad eum putat illum priuādum beneficio, qui indignationem domini incurrit. in ca. vno. §. porrò. col. 2. quæ fuit prima cauſa benefic. amittendi. quem ſequitur Aluaro. in §. Sed & qui delator. col. 2. ibidem. Felin. in c. veniens. col. 1. de præſcrip. quamuis contrarium teneat conſ. 12. princeps. primam tamen ſententiam ſequitur Socin. conſ. 87. viſis, volu. 3. & Iacobi. in tract. de feudis. in verb. dictique vaſſalli, col. 11. in 13. cauſſa. Iaſ. in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper. vbi dicit hæc verba importare comminationem priuationis beneficiorum eccleſiaſticorū.

Priuandus beneficio eſt qui domini indignationē incurrit.

Ego autem putarem eum peccare, qui contrauenit, vel contrarium facit. probatur in cap. qui reſiſtit. 11. q. 3. & Paul. Rom. 13. *Qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit.* Itaque humano more loquendo

Peccat qui volūtati pænon obtemperat.

indignatur eo casu Deus Hiere.23. *Ecce turbo diuinæ indignationis egredietur: & tempestas erumpet super caput impiorum.* & Abach.3. *Nũquid tu in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?* & Roman. cap. 2. *Qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia.* Quasi velit Papa cõminari his, qui non parent præceptis, & mandatis suis, vt non solùm peccent in illum, sed in Deum opti. maxim. Dicit enim Chrysosto. *Nemo contemnat ecclesiastica vincula: non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.* cap. nemo. 11. quæst. 3. Imò si quis non obtemperet, credens Papam ligare non posse, hæreticus est censendus, quia errat in potestate data Petro, & successoribus. Matth. 16. & c. quodcunque. 24. quæst. 1. gloss. & doct. in cap. generali. de elect. in 6. & gloss. penult. in extrauag. Execrabilis Ioan. 22. & hodie multi iuuenes in hoc errant, & stolidi, qui vtinam ob oculos haberent illud no. dictum, *Obedite præpositis vestris etiam discolis, &c.* [Sciendum est hanc clausulam non solere in licentiis apponi, nec in facultatibus, secus est si dicatur, indulgemus, ex stylo curiæ Romanæ.

Clausu. nulli quãdo in literis Papę nõ apponatur.

Datum &c. De hac data scripsi in forma manda. in fi. & aduertendum est, vt prolixitatem vitem, non afferã aliarum bullarum excepta dispensationis forma, sed clausulas illarum & intellectũ: vnde lector beneuole, poteris ex his materiam beneficialem amplecti, & non solùm theoriam, sed & praxim curiæ Romanæ, quam hactenus tanquàm cabalisticam tenuerunt dicanici ipsius curiæ, & mensularij. [Notãdum quòd falsitas in data, licet probetur, si nemini pręiudicet, non annullat rescriptum, nec nocet, per gl. in l. damus. C. de falsis. vt consuluit Dec. cõs. 175. in caus. nu. 7. diuersum est quando agitur de priore collatione, vel prouisione. c. eã te. vbi doc. de rescr.]

Opponi quæ contra bullam poßint.

1 Notandum est quòd contra bullã multa opponi possunt, quæ non possunt euitari, si verum sit: quædam verò alia opposita euitari possunt, fortè trãscribendo bullam, & corrigendo. Primò videamus quę euitari vix possunt.

2 Primò opponi contra bullam potest, quòd in ea sit diuersa scriptura, ideo nõ valet, cap. licet. de crimine falsi. sed hoc euitari potest, & excusari, si in prima linea (vt solet) sint literæ magnæ, aliæ verò literæ eædem & conformes: vt scripsi in forma mãdat. in princip. sequitur Domi. Philippus Probus, in c. si Apostolica, de præbendis, in sexto.

Diuersa scriptura an vitiet bullam.

3 Idem si in supplicatione, & in subscriptione Papæ sint diuersæ literæ, videlicet fiat vt petitur: vel si in data, quia ista diuersa manu scribi solent: ob id diuersa: idem si correctio sit alterius literę, seu characteris: nam hoc est necesse sic esse: quia diuersitas manus, & quandoque atramenti diuersam facit scripturam. §. 1. in authen. de instrum. cautel. & fide. col. 6. & vbi possunt multi scribere, ibi diuersa scriptura non vitiat: vt in signatura potest esse fiat data, & correctio alterius scripturæ vt suprà diximus.

4 Secundò opponi potest, si sit ibi litura, seu rasura, cap. inter dilectos. de fide instrumen. & maximè si sit in loco suspecto, quod tunc vix euitari potest, cap. ex literis. ibidem.

Rasura in loco suspecto vitiat & quis locus dicatur suspectus.

5 Suspectum locum dico, quando est in nomine beneficij personæ, situs, vel in alio loco substantiali, doct. in l. fi. Cod. de edict. diui Adriani tollẽ. Corneus cons. 28. aliàs, in 1. vol.

6 Idem si aliqua fuerit scriptura intermedia, vel addita, quæ vocatur superlinearis in c. cùm venerabilis. de religios. dom. facit d. l. vlt. C. de edict. diui Adria. tollend. l. si vnus, de testa.

7 Euitari tamen potest, quando litura, seu rasura est in loco suspecto: si notarius qui confecit instrumentum, vel alius officialis ad hoc prępositus attestatur hanc lituram, vel additionem factam de partium consensu, & sic conscriptam, vel de necessitate factam per eum, qui hoc potuit facere: nam illi credetur. l. 1. vbi Barto. ff. de his quę in testam. delen. Panor. in c. cùm venerabilis. in fin. de religios. dom. Ias. in d. l. si vnus. col. fi. C. de testam.

Notarius attestatur rasurã factã ab eo qui hoc potuit.

8 Nam quandò rasura est in loco suspecto, à parte facta censetur. cap. fi. de crimine falsi, cùm in eius commodum resultet. cap. Constitutis. de test. & cãcellatio vel additio præsumitur facta ab eo, apud quem reperitur instrumentum. l. maiorem, cum gl. C. de falsis. Ias. in d. l. si vnus, C. de testam. col. vlt. & hoc euitatur, quando attestatio fit, sed melius est hoc casu bullam transcribere. Petr. Paris. cons. 42. quantum. nu. 11. in 4. vol. ne quis expectet infinitos processus, qui aliàs insurgerent ex hac bulla.

9 Tertiò opponi potest, quòd bullæ est additum: nam punctum etiam additum bullæ, vitiat bullam, & addens est excommunicatus in bulla cœnæ Domini. c. licet. de crim. fal. scripsi in bulla cœnę Dom. & hoc si verum sit, non poterit euitari, & excusari, nisi dicatur de mandato Papæ, seu officialium factum, vel coactè: quod enim metus caus. gestum est ratum non habet prætor. l. 1. & per totum. ff. quod metus causa.

Nil a priuato addi bullæ potest.

10 Quartò subreptio & obreptio solet contra bullam opponi, in cap. Ad aures, & c. Super literis, de rescript. & superiùs dixi in prima differentia inter literas gratiæ & iustitiæ: & ista oppositio, si vera sit, non potest euitari: nam secunda gratia non faciens mentionem de prima est nulla, c. in nostra. de rescr. etiam si impetrans velit primæ renunciare, & illam dimittere, vt docent ibidem doct. & sic consuluit Paul. Paris. cons. 74 gratia. col. 1. in 4. vol. etiam si ignorans fuisset impetrans: vt doct. asserunt in c. gratia, de rescript. in 6. & Paul. Paris. cons. 96. pro lupo. nu. 27. in eo. vol. 4.

Secũda gratia non faciens de prima mentionẽ, nõ valet etiam si primæ renuncietur.

11 Quintò si Papa loquatur in plurali vni, videlicet vobis Ioanni. &c. bulla est suspecta. c. quã graui. de crimine falsi: & est contra stylum curiæ: ideo nõ valet, & vix euitari potest nisi transcribatur: secus est in literis Regiis, quia hoc non est in illis statutũ, sed potius contrarium. l. Imperator. ff. de statu hom. Pet. Paris. cons. 20. gratia. co. 1. in 4. vo.

Papa vni in plurali non loquitur.

12 Idem si Papa vocet episcopum filium, quia episcopum, archiepiscopum, vel patriarcham fratrem vocare

Papa episcopos fratres, alios filios vocat.

vocare solet, & alios filios, licet sint cardinales. d.c. quàm graui. vt ista euites, oportet emendare & corrigere in hoc bullam: & officiales Romani eam corrigent suis etiam impēsis, quia error est eorum.

Ordo in prouisione beneficij exprimendus.

13 Sextò, si quis non expresserit ordinem in prouisione beneficij regularis. c. cùm ordinem. de rescript. opponi poterit, vt tale beneficium regulare ordinis sancti Augustini. Prouincial. fol. 22. & poterit transcribi bulla, si expressio ordinis in signatura facta erat, alioqui reiicietur, & nulla erit.

Septimò opponi potest bullam esse falsam: vt per totum tit. de crimine falsi, & per Spec. in tit. de rescript. præsenta. §. 1.

Falsa latinitas trib⁹ interuenientibus vitiat.

14 Octauò dicunt doct. opponi posse in ea falsam esse latinitatē, & eò dicunt non valere Papæ rescriptum. per c. ad audientiam, primo. de rescr. sed ego dico esse suspectum tribus interuenientibus.

15 Primò quando est vitium, alioqui si excusari possit, etiam per figuram, non erit bulla suspecta. c. forus. de verb. sig. vbi gl. & doct.

16 Secundò requiritur vitium esse in constructione, secus si in litera, vel syllaba. tex. in d. c. Ad audientiam. & c. ex parte. de fide instru. & l. qui habebat. ff. de manu. testa.

17 Tertiò quòd illud vitium sit manifestum, & notorium ex ipsarum literarum inspectione. d. c. Ad audientiam. licet doc. dicant ibi, quòd falsæ latinitatis vitium non recipiatur in curia Roma. de consue. quod verum intelligerem, nisi præmissis concurrentibus: & tunc vix euitaretur, nisi bulla reformaretur ac transcriberetur: nec nocebit vitium in ortographia literis Apostolicis: vt docet Bald. in Marg. in verb. literæ. q. 9. nec ob hoc vitiatur rescriptum. de Ripa in c. 1. nu. 38. de iudic.

Rescriptum deuians ab stylo est suspectum.

18 Idem dicendum est, si non obstante vitio colligeretur mens Papæ, adhuc rescriptum suspectum diceretur, quia non præsumitur sic emanasse à cancellaria, vt scribitur, in integra. d. c. Ad audientiam. & quia deuiat ab stylo. c. ex literis. de constit. sic consuluit Roma. consl. 326. quæstio est, col. pen. vbi dicit rescriptum nullum, in quo dicitur, prouideas de beneficio ad te pertinente: debebat enim dicere ad tuam collationem, præsentationem, & quamuis aliam prouisionem pertinente, per c. Cùm in illis. §. 1. de præb. in 6. patet in forma mand. in Concord. Franciæ.

19 Et sic patet rescriptū, in quo est falsa latinitas, non esse nullum ipso iure, sed tantùm suspectum, ideo illi non esse credendū, donec consulatur Princeps, arg. l. Ex facto. ff. de vulgar.

Suspectū in parte omnino reiicit.

20 Et si fuerit suspectum in parte, in totum erit suspectum, quia non præsumitur sic à cancellaria emanasse, vt est in integra. d. c. Ad audientiam. & gl. in c. Apostolicæ. 35. q. 9. & quia fides scripturæ est indiuisibilis. l. in hoc. ff. fami. ercisc. [& suspecto rescripto non creditur. l. fi. de fide instru. 6. nec debet quis parere rescripto suspecto, & impetrans puniri falsi potest. vt docet c. porrecta. de confirmat. vtil. & ibi Panor. in 2. not. & plenè de Ripa in c. 2. nu. 33. & seq. de rescript.]

21 Licèt aliàs consideranda essent capita separata, per c. si eo tempore, de rescript. in 6. & Fel. & Dec. in d. c. Ad audientiam, quicquid doct. in contrarium asserant: quia si vitium respiciat totam bullam, erit tota nulla, si partem, illa tantùm pars diuisibilis. per d. c. si eo tempore.

Bullæ imperfectę nō creditur.

22 Nono opponitur etiam, ꝙ bulla est imperfecta, ideo nō est valida, nec propriè bulla vocari potest, sicut testamētum illud propriè nō dicitur quod iure perfectum non est: sed abusiuè testamēta ea quoque vocamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, aut irrita, vel rupta. l. 2. § 1. ff. quemad. test. aper. l. Polla. in fi. C. de his quibus vt indig. l. fi. quemadmod. testa. aper. Alex. consl 215. Visis probatio. in prin. vol 2.

23 Nec olim imperfecta dicebatur, si litera prima proprij nominis impetrantis tantùm apponebatur, secus in cognomine. c. cùm M. de const. c. Cùm dilecta. de rescr. quia ad impetrantem spectat declarare rescriptum ambiguum. c. pastoralis. in fin. de rescript. c. 2. illo tit. in 6.

Nomen impetrātis extensè scribendum.

24 Hodie verò de cōsuetudine & stylo curiæ Romanæ nomen impetrantis scribitur extensè: vt docent Imo. & Fel. in c. cùm accessissent, col. 1. de constit. & multò fortiùs cognomen: nec valeret rescriptum, si vna tantùm litera nominis, vel cognominis esset conscripta, & hoc sine transcripto non euitaretur: vt si in bulla diceretur, tibi P. Rebuffo. conferimus: quia nomen Petrus extensè scribendum est, sicut cognomen, aliàs bulla non valet.

25 Et si Papa decernat irritum & inane ex nunc, quod factum fuerit, intelligitur ex nunc, id est ex hoc tempore, quo literæ erunt perfectæ, & expeditæ, non incœptæ, vel imperfectę: quia factæ nō censentur, quando sunt imperfectæ. l. pen. C. de his quibus vt indig. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in princ. vers. & tenendo, fol. 4.

26 Decimò opponi potest contra bullam, si non fuerit data apposita: vt in fin. Sexti Decretal. apparet in l. Generali, de tabula, lib. 10. l. si qua. C. de diuers. rescript. & hoc euitaretur rescribendo bullam, & dicunt Romani eam rescribendam.

Stylus immutat⁹ vel omissus vitiat.

27 Vndecimò opponi potest stylum cancellariæ omissum, vel immutatum: & stylus cancellariæ nō seruatus facit literas suspectas de falsitate. c. quam graui. de crimi. falsi. vnde potest tunc iudex se informare à pragmaticis de illo stylo, per text. & ibi Bart. in l. 3. in fi. ff. de testib. plenè scripsi in tract. de consue. art. 2. gl 13 nu. 52. & nu. 32.

Acceleratio temporis contra bullam opponitur.

28 Vltimò opponi potest contra bullam acceleratio temporis: vt si hodie prima Iunij quis moriatur Paris. & cras Romæ impetretur beneficiū à Papa, illa impetratio non valebit: quia non est verisimile impetrantem ita celeri gressu adire potuisse Papam: & ita est in regu. cancel. 28. Innoc. 8. quæ hodie est adhuc à Iulio Papa 3. approbata: & quia est in iudiciis frequens, ideo eam cum aliqua elucidatione inferiùs subiiciam, declarata prius bullæ reformatione.

29 Alia quibus impugnentur rescripta, scripsi in tract. rescr. q. 12. in 2. tomo. const. reg. & multa poterit lector elicere ex decla. nouæ prouisionis, quā superiùs conscripsimus, & in tract. nom. q. 22. & seq. hîc alia multa adderē, quæ ne præbeam materiam cauillandi sycophantis quibusdam, missa faciam.

De reformatione & correctione bullæ.

Reformandæ quando sint bullæ.

1 Nterdum opposita cōtra bullam euitari possunt, si fortè bulla corrigatur, & emendetur, &, vt Romani dicunt, reformetur: ideo de ista reformatione dicendum est. Primò iustam esse hanc correctionē certum est fundatam, eò quòd magnæ sapientiæ est reuocare, quod malè egeris. c. Magnæ. 22. q. 4. & dicitur officialibus Roman. si contra formam & ordinem tanquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores. c. qualiter primo, de accusa.

Transcribēdæ sunt literæ, quando non sunt bene expeditæ, nec secūdū signaturam.

2 Quando reformandæ sint literæ, seu transcribēdæ? Respond. quando per præoccupationem vel aliàs minus bene expeditæ reperiūtur: vt docet Papa Iulius 3. in reg. cancel. 28. & quando non sunt cōceptæ iuxta signaturam, sicut quando instrumentū non respondet protocollo. §. 1. in auth. de tabellio. col. 4. doc. in l. contractus, C. de fide instr.

3 Vnde si imperrans dicat in signatura se pati defectum ætatis, vel natalium, & posteà hoc in bulla omittatur, bulla erit reformanda, & rescribenda, nisi in casu, quando purgatum erat vitium, vtpote adueniente ætate, aut contractu matrimonij: vt scripsi in materia dispensationum infrà, & vide multa de errore corrigendo per notarium, per Bar. & Dec. in l. si librarius. ff. de reg. iuris. quæ poterunt seruari ad bullæ correctionem.

A quib⁹ debeat bulla reformari.

4 A quibus reformandæ sint? respondetur ab officialibus curiæ Romanæ, ad hoc præfectis: vt habetur in d. reg. cancel. Iulij 28. in fi. qui poterunt huiusmodi formas & tenores restringere, & ad formam debitam reducere: sicut dicitur de notario, qui clausulam & cætera, & alias clausulas potest addere instrumento, & extendere secūdum stylum communem illorum: vt doc. asserunt in c. Quoniam contra, de prob. & in l. Gallus, §. idem credendum. ff. de lib. & posth. scripsi in l. cætorum, ff. de verb. signi.

Correctio bullæ quomodo fieri debeat.

5 Forma reformationis bullæ est, quando fit post bullæ productionem, oportet quòd is, qui produxit bullam correctam, producat & signaturæ sumptum: vt iudex videat, an bulla reformari potuerit & an eo modo, quo est nunc facta: & hoc est statutum in ordin. reg. tit. *des reformations de prouisions*: arti. 8. ideo iudex debet esse doctus, aliàs ignarus quomodo poterit hæc dignoscere.

6 Vnde antequàm bulla tradatur corrigenda, oportet quòd pars eam consulendam ostendat doctis, super quibus corrigi debeat & quomodo: sed quia in hac materia pauci docti reperiuntur, vt quilibet ea, quæ ex longo vsu & exercitio discere potuit, facilè consequi possit, hoc volui vtilitati publicæ conscribere: tu lector boni consule: multa enim detexi, quæ non erunt grata mensulariis, omnia quæ sciunt occultantibus lucri causa.

Omnis defectus reformari debet.

7 Et si bulla sit ex pluribus causis reformanda, si ex vna causa petam, & mihi concedatur: non poterit alius defectus tolli, & refici, nisi petitus sit: quia responsio ad interrogationem refertur, cap. inter, de fid. instrum. dixi in expositio. supplic. suprà in fin. Ideo vterque defectus peti debet, vt corrigatur & reformetur.

Correctio bullæ quādo parti non noceat.

8 Et in hac reformatione bullæ non requiritur partis citatio, quia inuita per te fieri potest, multò magis ignorante ea, & absente, l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur. l. 4. §. 1. de fideicom. libert. l. Nec ignorante, de tut. & cur. dat. ab his. poterit tamen pars opponere, si signatura hoc non patiebatur: & ideo ista reformatio non nocet parti in eo, quod fieri nō poterat. docto. in l. Imperator, prima, ff. de statu homin. & in l. errore. C. de testament.

Motus proprius in reformatione non exprimendus.

9 Adhæc licet motus proprius in literis sit exprimendus, c. si motu, in fi. de præb. lib. 6. tamen si prima supplicatio sit signata motu proprio, & deinde fiat reformatio illius, quæ signetur per concessum, vt petitur, vel simpliciter: intelligetur hæc secunda concessio etiam motu proprio, licet non fuerit expressum: quia fit relatio ad primam, secundum quam vltima intelligetur, l. asse toto, ff. de hęre. inst. l. ait prætor. §. 1. de re iud. & sic limitatur d. c. si motu proprio.

10 Et ista bulla expedietur motu proprio, se ad primam referens signaturam, vide reg. cancel. 42. vbi hoc exprimitur.

Literæ ad vacatura & ad vacātia reformādæ.

11 Quæ literæ sint corrigendæ, & reformandæ? respon. literæ tam gratiæ quàm iustitiæ, quando nō sunt secundum formam & stylum curiæ conceptæ, & literæ gratiæ tam ad vacatura, quàm ad vacantia: vnde sæpiùs cōsului mandatum de prouidendo transcribendum, in quo erant clausulæ quæ non debent apponi ex forma solita regni Franciæ, posita in concord. in forma mandat. vnde cum quoddam mandatū haberet clausulam, quod duxerit acceptandū, dixi esse transcribendū, & illam clausulā expungendam: alioqui mandatum non valebit.

Cautela in pēsione interpositā sine cōsensu.

12 Item sicut in beneficialibus non datur confirmatio, ita nec in pensionibus: sed si is, qui imposuit pensionem coram legato mortuus fuerit, & sic non possit nunc consentire, cautela erit, quòd fiat corā Papa bullæ reformatio, attento quòd interuenit consensus illius, qui tunc soluere pensionem tenebatur: & quòd literæ expediantur sine nouo consensu, cum derogatione regulæ de consensu, quæ est Innocen. 8. nu. 43. & repetita à Iulio 3. Non nego tamen electionum confirmationes fieri posse ab his, ad quos de iure spectat: vt c. fi. cum simil. de elect. lib. 6.

13 Alios casus in quibus bulla sit transcribenda, scripsi in præcedente quæstione, quæ contra bullam opponi possint, & vbicunque non est secundum signaturam concepta, & est in ea aliquis defectus, tūc rectè transcribi cura, antequàm inchoatus sit processus, vel posteà si liceat: sed facilius est antè.

Nominationes quādo corrigi possint.


14 De nominationibus corrigendis idem dici posset, vt quando secundum stylum non sunt conceptæ, corrigi possint: & si error appareat, aliàs regulariter non: vt docui in tract. nominatio. quæst. 9. num. 6. superest vt regulam cancella. explicemus, quam subiicio.

Regula

Regula cancella.de verisimili notitia, cum suis scholiis. Item voluit & ordinauit.

GLOSSA PRIMA.

Ista regula est recepta & in curiis parlamentorũ regestrata, & lex regni effecta.

1 Sta regula secundum numerum regu. cancellariæ est 28. Innoc. 8. & est vtilis, fuitque recepta & registrata in Parlamento Paris. anno 1493. die 20. Nouẽbris. & vbique in regno Franciæ recepta & in forensi iudicio ad vnguem seruatur, estque lex regni effecta, adeò ꝙ sicut Imperator legem (vt dicunt) canonisatam & à canonibus approbatam non potest reuocare, licèt eam legẽ ex libro tollat: vt docet Geirard. de Petra singu. 28. pro hoc facit glo. in verb. capitali, in c. imprimis. 2. q. 1. & glos. in verbo, anniuersarie, C. de colla. donato. lib. 10.

2 Sic nec Papa regulam incorporatam & descriptam in regestris curiæ, etiam si tollat illam, nam eo casu seruabitur tanquàm lex regni, non tanquã Papæ regula: hoc asserit Bened. in repeti. c. Raynutius, in verb. si absque. in 2. de substitu. fideic. num. 42. & seq. de testa. scripsi in tract. nomina. q. 5. nu. 15.

3 Et qui priùs eam condidit, fuit Ioan. 23. vt docet Gomes. in hac reg. éstque à iuris visceribus extracta, maximè ex c. 2. de conces. præb. vbi beneficia antequàm vacent non debent impetrari: & nisi vacatio peruenerit ad notitiam conferentis, vel peruenire potuerit. ca. quia. illo tit. c. 2. & 3. illo tit. in 6. nam collatio quæ nõ est verisimilis, non est credibilis, nec facta creditur. l. Cùm de indebito. §. 1. ff. de proba. l. Mæuius. in princ. ff. de leg. 2. & quod lõgè est à verisimili, est falsitatis quædam imago. Bad. in l. 1. col. 3. de seruis fugi. quem refert Feli. in c. quia verisimile præsumptio.

Derogatio huius regulæ quando recipiatur.

4 Verisimilitudo enim est cognata naturæ. Bald. in cons. 180. mortuo, col. 1. vol. 3. contra quam non facilè recipitur etiam Papæ dispensatio, tanquam contra naturam quis statuere non possit. §. minorem, de adoptio. in institutio. Panor. in c. debitum, 2. not. de baptis. vix potest quis facere, ꝙ quis citiùs veniat, quàm naturæ possibile sit: & ideo derogatio huius regulæ non recipitur in hoc regno, nisi vt inferiùs dicam, cùm naturam seu naturalia nullus mutare possit, §. sed naturalia, de iur. nat. in instit.

Probatio contra verisimile nõ recipitur.

5 Nec probatio cõtraria in hoc casu recipitur: vt in ca. filij, de hæretic. in 6. etiã si quis vellet probare se per necromanticum & dæmonem adlatũ intra vnum diem quia tantummodo verisimile admittetur, videlicèt ꝙ eques cursor Romam potuit ire sex diebus ex Lutecia, vel ex Lugduno quinque, hoc recipietur. Ex Tholosa autem octo, vel septem · distinguenda autem sunt tempora æstatis, videlicet & hyemis: in legato tamen inspicitur, an equi celeres essent designati ad illum locum, in quo ipse degebat, & ex loco in quo obiit beneficiarius: & tunc cursus velox recipietur, alioqui nõ: vnde in praxi vulgò solet dici, *s'il y a postes assignées*: vt quantũ possunt celeriter currere: alioqui per dietas cõputabitur, vt scripsi in l. 3. ff. de ver. sig.

6 Itaque si inueniatur collatio præmaturè facta tanquàm nõ verisimilis excludetur: vt vidi in practica seruari: nec est aliqua dispositio tam generalis, quæ ad non verisimilia trahi debeat, teste Ang. consi. 249. super primã, col. 2. vers. pro hac parte. & Ias. cons. 141. in ista. col. 8. ver. sexto prædicta, in 2. vol. quãuis Panor. & alij, in d. c. quia verisimile, de præsumpt. dicant probationem regulariter contra verisimile admittendum: licet clariores probationes & duriores requirantur, non tamen in hoc casu vltra quàm per naturam fieri potuit. *Collatio non verisimilis excluditur.*

Quod omnes gratiæ.

GLOSSA SECVNDA.

1 Equiritur ergo in hac regula: quòd sit gratia, & habet locũ in quacunq; gratia per istũ tex. omnes gratiæ: qui totum dicit, nihil excludit: l. à procuratore, C. mand. siue fuerit collatio, præsentatio, siue institutio, nominatio, vel alia quæcunque prouisio noua, vel simplex, vel perinde valere, si neutri, subrogationis, seu alia, de quibus inferiùs dicetur, cùm omnes gratiæ dicantur, clement. gratiæ, de rescrip. *Omnis gratia verisimilis esse debet.*

2 Etiam procedit hic text. si motu proprio gratia facta esset, tum vt euitetur fraus, quæ fieret apponendo hanc clausulam: tum etiam quia hæc clausula non tollit ambitionem impetrantis, nec votũ captandæ mortis: adhæc quia eadem ratio procedit in collatione proprio motu facta; quæ ad petitionem quo ad istam regulam, ergo idem ius erit: l. illud, ff. ad leg. Aquil. & hoc asserit Gomes. in hac reg. q. 2. & maximè quia hæc clausula motus proprij non potest immutare naturam, nec facere plus quàm natura facere possit: vt scripsi in forma man. in glo. motu proprio. in concor. *Gratiæ etiã motu proprio concepta an verisimilis sit.*

3 Primò iste text. non habet locum in gratia delinquenti facta, quia hæc regula de hac non loquitur: & cùm de ea hoc non inueniam statutum, hoc non extendam: nec est aliqua lex tale quid dicens, tex. in §. si autem, in authent. de non eligendo secundò nubentes, col. 1. quia gratiæ appellatione venit Papæ concessio in beneficiis, c. gratia. de rescri. in 6. clement. gratiæ. illo tit. Archid. in cap. gratia, 1. q. 1. & sic gratia concessa delinquenti non impugnatur ob hoc, quòd præmaturè fuerit concessa: quia homicidam illum furiæ Orestis tenebant, & illum præcurrere faciebant: vt dicitur etiam de Cain, postquàm occiderat fratrem, Genes. 4. & in verbis seq. declaratur de beneficiis ecclesiasticis. *Gratia delinquentis an vitietur per nõ verisimile.*

4 Secundò non habet locum in resignatione causa permutationis, quia non est simpliciter gratia, cùm collator teneatur conferre permutanti, cap. vno, de rerum permutat. in 6. & in clement. & quia hæc regula loquitur de vacatione per obitum, vt dicetur: & hoc docet Cassador. in decisio. 1. super hac regula. *Verisimilitudo nõ vitiat permutationem.*

Quas de quibusuis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel sine cura secularibus & regularibus.

GLOSSA TERTIA.

In officiis Regiis non habet locũ regula ista de verisimili.



Tertio non habet locum in beneficio, seu in officio Regis, vel Imperatoris, seu alterius principis, cùm hîc in beneficiis ecclesiasticis tantùm statuatur: de quibus in rub. vt ecclesia. beneficia sine diminutione confer. & beneficium ecclesiasticum nõ potest obtineri sine canonica institutione, regu. 1. de reg. iur. in 6. & ca. Felicis, de pœnis. illo lib. & sic est distinctio inter beneficium ecclesiasticum & temporale, & in officiis Regiis non fuit recepta huius regulæ allegatio à senatu, sed status adiudicatus officij apparitoris illi, qui celeriùs officium à Rege impetrauerat, anno 1542. die 22. Decembris: & pronunciatum fuit in d. curia: non esset tamen malũ quòd etiam seruaretur in officiis Regiis propter magnas ambitiones currentium ante tempus, & rationes supradictas.

Arestum.

In beneficiis tã regularibus, quàm secularibus dignitatibus & quibusuis beneficiis habet locum hæc regula.

Habet tamen locum hæc regula, siue beneficia sint secularia, siue regularia, siue sint curata, siue non: vt hîc dicitur, etiam comprehendit hic dignitates & officia ecclesiastica, licèt hîc non exprimantur nominatim; sed quia text. dicit de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, & appellatione beneficij ecclesiastici: & dignitates, & officia ecclesiastica continentur, c. Postulasti, de rescri. in glo. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in cle. Auditor, de rescr. scripsi in cõcor. tit. de col. §. volumus, in verb. beneficia, & suprà in princ. huius lib. & quia est eadem ratio & maior in dignitatibus & officiis ecclesiasticis, quã in aliis beneficiis: ergo eadem decisio locũ habebit, per l. illud, ff. ad leg. Aquil. & si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior ratio habebit locum, text. in §. Porrò, quæ fuit prima cau. benef. amitt. & in istis maior est ambitionis ratio, & votũ captandæ mortis alienæ, ergo in illis habebit locũ, postquàm in illis non inuenitur statutum contrarium, etiam propter verbum quibusuis, quod est generale per tex. in l. proinde. 2. §. 1 ff. ad leg. Aquil. & l. 3. §. quacunque, de noxa scripsi in l. creditorũ. ff. de verb. signi. & quia fauorabilis est hæc regula: vt suprà dixi: & quia nõ potest immutare id, quod est naturale: vt suprà dixi.

Per obitum quarumcũque personarũ vacantibus.

GLOSSA QVARTA.

In priuatione, vel alia vacatione nõ procedit hæc regula.



Qvarto non habebit locum, si alio modo vacet, quàm per obitum, vtpote per priuationem: nam si scirem quendam Archidiaconum priuandum die 10. Iulij, & mitterem cursorem ad Papam, qui die 10. priuationis mihi illum conferret, valeret collatio, etiam si illo die moriatur priuatus: quia beneficium non vacauit per obitum, sed per priuationem: nec datur occasio captandæ mortis hoc casu. Ratio diuersitatis est, quia posset quis machinari in mortẽ alterius, & ideo vt votum captandæ mortis auferatur, iuxta ca. 2. & 3. de concess. præb. statuitur hoc, sed non in priuatione, vel in alia vacatione, ob id in illis locum non habebit, etiam si iudex procurasset priuationem, quia priuatus potest appellare: adhuc etiã regula non haberet locũ, nec procedet ista regula, si falso rumore perlato de morte alicuius, aliquis cucurrerit, & impetrauerit, per l. fi. ff. de hære. inst. sed à die obitus computabitur tempus, vt hîc: alioqui posset quis illum falsum rumorem inserere, & currere, & posteà talem interficere, [vel procurare vt ille falsus rumor allegetur.]

Derogatio huius regulæ quando recipiatur.

Quintò non proderit hæc regula, cùm illi per Papam sit derogatum: ob id si resignans moriatur antequàm Papa conferret, tunc si procurator resignet post illius obitum: & Papa conferat, etiam si per obitum vacet derogando huic regulæ, valebit illa collatio: quamuis de hoc Gomesius multũ dubitet & distinguat: aut impetrans per resignationẽ, esset impetraturus, etiam per obitum, & tunc res est expedita, quòd hæc regula locum habet, secus si non esset impetraturus: & stabitur iurameto procuratoris: hæc ille. Sed hæc conciliatio non sapit: quia verisimile est, ꝙ omnis impetrãs per resignationem esset impetraturus etiam per obitũ: & stare iuramẽto procuratoris de eo, quod ignorat, est periculosum: ob id ego puto duos esse hîc casus, primus si constituens procuratores ad resignandum mortuus fuerit ante resignationẽ, non valebit collatio Papæ per resignationem tantum facta, quia non vacauit per resignationem, ca. Susceptum, de rescr. lib. 6. tamen si hoc casu huic Papa etiam per obitum conferendo derogauerit regulæ, valebit sua collatio: quia iusta fuit itineris arreptio ante mortem, cum haberet procuratorium ad resignandum: & cessant rationes regulæ, ergo & dispositio: & sic consuluit Aymo Crauet. cons. 88. quæritur, in 2. q. & ita seruamus in regno, dummodo à tempore mandati seu procuratorij verisimiliter potuerit cursor accedere ad curiam.

Secundus est casus à quo tempore computetur, & respondet infrà à die obitus; nisi quis anteà iustam habuerit causam: vt inferiùs dicetur: & de hoc scripsi in §. declarantes, in glo. iure præuentionis, de mand. Apostol. in concordat.

Sextò non habet locum hæc regula in deuolutione, quia statim finitis sex mẽsibus valebit Papæ prouisio, per ca. 2. de concess. præb. quia cessant hoc casu rationes huius regulæ: nam iustè potuit sibi prouidere intra sex menses, vt iter pararet, & postea impetraret.

In anteà fecerit.

GLOSSA QVINTA.

In legato & ordinario hæc locum habet regula.



Et sic loquitur in Papa: sed quia eadẽ ratio versatur in legato, & ordinario, ob id etiam in illis locũ habebit: posset enim quis in mortem alterius machinari, & posteà ad Ordinariũ currere, & petere ab eo beneficiũ, certè vt mortis captandæ occasio tollatur: ꝙ hîc in Papa statuit, & in aliis ordinariis seruabitur, & vt ambitio vitetur per c. 2. & 3. de cõcess. præb. in 6. huius sententiæ est gl. in verb. faciẽdas, §. neq; de coll. in prag. quã ad verbũ more solito transcribit Io. de Sel. in tract. de benef. in 3. parte, q. 46. & idem consulendo

consulendo tenuit Dec.cõs.398.in caussa, in fi.dicẽs ita fuisse iudicatũ in Parla.Delphi. Et idẽ cõsuluit de Ripa respon.16.regu.& in c.2.in fi.de rescri.Sic etiam fuit sæpiùs iudicatum in Parlamentis Fran. maximè in Sena.Pari.anno 1537.die 29.Augusti, in causa vnius præbendæ sanctæ Radegundis Pictauien.& pro magistro Germano Cornu, cõtra Tristandum Fretar. & idem fuit Tholosæ iudicatum: vt scripsi in proœm.cõcord.in verbo fati, idem tenet Ias.cons.104.circa vlt.q.in 1.volu.

Aresta.

Et ideo præuentiones Papæ non valẽt, nisi tantùm tempus effluxerit, ꝙ interim vacationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiam Papæ: vt declaro in proœ.conc. etiam si in ea adiiciatur clausula generalis, & quouis alio modo vacet, etiã si per obitum: vt solet poni de stylo curiæ Romanę teste Cassadoro in decis.29. super regul. cancellariæ, siue impetratio fuerit facta ab eo qui nimis properè impetrauit, siue etiam ab alio, vt vitetur fraus: quia is qui curreret, impetraret prius alteri & posteà sibi: vnde huic fraudi obuiandum est.& ita iudicauit senatus Paris.vt suprà dixi, & in §.declarantes, in verb.iure præuentionis, de manda.Apost. in concorda.

Præuẽtiones nõ verisimiles nõ valent.

Etiam procedit hæc regula, si is qui habebat beneficiũ in cõmendam, moreretur ex mente regulæ: & quis illud beneficiũ præproperè impetraret per obitum commendatarij, tunc quia sic vacat, cùm commenda sit titulus canonicus: vt scribã inferius in materia commendæ, & in tracta.de pacif. poss.in 5. ampliat. & Gome.hîc, q.4.quamuis Cassa.decis.30.in hac regula dubitet, tamen nõ est dubitandum: quia iste tex.loquitur de gratia in beneficiis ecclesiasticis facta: sed commenda in beneficiis dicitur gratia, quia gratis fit, cap.gratia, de rescrip.in 6.ergo hæc regula locum habebit in commenda cessante: & quia eædem rationes habent locum in eo qui præuenit tempus in cõmenda, sicut in alio tit.propter ambitionem. & votum captandæ mortis, ergo in ea locum habebit iste text.siue commendatarius mortuus fuerit, & quis illius beneficium præpoperè impetrauerit, siue habens in titulum obierit, & alicui fuerit commẽdatum beneficium, vtroque enim casu iste text.procedet.

Commẽdæ cõcessio nõ valet si nõ sit verisimilis.

Nullius roboris vel momenti sint.

GLOSSA SEXTA.



Collatio nõ verisimilis est nulla, ideo nõ colorata.

Et sic cùm penitus nullæ sint collationes, istæ priores non proderunt etiam post trienniũ, tum quia nullæ, vt hîc, & sic nõ coloratæ, vt decretum de pacific. poss.requirit: tum etiam quia nullũ momentũ vel cõmodum afferre possumus, vt hîc. Vide And.Tiraq.de his verbis plenè scribentem in interpret.l.si vnquam, in verb.reuertatur, in nu.81. C.de reuoc. donat.nec processus in vim talium factus valebit, nec fulminatio, nec alia: vt not.doct. in clem.1.de præben.in verb.momenti.

Nisi per obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit.

GLOSSA SEPTIMA.



Et sic computatur tempus à die obitus: vnde etiam si quis currat habens procuratorium ad resignãdum, computabitur tempus à die obitus, per hunc text.nisi fuerit huic derogatum regulæ: quia in hoc casu cõputabitur tempus à die procuratorij, tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam iuerat: tum quia fraus cessat, & non datur occasio mortis captandæ: adhæc quia origo priuisionis aspicienda est.l.3.C.ad Maced.& sic intelligi debet glos.in d.verb.Faciẽdas, §.neque, de colla.in prag. & solent hodie cursores, qui ante diem procuratorij currere cœperint, impetrare beneficiũ pluribus diebus: & posteà impetrans habebit illã impetrationem, quam voluerit: sed hoc est iniquũ: ideo bonum esset statuere, ne in vim vnius procuratorij plures fiant prouisiones: & quia per procuratoria aliquando post decem annos prouisiones expediebantur, bonum est quòd post annum non valeant: vt fuit Tholosæ iudicatum, & etiam in hoc regno statutum in ord.Reg.tit.*De la reformation des prouisions*, art.10.quia obliuio præsumitur, l.peregrè, ff.de acq.poss.& si iste memor esset procuratorij, verisimile est, ꝙ reuocaret illud, cùm non sit verisimile, ꝙ quis velit resignare beneficiũ, quod multis & laboribus, & expensis, quò sustentari valeat, acquisiuit: cap.super hoc, de renuncia. Pleniùs tractabo in 3.parte, tit.de procur.ad resignand.constit.

Tempus verisimile quomodo cõputetur.

Quod interim vacationes ipsæ de locis in quibus personæ prædictæ decesserunt.

GLOSSA OCTAVA.



Computabitur ergo tempus ex illo loco, in quo decessit, non in quo valetudine prius affectus fuerit per istum text.quid si reperiatur impetratio & obitus eodẽ die: Respondeo, præsumetur ꝙ mors præcesserit, & sic valebit impetratio, & collatio: quia in dubio illud præsumitur præcedere, quod ad validitatem actus est necessarium, l.cùm in testamento, §.hæc verba, ff.de hæred.inst.& ibi Bal.& præsumi debet vt actus potiùs valeat, quàm pereat, l.quoties, ff.de rebus dub.hoc expresſim decidit Cassador. in decis.21. super hac regu.cancell. & Card.in rub. de præb.dicens hoc verum, dummodo sit huic regulæ derogatum: ergo impetrãti non incumbit onus probandi, quòd mors præcesserit, teste Gomes.q. 6.sed valebit etiam sine derogatione: quia si iuxta curiam Romanam quis decesserit intra vnam dietam, & quis eodem die impetrauerit, valebit impetratio sine derogatione: quia verisimiliter potuit peruenire notitia ad Papam, & tunc non est contra regulam: & sic non requiritur illius derogatio: etiam valebit collatio facta ab ordinario eodem die quo quis mortuus est, si notitia obitus verisimiliter potuerit ad eum peruenire illo die, alioqui non: vt hîc etiam si probare quis vellet illum fuisse mortuum longè post meridiem: & ab eo tempore non potuisset peruenire ad ordinarium, verisimiliter, vt hîc.

Locus in quo quis decesſit inspicitur.

Collatio an valeat die obitus facta.

Ad notitiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerit peruenisse.

GLOSSA NONA.



Ertum est ꝙ si quis promiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tempus quo illuc proficisci possim, & anteà non potero illum conuenire: text. in l. Continuus, §. 1. ff. de verb. oblig. tex. in l. Si periculum, §. idem dicendum, de stat. lib. & citatus sine termino tenetur quanto citius potest comparere, reseruato sibi tempore, quo possit proficisci. cap. Cùm parati, de appellat. vbi Panorm. in vlti. nota.

Et quamuis ante istam regulam collationes factæ à Papa, vel eius executore de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valerent: vt scribit Io. Monach. in c. Si tibi absenti, de præbend. in 6. Rota decis. 172, nota ꝙ vbi executor, in antiquis. [sub tit. de præb. decis. 36.]. & idem est dicendum in ordinario, qui poterat cõferre beneficium, si vacat. glo. in cap. 2. de elect. in 6. & Lapus allega. 6.

Collationes si vacat. hodie non valent si non sint verisimiles. Tamen hodie istę collationes sunt nullæ, à quocunque factę fuerint: tum quia hoc est irritum per hanc regulam. *Et concupiscentiam nesciebam peccatũ esse, nisi lex prohibuisset.* cap. nam concupiscentiam, de constitutio. idem in ista præcoce collatione, nisi fuisset per hanc regulam prohibita: & sic non est opus ad iura contraria respondere, quæ non habẽt locum per istam regulam: nam esto quòd ordinarius possit conferre, si vacat, & Papa: tamẽ illa collatio non valebit, nisi tantum tempus effluxerit, ꝙ collationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiam collatorum: alioqui nunquàm Papa iure præuentionis conferret, quia singulis diebus ordinarius conferret singula episcopatus beneficia, si vacarent: & posteà quando audiret mortem alicuius, expediret collationem ab illo die mortis: & infinitæ fraudes fierent, ac falsitates, quibus obuiatur per istam regulam: necesse est igitur, vt ista regula seruetur in quocunque collatore. Si vis multa videre de verisimilitudine, lege do. Andræam Tiraquel. in interpreta. l. si vnquam, in princ. C. de reuocand. dona. vbi multa more suo cõgerit, nõ tamen loquitur de ista regula, quod miror, cùm omnia penè videatur perlegisse.

Verisimilitudo an per mare habeat locũ. Et habet locum hæc regula, siue iter factũ fuerit per mare, siue per terram: nam si quis diceret se ex Aquis mortuis iuisse Romam vno die, non est verisimile: & ideo posset opponi hæc regula, licèt aliter fieri debeat computatio per mare, quàm per terram. docto. in l. 1. ff. si quis cautio. scripsi in l. in itinere, de verb. signific. ff. alia licet perlegere per Gomes. ne plura.

De Deuolutionibus.

Deuolutio quid. 1



Escriptũ deuolutionis est, quãdo impetratur à Papa beneficiũ, quod longo tẽpore vacauit, in quo sic dicitur. Quòd beneficiũ vacauit tanto tempore, ꝙ secundum statuta Lateranen. concilij ad nos sit collatio illius deuoluta: quod probat text. in c. Cum nostris, & c. literas, de concess. præbend. ca. vnic. vers. porrò, vt ecclesiastica benef. non ꝙ Papa non possit anteà conferre: vt infrà dicam: & abunde scripsi in §. Si quis verò. de colla. in concorda. quam deuolutionem Budæ. in foren. caducum vocat, quod alibi in titu. de verb. signif. explico in l. silua. §. glans caduca. [Hoc verbo deuolui, vtitur iuriscon. in l. fi. ff. de bonis damna.]

2 Primò quæro, intra quod tẽpus beneficiis prouidendum sit? Respon. Mandatarius, quando vacant duo beneficia per obitũ vnius, si in suo mandato habeat clausulam motus proprij, habet decẽ dies ad eligendũ, vtrum velit beneficiũ acceptare. c. si pluribus. de præben. in 6. qui tamen non potest requirere beneficium in hoc regno sibi conferri ante mensem præsentationis finitum; vt est in forma manda. in concord. Is verò qui optionem præbendæ habet, intra viginti dies optare debet. c. fin. de consuet. lib. 6. *Qualibet beneficia intra quod tẽpus conferenda.*

3 Patronus verò laicus intra quatuor mẽses præsentare potest, ecclesiasticus autem patronus intra sex menses. c. vno, de iurepatr. in 6.

4 Maiores verò dignitates, vt episcopales & alię, debent intra tres mẽses tribui. c. ne pro defectu, de elect. c. Postquã. 50. dist. Aliæ verò dignitates inferiores, & quælibet beneficia regulariter debẽt cõcedi intra sex menses, siue per electionem. c. cũ nostris. c. dilectus. & c. Postulastis, vbi Panor. & alij de concess. præb. siue per collationem, cap. 2. illo tit. & tam à primo collatore, quàm ab alio. ca. fin. de supplen. neglig. prælat.

5 Papæ verò non est aliquod tẽpus præfixũ, cũ nõ habeat superiorẽ, qui possit eius negligentiã supplere: c. aliorũ. 9. q. 3. nisi in c. statutũ, de præb. in 6.

6 In institutione verò & confirmatione quo ad confirmantem certum tempus non est præstitutũ. gl. & doct. in c. Cùm in cunctis. §. 1. de elect. c. quàm sit, eod. tit. in 6. glo. in reg. cancel. 40. idem in permutatione quo ad approbationem. glo. in §. visum, in verb. respectiuè. de colla. in prag. multa super hoc scripsi in tit. de nominatio. Regia. §. 1. in gloss. intra ses menses.

7 Et notandum est quod gradatim quilibet collator sic confert, sed si negligat, fit ad superiorem proximũ deuolutio. §. si quis verò. de colla. in concord. Qui superior non solum beneficium deuolutum ad eum cõferre potest, sed etiam in possessionem illius inducere, per text. in cap. Ex parte Hastensis. de concess. præbend. vbi Panorm. in 1. no. quia vbi vnum concessum est, & omnia sine quibus illud consistere non posset. l. 2. de iurisdict. omnium iudic. *Gradatim fit deuolutio.*

8 Secundò cur inuentũ sit ius deuolutionis? Respon. multis de caussis, tum ne ecclesiæ diu remanerent in suspenso. d. c. 2. quia diutina beneficiorũ vacatio dispendiosa est ecclesiis. c. quàm sit. de elec. in 6. nam interim gregem dominicum lupus rapax inuadit. c. ne pro defectu. de elect. Tum etiam propter vtilitatem publicam: ne iura & ecclesiæ in incerto sint, & pereant. arg. l. 1. ff. de vsuca. Et vt actus executioni mandetur: quòd nõ fieret, quia primus collator nunquàm conferret, vt semper fructus reciperet. *Deuolutio quare inuenta.*

reciperet.ca.vno.Vt ecclesiast. benefi. quod maximè Reipub.interest,authen.hoc ampliùs.C.de fideicõ. vbi si hæres negligens fuerit soluere legatum, deuoluitur hæreditas ad cohæredes, vel substitutos, & alios descriptos in §.si quis autem nõ implens, cum multis.§.seq.in auth.de hæred.& Falc.colla.1.

Deuolutionis tempus quãdo currere incipiat.

9 Et si mater fuerit negligens in petendo tutorẽ, deuoluitur ad proximiores.l.2.§.si mater. ff.ad Tertul.facit l.1.& per totum.ff.de succes.edicto. scripsi in glo.deuoluãtur.§.si quis vero.de colla.in cõcor.

11 Tertiò quando incipiat currere hoc tempus? Respon.non à die vacationis, sed à die scientiæ & notitiæ,vel à die quo scire debuit collator.ca.quia diuersitatem,de conces.præb.c.vno de iurepatr. in 6.c.licet.de supplen.neg.prælat.Rota decis.263. Si propter.in antiq. [sub tit.de caussa posses. & proprie.decis.8.] quia vbi non est scientia, non potest esse negligentia.gl.& doct.in d.c.2.& d.ca.licet. de supplen.neg.præla.glo.in c.si clericus.de præbẽ. in 6.& in c.si pluribus,ibidem.Calder.in tit.de elect. cons.4.Bal.cons.469.Sanctissime.in 4.vol.vbi cõcludit, Impeditis tempore belli hoc tempus non currere.Et Rochus Curtius in tract.Iurispatron.in verb.honorificum.q.27.post Felinum in c.à nobis. col.2. de except.

11 Item currit hoc tempus sex mensiũ à die, quo capella vel ecclesia fuit facta,& cõsecrata, quia dicitur tunc vacans.c.quoniam.& ca.Cùm propter. de iurepatronat.Lapus allega.95.quædam ecclesia. Refert.Decis.cons.135.Ad iustificationem. in fi.doctò.in clem.fi.de rescript.

12 Et qui allegat scientiam, eam probare debet, quia ignorantia præsumitur, per reg.iuris in 6.& hoc docet Nicol.Milius in verb.Patronatus, q.15. vide Bart.in genero.ff.de his qui not.infam.

13 Imò etiam impedito collatori non currit hoc tempus,siue fuerit iuris impedimentum,siue facti: vt si fuerit suspensus, vel excommunicatus etiam sua culpa.d.c.quia diuersitatem.Alex.cons.58.viso. in fi.in v.volu.

Impedito non currit præscriptio hic.

14 Et quamuis regulariter contra impeditũ impedimento facti currat præscriptio, tamen si iustũ sit impedimentum, datur restitutio, non aliàs.l.Et Atticinus.in fi.ff.de seruitu.rustic. prædior. gloss. in c.actione.16.q.3 l.2.§.si quis ff.si quis cautio.Barba.cons.41.circa.in 2.vol.

A die vacationis quando tẽpus collatori currat.

15 Tamen hoc casu est speciale, vt non currat præscriptio.no.Panorm.& alij in cap.1.de præscri. & Ias.in § Rursus.colum.6.num.27.de act.in inst. Limitatur non procedere, quando fuisset tempus statutum in alicuius fauorem,vel quando esset expressum,tunc currit à die vacationis. vt in cap.statutum.de præbend.in 6.& in clem.vna.de concess. præben.scripsi in §.1.in glo.à tempore vacationis, de nominat.Regia.in concor. quamuis cõtrarium teneat ibi Ioan.Dayma,& Philip.Probus in addit. in §.cui rei,in ver.iurisdictio.& in §.quod si quis.1. in verb.superiorem,de colla.in Pragm. vbi à tempore vacationis computari scribit.

16 Sed Papa postquàm statuit sex menses, & voluit illos à die scientiæ computari decisioni Papæ stare debemus,nisi in exceptis,vt dixi, itẽ quia, in §.si quis verò.de colla.in concord.statuitur, vt currat tempus,ab eo die,quo collator disposuit contra qualificationes prædictas,id est à tẽpore, quo contulerit aliis, quàm graduatis:tunc ius ad superiorẽ deuolutum est, si graduatus prosequatur: vt scripsi ibidem.

17 Quartò vidẽdum est,ad quem fiat deuolutio? Respon.faciendæ sunt cõclusiones sequentes. Prima est, in ecclesiis cathedralibus deuolutio quæ propter negligentiam accidit,fit ad proximum superiorem:vnde si volentes eligere episcopum neglexerunt,ad Archiepiscopum deuoluitur.Et si ab Archiepiscopo negligentia processerit, ad Papam fiet deuolutio.c.quanquàm,vbi doct.de elect.in 6. Panor.& alij in c.cum in cunctis,in fi.de elect. *Ad quẽ deuolutio fiat in cathedralibus.*

18 Et propter negligentiam collegij, vel per mortem omnium de collegio ius prouidendi deuoluitur ad eum, qui habebat potestatem confirmandi electũ,siue sit episcopus, siue alius prælatus:& docet Panor.in c.1.num.10.col.pen.de electio.

19 Si verò propter delictum omniũ fiat deuolutio,tunc ad summum Pontificem fiet, non ad proximum superiorem:vt docet text.in d.c.quanquã. & glos.Panor.& alij in c.Bonæ.1.in fi.de electio.

20 Si autem aliqui tantùm deliquerint, vtpote quia pars canonicorum elegit indignũ, vel omisit formam.c.quia propter. de electio remanet penes illos,qui non peccàrũt:quia delinquẽtes pro mortuis habentur,per c.Gratum.de postula.prælat. vbi doct.& in d.c.cùm in cunctis,in fi.Panor.in ca.bonæ.1.in fi.& c.Dudum. 1 col.3. de elect.Mandagot. in tracta.de elect.c.9.vbi Boër.in additio.

21 Secunda conclusio. Quando ad episcopum & eius capitulum spectabat collatio, siue cõiunctim, siue diuisim, tunc vno negligente ad alterum deuoluitur collatio.per d.c.2.de conces.præb.vbi Panor.& c.vno.ne sede vacant.in 6. *Deuolutio quãdo fiat de episcopo ad capitulum vel e contrario.*

22 Nisi in deuolutis ad episcopum,quæ post episcopi negligentiam ad Capitulum non deuoluuntur:quia in illis non est ista cõmunio inter episcopum & Capitulum,ideo deuoluentur ad superiorem episcopi.arg.c.ne pro defectu,in fi.de elect.Innocen.& Panor.in d.c.Cùm in cunctis.in fi.gl.in §.item circa.in vers.Visum,in verb.Legatorum, de colla.in prag.Ioan.Francis.in tract.de offi.& potestate c.sede vacan.in 2.q.partis.2.Aufrer.decis.434.

23 Hodie ex consuetudine generali totius Regni, quia parua est communio inter episcopum & suũ Capitulum,sed frequentiùs rixæ & controuersiæ: quando collatio spectat ad episcopum & Capitulum,vel archiepiscopum, deuoluitur collatio non ad Capitulum,sed ad Archiepiscopum, & ab archiepiscopo ad alium superiorem.Imol.in clem.Si de beneficio.q.2.de præben. per cap.licet.vbi dicit deuolui de archiepiscopo ad Papam, non autem ad Patriarcham.

24 Limitatur in Patriarcha Lugdunens.ad quem ab archiepiscopis fit deuolutio, & semper est sic solitus conferre de consuetudine generali regni Franciæ: sed si collatio spectet ad solum Capitulum, tunc deuolutio fiet ad episcopum. d.c.2.vbi doct.vel ad archiepiscopum, si sit Capitulum Ecclesiæ

clesiæ archiepiscopalis: & nisi sit contraria consuetudo: vt in Ecclesia Carnoten.

De inferiore ad episcopum fit deuolutio.

25 Tertia conclusio, quando collatio ad inferiores spectat, tunc deuolutio fit ad episcopum, nisi consuetudo, vel priuilegium sit in contrarium: vt in exemptis, cle. vna. de supplen. neglig. prælat. vbi Cardinal. & in cle. si de beneficio, de præb. & tunc fit deuolutio ad episcopum loci, vbi situm est beneficium. glo. & doct. in cle. vna, in verb. locorum. de supplen. negli. prælat.

26 Nisi inferior aliquid haberet facere, vt si Capitulum præsentaret, & Abbas institueret, tunc ad instituendum fiet deuolutio. gl. in verb. dispositionem, in d. cle. vna. de Rota decis. 278. in antiq. nam dicit Panor. in ca. 1. col. pen. de elect. quòd patrono negligente, seu mortuo sine hærede, ius prouidēdi deuoluitur ad illum, qui potest instituere, per d. gl.

Post tēpus sex mensiū non valet collatio.

27 Quintò elapso tempore cōferendi non poterit ampliùs episcopus conferre purgando moram, vel aliàs. Et idem in alio collatore, quia ipso iure deuolutio facta est: ideo non valet collatio, etiam si primo die post sex menses cōtulisset. gl. & doct. in c. 2. de concess. præb. Cardina. in cle. si de beneficio, in 1. not. de præb. licèt aliàs possit quis moram purgare: vt probatur in c. Potuit, ibi, Celeri satisfactione, de locato. & in l. & si post tres. ff. si quis cautio. ac in l. si insulam, de verb. oblig.

28 Tum quia tempus præfixum ad cōferendum censetur esse de forma; nam vbi tempus in constitutione apponitur, censetur appositum pro forma text. in authen. Quæ supplicatio. vbi Bald. & Salic. C. de precib. Imperat. offer. facit l. scire oportet. §. consequens. ff. de adminiſt. tut.

29 Maximè tempus est de forma, quando adiicitur clausula, quòd post tempus quis non audiatur: vt consuluit Rom. cons. 23. nescio quid dubitationis. in fi. & cons. 66. vir eximie. ideo collatio facta etiam extra statuta tempora non valet, quia forma nō est seruata: vt docet Albert. Brunus in tract. de forma & solennita. actus Rubr. quando aliquid censeatur traditum pro forma in 16. conclus. scripsi in tractat. nomi. q. 14. etiam si archiepiscopus non conferat, non poterit sustineri collatio post sex menses per prædicta.

30 Limita nisi archiepiscopus concederet eidem episcopo aliquod tēpus, vtpote duos menses post sex menses. tunc poterit conferre iure archiepiscopi, non suo, cùm iam sit exclusus: vt no. in c. Vintonien. de elect. hoc etiam nominatim docet Alberi. in l. si cùm dies. in fi. princ. ff. de arbitr. per illū text.

31 Item episcopus adhuc post deuolutionem vnire beneficium poterit: teste Feder. consi. 111. quæstio talis, colum. 3, quia diuersum est ius vniendi & conferendi: quod vocabulorum diuersitas ostendit. l. si idem. C. de codicil. & hoc firmabo infrà, in mater. vnio.

Collatio ante deuolutionē non valet.

32 Sextò collatio facta ante deuolutionem non valet, quia antea collator nullam conferendi potestatem habebat in illo beneficio nō douoluto, nec conualescit, si primus non conferat, nisi de nouo conferatur post tempus. doct. in ca. 2. de præb. in 6. Felin. & alij in c. cùm ex officij, de præscrip. Boër. in decis. Burdeg. q. 70. quæritur. Scripsi in tract. nominatio. q. 17. nu. 12. quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui nō potest de iure donare. c. quod autem. in fi. de iure patrona. nec ista collatio coloratum præbet titulum quia omnino est nulla: doct. in c. cum nostris, de concess. præb. & Panor. in ca. 2. ne sede vacan.

Sex mē[ses] breuiari possunt [à su]periore.

33 Septimò poterit episcopus ex caussa assignare terminum collatori, seu electoribus, intra quē habeant prouidere de ministris: alioqui si non prouiderint, poterit episcopus conferre. argu. c. irrefragabili. §. excessus, & c. quanto. & c. ad reprimendā. de offi. ordi. Panorm. in ca. Cùm ecclesia, in gloss. 1. de electio.

34 Sed non poterit terminum iuris auferre, cùm indultum à iure beneficium nemini sit auferendū. reg. indultum, de reg. iur. in 6. sed prædicta locum habent in quibus non est terminus præfixus.

Termi[nus] sex mē[sium] datur a[b ac]ceptatione facta.

35 Octauò si collatio non fuerit sortita effectum, vt quia is noluit acceptare, vel post consensum in-ri suo renunciauit. Tunc idem collator conferre poterit alteri, & terminus nouus datur, ac si de nouo vacasset, per c. si electio. de elect. in 6. Panor. in c. cùm Vintonien. illo tit. num. 13. decis. Rotæ. 283. & decis. 882. in antiq. & decis. 1. de iurepatro.

Ab exēpt[o] ad Papā [de]uolutio f[it].

36 Nonò si episcopus sit exemptus, ab eo deuolutio ad Rom. Pontificem fiet, per c. licet. & c. sicut. de supplend. neglig. prælat. Roman. cons. 361. in casu scripsi. in §. si quis verò. in verb. Ad alium. de colla. in concord.

37 Ab exemptis regularibus ad episcopum deuoluetur, qui autoritate Apostolica conferet. c. cū singula, de præb. in 6. cle. vna. de suppl. negl. prælat. nec poterit tunc legatus conferre: quia specialiter data est potestas episcopo, & vnius actus, ob id data potestas legato non derogat isti speciali. c. Pastoralis. in fi. de rescrip. c. Dudum. & cap. Quamuis. de præben. in 6. facit l. si hominē, ff. manda. nisi expressa fuerit data illi potestas.

38 Nec quidem legatus poterit ratione concursus cōferre beneficia, quæ deuoluūtur ex alia prouincia, quæ non est suæ legationis, licet deuoluantur ad Archiepiscopum suæ prouinciæ, vt de episcopo Viuarien. ad Archiepiscopum Viennen. tūc legatus Auenionen. intra sex menses non conferet, quia non concurrit in his deuolutis, licet in aliis secus. c. 2. de offi. leg. in 6. glo. in verb. legatorum. §. visum. de colla. in pragma. & Io. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 66. nisi data ei esset specialis potestas à Papa ista etiam beneficia conferendi, vt fieri solet.

Deuolu[tio] fit ad E[pi]scopū [in] quo b[e]neficiū [situm] est.

39 Decimò is episcopus conferet, in cuius diœcesi sita sunt beneficia, ideo si Abbas sancti Germani sit negligens ad conferendum beneficium situm Aureliæ, deuoluetur collatio ad episcopum Aurelianen. per gloss. in cle. vna, in verb. locorum, de supplen. negli. præl. scripsi in §. Si quis verò. in verb. deuolutio, de colla. in concord. & hoc est notandum. facit l. si prædium. C. de prædiis minor. quia omnes basilicæ conferendæ sunt ab eo episcopo, in cuius territorio sunt. c. Regenda, & c. nouerint. 1. q. 1. c. omnes Basilicæ. 16. q. 7.

40 Vndeci

Deuolutio fit cum prima qualitate & regula.

40 Vndecimò, deuolutio fit cum qualitatibus & personis, quæ in prima erant collatione, per tex. in cle. vna. de supplen. neg. prælat. quia res trāsit cum sua caussa. l. alienatio. ff. de contrah. empt. l. traditio. de acquir. rer. domi. Et ille qui substituit furioso, debet substituere illas personas, quas furiosus, si sapiēs esset instituisset, l. humanitatis. C. de impub. & subrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. facit. l. 1. ff. de solut.

41 Vnde si episcopus conferre debebat nominato, ita tenebitur Archiepiscopus, ad quem ius deuolutum erit: alioqui collatio non valebit. §. si quis verò, vbi dixi, de colla. in concord.

42 Idem si quis debebat conferre alicui de genere fundatoris, vt is ad quem deuolutio facta est teneatur sic conferre, per d. cle. vnam.

Tempus cōferendi officia regia nō est taxatū.

43 Duodecimò, quamuis in beneficiis sit præstitutum conferendi tempus: vt in d. c. 2. de concess. præb. & superiùs dixi, tamen in officiis Regiis non, vt videtur innuere glos. in c. ad Apostolicæ. in fi. de re iudic. in 6. licet iura disponentia de beneficiis, regulariter trahantur ad officia secularia: vt sentit Bart. in l. 2. §. data. ff. de optio. leg. & Lucas de Penna in l. annonas. C. de eroga. militar. annonę. lib. 12. & expressè Io. Lupus in repet. cap. per vestras, in princ. nu. 6. De donatio. inter vir. & vxor. etiam iura loquentia in officiis trahuntur ad beneficia, si in illis eadem sit ratio, & nisi contrarium inueniatur statutum.

In collatione iure deuoluto derogatur à Papa fundationi.

44 Decimotertiò notandum est, ꝙ Curia Rom. seruat in his deuolutis, vt soleat derogare fundationi beneficiorū, etiamsi in illa caueatur expressè, ꝙ obtinens tale beneficium teneatur in illo personaliter residere, & esse sacerdos, vel ad sacerdotiū intra annum promoueri, ac quòd cum illo nō possit aliud obtinere.

45 Secus quando petitur fundationis derogatio quo ad omnes eius partes, etiam non expressas, vel exprimendas, quia illa non datur: possunt enim esse tales, quibus Papa non derogaret: vt scribit Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de modo & forma impetrandi, vers. vlt. non omitto vnum, &c.

Papa tribus modis beneficia cōfert, primo per præuentionē.

46 Decimoquartò addendum est, ꝙ Papa semper conferre beneficiū vacans, & maximè tribus modis poterit, primò iure præuentionis. c. dudum de præben. in 6. dixi in §. declarantes, de mandat. Apostol. in concord. quæ præuentio fuit illi tantū reseruata in beneficiis qualificatorum: sed in aliis nihil immutatum inuenio in Francia, nisi in rubr. de nominatio. Reg. in episcopatibus, Abbatiis, & Archiepiscopatibus, ac in prioratibus: ideo cōferre semper potest, prout iura statuunt.

Conferre beneficia p concursum Papa potest ac legatus.

47 Secundò Papa etiam confert concurrendo cum aliis collatoribus præter desidiam illorum, text. in c. quia. vbi Panor. not. 5. de concess. præben. vnde si Papa velit conferre, potest semper conferre ratione illius concursus, quia concurrit cum quolibet ordinario in potestate, & iurisdictione. c. si eo tempore, vbi Io. Mona. de electio. in 6. & d. c. quia. est enim ipse ordinarius totius orbis. c. cūcta. 9. q. 3.

48 Nam quamuis potestatem ordinariis dederit, maiorem tamen sibi retinuit. ca. dudum. de præb. in 6. ideo bonum esset in bullis exprimere, quia si conferret tantū iure deuolutionis, non posset conferre ante tempus elapsum, sed ratione concursus semper potest: vnde multæ clausulæ solent in bulla apponi, & illa clauf. vel aliàs quouismodo vacet, hoc significare potest.

49 Et notandum est, ꝙ vbicunque aliquis collator potest conferre beneficium iure ordinario, vel deuoluto, poterit & Papa illud conferre ratione concursus, quem habet cum quolibet ratione superioritatis. d. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & hunc concursum Legato à latere Papa, vel iura concedere solent. c. si à sede. vbi doct. de præb. in 6. multò magis sibi retinet, cum nusquam tantam censeatur dare potestatem, quin maiorem semper retineat. d. c. Dudum. de præb. in 6. scripsi in §. si quis vero. in glo. vlti. de colla. in concord.

50 Et quando beneficiū est sub patronatu laicorum, Papa non intendit cōferre nisi apponat illam clausulā, ꝙ tanto tempore vacauit, ꝙ eius collatio est ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta: vt est constitutum in regula Pauli 3. cancel. 40. & tūc non derogatur iuripatronatus laicorum, sed de illo iure debet fieri mentio, teste Domin. cons. 50. quæritur an episcopus. Sequitur Staphil. in tract. de lit. gratiæ, fol. 57. vers. hinc est quòd in prouisionibus, scripsi sup. in tracta. signaturæ.

51 Tertiò Papa etiā confert iure deuoluto, vt hîc: & in c. cùm nostris. & c. literas. de cōces. præb. quāuis episcopi & alij superiores iure suo, & pleno iure ac deuoluto conferant, non tamē iure concursus, nisi Papa & legatus à latere ex concessione. d. c. si à sede. de præb. in 6. c. 2. de offic. lega. in 6.

Iure deuoluto à Papa prouidetur beneficiis.

52 Decimoquintò si episcopus iure deuoluto cōferat, cùm non ita vacaret: sed præfatus episcopus iure quidem ordinario conferre poterat, non valebit talis collatio, per text. in c. ex parte. in fi. de conces. præb. quia quod noluit, potuit, & quod voluit, adimplere nequiuit: cap. cùm super. de offic. dele. l. multum. C. si quis alteri vel sibi.

Collatio facta iure deuoluto cum non sit, non valet.

53 Sic dixi in episcopo, qui in mensibus graduatorum contulit alicui tanquàm graduato, qui tamen non erat, licet potuisset: & valuisset collatio si dixisset tanquàm idoneo: tamen non valebit collatio postquàm iste non est graduatus, quia illi tanquam graduato facta fuit, quia non erat illius qualitatis. §. teneantur, in gl. alteri, de colla. in concor. facit quod plenè scribit Roman. cons. 496. primus. & Io. de Selua, in tract. de benefic. in 3. part. q. 41.

Prouisio facta alicui tanquā graduato, qui non est, non valet.

54 Decimosextò fit deuolutio de patronis ad episcopum, vel alium habentem instituere, gl. sing. in clem. vna. in verbo dispositionem, de supplend. neglig. prælator. & si duo præsentauerint indignū, & vnus dignum, non remansit ius in illo solo, licet in electionibus secus: ca. bonæ. & c. in Genesi, de elect. nam quando electio fit, illa competit eligentibus vt vniuersis, sed præsentatio vt singulis ca. 1. & 2. de iurepatro.

De patronis ad quē deuolutio fiat.

55 Ideo non potest remanere apud duos, vel minorem partem sicut electio, videte tamen Panor. & alios in d. c. 3. & Paul. de citad. in tracta. de iure

patro.in 6.part.q.28.& in 13.part.quia non videtur ratio diuersitatis inter istos.

56 Decimoseptimò si patronus præsentauerit ei, cui non debebat per ignorantiam: & posteà is possederit beneficium, quod permutauit cum alio accedente autoritate Episcopi, an valeat huiusmodi permutatio: quia videtur deuolutum ius ad Papam ex eo, ꝙ patronus non præsentauit ei cui debebat. Contrarium tamen docet Lapus allega.95. quædã ecclesia, eò scilicet quòd patronus tunc dicitur negligens, ideo nec fit deuolutio, per cap.2.& c.quia. de concess.præb. suprà dixi.

57 Decimooctauò quamuis apud iurium interpretes sit controuersum an capitulum sede vacãte fungatur vice episcopi generaliter, vel in casibus à iure tantum expresis. Et Panor.& alij in cap.2. per illum text. dicunt Capitulum non succedere in ius episcopi, nisi in casibus à iure expresis, ponderando text. ibi, cùm nusquam inueniatur: sed ille text. loquitur in collationibus, secus in aliis, vt inferiùs dicetur.

Regula affirmatiua ꝙ cap. sede vacãte fungitur vice episcopi.

58 Ego autẽ putarẽ statuendã regulam affirmatiuam, videlicet ꝙ Capitulũ fungatur vice episcopi tam in spiritualibus, quàm in temporalibus c.pen. & vlt.de supplen.neglig. præla.lib.6. & c.is cui. de elec.in 6.maximè in his quæ spectãt ad iurisdictionem episcopi, etiã in omnibus necessariis capitulũ in locũ episcopi succedit, & est necessarius administrator.gl.in verb. Capituli.cle.1.§.1.de hæretic.

59 Vnde omnia quæ ad merum & mistũ pertinẽt imperiũ(paucis exceptis) administrare potest l.2. C.de offic.eius qui vicem alterius gerit. ca.ad abolendam.de hæretic. Nam postquã in spiritualibus & temporalibus ministrat capitulũ, ergo generaliter: quia vicarius generalis dicitur, qui in temporalibus & spiritualibus est creatus. c.fi.de offic.vicar. lib.6.dixi suprà in materia vicariorũ: hoc etiã probatur in d.c.2.ne sede vacan.sumendo à contrario: nam ibi dicit, nusquam inueniri iure cautũ, quòd episcopus vice capituli in collationibus beneficiorum fungatur: ergo in aliis inuenitur, & hoc etiã sequitur Federic.consil.30. ad capitulum. col.2.& Io.Fran.in tract.de offic.& potesta. ca.sede vacan. in 1.q.1.partis.

60 Speciale est in collegio Cardinalium, vt certos casus mortuo Papa pertractare posit, cle.Ne Romani, de elect.ergo in episcopo, & suo capitulo ius est contrarium.

61 Item quando episcopus à Paganis est captus, Capitulum in spiritualibus & temporalibus nullis exceptis administrat, sicut si per mortem vacaret. c.pen.& vlt.de supplen.negligen.prælat.lib.6. ergo per mortem sede vacante capitulum generaliter administrat, tam in spiritualibus quàm in temporalibus, nisi exceptum fuerit: quia in permisis omnia concessa censentur, quæ non sunt prohibita.c. inter.de transla.episcopi.

Vicarius & officialis à cap. sede vacante creari possunt.

62 Vnde sede vacante poterit capitulum constituere vicarium in spiritualibus & temporalibus, qui ista administret, alioqui si perperam & negligenter administret, poterit creari visitator.c.vlt.de supplen.neglig.præla.lib.6.& officiũ eius cõscribit Io.Fran.in d.tract.de offic.in q.vlt.secundæ partis.

Officiarij & officialis [...] sede va[...]se.

63 Et iste vicarius & officialis capituli poterit suspendere, excommunicare, interdicere, priuare, & absoluere. c.his quæ.in fi.de maior.& obedien. ca. vno.illo tit.lib.6.poterit ergo capitulũ creare pœnitentiariũ, qui absoluat in casibus etiam episcopo reseruatis.Panor.in d.c.his quæ, de maior.& obed. Io.de Selua in tract.de benefic.in 2.part.q.11. gloss. & docto.in c.2.de pœnit.& remiss.Io.Franc.vbi suprà, q.6.partis secundæ, tract.de offic.

64 Poterit etiã hic vicarius dispẽsare in casu necessario, & cũ caussa.vt cũ scholastico causa studij poterit dispẽsare de non promouẽdo ad septenniũ suscepto subdiaconatu, c.cũ ex eo.de elect.in 6.Federic.dicto cons.30.an capitulũ.Io.Franc.q.5.partis 1.vbi suprà. dispensare tamen super defectu natalium nõ potest, nec in casibus in quibus episcopus non posset.Felin.in d.ca.Cùm olim.q.8. de maior. Petrus Paris.cons.96.pro Lupo. col.pen.nu.25.col. 4.& cons.136.stante defectu.col.1.ibidem.

65 Poterit quoque visitare episcopo mortuo, vt crimina corrigãtur.Panor.in c.cùm olim.de maio. & obed.quãuis gl.in d.cle.1.dubitet, dicẽs indigere declaratione superioris: itidẽ cõgruam portionem assignare: vt per glo.in verb.diœcesani.cle.1.de iurepatro.scripsi in tract.de congr.portio.q.7.

Quæ [...] possit [...] re capit[...] sede va[...]te.

66 Limitatur non procedere in his quæ sunt ordinis, quæ non potest vicarius per se tractare, sed poterit conuocare episcopum vicinum, qui ordines conferat cum cautelæ studio, id est præstabit cautionem episcopus, quòd ex hoc nullum ius sibi, nec possessionem acquiret.facit c.Suffraganeis, de elect.c.Pontifices.7.q.1.

67 Dat etiam literas dimissorias Capitulum. ca. cùm nullus.§.episcopo.de tempor.ordinatio.lib.6. episcopos facit cõsecrari, & clericos ordinari.dicit Federic.d.cons.30.col.2.d.c.is cui.de elect.in 6.

68 Secundò non procedit in his, quæ competunt episcopo iure delegato, vel ex priuilegio singulari, tunc Capitulum sede vacante nõ fungetur vice illius. gl.& do.in cle.1.in verb. Capituli. de hæretic. c.fi.de priuileg.lib.6.quam sententiam probat Feder.d.cons.30.col.2.& Panor.in c.cùm olim.vers.5. de maior.quia in his nullam cõmunionem habent canonici cum Episcopo: & priuilegium personale non egreditur personam.reg.priuilegium, de reg. iur.in 6.c.sanè.de priuil.lib.6.

Capitulũ [...] creare li[...]tiatos [...] scopo d[...] functo p[...]sit.

69 Et sic Capitulo nõ competet potestas creandi licentiatos, vel doctores, si iure speciali episcopus hoc priuilegium habebat, secus si iure communi, vt tanquam episcopus.Panor.in c.cum olim. in fi. de maior.& obedi.& in dubio videtur competere tanquã episcopo.& sic ad Capitulũ spectabit, vt in Episcopo Montispessulani patet.gl.vlt.in cle.fi.de magist.dicit ꝙ vbi nõ apparet, episcopus cum Capitulo hoc faceret, ergo vacante sede ad Capitulũ deuoluetur: non tenetur tamen episcopus requirere in his Capituli consensum vel consilium, teste Panor.in c.cum Apostolica.in fi.de his quæ fiunt à præla.Feli.in c.verum.col.1.de iudic.

Nõ conf[...] capitulũ [...] de vacant[...] nec præse[...]tat.

70 Item capitulum non potest conferre.ca.illa.ne sede vacan.nec præsentare Ioã.And.in d.c.vno.de maior.

maior.Cardi.in c.presbyteri, col.vlti.24.dist.quia verbũ collationis cõprehendit præsentationẽ. glo. in cle.vna,de rerũ permu.& quia præsentatio est in fructu,sicut collatio.gl.in c.cũ olim,de maioritate.

71 Etiam non potest conferre, quamuis collatio spectet ad episcopũ cũ consilio & assensu capituli, per text.in d.c.vno.§.cum verò,ne sede vacan.in 6.

Archiepiscopus beneficia episcopi mortui non cõfert.

72 Nec etiã Archiepiscopus vacante sede potest conferre beneficia ad collationem episcopi spectantia,sicut nec episcopo capto.c.pe.de sup.negl. præla.lib.6.facit c,Pastoralis.de offi.ordi.vbi in casibus à iure expresis Archiepiscopus habet potestatem:sed iste casus non inuenitur expressus,ergo non potest,sicut etiã nec vnire potest:vt not.doct. in c.1.ne sede vacant.gl. in cle.fi.de reb.eccles.non alien. Et in casu negligentiæ potest conferre Archiepiscopus.ca.2.de concess.præb. sed episcopus mortuus non potest dici negligens.d.c.2.in fi.ergo Archiepiscopus sede vacante conferre non poterit:quamuis glo.videatur innuere contrarium, in d.c.presbyteri.24.dist. & dicitur sedes vacare donec Episcopus nouus adeptus fuerit possessionem, teste Hosti.in ca.olim.1.de restit.spol.refert Felin. consi.40.Pisani. col.2.

73 Ad hæc non poterit conferre etiam hospitale in titulum, quia loco beneficij habetur. cle.Quia contingit,de religios.domi. clem.2.de præbendis. secus quando ad nutum daretur: vt docet Ioan.de Selua,in tractat.de benefi.in 2.parte, q.11.circa fin. Et vt breuiùs dicam, non poterit conferre beneficia nec maiora,nec minora,regularia, nec secularia,multò minùs dignitates, cùm beneficiorũ nomine hæ etiam veniant, clementina Auditor, vbi glos.de rescript.c.1.de regu.iuris,in sexto.

74 Quod primò sublimita non procedere, quãdo collatio spectaret ad Episcopum & capitulum simul,tunc Episcopo mortuo, vel excõmunicato posset capitulum conferre.ca.vno, ne sede vacan. lib.6.c.fin.de regu.lib.6.siue Episcopus in collatione esset tanquàm Episcopus,& sic primus in capitulo,siue tanquam canonicus, vt secundum ordinem receptionis; nam vtroque casu mortuo Episcopo capitulum cõferre.c.à collatione,de appell. lib.6.Panor.& alij in c.fi.de concess.præb.

75 Diuersum est si cũ episcopo alius cõferat. Panor.in c.cũ olim,de maior.tũ quia hic casus nõ reperitur à iure expressus, & ratione cõmunionis in primo casu permittitur,vt multa alia,in l.si cõmunem.ff.quemadmodũ seruit.amittant.Alex.& Ias. in l.sed si plures.§.filio,ff.de vulgar.doct.in ca.1.de iudi.& in c.de quarta,de præscri.Bauer.in §.testes, col.7.de testa.in inst.quæ cõmunio nõ est quando Episcopus cõfert cũ alio,facit. §.fi.de donat.in institu.& l.1.de vendit.rerũ fis.cũ priua.cõmu. lib.10.

76 Idem si spectaret ad capitulum cum consilio Episcopi, tunc eo mortuo capitulum conferre etiam poterit non expectato Episcopi consilio.d. cap.vno,in fi.ne sede vacan.in 6.

Cõmendare ad sex menses capitulum potest.

77 Secundò potest capitulum sede vacante commendare beneficium ad sex menses, vel ad breuius tempus,maximè beneficium habens onus annexum,per ca.Significatum, de præbend.Innoc.& Pano.in d.c.illa.2.Ne sede vacan.Panor.& alij in c. bonæ. de appella.Anchara.in ca.vno, de maior.& obedien.lib.6.de Montelaud.in c.1.de instit. lib.7.

78 Tamen si superior intra sex menses non prouiderit,vel si nõ esset adhuc aliquis Episcopus,poterit adhuc illi continuare cõmendam, donec superior prouiderit:vt docet Ioan.Francis.in tract.de officio & potesta.c.sede vacan.q.3.partis 2.& quia hoc fit ex necessitate,vt ecclesiæ deseruiatur:vnde per hoc limitabitur capitul. Nemo deinceps, de electione lib.6.vt instante necessitate possit parrochialis ecclesia commendari vltra sex menses.necessitas enim facit licitum,quod aliàs esset illicitũ:ca. si quis propter,de furt.l.1.ff.de offi.consul.l.2.§.1.& ibi glo.ff.ad leg.Rhodiam,de iactu.

Episcopus durãte cõmenda conferre potest.

79 Per hanc tamen commendam non præiudicabitur Episcopo, quia ipse poterit conferre illud beneficium etiam inuito eo, cui fuit commendatum,& eo etiam non vocato.arg. ca.si verò, & ibi glo.de iurepatrona. vt docet Præpos.in d.ca.presbyteri,col.vlt.24.dist.quod facere non posset post collationem, tum quia collationes beneficiorum perpetuò fiunt, nec ab illis debet possidens amoueri sine magna caussa. ca.satis peruersum.56. dist. Tum etiam quia cõmendatarius est tanquàm custos fructuum beneficij, & reuocato deposito depositarius desinit habere ius retinendi.l.1.& per totum,ff.depositi.gl.in d.c.nemo. Et quia hæc commenda fit ex necessitate, vt deseruiatur ecclesiæ, & vt nullum interim patiatur dispendium: & ne fructus beneficij pereant,vnde in his necessariis succedit capitulum sede vacante: vt inferiùs dicetur. vide Paris.consi.90.circa,in 4.vol.

80 Prætereà potest Capitulum sede vacante œconomum præficere ecclesiæ, vt iura illius regat, & administret,ca.cùm vos, de offi.ordina. hoc enim pertinet ad Episcopum ratione vniuersalis iurisdictionis Episcopalis, in qua succedit capitulum sede vacante,gl.& doct.in d.c.vno,per illum text. de maiori,lib.6.

81 Non poterit tamen capitulum cõmendare ecclesiam parrochialem nisi sacerdoti, & in legitima ætate cõstituto, quia hoc prohibetur omnibus, in d.cap.Nemo,de elect.in 6. & non censetur habere maiorem potestatem capitulum, quàm Episcopus haberet, si viueret. Nec substitutus in locum alterius maiore præditus erit præeminentia, & potestate,quàm is cuius vices gerit.l.sed si hac. §.fi.vbi Ias.ff.de in ius vocan.

82 Cõmendare tamen perpetuò non posset, quia per hoc præiudicaretur Episcopo,sicut in collatione quam non potest capitulum facere, d.ca.illa.& Ioan.Franc.in tracta.de offi.& potesta.cap.sede vacan.3.q.secundæ partis.

Cõmẽdare regulare seculari nõ potest capitulum.

83 Sed poterit capitulum commendare regulare seculari & econtrà:vt asserit Petrus de Peru.in c.si constiterit,de accu,prout refert Præpo.in ca.presbyteri, col.vlt.24.distin. sed pace eorum dixerim, hoc non est verũ; quia hoc prohibetur Episcopo, videlicet sic conferre & committere.in clem.vna, de supplen.neglig.prælat.quia solus Papa cõmendat regularia secularibus,& secularia regularibus:

c.cum singula.de præb.lib.6. Sed Capitulum non est maius episcopo,cùm succedat in episcopi locũ. Ergo regularia quidem regularibus commendare posset,& secularia secularibus,non econtrario.

Papæ prouisio post cõmendam an valeat.

84 Tertiò Papa etiam poterit durante hac commenda à Capitulo facta,& de ea mentione habita, prouidere de hoc beneficio, aliàs si nõ faceret mẽtionem commendæ,subreptitia esset Papæ prouisio.glo.& doct. in d.cap.Nemo.& Ioan.Fran.in d. tract.in 3.q.2.partis,col.2. quia non vacat durante cõmenda:ideo Papa nõ videtur cõtulisse, nisi eam expresserit,teste Cald.cons.6.de præb.& consi.30.

85 Limita in collatione necessaria, quã capitulũ sede vacãte facere potest, vnde mãdatario cõferre licebit,& nominatis,ac graduatis.Panor.& alij in d.c,illa,ne sede vacã.scripsi in tra.nomi.q.8. nu.30.

86 In his etenim quæ sunt necessaria lex indulget capitulo,vt ministret,ca.1.de instit.lib.6.l.de pupillo,§.si quis riuos,ff.de noui oper.nũcia.& vbi imminet periculum & præiudicium, quod pertinet ad iurisdictionem episcopalem, capitulum succedit vacante sede:vt not.gl.in cle.1.de hæret. Panor. in c.is qui,in fin.de maior.ne ex defectu superioris possit periculum generari,vt ibi.

Instituere potest capitulum sede vacante.

87 Quartò fallit in institutionẽ:potest enim capitulum vacãte sede instituere præsentatos à patronis,c.1.& 2.de instit.lib.6.quia hoc necessariò agit, postquàm facta est præsentatio;sed præsentatio est actus voluntarius,gloss.& doct.in d.ca.1.& Paul.de Cita.in tract.iurispa.in 6.parte,q.33.& seq.art.3.

Confirmare potest capitulũ sede vacante.

88 Quintò confirmare electos non prohibetur: ca.cùm olim,de maiorit.quia confirmare est iurisdictionis episcopalis in qua iurisdictione capitulũ succedit:sed conferre est donare, collatio donatio dicitur,in c.relatum, de præb.c.vno. vt eccles.benefi.& donare quis non potest sine mandato, ca.fi. de offic.vicar. lib.6.

89 Et minus est confirmare,quàm conferre: quia electus habet ius,ex electione,cap.fin.de elect.in 6. sed is cui confertur,nullum ius habebat ante collationem: & quia conferre non est iurisdictionis episcopalis,sed est cuiusdam facultatis extrinsecæ: vt not.Ioan.Andr.in cap.quamquàm, de elect.in 6. post Innoc.in d.c.illa.

90 Confirmans vtitur iurisditione,conferens autem donare videtur: quod non potest facere capitulum sede vacãte,sed debet reseruare fructus futuro successori,c.quia sæpe,de elect.lib.6.sed intellige ꝙ confirmare poterit electos in ecclesiis inferioribus,vt Abbates,sed electũ episcopũ cõfirmare non poterit,sed Archiepiscopus, d.c.cùm olim.

91 Si tamen electio alicuius dignitatis spectaret. ad capitulum,& cõfirmatio ad episcopũ vacãte sede,capitulũ eliget & cõfirmabit.gl.& doct. in c.penult.de supplen.neg.prælat.quia duplici iure fungitur.l.si cõsul.ff.de adoptio.scripsi in §.si quis verò,de colla.in concord.in glo.dispositiones.

Beneficia ad episcopũ deuoluta an capitulum conferre possit.

92 Sextò capitulum vacante sede, potest conferre beneficia deuoluta ad episcopum ratione negligẽtiæ,vel delicti inferioris: quia illa deuolutio pertinet ad episcopũ ratione iurisdictionis episcopalis: & quæ deferuntur ea ratione,deuoluũtur sede vacante ad capitulum,cap.cùm olim,de maior.Ioan. Andr.in cap.quamquam,de elect.lib.6.Panor.in c. 2.vlt.not.ne sede vac.vbi dicit hanc deuolutionem fieri fauore beneficij ne diutina sit vacatio,c.quàm sit, de elect. in 6. ergo non debet expectari nouus successor ad conferendum.

93 Panor.tamen in c.cùm olim,col.2.de maio.tenet contrarium:tum quia eadẽ est ratio in his, quæ in aliis.& quia regula est negatiua,in d.c.2.ne sed. va.Nec obest si quis dicat esse necessarium ob diutinam vacationem,quia interim commendare vel œconomum præficere,capitulum poterit: vt superiùs dictum fuit,sed non conferre. Feli. in d.c.cùm olim,& huic sententiæ subscribo post Bal.in ca.ne pro defectu,col.2.de ele.& Io.Fran.in trac.de off.& potestat.in 2.part.q.2.ver.quæro an episcopus,in fi.

Recipere resignationes an capitulũ possit.

94 Septimò non potest capitulum sede vacante, recipere resignationes,& conferre:quia hoc nõ videtur à iure concessum,& hoc videtur probare tex. in c.vno.§.cùm verò,ne sed.vac.in 6. vbi dicit capitulum non debere se intromittere de collationibus ad episcopum spectantibus, ergo nec per resignationem: quia verbũ, intromittere, intelligitur quomodocunque se immiscere de collationibus, ergo nõ poterit conferre vacans per resignationẽ: & quia hoc est proprium episcoporum, c. quæsitũ, de rerum permut.gloss.& doct.in clem.vna, de rerum permutatione.

95 Ego verò sic distinguerem, ꝙ capitulũ nõ potest recipere resignationẽ liberam & simplicẽ, sed resignationem,quæ fit ex caussa permutationis, recipere poterit,quia est necessaria, & cum caussa: sic conciliantur sententiæ contrariæ. & hoc videtur decidere Innoc.& Feli.in d.c.cùm olim:de maior.& Ioan.Francis.in d.tract.q.2.in fi.Bal.in ca.ne pro defectu,de elect.

96 Nec sequitur,potest capitulũ priuare, ergo & recipere resignationes:quia ista diuersa sunt, & separata:& separatorum separata est ratio, l.fin.ff.de calumniat.& instituere potest,sed non conferre:& hoc scilicet permutare est vtile ecclesiis & necessarium,vt personæ, quæ vni loco minùs sunt vtiles,alibi se valeant exercere,d.c.quæsitum, in fi.

97 Vbi glo.dicit,quòd si beneficia sint in eadem ecclesia sine onere,possunt autoritate propria permutari:secus in diuersis ecclesiis. ego vellem semper habere superioris autoritatem, etiam in eiusdem ecclesiæ beneficiis: & hoc est necessarium, quicquid in contrarium iactetur.

Reseruata beneficia post mẽsem an capitulũ conferre possit.

98 Octauò poterit conferre beneficium reseruatum post mensem,sicut vicarius episcopi: c.statutum, de præb. in 6.vt firmat Ioan.Franc.q.8.col.3. partis 1.vbi suprà:quod non putarem verum, quia text.ibi concedit episcopo,& eius vicario, ergo nõ aliis,c.qualis,25.dist.l.cùm prætor.ff.de iud.& quia iure cautum non reperitur, imò reperitur reg.in contrarium,vt suprà dixi:ergo exceptio debet esse scripta,aliàs regulæ stari debet,l.1.ff.de regu.iur. & hoc probat text.in ca.pen.de supp.neg.præla. lib.6. & in d.c.statutum dicitur, quibus Canonicè commissum est:quod non est capitulo.

99 Limita nisi Papa crearet visitatorẽ sede vacãte, eo casu

eo caſu hic poſſet beneficia conferre, quia pleniſſimè videtur creatus, & ad omnia, ca. vlti. in fin. de ſupplen. neg. prælato.

Vnire an poſſit capitulum ſede vacãte. 100 Nonò poterit capitulum ex cauſſa vnire beneficia his caſibus, quibus epiſcopus poſſet, dummodo nihil detrahatur iuri epiſcopali. Card. & Imol. in clemen. 1. de ſtat. monach. Petrus de Peru. in tract. de vnio. eccleſ. cap. 4. & Felin. in cap. cùm olim, in fi. de maior.

Deuolutio præbendarum non fit ad cap. ſede vacãte. 101 Decimò ſede vacante non deuoluetur, ad capitulum collatio præbendarum: nec poterit capitulum illas conferre, c. 2. ne ſede vacan. quia collatio beneficiorum eſt in fructu. glo. in c. cùm olim, de maior. & fructus reſeruandi ſunt futuro ſucceſſori, cap. quia ſæpe, de elect. in 6. clemen. penul. illo tit. ſic & collatio: & quia in his videtur electa induſtria epiſcopi, vt idoneis, cõferat, c. graue, de præb.

102 Adde ꝙ collatio eſt donatio, cap. relatum, de præb. ca. 1. & 2. ne ſede vacan. cap. vno vt eccleſ. benefi. & quis non poteſt ſine ſpeciali mandato donare, c. fin. de offi. vicar. lib. 6. & quia nuſquàm iure cautum reperitur, d. c. illa gloſſ. in cle. 1. in verb. poteſtatis, de electio. & quia donatio alienatio eſt, ca. nulli, de rebus eccle. non alien. quæ non poteſt fieri à capitulo ſede vacan. c. ſi qua, 12. quæſt. 2.

103 Et quamuis d. c. illa 2. loquatur in præbendis, tamen idem eſt in aliis beneficiis, text. in c. vno, §. fin. ne ſede vacan. in 6. vbi dicit in beneficiis, & c. 1. de inſt. ibidem, & per glo. in c. cùm olim. de maior. & obed. Ioan. Franc. in tracta. de offic. q. 1. partis ſecundæ, vbi plenè. Nec quidem poterit capitulum obtinere collationẽ etiã per præſcriptionem, quæ non currit, ſed dormit ſede vacan. c. Ex transmiſſa, de præſcript. Ioan. Franc. in q. 9. partis primæ.

Alienare bona epiſcopatus nõ poteſt capitulũ ſede vacante. 104 Vndecimò alienare bona epiſcopatus nõ poterit capitulum ſede vacante, ſi qua, de rebus, 12. q. 2. glo. & doct. in d. c. 2. & in c. iis quæ, & d. ca. cùm olim, de maior. licèt poſsit capitulum conſentire alienationi, & interponere autoritatem ex legitima cauſſa, ſi inferiores eccleſiæ alienent ex cauſſa, & in his caſibus, quibus epiſcopus poſſet: quia aliud eſt alienare, aliud conſentire: & conſenſus in alienatione non eſt prohibitus, c. ſine exceptione, vbi ſcripſi, 12. q. 2. vide per Io. Fran. q. 8. partis 2. in d. tract. & pleniùs q. 2. & Feder. in tract. permutat. q. 36. hoc teneatis, quicquid doct. dicant in contrariũ. [Etiam non poteſt capitulum ſede vacante diſpẽſare cum ſpurio ad tonſuram, licet epiſcopus poſſit. c. 1. de filiis presbyt. in 6. Felin. in ca. cum olim. in 8. q. de maiori. & obedi. & Paul. Pariſ. conſil. 136. ſtante defectu. col. 1. in 4. vol.]

Impetrans iure deuolu to modũ vacationis declarat. 105 Decimonono impetrans iure deuoluto tenetur declarare modum vacationis, alioqui collatio eidem non ſuffragabitur: vt patet in regu. Can. & ita pronunciauit Senatus anno 1528. die 2. Martij pro Ioanne Blondet, qui hoc requiſierat coram Conſeruatore vniuerſitatis Pariſ. licèt denegaſſet: tamen Senatus recredentiam huic Blondet adiudicauit: vt dixi ſuprà in ſignatura.

Impetrans iure deuoluto per incapacitatẽ ante ſentẽtiã poſſeſſoriam fructus nõ poteſt recipere. 106 Vigeſimò impetrans iure deuoluto per incapacitatem poſſeſſoris, non debet ingredi poſſeſſionem, & fructus recipere ante ſententiam aliquã poſſeſſoriã in hoc Regno, aliàs priuatur iure poſſeſſorio: nec debet ſequeſtrari beneficium impetratum tanquàm vacans per incapacitatem: vt ſtatutum eſt in conſt. Regiis tit. *De la reformation des prouiſions*, arti. 15.

107 Secus ergo erit in aliis impetrantibus, iure deuoluto, aliàs quàm per incapacitatem: quia hic modus eſt odioſus, alij verò modi non, & ſic odia reſtringi debent: l. cùm quidam, ff. de liber. & poſthum. & poſtquàm vnum modum exprimit, tantùm in illo intelligetur, arg. l. cùm prætor, ff. de iudic. & cum his benedictus ſit Deus in ſempiterna ſecula, Amen.

De reſcripto ſi neutri, ſi alteri, & ſi nulli.

Duplici iure conferri poteſt beneficium per viã ſi neutri. 1 Item alio acquiritur modo beneficium, videlicet per reſcriptũ ſi neutri: vt ſi duo litigent ſuper beneficio aliquo, & neutrum videtur ius obtinere in eo, impetrabo illud beneficium à Papa hac lege, vt ſi neuter ius habuerit in beneficio, Papa mihi conferat. Quod duobus modis fieri poteſt. Primo Epiſcopo dirigendo reſcriptum, qui cognoſcit de cauſſa, vel alteri cui Papa mandabit.

2 Quòd ſi per euentum litis huiuſmodi conſtiterit, neutrum dictorum litigantium in dicto beneficio ius habere, & idem beneficium (vt præmittitur) vacare: & tempore datæ præſentium non ſit in eo ius alicui ſpecialiter acquiſitum cùm omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem N. autoritate noſtra conferas, & aſsignare procures, inducens, &c. & Papa olim ſic mandabat conferre.

3 Et vidi dubitari, ſi lata fuerit ſententia contra quẽdam, à qua ille appellauit, an poſsit hoc reſcriptum impetrare, & dirigere iudici appellationis, quia adhuc non eſt iudex? Reſpon. poſſe, cum iſta clauſula, Cùm autem ſicut eadem, &c. Idem N. ſi à dicta ſententia infra tempus ab ea appellandi exiſtens, appellare proponat, & à nonnullis aſſeratur neutri dictorum, &c. ius competere illos, &c. mandamus, quatenus ſi dictum N. à ſententia ipſa appellare, & cauſſam appellationis huiuſmodi tibi committi contigerit, ac per euentum litis huiuſmodi conſtiterit neutri, &c. conferas, &c.

4 Secundò Papa interdum non mandat conferri, ſed confert, ſi neutri litigantium ſit ius quæſitum: & hoc eſt tutius: & iſte poſteà petit in iudicio recipi in partem, & recipitur: & ſic ſeruatur in Frãcia.

Si alteri impetratur à collitigãte. 5 Differentiæ nunc ſtatuendæ ſunt inter hæc reſcripta. Primò datur alteri, ſi duo litigant, alter litigantium impetrat illud beneficium, ſi alteri ius quæſitum non ſit: & ſic hoc reſcriptum cõſeruandi etiam vim habet.

6 Item ſi ille, qui nullũ ius habebat, fecerit committere cauſſam contra intruſum, & poſteà impetret gratiam, ſi alteri, fatendo ſe nullum ius habere, an ſit ei cõcedenda hæc gratia, ſi alteri ius non competat, quòd iſti impetranti prouideatur: & vidi impetrari, & obtineri: tamen quia doloſè videtur intraſſe litem, & nullum ius à principio habuiſſe, ſed quia fatetur hoc, ideo valebit prouiſio illi facta de ſtylo curiæ Romanæ.

Ius colliti-gantis quo-modo impe trari pos-sit.

7 Item gratia si neutri, vel si alteri, potest impetrari, si is qui mecum litigat, nullum ius habeat, nõ ꝙ ego impetrem ius suum, quia dico eum nullum ius habere: sed peto, ꝙ si cõstiterit eum nullum ius habere per euentum litis, ꝙ mihi prouideatur: & ita etiam fieri potest, nec ista sunt contraria: quia licèt anteà concessum mihi fuisset beneficium, tamen quia prius erat alteri fortè concessum, hodie video me ratione primæ concessionis ius non habere, quia non expressi exprimenda, ideo possum impetrare nunc gratiam si alteri.

8 Quòd si aduersarius nullum ius habeat, & hoc constiterit: nunc Papa mihi prouidet, & hoc refertur ad finem caussæ, quo cõstabit alterum ius non habuisse, nec habere: vel etiam potest Papa in initio impetranti prouidere: vt suprà dixi.

9 Item si inter plures est lis super beneficio, quorum vnus velit gratiam, si neutri, impetrare quo ad vnum tantùm, non quo ad alios, an possit? Respon. Sic, quia alius fortè confitebatur se nullum ius habere: ideo gratia dabitur si alteri. sed tutius est exprimere, si neutri fortè si posteà alter nollet confiteri ius se non habere.

Gratia si neutri, an detur tertio non litiganti.

10 Et licet gratia si neutri, vel nulli non debeat dari nisi colligiganti, tamen aliquando datur tertio non litigãti, qui narrabit litem inter duos esse inchoatam. Ita dicit gloss. in regu. cancell. 62. & hoc quotidie fit in Francia.

Tertius impetrat quã do duo super vno beneficio litigãt, si neutri, &c.

11 Item impetratur gratia, si neutri, quando duo super vno beneficio cõtendunt, nullum tamen ius in eo obtinent: tunc tertius impetrat, si neutri ius quæsitum sit.

12 Si tamen ratione alicuius concessionis literis super ea non confectis aliquis obtinuit committi caussam: & processus fuerit factus, demum fuerit impetratum rescriptum. Si neutri, vel nulli, nõ valebit hoc rescriptum: quia nõ potuit esse processus literis non confectis, & sic nec lis: Ideo non potuit, si neutri, vel nulli impetrari: nec solet Cancellaria concedere hoc rescriptum literis gratiæ non confectis, nisi dicatur in commissione, nonostante ꝙ literæ gratiæ non sint confectæ.

13 Sed si committeretur caussa alteri, quàm illi tunc non posset cognoscere de ista caussa ratione rescripti si neutri, quia non est eidem cõmissa, nisi simul alteri committendo caussam Papa committeret, & si neutri faciendo mentionem, quòd alteri iam commiserat

Si nulli inter tres vel plures, si neutri inter duos.

14 Si verò sint tres vel plures nullum ius habentes, nihilominus super vno beneficio contendentes, impetratur rescriptum si nulli sit ius quæsitũ, quòd isti prouideatur à Papa.

Sine lite an ista rescripta impetrentur.

15 Et hæc quoque gratia non habet locum, quando beneficium non erat litigiosum, vel quando lis erat extincta. vt docet glos. in regul. can. 32. Ego vidi etiam impetrari antequàm esset aliqua lis, & quotidie fit: hocque statuit Alexan. 6. in suis regulis sic dicens, Petenti gratiam si neutri, illa datur eidẽ, licèt beneficium non sit litigiosum: sed abbreuiator dabit hanc sibi gratiam, postquàm caussa corã iudice fuerit legitimè introducta.

16 Vel dicitur dummodo literas primæ prouisionis expediat, vt est in reg. Alex. 6. quam non seruamus, cùm sit (vt dicanici dicunt) bursalis: quas regulas, vt exosas, habent Regnicolæ. vide per Staphil. in tracta. de literis iustic. versic. quando aliquis, fol. 167.

Gratia si neutri quando impetretur.

17 Item si essent pares in data, & se impedirent per concursum, vt doct. scribunt in cap. si à sede, de præbend. in 6. & sic nulli esset ius quæsitum: hæc gratia si neutri prodesset. vt consuluit Petr. Paul. Paris. consi. 101. si quærimus, col. 2. in 4. volu. suprà in tract. de signat. scripsi.

Gratificationis clausula impedit concursum.

18 Nisi in gratia alterius esset clausula gratificationis, scilicet quòd Papa in casu concurrentiæ illum gratificat, d. cap. duobus, eo. in 6. sic consuluit idem Petr. Paul. Paris. consi. 117. si quærimus, in 4. volu. per gloss. in c. cùm autem, de iure patro. & gl. in l. si quis, in graui. §. si cùm omnes, ff. de Senat. Syllania. scripsi in tract. de pacific. posses. limita. 17. nu. 300. de hac clausula gratificationis scripsi in signat. gratiæ.

19 Item quãdo alterũ ex istis est subreptitiũ, illud non impedit aliud bonũ rescriptum: quia id quod nullũ est, nõ potest dici primum, vel secũdum, vel æquale, seu concurrens, c. factus, 7. q. 1. & ca. nõ omnes, 2. q. 7. & quod nullum est, non potest impedire aliud, nec effectum producere, c. ex tenore, vbi gl. & doct. de rescript. sic consuluit Domini. Gemin. consi. 11. lite pendente, col. 2.

Ius quæsitum nõ tollitur per gratiam si neutri.

20 Præterea hoc rescriptũ nõ prodest impetrãti, quãdo ius est alicui quæsitũ: ob id solet Papa in literis exprimere dummodo ius alteri nõ sit quæsitum: quod iuri cõforme, in c. quãuis, de rescrip. in 6. c. super eo, de offic. dele. & super hoc extat regula cancel. Pau. 3. 16. Cuius tenor cũ nostra elucidatione subiicietur infrà, nec tollit Papa ius quæsitũ etiã ad rem, teste Aegi. Bella. cons. 34. supposito, vers. ad septimũ dubiũ, & Pet. Paris. cons. 101. si quærimus, in fin. vol. 4. & cons. 117. ibid. nu. 26. cum seq.

21 In gratia, si neutri, si lis sit in curia, datur illa clausula vitæ ac morũ honestas, &c. quia verisimile est, ꝙ cognitus sit is, qui litigat in illo loco, & quòd fuerit ibi præsens: sed quando litigat alibi extra curiam, olim non dabatur illa claus. de stylo curiæ Roma. sed hodie non solet denegari ferè in omnibus gratiis: vt dixi superiùs in bulla.

Post tres sententias victo nõ datur si neutri.

22 Ista gratia si neutri, non datur victo post tres sententias. quia beneficium est adiudicatum alteri: ideoque ius ei competit, & illæ sententiæ debẽt mandari executioni. postquàm pars est exclusa per tres sententias conformes, clemen. 1. de re iud. non poterit ergo victus impetrare nunc de nouo per rescriptum si neutri, quia iam apparet vni ius competere:

23 Sed poterit dari rescriptũ, si alteri collitigantium, videlicet victori ius non competit, eidẽ conferatur: quo casu iste impetrans non poterit ius antiquum deducere, sed nouum tantùm, vtpote hæresim, in quã victor incidit quam nesciebat victus: & si illam probet vel simoniam, valebit impetratio, & ipse obtinebit: aliàs opponetur exceptio rei iudicatæ: vt per totum titulum, ff. de excep. rei iud.

24 In hoc rescripto nõ est facienda mẽtio opposi-

tionis,

Oppositionis non fit mentio in gratia si neutri.

tionis, quia per oppositionem solam non est lis: doct. in clc. si. vt lit. pe. ideo opus est quòd sit lis: nec ista sola oppositio sufficeret, sed sicut in electis & præsentatis quilibet petit admitti, & se opponit, ne pars aduersa admittatur. c. fi. de elect. in 6. & super hoc litigatur, & tunc potest impetrare rescriptum hoc si neutri, sed hodie vt suprà dixi, etiam impetraretur statim post oppositionẽ etiã si nulla sit lis.

25 In hac gratia si neutri, subrogationis, & in nouis prouisionibus cum aduocatione caussæ, & extinctione litis semper iustificatur titulus illius pro quo sumus: & suppletur modus vacationis, & titulus illius, pro quo fit bulla: non autem iustificatur titulus aduersarij.

26 Et si in supplicatione titulus exprimeretur aduersarij omitti debet in bulla, & non scribi: ideo si in signatura exprimeretur præsentatio aduersarij, in bulla debet omitti ex stylo cancellariæ Rom.

Clausula si ne præiudicio quid prõ sit.

27 Notandum quòd interdũ in signatura ponitur clau. fiat sine præiudicio, quomodo intelligatur? Respond. hanc clausulam intelligendam sine præiudicio alio, non expresso: sed si detur facultas construendi capellam & eleemosynas retinendi: poterit is cui concessum est construere, & eas retinere: quamuis Papa dixerit, fiat sine præiudicio, scilicet alio quàm expresso: sed non videtur derogatum iuri rectoris curæ, nec iuri episcopi in aliis: alioqui si in expressis non esset derogatum, nil prodesset Papæ concessio, contra l. quoties. 2. ff. de reb. dub.

28 Item si tertius non litigans cesserit alteri colligitanti, poterit eidem à Papa prouideri per hoc rescriptum Si neutri: nec habebit locum, c. fin. vt lite penden. in 6. sed poterit conscribi quòd de pendẽte lite inter duos talis tertius resignauit.

Post rem iudicatam si neutri, non habet locũ.

29 Post sententiam verò, quæ transiuit in rem iudicatam, non solet impetrari rescriptum si neutri: quia ampliùs non est processus, sed finitus est per sententiã: & istæ literæ super lite fundãtur, nisi quis esset restitutus & penderet processus restitutionis.

30 Vel si appellatum esset à sententia, quia pendente appellatione Si neutri, ritè impetrari poterit, & tam si lis sit super possessorio, quam super petitorio, vtroque casu hæc gratia impetrari solet, non tamen si agatur de crimine ad priuationẽ impetratur hoc rescriptum, nec subrogationis: vt voluit Alex. 6. in tit. de signat. grat.

Præsentatus à maiori parte hoc rescriptum impetrat.

31 Item si duo fuerint præsentati à diuersis patronis, & is, qui à maiori parte est præsentatus, impetrat rescriptum si neutri, in hoc rescripto non debet annulari altera præsentatio à minore parte facta: quia ex eo quod patroni præsentant vt singuli, valet præsentatio cuiuslibet. c. 1. & 2. de iurepatronat. clem. fi. illo ti. suprà dixi in materia deuolutionum, an vt singuli præsentent.

32 Sed in hoc casu non est opus derogatione iurispatronatus, quia oẽs præsentauerunt, & functi sunt officio suo, licèt diuersos præsentauerint: vt suprà in signatura scripsi, in derogatione iurispatronatus.

33 Si in signatura sit, Quòd literæ in forma, si neutri, si nulli, subrogationis, &c. expediri valeat, nulla alia litis mentione facta, bulla poterit expediri in forma si neutri: quia faciendo mentionem de si neutri, vel si nulli, satis exprimebat litem, maximè si in signatura sit [hæc clausula] litigiosum, &c. Cuius litis statum, quæ clausula solet poni: vt superiùs in signatura scripsi.

34 Item si in signatura est, quòd nomina & cognomina colligantium exprimi possint: poterunt exprimi & nomina collitigantis cum aduersario meo, tàm in hoc rescripto, quàm in rescripto subrogationis.

35 Si in signatura dispositiuè beneficium dicatur reseruatum, non est opus apponere clausulam deuolutionis: si verò non dicatur dispositiuè reseruato, sed conditionaliter, quia forsan est reseruatum: tunc deuolutio dispositiuè exprimetur, quia dum est reseruatum, non est deuolutum: quia collatio fuit semper apud Papam.

In gratia si neutri mẽtio fiet prouisionis alteri factæ.

36 Addendum est quòd in hac gratia si neutri, si vnus tacita lite pendente inter duos resignet in curia in fauorem tertij, & illi prouideatur: si posteà collitigans impetret non facta mentione prouisionis illi tertio factæ, literæ tanquam subreptitiæ nõ valebunt: quia Papa non concessisset secundo, si fuisset expressa prima prouisio. cap. cum nostris, de concessio. præb.

Derogationes dantur in gratia si neutri.

37 Et in gratia ista si neutri, dantur omnes derogationes priuilegiorum & indultorum, etiam iurispatronatus laicorum: quia iam patroni consenserant in illa vacatione, Necnon Principum & Regum iurispatronatus derogatur, si anteà semel fuisset derogatum: vt est in reg. Alex. 6. in hoc tit. & titul. de signat. grat. quando patroni præsentassent, vt dictum fuit.

38 Et aduerte lector beneuole, iustum ferè volumen absolueram, dum in lucem prodierunt Commentaria Doc. Gomes. in regulas cancellariæ: quibus visis, ne vel eadem me repetere, vel nimiùm operi meo detrahere contingeret, institui ne repetendo tędio forem, diuturnum hunc meum laborem paucis perstringere: & prout hîc quisque locus desideraret, seligere notabilissima, in supplemẽtum videlicet eorum quæ bona venia doctissimus ille Gomesius omisit. Quamobrem boni consules, cùm hoc loco regulam 16. intersero, & posteà alias, quę in forensi iudicio frequentes sunt in Francia.

De non tollendo ius quæsitum, reg. 16. cum sua declaratione.

Item ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis, in caussis plerunque fiunt, suggestiones, iustitia postponatur: idem Dominus noster decreuit, & declarauit suæ intentionis fore, quòd deinceps.

GLOSSA PRIMA.

De iure diuino nõ debet tolli ius alterius.



IN dubio Papæ intentio non est, vt velit ius quæsitum alicui tollere. Ratio ponitur in principio, ne per varias suggestiones iustitia postponatur, quæ plerunque fiunt pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in caussis, & ista regula est iuri

diuino conformis & conueniens. Nam Achab Rex qui viniam Nabot accipit, volens illi etiam meliorem dare pro ea, vel argenti pretium audiuit à Domino, *In loco in quo canes linxerant sanguinem Nabot, lambent quoque sanguinem tuum.* 3. Reg. c. 21. Dixi in tract. congruæ portionis, in fi. est etiam iuri humano consentanea: vt inferiùs multis probabo exemplis.

Declaratio nõ tollit ius quæsitum. Et sic per istum text. iudices debent securè procedere, quòd non obstante rescripto Papæ non dubitent ius partibus reddere: quia si Papa contulerit beneficium duobus, & declaret posteà, quod intendit & intendebat isti secundo conferre, & non primo, ea declaratione nonobstante, iudicabitur pro primo. Et ita iudicauit magnum consilium super prioratu Sancti Martini de Campis Paris. quia per importunitatem & suggestionem impetrantur plerunque istæ declarationes. Sic consuluit Francisq. cons. 142. habita colum. 1.


Item Papa declarat suam intentionem tendere ad hoc, vt à nullo tollat ius suum. Sic dicit Papa intentionis suæ esse, in c. Ad aures, & c. mandatum, de rescript. c. Cùm in illis. in princip. de præb. lib. 6. ergo non valebit rescriptum, in quo iuri alterius detrahitur, quia est contra concedentis intentionem.

Ratio huius regulę ponitur hîc in princ. ne iustitia postponatur per varias suggestiones, quæ fiunt in gratiis, commissionibus, & aliis: vt in regul. & sic quomodo ius tollatur, siue ius excipiendi habeam, siue agendi, hæc regul. illud comprehendit: & hoc dicitur in fi. ibi, ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur, not. in l. Quoties. C. de precib. Imperat. offe. & vide per Gomes. decem casus, in quibus ius quæsitum tollitur, q. 20. sed casus alij sunt, ideo nec numerandi, sicut nec guttæ maris: ita sunt quidam, qui casus recensent, in quibus princeps supremus habet potestatem: hoc curiosum est, quia in omnibus, nisi repugnet iuri naturali, Diuino, & gentium, vt alibi dixi: & vbi est regula, non sunt constituendi certi casus.

Per quamcunque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Aplostolicas.

GLOSSA SECVNDA.

Papa per literas suas ius alterius nõ tollit, & quãobrem.



Ecundò hic statuitur, quòd per quamcunque signaturam, seu aliam concessionem siue in literis iustitiæ, siue gratiæ, non intendit Papa ius tertij tollere: tum ne vnde iura nascuntur, iniuriæ nasci videantur. l. meminerint. Cod. vnde vi. tum quia omnibus subditis æqualis defensio iuris est debita. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœnis: & quia apud eum non debet esse acceptio personarum c. Nouit. de iud. & illam semper solitus est reseruare cautelam, vt de illis ita proueniat commodum, quòd aliis non inueniat detrimentum. Extrauag. vna de concess. præbend. in Extrauag. Ioan. 22. & dicit diuus Ambros. in lib. de offi. si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari, quàm grauari alterum. c. denique. 14. q 5.

Interdum prouisio Papæ vocatur concesio, vt in c. vno, vt eccles. benefi. c. quanto. De his quæ fiũt à præla. hic verò generaliter pro quacunque gratia, & præstatione facta à summo Pontifice.

Aut gratiam, vel literas Apostolicas.

GLOSSA TERTIA.

Collation facta nõ tollitur ius possessi.



Ertiò non intendit Papa ius quæsitum tollere per quascunque literas Apostolicas, siue gratias: vnde si conferat nonobstante quacunque collatione, intelligitur de inualida, non de valida, ne ius quæsitum tollat. Fel. & alij in c. caussam. de rescr. & sic per hoc verbum literas, habet locum hęc regula tam ante litem cœptam, quàm posteà, & tam in iudicialibus, quàm extraiudicialibus, teste Cassado. decis. 39. super hac regul. cancel. ita vt nec etiam videatur tollere possessionem acquisitam, sicut nec ius quæsitum: tum quòd possessio iuris sit. l. 1. vbi Barto. definit esse ius insistendi. &c. ff. de acquir. posses. Felin. in rub. de rescript. col. 3. Panor. in c. Dudum. no. 1. de priuileg. tum etiam quia princeps non intendit possessoribus præiudicare. l. fin. Cod. si per vim vel alio modo. cap. cum nostris, de concess. præb. Oldrad. cons. 268. quæstio, & Socin. in cons. 15. in caussa. num. 4. in 3. vol. col. penul. & cons. 120. memini, col. 6. num. 8. ibidem.

Pro commissionibus seu mandatis.

GLOSSA QVARTA.

Secundũ mãdatũ nõ tollit primum.



Vartò vult hic Papa, quòd per quascunque commissiones, vel mandata, aut per declarationes non tollatur ius tertij: vnde mandatum secundum nõ tollit primum, etiam si in eo sit apposita clausula Anteferri, nisi Papa derogauerit huic regulæ. text. in c. pen. de concess. præb. in 6. & cap. quodam. de præbend. ibidem, quæ clausula in Francia vix reciperetur: quia habemus formam præstitutam. facit quod consuluit Cardinal. consil. 136. factum sic se habet, vacantibus, columna prima.

Aut declarationibus huiusmodi.

GLOSSA QVINTA.

Per Papæ declarationẽ nõ tollitur ius quæsitum.



Vintò per istum textum patet, quòd Papa non intendit tollere ius quæsitum, etiam per suam declarationem, cùm qui declarat nihil det, sed datum significat. l. hæredes palam. §. 1. ff. de testamen. vnde testis qui declarat dictum suum, non est opus quòd iterum iuret. Bald. & Paul. in authen. hodie. C. de iuramẽ. calum. Soc. cons. 214. in caussa. col. pen. in 2. vol.

Tamen quando Papa declarat ea, quæ non continentur in bulla seu gratia, tunc illa declaratio non tollit ius quæsitum, nec recipi debet. quia non est propriè declaratio, sed noua concesio, quę in præiudicium tertij non valet. l. qui ex liberis. §. fi. & ibi gloss. & Bartol. ff. de secundis tabulis. gl. & doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & doct. in l. edita. C. de edend. etiam qui addit ius nouum efficit. l. ius autem. ff. de iustit. & iure.

Imò

Imò quando declaratio Papę non consonat verbis declaratis, habendus est pro circunuento: vt docet Calder. consil. 7. titul. de rescriptis. & Felin. in cap. ex parte Decani, versic. & ob illusionem. ibidē. & in cap. Cum olim per illum textum, columna quarta, de re iudic. text. in cap. Constitutus, de rescript. nam statuere super iam confirmatis non est proponere remedium æquitatis, sed calumniā præteritis inuenire, dicit Anchar. consil. 398. permitto in fine. Felinus in cap. si quando, columna 1. de rescriptis. & quando Papæ declaratio est iniqua, est ipso iure nulla, & attribuenda est circunuentioni, importunitati, aut errori: vt pulchrè tradit Ægid. Bella. decis. 734. Etiam, versic. Sexta ratio. & Socin. consil. 260. in caussa. colum. 9. versicul. ex quibus infero. in secundo volumine.

Vnde si Papa declarauit aliquem fuisse familiarē, qui re vera non erat, illa declaratio non præiudicat: vt pulchrè consuluit Paul. Paris. cons. 50. Dominus. col. 3. vol. 4. post Anch. dicto cons. 398. præmitto. in fin.

Declaratio Papæ quando præiudicet.

Limitatur quando Papa declararet ea, quæ in scriptura prima tacitè continebantur: tunc declaratio illa præiudicat, & fieri potest, etiam si tollat ius quæsitum quia sua declaratio non tollit ius, sed excutit & aperit, quod latebat, nullam constituendo nouam speciem. l. adeò. §. Cùm quis. ff. de acq. rer. domi. ideo hæc declaratio semper trahitur retro ad tempus primæ dispositionis. d. l. hæredes palàm. vbi Paul. dicit declarationes Papæ circa gratias ab eo factas præiudicare eis, quibus ius erat iam quæsitum, quasi illud quod declaratur, à principio dictum fuisset: & illa declaratio fingitur eodem tempore emanasse, quo actus declaratus: vt consuluit Roma. cons. 45. super eo. Dec. cons. 229. stante constitutione. in fin. nam quod tacitè inerat, si expressum sit, nihil debet operari. l. 3. ff. de leg. 1. c. 2. de ele. lib. 6. plenè Ias. in l. non dubium. in 6. no. C. de legib.

Secundò limitatur quando declaratio fieret circa circunstantiam, vel qualitatem actus, tunc esset licita, & nihil adderet: secus si circa substantiam: tūc enim in declaratione requireretur eadem solennitas, quæ in actu primo, & personæ præsentia contra quam fit: vt docet Ioan. de Ana. cons. 54. Videndum est, col. 1. sequitur. Ias. cons. 56. viso, col. vltim. in 3. volum.

Etiam si motu proprio, & ex certa scientia.

GLOSSA SEXTA.

Per clausulā motu pprio & ex certa scientia nō tolli tur ius quæsitum.

1 Exto per clausulam motu proprio, vel per clausulam, ex certa scientia, non intendit Papa ius tertij tollere, etiam per vtranque: nec per eas clausulas dicitur apparere de mente principis, quòd illud ius velit tollere. cle. Per literas. de præb. Cardi. cons. 96. Papa. in fi. cons. 136. præmitto, co. vlt. nu. 24. ac cons. 142. videtur, col. pen. num. 9. & vlti. vbi dicit verba rescripti potiùs impropriè sumenda esse, quàm tertio præiudicare. Decis. cons. 468. Superiori anno, num. 20. & seq. ac cons. 144. Serenissimus, col. vlt.

2 Vbi concludit feudi concessionem ab Imperatore factam non valere in præiudicium agnatorū, quibus iam erat ius quæsitum: nam ea importunitate qua concessio fuit obtenta, illa quoque clausula adhibita præsumitur: ideo non valet, vt dicunt in simili doct. de renunciante except. non numeratæ pecuniæ. in l. si ex cautione. C. de non num. pec. Fel. in c. si cautio. de fid. instr. Dec. cons. 520. in caussa. Quamuis hæc claus. motus proprij plures alios habeat effectus, quos abundè scripsi in gl. concord. in forma mand. in verb. motu proprio. Idem dicerem si apponeretur clausu. ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, per rationes prædictas. Etiā si diceret quod vult retrotrahi per prædicta.

Donatio principis intelligitur sine præiudicio.

3 Septimò donatio facta à principe intelligitur sine præiudicio tertij: vnde si ipse donauerit terras alicui, ille tenebitur soluere collectas ciuitati dari solitas: vt consuluit Alex. cons. 125. viso tit. in 2. vol. & cons. 35. Viso processu, col. 3. in 4. vol. & cons. 23. Viso col. pen. in 5. vol. nec censetur princeps velle tollere gratias, quæ suum sortitę sunt effectum. cap. fin. de concess. præben. in 6. Paul. Castren. cons. 340. præmissis. co. 1. in .vo.

Vicerex nō potest ius quęsitū tollere.

4 Octauò in commissione quantumcunque generali nunquàm censetur concessum, quod possit tolli ius tertij: & ideo vicarius imperialis, vel vicerex ex quacunque generali potestate hoc non potest: quòd si attentaret, cùm in hoc sit priuata persona. l. 3. ff. de offic. præsi. poterit illi resisti. arg. l. defensionis, facultas. & l. prohibitum. C. de iur. fisci. lib. 10. Cuma. cons. 158. visis in 1. quæst. & hoc aliquando allegaui contra quendam proregem, qui me grauatè posteà respexit: ob id potest ab eo tunc appellari ad parlamentum, imò non valet declaratio Papæ, vel regis in præiudicium tertij. Ancha. cons. 398. præmitto, in fi. & Deci. in c. Pastoralis, in fi. de except.

Gratia non remittit pœnā parti applicatā nec interesse.

5 Nonò remissiones delictorum, quas gratias vocamus, quæ fiunt à principe, nunquam trahuntur ad remittendam pœnam parti applicatam vel applicandā. argu. cap. quamuis. de rescript. in 6. Felin. in cap. super eo. de offic. deleg. Ias. in l. venia. C. de in ius voc. Dec. cons. 520. in caussa. ob id solet princeps in gratia exprimere ista verba, *Quittons, remettons, & pardonnons le faict, & cas dessusdict, auec toute peine, amende, & offense corporelle, criminelle & ciuile, en quoy pour occasion dudit cas il pourroit estre encouru enuers nous & enuers Iustice, &c. satisfaction faicte à partie ciuilement tant seulement, si faicte n'est, &c.* De hoc scripsi in ordinat. reg. rub. de gratiis, in interpretatio. l. vnic. in præfatio. num. 35. & seq. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

Legitimatus post mortē patris illi non succedit.

6 Decimò legitimatus à principe quamuis possit succedere patri, tamen si legitimetur post mortem patris, illi nō succedit, quia ius quęsitum agnatis princeps non intendit tollere. Bart. Ias. & alij, in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthum. Francis. cons. 138. habita, & Cuma. cons. 168. Reuerendus. co. 2.

Negās feudum illud, perdit nec literis ...

7 Vndecimò vassallus negans feudum, & (vt dicunt) *desauouant son seigneur*, perdit Feudum, §. vassallus. in 2. si de fundo defuncti contentio fuerit

inter

inter do. & agnat. vassal. nisi in quibusdam casibus descriptis per Boër. in §. 13. & seq. de consuet. feud. in consuet. Bitur. & si impetrauerit literas Regias, vt eo non obstante, non priuetur feudo: illæ literæ non comprobabuntur, nec interinabuntur, quia inciuiles.

8 Nam Rex non videtur velle tollere ius quæsitum, per inficiationem, & vt vulgò dicam, *par le desadueu.* cap. 1. de reb. eccles. non alienand. in 6. quod est notandum: quia vidi in caussa ardua dubitari: & dicunt quidam interuenisse Arestum in rem domi. Ioan. Berthou doctoris in Medicina contra Sanguin præpositum Siluanecten.

Arestum.

9 Duodecimò priuilegium motu proprio cõcessum extenditur ad litem pendentem, etiam si de ea non fuerit habita mentio. gl. sing. in l. Qui autem. ff. si quis cautio. Quod est verum, si nulli afferat præiudicium, aliàs cõtrà, per dictam regulam, quòd iuri tertij non videtur princeps derogare, vt hîc: & hoc dicit Specul. in tit. de lapsis & dispensa. §. qualiter, versi. dixi ergo. Refert Ioan. Staphil. in tractat. de literis gratiæ, rubri. de effectu & vi clausularum. fol. 85. versic. secundò principaliter.

Priuilegiũ motu proprio concessum ad litẽ pẽdentẽ extenditur.

10 Decimotertiò hæc clausula etiam intelligitur in concessione facta minori vel militi. l. impuberi. ff. de administratio. tutor. Ias. in l. beneficium, col. 4. nume. 20. de constit. princip. etiam si concessio fuerit facta intuitu piæ causæ. Alexand. in l. pactum quod dotali. col. 2. Cod. de pactis. Gomes. in hac reg. quæst. 1.

Cõcessio facta minori militi, vel piæ causæ, intelligitur sine præiudicio.

11 Fallit quando de voluntate concedentis constaret, quòd vellet præiudicare tertio, l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publ. fiat: vbi princeps non solet concedere, sed si concesserit, valet: sed hoc facilè non concedit princeps. l. 2. de natal. restituend. ergo si concedat, videtur valere, & hoc consuluit Paul. Castren. cons. 178. donatio, col. 2. in prima parte.

12 Et tunc tertio præiudicabitur in illis casibus, in quibus de iure potest, de quibus scribitur, in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. & maximè in beneficialibus, in quibus Papa habet plenariam potestatem c. 2. de præbendis in 6. & gl. singula. in cap. cùm dilectus. in verb. nec iuri, de consuetud. & gl. regula. huius Cancel. ita firmat.

13 Ego tamen putarem contra, quia licet Papa in illis beneficialibus plenariam habeat potestatem conferendi, vniendi, diuidendi, & aliàs iure disponendi, tamen ius parti quæsitum tollere non intendit, nec potest sine peccato, vt plenè scripsi in tract. nomina. q. 21.

In beneficialibus Papa ius parti quæsitũ tollere nõ potest.

14 Nam quæ iustitia potest esse, vt alicui tollatur beneficium tot laboribus acquisitum sine caussa? ca. super hoc, de renuncia. Sic decidit Card. Zabar. cons. 142. punctus quæstionis. col. 2. nume. 3. & seq. & hoc esset exercere potestatem ad destructionem non ad ædificationem: quæ tamen ædificatio Papæ incumbit: vt diuus testatur Paulus in suis Epistolis, alioqui species esset tyrannidis, quæ procul à summo Pontifice debet esse.

15 In leuibus fortè & paruis toleratur talis derogatio in præiudicium tertij in magnis verò nequaquã. per gl. in d. §. si quis à principe. l. scio. de in integr. restit. ff. & in l. sed cùm ab hærede. ff. ad Trebel. quã notat additio ad Panor. in c. suggestum, de decimis & Ias. in l. beneficium. col. 4. ff. de const. princip. facit gl. in c. cùm olim, in verb. præiudicium, de consuetud. Cardin. in cap. mandatum. 7. no. de rescriptis, sed nec in hoc etiam alteri præiudicare honestum est, nec secundum Lucam.

16 Imò quando Papa vel princeps tollit ius quæsitum alteri, de plenitudine potestatis, tenetur illi de simili beneficio prouidere, vel de re æquiualenti. l. 2. Cod. quibus ex caussis seruit. pro præmio liberta. accip. glo. & ibi Bald. in cap. vno. de alaudiis, columna 5. numero 21. in feud. glossa in l. si locus. §. finali. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. alioqui iniustè agit, & tenebitur reddere rationem Deo Optimo Maximo.

Quãdo pri- ceps aufe- rẽ vni, co- pensare æquiualen- ti tenet-

17 Secundò nõ procedit, quando Papa contraxisset cum parte recipiendo multam pecuniam pro bulla, seu compositione, tunc poterit addere clausulã in signatura placet, quatenus tollatur ius quæsitum: & tunc si fuerit ius quæsitum per ius positiuum, Papa derogabit, secus per ius gentium. gl. sing. in l. 2. C. de precib. Imperat. offerend. l. item verberatum, de rei vendicat. quod intelligerem verum de iure, quæsito pontifici, sed alteri tertio, vix in Frãcia ex hac caussa in forensi iudicio sustineretur: quamuis hoc expressè scribat Io. Staphil. in tract. de literis iustit. fol. 162. vers. insuper inter alias. rub. de literis iustit. per ea quæ suprà scripsi in 1. limita.

18 Tertiò limitatur quo ad ius quærendum spe non approbata: quia iste text. dicit ius quæsitum, ergo quærendum potest sumendo argumentum à contrario. c. cùm Apostolica, de his quæ fiunt à præla. l. 1. ff. de offi. eius. hoc docet Angel. cons. 264. do. Papa.

Ius quæren- dum prin- ceps tolli-

19 Vnde potest derogare Regulæ de 20. diebus, quamuis possit venire in præiudicium illius, qui habebit collationem per obitum, arg. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit.

20 Et idem de legato conclusi in glossa concord. in §. præfatique graduati, in verbo vacare de colla. itaque Papa tunc à iure quærendo potest etiam sine caussa excludere, quia hoc facit iure suo. Bald. in l. 2. C. de iuris & facti igno. Et refert Carol. Ruin. cons. 70. quia id, in 5. vol.

22 Vbi dicit quòd si spes esset approbata, vt pote quia aliquis est proximus alicuius, non poterit Papa auferre successionem illi, quominus tanquàm proximus succedat: vt dicam inferiùs in rescripto legitimationis. & consuluit Petr. Paris. cons. 5. vnio. nu. 96. in 4. vol.

23 Item valet cõcessio principis, vt quis possit molendinum cõstruere in flumine publico, licet alteri molendino præiudicetur. Bal. cõs. 71. casus talis est, in 1. vol. doct. in l. quominus. ff. de fluminibus.

Constructio molendini valet, licet alteri præ- iudicetur.

24 Valet etiam gratia facta delinquenti, licet bona fuissent acquirenda alicui Baroni, vel Duci vt tenet Io. Gallus in quæst. per arresta. q. 254. Sed ego non inueni in libro meo: licet hoc referat Imbert. in insti. Foren. pag. 62. lib. 1. sed pro hac sententia est text. in c. cùm secundum leges, de hæretic. in 6. doct. plenè in l. seruus. vbi etiam addidi. C. de pact.

Gratia de- linquẽti fie- ri potest li- cet bona es- sent baroni vel alij ac- quirenda.

25 Quar

25 Quartò limita quando aliàs cōcessio nihil operaretur. Cald. in disput. incipien. Dominus Papa. col.12.vnde si Papa mandat duas ecclesias vniri, intelligitur etiam cum præiudicio tertij, sequitur Felin.in c.Super eo, de offi.deleg. Paul.Paris.cons.70. inhærendo.col.1.& seq.in 1.vol.

26 Intellige in his quæ arbitraria sunt principi, & manualia: secus in aliis: vt no. Alciat.in tract.de pręsumpt.reg.3.præsump. 11. per illud quod no. Abbas Panor.cons.84. illud in summa, vol. 1. vbi valet rescriptum principis ex certa scientia confirmans donationem non insinuatam: & tenet etiam in pręiudicium filiorum, quibus erat ius quæsitum spe probabili: quia ista solēnitas est introducta de mero iure positiuo, quod est principi arbitrarium.

Rescriptū confirmās donationē noninsinua tamnon valet.

27 Et istud est notandum pro ordinatione nouissima, quæ vult non valere donationes sine insinuatione, sed vix in regno Franciæ reciperetur: quia non est æquum, vt donatio non insinuata valeat contra legem regiam & iura: ideo non comprobaretur rescriptum.

Ius ad tempus duraturum Papa tollit.

28 Quintò ius ad tempus duraturum tollere potest: ideo non obstante commenda sex mensium facta per ordinarium illi derogā[illegible]o, conferret alteri. cap.nemo deinceps.de elect.lib.6.facit l. pro parte. §.versum.ff. de in rem verso.vbi glos. allegat alia iura similia, ibi liceat ea videre.

Iuri secūdario an princeps derogare possit.

29 Sextò etiam iuri secundario, & quadam occasione competenti derogare potest, sed non tollit ius principaliter quæsitum: l. si quis nec caussam. ff. si cert.pet.vbi plenè docto. & Gomes.q.3. distinguit, etiam moratoriam cautionem concedere potest. l. quoties.C.de precib.Imperat.offeren. plenè scripsi in tract.de liter.dilator.in 2. tomo constitut Reg.

Vtilitatis publicę gratia potest princepsius quæsitū tollere.

30 Septimò ex caussa publicæ vtilitatis etiam non procedit, multa enim pro hac vtilitate introducta sunt quæ de iure communi non procedunt: l. item si verberatum.§.1.ff.de rei vendi.l.Lucius, de euict. Barto. in l. fi. C. si contra ius. Paul. Castren. consil. 178.donatio.col.1.in 1.part.facit.l. si quis in graui. §. vtrum.ff.de Senatuscons.Syllani.doct.in l.conuentionum.ff.de pact.

31 Octauò quando ex voluntate principis res fuit alicui quæsita, & ipse fuit caussa quærendi, tunc sola voluntate potest auferre, sicut sola voluntate illi voluit acquirere: quia omnis res per quascunque caussas nascitur, per eas & dissoluitur, regul.prima, de regulis iuris, in Decretal.

32 Vnde inferunt doct. quòd dominium acquisitum ex præscriptione auferre potest. Angel.in d. l. Lucius.ff.de euict.Bal.in l.fi.col.2.C.senten.rescindi non posse. Sic consuluit Francisq.cons.138. habita.col.2.nu.5. quod tamē parum congruere videtur principis humanitati, nec ego huic sententiæ acquiesco: vt alibi scripsi de hoc in titu.de præscript.

Vnire potest Papa beneficium viuēte possessore.

33 Nonò potest reseruare beneficium, vel vnire viuente adhuc possessore, & illi facultatem resignandi auferre, sed non fructus beneficij.cl. vna. de reb. eccles. non alienand. scripsi in materia vnio. infrà, quamuis Gomes.videatur hìc tenere contra.q.9.

34 Decimò princeps de potestate absoluta ius tertij tollere potest: etiam sine caussa, etiam si agatur de graui præiudicio.glos.& doct.in l. fi. C.si contra ius.& docto.in l.quoties.de precib.Imperat.offerē. Innoc.& alij in c.quæ in ecclesiarum, de consti. refert Francisq.cons.174.in caussa, col.2.nu.9.

De absoluta potestate an princeps ius quæsitū tollat.

35 Sed ista potestas absoluta, est potestas quæ veriùs diabolica dici potest: procedit enim à potestate iniuriosa, & est contra legem diuinam: de qua superiùs dixi de Naboth, estque cōtra legem naturalem, ciuilem & canonicam: ideo qui illa vtuntur ineffrænata dominatione necnon cōsultores eorum, qui suggerunt, & actus eorum diabolici sunt: quos nisi resipuerint, possidebit infernus vbi erit fletus & stridor dentium. Intelligite hæc, qui cōsulitis principibus placentia, & vobis in futurum plurimùm horrenda præparatis.

36 Vndecimò ius quæsitum purè Papa hic tollere non intendit: secus de iure conditionali, & in pendenti existente.l.si ita scripsisset.ff. de leg 2.hoc expressim tradit Ludouic.Roma. cons.256. approbo, in fi.quem sequitur Fel.in c.super literis. col. 7. nu. 11.in 5.reg. de rescript. quia est ius quærendum non verè quæsitum, & potest quæri & non quæri, arg. l. cū ad præsens.ff.si cert.pet.sic consuluit Paul.Paris. cons.5.vnio.num.96.in 4.vol.

Ius conditionale princeps tollit.

37 Duodecimò limitatur in iure ad rem, quod Papa tollere potest.cap.fin.de conces.præb.lib.6. vt fortè si quis requisiuisset sibi conferri vi mandati, aut nominationis, & illud acceptasset: secus si competeret ei ius ex collatione absenti facta.c.si tibi absenti.de præb.lib.6.vel ex electione, vel præsentatione: quia licet ante acceptationem non sit ius in re quæsitum, vt suum dici debeat beneficium.vt d. c.si tibi, tamen Papa non intendit illud ius tollere, hoc docet Gomes.q.1.per decisionem Rotæ, quam allegat, sed eam non reperio.

Ius ad rem Papa tollere potest.

38 Et ius dicitur quæri ad rem per mandatum, nominationes, collationem nondum acceptatam, optionem, præsentationem, electionem: & in decem casibus conscriptis per Gomes.in d.1. q. huius regul.ius in re per collationem, vel aliam prouisionem acceptatam.d.c.si.de concess.præb.in 6.

Ius in re vel ad rē quādo quæratur.

Ac etiam ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

GLOSSA SEPTIMA.

1 Ltimò hìc ampliat Papa, quòd etiam siue ipse concesserit literas ante litem motam, siue posteà ab eo emanauerint siue ab altero, de mandato tamen eius, quia postquam ipse non vult ius quæsitum tollere, ipse videlicet magister & dominus, multò minùs vult concedere, vt alius tollat suo mandato non enim dat pleniorem potestatem, quàm habeat, & sibi retineat.c. Dudum.de præb.in 6.

2 Addere hic operæpretium arbitror regulam hanc videlicet, quòd non sufficit repellere aduersarium probando eum non habere ius, sed oportet quoque probare se ius habere in beneficio, quòd aliquis petit.c.olim.in fi.de rescr. nam is qui hæreditatem

Regula q̄ non sufficit repellere aduersariū pbādo ius nonhabere.

ditatem vel partem hæreditatis petit, ius suum ex eo non metitur, quod possessor occupauit, sed suo iure.l.1.§.1.ff. si pars hæred. pet. tum quia beneficiũ ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica institutione. c.1. de reg. iur. in 6. tum quia missio in possessionem sine titulo in beneficialibus non fit: ne ad ea vitiosus detur ingressus. c. vno. de eo qui mittitur in possess.lib.6.glos.in c.fi.in verb. debebit, iureiur.in 6.Bertran.cons.133.viso processu.nu.25.in 2.vol.ex prima editione.

3 Vnde dicit Inn.in c.Abbate.col.1.de verb. sign. quòd si fuero in possessione beneficij, & dubitem in eo molestari ab aduersario, qui nullum ius habet: non tamen possum agere, vt declaretur ipsum nullum ius habere, etiam si hoc verum sit, si ego nõ habeam ius: quod est notandum secundum Alex. in l. si finita.§.eleganter.col.15.ff.de damno.infect.vt refert Felin.in d.c.olim.col.6.nu.10.de rescript.

Confessio aduersarij in beneficiis nõ dat titulum.

4 Imò in beneficiis aduersarij confessio non dat titulum alteri aduersario etiam si is aduersarius cõfiteatur me ius habere, & se nullum habere, verum coadiuuat: per glo.singul.in c.duobus, in verb. Non appareat, de rescript. in 6. vbi addidi: & hoc docet Aufrer.in decis.Tolos.q.473. quia titulus ab aduersario non datur, sed à superiore collatore. c.1.de regul.iuris in 6. no. c.dilecto, de præb. scripsi in tract. nomina, quæstione 1.numero 13.& seq.

5 Sic nec statur confessioni coniugis confitentis impedimentum.c.super eo, de eo qui cogno. consangui.vxor.suæ: tamen confessio beneficiati bene nocet confitenti, licet non det alteri ius. c. ex ore, de his quæ fiunt à maior. parte Capit. c. 1. & 2. de confess. Domi.in d.c. vno, & de eo qui mittitur in possess.lib.6.

Confessio partis sufficit ad obtinend possessorium.

6 Limitatur primò in possessorio: nam partis confessio sufficit ad obtinendum possessorium, teste Anto.Butr.in c.in literis, col.8.nu.24. ver. nunquid ante coloretur, de resti. spolia. probat de Ripa. in lib.respon.2.de rescript.cons. 35. in hoc iudicio. tamen quia hoc possessorium habet mistam caussam proprietatis.gloss.in verb.de liberis.l.2.§.quædam. ff. de interdict. ob id sine titulo non adiudicaretur possessio alicui per confessionem aduersarij, sed sequestraretur, donec aliquis produceret verum, vel coloratum titulum.docet Boër.in decis.Burdegal.q.89.moto.

Impetrãte gratiam si neutri sufficit repelle re aduersarium.

7 Secundò non procedit in hoc rescripto si neutri. Si enim neutri ius est acquisitũ, tunc impetranti adiudicabitur beneficium, vt dicit Fel.in d.c.Olim, col. penult. & sufficit ad repellendum ad aduersarium probare eum ius non habere: nam si ius non habeat, ego habebo per impetrationem.

8 Quod est verum, si illud rescriptum Si neutri, validum esset, secus si inutile, fortè quia subreptitium, tunc non auferetur possessio ei, qui est in possessione.

Actore nõ probante reus etiã in beneficialibus absolui tur.

9 Ideo quando constat de non iure agentis, licet reus ius non obtineat, tamen absoluetur ab actoris impetratione, per l.fi. C.de rei vend. vbi non curamus de iure possessoris, si non constet de mente petitoris. Actore enim non probante reus absolui debet.l.qui accusare. C.de eden. etiam in beneficialibus, quia melius est istum remanere in possessione, quàm si alter vitiosè ingrederetur eamdem: vt decidunt do.de Ro.decisi. 419. nota an reus.in antiq. [sub tit.de exceptio.decis.7.]

10 Intelligendum est quando ageretur possessorio retinendæ, vt in hoc Regno regulariter, & ad hoc edita lex Regia, quæ est in rub. *Des causes possessoires beneficiales*.ar.9.vbi alia scripsi.

11 Et quamuis in hoc interdicto retinendæ quilibet sit actor & reus.l.in tribus. ff. de iudic. tamen is dicetur actor, qui literas in casu saisinę impetrauit, & petit, vt ibidem scribitur; & sic is qui non impetrauit, erit absoluendus, quod est notandum.

12 Sed si ageretur possessorio adipiscendæ, vel restituendæ, non daretur possessio, nisi habenti titulum, ne vitiosus pateat ingressus, per c. vnum.de eo qui mittitur in posses. lib. 6. sed sequestraretur beneficiũ, donec veniret aliquis verum habens titulũ.

Renunciãs liti non dat ius aduersario.

13 Item renuncians liti non dat ius aduersario, licet non possit amplius agere.l.postquam liti. C. de pact. vide Bertran.consi.133.col. penu. vol. 2.ex prima editione. Et per hoc intelligitur renunciare instantiæ, non autem iuri quod debet renunciari in manibus collatoris. c. Admonet, & per totum. de renuncia. Imo. in c. Veniens, ibidem. Iacob. in d.l. postquam liti. [Titulus enim non acquiritur etiam per transactionem, sed per canonicam institutionem.c.si quando.de offic.deleg.c.1.de regul. iur. in 6.] Alia breuitatis gratia prætermittam. Et quia plurima scripsit d. Gomes. ad eum nunc te reiicio, gratias Deo immortali perpetuas agens.

De Commenda.

1 Vperius diximus varios modos, quibus in titulum Papa prouidere solet, nunc dicamus quomodo prouideat per commendam.

Beneficium in commendam quando concessum censeatur.

2 In commendam tunc concedi beneficium dicitur, quando in custodiam, seu custodiæ caussa datur.c.nemo, de electio.in 6.& sicut is, qui rem habet custodię caussa, non facit fructus suos, ita nec is qui in commendam habet, sed rationem de illis reddere debet.c.placuit. 10. q. 3. nisi Papa dixerit, quòd fructus posit in suos vsus conuertere vt inferius dicetur: & hoc solet Papa dando in commendam exprimere.

Commenda nõ omnino depositi naturã sequitur.

3 Notandum est quòd commenda non in totum depositi naturam sequitur; nempe commendatarius potest expensas facere ex reditibus beneficij commendati, sumere ex eo alimenta, & debita persoluere, sicut is qui titulum habet.c.1.de solutio. hoc asserit Archidia, in c. qui plures, 21. quæstione prima.

Quot modis in commendã prouideatur.

4 Sciendum est Papam variis modis per commendam prouidere: primo habenti vnum beneficium in titulum, si de alio prouideat, in commendam solet dare, c. dudum, 2, de electio. quia non potest vnus vtrique ecclesiæ præsidere, tanquàm titulatæ, sed vni tanquàm commendatæ, alteri verò tanquàm titulatæ præesse valet.c.fi.21.q.1.

5 Nam sicut quis duas non potest habere vxores, quia dicitur Genes. 2. *Et adhærebit vxori.* Ita non potest

potest quis habere titulum duorum beneficiorum: ideo Papa vnum dat in sponsam, & alterius curam concedit, id est commendat: nam commendare nihil est quàm deponere, vt curam rei habeat depositarius l. commendare. ff. de verbo. signific. l. Lucius, depos. glos. in cap. qui plures. 21. q. 1. & in d. cap. nemo, de electio. lib. 6.

A Leone summo Pōtifice cōmēdam inuentam esse.

6 Sed si à Papa fiat, habetur loco tituli: vt inferiùs dicetur. & hanc cōmēdam à Leone quarto inuentam asserit Ruze. in tracta. commendæ. q. 1. eò quòd sicut *apud Deum non est acceptio personarum: nec apud illum est distinctio Græci, Iudæi, aut Gentilis: sed qui Dei facit voluntatem hic acceptus est.* Nec considerat Deus vestem, sed mentem, merita, non colorem: vt diuus etiam testatur Bernardus. & facit c. sicut, 23. q. 4. & c. multi, &c. non loca. 40. dist. ita Papa passim commendat. & vtinam non tam facilis esset, & meliùs esset ecclesiæ: vt statim scribam.

Papa seculari regulare vel econtrario in cōmendā concedit.

7 Aliquando Papa seculari de regulari prouidet, vel econtrario: & illud regulare si regulari de beneficio seculari prouideat in commendam, dari solet: vt plenè dicam inferiùs, in dispensatio. regula.

8 Idem si Papa velit minori 18. annis prouidere de beneficio curato, tunc illi in commendam cōcedit, & vsque ad decem & octo annos, & posteà in titulum, vt inferiùs dicetur in dispensatio. ratione ætatis.

9 Et vt summatim dicam, vbi est in recipiente beneficium aliquis iuris defectus, Papa frequentiùs cōmendam concedet, quàm in titulum: vt ex stylo curiæ Romanæ est, cunctis obuium: ideo hanc materiam prosequamur frequentem & vtilem.

Insatiabilis episcopo rū ambitio.

10 Vnde hæc commendarum nimia indulgentia est princeps & exitium totius Reipub. Christianæ: maximopereque eis hodie abutuntur penè omnes: nam medicus quidam habens episcopatū sexaginta mille librarum deglutiet, velut charibdis per multos alios, & episcopatus, & abbatias: & ferè videmus omnes episcopos nostros insatiabiles & inexplebili libidine plurium beneficiorum, & tantis oneratos bonis, vt vix suis pedibus ambulare possint grauante podagra, quæ ex ingluuie ciborum eis prouenit. c. legimus, cum præceden. de consecr. distin. 5.

11 Et vtinam nunquam abuteremur his commendis, qua sine caussa factæ damnant, & concedentem, & accipientem. Vnde Clemens quintus omnes huiusmodi prouisiones de Episcopatibus, Archiepiscopatibus, & monasteriis reuocauit.

Mala quæ ex commēdis proueniunt.

12 Et plurima incommoda, maximè quinque oriri ex hac Commēdarum concessione ait, Imprimis Diuinus minuitur cultus: nam multi commendatarij Abbates vix aut nunquàm sunt in seruitio Dei, sed alludendo ad suam concessionem comedunt in culina, quia ad comedendam habere censentur.

13 Et sicut bona pauperum deuorant: ita dęmones deuorabunt illos comestores, nisi resipiscant. text. in Extrauag. secunda, de præbend. in communibus ibi, ecclesiarum & monasteriorum cura negligitur: bona & iura dissipantur ipsarum, ac subiectis eis personis & populis spiritualiter plurimùm & temporaliter derogatur: eisque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum: & Rufæus in præfa. ad tract. commend. dicit fuisse extrauag. Inno. 6. ex qua quinque, vt verbis suis vtar, inconuenientia resultant.

14 Secundum inconueniens, animarum cura negligitur: nempe intenti sunt ad venationem multi commendatarii, animas commendatas negligendo: vide in titul. de clerico venatore, & in c. Esau. 86. distinct.

15 Tertium hospitalitas debita non seruatur, sed tota omittitur: nam quotusquisque commendatarius in hoc regno hospitalem se exhibet? aliorum sit iudicium: quæ tamen est tam commendata: vt gl. & doc. scribunt in c. de monachis, de præb.

16 Hodie quidam nostri commendatarij tantùm absunt ab hac hospitalitate, vt quæ possunt à pauperibus eripiant: vnde quia hospitalitas discessit, successit indictio fisci, decimarum, & aliorum onerū præstatio: vt habetur in ca. Maiores. 16 q. 7. hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Clausula in commendis monasteriorum ponijolita.

17 Quamuis in commendis Abbatiarum, & monasteriorum dici soleat, volumus autem quòd propter huiusmodi commendam diuinus cultus, ac solitus monachorum, & ministrorum numerus in dicto monasterio N. nullatenus minuatur: sed illius ac dilectorum filiorum conuentus eiusdem congruè supportentur onera consueta, & quod tu oneribus huiusmodi debitè supportatis, necnon quarta, si Abbatia sit separata, & seorsum à conuentuali: si verò communis mensa inibi existat, tertia parte omniū fructuum, redituum, & prouentuum monasterij N. huiusmodi in restaurationem illius fabricæ, seu ornamentorum emptionem, vel fulcimentum, aut pauperum alimoniā, prout maior exegerit, & suaserit necessitas, omnibus aliis deductis oneribus annis singulis impartita de residuis monasterij fructibus, reditibus, & prouentibus disponere, & ordinare liberè & licitè valeas, sicuti, &c.

18 Ex his constat Papam velle, vt cultus diuinus non diminuatur: & onera consueta soluantur: vt patet in literis Commendæ: sed nil fit à multis.

19 Quartum quòd ruinis ædificia patent: quia non resident commendatarij in tot episcopatibus, & abbatiis, quæ habent: imò verius in nullo, sed curias multi persequuntur, in quibus diuus Petrus statim peccauit: & ipsi quid?

Commendatarij omnia ligna cōburunt, at á quebonudie struunt & vastant.

20 Quintò omnia iura tam spiritualia quàm temporalia ex ministrorum defectu collabuntur, & ferè læduntur, quia extranei, qui istas abbatias, vel episcopatus possident, nil nisi lac, & lanam quęrunt, id est vtilitatem, vt dicit gloss. in cle. dudum, de sepultur.

21 Sextum addendum est: nam omnia iura monasteriorum & ecclesiæ destruuntur, deuastantur, & deglutiuntur ab istis comestoribus: & hoc probat experientia, tam in lignis nemorum, quàm in omnibus aliis rebus monasteriorum, quas vendunt: nam currus, equos, boues, vaccas, & in subsidium calices, & reliquias multos accepimus vendidisse pro annata: ecce comestores quid prosunt ecclesiis, & lumina ecclesiæ tollunt, claudendo fenestras, quia vitra nolunt adhibere: vnde hodie ecclesiæ regni ad cæcitatem inducuntur: & licet latomi multas possideant, eas tamen non reædificant, sed in ædificationibus pri

priuatarum domorum etiam suis impensis insistunt.

Bigamia ex pluralitate beneficiorũ cõtrahitur.

22 Septimò bigamia contrahitur in ecclesia, quam semper odio habuit, & prohibuit D.Ioan. Baptista, *Nõ licet tibi habere vxorem fratris.* Et Deus, *Veh qui cumulatis agrum agro.*

22 Et cùm Papa Paulus rogaretur, vt filio Regis episcopatum iam habenti alium episcopatum concederet, vel abbatiam, dixit, Absit vt in ecclesia Dei ponam bigamiam: & cùm olim cuidam sancto episcopo Paris. oblata esset abbatia, respondit, absit, vt cum sponsa habeam concubinam: sed hodie pauci viuentes ambientes hoc facerent: totus enim mundus in maligno positus est: & non est qui subleuet: & mirandum est, quòd si quis haberet ex suis bonis legitimam, & fortè ex omnibus patris bonis non haberet mille libras, & tamen si ecclesia det ei legitimam viginti mille librarum, non erit is contentus imò si posset, cumularet episcopatus non dicam regni Franciæ, sed totius mundi. O ambitio, ô auaritia, ô homines perditi. *Quoties voluit olim Deus illos congregare sub alas, & noluerunt?* sed sinamus eos, *Cæci enim sunt & cæcorum duces.*

Status vniuersalis ecclesiæ destruitur per commẽdas.

24 Octauò decoloratur vniuersalis ecclesiæ status, quia non est secularis Abbas, qui regulam seruet, vel disciplinam, nec qui præcipiat seruari: & quomodo seruarent, cùm non sint regulares? vix quidem clerici, saltem non diaconi, nec sacerdotes: nec incongruum videtur, vt regulares secularibus supponantur. c. 2. de capel. monacho. Ideo futurum est, vt alia quamplurima nobis eueniant mala, si hæ Commendæ non cessent, nisi quando caussa vtilitatis vel necessitatis aderit: sicut dicam inferiùs de aliis dispensationibus.

Commendatarius quãdo lucretur fructus.

25 Notandum est tamen, quòd si quis petat sibi beneficium commendari, & eidem à Papa commẽdetur, ipse erit tanquam depositarius, & tenebitur reddere rationem fructuum beneficij, si quos perceperit, nec illos lucratur, per gl. & doc. in d.c. nemo. de electio. per c. placuit. 10. q. 3.

26 Cautela ergo est, quòd quis faciat apponere hanc clausulam, scilicet quòd liceat de fructibus disponere: & tunc impetrans lucrabitur fructus, nec tenebitur de illis rationem reddere, quemadmodum si haberet in titulum, postquam permittit ei, vt de fructibus disponat, sicut alius, qui titulum habet.

27 Et si non habeas illam clausulam in bulla, fac vt reformetur, & transcribatur cum ista clausula: & hodie cauti mensularij solẽt apponere in signatura, & quòd liceat de fructibus disponere &c. & posteà in bulla extendetur.

Clausulæ in commẽdis ponendæ.

28 Vnde in commenda solet Papa sicut in bulla prouisionis ferè procedere, de qua inferiùs scribemus: sed in hac dicitur, vt commodiùs sustentare valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupiẽtes, tale monasterium, vel beneficium autoritate Apostolica concedimus, & commendamus, ac prouidimus per te quandiu vixeris, & c. tenẽdum & possidendũ ita quod durante cõmenda huiusmodi de fructibus, reditibus & prouentibus ipsius N. disponere & ordinare valeas, sicut veri piores ipsius prioratus, qui fuerunt pro tempore, ordinare, & disponere potuerũt, & etiam debuerũt alienatione tamen bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium ipsius prioratus N. tibi penitus interdicta, decernentes, &c.

Impetratio bene[ficij] durãte commenda ordinarij an va[leat].

29 Et si commenda sit facta ab ordinario, qua durante quis impetret illud beneficium à Papa, non facta mentione illius commendæ, non valebit impetratio tanquàm subreptitia: vt docent Archidiac. Dom. & Phillippus Perusi. in d.c. nemo. de elect. lib. 6. quia de colorata possessione commendatarij non est facta mentio vt oportebat, per c. cum nostris, de concessio. præb. & quia Papa non videtur voluisse derogare iuri alicuius. c. super eo, de offic. deleg. cap. quamuis, de rescrip. lib. 6. sic consuluit Bertrand. consil. 235. etiã si cõmenda, col. j. in iij. vol. ex antiq. editi.

30 Et quia id temporis quo Papa contulit non vacabat, & beneficium non vacans non solet conferri. c. j. & per totum de cõces. præb. Cal. consi. 6. de præb.

Durante cõ[m]mẽda s[i] [p]ostri pot[est] ad vitã [ex]tẽsio fieri.

31 Commendauit ordinarius beneficium ad sex menses, iuxta c. nemo deinceps, de electio. in 6. an ipse commendatarius interim à Papa possit impetrare extentionem istius commendæ ad vitam? Resp. posse, vt tradunt doct. in c. si constiterit, de accusat. dummodo hanc exprimat commendam temporariam, aliàs subreptitia erit impetratio.

32 Vel potest peti concessio noua & liceat ad vitam illud beneficium habere: & hoc est tutius, quia dubitatur an valeat commenda per ordinarium: & quia finito tempore non valebit, ideo nõ potest extendi, quòd non valet. l. decem. ff. de verb. obli. ideo petatur à Papa, vt ad vitam retinere liceat.

Minori nõ datur alia dispensatio quando be[ne]ficiũ ei cõmẽdatur, secus si illegitimo.

33 Minori quãdo datur à Papa beneficium in commendam quoad vixerit tenendum, non datur alia dispensatio, quia nihil aliud obstat, nisi ætas: ergo commendando illi satis dispensat super ætate, secus si commendetur bastardo, vt inferiùs dicetur in dispensationibus.

Minori 18. annorũ parrochialis ecclesia in titulum non datur.

34 De stylo non datur parrochialis ecclesia minori 18. annorum in titulum, sed in commendam vsque ad decimum octauum, & deinde in titulum: vt docet Staphile. in tracta. de literis gratiæ, rub. de qualita. & statu beneficiorũ, vers. hinc est quòd de stylo.

35 Vbi plus dicit parrochiales ecclesias non commendari, nisi episcopis vel prælatis, aut valde qualificatis, sed hodie pecus Meliboei vix reiicitur: & sperandum est in nostro summo pontifice Paulo 4. qui non tam facilem se in his concedendis exhibebit, sicut prædecessores sui.

Duo nõ debent cõmendari beneficia regulari.

36 Aliquando tamen cõmendatur regularibus personis, sed vna tantum, non duæ, similiter nec locus, aut canonicalis portio, hæc ille. quod vtinam verum esset, sed statuit Alex. 6. in tit. de signa. gratiæ, beneficia ecclesiæ cathedralis secularis non dari regulari in commendam, nec dignitates regularis ecclesiæ seculari, ibid.

Cedere & cõmẽdã cedere differunt.

37 Quando Papa dat alicui facultatem resignandi simpliciter, vel ex causa permutationis coram ordinario, non solet dari facultas cedendi commendæ, adeò quòd is qui facultatem habet resignandi, non habet facultatem cedendi commendæ, quia aliud est: ideo hoc solet in concessione exprimi: nec solet à cancellaria concedi, sed à camera. sed in hoc regno non fit ista differentia, quia commendam pro vero tit. habemus.

38 In

In commendis monasteriorũ clausulæ.

38 In commendis monasteriorum non solent poni illa verba præmissorumque meritorum suorum intuitu specialem gratiam facere volen. sed dicitur, de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes ipsum à quibusuis &c. si tamen apponeretur, non vitiarentur literæ: sed quod dixi. de stylo est.

39 Et in his monasteriorum commendis pro absente præstatio iuramenti in fine ponitur: volumus autem vt onera ante dicta, quodque antequam regiminis, &c. vt suprà dictum fuit.

40 Secus in commendis dignitatum maiorum principalium, & conuentualium: quia ponitur ibi, in ducẽtes eundẽ. N. recepto priùs ab eo iuramẽto, &c.

Beneficia quæ non cõmendantur

41 Nota quòd beneficia Sancti Spiritus in Sicilia, nec S. Ioannis Hierosolimitani, minùs S. Antonij, cum beneficiis beatę Mariæ Theutonicorũ non dãtur in cõmẽdam vt statuit Alex. 6. in tit. de sig. grat. quia fratribus illius ordinis dari debent in titulum.

Papa si dicat habenti parrochialem & alteram petẽti fiat vt petitur in titulũ, an videatur dispensasse.

42 Quando obtinenti parrochialem in titulum, & petenti aliam parrochialem in commendam, Papa in supplicatione dicit, fiat vt petitur in titulum: tunc non intelligitur secum dispẽsatum, vt duas simul teneat. sed vltimã habebit, & dimittet primam & in bulla dicetur, volumus quòd primam dimittat, &c.

43 Et super hoc vidi maximam controuersiam, quia is qui ignorat Papam non dare regulariter duas in titulum, non intelliget Papæ voluntatem. vide doct. in c. de multa, de præb.

Clausula ponenda in signatura regularis.

44 Si regulari commendetur beneficium seculare vel contra, clausula ad partem esse debet ista, & in commendam, & ad vitam propter regulam cancellarię 41. alioqui non proderit, quod est notãdum.

Officium claustrale nõ datur in cõmẽdam.

45 Tamen si regulare commendetur mendicanti regulari, non erit opus ad partem apponere clausulam prædictam de stylo curiæ Romanæ: & officium claustrale non datur in commẽdam: vt statuit. Alex. 6. in tit. de signa. gratiæ.

Quando regularis censeatur dispẽsatus ad curatũ & ad non curatũ.

46 Idem in seculari petente dispensationem ad regularia cũ dicta clausula vt debeat esse ad partẽ, & sic in dispositione: nec sufficeret, quòd esset in partis petitione: nam pars multa petit, quæ Papa non concedit, postquàm non espressit in clausulis, & in dispositione vt in tract. de signatura dictum fuit.

47 Item si dispensetur cum regulari ad beneficiũ seculare cum cura, vel sine cura: nisi ad partem sit repetitum illud verbum, sine cura, non venit sed dabitur tantùm cum cura seculare, secus in monacho dispensato ad regularia alterius monasterij, quia siue sine cura sint, siue cum cura, ei debebuntur: nam ex persona sua est illorum capax, & dispensatio non extenditur: vt inferiùs in trac. de dispen. annotabo.

48 Si dispensetur cum eo, qui tenet beneficium in titulum, vt illud de cætero teneat in commendam: hoc expeditur per cancellariam sine aliqua resignatione, de stylo curiæ:

Is qui habet in titulum potest habere in commendã siue resignatione secus è contrario.

49 Idem si tenens beneficium in commendam, cui aliud est ad vitam vnitum, velit in titulum vtrũque retinere absque noua cesione & prouisione per cameram expedietur, sed non per cancellariam: & ista sunt nota Pragmaticis curiæ Roma, à quibus dependent.

50 Sed si tenens in commendam velit habere in titulum, hoc non expedietur sine cessione & prouisione.

51 Item doct. dicunt, quòd sublata & finita cõmenda remanet vacatio antiqua: quod non est verum in Francia, imò per mortem commendarij impetratur beneficium vacans per eius mortem, sicut si tenuisset in titulum: & ita seruatur, quicquid dicãt doct. vltramonta. Imò commendatarius poterit cedere huic commendæ coram ordinario, qui alteri conferet in titulum: cùm istæ differentiæ in regno non recipiantur.

Per mortẽ cõmendatarij vacat cõmenda.

52 Item impetrans beneficium debet facere mentionem de commenda: vt docet Calder. consf. 6. & 30. de præbend. Ruze. in tractat. commend. quæst. 7.

53 Et quamuis secundum Ioan. Francisc. in tract. de offi. & potestat. cap. sede vacante. in q. 3. partis 2. col. 2. commenda non possit permutari cum titulo, tamen in Francia seruamus contrarium: quia reputamus commẽdam verum titulum, & sic permutari potest: & idem tenet Fede. in tract. de permut. benefic. q. 15. quem sequitur Ruze. in suo tract. commend. quæst. 6. vnde sæpiùs vidi beneficium commendatum permutari cum alio in titulum, etiam coram ordinario.

Beneficium commendatum potest cum alio in titulũ permutari.

54 Ordinarius non potest cõmendare ecclesiam parrochialem vltra sex menses. c. nemo, de electio. in 6. tamen capitulum sede vacante poterit vltra, si intra sex menses non fuerit prouisum à prælato illi ecclesiæ, ne detrimentum patiatur: vt docet Ioan. Francisc. in 3. q. 2. partis dict. tract. quia necessitas facit licitum, quòd alias non erat licitum. c. si quis propter, de furt. l. 2. §. 1. ff. ad legem Rhodiam, de iactu.

Parrochialis ecclesia quando vltra sex menses posśit cõmendari.

55 Quod verum existimarem, quando non esset aliquis prælatus, qui posset prouidere: tunc capitulũ sede vacante potestatem habet, sed si prælatus adesset, expirata est capituli potestas illo adueniẽte: quia ampliùs non vacat sedes: ergo non posset capitulum posteà prouidere: vt patet in cap. 1. ne sede vacante. & superiùs dictum fuit in tract. deuolutio.

56 Item qui non potest conferre, commendare poterit, vt pote si collatio ad Papam sit deuoluta. c. 2. de concessio. præbend.

57 Idem in capitulo sede vacante, vt suprà dixi, & in materia deuolutionis infrà, Archidia. & alij. in c. 1. de institu. lib. 6.

58 Qui autem beneficium in commendam. concedit ad tempus, non potest ante tempus ipse reuocare, cùm non dicatur vacare, & titulus commendæ sit canonicus. cap. dudum, 2. de electio. lib. 6. tamen si capitulum fecerit commendam, statim episcopus poterit reuocare illam, & conferre, & idem quando est facta donec superior prouiderit: vt docet Ioan. Francisc. vbi suprà. q. 3. partis 2. col. 3. quia hæc commenda à capitulo fit sede vacante instante necessitate, quia non est qui conferat: ideo adueniente prælato cessat necessitas, & sic commenda, per c. cum cessante, de appellation.

Commẽda sex mensiũ an posśit reuocari ante tempus finitum.

59 Quamuis post commendam Papæ finitam dicant doc. ordinarium non posse prouidere, hodie in Francia potest, sicut quando vacat ex vacatione alia nec inspicitur reseruatio, vel affectio quam dicunt

Post commendã Papæ finitam ordinarius prouidere potest.

Vltramontani esse quando beneficium per Papam commendatum est: vt dictum fuit in tract. de reser. suprà: quia istæ reseruationes sunt in Gallia sublatæ: vt patet in concor. in tit. de reserua.

Commendatarius fructus recipit, eligit, confert, locat, & alia facit sicut habens titulũ.

60 Commendatarius potest præsentare, sicut alius qui titulum habet quia fructus recipit, Ach. in c. nemo de elect. li. 6. & præsentatio est in fructu, c. consultationib⁹, de iure pa. gl. in c. cùm olim, de maior.

61 Potest etiam eligere, & conferre beneficia, quia eligere, & conferre est etiam fructus beneficij: vt docet Ioan. Franc. in tract. de offi. & potest. c. sed. vac. in 3. parte 2. partis, col. 4. per gloss. in d. c. cùm olim.

62 Locare potest fructus & possessiones sicut habens titulum, cap. vestra, de loc. c. fi. ne præb. vices suas quia. liberam habet administrationem, c. relatio, & c. qui plures, 21. q. j. c. cum nobis olim, de elect. Cald. consi. 3. tit. de loc. & 8. Lud. consil. 350. Oldra. cons. 150. vtrum extrauagans.

Commẽdari beneficiũ illegitimo non potest.

63 Item sicut illegitimo & incapaci non potest conferri beneficium, ita nec commendari: & si fuerit dispensatus ab episcopo ad ordines, & ad beneficia simplicia non poterit ei cura commendari: c. 1. de fil. præsb. in 6.

Duæ cõmendæ vni fieri nõ possunt.

64 Non possunt duæ commendæ fieri vni, sicut nec duo conferri beneficia: licet vnum in titulum conferri à Papa posit, aliud in commendam, c. dudum, in 2. de elec. c. qui plures. 21. q. 1. Ioan. Francis. in tract, de offic. & pot. q. 3. partis 2. col. 4.

Post sex mẽses non potest cõmẽda renouari.

65 Commenda finitis sex mensibus non potest ab episcopo ad alios sex menses renouari, ne fiat fraus, c. commissa, de elect. lib. 6. c. quanto, de diuor. Ioan. Francis. vbi suprà fallit in capitulo sede vacante: quod potest si non fuerit adhuc episcopus, qui aliquem præficiat: vt dixi in materia deuolutio. alia de hac materia tractaui in tract. de pac. poss. in 5. amplia, nu. 35. cum seq.

Commendatarij lignorum deuoratores.

66 Et videre quisque poterit per Ruzeum in tract. commend. q. 4. contra commendatarios frigidos, qui tantam lignorum congeriem in suis beneficiis vt in alio seculo calefieri possent, sibi struxerunt, vt potiùs comburi quàm calefieri quisq; eos velle existimet. Et maximè qui lignis omnia loca eis commissa denudarunt, quo videlicet omnia forent oculis eorum apperta: & hi tamen pauperes in eorum paupertate mortui sunt, vel morientur.

77 Nec approbo distinctionem Lud. Rom. consi. 350. in casu, licet eam doct. sequantur, in cap. si constiterit, de accus. vbi dicunt Papam posse reuocare commendam in ecclesiæ vtilitatem factam, secus si personæ per text. in cap. constitutum, 7. quæst. 1. & c. obitum, & seq. 61. dist. quæ iura non loquuntur in commendatario, sed in visitatore, qui ecclesiæ solet dari, donec illi prouisum fuerit c. pen. & seq. de sup. negl. prael. lib. 6.

Commendatarius ad vitam an possit destitui.

68 Secus in commendatario, qui à Papa solet constitui ad vitam, ergo vita durante sine noua caussa non debet destitui, c. satis peruersum, 56. dist.

69 Prætereà magis est fauendum ecclesiæ, quàm personæ, vt notorium est: quia summa ratio est, quæ facit pro ecclesia, l. sunt personæ, in fin. ff. de religios. & sumpt. funer. Et doctores fatentur commendam non posse reuocari, si in vtilitatem personę facta sit, per l. cùm multa, C. de bonis quæ liberis.

70 Multò minus si facta sit pro ecclesiæ vtilitate, nisi cessaret vtilitas illa: nam cessante caussa cessaret effectus, per ca. cum cessante, de appell. aliàs Papa tolleret ecclesiæ vtilitatem, & sic non esset *prudens, nec fidelis administrator, quem constituit dominus super familiam*: vt est in Euangelio, & quis deciperetur beneficio Papæ, contra l. 1. C. de his qui veniam æta. impetrat.

71 Vnde tenendum est commendam ad vitam alicuius factam, siue sit ad ecclesiæ, siue ad personæ vtilitatem, non posse sine caussa reuocari, sicut nec collatio facta in titulum: quia ista sunt paria, vt suprà dictum fuit: quamuis Ruze. multa adducat in suo tractat. q. 5. Alia multa de commenda hic traderem, sed ista sunt præcipua, quæ in vsu forensi quotidie agitantur: alia non frequenter, ob id ea missa facio: quia multa tradidi in tract. de pacific. possess. in 5. amplia. quæ hic tibi commendo.

De vnionibus beneficiorum.

Vnio quid fit.

1 SÆpius vniones perperàm esse factas inueni, & in his ritè faciendis opus est ferè Delio natatore: nam multa ex vsu & praxi habemus, quæ interpretibus fuerunt incognita: ideo materiam istam paucis pertractare intendo, à diffinitione seu descriptione incipiens. Vnio est beneficiorum seu ecclesiarum ab episcopo, vel ab alio superiore facta annexio: & quãdo fit vnio, ecclesia in proprietatem concedi solet: vt in c. cura, de iure pat. vbi scripsi: vnde superiùs dixi beneficia concedi à Papa in titulum, commendã, vel in proptietatem.

Plura beneficia vni possunt vniri.

2 Primò dico in descriptione beneficiorum, quia non fit vnio nisi sint plura beneficia, sicut nec optio. l. 1. & per totum. ff. de optio. lega. ideo in plurali dico beneficiorum: quia pluralis numerus duo ad minus requirit: l. vbi numerus. ff. de testib. regula pluralis, de regul. iur. in 6. itaque siue duo annectantur simul, siue duo vel plura vni, hîc comprehendun tur, vt in c. exposuisti, de præb. vbi plures capellæ vniuntur vni ecclesiæ.

Episcopatus & aliis beneficia annecti possunt.

3 Etiam dico beneficiorum seu ecclesiarum: quia beneficium est terminus generalis omnia comprehendens beneficia, maiora vel minora, regularia, & secularia, dignitates, & personatus, ac officia. c. 1. de reg. iur. in 6. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. suprà dictum fuit in princ. huius libri.

4 Verùm quia nomine beneficij non venit regulariter culmen dignitatis, id est episcopatus. c. pen. de præb. glo. in c. 2. illo tit. in 6. & tamen duo episcopatus vniri possunt. c. decimas, & seq. 16. q. 1. ideo ad tollendum dubium dixi ecclesiarum, quæ dictio comprehendit etiam quamlibet ecclesiam. c. fin. ne præla. vices suas, sic fuerunt vniti in Delphinatu duo episcopatus Diensis & Valentinien. [& Feltren. & Belunen. in c. exposita. de arbit.]

Quæ beneficia vniri possint.

5 Et sic sublata est difficultas, quæ beneficia vniri possunt: nam omnia regulariter, & episcopatus, & archiepiscopatus, si ratio subsit, vt inferiùs dicetur.

6 Ad tempus dico, seu in perpetuum: quia vnio & ad tempus, & in perpetuum fieri potest. c. 1. ne sede

vacan.

vacan.Petr.Parif.conf.5.vnio.in 4.vol.

Vnio duplex temporalis & perpetua.

7 Et fic duplex eft vnio,perpetua, & temporalis: perpetua eft,quando exprimitur,vt perpetuo duret. c.expofuifti.ibi,de cappellis in perpetuum annectẽdis, de præb. vel quando dicitur ad perpetuam memoriam, aut quando fit ad beneplacitum fedis. c. fi gratiofæ.de refcript.lib. 6. vel fi fiat contemplatione ecclefiæ.c.1.ne fede vacan.quæ non moritur. c. fi gratiofæ.de refcrip.lib.6.

8 Et fic videmus quomodo cognofcatur vnio, an fit perpetua,vel ad tẽpus,maximè folet dici in vnione, in perpetuum vniuimus, &c. & ideo ipfa vnio eft videnda antequam iudicetur de ea. l. vt refponfum.C.de tranfactio.

Areftum vt temporalis vnio in Frãcia non probetur.

9 Temporalis quando ad tempus fit, vt pote ad vitam eius,cui conceditur,& fic fit contemplatione perfonæ.d.c.1.ne fede vacan.& per eius mortem expirat.cap.quoniam Abbas.de offic. deleg. & hodie iftæ non recipiuntur in Francia: vt inferiùs dicetur: & hoc docet glof.in c.fi.de referua. in prag.quia fapiunt referuationes:nam referuatur beneficium illi, in fauorem,cuius fit vnio ad vitam:& dicit glo. ibi, pro hoc fuiffe prolatum Areftum pro cura S. Ioan. in Grauia Parif.

10 Et in dubio præfumitur facta contemplatione ecclefiæ: quia ecclefiæ magis fauendum eft, quàm perfonæ.d.cap.1.& c.requifiti.de tefta.vbi legatum præfumitur contemplatione ecclefiæ potiùs factum, quàm perfonæ, fi contrarium non appareat. Oldra. conf.257.factum tale.col.2.

Vnio tribus modis fit.

11 Aduertendum eft,quòd vnio tribus modis potifsimè fit,primo vt ex duobus beneficiis vnum fiat: vt d.c.decimas,in fi 16.q.1.ibi,ficut enim Papa duos epifcopatus in vnum poteft reducere. glo. in d. c. 1. vt pote fi fint duæ parrochiales proximæ vicinæ deftructæ per bellum,vniri poterunt,vt vna fiat ex duabus: & priuilegia data vni competent & alteri, & quando funt plura, honeftiora & fauorabiliora feruabuntur:vt dicit ibi glof.

Vnita ecclefia an fubiiciatur alteri.

12 Secundo fit vnio,vt ecclefia vna alteri fubiiciatur:& tunc illa ecclefia,cui fit vnio, erit fuperior & principalis,vnita verò erit inferior,& acceffooria, habebit tamen ecclefiæ priuilegia,cui vnitur.c.recolentes.in fi.de ftatu monach, & poftea fi quis velit impetrare hæc duo beneficia oportet quòd exprimat principale,alias fi acceforium, non valeret impetratio:quia illud non vacat,cùm fit alteri vnitum.

13 Nec in vim illius claufulæ, quòd maior expreffio fieri pofsit, hoc corrigi poterit ideo noua impetratione opus erit:fic vidi in Praxi & de ftylo cur. Roma.per ea quæ no.in l.cùm principalis.ff. de reg. iur.& in regula Acceforium,illo tit.lib.6.

Vnitã ecclefiam an impetrans exprimere teneatur.

14 Nec eft opus in impetratione principalis ecclefiæ exprimere vnitum acceforiè, fecus fi æquè principaliter.gl.& doct.in c. gratia. de refcrip. in. 6. doct.in c.fuper eo,de præb.eodem lib.& Anch.in d. regula acceforium,de regul.iur.ibidem. de Rota decif.319.no. quòd vbi, in antiq. [fub tit. de refcript. decif.46.]

Vnio æquè principalis quæ fit.

15 Tertiò fit vnio duarum ecclefiarum,vt vtraque remaneat epifcopatus,vel parrochialis,ficut erat: & tunc dicitur æquè principalis vtraque ecclefia, fed vnus erit epifcopus, vel rector vtriufque ecclefiæ: & tunc quælibet fua habebit priuilegia, & ftatuta. gl.& doct.in c.& temporis.16.q. 1. Bart. & alij in l. fi cõuenerit.§.fi nuda.ff.de pigno.actio.

16 Et tunc nominatio à digniori fieri debet.l.quæritur.ff.de ftatu homi.c.ex literis,de iurepat.& eo cafu epifcopus in vno degens epifcopatu, poterit expedire negotia etiam alterius:vt no.Inno.in cap.nouit. de offi.le.Rebuf.in l.vna.C.de Metropol Berito.li.11.

Parrochialis ecclefia capellæ vniri nõ poteft sed canonicatui ecclefiæ cathedralis fic.

17 Et fic non poteft vniri dignius minùs digno: vnde parrochialis ecclefia non debet vniri capellaniæ,fed econtrario fic:c.expofuifti,de præb.c. fuper eo,illo tit.lib.6.[facit l.iuftifsimè.ff.de ędil.edict. ibi, ridiculum namque effet, fundum tunicæ accedere, & hominem ei rei,quæ minoris effet.] de authoritate tamen Papæ fi fieret valida effet, per §.fi tamen, de rerum diuif.in Inftit.& c.2.de præb.in 6.

18 Ecclefia tamen parrochialis poteft vniri canonicatui ecclefiæ cathedralis, quia ille canonicatus dicitur dignior. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb.nam canonici illius ecclefiæ dicuntur pars ecclefiæ.c. requifiti. de tefta. & hi cum epifcopo tractant negotia totius epifcopatus.c.1.& c.nouit,& per totum.de his quæ fi.à præl.fine confen.cap.

Principaliter vel acceforiè vnio quomodo cognofcatur.

19 Sed quomodo cognofcatur an acceforiè, an æquè principaliter fit vnita: Refpon. eò quòd minus dignum eft digniori annexum, illud dicitur accefforium.c.quod in dubiis,de confe.ecclefiæ vel quando hoc factum eft, vt acceforia ecclefia illa fit. §. fi tamen,de rerum diuif.in Inftit.

20 Si verò non appareat quòd vnum fit altero dignius,tunc dicitur vtrunque beneficium æquè principale,tefte Panor.& aliis in c.extirpandæ.§.qui verò.de præb. nifi ex confuetudine aliud feruaretur: quia interpres eft confuetudo. l. fi de interpretatione.ff.de legib.

21 Et tunc vbi commodius erit habitare debet habens vtrunque c.& temporis.16.q.1.c.dilectus. 2. vbi Fel.de refcr.alioqui in maiori gl.& doct.in c.non poteft.de præb.lib.6.

Quis vnire beneficia pofsit.

22 Præterea in definitione dicitur ab epifcopo, quia ficut vnire epifcopatus atque fubiicere poteftati alienæ ad fummum Pontificem pertinere dignofcitur:ita Epifcopi eft ecclefiarum fuæ diœcefis vnio & fubiectio earundẽ.c.ficut vnire,de excefl. præla.c. quod tranflationem,de offi.leg.vnde patet à quo pof fit vnio fieri,videlicet ab epifcopo,dummodo beneficia non fint exempta, quia tunc ad Papam vnio pertinet:c.fi.vbi no.de confir.vtil.

23 Itẽ ab alio fuperiore,ideo in definitione dicitur: nam Papa poteft vnire tam epifcopatus, quàm alia omnia beneficia,tam maiora,quàm minora.cap.decimas.in fi. & c. & temporis qualitas. & feq. 16. q. 1. quia ipfe habet plenariam poteftatem in beneficialibus.c.2.de præb.in 6.& clem.1.vt lit.pend.

Legatus vnire poteft.

24 Item Legatus de latere vnire poteft, quia omnia poteft, quæ epifcopus in fua diœcefi. Specul. in tit de leg.§.nunc oftendendum,verf. 89. ibi legatus igitur:& quia eft maior epifcopo in prouincia fibi decreta. cap. primo. de offic. legat. lib. 6. dom. de Rota decif.58.legatus.& decif.118. fecundum maiorem, in not.[fub titu. de offic. lega. decif. prima.]

& decis.459. nota secundum maiorem, in antiquis. [sub titu. de offic. lega. decis. 3.] Guydo Papæ in cons.134.circa processum,in 2.quæst.doct. in cap. fi. de confirma.vtil.& Brunel. in tractatu de dignitate lega.conclusio.13,& debet seruare illa solennia, quæ episcopi saltem in hoc regno, alioqui non recipietur vnio legati.

25 Fallit in episcopatibus, quos non potest vnire legatus.c.nisi.& c.quod translationem, de offic. leg. nec alius extra Papam,in d.c.sicut vnire.

In præiudiciũ episcopi legatus vnire non potest.

26 Non potest etiam vnire in præiudicium episcopi, videlicet in totum eximendo à iurisdictione & subiectione episcopi: sed licèt collationem auferat ab episcopo vniendo,tamen vnio valebit,dum modo non auferat, subiectionem, obedientiam, correctionem, vel alias à iurisdictione episcopi non eximat. cap. finali. de confirm. vtili, vbi Decius dicit hanc esse magis communem opinionem: & secundum istam collegium Papiense consuluisse sic tenent Domini de Rota. decis. 459. nota secundum maiorem in antiquis. [sub titu. de offic. legat decis.3.]

27 Alia tamen opinio, quòd sine consensu episcopi vnionem facere non posit, & cum illius præiudicio dicitur magis æqua, cui potius assentirem, si esset præiudicium maius collatione,vt suprà,

Beneficium sub patronatu laici legatus non vnit sine cõsensu patroni.

28 Item hoc non potest vnire legatus, quando ecclesia esset sub iure patronat.laici,glos.& doct. in c.nobis.& c.cùm dilectus, de iurepatronat.sine consensu patroni:sicut dixi si legatus vellet vnire beneficium in regno situm abbatiæ, vel episcopatui existenti in alio regno, vel principatu, quod facere non posset sine Regis consensu: & vidi appellari tanquàm ab abusu ab illis vnionibus sic factis,etiam post longissimum tempus centum annorum, à procuratore Regio qui ista Regni commoda prosequitur: & quia hæ vniones semper & quotidie grauant:ideo semper appellatur.Bald.in l.2.col.2.C. de episcop. audien.facit leg.1.§. fin. ff. de vsufruct. accresc.ibi vsusfructus quotidie constituitur, & legatur,&c.

Archiepiscopus vbi vnire possit.

29 Archiepiscopus etiam in sua diœcesi potest vnire, cùm in ea tantam potestatem habeat, sicut episcopus in sua,teste Specul.in d.titu. de legat. §. nunc ostendendum.vers.legatus igitur, quem refert & seq.Ioann.Caccialup.in suo tract.de vnio.art.3.q. 4.& iura episcopalia exercet in suo archiepiscopatu: & ad illum appellatur iure episcopi,& Metropolico c.Roma,de appel.in 6.c.referente,de præb. secundũ nouum intellectum,quem dedi ibid.

30 Sed beneficia pertinentia ad collationem sui suffraganei vnire non potest. text. in c. si vnire,in fi de exces. prælat. quia in casibus à iure expresis habet iurisdictionem in suffraganeos, sed non liberam ideo in aliis casibus ei non licet auferre episcoporum autoritatem.c.1.de for.compet,in 6.

In præiudicium mãdatarij vel expectãtis an beneficium vniri posit

31 Item beneficium expresè reseruatum vniri in præiudicium expectantis non potest: sed si fuerit facta vnio,valebit, sed non habebit effectum, nisi post mortem expectantis: vel postquàm priuatus fuerit,de Rot.decis.253. no. quod beneficium, [sub tit.de reb.eccle.non alienand.decis.6.] & decis.160. [sub tit.de rer.permut.decis.3.] & 658.in antiq. [sub tit.de reb.eccles. non alienand. decis.6.] sed generalis reseruatio,vel mandata,seu nominationes,non impediunt vnionem,per gloss.in cle.fin. de rescript. quia beneficium per vnionem dicitur supressum,ob id non dicitur ampliùs vacare. c. cum accesissent, de constit.nisi in fraudem vellent illud vnire iuxta mortem vnius.vt in c.fi.de renun.lib.6.vel post vacationem. vide Paris.cons. 114. cùm reseruatio in 4. vol.

Abbat & inferi res episc po vnire n possunt.

32 Item in definitione etiam dicitur ab episcopo, ad exclusionem inferioris, à quo vnio fieri non potest:vnde priores, vel abbates non possunt vnire. d. c. sicut vnire & glos. in d. cle. fi. de reb. eccles. non alien. Perus.in c.cùm singula,col. 1. de præb. in 6. & text.iuncta gl.in verb.ordinarios. cle. ne in agro. §. adhæc de statu monach.vbi dicit gl.non procedere, quando hoc præscripserunt.

33 Iura enim episcopalia inferiores præscribere non prohibentur. c. auditis. de præscript. sed titulus requiritur vel tempus immemoriale: vt probat Petr. Perus.in d. tract.de vnio ecclesia.cap. quarto. versic. vel circa hoc Rom.consil.275.quo ad primum. Alexand.consil. 70. in caussa,colum.1.vol.3.& cons.101. circa.col.1.vol.6.

Vna eccle sia aliã p quadragi ta ann. p scribit ta quàm vn tam.

34 Sed vna ecclesia potest præscribere alteram tanquàm vnitam,si eam ita tenuerit etiam per quadraginta annos, clem. vna de excesib. prælat. c. cùm de beneficio, de præb.lib. 6. quia tunc ecclesia præscribitur quo ad proprietatem, & nõ quo ad titulum: quòd potest fieri c. auditis. de præscript. & c. cura.vbi scripsi de iurepatro.Ioan.And.in regula,qui contra iura,de reg.iur.in 6.Caccial.in tract.vnio. artic.3.in fi.Oldra cons.296.Fel.in c.caussam col.2. de præscrip.& c.cùm contingat,col.3. de foro compet. & ita fuit Budeg. iudicatum teste Boër. q. 345. an vnio.dom.de Rota decis.205.nota quòd vbi.in antiq. [sub tit.de reb.eccles.non alien.decis.9.]

Arestum.

35 Et tunc sufficit probare illud tempus legitimum præscriptionis, etiam si non probetur caussa vnionis.do.de Rota decis.375. nota. quòd vbi, in antiq. [sub tit. de rebus eccles. non alienand. decis. 10.] quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solenniter acta.l.quæcunque.ff. de publicia. l. sciendum. de verb. oblig. non potest tamen præscribere quis vnionem per 49. annos, si allegauerit simpliciter vnionem, & probauerit diuturnam possessionem:quia hoc casu requiritur tempus immemoriale, per cap.primum.de præscript.libr.6. secus si quis allegauerit vnionem esse factam, & se possedisse per 40. annos: hoc enim casu sufficit probare titulum vnionis etiam per publicam formam, vel per notorium ideo sufficiet testes deponere ecclesiam esse possessam tanquàm vnitam: & hoc probat Bartol.& Ioan. Franc.in l. Celsus. ff. de præscr. hoc abundè tradit Fel. in cons. 2. excellens. doctor. vbi alia videri poterunt. & sic conciliantur sententiæ contrariæ, quòd centum anni requirantur ad præscriptionem vnionis, quando non est nisi sola possesio: sed si cum possesione concurrat titulus vel fama tituli, tunc quadraginta sufficiunt anni. vide Paris. consil. 36. quod prætensa. in 4.vol.

36 Poterit

Capitulum autoritatē vnioni præstare potest

36 Poterit etiam capitulum sede vacante autoritatem vnioni præstare, dummodo per eam iuri episcopali nihil detrahatur, aliàs secus: quia ea quæ sunt iurisdictionis ad cap. sede vacante transeunt. c. vno, de maior. & obe. lib. 6. Ioan. Franc. de Paninis, in tract. de off. & potes. cap. sede vacante, in 2. parte. quæst. 3. colum. penul. nam qui ecclesiæ suæ ius detrahit, iniustitiam facit cap. 1. distinc. 22. & superiùs in materia deuolutionis scripsi.

Vicarius episcopi vnire an possit

37 Idem in vicario episcopi, si hoc illi commissum fuerit ab episcopo, vt vnire possit, teste Perus. in prædic. tract. cap. 4. in fi. & superiùs dixi in materia vicariorum. ex his apparet à quibus vnio fieri possit.

Quibus ex caussis vnio fiat.

38 Sed videndum est, ex quibus causis vnio fiat? resp. duabus, videlicet si euidens sit necessitas, vel vtilitas. cap. exposuisti. de præb. Guid. Pap. cons. 134. circa quæst. 1. & facta sine causa non valet, quia est contra ius, volens quòd quælibet ecclesia suum rectorem habere debeat, capitul. cùm non ignores, de præb.

Necessitas quæ sit vniendi ecclesias.

39 Necessitas est, vt si duæ ecclesiæ sint pauperes, quæ ad victum duorum non sufficiunt. capit. vnio. 10. quæst. 3. cap. postquàm. 16. quæst. 1. cle. ne in agro. §. adhæc. de statu monac. [Vnde sancta Romana ecclesia sua auctoritate congregata valet disiungere, & disiuncta congregare, rationis tamen æquitate considerata, vnde vel pietatis, vel necessitatis intuitu semel à se concessa, valet vel in totum, vel in partem commutare. capitul. postea. §. fin. 25. quæst. 2.] & quando dicatur ecclesia pauper, declarat glos. in cap. clericus. 21. quæst. 1. dicens eam esse pauperem, quæ non potest aliquem honestè & sufficienter alere, & hospites pauperes superuenientes non recipere, & quando sibi & suis non sufficit, ibi vide fusiùs, & per. gl. in authen. præthereà, C. vnde vir & vxor. iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur pauper.

40 Idem si sit destructa per hostes, vel desolata ecclesia, cap. 2. de religios. domib. vel propter populi decrementum, c. ad audientiam. 2. & capit. fin. de eccle. ædi. & quando ecclesiæ sunt vicinæ, & populus mortuus est, & nunc sunt pauci, & c. temporis 16. quæst. 1. vnde apparet hostilitatis, vel paupertatis necessitate sedes episcopales in vnam redigi. cap. fi. vers. hostilitatis. 25. q. vlt.

Vtilitas vniendi quā do sit.

41 Vtilitas est quando propter tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deseruiendum illi beneficio, vel ecclesiæ cathedrali. d. c. exposuisti. vbi Panor. & alij, & cap. 1. ibi, ne plus fauisse personæ quàm ecclesiæ videremur, ne sede vacante.

42 Ergo cum caussa tenetur episcopus hanc vnionem facere, & si recusaret, posset adiri superior. c. nullus, de iure patronatus. Petrus de Perus. expressè ita tradit in d. tract. vnio. cap. tertio, & decimo, & Caccialup. art. 5.

Caussæ cognitio in vnione requiritur.

43 Et sic requiritur causæ cognitio in vnione facienda, cùm causa in ea requiratur: in qua causæ cognitione vocandi sunt quorum interest, coram ordinario loci, qui vnionem facit. cle. fi. de reb. eccl. non alien.

Disposita in concil. Constan & Tridentino

44 Et si Papa illam faciat requiritur quòd etiam de causa inquiratur in partibus, aliàs non valebit vnio: vt est in regul. cancel. 21. & ibi dicam, saltem annullabitur: vt est in concilio Constan. verba ipsius hæc sunt. Vniones & incorporationes à tempore obitus Grego. 11. factas seu concessas, cum certa regula dari non possit, ad querelas eorum, quorum interest, nisi fuerint impetrantes beneficia sic vnita personæ, si non ex rationalibus causis & veris factæ fuerint, licet Apostolicæ sedis autoritas interuenerit, reuocabimus iustitia mediante: ergo concilium reuocabit per iustitiam:

45 Praxis Gallorum est, vt soleant appellare tanquàm ab abusu, vt inferiùs dicā: & istæ vniones sine caussa factæ præsumuntur subreptitiæ: vt fuit in cōcilio nouissimo Tridenti. in 7. sessione dictum.

Appellatur ab abusu vnionis perperam factæ.

46 Hodie ergo in hoc regno Franciæ post concilium illud Constan. nullæ recipiuntur vniones factæ in fauorem personarum, sed si sint factæ, ab eis appellatur tanquàm ab abusu: & senatus eas abusiuas & irritas pronunciat.

47 Item appellatur tanquā ab abusu in hoc regno ab vnionibus factis sine causæ cognitione, à quocunque factæ fuerint: & nullæ solent pronunciari, & irritæ per curias supremas: nec habetur ratio temporis, quia abusus non potest præscribi: & ista est praxis regni.

Vniones nō sortitæ effectum, reuocantur.

48 Insuper omnes vniones, quæ non fuerunt sortitæ effectum, reuocantur, in regul. cancel. 11. & hodie in concilio Tridentino, siue fuerint sortitæ, siue non si à 40. annis factæ fuerint: quod statutum si seruetur, videbimus multos seculares apostatas, qui olim erant ordinis sancti Augustini, vel sancti Benedicti, nunc verò sunt ordinis mendicantium, bonis nudi & destituti beneficiis: quia in his vnionibus fuerunt multæ ecclesiæ regulares in seculares redactæ, & beneficia vnita.

Effectus vnionis.

49 Effectus vnionis est, vt ille episcopus vel curatus vnius loci sit episcopus vel curatus loci vniti, & sic vtriusque. 1. ne sede vacan.

Episcopus iurisdictionē habet in loco vnito & visitationem.

50 Secundò vt deinceps iurisdictionem habeat episcopus, etiā contra habitantes in loco vnito, cùm iurisdictionem in quolibet loco sui episcopatus habeat. c. cùm episcopus. de offi. ordi. in. 6.

51 Tertiò poterit visitare etiam locum de nouo vnitum, sicut alium quem priùs habebat, & procurationem ab istis vnitis in episcopatu existentibus accipere. c. cùm Apostolus, de censib. & per totum, & tradit Soc. in suo tract. de vita.

Vniti corā magistratibus loci vbi vniti sunt conueniuntur.

52 Quartò conueniri poterunt isti vniti coram magistratibus illius ciuitatis cui vniti sunt, si ibidem degant docto. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud cap. fi. de constit. lib. 6. clem. 1. de rescrpt.

53 Quintò isti vniti, si non erant regnicolæ post vnionem erunt, nec indigebunt literis naturalitatis, sicut veri filij regni: vt scripsi in tracta. de literis naturali. in 2. tomo constitu. Regia.

54 Sextò isti vniti poterunt munera obtinere in loco cui vniti sunt, & sic poterunt ibi esse assessores & alio fungi munere. l. si eadem. ff. de asse.

55 Septimò in sinodo tenebuntur comparere coram episcopo, cuius episcopatui vniti sunt, & ad iura quæ alij primi episcopo tenentur, & ipsi vniti præstare debebunt c. conquerente. de offi. ordi.

56 Octauò negotia istius loci vniti tractari poterunt in ciuitate & loco cui vniti sunt, c. nouit. vbi. doct. de offic. leg. doct. in d, l. vna, C. de Metrop. Berito lib. 11. [Et illa pars populi quæ nouis ecclesiis supponitur à iure prioris ecclesiæ absoluitur c. præcipimus. 16. q. 1.]

Priuileg. ecclesiæ principalis vniti habebūt.

57 Nonò vt semel dicam, omnia priuilegia isti vniti accessoriæ habebunt quæ aliis dantur: vt docet Bart. in. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act, quem sequitur Curt. con, 57. & Albert. in tract. de augmēto, in 9. conclusio, vbi alia videri poterunt: quia hoc limitat ibid. & alij effectus ex præmissis hic addi poterunt. doct. in l. 1. ff. de leg. 1. [differentiam inter vnionem & incorporationem scribit Angel. in consi. 247. vnitorum. colum, 2.]

Regula cancella. 21. de vnionibus explicatur.

Item voluit quòd petentes.

GLOSSA PRIMA.

Motu proprio & ad petitionem vnio fit.



Equisita ad ritè conficiendam vnionem in hac regula scribuntur. Et primò requiritur, quòd quis petat vnionem fieri, ibi, Petentes: potest tamen fieri ex certa scientia, & motu proprio: & tunc non habebit locum hæc regula, sumendo argumentum à contrario quod est in iure validum. l. 1. ff. de offi. eius. c. cùm Apostolica. de his quę fiunt à prælat. in Francia tamen quomodocunque fiat, requiruntur solennia, quæ inferiùs dicentur.

Beneficia.

GLOSSA SECVNDA.

Benef. maiora & minora vniri possunt.



Vorum appellatione veniunt omnia beneficia, tam maiora, quàm minora. gl. in. c. 1. de regulis iuris in 6. cùm hic simpliciter loquatur. & vniones sint odiosæ: doctor. in clem. fi. de reb. eccles. non alienandis. & superiùs in definitione scripsi: ideo non extendendæ, regula odia. de reg. iur. in 6. tamen de omnibus intelligetur hic propter indefinitam elocutionem, quæ æquipollet vniuersali. c, vt circa. de elect. in 6. & quia verbum beneficium, est generale: vt superiùs scripsi in princ. huius libri.

Ecclesiastica.

GLOSSA TERTIA.

Imperator & Rex aliquādo vnionem facit.



T sic non habet locum in temporalibus vt in Feudis. cap. felicis, de pœnis. in 6. scripsi in tractu nominatio. q. 21. & iure Canonico regulariter nomine beneficij venit ecclesiasticum, licèt aliquando exprimatur; vt in titul. vt ecclesiastica benefi. & in regula 1. de regul. iur in 6. quamuis Imperator aliquando vniat duas dignitates: vt in §. illud. in authent, vt iudices sine quoquo suffrag. collation. secunda, tamen non seruantur requisita in hoc tex, sed facta vnione per Regem vel Imperatorem, tunc illi habitantes in ciuitate vnita, habent priuilegia etiam ciuitatis, cui vniti sunt, & ibi conueniri poterunt, & subiicientur magistratibus illius loci: vt patet in l. vna, C. de Metrop. Berito. lib. 11. & ibi iurium interpretes.

Aliis vniri.

GLOSSA QVARTA.

Ecclesiastica ecclesiasticis vniuntur.



T sic ecclesiastica ecclesiasticis vniri debent, & temporalia temporalibus non mistim. ca. fin, de rerum permut. hæc probat dictio aliis, quæ similitudinem denotat, c. sedes, de rescript clem. 1. illo. tit. gloss. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fug.

Teneantur exprimere verum.

GLOSSA QVINTA.

Verus valor in vnionibus est exprimendus etiā in Francia.



T sic aliud est requisitum, quòd in vnionibus verus valor exprimatur: nec in Frācia sufficeret exprimere cuius fructus 24. ducatorum auri, &c. quoniam ille non esset verus valor licet in impetrationibus regulariter hæc expresio valeat: vt superius dictum fuit in tractat. de signatura, non tamen in vnionibus.

Subreptio vitiat vnionē, & quæ in ea sunt exprimenda.

Notandum est, quòd ea quæ exprimenda sunt in prouisionibus, & ferè in vnionibus, quæ scribit Feli. c. in nostra. de rescrip. & ego in concord. Franciæ, in forma mandat. in verb. pro expresis, & subreptio vitiat ipso iure vnionem, teste [Panor. cons. 101. in quæstione. col. 4. in 1. vol.] quem sequitur de Ripa. in lib. 2. respond. c. 10. incipient. Et si vnionis, & Nicol. Mil. in verb. vnio, primo. & Felin. in c. postulasti, col. 7. versi, potest etiā inferri de rescript. Quando fit à Papa, secus si ab ordinario, quia tunc erit annullanda, arg. c. fi. de offi. lega. in 6. & clem. fi. illo titulo. quia in rescripto Papæ intelligitur clausula, si preces veritate nitantur. c. 2. de rescrip. Card. consil. 96. Papa vniuit.]

Annuum valorem.

GLOSSA SEXTA.



T sic non tenetur exprimere valorem vnius diei, vel mensis, vel duorum, sed annuum valorem, id est cuiuslibet anni quātum in anno quolibet valet: & si pluris sit vno anno quàm alio debet exprimere: vt sequitur vide quæ docto. dicunt in rub, ff. de annuis leg.

Secundum communem æstimationem.

GLOSSA SEPTIMA.

Communis æstimatio attendēda.




Vlt hæc regula quòd exprimatur secundum communem æstimationem, & non secundum sterilitatem, vel vbertatem. l. pretia rerum, §. fi. ff. ad legem Falcidiam. plenè scripsi in interpret. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. & quamuis consuetudinarius valor 24. ducatorum soleat exprimi in Francia in omnibus beneficiis, tamen in vnione verus valor est exprimendus, vt hic: quia non agitur de annata, ideo non est hodie huic expresioni veri valoris in vnionibus derogatum, quominus verus valor exprimi debeat, & idem in nominationibus vt scripsi per illum text. in §. volumus. de coll. in Concord.

Tam

Tam beneficia vniendi, quàm illius cui vniri petitur.

GLOSSA OCTAVA.

Valor vtriusque beneficij exprimi debet.



Tem debet exprimi valor tam beneficij vniendi, quàm eius, ad quod vnio fieri debet: vt docet Fel. in c.ad aures. col.vlt. in 15. conclus. de rescrip. nam cùm vnio fiat ex caussa necessitatis, vel vtilitatis, vt superiùs dictum fuit, si non sit necessitas, fieri non debet, vel ex aliis causis expressis ibi: quamobrem vt hoc sciatur, vult quòd fiat hæc expressio: quamuis in impetrationibus non soleat valor beneficij, iam obtenti exprimi, sed valor illius tantùm quod impetratur. Sed quando fit vnio mensæ non requiritur bonorum seu beneficiorum mensæ vnitorum expressio: vt decidunt dom. de Rota decis. 169. no. [sub tit. de reb. eccles. non alienand. decis. 8] quòd vbi, & decis. 442. not. vtrum, in antiq. [sub titul. de reb. eccles. non alien. decis. 13.]

Fruct' sunt exprimẽdi, id est verus valor.

Imò quamuis signatura expediatur cum derogatione huius regulæ, tamen non valebit quoad fructus, adeò quòd bulla non expedietur sine fructuum expressione: & ita ob hoc sæpiùs vidi bullam recusari Romæ.

Adhæc si in signatura fuerit conscripta clausula, quòd obstantiæ oratoris habeantur pro expressis: tunc poterit bulla expediri sine fructuum expressione. derogando huic regulæ cancellariæ, & si valebit, sed in Francia vix recipieretur ratione consuetudinis contrariæ.

Idem si fructus habeantur pro expressis, tunc etiã dabitur derogatio regulæ huius, sed non quòd fructus possint exprimi in bulla: quia illa clausula non obstante, ad hoc non tendit, ideo verus valor exprimetur.

Alioquin vnio non valeat.

GLOSSA NONA.

Vnio ipso iure est nulla, si non sit solennitas seruata.



Pso iure quia forma data est, quæ si non seruetur, actus est nullus, cap. cùm. dilecta, de rescr, & beneficium sic vnitum potest impetrari: licet contrariũ teneat Old. consi. 262. in fi. quem sequitur Boër. in decis. Bur. q. 345. an vnio. q. 1. dicens ante declarationem non posse impetrari, & multos allegat pro sua sententia comites, maximè Dec. consil. 233. viso, col. 2. Ego verò hos duos semper cõstituerem casus: primus est, vnio facta non vocatis vocandis, & sine causæ cognitione est ipso iure nulla, vt hic: quia actus omissa forma conceptus non valet, cap. cùm dilecta, de rescriptis, l. cùm hi, §. si prætor. ff. de transactio. vnde hoc casu poterit beneficium impetrari etiam ante declarationem, & appellari ab vnione abusiua: vt scripsi superiùs.

Vnitum beneficiũ an ante declarationẽ impetrari possit.

Secundus casus est, vnio facta ex falsa causa, seruata tamen iuris forma, & solennitate, valet: sed venit reuocãda, glo. in summa, & in c. sine exceptione, 12. q. 2. de Rota decis 59. vnio, in nouis, [tit. de exces. prælato. decis. 1.] & 168. cum seq. [sub tit. de reb. eccles. non alienand. decis. 2.] & 511. in antiq. [sub. tit. de reb. eccles. non alien. decis. 12.] & sic debet intelligi sententia aliorum contrariam opinionem docentium, facit §. semel, quib. ex caus. ma. licet. nisi subreptum esset Papæ, Cassado, decis. 1. in reg. cãcel. rubr. de vnio. vnde si vnio facta fuerit propter vicinitatem, & paupertatem ambarum ecclesiarum, si hæc causa fuerit falsa dissoluetur vnio sed ante dissolutam vnionem non impetrabitur beneficium, si solennitates interuenerint.

Instrumento an credatur quo ad solennitatẽ

Nec credetur instrumento vnionis dicentis solennitatem interuenisse, nisi illæ solennitates appareant quia instrumentum non debet continere verba iuris, sed facti: vt Innocentius in c. quoniam, de probationibus. hoc nominatim probat Oldrat consi. 262. in quæstione, numero 4.

Vnio an præscribatur, & per quãtum tẽpus.

Imò facta sine hac forma non posset præscribi, nisi per tempus cuius memoria non est in contrarium. Oldrad. consi. 296. de iure. vide Maletetum in tractatu de electión. folio 25. dicentem, quòd licet nullo spacio temporum possit induci vnio ecclesiarum, secundũ Hostiensem, in c. quoniã. de vit. & honestate clerico. & in sũma, de vita & honesta. cleri.

Tamen si probetur quòd ecclesia sic fuerit diu possessa tanquam vnita, probata erit vnio præsumptiuè, Ioan. And. in regul. qui contra iura, in fi. in Mercurial. Cardinal. in clementi. 1. in princ. in. 20. q. de supp. neglig. prælat. Ancha. consil. 162. in quæstione ecclesiæ, in fin. refert Fel. in c. caussam, col. 2. de præscript. [vt superius dictum extitit.]

Et semper in vnionibus commißio fiat ad partes.

GLOSSA DECIMA.

Commissio fit & inquisitio in locis vnionũ faciẽdis



Tem requiritur quòd commissio & causæ verificatio fiat in illis partibus, vbi vnio fieri debet: & ista practica vniones faciendi: nam veritas meliùs scitur per vicinos, quàm alios. l. 1. ibi, æstimatione circum colentium, ff. de fluminib. Ancha. in cle. vna, nota 1. de concess. præb. bonus tex. in cap. quanto, extrà de præsumpt.

Si tamen fiat per Papam in forma gatiosa, non requiritur clausula vocatis vocandis: sed derogatur huic regulæ de vnionibus committendis ad partes, & ipse Papa facit vnionem: sed hoc non recipitur in Francia, propter concilium generale, quòd disposuit non valere vniones, nisi sint factæ cum caussæ cognitione: vt superiùs scripsi.

Item in vnionibus consistorialibus non derogatur huic regulæ: quia hæ fiunt cum caussæ cognitione, nisi separatim detur bulla super derogatione: vt interdum vidi: sed tu si sapis, adhibeas semper solennitatem hic requisitam.

Vocatis quorum interest.

GLOSSA VNDECIMA.

Hi quorum interest in vnione vocandi.

1 

T sic in vnione requiritur, vt vocentur hi, quorum interest, vt episcopus quia sua interest, eò quòd collationem amittet ratione vnionis: quia ampliùs beneficium non vacabit. d. cap. sicut vnire, & doc. in cap. 1. ne sedẽ vacan.

Episcopus & capitulum in vnione consentire debent.

2 Etiam requiritur consensus capituli ecclesiæ cathedralis, quia vnio alienatio est in qua consensus capituli interuenire debet. text. in cle. vlt. de rebus ecclesiæ

ecclesiæ non alienan: & cle. ne in agro. §. adhæc, de statu monach.c.fine exceptione.12.q.2.Bal.consi. 1.vol.1.Dom.cons.88.apparet,in 1.quæstione,& in 2. dicit,an interuenisse præsumatur, & cui incumbat onus probandi:vide Alex.consi.219.ponderatis, col. 1.& seq.in 6.vol.& poterunt consentire etiam si aliquod commodum sentirent.de Rota decis.859. præposituræ,in antiq.[sub titul. de reb. eccles. non alienand.decis.3.] & decisio.4. rubr.de rerum permuta. [Bernard.de Bisignet.] Oldra.consi.182. licet non requiritur tamen tractatus, sicut in vera alienatione. dict.c.fine exceptione.vbi scripsi 12.q.2. & quia in d. cle.si.de rebus eccles.non alienand. non exprimitur de tractatu,sed de consensu: hoc tenet Rota decis. 166.no.quòd vbi est vnio,in antiq.[sub. titul.de reb. eccles.non alien.decis.1.] Boër.decisio.Burdegal.345. an vnio.

Consentire nolentes vnioni cogũtur.

3 Et si nollent hi, quorum interest, consentire: caussa existente possent compelli: imò ipsis inuitis à Papa fieri posset, per cap. cùm dilectus, & ibi nota de his quę vi metúsve caussa fiunt.Inno.in.c.in Lateranen.de. præbend. Panor.& alij in c.nullus, de iure patro.

4 Aliàs si caussa non subesset, vnius contradictio illam vitiaret, teste Caccialup.in d.tract. vnio.artic. 6.in prin.

Caussa in vnione probanda & quomodo.

5 Ista etiam caussa est probanda.Oldra.consil.260. quòd vnio.& cons.seq. & Cardinal: consi.96. Papa vniuit.& de Ripa.lib.2. respon.c.10.si vnionis: quomodo hæc sit probanda docet Oldra.consi. 266. & seq.de iure. & Alex.cons.79.in caussa,col.3.vol.3. & cons.101.circa.in 6.vol.& Dec.consil. 233. viso tenore,col.2.

Consensus patroni in vnione expetendus.

6 Item requiritur consensus patroni, & ideo vocandus est,c.suggestum,de iurepatro. Cardin.d.consil.96.Papa.in 2.q.& Rota decisio.229. in dimembratione,in nouis & in 2.caussa.in vltimis Thomæ fastoli decis.& 80.caussa.2.dubio ibidem.& Cessador. decisio.3.de iure patro.Soci.cons.1.nu.6.in 3.vol.Deci.cons.148.reuerende,colum.1.Petr.Paul.Paris. cõs. 128.in capella,col.pen.in 4.vol.

7 Et citandi sunt alij omnes, quorum interest. & quòd illis vocatis fiat, d.cle. ne in agro. §. adhæc, & doc.tradunt in d.c.sicut vnire.& Petr.de Perus.in d: vnionis,trac.c.5.quod est verum si non fiat à Papa. quia ille hoc potest facere etiam inuito episcopo. c. 2.de religio.domib.de Ripa in lib.2.respon.c.18. nihil proponitur.hodie in Francia solennitas inquisitionis caussæ est facienda etiam à Papa, sicut ab inferiore, aliàs facilè reiicitur: sed Papa solet committere in partibus vt inquisitio fiat de caussa, & de cõmodo vel incommodo: & posteà istæ inquisitiones ad eum mittuntur:& iste vnionē probat si caussa fuerit,aliàs reiicit.

Rectoris vel curati cõsensus nõ requiritur.

8 Non requiritur tamen consensus rectoris, sed ei ad suam vitam non præiudicatur,ideo non vocatur, cle.vlt.de rebus eccles.non alien.nec est eidem insinuanda dicta vnio,postquàm illi non præiudicat,nisi vt ignorantiam non posit prætendere ad hoc, vt permutare,vel aliàs resignare istud beneficium non posit.c. ad hoc.de postula.prælat. Ioan. Gallus in q. per Aresta.q.134.&seq.de Rota decis.160.nota quòd beneficiũ,in antiq. [sub tit. de rer. permuta decis.3.] & decisio.1.rub.de rerum permuta. [Bernard de Bisignet.] Oldra.consil.257. factum, & Paul. Castren. consi.437.in quæstione,vol.1.

Vnitum beneficiũ non potest resignari etiam caussa permutationis.

9 Nec consideratur quòd rector potuisset illud beneficium resignare in fauorem nepotis, quia hoc nõ est considerabile:cùm beneficia consanguineis non deferantur consanguinitatis iure.c. 1. de præb.& illa resignatio pēdet à superioris facultate,qui per vnionem iam declarauit nolle illum rectorem resignare posse:vt in cap.ex.parte,1.de offic.delega.

10 Et quia multi affectu carnis solent suis prouidere cum præiudicio animæ. cap. 1. ne sede vacant. ca.graue,de pręb. ideo ille rector non poterit etiam permutare illam ecclesiam sic vnitam. vt consuluit Oldra.consil.157.factũ tale,col.5.nu.16. & 20. & seq.

Plebs in vnione facienda non vocatur.

11 Plebs etiam ad vnionem non debet vocari, licet videatur quodam modo sua interesse: sed episcopus proteget plebem.Cardinal.consil.65. Pro decisione.& Boër.dict.decisio.345.quia plebs interdum laborat contra sua propria cõmoda, sicut ,l.pen.C. de sponsal & nescirent quid peterēt mulieres. sicut mater filiorum Zebedæi.

12 Audirentur tamen,si caussam rationabilem allegarent impedientem vnionē fieri, per text. in cap. si quis presbyterorum,vbi doct.de reb. eccles. non alienand:scripsi in glo.à die recusationis, in §. 1. de nomina.reg.in concorda.

Legatus nõ potest in præiudicium episcopi vnire.

13 Etiam notandum est,quòd per vnionem factam per Papam vel legatum non præiudicatur episcopo in iuribus suis, videlicet in visitatione, subiectione, & aliis iuribus c. cùm dilectus. vbi glo. quod met. caus.2.de religios.dom.glo.in cle.fin.de rebus eccle. non alienand.secus in collatione,& aliis iuribus,quę salua esse non possunt valida existente vnione: quia illis censetur derogatum propter repugnantiam, l. vbi repugnantia,ff.de regul.iur. Caccialup.in d.tract. vnio.artic.8.q.16.

14 Sed si fieret vnio ab episcopo, tunc videretur tantùm sua iura remittere.c.Pastoralis,de dona. Cardinal.in dict.clement.vlt.Perus.in dicto tract. de vnio.c.10.vbi dicit quòd episcopus in cuius diœcesi est ecclesia vnita adhuc iurisdictionem in illa habebit,& iura episcopalia de quibus in cap.Conquerente,de officio ordinar.nisi ea ipse remiserit.

Formula vnionis à Papa scribendæ.

15 Solet itaque Papa in hoc rescripto post narrationem sic scribere.Nos igitur super hoc prouidere volentes,huiusmodi supplicationibus inclinati,dictam parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem monasterio authoritate Apostolica inperpetuũ incorporauimus, annexuimus & vniuimus.

Clausulæ no. in vnionibus conscribendæ.

16 Ita quòd cedente vel decedente rectore dictæ ecclesiæ,qui nunc est,vel aliàs ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente,liceat abbatissæ pro tempore existenti, & dilectis in Christo filiabus conuentui dicti monasterij,per se,vel alium,seu alios corporalem possessionem ecclesiæ parrochialis, iuriùmque & pertinentiarum prædictorum propria authoritate apprehendere,& tenere,fructusque, reditus, & prouentus,ac iura vniuersa eiusdem ecclesiæ in monasterij & ecclesiæ prædictorum vtilitatem conuertere reseruata

reseruata tamen de fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus huiusmodi pro vicario perpetuo in ea instituendo congrua portione, ex qua idem vicarius commodè sustentari valeat, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera supportare, dispositioni Apostolicæ reseruamus, districtiùs inhibentes fratri nostro episcopo N. ac illi, vel illis ad quem, vel quos collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet communiter, vel diuisim, ne de huiusmodi parrochiali ecclesia disponere quoquomodo præsumant, ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his à quoquā quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstant. &c.

Possessio apprehendi authoritate propria potest in vnione.

17 Hic concedit Papa, quòd authoritate propria possint possessionem recipere, alioqui non possent, nisi concederetur, per tex. in c. pastoralis. de priuileg. l. si ex stipulatione. ff. de acquirend. possessio. docto. in c. cum venissent. de restit. spolia. de Ripa lib. 2. respon. c. 18. nihil. Boër. q 346. quæritur in decisio. Burdegal.

Lite pendēte non fit vnio.

18 Item vnio fieri non potest lite pendente, & si vnus collitigans petat illud vniri suo beneficio: nec valebit illa vnio nisi in euentum, quando videlicet euincet, & sententiam pro se obtinebit: & tunc Papa vniet, sed dicet quòd in euentum euictionis liceat possessionem &c. vnionis vigore apprehendere.

19 Vel alij dicūt, quòd Papa non vniet in euentum euictionis, sed melius est quòd vniat & possessionē differat ad euentum euictionis: & ita solet fieri, & est melior praxis, vel mandet Episcopo seu iudici, & de caussa cognoscenti, vt lata sententia in vtilitatem consentientis vnioni eam faciat. De clausula cedente vel decedente, scribit Paul. Castren. cōsi. 271. viso tenore, in primo volu.

Cōsensus et ante vnionē & post, interuenire potest.

20 Iste consensus potest interuenire ab his quorum interest, & ante vnionem, & post eam, etiam ex interuallo. cap. cùm nos, & ca. cura, de iure patro. Aegid. Bellamera decis. 504. & Alex. cons. 219. in 6. vol. ac Soci. consil. 15. colum. 13. versic. demum supponendo, in primo volu. & Boër. in decisio. 345. an vnio, col. 2. refert.

21 Vnde si vnio fuerit facta non vocato episcopo, si posteà consentiat, valebit, si solennitates fuerint adhibitæ: vt suprà dixi.

Et idem voluit obseruari in confirmationibus vnionum factarum.

In confirmationibus vnionū solennitas requiritur. Idem quomodo accipiatur.

GLOSSA VLTIMA



ET sic non valet confirmatio vnionum, nisi supradicta interueniant: quòd est not. & intellige nullam esse confirmationē vnionis: quamuis gloss. in hac regula teneat contrarium: tum quia tex. idem esse voluit in confirmationibus, & non esset idem, per l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruitu. vrba. præ. quia dictio idem significat eandem in pluribus censuram. glos. in l. cùm hi. §. si vni. ff de transact. iuncta gl. idem scilicet per omnia, §. sed si est testamento, in fin. de satisdat. tuto. in instit. l. si ante. ff. soluto matrimonio, & hic versi. ad omnia referri debet, prout plenè scripsi in interpreta. l. vnicæ. in glo. & non ex quibusdam. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

Idem potest tripliciter dici, in genere, in specie, & in numero: vt per docto. in l. 1. ff. de vulgar. & maximè quia hæc confirmatio solet a Papa fieri, & subreptio vitiaret hanc confirmationem, sicut annullat vnionem: vt suprà dictum fuit: & sic eadem solennitas requiritur in confirmatione vnionum quæ in vnione, quam superius vidimus.

Suppressio vnionis solennitatem requirit.

Idem dicunt in suppressione, seu dissolutione vnionis, & applicatione fructuum: vt si fructus vnius beneficij alteri applicentur, derogandum sit isti regulæ, vel faciendum secundum regulam, ne alicui fiat iniuria: & in præiudicium alicuius nihil fieri debet sine vocatione. l. de vno. ff. de re iudic.

De vicariis perpetuis

Inuito vicario perpetuo non potest prior, vel curatus benefi. io deseruire.



IN his vnionibus etiam considerandum est, quòd quando vnio fit accessoriè, in beneficio vnito relinqui solet vicarius perpetuus, qui illi deseruiet beneficio: & is qui habet beneficium vnitum, non poterit illi deseruire per se inuito vicario perpetuo, per tex. in c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. c. 1. illo tit. in 6. & c. vnic. de capell. monacho. illo lib. Panor. in cap. 9. perpetuus, de fide instrument. doct. in cle. vnic. de offic. vicar.

2 Nisi in vnione fuerit dictum, quòd non constituatur vicarius perpetuus, sed per se deseruire is, qui vnitum habet possit: nam fundationes & constitutiones in vnione appositæ seruandæ sunt: & hoc decidit Bonifac. in d. cle. vnic. col. vlt.

In ecclesiis principaliter æque vnitis nō cōstituitur vicarius perpetuus.

3 Si verò fuerint duæ parrochiales ecclesiæ vnitæ æquè principaliter, tunc vnus est curatus vtriusque, & non tenetur constituere vicarium perpetuum in altera, sed ad tempus, videlicet quando ipse illi non seruiet. cap. & temporis. 16. quæstione prima, cap. 1. vbi doct. ne sed. vacan.

Duas missas quis interdum dicere potest.

4 Et interdum Papa dispensat, vt habens istas duas ecclesias tenues diebus dominicis & festis duas dicat missas, vnam in vna, & alteram in altera: vt docet Hosti. & alij in cap consuluisti, de celebrat. missa. licet aliàs regulariter presbyter non possit duas celebrare eodem die missas, quia Christus semel passus est cap. sufficit, de consecra. dist. 1. d. c. consuluisti, de celebra. missa. vbi scripsi.

Quándo vicarius perpetuus constituatur vel temporalis.

5 Etiam non constituitur vicarius perpetuus, quādo vnitur beneficium simplex, sed tantùm quando ecclesia parrochialis. gloss. & doct. in cle. vnic. de offic. vicar. & Gemi. consil. 86. in caussa Traiecten.

6 Item quando beneficium est vnitum mensæ capituli, vel episcopi, potest deseruiri per temporalem vicarium. glossa in verbo ad mensam. cle. prima de excess. prælat. glos. & doct. in clem. prima, de rescrip. & in clemen. vnic. de suppl. negligen. prælat. dom. de Rota decision. 260. nota gloss. in antiquis [sub tit. de offic. ordin. decis. 1] & nisi in vnione fuerit creatus vicarius perpetuus poterit constitui temporalis, ideo vnio videnda erit, & deseruiendi consuetudo.

7 Ad mensam censetur vnitum beneficium, quando spiritualia & temporalia sunt annexa glo. in d. ct. verbo

verbo.ad mensam.& doct.in cap.vt super, de rebus eccles.non alienan. vel quando hoc exprimitur in vnione, vel ex obseruantia, & consuetudine longissimi temporis, scilicet per quadraginta annos, cap. cùm de beneficio, de præband.in 6. cap de quarta, vbi doct.de præscript glos. in clement.per literas, de præb. & superiùs dictum fuit.

Ad mensã quãdo vnitũ cẽseatur.

8 Vide an possit dici vnitum beneficium ad mensam prælati quando concessum fuit vt is viuere cùm suis posset: olim pauperes erant abbates & prælati qui cum suis religiosis non poterant in monasterio sustentari: ob id procurauerunt boni viri, vt ecclesiæ vnirentur mensæ illorum, vt ex fructibus viuere possent: quod hodie trahunt quidam scelesti ad canes, vt maiorem numerum canum & falconũ alant, quàm pauperum: sed postquàm ad mensam est vnitum, ad hominum mensam vnitum censetur, non canum, quibus mensa non est necessaria: & ob eam caussam alimentorum quãdo beneficium vniebatur, & spiritualia & temporalia cõcedebãtur: ideo declarat gloss. spiritualia & temporalia esse annexa.

Vnio deductis impensis fit.

9 Et sic quando fit vnio, debet intelligi deductis impensis necessariis in vicario, quàm pro aliis: cap. præsenti, de offi.ord. in 6.c.si propter de rescrip.ibid. & cap si tibi concesso, de præb. illo lib quia fructus, intelligũtur deductis impensis.l.fructus. & ibi doct. ff.solu.matr. l j. C.de fruct.& litium expen.scripsi in glo.fructus.§.volumus, de collat.in concorda.

10 Nisi in vnione esset reseruata tertia pars: vel quarta fructuum vicario tunc intelligetur non facta expensarum deductione, sed de integris fructibus illius tertiam, vel quartam partem habebit vicarius, instar decimæ, in c.tua, &c.pastoralis, de deci.& scripsi in tracta. meo de deci. & in tracta. de congrua portio.

Vicarius perpetuus constitui in prioratibus curatis regularibus debet.

11 Item debet constitui vicarius perpetuus, quãdo religiosi vel seculares ex dispensatione habent prioratus regulares, quibus est annexa cura animarum: cle. vnic.de supplen negli.præla. cle.ne in agro.§.cæterùm, de statu monacho do.de Rota.decis.228.nota quod vbi in antiq. [sub tit.de off.vicar.& decis] 2. vbi dicit priorem habere curam, quod verum dicunt habitu: vicarius verò habet curam actu & exercitio: vt in clem. vna, de offic.vica.

Prior an habeat curam seu vicarius.

12 Et hic vicarius pepetuus interdum ad præsentationem prioris constituitur.d. cle.ne in agro.§.cæterùm, & cle.1.de iure patro.

Vicarius ad curam non recipitur sine episcopi autoritate.

13 Et aliquando pleno iure vicariam Episcopus cõfert, per c.omnes basilicæ. 16. q. 2. & quandoque in fundatione reseruatur collatio priori.sed tamen non debet recipi vicarius ad curam, nisi de Episcopi autoritate. c.cùm satis, de offi.archidia.c. adhæc, de offic. vic. c. ex tua. de filiis presbyter. Imol. in rub. de institut.

Iura quæ loquuntur in beneficiis habent locum in vicariis.

14 Item iura loquentia in beneficiis habent locũ in vicariis perpetuis.c.postulastis, de rescr. etiam illa quæ in parrochialibus loquuntur, habent etiã locum in his vicariis, cle.vnic.de offi.vicar.facit c.Michaël.de filiis presbyt. vel filius presbyt. non potest ordinari ad vicariam perpetuam, in qua pater ministrauit, sicut non potest ad illud beneficium in quo pater ministrauit, præfici.

15 Adhæc vicarius perpetuus non potest remoueri, etiam si rector principalis moriatur.c.adhæc, de offi. vica. Panor.& alij in c.extirpãdæ §.qui verò, de præbend.quia vicaria est beneficium. dict. cle.vnica: & beneficia perpetua esse debent.c.sanctorum.70.dist. glo.& doct.in c.si de tempo.ordi. in 6. & datur vicario in titulum: vt dicunt docto. in d.c.ad hæc. quicquid dicat glo.ibi, potest etiam Papa illam vicariam dare in commendam, sicut alia beneficia.

Vicarius non remouetur per rectoris mortem.

16 Et vicarius iste perpetuus debet gaudere priuilegiis, quibus gaudet monasterium & ecclesia, cui est beneficiũ vnitũ: quia qui adhæret Deo vnus spiritus est cum illo: cap.damnamus, de summa trinita. & quæ religiosis adhærent, religiosa sunt, l. quæ religiosis.ff. de rei vendica.& locum tenens deputatus. ab eo qui posuit rectorem, vel iudicem, eodem gaudet priuilegio, quo rector.l.sed si hac, in fine. vbi Iason.ff.de in ius vocando.Barto.& alij in l. si filius, de legatio. & si ecclesia sit exempta, & vicarius erit, cap. per exemptionem, de priuileg.lib.6.

Vicarius gaudet priuilegijs ecclesiæ.

17 Si præstimonium vniatur alteri beneficio, non est opus derogare statutis de obseruandis præstimoniis, quia per vnionem desiit esse beneficium, vt membrum tenebitur, nec illud obtinebit tanquàm præstimonium, sed tanquàm vnitum: ideo non est opus in vnione de eo facere mentionem: quod est notãdum, vt superiùs dixi de bonis.

18 Si vnitum sit beneficium, non poterit is, qui illud possidet permutare: quia postquàm vnitum est, non est ampliùs beneficium, sed membrum eius, cui est vnitum nec dicitur vacare, teste Feder. in tracta. permuta.benefic.q.33. & suprà dictum fuit.

Permutare non potest beneficium, & an resignans repetit sit.

19 Sed an possit is qui resignauit illud beneficium, posteà ad illud redire postquàm permutatio non potest sortiri effectum: respond. posse, si fuerit ignarus illius vnionis per cap.si beneficia, de præbend. lib.6. Panor. & Felin.in cap. cùm venerabilis, de rerum permuta.

20 Si verò sciuerit vnitum, & in instrumẽto vnionis fuerit scriptum, quòd per cessum & decessum vnio sortiretur effectum, tunc non poterit ad suum redire beneficium.quia non est vsus concesione iuris, cle. vna, de rerum permut.

21 Clausula bullæ vnionis hæc addi solet, quando fit vnio parrochialis ecclesiæ, congrua portione ex fructibus &c.eiusdem ecclesiæ parrochialis pro perpetuo inibi vicario per loci ordinarium instituendo, ex qua se commodè sustentare, episcopalia iura soluere, & alia eidem ecclesiæ incumbentia onera supportare valeat, reseruata.

Clausula congrua portionereseruanda quid sibi velit.

22 Nisi in ea adsit clausula, quod per presbytum ad nutum amobilem deseruire possit: & regulariter siue sit prioratus, cui imminet cura animarum, vltra curam conuentus, vel aliud beneficium curatum, sem per solet illa clausula congrua portione reseruata describi: de qua plenè tractaui in tract. meo de congrua portione.

23 Sed si vniatur beneficium non curatum, non solet poni ista clausula, nec affirmatiuè, nec conditionaliter: quod est notandum pro vnionibus.

Clausula ponenda pensione retenta à capitulo.

24 Et quando vnio fit à capitulo retenta pensione alicui, tunc debet poni in bulla clausula: quòd si per sex men

sex menses cessauerint à solutione pensionis, tunc rectores ecclesiæ, ac singulares personæ capituli sententiam excommunicationis incurrant, elapsis dictis sex mensibus: & vnio, annexio, & incorporatio prædictæ dissolutæ sint, & esse censeatur, dictaque parrochialis ecclesia in pristinum statum reuertatur, & per dissolutionem eandem vacare censeatur eo ipso, ac rectores præfati, eadem parrochiali ecclesia perpetuò priuati existant; & similiter illa vacare censeatur, eo ipso & cætera. Et eo casu metu amissionis, & excommunicationis solutio pensionis non differetur, quia *Oderunt peccare mali formidine pœnæ*. c. eum qui. vbi glo. de præben. lib. 6. & l. 1. in fin. ff. de iustit. & iure.

De vnionis reuocatione.

Ex quibus caussis vnio reuocari possit.

1 PRo complemento huius materiæ videndum est, quibus ex caussis vnio reuocetur? Respon. quando est facta ob certam caussam, belli fortè destructionis, paupertatis, vel aliam finalem: tunc cessante ista caussa cessabit vnio, cle. ne in agro. §. ad hæc de statu monacho. vbi si facta sit propter paupertatem, si esset, dissoluetur vnio superexcrescentibus fructibus. c. cùm N. de constit. [abunde Card. consil. 96. Papa vniuit.]

2 Vel quando fuit facta ob bellum, & deficiente populo, posteà reuerso populo cessabit. cap. quia, de religio. domi. cap. fi. de parroch. & cap. 1. de verb. sig. libr. 6. quod enim atrocitas seu calamitas belli introduxit, pacis lenitas sopire debet. l. vna, in princ. C. de caduc. tollend. & sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficiis renunciare coguntur quæ eis miserationis includit intuitus. cap. fi. 25. q. vlt. vers. sed obiicitur.

Reuocanda vnio, si in ruinam ecclesiæ & hospitalitatis cedat.

3 Secundo dissoluitur vnio, quando redundat in præiudicium ecclesiæ, & eius ruinam. c. 1. ibi, ecclesiæ vestræ ruina poterat reuelari, ne sede vacan. vt si dissoluatur religio, vt ibi, consuetudines enim, quæ in ecclesiarum vergunt grauamen, reuocantur. c. 1. de consuetud. c. fi. de reb. eccles. non alienan.

4 Si fraudentur eleemosynæ. d. cap. 1. nam peccata eleemosynis sunt redimenda. c. quamobrem, de pœni. dist. 1. & duæ sunt eleemosynæ, videlicet cordis, alia pecuniæ. c. duæ. 45. dist.

5 Et si tollatur hospitalitas, c. de monachis, de præb. ad quam præcipuè clerici tenentur in summa, & per totum 42. distinctione. cap. Florentinum. 85. dist.

Ex caussa necessitatis & vtilitatis vnio reuocatur.

6 Tertiò reuocari vnio potest ex caussa necessitatis, & vtilitatis, sicut facta est. cap. exposuisti, & c. vacante, de præb. nam omnis res per quascunque nascitur, per easdem & dissoluitur. cap. 1. de regu. iur. c. cùm accessissent, de constitu. & alij casus ferè comprehenduntur sub istis. cap. 1. de reb. eccle. non alienan. lib. 6. Petr. de Peruss. in tracta. de reuoca. vnio. c. 1.

Vnio per simoniam facta reuocatur.

7 Quartò adde posse reuocari, quando scandalum immineret d. c. 1. quia nihil cum scandalo faciendum est. c. nihil. de præscr. vbi plenè Fel. c. cùm teneamur. de præb.

8 Quintò reuocatur, si fuerit facta per simoniam, etiam si iusta & legitima caussa fuerit vniendi: vnde si fuerit per pecuniam datam vnienti facta, illa simonia vitiat actum in spiritualibus, c. fi. de rer. permuta. & per totum tit. de simo. & hoc expresè asserit Oldra. cons. 262. in quæstione, in fi. cogitate an aliquæ sint in Francia vniones, & reductiones in secularitatem per pecuniam datam Episcopo procuranti, & aliis vnde reuocari poterunt, nec perpetuò durabunt illæ: difficilè enim est, vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. c. principatus. 1. q. 1.

9 Et breui dicendum est, quòd ex quibus caussis fere vnio fieri potest, & dissolui: nihil enim tam naturale est, quàm dissoluere eo genere, quo ligatũ est: l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. c. 1. illo titu. Caccialup. in tract. de vnio. art. 9. & Dec. cons. 233. viso. col. 3. & cons. 275 viso.

10 Et causa debet allegari, & probari, vt docet Petr. de Peruss. vbi suprà c. 2. ac Oldra. cons. 261. nec crederetur episcopo, vel alteri facienti vnionem, vel illius reuocationem de caussa vnionis, si non exprimatur. c. nuper. & c. licet. de testib. sic consuluit Paul. Paris. cons. 36. quod prætensa. in 4. vol.

Reuocatio- [illegible] nis quis petere possit.

11 Quis istam vnionum reuocationem petere possit? respon. is cuius interest, videlicet Episcopus: vt docet Peruss. in tract. de reuoca. vnio. c. 1. & monasterium vnitum. c. 1. ne sede vacan.

12 Capitulum etiam ecclesiæ cathedralis. c. 1. circa finem. ne sede vacan. vbi dicit posse reuocari etiã ad petitionem episcoporum, & abbatum prouinciæ, in qua sita est ecclesia, etiam ad petitionẽ Regis. & patroni vt in d. c. 1.

Reuocatio [illegible] quãdo peti possit.

13 Quæro quando hæc reuocatio vnionis possit peti? respon. quando in præiudicium ecclesiæ tendit, etiam vacante ecclesia, tamen defensore illi dato, clem. fi. vbi glo. & doct. de rebus eccle. non alie. sumendo à contrario: quia si vacante ecclesia fieri vnio possit, multò fortiùs & eius dissolutio: cùm omnis res per quascunque caussas nascatur, per easdem & dissoluatur. c. 1. de reg. iur.

14 Quod non procedit in ecclesiis cathedralibus, quia eis vacantibus non est, qui eas tueatur: ideo non potest reuocari vnio sede vacante. d. c. 1. ne sede vacan. secus in ecclesiis inferioribus, quarum est tutor & defensor generalis prælatus & Episcopus: attamen dabitur adhuc specialis defensor ecclesiæ qui rectè poterit eam defendere: secus in cathedrali. doct. in d. cle. fin.

Quis vnionẽ factã reuocare possit.

15 Dicamus nunc quis vnionem factam reuocare possit? respon. certum est Episcopum posse illam caussa existente dissoluere, quia quod iussit, vetuítve prætor, contrario imperio tollere potest. l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi scripsi. & qui potest condemnare, potest absoluere. l. 3. ibid. & is potest repudiare, qui & adire. l. is potest. ff. de acquir. hæred. sic & qui vnire potest, & vnionem dissoluere, qui potest instituere & destituere: cap. cùm ex iniuncto. de hæretic.

16 Potest inquam, Episcopus vnionem non solùm à se factam, sed etiam à Papa vel legato reuocare caussa subsistente, teste Petr. de Perusi. in d. tract. cap. 4. nam Papa vniendo noluit tollere potestatem

N

ordinarij.c.2.de relig.domib.Feder.conſ.263. præſuppoſito: & Epiſcopus vnionem factam à priore, vel aliàs malè factam reuocabit. text. in d.c. ſicut vnire, de exceſſib.præla.

17 Etiam ſi eſſet facta ſuæ menſæ: quia non eſt in proprio facto autor: vt in d.clem.fina.dicitur, & nõ eſt veriſimile, quòd eam reuocare ſit paratus, ſed vnire ſic: quia in ſuum commodum tendit: & nemo ſuum præſumitur iactare, l. cùm de indebito. ff. de probationibus.

Epiſcopus in cui⁹ diœceſi ſitũ eſt beneficiũ ſicut vnit. ſic vnionem reuocat.

18 Itẽ hoc poterit facere epiſcopus in cuius diœceſi ſitum eſt beneficiũ, quia omnia beneficia ſunt ſub eius poteſtate.c.nouerint. & c.regenda. 10. q. 1. cap.omnes baſilicæ.16.q.7.facit l.ſi prædium. C.de præd. minor. & ſi eccleſiæ ſitæ ſint in diuerſis diœceſibus, vterque epiſcopus hoc facere debet, vel poteſtatem vni dare, qui nomine vtriuſque hoc faciat gl.& doct.in d.c. ſicut vnire.

19 Poterit etiam capitulum ſede vacante reuocare vnionem cum cauſſa, quia ſuccedit epiſcopo in iuriſdictione: & illa iuriſdictio, quæ eſt apud epiſcopum vnientem, eſt apud capitulum ſede vacante.c.cum olim.de maio.& obedien.& c. 1.eo. lib.6.

20 Inferior tamen licet præſcripſerit vniendi poteſtatem, non tamen reuocandi vnionem, quia ſunt diuerſa. c.auditis. de præſcript. & ſic vnionem reuocare non poterit, niſi præſcripſerit: & reuocandę vnionis poteſtatem, quod eſt difficile.

21 Limitatur in cathedralibus. d.c.1.ne ſede vacã. vbi Papa ſolus reuocat vnionem, ſicut eam facere poteſt.d.c.ſicut vnire.de exceſſib.præla.

Beneficia exẽpta Papa vnit. & vnionẽ reuocat.

22 Secundò ſi beneficia erant exempta, tunc ad ſolum Papam pertinet vnio, & reuocatio illorum. c. autoritate, de priuileg. lib. 6. quia Papa eſt ordinarius exemptorum.clem. vna.de ſupplen. neg. prælat.ſcripſi in §.ſi quis verò.de colla. in concord.

23 Tertiò, quãdo eſſent ſpecialiter reſeruata à Papa, non impedietur reſeruatio: vt inferiùs dicam.

Vnio à Papa non reuocatur ſine epiſcopi conſenſu.

24 Quartò ſine capituli conſenſu non poterit Epiſcopus vnionem reuocare, ſicut nec facere. c. 2. de religioſ.domi.cle.ſi.de reb.eccle. non alienan. quia non poteſt ſine capitulo ardua, vt alienationes facere.c.nouit. & per totum de his quæ fiunt à præla. & ſolennitas quæ in conſtruendo requiritur, & in deſtruendo, authen.contra. C.de repud. multa allegat Petr.Gerard.ſing.3.ibid.& vide &c.

Cauſæ cognitio in reuocanda vnione.

25 Et in reuocanda vnione requiritur cauſæ cognitio, ſicut in facienda: de qua ſuprà dictum fuit, per text.in d.c.1.in fi.ne ſede vacant.ibi, ius veſtrum apud ſedem Apoſtolicam proſequendi libram facultatem habeatis.

Vocandi in reuocatiõe vnionis, hi quorum intereſt.

26 Vnde citari debent illi, quorum intereſt vnionem non reuocari, c.ſi.de elect.lib.6. Et primò prę latus vtriuſque diœceſis, ſi beneficia ſint in diuerſis diœceſibus, quia de eorum præiudicio agitur d. c.1. ne ſede vacante.& cap.ſicut vnire, de exceſſib.prel.

27 Patronus etiam eſt vocandus, quia ſua intereſt cùm ad eum redeat ius patronatus.c.piæ menti, & c.filiis.16.q.7.collegiati, & burſarij, de cuius collegio agitur, gl.in c. & temporis. 16. q. 1. & tam is qui eccleſiam poſsidet vnitam, quàm etiam vicarius in ea reſidens, quia vtriuſque intereſt: doct. in c.ſuper eo.de præb.lib.6.& generaliter alij omnes.

28 Sed hi citandi ſunt nominatim & alij per proclama.Authent.ſi omnes, C. ſi minor ſe ab hæredi. abſti.d.c.fin.de elect.in 6.quia eadem ſolennitas requiritur in deſtruendo vt diximus, quæ in conſtruẽdo.authen.econtra. C.de repud.ideo in bulla reuocationis vnionis debet conſcribi illa clauſula, vocatis his qui fuerant euocandi, &c.ſicut poni ſolet in vnione facienda.

29 Si tamen Papa vnionem parrochialium eccleſiarum diſſoluat, ſolet adiicere clauſulam, dummodo quælibet earum ſit ſufficiens ad ſuſtentandum ſacerdotes: per ea quæ not.doct. per illos text. in c. vacante, & c.expoſui ſti, de præb.& in c. cùm M.de conſtitu.& ſtatuit Alex.6.in tit.de reſerua.iuriſpat.

30 Nos tamen ſolemus in praxi, quando vnio non valet impetrare beneficium vnitum, & poſtea agere ſuper poſſeſſorio: & ſi opponatur eſſe vnitum, replicatur non valere vnionem: & ab illa vnione appellatur tanquàm ab abuſu, & pronunciabitur irrita, & demum ſi vnio non valeat, poſſeſſorium adiudicabitur impetranti.

31 Si verò valeat, ſed debeat reuocari ex cauſſa, ſeruabitur praxis ſuperiùs ſcripta coram epiſcopo, vt petatur reuocari: & ante reuocationem non valebit beneficij vniti impetratio: vt ſuprà ſcripſi in reg.cancell. quando vnio ipſo iure valeat vel ne, in gloſ.9.ibi vide.

Papa [...] benefi[...] an confe[...] poſſit.

32 Poteſt tamen Papa beneficium vnitum nõ obſtante vnione conferre, ſuſpendendo vnionem ad vitam eius, cui confert illud beneficium vnitum, non verò diſſoluit: licet in vnione dictum fuerit, quòd vnio fiat cedente vel decedente eo, qui poſsidebat beneficium, & hoc de plenitudine poteſtatis, quam in his beneficiis habet.c.2.de præb. lib.6. vel cauſſa permutationis conferre licet epiſcopus hoc non poſſet: vt docet Oldrad. conſil. 257. factum, vt ſuperiùs dictum fuit: Papa tamen non ſolet conferre, aliàs vniones eſſent inutiles, quia ſemper poſſet ita conferre: ideo ſolet caſſari illa clauſula, quæ in ſignatura impetrationis poni ſolet, & cum ſuſpenſione quarumcunque reſeruationũ, vnionum, &c.

33 Quia ius acquiſitum per vnionem non vult tollere, ſed vult vt vnio ſortiatur effectum: & illa verba cedente vel decedente important conditionem quia ablatiui ſunt abſoluti.l.ab emptione.ff.de pactis.l.à teſtatore.de cond.& demonſt. intelliguntur enim quod cedente illo, qui poſsidet beneficiũ, id eſt ſi cedat & reſignet, quòd vnio ſortiatur effectum: vel decedente, id eſt ſi decedat, antequàm reſignauerit, quòd vnio obtineat per deceſſum.

34 Quamuis Staphil.in ſecunda forma manda.in tractat.de literis gratiæ dicat contrarium, verſiculo dubitatur: nam licet certum ſit poſſeſſorem ceſſurum, vel deceſſurum, tamen incertum eſt, ſi cedat ante mortem, ob id conditio fit: vt ſcripſi in tractatu de pacificis poſſeſſorib.

Canon[...] conſen[...] diſſolut[...] vnionis [...] teſt ſibi [...] ſionem [...] ſeruare.

35 Item ſi canonicus conſentiret diſſolutioni vnionis eccleſiæ parrochialis ad vitam Titij, quæ erat vnita ſuæ præbendæ, poteſt ſibi reſeruare penſionem, & regreſſum de iure, ſi alter cedat, vel decedat, aut

dat, aut aliter dimittat. sed tutius est, quòd in bulla prouisionis ponatur, quòd cedente vel decedente eo cui est prouisio ecclesię parrochialis facta, quòd vnio iam facta teneat, & eo ipso facta censeatur: & quòd retineatur ecclesia parrochialis vigore vnionis, quam Papa dicat eo casu probamus, & robur habere volumus.

36 In Francia periculosum esset consentire isti dissolutioni ad vitam, quia sapit reseruationem & regressum, qui sunt in Francia reprobati, & vniones ad vitam, & sic dissolutiones, vt superiùs dixi.

37 Sed vidi aliud fieri, vt is canonicus det fructus ecclesiæ parrochialis vnitę loco pensionis perpetuę Titio: sed adhuc non reciperetur in Francia, cùm in tribus tantùm casibus pensio probetur: vt scripsi in tract. de pacifi. possesso. in 17. amplia. & timenda esset hoc casu appellatio tanquàm ab abusu, qui abusum retractaret: vt scripsi in tit. de reser. in conc. sed si partes essent concordes, nihil ad iudicem.

Effectus reuocatæ vnionis.

38 Vltimò vnione reuocata effectus est, quia ecclesia vnita remanebit in illo statu antiquo, in quo erat antequàm vnita fuisset. cap. I. ne sede vacante. & ideo si erat monasterium sub abbatis regimine, posteà etiam erit: vel si erat parrochialis, posteà etiam erit.

Vnione reuocata an patronus habeat ius patronatus pristinum.

39 Item si collatio spectabat ad prælatum, reuocata vnione, etiam ad eum spectabit, & ad patronum præsentatio, si anteà patronus præsentationem habebat. doct. in d. cap. I. nec videtur patronus ex simplici consensu vnionis remisisse ius patronatus.

40 Nisi illud expresse remiserit vniendo. cap. pastoralis. de donatio. & quando expresse in vnione remisit, facta dissolutione remanebit ecclesia vnita libera à patrono: quia ius semel extinctum non reuiuiscet. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. Petr. de Perus. in cap. fina. tractatu de reuoca. vnionis. in prima regula.

41 Cautius est, quòd quando patronus consentit vnioni, consentiat quandiu vnita permanebit: sed si vnio dissoluatur, reseruat sibi ius patronatus, quod nunc habet: & sic cessabit dubium.

Reuocata vnione res redibunt ad pristinũ dominium.

42 Et si dissoluatur vnio facta de monasterio ecclesiæ seculari, illi qui erant monachi monasterij permanebunt illius ordinis monachi, & bona ad pristinum redibunt monasterium, & idem si erant seculares, & posteà erunt seculares. c. cùm de beneficio, de præb. in 6.

43 Quia hæc reuocatio habet se sicut in integrum restitutio: nam sicut per in integrum restitutionem res reponitur in pristinum statum. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. ita per hanc vnionis reuocationem vt dicit glos. in d. c. I. quæ est vera, licet d. Perus. eam reprehendat, dicens nõ esse veram: quia in integrum restitutio conceditur, quando quis læditur: sed per vnionem ecclesia non erat læsa, ergo dico non peti restitutionem in integrum: sed per reuocationem vnionis res deducitur in pristinum statum, sicut per in integrum restitutionem: & hoc non habet dubium, licet ecclesia non petat in integrum restitutionem: sed caussa cessante reuocabitur vnio: vt suprà dictum fuit.

Post reuocationem vnionis prior prælat. possidebit illã ecclesiam quadiu viuet.

44 Ille tamen prælatus durante vita sua post dissolutionem vnionis erit prælatus vtriusque ecclesiæ, & curatus vtriusque parrochiæ: etiam ille vicarius erit quandiu viuet vicarius, sicut dicitur de vnione, quæ fit sine alicuius præiudicio, text. in clem. fi. de reb. eccl. non alienand. sic reuocatio fiet sine illorũ præiudicio, qui res vnitas possident: non enim debet illi tolli titulus, qui est perpetuus, c. si gratiosæ. de rescript. lib. 6. c. satis peruersum. 56. distinct.

Res alienatæ durante vnione an reuocari possint.

45 Si tamen quædam rei alienatio fuerit iustè facta vnione consistente à prælato, non reuocabitur per vnionis dissolutionem, per regul. factum legitimè non retractatur, licet peruenerit ad casum à quo incipere non potuit: & quia ille prælatus seu curatus erat legitimè præfectus, & habebat legitimam administrationem, c. & temporis. 16. q. I. ergo potuit iustè alienare vnam rem, & sic alienatio non poterat reuocari eo casu, nempe si non fuisset vnita, non fuisset reuocata: & hoc iustum & æquum est.

46 Alioqui omnes actus facti durante vnione reuocarentur, quòd est absurdum: vt scripsi in compendio alienatio. rerum ecclesię. Hactenus de vnione, & de ipsius reuocatione.

De Erectione ecclesiæ in cathedralem, secularem, vel in alium statum.

Erectiones in cathedralem à Papa fiunt.



1 Sciendũ est quòd erectiones in cathedralem fieri non debent, nisi à Papa. c. I. ne sede vacante. c. quod translationem. iuncta gl. de offi. legati. vbi etiam legato prohibetur.

Ex caussa erectio ista fieri debet.

2 Et ex causa facienda est erectio, primò vt seruitium diuinum augeatur, non autem vt diminuatur. c. ex parte. de constit. & vbi necessitas, vel vtilitas inest, sicut de mutatione dicitur in c. mutationes. 7. q. I. & vbi fidelium multitudo excreuit, cap. præcipimus, 16. q. I.

Episcopalis quando in Metropolitanam erigatur.

3 Aliquando erigitur episcopalis in Metropolitanam: vt habetur in Extrauag. saluator, in Extrau. communibus, de præbend. de ecclesia Tholosana, vbi Papa Io. 22. dicit se hoc facere propter populi multitudinem, qui vno pastore regi non poterat: & quia erat durum & difficile ad vnum recursum habere, etiam quòd nullum augmentum diuini cultus prouenerat ex tam immensis reditibus, quibus abundabat ecclesia Tholosana, sed ex adipe prodibat iniquitas: vt multo tempore luxus circa carnis desideria, euectionum pompa, immensitas clientelæ, immoderata diffusio in parentes, sumptus enormes, aut vsus extraordinarij sibi vendicassent, quasi totum patrimonium Crucifixi: & verendum erat, ne præsul incrassatus, & dilatatus, & excessiuis opibus aliàs superbus periculosè recalcitrans, Deũ factorẽ derelinqueret, & à suo salutari recedẽs pernicioso exemplo in subditos deriuaret.

Multi prælati ex redituum luxuria pereũt.

4 Videtis quòd ex immensitate redituum multi pereunt, & maximè quidam iuuenes clerici, & nobiles superbi, qui vix ex parentum legitima obtinere possent mille aureos in reditibus, & tamen de bonis ecclesiæ decem millia librarum habentes contenti non sunt: sed hi vltra Sauromatas pellendi essent, sed hodie multos expellere oporteret, cùm fere omnes nostra ætas sic alat: Deus eos in

meliorem statum dirigere velit, & insatiabilitatem remouere.

Imperator an erigat ciuitatem in metropolitanam.

5 Nec obstat quòd Imperator erigat ciuitatem, Metropolitanamque faciat, l.vna. C. de Metropol. Berito.lib.11.quia hoc verum quo ad priuilegia secularia: potest enim ciuitatem facere, & erigere in Metropolitanam, & illa habebit priuilegia alterius Metropolitanæ data ab Imperatoribus, sed non poterit erigere episcopalem, vel archiepiscopalem dignitatem: quia ad hoc nullus habet potestatem extra Papam, c.cleros.21.dist.& in d.c.1.

6 Sicut videmus in tit.de episcopis & clericis. Imperator dat priuilegia clericis & ecclesiis, tamen non consecrat ecclesias, nec creat clericos. sed temporalia dat priuilegia, Papa spiritualia. Inn.in c.cùm ab ecclesiarum, de offi.ordin.doct.in d.l.vna. Ideo si ciuitas fuerit priuata episcopo à Papa ciuitas non desinet esse quò ad priuilegia principis secularis, sed non quò ad episcopatum: & sic erigere potest Papa episcopatus, & archiepiscopatus: princeps verò secularis potest ciuitatem constituere, & Metropolim, & eas priuilegiis ornare quo ad temporalia: & fuit prohibitum in concilio Calcedon. ne clericus acciperet dignitatem Metropolitanam ab Imperatoribus, vel aliis laicis qui non possunt episcopum vel archiepiscopum erigere, licet illis à Papa erectis priuilegia concedere possint.

Papa & princeps secularis creant vniuersitates.

7 Sic & vniuersitatem Papa creat, & Princeps secularis: & vterque priuilegia illi confert, & vterque suos constituit conseruatores, & iudices. De Papa in c.fi.de offic. leg. in 6. De Imperatore in authentica habita. Cod.ne filius pro patre, de his priuilegiis scripsi abundè in tract.de scholastico priuileg. vbi etiam declaraui dicta authen.habita.

De erectione regularis in secularem.

8 Interdum erigitur regularis in secularem, vel è contrario secularis in regularem: & solet in bulla Papæ dici, Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & exaltationem catholicæ fidei, & diuini cultus augmentũ, ac ecclesiæ Albien. statũ prosperum, honorificũ, & tranquillũ ad supplicationem, &c.& hoc fuit factũ quando ecclesia Albien. fuit olim in secularem redacta: vt vidi in bulla erectionis illius.

Secularis in regularẽ facilè cõuertitur.

9 Cùm omnes ferè ecclesiæ id tẽporis regni essent regulares, quia tunc feruor deuotionis magnus aderat, sed refringescente capite membra etiam frigida fiunt, c.sunt plurimi.6.q.1.vnde factum est, vt pauca monasteria in Francia inueniantur, & religionis ferè zelus extinguatur: ac de iure facilè fieri potest, vt secularis in regularem conuertatur. c. ad audientiam.2.de eccl.ædific.c. Apostolicæ. de don. & illa est vera propria mutatio, vt docet Guliel. de Monte Laudun.in clem.1.de rescript.

10 Et potest hoc fieri episcopi authoritate, etiã inuitis canonicis secularibus, sed ipsis prouidebitur alibi quandiu superstites fuerint: vt docet Petr. de Perus.in tract.de mutat.status ecclesiæ. in prin. per gl.in c.Possessiones, de reb. eccl. non alienand. sed de regulari in secularem non potest fieri sine Papæ beneplacito, per text.in c.quæ semel.19. q.3. vbi sic scribitur, Quæ semel sunt dedicata monasteria, cõsilio episcoporũ maneant perpetuò monasteria, & res, quæ ad ea pertinent, monasteriis reseruari oportet, nec posse vltrà fieri secularia habitacula: qui verò permiserint hoc fieri, subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

11 Ego tamen putarem non licere episcopis sic mutare statum ecclesiarum sine Papæ authoritate, & ita seruatur & scribitur in cap.fin. vers. sed obiicitur.25.q.vlt.ibi, quod religiosè viuentes, cùm à religione cessauerint, priuilegiis eximuntur, quæ religiosa conuersatio meruit.

De Erectione in curatam & parrochialem.

1 Liquando simplex ecclesia erigitur in curatam & parrochialem, quod fieri potest etiam ab episcopo propter augmentum cultus diuini, si difficilè sit parrochianis adire suam parrochiam, cap. ad audientiam, primo.de eccles.ædifican.& quæ in ea requirantur vide sequent.

Requi... ad hoc... ecclesia... parrochi... lẽ erigat...

2 Notanda sunt sequentia antequàm ædicula seu capella, vel beneficium simplex possit erigi in parrochialem intra parrochiam alterius. Primò debet inquirere episcopus an causa adsit, videlicet an prima parrochialis sit tam ampla, vt tempore hibernali cum pluuiæ inundant, aut niues, non possint parrochiani sine magna difficultate ipsam adire, & congruo tempore ecclesiasticis interesse officiis, c. ad audientiam, primo. de eccl. ædificand. Ideo necesse est vt hæc inquisitio priùs fiat, & de ea constet sicut debet inquiri antequàm res alienetur. c. sine exceptione.12.q.2. scripsi in compen.alien.rer.eccl.

Curatus... sentire d... bet quan... intra suam parrochi... altera ... tur in pa... rochialem & debet... pensari.

3 Secundò quòd hac inquisitione facta episcopus consentiat constructioni istius secundæ ecclesiæ, alioqui nemo ecclesiam ædificet, antequam episcopus ciuitatis veniat, & ibidem crucem figat: c. nemo.de consec.dist.1.

4 Tertiò curatus ecclesiæ primæ debet etiam consentire ædificationi secundæ ecclesiæ, alioqui eo inuito sine causa, si præiudicetur illi, non posset ædificari secunda ecclesia. Panor.in d.c.ad audientiam.primo.col.3.in fin.nam quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, per reg.iur.

5 Quartò debet curatus compensari de eo, quod sibi detrahitur, vt commodè valeat sustentationem habere in prima ecclesia.tex.in d.c.ad audientiam, c.de monachis.de præb.& c.1.illo.tit.in 6.

Ædific... ecclesia... quæ desig... re ad c... debeat.

6 Quintò debet ædificans designare ea, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodũ sufficiant, d.c.nemo.de consec.dist.1. & compellendus est is, qui construxit, ad sufficientem dotẽ constituendam: quia ex constructione se tacitè ad hoc obligauit, c.cùm sicut.de consec.eccl.vel alta.

7 Sextò fundator compensando primum curatum, debet obtinere ab eo vt consentiat ędificationi alterius ecclesiæ, & erectioni in parrochialem: & quòd habita compensatione ab ædificãte remittat ei omne ius, quod in illa ecclesia posset de cætero habere.

8 Etiam ius patronatus, quod in futurum fortè posset prætendere: & sic euitabũtur opiniones quæ habẽt, quòd curatus primæ ecclesiæ acquirit ius patronatus in secũda ecclesia cum fundatore: vt in d. c.ad

c.ad audientiam, probatur per Rochum de Curte. in tract. de iure patrona. in verb. contraxit.7.q.& in verb.& dotauit.q.15. quod sic euitabitur vt dixi.

9 Vltimò omnia ista approbare debet episcopus, & super his autoritatem interponere: quibus factis, ius acquiretur patronatus construenti dictam ecclesiam: vt in d.c.nemo. tradunt doct.

Parrochiani an possint impetrare & facere vnum succursum.

10 Vnde si parrochiani à matrice distantes, non possint propter inundationes aquarum, aut alia pericula ad dictam matricem venire, tunc Papa solet concedere, vt diuina audire, & sacramenta recipere possint in capella, etiam non sic (vt suprà dictum fuit) approbata, sed sine præiudicio curati: vt statuit Alex.6. Pōtifex maximus in suis reg. tit. de reserua. iurispatronat. in hoc tamen succursu approbato iure diuina plebs vicina audire poterit, & ibi sacramenta recipere absque curati præiudicio, dum tamen quantò frequentiùs poterit in matrice ecclesia conuersetur. arg. c. significatum. de præben.

De Erectione in collegiatam.

A papa ecclesia erigitur in collegiatam.



Nonnunquā ecclesia erigitur in collegiatam, & hoc solet fieri Papæ autoritate: licèt quidam dicant fieri posse episcopi autoritate, c. nobis. de iure patronat. quod non probat, sed quod episcopi autoritate ecclesiam construat: & in hac erectione Papa sic scribere solet, Ad omnipotentis Dei & Virginis eius gloriosę, totiúsque curię cœlestis laudē, & gloriam, ac huiusmodi diuini cultus augmentū, sub venerādo ipsius beatæ Marię de Clariaco vocabulo, & ex certa sciētia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine autoritate Apostolica in collegiatā erigimus, & ad eā collegij canonicorum seculariū capitulū facientiū, ac omnia & singula alia iura collegij perpetuò habiturū decernimus, ita ꝙ in ea sit vna dignitas, quā tempore obtinens, caput eiusdem ecclesiæ existat, &c.

Numerus canonicorū interdum à Papa erigitur interdū mandat erigendum.

Et in hac erectione aliquando statuitur certus canonicorum numerus à Papa: interdum mandat Papa suis executoribus in hac parte, vt pro facultate redituum certū præscribant numerum. c. 1. de instit. quem Papa approbat per suam erectionis bullam: & ita vidi fieri, & hæ erectiones fieri censentur sine præiudicio alicuius extra expressa in bulla. Extraua. vlt. de conces. præb. in extraua. Ioan. 22. & ibi vnum debet esse caput, vt non sint acephali. c. cùm nō liceat. de pręscr. alia in collegiatis requisita scripsi in §. volumus. in verb. collegiatis. de col. in conc.

Volens erigere dignitatem, an possit.

Interdum cupit quis erigere dignitatem in ecclesia cathedrali, vel collegiata: & tunc Papa illam non eriget sine clausula, quód hoc fiat sine præiudicio, & de consensu illorum, quorum interest, vt statuit Alexand. 6. Pontifex maximus in suis reg. ti. de erect. vt scripsi suprà in tit. de signa. grat. & in bulla nouæ prouisio.

De translationibus episcoporum, & aliorum, & quando fieri possint.

Metropolitana nō potest trāsferri de vno loco in alterū sine Papæ authoritate nec cathedralis.



1 Nunc dicendum est, quomodo ecclesiæ de vno loco ad alium transferri possint: & primò de Metropolitana & cathedrali: Cathedralis autem nō potest transferri vel mutari in alium locum sine Papę autoritate, per tex. in c. 1. ibi, ac per hoc translationes episcoporum, ac sedium mutationes ad summum de iure Antistitem pertineāt, de transl. episcoporū: & hoc interueniente cōsilio epi & fratrum scilicet canonicorum ecclesiæ vtriusque, maximè eius quę trāsfertur, c. si quis vult. 16. q. 7. nec quidam hoc fieri potest à legato, c. nisi, & seq. de offic. leg.

2 Imo si quis propria authoritate ad aliam ecclesiam se transtulerit, carebit & habita & ambita. c. si quis episcopus. 7. q. 1. c. pen. & seq. de transl. episcop.

Translatio quando fieri posit.

3 Quæro quando hæc translatio, vel mutatio fieri possit? respondeo ex causa & non aliàs: vt superiùs dictum fuit de vnionibus & dissolutionibus vnionum.

Sex sunt causæ trāslationē inducentes.

4 Sed quæ sunt istæ causæ? respond. text. in c. tribus, de cōsec. dist. 1. sic ait. Tribus ex causis loca sanctorū sunt transmutanda. Prima cū necessitas persecutorum loca eorū grauauerint, vt ibi scribitur.

5 Secunda cùm difficultas, fortè si ad eum locum adiri non posit, vel si ibi aëris locorum intemperies fuerit glo. ibi, & in c. quorumdam, 74. distin. vel si locus aquarum inundatione grauetur. l. 2. ff. si quis cautio.

6 Tertia cum malorum societate grauatur, ergo propter malitiam populi transfertur sedes. c. ita nos. 25. q. 2. & episcopus renunciat episcopatui. c. nisi. §. propter maliciam. de renun. nam Christus ait, *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, Matth. 10.* & c. sicut. in 2. 7. q. 1.

7 Quarta causa est mutationis ad meliorandum ecclesiam. cap. si quis vult. 16. q. 7. vbi sic scribitur, Si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi & fratrum suorum, &c. facit c. 2. in fi. de statu. monac. & ista mutatio fuit facta de ecclesia Magalonæ ad Montempessulanum, & fortè ea caussa & seq.

8 Quinta causa quādo locus est periculosus, quia ibi sunt prædones, qui non possunt expelli: tunc in locum congruum transferri debet, c. ecclesias. 16. q. 7. vbi etiam glos.

Mutationes episcoporum cōmuni vtilitate, aut necessitate fiunt.

9 Vltima causa communis vtilitatis, text. in c. mutationes. 7. q. 1. sic inquiens, Mutationes episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitatę fieri licere, sed non propria cuiuscunque voluntate, aut dominatione. Diuus Petrus magister noster & princeps Apostolorum de Antiochena ciuitate vtilitatis causa est traslatus Romam: vt ibidem plus proficere posset.

10 Eusebius quoque de quadam parua ciuitate Apostolica autoritate mutatus est in Alexandriam, &c, Non enim transit de ciuitate in ciuitatem, nec transfertur de minori ad maiorem: qui hoc non ambita, nec propria voluntate facit sed aut vià propria sede depulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, vel populi, non superbè, sed humiliter trāslatus est, & c. scias ibidem. Scias frater dilectissime, aliud esse causa necessitatis & vtilitatis, aliud præsumptionis ac propriæ voluntatis: nō ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, idest, qui non auaritiæ causa, aut dominationis aut propriæ voluntatis, vel delectationis suæ migrat de ciuitate ad

ciuitatem, sed causa necessitatis & vtilitatis mutat, hæc textus ibidem.

Translata ecclesia perdit priuilegia.

11 Et sic plus est ecclesiam transferre, quàm vnire: quia vniendo ecclesiã, vnita retinet sua priuilegia, & statũ, sed quando est translata, ea perdit, nec remanet in suo statu, sicut quando est vnita: vt scribit Lappus allegatione 68. quæris an liceat, dicens hoc fieri posse de consensu episcopi & fratrum, c. episcopus, 7. q. 1. sed cùm immutetur status illius ecclesiæ translatæ, & mutare statum non potest legatus, c. penultimo, de ecclesiis ædificandis, vbi Papa indulget episcopo, ergo sine Papæ indulto hoc non poterat Feder. cons. 195. in Christi &c. factum. Ita Petrus Perus. in tract. de vnion. c. 4. Ioan. Brunel. in tract. de dignita. & offic. leg. conclus. 13.

12 Sed hoc potest intelligi in episcopatibus, secus in inferioribus beneficiis: & an translatus, si non possit obtinere illum episcopatum, possit ad primum redire: vide text. in c. si quis. 92. distinct. & ca. si quis iam translatus, 21. quæst. 2. & plenè Panor. cons. 101. factum, in 2. vol. vide gloss. in c. quibus, in verb. clausis, de election. in prag.

Rex in trãslationibus consentire solet.

13 Et in his translationibus ecclesiarum episcopalium solet Rex consentire, quia sua interesse posset, sicut fundatoris. c. filiis, & seq. 16. q. 7. & in c. 1. ne sede vacan. vbi Rex petebat dissolutionem vnionis: ita consensit Rex translationi factæ ex insula Magalonæ ad Montempessulanum, anno 1536.

Translatio quando reuocatur.

14 Reuocatur etiam translatio caussa cessantẽ, vt pote si hostilitatis necessitate fuerit facta translatio ea cessante ad primam ecclesiam redire oportet. c. in apibus. in fi. 7. quæst. 1. idem si metu belli, vel alio compulsus fuerit quis primam ecclesiam relinquere, illo cessante redire ad primam poterit, c. pastoralis. 7. q. 1. cle. prima, de foro competen.

15 Idem si in ruinam cederet religionis, eleemosynæ, & hospitalitatis: vt habetur in c. 1. ne sede vacã.

Effectus translationis.

16 Effectus translationis est, vt translatus ab vna ecclesia ad aliam desinat esse episcopus, vel prouisus illius primæ ecclesiæ, à qua transfertur, c. in apibus. §. ecce. 7. quæstione prima, quod est verum, quãdo episcopatus Mõtispessulani trãsferretur ad episcopatum Albiensem, vel alium: secus si tantùm fiat translatio sedis, vt de ecclesia Magalonæ ad ecclesiam Montispessulani.

17 Alius effectus est, vt prior ecclesia desinat esse cathedralis, & secunda efficiatur cathedralis: doc. in c. 1. & sic ecclesia Magalonæ erat olim cathedralis, nunc simplex ecclesia: & ecclesia sancti Grmani Montispessulani nunc effecta est cathedralis, mutato nomine in sanctum Petrum, vt sit ecclesia cathedralis sancti Petri.

Duo saltem presbyteri debent dimitti in ecclesia prima.

18 Alius vt in prima ecclesia debeãt relinqui presbyteri, saltem vnus: si reditus pluribus non sufficiunt, qui ibi ministrare debeant, c. si quis vult. 16. q. 7. & si primum monasterium destruitur, vel ecclesia, debet poni clausula, ꝙ ad profanos vsus non redigatur, per reg. semel. Deo dicatũ, de reg. iur. lib. 6.

19 Alius vt prior ecclesia perdat priuilegia, & in aliam ecclesiam transferantur. gl. in d. c. si quis vult. quæ allegat, c. & quæ diximus. 16. q. 7. quod est verum, quando priuilegium concerneret personam, secus si rem. l. 2. §. 1. ff. de priuileg. credito. l. tempus, in fi. ff. de re iudic. Oldra. cons. 267. quod domino, nu. 2. & sic vtraque ecclesia erit immunis, sicut aliæ ecclesiæ: vt per totum tit. de immu. ecclesia. & putò etiam quòd presbyteri, qui ibidem Magalonæ seruient, erunt exempti sicut ministri ecclesiæ trãslatæ. c. per exceptionem, de priuileg. lib. 6.

20 Vltimus effectus est, quòd deinceps omnes actus concernentes ecclesiã cathedralem sicut conficere chrisma, & alia, quæ fiebant in prima ecclesia, fieri debent in illa ad quam erat translata: & sicut debeba[illegible]e theologus in prima, ita & in secunda. §. primo, de collationibus in Concordat.

De Translatione monachorum.

Monachus translatus an nouam professionem facere teneatur.

1 Notandum est, quòd quando quis trãslatus est ad aliud monasterium, non est necesse facere nouam professionẽ in secũdo monasterio: nam semel facta professio sufficit, c. nullus, & c. imdemnitatibus, de ele. in 6. quando nõ sunt diuersæ regulæ. Pan. in c. Abbate sancti Siluani, no. 4. de verb. signif.

Clausula translationis Papæ.

2 Quia profitendo vnam religionem, omnes videtur profiteri quo ad substantiam regulæ, cùm ad vnum tendant, vt docet Hostien. in c. ad Apostolicam, de regula. & abundè Federic. Senens. consil. 5. quidam monachus, in 1. dubio, & consi. 19. col. 2. vbi dicit, quòd quando monachus vnius monasterij in aliud transfertur, solet de stylo poni hæc clausula, te de monasterio Furcens. cuius monachus existis, ad monasterium sanctę Marię authoritate Apostolica, transferentes, ac volentes, & decernentes ex nunc eiusdem monasterij sanctæ Mariæ monachus censearis, & in eo recipiaris in monachum, &c. Decius, in c. prætereà, de præb.

3 An monachus translatus in aliud monasterium authoritate Apostolica possit sine licentia Papæ redire ad primum monasterium, vide eũdem Fed. cons. 263. Præsupposito: & an religiosus præfectus ecclesiæ seculari nomine religiosorum comprehendatur, gloss. in clem. religiosus, de procurat. & clem. 1. de deci. Felin. in c. tua, colum. 2. de iureiu. & comprehendi asserunt ibidem.

Solus Papa confert religioso alterius monasterij [illegible] translationem. Translatio monachorũ quomodo fiat.

4 Etiam notandum est, quòd solus Papa potest conferre, vel commendare beneficium religioso alterius monasterij, c. cùm singula, §. final. de præb. in 6. nisi in monasterio dependente, vt ibi: vel nisi fuerit translatus canonicè ibidem.

5 Sed dicet quis, quomodo fiat canonica translatio? Respon. si monachus velit ad religionem arctiorem transire: tunc sufficiet consensus abbatis, vt dimittat religionem. in qua est professus, & aliã ingrediatur c. licet, de regula, c. statuimus, 19. q. 3. non tamen sufficeret licentia prioris: vt docet Roma. singul. 452. domini, per text. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanct. eccl.

6 Etiam petita licentia & non obtenta sufficeret, in d. c. licet, & hoc asserit Anto Butr. in c. fin. col. 1. de renun. & Soc. consi. 222. præsens consultatio, 2. vol. sed si abbas sit mortuus, tunc licentia conuẽtus habita episcopus facultatem dabit, teste Lappo allegation. 62. quidam.

7 Si

De träslatione ad parem Religionem.

7 Si autem vellet träsferre se ad aliä religionem parem, tunc voluntas abbatis & cõuentus sufficit, nisi velit transire ad monasterium in alia sitũ diœcesi, in qua translatione & episcopi illius autoritas requiretur & causa iusta in non exemptis, Perus. in d.c. cùm singula, §. fi. col. 2. de præben. lib. 6. c. significatum, de regul. &c. post translationẽ, de renun. arg. c. 2. in 68. dist. & c. qui verè puréque, 16. q. 1.

8 Et his casibus nullus abbas debet licentiam præstare monacho abeundi, nisi primò religiosus inuenerit alteram religionem, quam paratus sit intrare statim: & oportet quòd ei constet de voluntate abbatis & conuentus secundæ religionis: alioqui posset religiosus fugere, & apostatare. Innoc. & alij in c. fi. de renuncia.

De volente ingredi religionẽ latiorem.

9 Si verò vellet adire religionem latiorem, non ita strictam, hoc de Papæ solius consensu potest. gloss. & doct. in d. ca. cùm singula. §. fi. de præbend. quia hoc est contra iura, quæ non potest inferior tollere, clem. ne Romani, de elect. & solus Papa in his habet plenitudinem potestatis, cap. proposuit, de concess. præbend. Panor. in ca. non est, de regula. vbi declarat quæ regula dicatur strictior. [Socin. consi. 270. consideratis, in fi.]

10 Si tamen caussa exigeret celeritatem, vtpote ratione infirmitatis, vel alterius iustæ caussæ: & tũc sufficeret dispensatio episcopi cum licentia abbatis. Innoc. in d. c. fi. & c. dilectus, de tempor. ordina. Perus. vbi suprà.

Translatus ad aliä religionẽ propria autoritate an sit apostata.

11 Sed si de facto monachus ad latiorem religionem se transferret, & ibidem habitum assumeret, & deferret, non esset excommunicatus: nec apostata. c. fi. de aposta. vt docet Innoc. in ca. intelleximus, de ætate. Lappus allega. 34.

12 Tamen habebit locum pœna. ca. eum qui, de præben. lib. fi. facit c. fi. de regula. hoc docet Dom. Geminia. in d. c. cùm singula. §. fi. in 3. no. ibidem. de mendicantibus transeuntibus ad aliam religionem, vide clementinam vt professores, de regul. & inferiùs in dispensa. regul. dicetur.

Religiosus potest mutari p abbatẽ ad aliũ locum eius religionis.

13 Nota tamen ꝙ semper religiosus de licentia sui abbatis potest mutari & transferri in alium locum, qui sub eodem abbate regitur, & sit eiusdem religionis. gloss. fi. & doc. in c. significatum, de reg. Perus. in n. c. cùm singula.

Requisita ad bonum translationem.

14 Et sic vides requisita ad translationem: primò quòd caussa adsit, & legitima. doct. in d. ca. significatum. secundò quòd licentia interuenerit, vel saltem petatur, quo ad strictiorem religionem: nec valeret consuetudo in contrarium. ca. cùm venerabilis. de consuetu. tertio quòd licentia detur à suo superiore immediato, non ab inferioribus. Panor. in ca. licet, de regula. Soci. consi. 52. Viso instrumento, col. 3. in 4. vol. quartò, quòd religiosus aliã religionem inuenerit, antequàm licentiam petat. Innoc. & alij in c. fi. de renuncia. doct. in d. ca. cùm singula. Soci. d. consi. 222. in 2. vol.

Collatio Papę inducit translationem.

15 Si tamen Papa conferret beneficium religioso, vel commendaret in alio monasterio, valeret prouisio, etiam si nihil diceret de translatione: quia prouidendo videtur eum transferre, tanquàm necessarium consequens. glos. & doct. in cap. quia in tantum, de præben. & c. si quis in clero, 7. q. 1. Fel. in c. postulasti, col. 7. de rescript. licèt clausula translationis non debeat omitti, si sapis.

16 Sed si mandaret prouideri per mandatum fortè, vel aliàs, non poterit prouideri illi monacho in alio monasterio, nisi sit translatus, vel dispensatus, vel in mandato transferatur, vel nisi illud monasterium in quo mandatur prouideri sit dependens ab alio, d. c. cùm singula. §. fi. de præbend. lib. 6. ideo non mandato debet esse clausula translationis si alteri abbati, vel collatori dirigatur mandatum: & ita vidi obseruari.

In mãdato debet cõtineri translatio.

Si tamen ecclesia parrochialis, vel aliud beneficium sit solita regi per monachos vnius monasterij per quadraginta annos, poterit conferri monachis illius monasterij sine translatione, non verò monachis alterius monasterij, per tex. in c. cùm beneficio, de præb. in 6.

Translatio quando nõ requiratur.

17 Notandum est, ꝙ quando Papa prouidet, aut prouideri mandat regulari de beneficio regulari alterius monasterij depen. debet dari clausula trãslationis: vt monachus transferatur de loco ad locum, & inibi in monachum & fratrem recipiatur, ac syncera in domino charitate tractetur, & hoc si sit eiusdem ordinis.

Clausula translationis ponenda.

18 Si verò sit alterius ordinis, tunc debet transferri, & recipi in monachum & fratrem, & habitus regularis dari iuxta monasterij consuetudinem.

19 Si autem essent diuersi ordinis, non habitus, vtpote Cluniacen. & sancti Benedicti, tunc non debet apponi clausula in bulla tibi, qui regularem habitum, &c. & ista de stylo sunt curiæ Roma.

20 Etiam si prouideatur de prioratu cõuentuali à quodam monasterio depen. monacho eiusdem monasterij, non apponetur in bullis, cũ trãslatione de monasterio ad prioratum, & idem in aliis beneficiis prioratus, & depẽdentibus ab eodẽ monasterio: vt no. in d. c. cùm singula, in fi. de præb. lib. 6.

21 In noua prouisione etiã apponitur translatio, sicut enim dubitatur de prima collatione, & acceptatione, an viribus subsistant, ita & de translatione: ideo dari solet [hodie, per reg. cãcel. de translatio. religios. statuitur, ꝙ si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio, vel alio regulari loco dependente prouideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius monasterij, vel loci religiosus sit, licet inibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat. Idem putarem si religiosus esset dispensatus ad duo beneficia regularia cuiuscunque ordinis, vt ista dispẽsatio habeat vim trãslationis, adeò vt sit capax ad beneficia etiã alterius ordinis, tum per regu. cancel. prædictã, tum etiam quia aliàs dispensatio parum prodesset, & verba intelligi debent vt aliquid operentur, l. si quando. ff. de lega. 1. Felin. in ca. 1. num. 4. de rescript.]

In noua ꝓuisione apponi solet translatio.

22 Etiam translatio datur ante annum professionis, si conferatur eidem beneficium alterius ordinis, quia largè frater alterius ordinis dicebatur, vt inferius scripsi in dispensa. regula. & clausula, volumus. &c. æquipollens est translationi. Hactenus de modis acquirendi, nunc videndum est quomodo beneficia conseruare possimus.

REGULA,

SIVE CONSTITUTIO PERPETUA S.D.N Domini Iulij diuina prouidentia Papæ III. In qua declaratur quòd fructus beneficiatorum tempore obitus beneficiatorum inexacti debeantur successoribus in beneficiis & non hæredibus dictorum beneficiatorum, ac quòd Ducati 500. & reliqua per mortem Reuerend. S.R.E. Cardinalium Cameræ, & capellæ Apostolicæ debita solui debeant, nec de eisdem per præfatos Cardinales testari posit.



Otv proprio, &c. Cum sicut nobis nuper innotuit diuersi diuersorum beneficiatorum etiã Episcoporum Patriarcharum & aliorum prælatorum ac S.R.E. Cardinalium pro tempore decedentium hæredes, non solum bona relicta spolia nuncupata sit decedentiũ beneficiatorum Episcoporum Archiepiscoporum, Patriarcharum & aliorum prælatorum ac etiam Cardinalium, verũ etiam fructus, &c. Ecclesiasticos, ac pecunias & res alias per ipsos beneficiatos Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas & alios prælatos, ac etiam Cardinales ante eorũ obitum non exactos etiam si eorum solutionis dies ante obitum ipsorum non aduenerit, sub eo forsan prætextu, quòd pro tempore ante obitum huiusmodi decurso, debeantur, exigere & quandoque solutionem debitorum per ipsos beneficiatos & Cardinales dum viuerent, contractorum & legatorum per eos in sua vltima voluntate etiam ad pias causas factorum subterfugere, ac hæredes Cardinaliũ huiusmodi paramenta & ornamenta capellæ ipsorum Cardinalium quæ iam tanto tempore quod eius initij hominũ memoria non habetur, capellæ Apostolicæ, in qua missæ Papales celebrantur & ex qua pauperibus prælatis ad Romanã curiam, pro tempore confluentibus & paramenta ecclesiastica cũ quibus in processionibus & aliis solennitatibus per Romã. Pontificem fieri solitis incedere possint non habentibus subuenitur deuolui consueuerũt occupare, ac solutionem Quingentorum ducatorum auri de camera, qui post obitum singulorum Cardinaliũ pro precio annuli eis in eorum ad cardinalatum assumptione exhiberi soliti Cameræ Apostolicæ persoluuntur declinare cõtrudant & satagant. Nos attendentes fructus, &c. & pecunias ac res alias occasione ecclesiarũ, Monasteriorum & beneficiorũ ecclesiasticorũ pro tempore prouenien. licet postquàm ad manus beneficiatorum peruenerunt & cum aliis ipsorum beneficiatorum fructibus, &c. pecuniis & rebus commixti seu ipsis beneficiatis incorporati sunt, non vlterius in ecclesiasticis, sed potius ipsorum beneficiatorum propriis & ab eis acquisitis bonis, iudican. esse, & propterea quòd modò pro secularibus & profanis haberi, & de eis testamento aut aliàs disponen. facultas eisdem beneficiatis per sedem Apostolicam cõcedi consueuerit, nihilominus donec in manibus, eorum qui illos tanquã ecclesiasticos seu ex ecclesiis, monasteriis, & beneficiis prædictis prouenien. & pro talibus conseruãt aut vt tales detinent ipsiq; beneficiati pecunias huiusmodi realiter non exegerint & fructus, &c. non perceperint, necnon aliis eorum bonis commiscuerint, & sibi iucorporauerint semper ipsarum ecclesiarum quarum ipsi beneficiati sunt, ac vere ecclesiasticos esse & censeri debere, & propterea iuri non congruere, vt ipsi beneficiati, de rebus certis ipsarum ecclesiarum quæ omni iure alienari prohibentur disponere etiam in eorum vltima voluntate

tate posſint, nec ipſis beneficiatis etiam Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & aliis prælatis ac Cardinalibus pro tempore defunctis eorum hæredes, qui vt plurimum ſunt laici, in præiudicium ſucceſſorum beneficiatorum fructus, &c. ac res & pecunias inexactos huiuſmodi os boui trituranti alligando exigant & hæredes Cardinalium mala malis addendo, bona capellæ Apoſtolicæ debita occupant, ſeu quòd Cameræ & creditoribus ac legatariis debent pro ſe retineat. Volentes in præmiſsis opportunè prouidere, motu ſimili, &c. Declaramus noſtræ intentionis nūquam fuiſſe nec eſſe quòd quiuis quorumcunque, beneficiatorū etiam, vt præfertur Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum & aliorum prælatorū etiā Cardinalium vbilibet etiam in Romana Curia aut eius diſtrictu pro tempore decedentium ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos etiam vigore facultatū quarumcunque eis in ſpecie vel in genere etiam prætextu quorumcunque capitulorum ac ſtatutorum & ordinationum etiam noſtrorum ſub quibuſuis tenoribus & formis ac alias quomodolibet conceſſorum conditio ſiue ab inteſtato hæredes fructus, &c. ac pecunias & res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas & alios prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo debeantur, ac eorum ſolutionis dies beneficiatis & cardinalibus viuentibus aduenerit, & per ipſos beneficiatos & cardinales non ſteterit, quominus illos exigerent, quinimo omnium pro illorum exactione, neceſſariam diligentiam etiam iudicialiter agendo fecerint quoquomodo exigeret aut etiā ſponte oblatos percipere aut cruces, candelabra, imagines, patenas, calices & alias cuiuſuis ſortis tam aurea quàm argentea vaſa, & iocalia, ac quæuis ornamenta, paramenta & alia vtenſilia capellæ ſingulorum Cardinalium pro tempore decedentium, cæteráque tam ad ipſam capellam quàm eius miniſtros, circa altaris miniſterium & celebrationem miſſæ pertinētium pro ſe retinere, aut ſolutionem quingentorum Duc. huiuſmodi euitare poſſent, vel impoſterum poſsint, ſed quòd de cætero perpetuis futuris temporibus fructus, &c. ac pecuniæ & res, vt præfertur inexacti huiuſmodi ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorum etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum prælatorum & Cardinalium in eccleſiis, monaſteriis & beneficiis prædictis ſucceſſores qui ex illis, quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum huiuſmodi aduenerit, omnia ipſorum beneficiatorum etiam, vt præfertur, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharū & aliorum prælatorum etiam Cardinalium debita ad pias cauſas facta legata, ſi aliunde ex aliis ipſorum beneficiatorum bonis ſolui non poſsint, ſoluere teneantur, libere deuenire, & impoſterum deueniant, ac per eos & non per hæredes prædictos exigi poſſent & impoſterum poſſint, nec non cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, vaſa, iocalia, ornamenta, paramenta, vtenſilia, & alias ad capellam ſingulorum Cardinalium & eius miniſtros, vt præfertur, pertinentium & ad eandem capellam Apoſtolicam pertinerent, & ſpectarēt, ac impoſterum pertineant & ſpectent, & peragentes pro ea realiter, & cum effectu capi, & apprehendi poſſent & deberent: ac impoſterum poſsint & debeant: ac hæredes Cardinalium tam hactenus defunctorum quàm pro tempore decedentium, quingentos Ducatos huiuſmodi eidem Cameræ perſoluere tenerentur & impoſterū teneantur, & propterea ſucceſſores in eccleſiis, monaſteriis & beneficiis huiuſmodi fructus, &c. ac pecunias & res per eorum ſucceſſores non exactos, liberè & licitè percipere, exigere, & leuare ac ſolutis, ſi aliunde, vnde ſoluant non erit, vt præfertur, debitis & legatis prædictis quod reſiduum fuerit, in ſuos vſus & vtilitatem conuertere: necnon agentes pro capella Apoſtolica, cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, vaſa, iocalia, ornamenta, paramenta, vtenſilia & alia prædicta

propria

propria autoritate libere capere, & apprehendere posse: ac hæredes Cardinalium tam hactenus defunctorum quàm aliorũ pro tempore descedẽtium ad cruces, candelabra & alia prædicta agentium pro dicta capella Apostolica realiter & cum effectu cõsignandum & eosdem quingentos Ducatos agentibus pro eadem Camera, vt præfertur soluend. teneri & obligatos esse, ac ad id omnibus iuris & facti remediis cogi & compelli posse: sicq; in præmissis omnibus & singulis casibus ad præsens occurrentibus, seu pendentibus, per quoscunque, &c. in quauis causa & instantia sublata, &c. iudicari & diffiniri debere, ac irritum, &c. decernimus. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis, &c. priuilegiis quoque indultis: ac testandi & aliàs de dictis rebus & bonis disponendi facultatibus capitulis & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis ac cum quibusuis clausulis & decretis etiam per modum statuti & ordinationis perpetuorum, Motu proprio, &c. aut aliàs quomodolibet etiam per nos ad dictam sedem concessis initis, & emanatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, &c. eorum tenores, &c. hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus & sufficienter derogatum esse decernimus cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem hæredes ipsorum beneficiatorum qui iam ante præsentium publicationem pecunias ac fructus per ipsos beneficiatos exactos huiusmodi exegerint, per successores in beneficiis huiusmodi amplius præsentium vigore molestari non posse, necnon præsentes in cancellaria Apostolica vt moris est, publicari, & in illius quinterno inter alias constitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam describi.

Placet motu proprio. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula, constitutio & ordinatio, Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ, 1550. Die verò 26. Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

A. Lomelinus Custos.

PRAX



PRAXIS BENEFICIARIÆ SECVNDA PARS, BENEFICIA CONSERVANDI MODOS VTILES DOCENS.



Conseruãdi virtus non minor quã acquirẽdi.

1 Riori libro modos beneficia acquirendi præmisimus, nũc ad conseruandi modos accedamus. in quibus cùm nõ minor virtus sit, quàm acquirendi:& beatũ eũ, qui tenet, dicat gloss. in §.si tres. de pace tenen.& eius violat.licèt paulo faciliùs sit retinere, quàm acquirere:tamen nõ minor erit adhibenda opera, ne quid vtile vel necessarium huic parti omittamus, vobísque omnibus pro virili satisfaciamus.

2 Quare si contigat nonnullos ex his, quos describemus, modis, acquirendi quoque viam complecti considerabitis illos etiam conseruandi non minorem commoditatem præ se ferre: sunt enim quidam communes & acquirendi, & conseruandi.

3 Imprimis se offert gratia seu rescriptum, perinde valere, quòd tanquàm vtilissimum aggrediamur:conseruat enim beneficium, si maturè impetretur:vt statim apparebit.

De rescripto etiam, & perinde valere.

Etiam valere quomodo intelligatur.

1 Escriptũ istud regulariter gratiam concernit, éstque in curiis frequẽtissimum, sed interdum est etiã valere:nam vidi Papam cõcessisse literas commissionis, quæ fuerũt ab eo reuocatæ, posteà decreuit eas etiam valere, & perinde, ac si executio ratione illarum facta fuisset. Itaque clausula, etiam valere, communiùs datur: quando à Papa reuocatũ aliquid, eiúsque irritum factum, si posteà ex caussa Papa decernat valere, ponetur clausula etiam valere.

Perinde valere quãdo cõcedatur.

2 Si verò Papa non irritauerit primam collationem, vel actum, sed ex subreptione, vel alio casu est actus fortè inualidus, dabitur hoc rescriptũ perinde valere:quia Papa potest fingere, & statuere vt actus perinde valeat, ac si iure factus esset:vt Bart.& alij docẽt in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucapio.

Noua prouisio & perinde valere differunt.

3 Et sic rescriptum perinde valere est, quãdo Papa gratiam suam aliqua ex parte inualidam confirmat: sed noua prouisio datur, quando collatio fuit facta ab alio quàm à Papa: vt asserit d. Phil. Probus in c.fi.de consuetud.lib.6. & hoc verũ est.

Cõfirmatio diff. et à perinde valere.

4 Differt tamen hoc à confirmatione, quia hæc respicit, vt nunc actus cõfirmatus valeat.l.& quia. ff.de iurisdict.omn.iudic.c.1.& per totum. de confirma.vtili, sed perinde valere respicit sicut Argus (vt Poetæ dicũt)retrò, & valet à die primæ gratiæ, si nulli fiat præiudicium:vt inferiùs plenè dicetur.

Perinde valere nõ inducit nouã prouisionẽ.

5 Confirmatio in beneficialibus etiam nõ datur: vt suprà dixi in noua prouisione, sed perinde valere sic:quod tamen in effectu vim confirmationis obtinet, nec inducit tamen nouam prouisionem, teste Aegid.Bellamera in decis.532.si prouisus. & prouincial.fol.33.

Quãdo perinde valere impetrari possit.

6 Quæro quando impetrandum si hoc rescriptũ? Respon. quando quis dubitat primam Papæ prouisionem ex aliqua caussa impugnari posse, vt perinde valeat, ac si valida fuisset tempore impetrationis.facit l.2.ff.de dona. scripsi de hoc verb. in l. portus.ff.de verbo.signific.

Perinde fictionẽ denotat.

7 Et hæc dictio perinde, denotat fictionem. text. iuncta gloss. in l.1. ff.de recepta.l.2.& l.vl.de natal. restituend.Rota decis.383.si Papa, in no.[sub tit.de conces.præbend. decis.12.] Ias.in l.Titia. §. fin.de verb.oblig.vbi dicit denotare omnimodam iuris similitudinem.& Paul.Paris.cõs.38.licet. in 4.vol.

Perinde personã, tẽpus, & actum respicit.

8 Interdum hæc dictio respicit tempus, vt si minor impetrauerit beneficium & tacuerit se minorem, impetrauit hoc rescriptum, vt perinde valeat à tali tempore, ac si fuisset maior vt statim subiiciam. Aliquando respicit personã, vt perinde valeat ordinatio, ac si fuisset facta à proprio Episcopo, aliquãdo actum respicit:& de his inferiùs dicetus.& pleniùs tractaui in d.l.portus.ff.de verb.sign.

9 Et ista impetratio facit primam collationem & actum valere, ac si primò valida fuisset: Nam tantùm debet operari fictio in casu ficto, quãtum veritas in casu vero:l.si filio.ff.de liber.& posthu.l.filiusfamil.si cert.pet. Quòd si prima valida fuisset, non esset opus hoc rescripto: sed per hanc clausulam posteà validus fit actus, ac si principio integer fuisset.

Aetas non expressa hoc rescripto potest suppleri.

10 Ex quibus infertur, quòd si impetrauero beneficium, & non expressero ætatis defectum, non valebit impetratio. c.si eo tempore. de rescript.in 6.

ex hoc

ex hoc tamen rescripto confirmabitur prima impetratio,ac si priùs ætatem expresisset.

Qualitas suppletur à perinde valere.

11 Adhæc si prouisus sim de beneficio talis N.à Papa,& non dixero esse curatum ,non valet prouisio:sed ad supplendum defectum impetrabo , vt perinde valeat prouisio, ac si curam expresissem. ca.cùm in illis,de præb.in 6.

Tonsura cõfirmatur perinde valere.

12 Præterea si promotus fuero ad tonsuram ab alieno Episcopo, deficit ordinatio.c.1.& per totũ. de temp.ordinan.lib.6.:dicam infrà in materia dispensa.ideo impetrabo, vt perinde valeat tonsura, ac si à proprio Episcopo collata fuisset: vt suprà dixi in materia tonsuræ.

Natalium defectus suppletur per perinde valere.

13 Insuper si naturali collatum sit beneficium, & non expresserit natalium defectũ , hoc valebit collatio:nisi per hanc clausulam ei succurratur,vt perinde valeat,ac si natalium defectus expressus fuisset:vt consuluit Petr.Paris.consi.43.pro Do.Hieronymo.col.2.in 4.volu.doct.in cap.1.& per totum. de fil.presbyt.

14 Nec etiam valebit beneficij impetratio facta ab extero ignorante idioma patriæ,nisi per hoc rescriptum sibi succurrat reg. cancel.19.facit c.neminem.70.distin.glo.in c.si proponente, de rescript.

Literæ & processus quãdo hoc rescripto cõfirmari possint.

15 Notandum est, nunquam concedi ꝙ literæ & processus,valeant ab omnium eorum data,præterquam in mutationibus collationum , & reualidationibus:& tunc addatur verbum videlicet ad vacatura:alioqui ius quæsitum tolleretur.Et ideo debent addi verba hæc à data præsentium valeant, nisi in mutationibus , & reualidationibus prædictis,vt est statutum ab Alexan.sexto Pontifice maximo in suis regul.

Super quibus non cõcedantur literæ perinde valere.

16 Plus addens, quòd super literis per pœnitentiariũ expeditis,& super breuibus ,non datur perinde valere,nec literæ:& si breuia huiusmodi confirmantur , & signatura dicet de nouo ,cùm non sint veræ literæ Apostolicæ, secundum quosdam, sed per illas gratiæ concessæ dantur de nouo.

Dicens se dubitare de prima collatione nõ pot. dicere de facto.

17 Item super literis expectatiuis in forma pauperum cõcessis dari literæ perinde valere nõ consueuerunt : quia literæ istæ sunt iustitiæ, & hoc de stylo : ego tamen dicerem dari posse , quia gratiæ sunt : vt superiùs dixi in differentiis inter literas gratiæ & iustitiæ.

18 Adhæc si in supplicatione dictum fuerit, quòd impetrans dubitat primam collationẽ viribus non subsistere,non poterit posteà in bulla dicere de facto dubitare,& inficere primam collationem & ab ea recedere : quia si Papæ in supplicatione priùs narratum fuisset,quòd de facto dubitabat,nõ concessisset,vel non ita de leui.c.postulasti.de rescript. fortè quia de facto ingressus est beneficium , ideo intrusus.c.cùm iamdudum.de præb. cui vix datur hoc rescriptum. arg.l.autoritate.C.vnde vi.

Non graduatus super parrochiali villæ muratæ nõ impetrat, vt perinde valeat, ac si graduatus esset.

19 Insuper etiam non valeret quis impetrare has literas super parrochiali sita in villa murata, quam non qualificatus obtinuerat hoc omisso , & posteà impetrauerat,vt perinde valeat , ac si qualificatus esset,dixi non valere,per ea quæ scripsi.in §.declarantes.de manda.Apostolic.nam in §.statuimus. 2. in concord.debent istæ parrochiales conferri graduatis & qualificatis:& si aliis cõferantur, non valet collatio,ipse quoque Papa vult ligari illa lege: vt patet in §.1.de firma.& irreuocab. cõcor.stabili.

20 Vidi tamen concedi literas perinde valere ei, qui dicebat se studere, qui studuerat anteà sex annos,sed tempore impetrationis non studebat : ob id Papa ratione sui studij præteriti volebat, vt perinde valeret,quasi tempore impetrationis studuisset,& tunc respicit tempus,vt dixi.

Perinde valere in resignatione quando possit impetrari.

21 Etiam non vtitur hoc rescripto resignatarius,si de nouo cõsensu resignantis nõ apparuerit:quando in sua prima resignatione hoc non continebatur:vt vidi de quodam qui resignauerat parrochialem ecclesiam,quã habebat in ecclesia sancti Stephani Bituricen,& ibidem nullam ecclesiam parrochialem habebat,sed tantùm vicariam.

22 Vnde oportet,quòd consensus resignantis habeatur de nouo,qui dicat se voluisse resignare vicariam,& eam de nouo resignat seu constituit procuratores ad resignandũ eam : & tunc Papa concedit ei,vt perinde valeat, ac si priùs resignata fuisset.

23 Si tamen hic vicarius anteà resignasset illam vicariam ,quæ iamque fuerat alteri collata,nõ proderit hoc rescriptum , quia non valebit nisi nunc ex nouo consensu.& ita vidi quandoque impetrari,sed quandoque fit in fraudem,quæ tamen alteri nocere non potest.

De loco moniali collato reseruato vt perinde concedi possit.

24 Vidi etiam concedi moniali hoc rescriptũ , eò quòd impetrauerat locum monachalem in monasterio vacantem per promotionem Abbatissæ, qui reseruatus erat in curia : ideo in hoc rescripto fuit dictum , quòd receptio huius monialis , quæ iam erat facta in monasterio, & quæcunque inde secuta perinde à data præsentium valerent , & plenam obtinerent roboris firmitatem , ac si in dicto loco nulla per sedem Apostolicam generalis, vel specialis facta foret reseruatio:ecce in quibus casibus regulariter non valet hoc rescriptum, vel valere potest:& inferiùs dicetur non valere contra ius naturale,vt in furioso.

Duæ bullæ ex signatura quando possint impetrari.

25 Nota tamen quòd gratia perinde valere si sit eiusdem datæ, cuius est prouisio, præsumitur tamen posterior natura,quia se refert ad gratiam , & eam confirmat & confirmatũ priùs est confirmante.c.1.& per totum.de confirma.vtili.Geminia.cõs. 11.lite.col.1.& secunda gratia præsupponit alterã. c.2.de filiis presby. & non est mirum ex signatura duas elici bullas:videlicet bullam prouisionis, perinde valere , cùm hoc sit in signatura expressum: alioqui clausulæ nihil prodessent.[Dictum fuit superiùs in 3.part.signa.in glo.quòd obstantiæ,&c.]

Perinde & si neutri differunt.

26 Etiam differt hoc rescriptum à rescripto si neutri,quia hoc non datur nisi literis confectis, & expeditis:quia nõ potest sine literis esse processus, secus in perinde valere:vt docent Do. de Rota decis.458.circa secundum,in no. [sub tit.de concess. præb.decis.20] & Staphil.in tract. de literis iustit. vers.quando aliquis petit.

Iuri tertij nõ derogat hoc perinde valere.

27 Ad plenam huius materiæ prosecutionem dicendum est hoc rescriptum valere , antequàm ius sit acquisitum tertio,posteà verò non derogat iuri tertij.sed si de nouo posset Papa concedere , si vellet,

vellet, confirmat ac ſi prius iure conceſſum eſſet: & qui confirmat hoc caſu dat: vt in l.& quia, ff. de iuriſdict.omn.iud.l.lege 12.tabularum, de verbor. ſignific.vbi dixi.

28 Imò etiam ſi Papa opponat verba ſe referentia ad vitium de præterito, vt non poſsit obiici vitium præcedens, fortè ſimoniæ vel hæreſis: tamen per hæc verba non intendit auferre ius in re, vel ad rem alteri quæſitum. c.quamuis. de reſcript.lib.6. & ca.cùm olim, de conſuet.Felin.in cap.ſuper.col. 7.de reſcript.

Perinde valere nõ derogat impetrãti, qui eſt eiuſdem datæ.

29 Etiam ſi duo concurrant impetrãtes, & vnus non expreſſerit quod exprimendum erat, ſi eodem die impetret reſcriptum perinde valere, non nocebit alteri impetranti, quominus præferatur iſti concurrenti: vt quia non poteſt dici reſcriptum concurrere, quod eſt nullum, ca.non omnes.2.q.7. & c.factus.7.q.1.& hoc eſt valde vtile.

Canonicus verè creatus præfertur ficto perinde valere.

30 Et ſi Papa creat aliquem Canonicum, & vult vt perinde habeatur canonicus, ac ſi tempore datæ fuiſſet canonicus: hoc etiam non tollit ius quæſitũ alteri canonico, licet ſint æquales: quia vnus eſt verè canonicus, alter fictè, & ſi duo ſint ſpõſi, vnus verus, alter fictus: verus ficto præfertur. ca.fraternitatis, de frig. & verus adminiſtrator præfertur ficto. c.olim.1.de reſtit.ſpolia.c.cũ venerabilis. de relig. domib.& veritas præfertur fictioni. §.ſi quis rem. de lega.in inſtit.Domi. conſ.138.an ſi quis.col.2.

31 Nam ratihabitio non trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti.l.bonorũ.vbi Bart. ff.rem rat. haber. & l.ſi indebitum. §.ſi procurator. ibidem. Bald.in l.obſeruare.in fi.in 10.quæſt. de offic.proconſul.Domi.conſ.128.factum.col.2. & Soci.conſ. 126.in princ.in 4.vol.

32 Et hoc ſolet Papa exprimere, dummodo non ſit ius acquiſitum alteri tempore datæ præſentiũ. c.ſi poſtquàm, de præben.in 6.ſuperiùs fuit dictum in bulla nouæ prouiſionis, quia valet vt nunc, non vt tunc, quando in medio eſt obſtaculum. Socin. conſ.226.quæſtio, col.3.in 2.vol. nam confirmatio valet vt nunc.d.l.obſeruare.in fi.ff.de offi.proconſul.Panor.in c.3.num.5.de his quæ fiunt à præla.ſicut de legitimatione dicitur, vt valeat vt nũc.doc. in ca.per venerabilem, qui filij ſint legit.

Confirmari poteſt contractus ſi non ſit alterius quæſitum.

33 Vnde conſuluit Paul.Caſtren. conſ.178. donatio.in 1.vol.col.1. principem contractum inualidũ confirmare poſſe ex defectu iuris communis, dum fiat ſine alterius præiudicio, & antequàm ſit alteri ius quæſitum, per l.adoptio non iure facta. ff.de adopt.l.2.in fi.ff.de reb.eorum.

34 Et ſi Papa diceret, non obſtãte quòd ſit ius alteri quæſitum, non valeret: quia præſumeretur circumuentus, poſtquàm declarauit hoc non valere. c.ſi quando, eo.tit.nec iſtud reſcriptum reciperetur: nec Papa fidelis ſeruus eſſet, nec daret cibum in tempore, ſicut iuſſus eſt in Euangelio.

35 Prætereà quãdo Papa dicit, non obſtante quacunque collatione prouidemus, intelligitur de collatione inualida.c.2.ne ſede vacan. Feli.in cap. cauſſam quæ.in fin.de reſcri.& Alex.conſ.126. viſo tit.col.2.in 2.vol.& conſ.35.viſo, num.6.in 4.vol.

36 Et quando reuocat omnia facta in contrarium, intelligitur de his quæ non erant iure facta.c.audita.de reſtit.ſpol.& inferiùs ſcripſi.

Exprimenda quæ ſunt in perinde valere.

37 Nunc videndum eſt, quæ ſint in hoc reſcripto exprimenda. Reſpond. oportet exprimere omnes defectus, alioqui expreſsio vnius non ſupplet alios non expreſſos. l.1.§.ſi plura.ff.ad Turpillia. Domi. expreſsè in conſ.15. Reuerende pater. in 4.dubio. quia ſublato vno iure aliud remanet.c.ex tuarũ.de autorita.& vſu pallij.glo.in regu.cancel.19. in fin.

38 Vnde habetur in pract.Rom.ꝙ in gratia perinde valere, nõ debet ſuppleri vltra illud, quod eſt in ſupplicatione, propter iudicia, quæ ſuper illis ſolent oriri: vt ſi perſonam iudicis approbo, nõ tamen videor approbare eius dicta. cap.ſuper. de offic.delega.

Omnes defectus ſunt exp[illegible] in perinde valere.

39 Idem in teſtibus habetur c.præſentiũ, de teſti. itaque ſi illegitimus minor impetrauerit beneficiũ curatũ, non expreſſo defectu natalium, nec ætatis, ſi poſteà impetret hoc reſcriptũ, exprimendo tantùm defectum natalium, & omittat defectũ ætatis, non valebit hoc reſcriptum, nec impetratio: quia omnes defectus non ſunt expreſsi: ita quandoque dixi alicui, qui ſic impetrauerat: nam ſi plura ſint crimina ſingulorum abolitionem quis petere debet. d.§ ſi plura. vel enumerare ea in vna gratia, ſeu literis. alioqui non valet gratia.

Perinde valere impetrandũ vel reſcribẽda gratia.

40 Præterea ſi quis reſignauerit eccleſiam parrochialem in fauorem Titij, & ſignata fuerit ſupplicatio cum ſuſpenſione quarumuis gratiarum expectatiuarum, ſpecialium reſeruationum, vnionum, &c. Sed in impetratione bullæ hæc clauſula, cum ſuſpenſione non fuit conſcripta: tunc vtendũ eſt his literis vt perinde valeat: ac ſi in illis de ſuſpenſione & decreto prædictis plena & expreſſa mentio facta fuiſſet, non obſtan. vel reſcribatur, vt ſuprà dixi, & meliùs erit.

Doctoris mẽtio om[illegible] ſa que[illegible] ſuppleri poſsit ex perinde va lere.

41 Adhæc ſi tempore prædeceſſoris Pauli tertij impetrauerim beneficium in villa murata tanquã doctor, & hoc fuit in ſupplicatione expreſſum: ſi obtinuerim bullã tẽpore dicti Pauli in qua omiſſum fuit, ꝙ eram doctor: nunc tempore Iulij volo eam immutare, & addere doctor. Quidam dicebãt non licere: quia literæ prædeceſſoris nõ poſſunt de ſtylo aliquo modo alterari, nec mutari, vel aliquid in eis addi, etiã ſi in ſupplicatione hoc fuiſſet ſcriptum: niſi impetretur hoc reſcriptum perinde valere, in forma Rationi congruit, ſuper dicta ſupplicatione.

Doctor iurium nõ dicitur qui in altero tantùm eſt.

42 Vel ſi dixerim me doctorem, vel baccalaureum in vtroque, & ſim doctor in altero, hoc reſcripto opus eſt. Idem ſi dixero me doctorem iurium: quia ius canonicum & ciuile dicuntur iura: ideo factus doctor in altero, non poteſt ſe dicere doctorem iurium. Barba. in c.clerici. de iud.ſcripſi in 5.q.tract.nomina.vnde hoc reſcriptum impetrari poterit, vt perinde valeat impetratio, ac ſi fuiſſem doctor vtriuſque iuris.

Bulla tranſcribenda ſi derogatio fuerit omiſſa.

43 Idem etiam vidi impetrari, ſi in bulla non erat derogatũ reg.cãcel.de 20.diebus, & in ſupplicatione ſic. vt hoc reſcripto vtamur, vt perinde valeat, ac ſi expreſsè derogatio facta fuiſſet, vel trãſcribatur bulla, vt ſuprà dixi: & hoc eſt melius & vtilius.

O

Verus impetrãs præfertur ei q impetrat perinde valere.

44 Adhæc si concurrant verus impetrans, & impetrans perinde valere, præferri debet verus impetrans: quia veritas opinioni præfertur. l.filio quẽ pater.ff.de liber.& posthu.l.si pater.§.quoties. ff.de manumiss.vindicta.§.si quis rem.de lega.in inst.& verus spõsus præfertur ficto.c.fraternitatis. de frigidis,& caussa naturali accidentali. l.qui habet. ff. de tutel.c.præsenti.§.idem.de præb. in 6.sic consuluit.Dom.Gemi.consi.138.an si quis.col.vlt.& Cassador.decis.6.de concess. præben.

In perinde valere illa sunt exprimẽda, quæ in prima gratia.

45 Prætereà ista gratia perinde valere, dicitur subreptitia, nisi sint expressa illa omnia, quæ in prima gratia exprimenda forent, per gl.in verb.præferri.in c.si Apostolicæ.de præb.in 6.quia vim nouæ prouisionis habet, licet illã cõtineat teste Aegi. Bellamera decis.635.supposita, sic consuluit Domi. Geminia.d.cons.128.factũ tale, in secundo dubio: quia confirmatio actus præcedentis regitur ex primo actu,& requirit illam solennitatem, quã actus præcedens. d.l.bonorum. ff.rem rat.habe.& l.1.C. qui admitti.glo.in c.quamuis.de rescript.in 6.

Appellare & adhærere appellationi quando sit liberum.

46 Sicut quis debet intra decẽ dies appellare, ita intra illud tempus ratificare appellationẽ, ab alio suo nomine emissam, vel illi adhærere. glo.in c.vt circa, in verb.adhærentes, de elect.in 6.& augmentum siue additamentũ hisdem regi debet legibus, quibus res cui adiicitur: nam quod pignori adiicitur, pignus est.l.si conuenerit.2.§.1. ff.de pignora. actio.Ioan.Monach.in c.quãquam, de elect. in 6.c. fi.de concess.præben.ibidem.c.quæ circa.de priuileg.Bart. in d.l.si conuenerit, & abundè Albert. Brun.in tract.de augmento, in 9.conclus.

Beneficia in perinde valere, an sint exprimenda.

47 Limita quando in prima prouisione expressissem beneficia, quæ habebam, tunc non teneor in rescripto perinde valere, exprimere: quia postquã in prima prouisione Papa approbauit pluralitatẽ, non est opus alia approbatione: vt decidit Aegi. Bellamera.decis.635 supposita.vide gl.in ca.si Apostolicæ, de præb.& Prob.in additio.ad Ioan.Monach.in ca.fin.num.16.de consuetud.licet quidam contrarium dicant.

48 Ego has diuersas sententias sic cõciliarem, ꝙ beneficiorũ quæ iam habeo ex iusta dispẽsatione, de quibus non est quæstio in hoc rescripto perinde valere, non teneor mentionem facere, postquàm sunt expressa in primo rescripto: secus de aliis quæ ad rescripti validitatẽ tendunt. Et ita intelligi potest opinio contraria: & tutius est ꝙ omnia exprimantur, sicut in prima prouisione: vt scribit Felin. in c.in nostra.de rescri.& sequitur Ioan.de Selua in tract.de benef.in 3.part.q.12.vers.octaua qualitas.

49 Vbi dicit, in omnibus literis, per quas ius antiquum augetur, vel per quas cõseruatur, debet fieri mentio beneficiorum. allegat Roma. cons.383. in proposito. facit clem.1.de præb.quia nec perfecta videri possunt nisi perfectionis ordine compleantur.cap.nihil.7.q.1.

Ex signatura perinde valere capi an possit possessio.

50 Adhæc in ista patria potest quis capere possessionẽ ex sola signatura gratiæ simplicis, vel nouæ prouisionis, tamẽ si literæ gratię de perinde valere, nõ sunt cõfectæ, nõ afferũt commodũ ex sola supplicatione: vt cõsuluit Dom.cõs.128.factum, col.3.

51 Et vbi nõ potest capi possessio ex prima signatura, nec ex hac: nam talis solennitas requiritur in ratificatione, qualis in primo actu. l.nuptiæ inter. ff.de ritu nup.& l.si vt proponis. C.de nup.sic Roma.cons.12.viso facto, in fi.asserit.

Possessio adeptus prima gratia inualida nõ iteratur ad præbẽ...

52 Item si quis adeptus fuerit possessionẽ ex prima prouisione licet inualida, non debet iterũ eam ex valido titulo capere, videlicet ex hoc rescripto perinde valere: quia possessio etiam ex inualido titulo potest adipisci.l.1.§.si vir. ff.de acquiren.possess.vt no.in fi.c.vt lite penden.in 6.scripsi in tract. de pacifi.possessor.in 16.limita. & in §.declarantes. in verb.successores.de manda.Apostolic.in Concord.Et opus est in hoc rescripto exprimere, tam primam prouisionem, quàm alia, necnon possessionem, vt perinde valeant, ac si, &c.

Professio ante iustam ætatem facta ... perinde ... ...

53 Item si quis fecerit professionẽ ante decimũquartum annum, illa professio non valet, si demũ conferatur ei beneficium à Papa, solet in fine bullæ dari indultum quod professio per eum facta à data præsentium valeat, plenámque roboris firmitatem obtineat, & sibi suffragetur, etiam perinde ac si tempore statuto per eundem N.facta extitisset, dando dispensationem super ætate, & indultum circa professionem in forma perinde valere, dicẽdo, Nos eum/cum eodem N. vt prioratum prædictum recipere, & retinere, liberè & licitè valeat, quodque professio per te facta à die datæ præsentium valeat, plenúmque robur, &c. vt suprà, defectu prædicto, ac Lateranen.concilij, &c. dispensamus tibique indulgemus, &c.

Naturalis defectus furor ... suppletur ex perinde valere.

54 Item ex hoc rescripto perinde valere suppletur is defectus, qui potest iure suppleri. l.quia. ff.de præscript.verb.oratio, de sponsal.cap.1.in princ.de sacra vnctio.c.2.de insti.sed non alius, vnde naturalis non suppletur defectus: ideo si furiosus impetraret beneficium, illius impetratio non valet, si posteà concedatur rescriptum perinde valere, ac si fuisset sapiens, non valebit, etiam istud rescriptum: quia non est in potestate Papæ furiosum sapiẽtem facere, sed Dei tantùm: l.furiosum, vbi doct. C.qui testamen.facere possunt.facit pulcher text. in l.cõfessionibus.ff.de interrog.act.§.1.ibi.quia falsæ cõfessiones naturalibus conuenire debent.

55 Etiam non valet rescriptum cõcedens pupillo testandi facultatem, si proximus infantiæ sit. gloss. Bart.& Ias.in l.penul. C.de precib.Imperator. offeren.per l.fi.C.de testament.milit. etiã ad pias caussas, & pro anima, etiam si esset doli capax. Barto.& alij in repet.l.1.in 2..q.1.quæstio.C.de summa trinit.

56 Etiam si adiecta sit clausula ex certa scientia, & plenitudine potestatis: quia hæc plenitudo non se extendit ad defectus naturales, teste Innoc.in cap. sciscitatus, de rescript. Bald. in l.Barbarius.col.12. ff.de offi.præt.vt refert Ias.in l.rescripta.in fi. C.de precib.Impera.offerend.

Vt signatura ... nõ impetratur perinde valere.

57 Insuper hæc gratia perinde valere nõ datur super signatura, sed super literis expeditis in literis de perinde valere narrandis: quia sola supplicatio etiam signata dicitur res informis, & imperfecta ante literarum confectionem. de Rota decis.458. circa.[in no. sub tit.de conces. præb.decis.10.] & Staphil.

Staphil.in tract.de literis gratiæ.rub.de literis iustitiæ.vers.quando aliquis petit gratiam.

58 Et quia signatura habet regulariter hanc clausulam,perinde valere,ideo nō posset dari aliud rescriptum, vt perinde valeat signatura, ac si bulla esset,sed si quis videat sibi vtilius fore rescriptum perinde valere,quàm nouam prouisionem, licet signatura sit pro prima prouisione: tamen poterit rescriptum perinde valere ex signatura confici, & hoc est practicis notissimum: vel vtraque prouisio expediri eam poterit.

59 Et quando ponitur illa clausula generalis, vt perinde in omnibus,& per omnia acta & gesta valeant,ac si de his expressa mentio facta fuisset: tunc hoc valebit,per text.in l.2.§.furiosus.ff.de iure codicil.nam Papa potest fingere expressum, quod in primis non est expressum literis: vt not.Anto.Butrig.cons.2.refert Paul.Paris. cons.44.pro.do.Hierony.col.2.in 4.vol.

60 Limitatur gratia contrarietatis vitandæ, nam non quo ad omnia erit idem, vt Bar.dicit.in extrauag.ad reprimendum,in verb.perinde in extraua. quomodo in læsæ maiestat.crimi.procedatur. & glo.in l.sacrilegij.1. ff ad leg.Iul.pecula.ait ꝙ vbi contrarietas nō resultaret,perinde est quo ad omnia:& veritas,& fictio valet quo ad tempus,modū, & quo ad cæteras qualitates.

Transcribere bullam quādo opus sit, vel gratiā perinde valere impetrare.

61 Interdum concedit Papa collationē beneficij talis curati,etiam si sit parrochialis ecclesia, & hoc in signatura est expressum, in bulla verò non, quid sit tunc faciendum? Respon.non est opus rescripto perinde valere: sed transcribere bullā oportet, in qua illud addetur,quod fuerat in signatura expressum: sed aliud nō addetur, nec mutabitur: sed tantùm describetur cum illa qualitate.

62 Et hoc suis impensis tenetur mēsularius facere,cū ad eū spectet veras & integras præstare bullas:& edere non videtur,qui totā nō edidit.l.1.in fi. ff.de edēdo.& sic vidi cōdemnari mensulariū seu Bancquerium,vt suprà dixi in noua prouisione.

Perceptio fructuū per inde valere exprimenda.

63 Item quando minori est prouisum de beneficio,vel patienti defectum natalium, & non est expressum in impetratione, nulla erit impetratio: ideo impetrari poterit per hoc rescriptum perinde valere,vt dictum fuit: sed si iam perceptio fructuū facta sit, non valebit prouisio ista perinde valere, nisi quoque sit expressa fructuum perceptio.

64 Quia ex ipsa perceptione resultat inhabilitas, quæ annullat gratiam istam perinde valere,& aliā: & si Papa sciuisset istum inhabilem, ei nō concessisset: vt patet in decis.Rotæ, ideo oportebat istum habilitare, secus si nullos percepisset fructus, vel cōuersi sint in ecclesiæ vtilitatē, tūc enim nulla est inhabilitas: vt infrà dicam in dispen.materia.

65 Si tamen in supplicatione fuerit habita mentio fructuum, licet in bulla nulla fiat rehabilitatio, tamen valebit gratia: quia scientia Papæ cum prouisione videtur habilem facere impetrantē. l.quidam.ff.de re iudic.& l.Barbarius.de offic.prætor.

Dicēs se familiarē vel nepotē cardinalis qui nō est, quomodo sibi prouidere debeat.

66 Adhæc si quis, vt gratis expediretur bulla, dixerit in ea se familiarem Card.aut nepotem, cùm non sit, nulla est impetratio: & impetrans est ipso iure excommunicatus, secūdum decretum Innoc. & Alexan.& carere debet concessione, vt ibidem. & hoc docet.Pet.Paul.Paris.cons.77.in caussa.col. 2.in 4.volum.

67 Ideo si velit impetrare literas perinde valere, oportet quòd hoc exprimat, & soluat pro prima gratia,& quòd absoluatur:& posteà dabitur ei hæc gratia,si non sit alius, cui præiudicetur: vt scilicet perinde valeat,ac si non se dixisset familiarē Cardi.& sic tantùm solet taxari perinde valere in hoc casu quantum prima gratia, quam gratis eo prætextu habuerat.& hoc factum est,vt obuietur fraudibus, & malitiis hominum. l.in fundo. ff.de rei vendica.c.sedes.de rescript.

Rescribēda bulla quādo sit, vel gratia perinde valere impetrāda.

68 Vltimo si quis impetrauerit parrochialem ecclesiam iniustè per alium detentam, cum clausula quod possit exprimi, si sit beneficium simplex: expeditæ fuerunt bullæ super parrochiali occupata, & diu litigatum: nunc apparet eam non esse parrochialem, sed simplex beneficium, quomodo prouidebitur? Respon. Quidam per rescriptum si neutri, vel si alteri, dicunt.

69 Sed puto tutius & melius esse, vt impetretur hoc rescriptum perinde valere, ac si simplex beneficium in bulla expressum fuisset, vel ꝙ transcribatur bulla iuxta formam signaturæ, vt suprà dixi: hoc tamē rescriptū perinde valere, esset tutius post litem inchoatam, quidam asserunt: sed ego bullam transcribendam consulerem, alia, quæ tangunt huius gratiæ materiam, per prædicta paruo negotio intelligi poterunt: ideo his contentus nunc ero, de his Deo agens gratias perpetuas.

De Subrogationibus.

Subrogatio quid.



1 Subrogatio quantum ad istam materiam attinet, nihil aliud est quàm in locum alterius litigātis suffectio, seu subiectio: l.proponebatur.ff.de iudic. vnde per rescriptum subrogationis quis in beneficium, seu ius beneficij collitigantis sufficitur, seu subrogari mandatur.cap.1.& 2.vt lite penden.in 6. & sic conseruatur beneficium.

Subrogatio duobus modis fiebat.

2 Et duobus modis subrogatio fiebat: nam aut Papa subrogari mandabat, aut ipse subrogat. Papa interdum mandabat Episcopo, vel alteri, quod si costaret talem mortuum, & litigasset cum impetrante: ob id subroget impetrantē autoritate Apostolica in omne ius, quod defuncto competebat, seu competere poterat, sibique dictum ius conferas,& de eo prouideas, decernens irritū,&c. de hac loquitur Cassador.decis.1.rub. vt lite pendent.

3 Verùm quia Papa interdū alteri hoc ius posteà conferebat illius concessionis immemor, & ob hoc lites erant immortales, ideo hodie Papa ipse subrogat,& confert ius, quod defunctus habebat: vt inferiùs apparebit:& probatur in d.c.fin. vt lite pendent.in 6.

Morte aut resignatione subrogatio fit.

4 Duobus etiam potissime modis fit hodie subrogatio, primò aut per mortem, aut per resignationem, per tex.in c.1.vt lite penden.in 6.ibi mori, aut suo iuri renunciare, & c.2.ibidem. per mortem

autem si collitigans moriatur, tunc ne nouus aduersarius subrogetur, Papa facilè subrogat collitigantem. Et is præfertur aliis, si intra mensem subrogationem petat: vt est in regul. Cancel. 27. quam statim subiiciam.

5 Fit etiam subrogatio per cesionē alterius collitigantis, & ista etiā quotidie fieri solet, & aliquando fit in fauorem collitigantis: & tunc nō derogatur huic regulæ de subrogandis collitigātibus: nec eius fit mentio, quia iuxta eam fit: si verò in tertij fauorem resignatio fiat lite pendēte, tunc derogatur huic regulæ, & additur clausula in supplicatione, dummodo nō cedat in potentiorem, & quatenus sit vera lis. Gomes. in princip. regul. in 1. q.

Subrogatio pro non litigante etiā fit.

6 Et quamuis regulariter inter collitigantes detur subrogatio, Alex. tamen sextus statuit in suis regul. rub. de subroga. dari etiam pro non collitigante cum derogatione regulæ, vel absque derogatione, quando collitigans extra curiam decesit.

7 Si verò apud sedem non, nisi elapso tempore duorum vel trium mensium, & si appareat de negligentia collitigantis: & si primus subrogatus habeat ius cedentis & consensum, & demum ipse resignauerit, nō est necesse quòd secūdus subrogatus habeat nouum consensum: nam postquam est in prima subrogatione iam præstitus, non requiritur alius: nam actus intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatione.

8 Interdum petitur subrogatio in ius collitigantis, qui violauit sequestrum, iuxta clem. vnam, de sequestra. posses. & nisi fiat expressa mentio non valebit subrogatio: vt ibidem dicitur.

Requisita in subrogatione.

9 Notādum est, ꝙ hoc subrogationis rescriptum solet regulariter concipi, sicut noua prouisio: vbi sequentia interuenire solent. Primò post salutationem Papa narrat processum, & caussæ statum inter partes, & coram quibus iudicibus, ac obitum, aut cesionem alterius ex collitigantibus: alioqui non valeret subrogatio non facta litis mentione. cap. inter, de re iudic. Do. de Rota decis. 274. licet, in nouis, [sub tit. de præben. decis. 18. vbi limitant. & vide eos decis. 310. si reus, ibidem [sub tit. de rescript. decis. 25.] Et solet inchoari narratio huius rescripti regulariter sic: Orta inter dilectos, &c. & solet subreptitio hanc vitiare gratiam: vt expresè consuluit Petr. Paris. consi. 49. ad primum. col. pen. num. 33. in 4. vol.

Subreptio vitiat subrogationē.

10 Secundò Papa, ne nouus aduersarius subrogetur, cupit prouidere isti impetranti, quod exprimit in ca. secundo: vt lite pendent. in 6. ibi, ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè petitoribus interdum subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat.

Derogatio regulæ fit quādo renūciat collitigans, secus si tertius.

11 Et sic quando collitigans renunciat, requiritur derogatio regulæ: secus si tertius non citatus resignet: quia tunc non requiritur aliqua derogatio, cū non sit collitigans: nec impetratur ius litigiosum, tamen si is qui impetrauerit cōmisionem cedat, is dicitur collitigans, quia iam commissum est negotium: vt est decisum in c. si. vt lite pendente. in 6. doctores in Clementina finali, eodem titulo.

12 Tertiò Papa pro expresso habet caussæ statū, si enim pars abundè non expresserat processum, & caussæ statum, rescriptū annullabatur. Ob id prouidet Papa habendo pro expresso: de qua clausula plenè scripsi in forma mand. in verb. pro expresis habentes, in Concorda. & superiùs in signatura, & bulla nouæ prouisionis.

Subrogatur hodie etiā quis in ius petitoris.

13 Quartò Papa subrogat impetrantem in omne ius, quod competebat Titio tempore obitus, vel cessionis: & quamuis prohibeatur. in cap. 2. vt lite pendē. in 6. ne in ius petitoris quis subrogetur, sed in ius defensoris sic. Tamen hodie per cōsuetudinem derogatum est illi text. Nempe mortuo petitore, vel reo, statim confertur ius illius, etiam ab ordinario: & posteà subrogatur is in locum & instantiam alterius defuncti: vt inferiùs dicetur.

Subrogatus nouo titulo nō iuuatur, sed iure cedētis, nisi in duobus casibus.

14 Quintò limitat Papa, si quod ius eidem tempore sui obitus, vel cesionis in prædicta ecclesia quomodolibet competebat, seu competere poterat: nam Papa non confert ius de nouo illi subrogato, sed illud demum ius quod competebat cedenti, vel quondam Titio.

15 Nec poterit subrogatus iuuari nouo titulo ratione huiusmodi rescripti subrogationis: quia Papa non intendit conferre per istam clausulam, si alius ius non obtinebat, & ex intentione Papæ ius metimur. c. ad aures, & c. mandatum, de rescript. [quia non intendit ius alterius tollere, & iuri illius præiudicare. c. quamuis. de rescript. in 6.]

16 Vnde solent pragmatici Roma. dicere in subrogatione pro tertio non suppleri titulū, nec modum vacandi, per quem fuit prouisum illi, in cuius ius fit subrogatio: nisi in signatura dicatur, ꝙ suppleri posit, & quando Cardinalis proprio motu subrogatur: quo etiam casu in fauorem eius hoc suppleri poterit de stylo curiæ Romanæ.

Subrogatio fit nō obstante reseruatione.

17 Sextò addit etiam, si ipsa ecclesia generaliter vel specialiter dispositioni sedis Apostolicæ reseruata sit, vel eius collatio iuxta Lateran. statuta concilij apud sedem eandem deuoluta existat, autoritate Apostolica subrogamus. Et sic Papa intendit plenè subrogare, etiam nonobstante quacūque reseruatione speciali, vel generali: & subrogatus debet gaudere eodem iure, quo alius eius autor gaudebat: vt docet Paul. Paris. cons. 47. videtur, col. 2. num. 14. in 4. volu. post do. de Rota decis. 411. si lite pendente, in nouis. Bertrand. cons. 73. legatus, in 1. vol. ex noua editione.

Subrogatio quando ad nouum ius prosit.

18 Septimò cōfert ius adhuc sic dicens, dictúmq; ius tibi conferimus, & de illo etiam prouidemus. Sic Papa confert ius cedentis, vel decedentis, non tamen de nouo, vt dixi: quod probatur ibi, dictúmque ius tibi conferimus, ergo nō ius nouum, sed ius dictum scilicet subrogationis. Et de illo iure prouidemus, non de alio nouo iure: ideo bonum esset addere clausulam, & de nouo, si opus sit, etiā prouidemus, quæ vix obtineri potest, sed tunc prodesset etiam ad nouum ius.

Possessio vitiosa debet exprimi in beneficiali subrogatione.

19 Vnde in subrogatione facienda est mentio de vitiosa possesione sui autoris, alioqui non valet subrogatio, teste Calder. cons. 11. & 13. rub. de rescri. vt refert & sequitur Paul. Paris. consi. 47. videtur, in fin. vol. quarto.

20 Etiam

20 Etiam in subrogatione à Papa debet fieri mẽtio de beneficiis obtentis: quia hæc subrogatio habet vim collationis: vt firmant Do. de Rota decis. 274. licet in subrogatione, in no. Philip. Perus. in d. ca. fin. in 2. no.

Subrogatus in eo statu recipitur, quo erat processus.

21 Octauò decernit Papa impetrãtem in eodem statu ad caussæ prosecutionem recipiendũ, in quo deberet admitti resignans, aut alter si viueret. Vnde sic solet Papa scribere, Decernẽtes te ad huiusmodi iuris prosecutionem admittendũ fore in eo statu, in quo dictus N. si viueret, posset, & deberet admitti. quod probatur, in d. c. 2. in fi. ibi in illo statu, quo ipsam inuenerim decernimus admittendum.

22 Et hoc facit Papa, quò lites citiùs terminentur: ideo si erat conclusum & renunciatum in caussa, non debet recipi subrogatus: vt docent Anchar. Gemin. & Perus. in d. c. 2.

23 Ego tamen etiam vidi recipi in possessorio antequàm sententia sit prolata, & facit text. in Clem. 2. §. porrò, de elect. vbi Cardinales intrantes conclaue post Papæ electionem inchoatam debent recipi in eo statu, in quo inueniunt caussam electionis, ante tamen conclusam electionem maximè in materia beneficiaria, in qua sententia nõ transit in rem iudicatam, glo. & doct. in c. 1. de conces. præb.

24 Nonò Papa decernit irritũ & inane, quicquid in contrarium contigerit attentari. De hac clausula scripsi in rubrica de firma & irreuoc. concor. stabili. in concord. vide Do. de Rota, decis. 411. in no. [sub tit. vt lite pendente. decis. 5.] & sic collitigans præfertur non solùm primo impetrãti, verùm etiã aliis, cum derogatione Regul. nisi secundus impetrans hoc expresserit: vt docet Gomes. q. 17.

25 Decimò Papa tollit obstantia, & ista sunt, quæ communiter in subrogationis rescripto solent inseri, per quæ facilè, bone lector, cognoscere poteris rescriptum hoc an valeat, néc ne. Alia scripsi superiùs in bulla, & alias quasdam clausulas subiiciam inferiùs prosequens reg. Cancel.

Subrogatus possessionẽ accipere debet, si ipse non sit.

26 Vndecimò aduertendum est, ꝙ licet subrogatus per Papam in omne ius, quod quomodolibet competebat defuncto, acquirat etiam possessionẽ, quia possessio quæsita & apprehensa est iuris, per l. si quis ad se fundum, ibi, possessionis iura reparentur, C. ad legem Iul. de vi public. & ibi ponderat Bald. & Do. de Rot. decis. 64. subrogatus in nouis, [sub tit. vt lite pendent. decis. 5.] & probat Feli. in rub. de rescript. col. 3. nu. 6.

27 Tamen hoc non probarẽ, quia possessio etiam apprehensa non continuatur, per l. cùm hæredes. ff. de acqui. poss. quia est facti, l. denique, ff. ex quib. caus. maior. nec obest illa l. si quis ad se fundũ: nam debet intelligi, amissæ possessionis iura reparentur, id est illa, quæ sunt propria possessionis reparari debent spoliato, vtpote fructus. & alia iura, quæ ex possessione proueniunt: quæ not. in rub. de caus. poss. & in §. commodum, de interd. sub §. retinendæ, & sic nil probat: ideo subrogatus in ius defuncti necesse habet accipere possessionem si eam nõ habeat, & ipse ex alio titulo non sit eam adeptus.

Praxis Frãciæ quo ad subrogationes.

28 Etiam in hoc Frãciæ regno praxis est, vt postquã aliquis subrogatus fuerit in ius alicuius à Papa, is accipiat possessionem in vim subrogationis Papæ, & posteà impetret literas Regias, quibus petat subrogari in ius & possessionem, & instantiam mortui: quod est verum, si ipse non erat in possessione: nam tunc alia non est accipienda possessio, [sed fit subrogatio in possessionem demortui, & sic duo sunt casus. Primus est, quando is qui petit subrogari erat in processu cũ possessione accepta, non tenetur nouam possessionem accipere, ex parte eius, in cuius locum subrogatur, sed sua possessio iam accepta illi proderit. Secundus casus est, si tertius, qui non erat in lite, petat subrogari in ius alterius, opus est vt apprehẽdat possessionem quæ est facti: & sic non commutatur. d. l. denique. & sic conciliantur sententiæ contrariæ.]

Subrogatio est odiosa.

29 Duodecimò subrogatio dicitur odiosa, ideo nec facilè concedenda: c. fi. vt lite penden. in 6. vnde si moriatur alter collitigans, non debet beneficium litigiosum alteri conferri, nec de isto prouideri, d. ca. fin. Domi. de Rota decis. 308. nota quod secundum, [sub tit. de electione, decis. 4] & decis. 429. nota nunquid, in antiq. [sub tit. de restit. spol. decis. 17.] & Paul. Paris. cons. 47. videtur, in fin. vol. 4. quod verum putarem quo ad tertium, vt subrogetur, secus quo ad litigantem.

30 Quæ iura tamen hodie in hoc non seruantur regno: nam siue actor, siue reus moriatur, statim beneficium cõfertur alteri per ordinarium, vel per Papam: & sic lis protelatur per nouos aduersarios: & is subrogatus potest dare obiectus contra alterũ collitigantem: licet Rota teneat contra in titul. vt lite penden. decis. 1. [Bernard. de Besigneto.]

Beneficium an dicatur litigiosum, si lis sit super possessione.

31 Sed dicunt beneficiũ non esse litigiosum, quando de eo agitur super possessione. Et ita conclusit maior pars, Do. de Rota vt refert Cassado. in decis. 4. rub. vt lite pend. & vide decisionem seq. quando neglecta est lis, ꝙ ordinarius conferre poterit.

32 Ego tamen putarẽ non valere Papæ collationem, nec subrogationem, nisi fieret mentio litis, etiam motæ super possessorio tantùm: quia hoc est quod fortè retraxisset Papam à concedendo, vel non tam de facili, si hoc expressisset: ideo hoc quoque exprimi debet. c. postulasti, in fi. de rescript. licet do. Philip. Probus teneat contra in additio. ad Ioan. Monach. in c. præsenti, de offic. lega. & vide quæ scripsi in tract. de pacific. possessor. nu. 166. vbi respon. his qui contrarium tenent.

Litigans an possit permutare.

33 Decimotertiò si lite pendente super beneficio reus permutet cum alio: & interim moriatur: huiusmodi permutatio reuocabitur per viam attentati, etiam contra illum superstitem, eo tamen vocato. de Rota decis. 56. si lite, in no. [sub tit. vt lite pendente. decis. 3.] allegãt not. per Innoc. in c. cum M. de const. vide eos decis. 411. si lite, in nouis. [sub titu. penden. decis. 10.] & decis. 400. nota si lite. in antiq. [sub tit. vt lit. pend. decis. 3.] & decis. 43. nota nunquid, in antiq. [sub tit. de renuncia. decis. 1.] & decis. 4. de restit. spoliat. [Bernard. de Besigneto.]

34 Ego tamen vidi seruari contrarium in forensi iudicio: nam liberum est litigãti permutare suum beneficium cum iure, quod alius habet, & is subrogatur in locum sui autoris, dũmodo subrogatus

non sit in fraudem vel potentior. Et ita seruatur: & si appareat litigantem in fraudem fecisse permutationem, vel cessionem, condemnari debet ad expensas, & ad multam, si opus sit.

Subrogatus procuratorē de nouo constituere debet.

35 Decimoquartò subrogatus debet de nouo cōstituere procuratorem, vel hunc eundem quem constituerat eius autor, vel alium. Aliàs si procurator constitutus per quondam Titium continuet processum subrogari sine nouo mandato, non valebit processus: quia lis erat finita quo ad eum, quæ non transit ad singularem successorem. ca. quia V. de iudic. vbi doct. & do. de Rota, decis. 171. Si A. constituat, in no. [sub tit. de procur. decis. 13.]

36 Maximè quia mandatum procuratoris est strictè interpretandum, nec extenditur ad personam, vel caussam non expressam. ca. qui ad agendum, de procurator. in 6. & mutata persona, mutata est caussa. l. nulla. C. de procurator. cap. cùm super, de re iudica. Guido Papæ in decisio. Delphin. quæst. 86. procurator.

37 Poterit tamen iste subrogatus cōtinuare caussam cum procuratore collitigantis superstitis, quia adhuc caussa pendet: & ille procurator ad totam caussam constitutus censetur: & si viueret Titius procurator, teneretur cum eo cōtinuare, ergo & cū isto. Et sic fuit cōclusum in Rota decis. 440. si agēs in no. & Fel. in d. c. quia V. col. vlt. Intimatio tamen domino fieri debet, & terminus illi dari ad opponendùm contra subrogationem: vel terminus debet concedi procuratori superstitis ad consulendū dominum, si petat, per ca. dilectus, de procurator. Perus. c. vlt. no. fi. vt lite penden. in 6.

38 Decimoquintò mortuo vno ex collitigantibus petitio dirigi potest contra interesse putantes. d. c. fi. & hoc probat Aegid. in decis. 156. mortuo. quem sequitur Cassador. decis. 6. rub. vt lite pendē. per text. in c. fin. de electio. in 6.

39 In hoc regno mortuo actore vel reo litigante superstes petit quando possessorio agitur, manum regiam leuari: & vulgò dicunt, *la main leuee*, quæ solet illi concedi, requisitis tamen decem, quæ scripsi in tract. de senten. executor. art. 1. glos. 4.

Subrogatus in ius recredentiarij iuuari illius sententia debet.

40 Decimosextò subrogatus in ius alterius potest petere sententiam sui prædecessoris recredentiæ, vel aliam executioni mandari in suam vtilitatem, per l. cùm quasi, in princip. ff. de fideicōmis. liberta. Et ibi Boer. in additio. ad Bened. de plumbi. & Bal. ac Iacob. in l. vna. §. 1. in fi. C. de caduc. tollen. & pronunciabitur istum subrogatum debere gaudere sententia in vtilitatem resignantis, vel prædecessoris lata, non quòd detur alia recredentia.

Subrogatus non potest nouū iudiciū inchoare.

41 Decimoseptimò subrogatus in locum alterius non potest nouum iudicium possessorium inchoare, sed tenebitur per viam subrogationis petere se subrogari coram eo iudice, coram quo lis pendet, ne diuersa sequantur iudicia, & contrariæ sententiæ. l. nulli. C. de iudic. Sic pronunciauit Paris. Senatus anno 1525. die 2. Maij.

Duo in locū vnius an subrogari possint. Arestum.

42 Decimooctauò licet quidam fuerit in locum alicuius subrogatus, tamen alter in eiusdem locū se subrogari petere potest: quia primus fortè est inhabilis, vel nullum habet titulum, ob id non impedietur secundus. Ita censuit Senatus pro do. Adriano Gemoly doctore Theologo cōtra Ioannem Hays subrogatum, anno 1526. die 9. Februarij, & anno 1527. die 17. Martij, pro quodam alio.

Inhabilis non notorius debet subrogari. Arestum.

43 Decimononò postquàm Papa subrogauit aliquem & eidem ius defuncti cōsuluit, si is petat coram iudice laico subrogari in possessionem defuncti, & instantiam non poterit prohiberi, etiam si allegetur vitium personæ non notorium, quod posteà probabitur in processu: vt censuit Senatus anno 1514. & condemnabitur [opponens subrogationi faciendæ ad expensas, damna, & interesse] ideo nō debet quis insistere, ne quis subrogetur, si vitium non sit notorium.

Subrogatur quis in locū alterius pars quam impugnauit.

44 Vigesimò interdum vidi subrogari in locum illius possessoris, quem pars dixerat nullum ius habere, sed fortè ab initio processus, sed posteà potuerat acquisiisse ius. etiam in subrogationibus solet narrari contra iustitiam, & contra ius se opponere: & impedire: & tamen petimus subrogationem, sed dicatur conditionaliter, in ius talis petit subrogari, si quod ius habebat: quia conditio nil ponit, & ad maiorem cautelam multiplicatur titulus. ca. post electionem, de concess. præb.

Subrogatus debita prædecessoris soluere nō tenetur.

45 Vigesimoprimò subrogatus non tenetur soluere debita prædecessoris. ca. 1. de solutio. quia ius ab eo non obtinet: & filius, qui non obtinet bona paterna à patre, sed alio iure non tenetur ad debita patris, sic nec vxor ad debita mariti, quando nullos habet conquestus, l. 1. & 2. C. de repud. hæredit. vbi doct. Aufrer. in deci. Tholos. q. 70. doct. c. 1. de solutio. per illum text.

Subrogatus nō restituit fructus prædecessoris nec expen. Arestum.

46 Vigesimosecundò non tenetur subrogatus restituere fructus, quos prædecessor percepit, quia nil iuris habet ab eo: vt docet Perus. in c. præsenti, de offic. ordi. lib. 6. & d. Probus, in cap. præsenti, de offic. leg. ibidem. facit l. 1. C. de administrat. tutor. Et ita visum fuit Senatui, anno 1536. in mense Februario.

Arestum.

47 Nec quidem ad expensas tenetur, nisi à die subrogationis: quia impensæ sunt personales, vt abundè scripsi in tract. de expens. in tertio Tomo ordina. regiar. & sic censuit Senatus, anno 1508. die 3. Aprilis ante Pascha, facit quod no. Ioā. monach. in d. c. fin. vt lite penden. lib. 6. & in c. si tibi absenti, de præbend. ibidem.

Arestum.

48 Limita nisi purè & simpliciter recipere processum, & rementa caussæ: vt fuit decisum in hoc Senatu, anno 1516. die 7. Aprilis post Pascha, & in conuentibus iuridicis apud Picto. habitis, anno 1541. die 17. Octobris, pro magistro Ioan. de Fontenay contra Anto. Peletam.

Arestum.

49 Secundò non procedit, quādo quis vellet subrogari post sententiam recredentiæ, & primi capitis possessorij eo enim casu non recipietur: nisi fructus, & impensas omnes pendat, & restituat, vt sanctè pronūciauit Senatus, anno 1542. die 11. Maij, pro magistro Aegid. Durand. cōtra Petrum Combaut, quia res trāsit cum suo onere. l. alienatio. ff. de contrah. emptio. postquàm igitur sententia prolata erat, onus inhærere videbatur rei, quod non est ante sententiam.

50 Ideo

Resignãs in processu remanere debet pro fructibus & expen.

50 Ideo non recipietur volẽs posteà prosequi processum, nisi ita restituat: & quia rem litigiosam assumit, videtur velle calumniari, ideo sic puniendus est: nisi curia dicat, quòd resignãs remanebit in processu pro fructibus & expensis: & tunc resignans teneretur: & hoc bonum est petere, antequàm quis petat se subrogari.

Subrogatio post annum peti non potest.

51 Vigesimotertiò petere subrogationem quis debet quando possessorio agitur intra annum, alioqui posteà non recipitur, quia interdicta sunt annalia. l. 1. ff. de interdic. nec reuelatur quis etiam per literas Regias post annum: vt censuit Senatus Paris. pro Ioan. du Drac, Canonico Carnoten. cõtra Iacobum de Polinhes, & quendã abbatem de Vaudzille. vide tex. in c. 1. & 2. de eo qui mittitur in possessio.

Arestum.

Annus quo modo computetur.

52 Et hic annus à die collationis & possessionis aduersarij computatur, quia non potuit petere subrogari antequàm collationem haberet: hoc limitaui, quãdo is qui petit subrogationem possedisset, vel literas impetrasset intra annum, & eas executioni non demandasset: & in aliis casibus, quos conscripsi in Concord. in §. declarantes. in gloss. successores, ibidem quilibet videre poterit.

Subrogari petẽs statũ suum exhibere debet titulum.

53 Vigesimoquartò petens subrogari, debet incontinenti suum exhibere titulum, per quem appareat an intra annum veniat necne, vel vexandi aduersarij gratia: hoc petat. glo. & doctor. in c. 2. lite pendente. libr. 6. & ibi Gemin. vnde non solet dari dilatio isti, qui non exhibet titulum, quia in sua potestate fuit experiri: vt no. in l. inter stipulãtem, §. si Stichũ, ff. de verbor. oblig. hodie datur modica dilatio.

Procurator causæ ad subrogationẽ citari potest.

54 Vigesimoquintò non requiritur quòd dominus citetur, si reliquerit procuratorem ad caussam talis beneficij: si petam subrogationẽ in illo beneficio: sed citabitur procurator caussę, & coram eo subrogatio petetur. Rufæ. in tracta. Regal. in 5. priuileg. Si tamen procurator peteret dilationem ad consulendum dominum, ei vix denegaretur.

Subrogatus titulum sui autoris iustificare tenetur.

55 Vigesimosextò subrogatus iustificare tenetur titulum, & ius illius, in cuius locum subrogatur, quia suo autore plus iuris non potest habere teste Ægid. Bellame. in deci. 112. subrogatus, & decis. 16. si petens, vnde probare debet omnia expressa in bulla sui autoris, quia eodem iure vti debet cum autore, reg. cùm quis in ius, de regul. iur. lib. 6.

56 Licet regulariter quis non debeat ostendere titulum sui prædecessoris, quando is fuit habitus & reputatus verus rector ecclesiæ. vt docent Panor. & alij in c. illud, de præsumpt. & Aufrer. q. 467. secus quando lis fuit semper cum autore, & ita debet intelligi Rotæ decis. 109. agenti, in no. [sub titul. de rerum permutatione, decis. 4.

Vna possessio sufficit nec est opus ex diuersis titulis aliã apprehẽdere.

57 Vigesimoseptimò iure illius, qui mihi cessit pẽdente lite vti potero etiam sine subrogatione, si erã priùs in instãtia & lite ante cessionem, nec est opus noua possessione: secus si nõ eram in lite, quia tunc & noua possessione, & subrogatione opus erit. Nã si in possessione sim aliam non debeo petere possessionem, licèt ex pluribus caussis possidere possim, l. 3. §. ex pluribus, ff. de acq. possess. tamen vna possessio mihi sufficit, vt ibi, & hoc iure vtimur.

Subrogatus post duos annos non potest prosequi litem desertam.

58 Vigesimooctauò subrogatus non prosequens litem in caussa nouitatis, & super possessorio motã per duos annos, posteà eam prosequi non poterit, etiam si per literas Regias releuaretur, quia perempta est instantia: vt iudicauit Senatus Paris. anno 1528. die 14. Decembris: quia in hac materia non fit contestatio: nec perpetuatur actio vsque ad 30. vel 40. annos, sicut in petitorio, l. nam posteà, §. si is qui temporali, ff. de iureiur.

Arestum.

59 Nempe vtendo per annum acquiritur possessio: ita quoque per annum interdum perditur, l. 1. ff. de interdict. & annus quo lis cœpta fuit, non computatur, quia est integer, sed sequens: sic faciunt no. in l. properandum, C. de iudic. & l. fina. C. vt intra certum tempus, tamen iste exclusus si ius optimũ habeat, petitorio agere non prohibetur: vt not. doct. in l. nulli, C. de iud.

Valet subrogatio, etiã si non fuerit expressum, an in ius possessoris vel petitoris quis subrogetur.

60 Vigesimononò subrogatio facta à Papa in ius defuncti valet, licèt non fuerit expressum in bulla, an defunctus esset petitor, vel possessor, ex quo semper quæritur de iure defuncti, vt sciamus de iure superstitis. c. ex parte, de arbitr. Etiam valebit subrogatio, licet non dicas defunctum fuisse possessorem: verùm subrogatus non admittetur ad defuncti possessionem, ad quam non censetur subrogatus. Bonifac. in clem. 1. in 9. conclus. vt lite penden. cautius est tamen exprimere.

61 Vltimò hìc multò plura scriberem de subrogationibus actionum, videlicet an actio subrogata sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, & alia quæ ad ius ciuile pertinent: verùm quia tantùm ea prosequor, quæ respiciunt ad materiam beneficiariam, ciuiles materias alibi scribam: ideo de hoc reiiciam te ad Bart. in l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer. ad doct. in §. fuerat, de actio. in Instit & in l. certi condictio, in prin. ff. si certum pet. & doct. in l. inter stipulantem. §. sacram, de verb. oblig. l. si eum. §. quia iniuriarum, si quis cautio.

Regula cancellariæ, De subrogandis collitigantibus.

Item dominus noster litium succindere cupiens anfractus.

GLOSSA PRIMA.

HÆc regula abundè per Gomes. dotata est per quæstiones quæ inter regulas Inn. 8. est 27. & duæ rationes ponuntur in initio: prima est vt litium anfractus succindantur, qui anfractus maximi, & tanti sunt, vt vix par aliquis quantumcunque diues esse possit. Crede mihi, vt si possis cõponere, nunquã litiges, & puto ꝙ Deus optimus maximus permittit lites, vt flagella durissima contra magnates, & vt torqueãtur. Nam per pestẽ, cùm fugiant, vix torqueri possunt, per bellum minus: per famem nequaquã, cùm semper habeant frumenta, sed lites euitare vix possunt, quæ valde torquent, maximè quando agitur de capite. Et quãuis lites sint procuratoribus & aduocatis cibaria dulcissima, tamẽ ipsis partibus sunt valde amaræ. Et sacerdotes cum partibus solent dicere, extingue flammas litium: sed nostrum erit orare Christum, vt nobis pacem temporis, pacem pectoris, & pacem æternitatis concedat Amen.

Lites flagella hominũ durissima: ideo non est litigandum

Et ne noui collitigantibus aduersarij dentur, prouidere voluit, statuit, & ordinauit, quòd quoties deinceps aliquem super quouis ecclesiastico beneficio collitigantem.

GLOSSA SECVNDA.

SEcunda est ratio huius regulæ, quæ elicitur ex cap. fi. vt lit. pen. in 6. vbi si vnus collitigans moriebatur, non poterat beneficium conferri, nec de eo per electionem, aut aliàs prouideri: nisi lis finita fuisset, & de iure defuncti apparuisset, c. 1. & 2. ibidem. vbi sunt hæc verba, si hi, contra quos super dignitatibus personatibus, vel aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident, litigatur, lite pendente cedant, vel fortè decedant: ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè interdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat, statuimus, vt dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi &c. hic non requiritur finis litium, sed impetratio collitigantis valet, si intra mensem à die cessionis, vel obitus impetrauerit: ita quòd collitigans præfertur alteri cuicunque impetranti, dummodo impetrauerit intra mensem: & sic omnes aliæ impetrationes factæ, etiam anteà non valebunt per prædictas rationes. Et loquitur de impetratione facta à Papa: & sic habes hic vnum casum mirabilem in quo vltimus impetrans præfertur priori, contra cap. si eo tempore, & cap. duobus, de rescript. in 6. c. eum cui. de præbend. ibidem. vide alios casus per gl. in c. quia sæpe, de præb. lib. 6.

Vltimus impetrãs priori præfertur.

In iure vel ad ius, si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit, subrogari concesserit.

GLOSSA TERTIA.

ET sic habet locum hæc regula, siue quis subrogetur ad ius, siue in iure, dummodo is, qui obiit, acceptauerit: nam si nominatus antequàm beneficium acceptet moriatur, vel mandatarius: non poterit alius ad ius istius subrogari, quod extinguitur per istius obitũ: sicut dicitur de canonicatu, in cap. dilecto de præb. c. quodam. illo tit. in 6.

Collitigans intra mensem subrogationẽ petere debet.

Ego intelligerem hanc regulam, quòd si collitigans intra mensem à die quo litigans cessit, vel decessit, petierit in ius defuncti, vel cedentis subrogari, quòd omnibus præferatur, etiam si alij impetrãtes fuerint in data priores, ne noui aduersarij collitigãtibus dentur: & impetrationes aliorum nullius sint momenti, dummodò intra mensem collitigãs impetrauerit, quòd si posteà, non. & idem vult dicere hic text. dum dicit, in iure vel ad ius ad rem non potest impetrari, cùm extinguatur per mortem. c. fi. de concess. præb. Bonif. in cle. 1. in 3. concl. vt lite pẽdente. Non tamen est absurdum quem subrogari ad ius mortui, vtpote si mandatarius post beneficiũ vacans acceptatum moriatur: ad illud enim ius quis poterit subrogari, quia non est simplex ius ad rem, sed est iam radicatum in persona morientis: & hoc docet hîc Gomes. q. 6.

Ius in re vel ad rem.

Et potest quis etiam lite pendente cedere. c. per tuas. 1. in fi. de simon. sic & appellatione pendente, tamen si posteà pronuncietur bene iudicatum, reuocatur illa renunciatio tanquàm attentatum. gl. in verb. interponi. rub. de caus. in Pragmatic. sanction. doctores in l. quæ à latronibus. §. fi. ff. de testam.

Dummodo præfatus collitigans in dicto beneficio intrusus non fuerit.

GLOSSA QVARTA.

1 DVobus modis potest iste text. intelligi. primò quòd impetrans collitigans intra præfatum mensem omnibus præfertur, vt gratia aliorum nullius sit momẽti: nisi collitigans fuerit intrusus, vtpote quia vidẽs quendam capularem senem citò moriturũ, mouit ei litem, & possessionem beneficij de facto, prætextu tamen cuiusdam friuolæ collationis accepit, vt post ipsius senis obitum, beneficium impetraret: certè sua impetratio sic fraudulosa nullius erit momenti: & gl. dicit in hac regul. sæpe fraudem huic regulæ fieri, quia impetrans est intrusus.

Intellect[us] duplex [huius] tex.

2 Secundò potest intelligi, quòd collitigans præferatur alteri impetranti: dummodo is cuius beneficium impetrauit, non fuerit intrusus, quia non poterit ius aliud habere, quàm haberet is, in cuius locũ subrogatus fuerat, sed intrusus nil iuris habebat, c. cùm iamdudum. de præb. ergo nec iste subrogatus in locum suum: prior tamen magis conuenit.

3 Limita nisi purgatum fuerit vitium, quia non dicitur ampliùs intrusus, licèt à principio fuisset. d. c. eum qui. de præb. lib. 6. Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio.

4 Intrusus autem dicitur, qui sine autoritate illius, ad quem collatio beneficij spectat, illud accipit propria autoritate. c. ad aures. de excessib. prælatorum, & qui nullum habet titulum, cap. quia diuersitatem, de concess. præb. gl. in verb. metuebant. c. bonæ. 1. de ele. & c. nisi. de renũciatio. idem in offi. l. nõ aliter. C. de palat. sacra. largit. li. 12. vel qui sine titulo ingerit se administrationi beneficij. Pan. in c. cũ iamdudum. de præb. per c. auaritiæ, de elect. in 6.

Intru[sus] quis, di[ci]tur.

5 Vel qui sine canonico titulo beneficium occupat, & non intrat per ostium, nec habet canonicum ingressum. cap. relatum. de iurepatronat. Bal. in cap. nihil. col. 2. de electionib. Et qui sine titulo sedem inuadit intrusus est, & falsi crimine tenetur. l. eos. §. qui se pro. ff. de fals. Bald. in c. pastoralis. col. 1. de except.

6 Ex quo infertur, quòd qui per vim occupat beneficium, dicitur intrusus. c. eum qui, de præb. in 6. gl. in verb. violentus. de pacific. posses. in pragm. nec valebit collatio, etiam si posteà impetrauerit non facta mentione illius intrusionis. d. cap. iamdudum. Panor. & alij in d. c. 1. de concess. præb. quia non videtur Papa remittere intrusionem quam nescit, l. mater. ff. de inoffi. testam. text. aureus in l. autoritate, Cod. vnde vi. quem notat Anchar. consil. 92. & Felin. in c. postulasti, colum. 13. de rescript. & Barba. consi. 63.

Intrusus [im]petrans [be]neficiu[m ab in]trusione [ma]tionem [fa]cere deb[et].

cons.63.col.10.in 1.vol.

Administrans ante cõfirmationem est intrusus.

7 Secundò etiam vocant intrusum, qui post electionem, & ante confirmationem administrat, quia ipso iure est priuatus sic administrando, c.auaritiæ, de electio.in 6.nisi esset alius actus à superiore procedens, & hunc repræsentans, Oldrad. cons. 146. factum est tale, in fi. vel nisi administrauerit ob necessitatem ecclesiæ, vel vtilitatem, Oldrad. cons.9. posito.

8 Nec valet consuetudo, vt quis ante confirmationem administret, vel ante prouisionem, quia est contra bonos mores: nam hoc modo posset hæreticus, excommunicatus, & incapax præesse ecclesiæ, Old.191.nullo modo.col. 1. per textum in auth. vt nulli iudi. §.1.col.9. & c.vlti.de consuet.quæ videtur esse corruptela, ac sacris canonibus inimica, c.cùm venerabilis, de consuetudin. Sic consuluit Petrus Anchara.cons.51.consuetudo, vbi tamen dicit administrantem ratione consuetudinis antiquæ non priuatum, nec vllam pati debere pœnam, per glos.in d.c.cùm venerabilis.quia non debet puniri, qui communi iudicio non peccat. c.inter corporalia.§.sanè.ibi, & quamuis.&c.de translat.Episcopi, idem est priuatus, qui lite pendente administrat, c. 2.de in integ.restit.

Administrans ante institutionẽ est intrusus

9 Idem si post præsentationem, & ante institutionem quis administrauerit: vt firmat Roch.de Curt. in tract.iurispatronat.in verb.honorificum.q.39.Et his casibus ipso iure priuatus est, qui sic properè administrauit.

10 Tertiò qui beneficiũ post priuationem, & depositionis sententiam adhuc retinet, à qua non appellauit, secus si appellauerit. Innocentius in c.qualiter.2.col.3.nu.10.de accus.Maleret.in tract. de electio.in fi.q.17.Præpositus in c.fi. 19. distin. [Diuersum est si retineat post sententiam super possessorio latam, quæ non respicit titulum, & sic semper habet titulum nisi à iudice ecclesiastico priuatus sit c.cum non ab homine.& ibi.Doct.de iud.]

11 Quartò qui beneficium iniustè alteri ablatum, & omisso iuris ordine detinet, quamuis habuerit collationem, c.tanta. de exces. prælator. Domi. & Præposi.in cap.propter.in fi.19.distin.

Intrusus q collationẽ à non habẽte potestatẽ obtinuit.

12 Quintò qui à superiore excommunicato, vel suspenso collationem habuerit, vel ab eo, qui non habet potestatem conferendi. c. finali. de excessib. prælat.& ideo is qui accipit per deuolutionem, aut aliam collationem ab eo, quem scit non posse conferre, est intrusus. Dom.in c.fi.in fi.19.distinct.& sæpiùs videmus istos deuolutarios volantes ad infinitas lites, & malignitates, qui grauissimis pœnis, vt temerè litigantes multis plectendi essent: vt dixi inferiùs de deuolutio.

13 Sextò dicunt illum, qui commisit crimen dignum depositione, dici largè intrusum, vel qui habet vitium, ob quod priuandus esset beneficio, licèt gl.in c.cùm super, de caussa posses. dicant eos quasi intrusos, Io.de Selua in tract.de benefi.q.11.nu.9. in 3.parte.Feli.in c.veniens.2.not.de accus.extrà.

14 Quod mihi parũ probabile videtur, quia interim habet titulum, antequàm priuetur. Ergo intrusus non dicitur, nisi cõmisisset crimen, per quod fuisset ipso iure priuatus, veluti hæresim, vel simoniam: de quibus scribit Felli.in c.2.de rescr.extrà. Casus autem quibus ipso iure quis priuetur, cõscripsi in tractatu de pacific.posses.in 4. limitatione, in fine. & inferiùs in 3.parte, super iure amittendi.

Possessionẽ cum signatura accipiens nõ est intrusus.

15 Septimò dicunt intrusum eum qui cum simplici signatura beneficij possessionem adipiscitur, allegatur Extrauagan.iniunctæ, de election.in communib.quę loquitur in dignitatibus maioribus: sed hoc asserit Fel.in c.in cap. in nostra, correlario 2.de rescript.Sed vltra eum facit l.fi. C.de officio magistri officiorum, versiculo sed sciat, ibi, is qui sine sacro rescripto peruenit ad militiam, ea priuatur.

16 Sic & qui sine literis Papæ, sed habendo signaturam non videtur omnino capere sine literis Papæ, quamobrem nec priuandus: imò ex consuetudine Franciæ nullus priuatur ob adeptionem possessionis cum simplici signatura: sed in instrumento solet dici in vim certæ prouisionis Apostolicæ.

17 Verùm idem si diceretur, in vim signaturæ: quia dum aliquis violentiam non commiserit, licèt propria autoritate ingrederetur beneficium, nõ tamẽ ideo priuatur suo iure, teste Nicol.de Milis, in repert.in ver.beneficium, q.58.incip. Beneficij possessionem.Domi.& Franc.in c.eum qui.de præb.in 6. imò in curia Romana non datur priuatio illius, qui cum sola supplicatione se intrusit. sunt verba Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ.tit. de rescr. in forma breuium, versicul.consueuit.

Constitutio Alex. 6. de signat. gratiæ.

18 Et hoc statuit Alexand.6.in titul.de signat.gra. multò minus debent iudices Franciæ de possessorio beneficiorum cognoscentes priuare eum possessione, qui eam adeptus est vi simplicis signaturę, dum aliàs canonicum habeat titulum, vnde in patria obedientiæ cautela est, vt non tenearis leuare bullam, sed impetres breue supplicatione inclusa, per quod mandetur executori, vt mittat te in possessionem, & tunc omnia cessabunt: de quo breui inferiùs circa finem scribam: sed interdum recusatur: ideo iudices sequentes constitutionem Alex.6. non debent timere.

Fructus beneficij recipiens cũ signatura est priuatus.

19 Item si quis receperit indebitè fructus, videlicet cum simplici signatura, est intrusus, & priuatus iure quod habet, c.auaritiæ.de elect.in 6.& hoc quo ad illud beneficium, cuius fructus percepit, non quo ad alia, c.si compromissarius.de elect.in 6.quia pœna non debet egredi mensuram delicti.l. sancimus. C.de pœnis.

20 Si tamen modici tantùm fructus essent percepti, non fit priuatio, teste Gundisaldo, in tractatu de legatis.car.30. licèt Cancellaria etiam in modicis seruet priuationem per dictam decisionem videlicet vt vacet.

21 Sed si quis recepisset fructus, quos conuertisset in ecclesiæ vtilitatem, quia illos non videtur percepisse, non erit iure beneficij priuatus: nec quidem erit facienda mentio illius perceptionis: vt docet Gundisal.in d.tractat.quod est notandum.

Nominatus recipiẽs fructus ante bullas est intrusus.

22 Octauò intrusus dicitur, qui cum simplici nominatione sine Papæ prouisione administrat, & ob id est iure, quod habet in episcopatu, prioratu, vel beneficio priuatus. d. c. auaritiæ. de elect.in 6. quia

nomina

nominatio nullũ ius tribuit. c. quod sicut, de elect. hoc expresse docet Ioan. Boteus in tract. de Synod. episcopi. in 1. parte. num. 36.

23 Et tenetur tanquàm prædo restituere illos fructus, quos ex re non sua recepit: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare. c. quod autem. in fi. de iur. pat. siue per se receperit, siue per interpositam personam, fortè per commissarios, vel alios in d. c. auaritiæ. imò prouisio posteà facta isti nõ facta expressione fructuum, quos recepit, nullius est momenti: vt inferiùs dicam in mater. dispen.

24 Limita non procedere in eo, qui petit subrogari in locum eius, qui beneficium reseruatum per regulas cancellariæ, obtinuerat à Papa, nam is non erat intrusus, quia iustè hanc reseruationem ignorare poterat: sed si reseruatum fuisset de iure communi. vt in c. 2. de præb. in 6. tunc is, qui ab ordinario obtineret esset intrusus, & alius non posset in eius locum subrogari: nam iura communia omnes scire tenentur, non iura singularia. l. leges. C. de legib. gl. singularis. in l. quod te. vbi doct. ff. si cert. pet.

Intrusus nõ subrogatur in locũ alterius. Cautela ꝑ intruso.

25 Intrusus etiam non potest subrogari in ius alterius habentis ius bonum in beneficio, c. cùm iam dudum. vbi docto. de præbend. Sed aduertendum est, quòd si quis dubitat se intrusum, debet possessionem quam habet dimittere, antequàm se in ius alterius petat subrogari, sicut olim quilibet dimittebat possessionem in manibus iudicum, vt nunc agunt resignantes beneficia in manibus collatorum, cap. admonet. & per totum, de renunciationi. & sic dimittendo possessionem, purgatur intrusio: quod est notandum.

Intrusus an ad omnia beneficia sit inhabilis.


26 Quæro, an intrusus sit inhabilis duntaxat ad illud beneficium, in quod se intrusit, an ad omnia alia? respond. quò ad illum tantùm, in quo est intrusus, c. si compromissarius, de elect. lib. 6. imò si impetrauerit illud non facta mentione intrusionis, non valebit impetratio: vt firmat Felin. in c. postulasti. in fi. de rescript. quem sequitur Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. part. quæstio. 11. in 5. qualitate & Maleret. in tract. de elect. in fi. quia non incurritur inhabilitatis pœna, nisi à iure exprimatur, c. fi. vbi glo. de iurepatro.

27 Fallit quando esset iure ipso factus inhabilis, vt in c. quisquis. de elect. & in Extrauag. execrabilis. de præbend. Ioan. 22. dicam inferiùs in materia dispensationis. An verò gesta per intrusum valeant vide per Panorm. & alios in c. nihil. de elect. Gemi. & præpos. in c. si 19. dist. & per doct. in c. ad probandum. de re iud. ac in l. Barbarius. ff. de offi. prætor.

Nec super eo contra dictum aduersarium, postquam illud per triennium pacificè possederit, lis tunc mota fuerit.

GLOSSA QVINTA.

Subrogatio non fit contra eũ, qui possedit pacificè triẽnio beneficium.

1 Ecũdus casus, in quo denegatur subrogatio, scilicet quando mota fuerit lis illi, qui iam possederat beneficium pacificè per triennium: quia non debet quis molestari post triennium, vt infrà regul. 36. ergo lis non est, vel esse non debet, & sic nec subrogatio: alioqui molestaret quis possessorem, etiam post decem annos, vt posteà subrogationem impetraret mota lite: quibus hominum malitiis est obuiandum. c. sedes. de rescript. Ergo lis iusta esse debet, id est iustè & rectè mota: aliàs repelli debet iste subrogatus, nisi in subrogatione fuerit facta huius iniustę litis mentio: quod vix faciet cauta vulpes beneficia impetrans.

Litem iustè proseques an sit subrogari.

Et per hoc ponderatur iste text. vt non procedat quando lis esset nomine meo mota, per aliquem non habentem mandatum, etiam si esset ratificata per me ante obitum collitigantis, tamen ego non debeo præferri posteà, tum quòd non dicor aduersarius, nec collitigans: de quo loquitur iste tex. quia non moui litem, tum quòd text. requirit veram litem non fictam, & ne detur ansa fraudandi super hoc Gomes. q. 3. in fin. idem, quando lis esset mota in vim rescripti inualidi. Gomes. q. 11. Ego verò dicerem vtroque casu præfatam regulam habere locum: quia aduersarius siue collitigans dicitur, qui mihi aduersatur, & mecum litigat siue iure siue iniuria, l. cùm aduersarius. C. de pact. c. 1. vbi plenè de Ripa de iudi. Nam cùm tanta sit hominum φιλαυτία, vt cuncti ius optimum sese fouere dictitent: nec contrarium suaderi possit, quousque miserrimè succumbunt: ideo putarem hic debere solùm excipi eos, qui scienter mala fide & sine iuris vllo prætextu litigant: hi enim non debent subrogari: alij verò sic, & aliis præferuntur vt dicit iste text. [Ideo anno 1552. die 2. Decembris, fuit repulsus à subrogatione in magna classe quidam decani Pictauien. famulus in ecclesia S. Hilarij, qui impetrauerat beneficium per incapacitatem sui domini, eo quòd non erat dispensatus, sed quia is poterat surripuisse bullas dispẽsationis, & res erat mali exempli: ideo non fuit receptus, sed ratione delicti huius fuit dictum vt fieret processus criminalis contra eum, licet post mortem decani veniret.]

Aliorum quorumlibet de præmisso iure siue tunc vacet, vel cum vacauerit impetrationes vel concessiones, etiam motu proprio infra mensem ante concessiones huiusmodi factæ nullius sint roboris, vel momenti.

GLOSSA SEXTA.

Mensis quomodo computetur.

Mpetrationes aliorũ ante mensem factę nullius sunt roboris, quando collitigans impetrauit: secus ergo si non impetrauerit: & hîc mensem computandum à die obitus vel à die quo sciri potuit, conclusit Gomes. q. 10. cui in hoc non consentio. [Quia hic non agitur siue scierit, sine non: nam sufficit beneficium esse impetratum ante mensem à die obitus, postquam annullatur, & scientia requiritur in eo qui impetrat per obitum, vt cap. 2. & c. quia. de conces. præb. sed non quantum ad regulam quę annullat impetrationes ante mensem: ergo non requiritur scientia, cùm lex operetur sicut scripsi in ti. de

nomina.

nomina.regia, in §.1. gl. à die vacationis in concorda:& tempus non fuit hîc statutum in odium, sed in fauorem collitigantis, & sic currit ignoranti. c. oblatæ.de appel.]

Et sic postquàm sunt nullæ aliorum impetrationes, si iste collitigans subrogatus fuerit, vel eidem data subrogatio fuerit, non conualescunt, licèt hic collitigans moriatur, vel non prosequatur, per regul.quod in initio. ff.de regul.iur. & regul. non firmatur, illo tit.in 6. sed noua impetratione opus est: vt dicitur de eo cui facta fuit collatio ante mensem Papæ datum in beneficiis vacantibus in curia. c. 2. de præb.lib.6.& in cap.auditis, in fi.de præscript.

Et nihilominus felicis recordationis Pauli 2. Innocen.8. Adriani 6.& Pauli 3. Romanor. Pontifi. prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præsertim quibus aut propter senium aut propter infirmitatem imminet vitæ periculum, impetrant, vt illis decedentibus tanquam collitigantes in illorum iuribus faciliùs subrogentur, voluit vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quòd illo viuente in casibus præmissis vel similibus impetrauit, aliquo modo subrogetur: ac subrogatio, & gratia si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur.

GLOSSA SEPTIMA.

Impetrans beneficium viuentis eo mortuo ad ius illius sub rogari non potest.

1 TErtius hic casus ponitur, & est additio Paul.2. Quòd nullus subrogetur in ius illius defuncti, cuius beneficium in vita impetrauerit, maximè propter senium, aut infirmitatem, vt eo mortuo in ius illius subrogaretur, tunc vt fraudibus obuietur: & vt votum captandæ mortis auferatur, iuxta c.2.& 3.de concess. præb.lib 6. non proderit huic subrogatio, nec alia prouisio.

2 Sed quomodo hoc sciri potest, cùm solus Deus sit cordium scrutator? Respon. si appareat de prima impetratione beneficij viuentis, senis, vel infirmi, & posteà de ipsa subrogatione in ius illius mortui: tunc probatum erit quòd hic dicitur: quia ex prima prouisione & 2. præsumendum est impetrãtem habuisse illum animum: cùm ex præteritis præsumamus ad præsens. l. si qui adulterij. C. de adulter.

Requisita antiquã aliquis subrogetur.

3 Et sic ex hoc textu patet, quòd si quis vult in alterius locum subrogari, oportet quod iustè, aut saltem coloratè cœperit litigare, alioqui si iniustè & incoloratè, non poterit subrogari, per istum tex. & ideo dixi oportere eum bona fide, vel iuris aliquo prætextu mouere processum.

4 Secundò requiritur, quòd defectus potuerit inquietari, aliàs si possedisset triennium, non posset molestari, per regul. & decretum de pacific. possessor. de quo plenè scripsi in tract. meo de pacific. possess. in Concord. Franc.

5 Tertiò, status litis & caussæ exprimi debet, vt hîc. & cap. inter. de re iudic. dixi superiùs in signatura gratiæ.

6 Quartò coram quo lis pendeat, & introducta sit, an coram iudicibus laicis super possessorio, an corã ecclesiasticis super petitorio exprimendũ est.

7 Quintò requiritur quòd hæc in signatura expressa sint, aliàs non supplebuntur in bulla: nisi in signatura esset clausula, Statum caussæ pro expresso habentes, vel vt exprimi possit, nonobstante regul. cancel.

8 Sextò quia multi alienum fati munus optantes impetrant beneficia viuentium, vt demum subrogari possint. Et quia ista materia est frequens, (quæ vtinam dormiret) ideo eam per regul. cum amplia. & limitat. tractabimus.

De reprobata beneficij viuentis impetratione.

Regula q. beneficiũ viuẽtis nemo impetret.

1 REgula itaque est, quòd non debet quis impetrare beneficium viuentis, nec in illius locum substitui, alioqui est ab ecclesiastica communione pellendus. c.1. de concess.præb. Communionem dicit ibi text. ecclesiasticam, id est sacramentorum perceptionem, quia horum communionem in ecclesia habemus. cap. sicut alterius. 7. quæst. 1. & tex. in cap. si episcopus. 18. distinct. & cap. seq. dicit cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur. facit cap. fi. de clerico excommunic. ministr. alibi sacris altaribus est amouendus. cap. sicut. 1. q. 6. dixi in gloss. fati, in procem. Concord.

Communio ecclesiastica quę dicatur.

2 Sanctam communionem ergo sacrosanctum Christi corpus vocat tex. in c. ad eius. in fin. 5. distin. ibi sanctæ quoque communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi.

Sãcta communio.

3 Item quando Papa communione fidelium quẽ priuat tunc censetur ille excommunicatus. c. 2. de except. c. illud. §. licet. de clerico excommunic. minist. ibi, communioni fidelium se ingessit.

Communio fidelium.

4 Secus quando priuatur communione etiam totius ecclesiæ. c. fi. 90. distin. quia tunc intelligitur de perceptione sacramentorum, vt dictum fuit.

5 Interdum Papa simpliciter communionem restituit, vel ad communionem, id est excommunicationem & societatem, siue consuetudinem, quam habebat, qua fuit priuatus per inobedientiam, vt in c. ex literis, de constit. c. cognouimus. 16. q. 6.

Rationes probibitæ impetrationis beneficij viuentis.

6 Ratio prædictæ regulæ multiplex est, tum quia beneficia perpetua esse debent. c. satis. 56. distinct. & beneficiis non est quis priuandus sine caussa. cap. inuentum. 16. q. 7. Ideo illa quis impetrare non debet viuente possessore, alioqui perpetuò non essent apud illum.

7 Secunda, Quòd ius in aliena re dari non potest. l. 2. ff. de pignorat. actio. gloss. in l. 1. ff. de pigno. & in l. 2. C. si res aliena pignori data sit. sed istud beneficium est eius, cui collatum primò fuit. c. si tibi absenti. de præb. in 6. ob id nec alteri concedi poterit. Non refragatur, quòd res aliena potest vendi. l. rem alienam. ff. de contrah. empt. quia tunc per venditionem non transfertur ius in re, sicut per beneficij collationem. gloss. in d. l. rem. c. fi. de concess. præb. in 6.

8 Adhæc

8 Adhæc quia votum captandæ mortis inducitur, exosum etiam ipsis gentilibus. c. 2. de conces. præb. gloss. in reg. cancel. 20.

Pœnæ impetrātis beneficiū viuentis.

9 Item ad tollendam ambitionem illius, qui sic petit prouideri sibi de beneficio non vacāte. c. quia intantum, de præb. facit cap. sicut. 1. quæst. 6. sic dicens, Sicut is qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris altaribus est remouendus, sic qui vltro ambit vel importunus se ingerit, est proculdubio repellendus: nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi vt crescendo decrescat & ascēdendo exteriùs, interiùs in profundum descendat? Hæc igitur est prima pœna, vt communione ecclesiastica priuetur.

Impetrans viuētis beneficium est fur, latro, & infamis.

10 Secunda pœna est, quia isti in locum viuentiū substituti sunt fures & latrones. c. non furem & latronem, qualem Gillādum esse sentimus in Namnetica sede, qui viuentis, quod non licuit, locum non timuit vsurpare. 7. q. 1. quia furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. l. 1. ff. de furtis. & §. 1. de oblig. quæ ex delict. nascuntur, in Instit.

11 Tertia pœna est, vt sit infamis. c. audiuimus. 3. q. 2. & c. infames. 6. q. 1. ibi, qui indigna sibi petunt loca: & infamibus portæ dignitatis clausæ sunt, reg. infamibus, de reg. ius. in 6. l. 2. C. de dignita. lib. 12.

Deponitūr qui viuētis beneficium impetrat.

12 Quarta, sunt deponendi. c. imprimis. 2. q. 1. vers. de episcopi persona: ibi is episcopus, qui eo superstite peruersè, & contra canones in ecclesia eius ordinari præsumpserit, sacerdotio priuatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur: intellige deponendum ab eo honore & beneficio, in quo fuit præfectus. c. eum qui. 7. q. 1. ibi, ab Archidiaconatus honore deponimus, non ab officio: vt declarat d. Bernard. de Luco in sua practic. criminali. c. 45. in verb. viuis possessoribus.

Qui beneficium viuētis impetrauit, eo mortuo illud habere nō potest.

13 Quinta est, quia non potest habere illud beneficium ampliùs propter iniuriam & culpam suam, quòd viuentis impetrauit beneficium. Ancha. & Panor. in c. 1. de conces. præbend. facit c. nullus Pontifice. 79. distin. vbi si duo fuerint electi in vita, nullus illorum habebit. cap. seq. vbi noua ordinatione vtendum est: quia bonum est argumentum de matrimonio ad beneficia. c. inter. de translatio. episco. sic arguit c. sicut. 7. q. 1. & c. sicut 21. q. 2.

14 Sicut non potest quis habere eam vxorem, cum qua viuo marito contraxit. cap. 2. & fin. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. sic nec beneficium, quod altero viuente obtinuit. Et ista est communis & vrgens ratio, teste d. Philip. Probo in additio. ad Ioan. Monach. in c. fi. de constit.

Secūda prouisio nō facta mētione collationis beneficij viuētis non valet.

15 Ideo si is, qui beneficium viuentis impetrauit, posteà impetret etiam à Papa rursus beneficium istud, non facta expressione collationis sibi priùs factæ de beneficio viuentis, non valebit secunda prouisio: tum quia subreptitia: & quia iam est infamis, & inhabilis ad illud, per supradicta.

16 Nec etiam valebit collatio ab ordinario facta, per text. expressum in ca. post electionem. de concess. præbend. vbi Panor. in 4. not. hoc asserit, quia hoc Papa declarauit in regul. 20. & quod ignorat non videtur Papa remittere. l. mater. ff. de inofficio. testamen. & sic non potest subrogari posteà in locum illius, cuius beneficium impetrauit: vt suprà dictum fuit: & videtur alia pœna. Decius in l. fin. num. 17. Cod. de pactis.

Cum impetrāte benefciū viuentis solus Papa dispensat.

17 Sexta pœna, Quòd nullus potest dispensare cum isto, cui collatum est viuentis beneficium præterquàm Papa: vt docent Panorm. & alij in d. c. 1. & sic collatio ab ordinario, vel legato illi facta non valebit: vt firmat do. de Luco venerand. & admirabilis, ac vitæ intemeratæ episcopus in d. c. 45. in sua praxi criminali: nisi legatus à Papa haberet hanc potestatem.

18 Septima pœna est, quòd collatio illi facta nullius est momenti. c. consultationibus. de don. & nullitas actus plerumque inducitur ad pœnam. gl. & doct. in c. translato, de const. scripsi in §. monemus. de coll. in Concord.

Conferens beneficium viuētis priuatur collatione.

19 Octaua pœna est, quò ad collatorem, vt si sciēter contulerit beneficium viuentis, dum vacabit, non poterit illud ampliùs conferre, quia deliquit: & delinquens priuatur collatione. cap. cùm in cunctis. in fin. & cap. super eo, de elect. text. in l. quidam in fi. cum sequent. ff. de dona. vbi donans bona proximi viuentis priuatur illius bonis tanquàm indignus. Idem in l. 2. §. fin. ff. de his quib. vt indig. vt puniatur, in quo deliquit. c. postulastis. de cler. excōmuni. & ibi dixi in interpret. ad illum text.

20 Hoc tamen egeret declaratione, quia non est à iure expressum: & pœna priuationis. non imponitur nisi exprimatur. gloss. & doct. in cap. fin. de iurepatrona. & quamuis videatur expressa in iuribus præallegatis superiùs: tamen Innocen. & Panor. tenent illos non priuari, in d. cap. bonæ 2. circa fi. de electio. quod fortè verius est.

Episcopus absentis beneficium conferens...

21 Excusatur verumtamen episcopus, si contulerit beneficium absentis, qui longa fuit absentia detentus, vt ignoraret, an viuus esset an mortuus. glos. in capit. non oportet primo, de consecratione, dist. 5. & Corset. in singul. incip. vagabundus, si tamen is reuertatur, recuperabit suum beneficium etiam absque alia collatione & solennitate.

Papa sine expressione impetrationis primæ secundam conferre potest.

22 Item non procedit in Papa, qui poterit iterum eidem conferre, dum tamen hoc ei fuerit expressum, quia in beneficiis habet plenissimam potestatem. c. 2. de præb. in 6. non valeret tamen collatio beneficij viuentis facta à Papa sine caussa, sine qua nec solet quem deponere, & priuare, cùm sit *fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam:* vt plenè scripsi in tract. nomina. q. 21. nu. 54. cùm seq. & est verisimile quòd fuit circumuentus: vt dicit Bal. & alij in c. cùm olim, de re iudicat.

Vicarius non potest constitui ad conferendum beneficium certum...

23 Iam verò ad ampliationes veniendo, primùm extenditur hæc regula, vt non possit etiam quis cōstituere procuratorem, vel vicarium, ad conferendum beneficium certum, vel ad acceptandum, nisi ipsius interueniat viuentis consensus: vt quia fortè per permutationem, aut resignationem est aliud beneficium habiturus: vt in c. cùm vniuersorum, de rerum permuta. c. licet, illo tit. in 6. & inferiùs dicetur, ne captandæ mortis occasio detur. c. detestanda, & c. ne captandæ, illo tit. in 6.

24 Quandoquidem non potest quis iubere seruo, vt hæreditatem certi viuentis adeat. l. si quis mihi. §. sed vtrum

Acceptatio beneficij nondum vacantis non valet.

ſed vtrum.ff.de acquir.hæredita. ſic nec conſtituere procuratorem,vt acceptet beneficium nondum vacans, & illud reſignet, vt docet Ioann. Dayma. in procem.Concorda.in verb.adiunctum.fol.105.verſ. ſed forſan formidares : ideo debet conſtitui procurator generalis ad acceptandum quæcunque beneficia, ne poſsit inſidiari vitæ alicuius.gloſſ.in §. ſtatuit,in verbo,procuratorum, de collat.in Pragmati.

Conſtitutio procratoris de præſentãdo ad beneficium non vacans non valet.

25 Secundo non valet conſtitutio procuratoris facta de præſentando ad beneficium,quod non vacat Guido Papæ conſil.189.circa,& Dec.conſil.172. nec dari poteſt facultas cõferendi certum beneficium.c. conſtitutus. vbi doct. de conceſſ. præbend. niſi fiat generaliter : vt per Panor.in c.fin.eodem.

26 Per quem tex.probetur,non valere etiam præſentationem de beneficio viuentis:& per c.illud, de iure patro.docet Ludo.Roma conſil. 465. in re præſenti,& Roch, de Curte in tract. de iure patro. in verb.honorificum,quæſtio.53.& Paul.de Citad.in eo.tract.in 6.parte, articul. 3. q. 41. quia rationes ſupradictæ habent etiam locum in præſentatione.glo. in cap.ſi.de elect. in 6. Petr. Pariſ. conſil. 112. in hac materia,col.1.in 4.vol.

Præſentatio de beneficio viuẽtis non valet.

27 Itaque ſi tempore præſentationis non vacabat beneficium, ſed tempore inſtitutionis ſic, an valeat prouiſio?Reſpon. fac caſus ſequentes. Primum ſi inſtitutio facta ſit ad ſolam præſentationem patroni, tunc non valebit inſtitutio : tum quia fundamentum deficit:cap.cùm Paulus.1.q.1.tum voluntas collatoris,quia noluit conferre niſi ad præſentationem: ideo non valet ſua collatio,nec firmatur tractu temporis, quod de iure nullum eſt.reg.quod in initio. ff.de reg. iur. & regul. non firmatur.& quod potuit, noluit,& quod voluit,implere nequiuit. l. multũ.C. ſi quis alteri. cap.cùm ſuper,de offic.delega.

Inſtitutio an valeat facta ad præſentationem beneficij non vacantis,licet vacaret tẽpore inſtitutionis.

28 Secundus caſus eſt, ſi patronus præſentauerit ad beneficium viuentis vel conſtituerit procuratorem ad præſentandum , ſi ordinarius tempore inſtitutionis (quo quidem tempore mortuus fuerat beneficiatus) ad præſentationem inſtituat, & aliàs quomodocunque vacet, prouideat,valebit ſua collatio vt conſuluit Deci. conſil. 172. quandoquidem hic nec voluntas deficit,nec poteſtas, quæ in literis inſtitutionis declaratur, quippe iure pleno & deuoluto conferre poteſt.gloſ. & doct.in cle. vna, de ſupplen. negligen. præla. etiam alteri, quàm præſentato , multò magis ei qui fuerit præſentatus. Conferre enim hic poterat abſque præſentatione: hoc igitur caſu præſentatio quamuis vitioſa, non vitiabit collationem ordinarij gloſ. & doct. in leg. vinum.ff. ſi certum peta. Adhæc quòd non conquerente patrono collatio eſt valida.cap. illud , de iure patro.

29 Tertiò non valet etiam tractatus habitus de conferendo beneficio viuentis, vel de eligendo ad illud.cap.bonæ.2.vbi Innoc.& Panor. de elect. Bertach.in tract. de epiſcopo,in 1.q.2.partis.

30 Quartò non valet acceptatio beneficij antequã vacet, ne captandæ mortis inducatur occaſio. c. ne captandæ, de conceſ. præb. in 6. Cle. vna, de conceſ. præb. Domi. de Rota. deciſ. 431. ſi impetrans, in no.[ſub titu.de conceſsio.præb.deciſ.14.]& Guido Papæ,conſi.107. ex facto,quia in hoc caſu eſt eadem ratio,vt ſequitur.

Non poteſt quis conſtituere procuratorem ad acceptãdum & reſigandũ incertũ beneficium.

31 Quintò ibidem dicemus in nominato conſtituente procuratorem ad acceptandum & reſignandum , vt in vim illius procuratorij, procurator non poſsit reſignare quod conſtituens non habet, & ſic non poteſt conſtituere huiuſmodi procuratores. leg. qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæredi. abundè ſcripſi in tract. nominat, q.14. nu. 112. & hodie extat ſuper hoc lex Regia.

Citatio ad eligẽdũ ante mortem non valet.

32 Sextò non valet citatio facta viuente beneficiato de eligendo poſt illius mortem cap. bonæ. 2. de electio.quia poſtquàm initium eſt inhabile, non firmatur tractu temporis , quod de iure ab initio non ſubſiſtit.per regul.iuris.Et citatio facta tempore feriato ad diem non feriatam non valet, teſte Bartol.in l. prima.§ nunciato.ff. de noui oper. nuncia. facit l.ſi minor.ff. de ſeruis exportan. l. quod ſponſæ. C.de dona.ante nuptias, & capitul.ſi eo tempore,de reſcrip.in 6.

Electus ad beneficium non vacans punitur.

33 Septimò idem in electione , vt electus ad beneficium non vacans puniatur , cùm tex.in d.cap. 1. dicat generaliter in locum viuentis nullum ponendum, & eædem rationes in in electo habeãt locum, cap. bonæ. ſecundo, de electio. vbi citationem ante mortem factam temerariam vocat.

Nominatio ante vacationem non valet.

34 Octauò idem in nominatione Regia , vt non poſsit fieri de beneficio nondum vacante , ſiue ſit Epiſcopatus , ſiue quæuis alia dignitas. §. 1. in verb. occurrente huiuſmodi vacatione,vbi ſcripſi, de nominat. Reg. in Concorda. [& ſi facta fuerit , non valet.]

35 Nonò etiam beneficium non vacans nec quidem promitti poteſt.c.2.de conceſſ.præben.abundè ſcripſi in glo.fati,in procem.Concorda.Franciæ.

Collatio ſine poſſeſsione beneficij viuentis an faciat inhabilem.

36 Decimò quamuis hic tex. dicat ponantur , & ſic videtur, quòd debeat in poſſeſsione eſſe contrarium tamen dicerem : quia per ſolam collationem ponitur quis in locum alterius : & hic text. dicit , in verbis finalibus, qui paſsi ſunt ſe adhiberi ſucceſſores viuis ſacerdotibus : & ſic ſufficit ſola patientia illius,cui eſt collatio facta,licet non ſit miſſus in poſſeſsionem.

37 Et iura alia dicunt,ne obrepat in locum viuentis,id eſt, per obreptionem habeat locum viuentis, dicens illum fortè mortuum. c. ſicut.in fine. 7. q. 1. Sed in c.ſeq.ibidem dicitur ſe prouehi conſenſit, & in c.poſt electionem, de conceſſ. præben. & in c. in apibus,& c.ſequen.ibidem.6.q.1.ſubſtitui ſcribitur.

38 Et ſic requiritur tantùm collatio:imò dicit textus in c. infames. ſexta quæſtione 1. qui indigna ſibi petit loca:ergo ſufficit ſola petitio,per c.ſicut vir. ſeptima quæſt.1.nam ſi non peteretur, Epiſcopus nõ conferret : & prohibito vno,prohibetur omne , per quod peruenitur ad illud.leg. Oratio.ff.de ſponſa. & quia per eum non ſtat , cùm id procuret petendo, quominus habeat.

Officiũ viuentis non debet conferri.

39 Vndecimò procedit etiam in officiis Regiis, vt conferri non debeant , antequàm vacent : vt eſt in rub. *De donner benefice,ou office,ne confiſcation auant la vacation , ou declaration,* vbi ſcripſi in 2.tomo in 2. ordinatio.Regiis.

40 Et idem statuitur in stylo Parlamen. rub. de concessio.beneficij, vel officij non vacantis: vt pœnæ etiam habeant locum in prouiso à Rege: cùm bonum sit argumentum de beneficiis ad officia. Bartol. in l. secunda. § data. ff. de optione lega. Lucas in l. annonas. C. de eroga. milit. annonæ, libr. 12. refert Ioan. Lupus in decretal. per vestras, in principio columna secunda, de donatione inter virum & vxorem, quod non probo in pœnis, quæ non sunt extēdendæ. l. interpretatione. ff. de pœ. saltē omnes.

Ante vacationem non debet beneficium impetrari.

41 Duodecimò procedit etiam, si de proximo beneficium esset vacaturum, putà per non promotionem, vel aliàs: c. licet canon. & c. commissa. de electio. in 6. vel esset in fine temporis de non consecrādis in c. cùm in cunctis. §. cùm verò, de electio. vel esset morti proximus. cap. bonæ. 2. vbi doct. Sic consuluit Ancha. consi. 397. apparet, columna 1. facit l. non ideo. ff. de rei vendica. & d. cap. commissa. vbi totum tempus elapsum esse debet antequàm beneficium vacet: alioqui beneficium viuentis impetrare quis dicitur.

Cōsuetudo impetrandi beneficia viuorum non valet.

42 Decimotertiò amplia, etiam si consuetudo esset in contrarium, quia non valet, cùm sit contra bonos mores. Imol. in c. 2. de conces. præbend. Gomes. in regul. Cancel. 20. q. 3. in fi. Curtius in cap. fi. de consuetud. vnde mirum est hodie tot homines sic beneficia viuentiū ambire, & maximè curiales.

Subrogari non debet quis in locum viuentis.

43 Decimoquartò extende quoque in subrogatione, nam si quis petat subrogari in locum viuentis, his pœnis puniri debet. Imol. in d. cap. 1. not. 1. quia patitur se successorem dari viuo sacerdote: quod prohibet ibidem tex. & ista regul. Canc. quod est verum inuito eo, qui beneficium possidet, secus eo consentiente, & resignante vt suprà dictum fuit.

Episcopatū viuentis vel aliud beneficiū quis obtinere nō potest.

44 Decimoquintò habet locum etiam iste tex. in quocunque beneficio, siue sit Episcopatus. c. præsentium. 7. q. 1. siue sit beneficium curatū, vel aliud simplex, regulare, vel seculare, per c. sicut alterius, in fine. 7. q. 1. ibi, hęc non solùm de episcopis, verùm etiam de quibuslibet ecclesiæ ministris in locum viuentis alter obrepat. Nec obest verbum sacerdotibus, quod est appositum in d. c. 1. gratia frequentioris vsus, sed ob hoc non excludit alios, per tex. in cap. quamuis, de deci. & text. in auth. cassa. C. de sacrosanct. eccles. gl. in clem. 1. in verb. præsidentes, de rescrip. quā ibi no. & scripsi in tract. nomina. q. 5.

Viuentis beneficiū non debet alicui cōmendari.

45 Decimosextò extenditur ad commendam, vt beneficium viuentis alteri commendari non possit quando commenda facta erat à Papa. Cessador. decis. 3. rub. de præbend. secus si ab ordinario facta esset ad sex menses: quia nihilominus conferre poterit ordinarius illud beneficium sic commendatum. c. nemo deinceps. de electio. in 6.

46 Nec dicitur ordinarius tunc conferre beneficium viuentis, cùm post tempus præfatum sex mensium ille commendatarius nihil iuris in eo habeat: secus in commenda Papæ, quæ fit ad vitam, & habetur pro titulo gl. in pragma. rub. de pacific. possessor. in verb. titulum facit c. dudum. 2. de elect. scripsi in tract. de pacific. possessor. in concorda. in 5. amplia. nu. 37. & seq. & superiùs in tract. de commenda.

Ex iusta caussa beneficium viuētis impetratur.

47 Limita quando quis impetraret beneficium viuentis ex iusta causa, vt pote quia vacat per non promotionem, cap. licet canon, de electio. in 6. vel si per hæresim, aut per simoniam vacet, vel alio modo. vt per totum titu. de simo. & cap. ad abolendam, de hæreticis. & cap. beneficium, de regul. in 6. vel si impetretur post professionem.

48 Et his casibus non videtur conferri beneficiū viuentis, quia iam est priuatus iure, quod habebat in eo: & sic vacabat beneficium, & licet haberet ius retinendi ex aliqua caussa, tamen collatio valeret. c. licet Episcopus, de præbend. in 6. cap. 1. in fine de homicid. ibidem. Panormita. in cap. de multa, de præb. facit cap. post electionem, de concess. præben.

Motu proprio non potest conferri viuentis beneficium.

49 Secundò non procedit, quando motu proprio conferretur gl. in regul. Cancell. 20 per tex. in l. 1. C. de petiti. bonor. subl. lib. 10. Ancha. consi. 397. quia non impetrauit, tamen Gomes. in d. reg. tenet contra tum quòd motus proprius soleat impetrari: & quia fieret fraus regulæ, etiam quia de stylo debet expressè derogari d. regul. Cancellariæ, quod non fit per clausulam motu proprio.

50 Sed ego dicerem pœnas non habere locū quo ad illud, cui sic fuit collatum si illud non acceptauit, quia non videtur esse passus non acceptando: de quo loquitur d. c. 1. alioqui contrà: nempe si viuentis beneficium etiam motu proprio collatum acceptauerit, pœnis superiùs contentis saltem multis tenetur: quia cōueniunt verba, ergo & dispositio l. 4. §. totiens. ff. de damno infect. cap. indemnitatibus. §. supradicta, de electio. libr. 6.

Ignorantia excusatur impetratione beneficij viuentis.

51 Tertiò non habet locum, quando probabiliter ignorans eum viuere illud impetrauit, vel ei collatum fuit, glo. & docto. hic, quia ignorantiam noluimus obligare. l. genera. i. C. de Tabulat. lib. 10. l. fin. ff. de decretis ab ord. faciend. ibi, huiusmodi pœnas aduersus scientes paratas. & Oldr. consi. 304. infrascriptæ. nu. 7. & Ias. consi. 64. in caussa. col. 5. in 3. vol. quo prętextu ignorantię voluit omnes se excusare.

Iusta credulitas à pœna excusat.

52 Quamobrem intellige iustam credulitatem excusare à pœna: vt si fama publica fuerit illum esse mortuum. l. cùm quidam, §. quod dicitur, & l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acquir. hæredi. l. si quidem, & ibi gl. & doct. C. soluto matrimo. l. fi. ff. de hæredib. insti. l. 2. quis ordo in bonor. possessi. seruet. vt consuluit Deci. cons. 398. in caussa. & Ioan. de Selua in tract. de bene. in 3. parte q. 11. & Siluester in verb. beneficium, in 3. q. 18. in sua summa.

Quia sicut is, qui vult hæreditatem adire, & succedere alicui, debet esse certus de morte, & caussa aditionis, nec debet de his dubitare. l. nec nos, de captiuis. C. & l. quòd si dubitet. ff. de acquir. hæredit sic impetrans debet esse certus de morte priusquàm petat, vel impetret sicut adire volens. Ias. in d. consi. 64. co. 6. in 3. vo. & cō. 127. in caussa, co. 3. volumine 4.

53 Et licet ignorantia non debeat puniri, intelligit gloss. quando nihil egit, in l. ex maleficiis. ff. de actio. & obliga. secus si aliquid egit, vt pote quia impetrauit viuentis beneficium: nam ista impetratio facit, vt debeat exprimere, & exprimendo sibi prouidet: nec ignorantia punitur, sed oneratur ad collationem beneficij viuentis exprimendam, vt Papa videat, an illi conferre debeat: & an inueniatur magna

gna vel parua ambitio: & sic non est pœna sed onus:

54 Debet etiam collator esse certus de vacatione & morte, antequàm iure conferat, licet posſit conferre, si vacat glo. in cap. 2. de electio. in 6. argumen. authen. hodie. C. de repud. cap. in præsentia, de sponsal. Aegid. Bellamera, decis. 16. & Cardinal. cons. 99. dico quòd acceptatio: & optarem legem fieri, vt si collator (nisi iusta credulitate ductus esset) conferret ante mortem, vt suspenderetur à conferendo per mensem vel annum, quæ collatio cap. daretur illius ecclesiæ, in qua est episcopus, & quod impetrans beneficium viuentis esset perpetuò inhabilis ad illud, & ad alia quæcunque beneficia, priuatus etiam esset ipso iure beneficiis, si quæ habet, vt ambito & habito careret. cap. pen. de transla. episcopi: alioqui facilè ambitio sedari non poterit.

Leges ad tollendum ambitionē.

55 Quartò quando expresſit in supplicatione, quòd iam fuerat ei collatum beneficium viuentis: quia Papa huic tex. derogare potest, cùm plenitudinem habeat potestatis. c. proposuit, de concess. præb. clausulam apponendam describit d. Philippus Probus in additio. ad Ioan. Monach. in d. cap. fin. col. 2. de constit. lib. 6.

Vniri potest beneficium viuentis.

56 Quintò limita per vnionem, quia beneficium viuentis vniri potest ecclesiæ, sed absque præiudicio posſidentis. cap. consultationibus, de donat. clem. vltima de reb. eccles. non alienand. nam quod datur. collegio, nemini datur. cap. Episcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 2. & sic nullus viuentis mortem desiderabit. gloss. not. in cap. cùm venisset, in glossa prima, de restitu. spolia.

57 Sed fortè omnes de collegio id desiderabunt: ob id melior videtur ratio, quia per vnionem non fit præiudicium viuenti, ideo vnio valet: sed impetratio non potest ab alio fieri, vel collatio sine viuentis præiudicio: ideo, prouisio prohibetur, non vnio: vt plenè scripsi in tra. de vnionibus.

Ex cōsensu viuentis suū potest conferri beneficium.

58 Sextò non procedit, quando ista collatio beneficij viuentis fieret ex consensu illius cuius est beneficium, text. in capit. beneficium, de regular. in 6. quia volenti non fit iniuria, nec dolus. l. 1. ff. de iureiur. tex. in c. sicut alterius, 7. q. 1. & sic non haberet locum, quando is primò in infirmitate constitutus resignasset, & mortuus fuisset intra viginti dies, quia tunc per obitum impetrari poterit.

Coadiutor viuēti dari potest vicarius vel administrator.

59 Septimò quando esset senectute, vel morbo perpetuo detentus, fortè lepræ: quia tunc ei potest dari coadiutor, vel administrator. c. de rectoribus, & c pen. & c. fin. de clerico ægrotan. c. qualiter, & seq. & c. nihil. in fi. & c. seq. 7. quæst. 1.

60 Item præsule ab hostibus capto datur à Papa vicarius in temporalibus, & spiritualibus, quousque durabit impedimentum. cap. si Episcopus, de supplenda negligen. prælat. in sexto. facit clem. prima. de foro compet. & de hoc scripsi in tract. nomina. quæst. 8. num. 27. sed eo reuerso cessabit potestas huius vicarij.

Transferri potest vnius in aliud beneficium.

61 Octauò non procedit in translatione: nam Papa ex caussa necesſitatis, vel vtilitatis tranferre aliquem potest. c. in apibus, in fi. 7. q. 1. Sed secundum rei veritatem non viuenti, sed defuncto quodammodo Episcopo probatur quem substitui. text. ibi & superiùs scripsi, de transla.

62 Nonò cum aliquis relicta priori Cathedra, sua autoritate ad aliam transierit, & alius ei substitutus fuerit: licet illi priori ecclesiæ Episcopus esse non desierit, substitutus tamen Episcopatum habebit [quia deliquit qui sua autoritate se transtulit,] c. Pastoralis, in fine, 7. quæst. 1. & cap. sequen. & c. penulti. de transla. Episcopi.

63 Item beneficium viuentis impetrasse censetur, quando tantum tempus nō erit lapsum, intra quod potuerit verisimilis notitia mortis haberi: vt per regul. 28. de qua inferiùs scribam in tract. renuncia.

64 Item collatio facta de beneficio non vacante non conualescit, si posteà moriatur is, cuius collatum fuit beneficium: quia non firmatur tractu temporis, quod ab initio de iure non subsistit. regul. nō firmatur, de regul. iuris, in 6. leg. quod in initio, illo tit. ff. & sic docet Barba. in c. consultationibus, nota. 1. per illum text. de dona. facit quod not. in cap. fin. de iurepatronatus.

Impetratio beneficij nō conualescit etiā si statim moriatur viuens.

65 Decimò non procedit in beneficio vacante, non tamen libero, vt pote, quia est collatum absenti, si is non acceptet, vel moriatur, mihi conferri potest etiam ab ordinario: quia rationes regulæ locum non habent: vt docet Ancha. in capitul. si tibi absenti, colum. secunda, de præbendis, in sexto.

Beneficium nō accepta tum cōferri potest.

66 Vndecimò limitatur in eo qui conuertit ad fidei vnitatem aliquem locum, quem si posteà tenuerit per triennium, nemine ab eo illum repetente, vlteriùs ab illo non repetetur. cap. 1. de præscrip. sed ibi hoc est in fidei fauorem: vt ibi scripsi [in meis interpretatio. ad ius cano.]

Conuertēs ad fidei vnitatem locū lucratur.

67 Vltimò non obtinet locum præfata regula, quando collatio fuerit facta procuratori meo, & ego non acceptauerim: tunc nullam pœnam patiar ante ratihabitionem, quia nullum præbui offendiculum, nec culpam: ergo sine caussa puniri non debeo, regu. sine culpa, de regu. iur. in 6. Ancha. consi. 397. apparet, col. 1. & quia non videor passus me substitui, postquàm non acceptaui.

Pœnas non incurrit dominus per collationē procuratori factam.

68 An verò sufficiat derogatio generalis? Respo. putarem non sufficere, tum quia ex stylo apponi solet: & iste casus est ignotus Pontifici, ergo non videtur illi derogare, nec tollere, quod ignorat. l. mater. ff. de inoffic. testam. & quia non recipitur derogatio regularum, nisi expræssæ fuerint. Gomes. in proœ. regul. Cancell.

Derogatio specialis est facienda nec generalis sufficit.

69 Alioquin nihil prodesset ius, nec regula: quia semper derogatio generalis apponi solet, & sic nunquam procederent istæ pœnæ, contra beneficia viuentis impetrantes: quod nequaquam est dicendum: ob id sentirem hodie etiam hoc obseruari in hac pœna, vt non valeat collatio facta ab ordinario ei, cui semel collatum fuit beneficium viuentis, nec quidem si à Papa, nisi fuerit expræsse derogatum, quia subreptitia diceretur huiusmodi prouisio, teste Petro de Viaxio, in tracta. de electio. 1. parte, cap. 10.

70 Et an supplicatio Papæ probet impetrationem? probari decidit Gomes. in dict. regul. 20. q. 5. & si pars neget eam impetrasse, quis habeat probare, ibidem vide.

Sed Subrogatio & gratia si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur.

GLOSSA OCTAVA.

Potētior nō debet subrogari.

1 Ntellige non valere subrogationem, nisi sit regulæ isti derogatum: & Papa solet derogare petentibus, quasi indifferenter, vt vidi, quod potentiori denegaret per ru. C. ne liceat potentiori: & l. vnā C. si quacunque prædit. potesta. hocque fuit denegatum tempore Inno. 8. Cardinali sancti Petri ad vincula, teste Io. Staphi. in tract. de literis gratiæ. fo. 165. de literis iustitiæ.

2 Vnde dicit in supplicatione debere apponi ista verba, Attento quòd Orator non est cedente potentior. &c. licet derogetur, etiam pro potentiore, & fauorabiliùs: tamen si non sit expressum in supplicatione, quòd est potentior, non valet derogatio, per no. inc. 1. de alienatio. iudic. mutā. caussa facta, & l. 1. & per totum. ff. illo tit. plenè scripsi in scholastic. priuileg. 177. & in constitutio. Reg. trac. de cessio. in 2. tomo. Gomes. q. 15. dicit hodie indifferenter Cardinalibus concedi derogationem: ideoque prælati per saxa, & per ignes ad Cardinalatus apicem aspirant, & quandoque pecunia: quod est testabilius. & hic est quartus casus in quo regula flectitur.

3 Si tamen vnus collitigans obtinuerit sententiā in sui fauorem, quæ in rem transiuerit iudicatam, poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regulę: tunc enim omnis præsumptio malitię cessat: nam tunc non videtur inductus, quòd de iure suo diffideret: vt doct. no. in cap. 2. de aliena. iudic. mutandi, sed hoc casu requiritur, quòd sententia lata fuerit contra omnes collitigantes: nec sufficeret contra vnum latam esse, quia cum illo collusio posset esse, test. Gomes. in in q. 1. super hac regula.

Subrogari potest sine derogatiōe quis in locū ei⁹ qui tres obtinuit sētentias.

4 Quintus casus quando quis petit subrogari in locum illius, qui tres sententias conformes obtinuerat, & antequàm executioni demandatæ essent, mortuus fuerit: tūc ei qui in locum talis petit subrogari, necesse non est, quòd petat derogari isti regulæ: quia hic casus in ea non comprehenditur, cùm lis iam sit finita, per clement. 1. de re iudica.

5 Et idem si finita erat per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam per text. in cap. 1. de litis contest. in 6. Et sic cùm lis sit finita, non præfertur collitigans impetrans, etiam si huic non sit derogatum reg. Gomes. q. 14. gl. & doct. in ca. fi. vt lit. pend. in 6.

Mortuis collitigātibus non potest tertius subrogari.

6 Sextus casus quando duo super beneficio litigabant, ambobus mortuis non potest subrogari tertius, quia lis est iam finita ideoque prosecutio litis finitæ fieri, non potest, leg. cum lite mortua, ff. iudica. solui. Bonifa. Vital. in clem. 1. in 4. conclus. vt lite penden. non prohibetur tamen hic tertius beneficium illud de nouo impetrare, cùm vacet.

7 Septimus casus quando lis esset iniustè mota contra mortuum forte triduo antequàm decederet tunc illa motio litis non inducit vitium litigiosi: l. 1. §. j. ff. de litigio. plene scribit Cassador. decis. vlt. de dolo, superius dictum fuit.

Quod etiam strictissimè obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad definitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transierit iudicatam, processum foret.

GLOSSA NONA, & VLTIMA.

1 OCtauus casus, est in quo non potest subrogari is qui beneficium impetrauit tanquàm vacans per crimen: nam si posteà is moriatur, etiam post sententiam priuationis, non poterit iste impetrans subrogari: nisi sententia priuationis transiisset in rem iudicatam, ad hoc vt fraudibus obuietur: quia posset aliquis accusare senem, aut valetudinarium, vt cùm pendente processu contingeret eum mori, collitigans iste fraudulentus subrogaretur: quamobrem secundum hunc text. non valebit subrogatio, nec prouisio noua, nec gratia si neutri, aut si nulli.

Subrogari non potest accusans aliquē post beneficij illius impetrationem.

2 Idem statuit Alex. 6. in suis regulis, tit. de signa. gra. videlicet non dari subrogationem vbi lis est super priuatione: quia tunc beneficium non est litigiosum, sed persona videlicet quia non differitur de titulo beneficij, sed de persona: & quia nisi principaliter agatur de beneficio, impeditur subrogatio, Do. & Franc. in d. cap. fin. vt lite pend. in 6.

Subrogatio impeditur, nisi principaliter beneficium sit litigiosum, nō persona.

3 Et idem Alex. statuit in tit. de derog. iurispa. nisi obtineatur à Papa rescriptum, in quo mandetur iudicibus de caussa cognoscentibus, quòd adueniente priuatione prouideatur dicto impetranti, adiecta clausula Decreti: & posteà scribatur sic, quòd si d. talis delinquens metu priuationis interim beneficia in fauorem alterius etiam in manibus nostris cesserit resignatio huiusmodi in fauorem Oratoris sit, & esse censetur post priuationis sententiam Do. Probus in ca. præsenti, de offic. leg. li. 6. Gomes. q. 7.

4 Sed in hoc regnum parum prodesset hoc rescriptum, quia inducit reseruationem, quæ omnino prohibita est in regno Franciæ: ideo iste vix prohiberetur à resignatione coram Papa, si faceret mentionem istius reseruationis.

Accusatus pendēte accusatiōe cedere potest.

5 Et sic nota quòd non datur subrogatio, nec gratia si neutri, vel si nulli, perinde valere, vel noua prouisio, vbi contra aliquem agitur de crimine, & is moritur: tunc antequàm priuetur, non subrogatur alius in locum illius: quia beneficium non est litigiosum, sed persona accusata: & ideo pēdente processu accusatus poterit cedere ante sententiam priuationis. gloss. in d. verb. finita, ca. vlt. vt lit. pen. in 6. c. Per tuas, in fin. de simo. nec poteri eo mortuo processus prosequi contra mortuum ad effectum priuationis, quia crimen extinctum fuit morte, l. defuncto, ff. de pu. iud. Aufrer. in decis. Tholo. q. 436.

6 Non potest tamen ille accusatus lite pendente permutare: vt abundè tradit Boër. in deci. Burde. q. 205. tractatus, alibi tamen dicam.

In beneficiis consistorialibus nō datur subrogatio.

7 Item non datur subrogatio in beneficiis consistorialibus, hoc est in monasteriis virorum valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentiū quia talia sunt reseruata suprà

in

in regul. cancellariæ.

8 Et de illis solet Papa prouidere consistorialiter: ideo in illis non datur subrogatio, nisi præcesserit alia prouisio, vel commenda consistorialis. & ita seruat stylus curiæ Romanæ, teste Staphil. in tract. de liter. grat. tit. de liter. iustitiæ, super commissionibus. Est & alius casus plus dicens, videlicet non admitti resignationes talium: sed in hoc regno Franciæ istæ reseruationes sunt sublatæ, sic subrogationes non prohibitæ.

9 Superest alia regula pulchrè huic materiæ consentanea, quæ seruatur, ob id eam hic inserere non erit extraneum.

Regula cancellariæ XXXV. De impetrando beneficium etiam per annum pacificè possessum, aliàs de annali possessore.

Item sanctissimus dominus noster.

GLOSSA PRIMA.

Ista regula est vtilis, & seruatur in Francia vnde impetratio iudicatur subreptitia, & nulla: nisi exprimantur sequentia, quæ sunt in forma propter clusulam Decreti: vt notat Felinus in cap. cum dilecta, de rescript. Scripsi in forma mandat. in Concordatis, quando aliquid de forma censeatur: & hoc est introductum ratione sequenti.

Vt improbi lites exquirentium motus reprimantur voluit, statuit, & ordinauit quod quicunque.

GLOSSA SECVNDA.

Ratio huius regulæ de annali possessore.

Rationem & caussam statuti hic adiicit, videlicet vt motus improbi eorum, qui litis exquirunt reprimantur: reprimentur autem quandoquidem non valebit impetratio: & cùm impetrantes condemnabūtur ad expensas, damna, & ad mulctam: non quòd exquirentes lites tam latè sint improbandi, quemadmodum nititur Gomes. q. 1. & 2. sed eorum motus improbi potiùs arcendi. Ratio quoque potest esse, vt certa & indubitata sit impetratio, quò faciliùs Papæ voluntas vere possit elici, ac ne sub inuolucro verborum decipi valeat: vt dicunt Bald. & alij in ca. cùm olim. de re iudic.

Beneficium ecclesiasticum.

GLOSSA TERTIA.

Beneficij nomine & officia, & alia beneficia comprehenduntur.

Comprehendit officium, & dignitatem ecclesiasticam, glos. in clem. auditor. de rescript. & quæcunque alia beneficia: vt superiùs scripsi: & ex ratione regulæ comprehenditur etiam beneficium, quod est sub patronatu laicorum, & in casibus, quibus valet impetratio, nempe quò certa sit impetratio. Cùm igitur conueniant verba, sic quoque dispositio. leg. 4. §. toties. ff. de damno infecto. cap. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. lib. 6.

Et intellige quicunque beneficium impetrauerit, siue per se, siue per aliū, comprehenditur sub hac regula, vt est infrà: potest enim alius in amici sui fauorem beneficium impetrare, glo. in c. nonnulli. in fin. de rescriptis. per hoc verbum, quicūque inhabiles non fiunt capaces ad impetranda beneficia, quia inducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari effectum, leg. legata inutiliter. ff. de leg. 1. licet Gomes. q. 55. & sequent. dicat istam regulam defendere inhabiles, dummodo non sint execrabiles, quod est mirum: quia hæc regula non solùm est in fauorem possessorum inducta, sed vt certior reddatur Papa de beneficij vacatione, & à quo detineatur. & hic ponitur forma expressionis, quam omittens obseruare nequaquam iuuabitur huius beneficio regulæ: quia contemnere videtur, non exprimendo quod debet. Ideo si etiam hæreticus vel simoniacus possederit beneficium per annum, quod ego velim impetrare, oportet exprimere nomen possessoris, gradum, nobilitatem, & quot annis ipse possedit, alioqui impetratio nulla erit. sic loquitur iste text. generaliter loquens, quicquid iactet Gomes. multa profundens hic, quæ parum textui conferunt, quandoquidem non tuetur inhabiles, sed repellit impetrantem à sua inepta impetratione, qua videlicet non expressit hic statuta, & per hoc cessant omnes rationes Gomes. in quibus valde laborauit sed frustra:

Amicus potest impetrare beneficiorum amico.

Inhabiles beneficia non impetrant.

Si tamen inhabilis de facto impetrauerit beneficium, puniendus est ad dāna, interesse, & ad mulctam, vt statuit hæc regul. in fine: stultus enim & inhabilis non debet esse melioris conditionis quàm habilis. cap. eum qui, de præb. in 6. & quia lites exquirit: & motus exquirentium lites reprimendi sunt per hanc regulam.

Tunc per annum.

GLOSSA QVARTA.

Annus possessoris debet esse completus.

Nota sequentia requiri, antequàm hæc regula locum habere possit. Primò, quòd beneficium fuerit ab aliquo possessum per annum integrum & completum, vel vltra, per hoc verbum tunc, scilicet impetrationis tempore: nec haberet locum huius regulæ decisio, si possessum fuisset tantùm per decem, vel vndecim menses cum dimidio, nisi fuerit annus completus. l. 3. §. 1. ff. de minorib. nisi in deuolutione: vt infrà dicetur. Et pro decis. huius regulæ facit text. not. in §. fin. si de inuesti. inter dom. & vassal. lis oriatur, vbi possessio annalis inducit præsumptionē pro vassallo quando sciente domino & non contradicente possedit per annum: ius quoque retrahendi feudum illicitè alienatum præscribitur anno, computando à die scientiæ contra agnatum non proximum, in §. Titius filios, si de feudo defuncti content. sit inter do. & agna. vassal. §. porrò, qualiter olim feudum poterat alienari. Et vide quæ scripsi in artic. 2. de mate. possessor. in 3. tomo ordinat. Reg. vbi post annū non auditur quis in interdicto, vti possidetis.

Annus à quo tempore computetur.

Et computatur hic annus à die, quo adeptus est beneficij possessionem is cuius beneficium impetratur, & posteà per annum pacificè possedit, & cùm

hic non agatur de iure secundi impetrantis, sicut in iuribus suprà adductis pro vassallo, dicerem in anno isto non requiri scientiam vltimi impetrantis: adeó quod si possederim beneficium per vnum annum te ignorante: adhuc habet locum ista regula, vt debeas exprimere in tua impetratione, quæ hic requiruntur: alioqui nullius momenti erit impetratio, cùm iste text. non exigat sciẽtiam, sed possessionem, & alia infrà descripta.

Immediatè præcedentem.

GLOSSA QVINTA.



Secundò requiritur quod possessum fuerit per annum immediatè præcedentem impetrationem: vnde si nunc possederit per sex menses, & posteà alius, demum primus per alios sex menses: non habebit locũ hæc regula, per hoc verbum immediatè præcedentem facit l. si idem cum eodem. ff. de iuris. omnium iud.

Annus continu° requiritur, & ab vno non à duobus. Et sic non habebit locum in cessionario, vnde si post annum resignauerim minori curatum beneficium: & alius impetrauerit, antequàm hic minor possederit per annum non habebit locum hæc regula, quia non possedit immediatè, vt requirit iste text. nec ipse, sed alius: & iste tex. nõ loquitur quod quis possit iuuari possessione alterius quæ est facti, l. denique, ff. ex quib. caus. maior. l. Pomp. de acquir. poss. scripsi in tract. de pacific. possessor. num. 267. quicquid dicat Gomes. q. 34. quia hic intelligitur de proprio possessore, non decedente: alioqui ista regula semper procederet, quia prędecessoris semper allegaretur annalis possessio: & hoc clarum est, ob id alia non adducam: licet hoc Gomes. firmet q. 43. cui respond. in tract. de pacific possess.

Pacificè possessum.

GLOSSA SEXTA.



Pacificè quando dicatur. Tertiò requiritur, quòd quis pacificè per annum illud beneficium possederit, id est sine lite & controuersia: ideóque citatur etiam nulliter, dummodo processus sit introductus, non dicitur pacificè possidere, quia nõ sine lite & controuersia possedit. clem. grat de rescript. plene scripsi in tract. de pacific possess. in 3 limit. num. 164. & seq.

Pacifica possessio an per citationem in vadam interrumpatur. Verùm torquet animum suum hic Gomes. an pacifica possessio interrumpatur per citationẽ, nullam, vel sequestrum. Sed quorsum hæc, cùm iste dicat impetrantem debere exprimere eum, qui pacificè possedit per annum, si beneficium sit sequestratum: si processus sit introductus, siue iure, siue iniuria, non dicitur pacificè possedisse: ergo non habet locum regul. aliàs non probo, quia hæc sunt plana.

Non recipiens fructus an pacificè dicatur possidere. Asserit etiam idem Gomes. q. 47. eum qui non recipit fructus, non dici pacificum quo ad istam regulam: Cuius tamen sententiæ non essem, quia is qui sine controuersia possidet beneficium, dicitur illud pacificè possidere: nam licet nõ recipiat fructus ratione priuilegij, c. si propter. de rescript. lib. 6. c. si tibi. de præb. tamen non minùs dicitur pacificè possidere titulum beneficij: & ideo impetrãs tenetur exprimere ea quæ hic statuuntur, pluribus hoc probarem: ni tam facile videretur, & clarum, quod Soli facem esset admouere. Annus etiam cõputatur à die litis finitæ, cum cœpta semel esset lis. & intellige hic possessum, siue cum titulo, siue non, vt docet Gomes. q. 33. & sic habet secundum eum locum etiam in minore, qui possedit beneficium curatum sine dispensatione: quia hoc est introductum, vt certior Papa reddetur de possessore beneficij, & sic non in fauorem possessoris simpliciter: vt in 2. gl. dixi. Ideo habebit etiam locum cõtra simplicem possessorem sine titulo pacificum annalem aliàs si voluisset, dixisset habentem titulum. c. ad audientiam. de decimis.

Et quod certo modo vacare prætenditur.

GLOSSA SEPTIMA.



Quartò quòd beneficium prætendatur certo modo vacare, aliàs diceretur quis beneficiũ viuentis impetrare, quod est prohibitum, vt suprà dixi in regur. proxima: & tenetur hic impetrans certum modum vacandi exprimere: c. susceptum. de rescript. lib. 6. aliàs non valebit impetratio, etiã si diceret vacare per modũ in cancellaria exprimendum, vt in regul. Cacel. 40. sed potest exprimi quilibet vacationis modus, etiã per resignationæm: vt docet Cassador. in decis. 15. super hac regula. *Vacãdi modus certus exprimatur*

Nec habet locum, si reformetur prima gratia, quæ erat nulla, eò quòd non fecerat mentionem istius regulæ: quia licet prima sit nulla, reformatio tendit ad hoc, vt det illi spiritum vitæ, & quòd in prima gratia fuit omissum, per hanc secundam gratiam suppletur omissum in alia. glos. in c. si Apostolicæ, de præben. lib. 6. Gomes q. 29. quod mihi parum arridet: nam aut est derogatum in secunda gratia huic regulæ: & tunc propter derogationem non est dubium regulam non habere locum. *Reformatio primæ gratiæ an valeat.*

Si autem secunda gratia, quæ est reformatio primæ non deroget regulæ, oportet quod caussa exprimatur, cur prima gratia non valuit: ergo debent exprimi ea, quæ hic continentur, aliàs non valeret reformatio: vt de his plene scripsi superiùs in bulla & hoc docet expresse gloss. quam allegat Gomes. & dicit ita curiam seruaret: & illam glos. probant ibi doct. & Felin. in cap. in nostra. correlat. 16. de rescript.

Deinceps impetrauerit.

GLOSSA OCTAVA.



Quintò requiritur, quòd illud beneficium impetretur & cum effectu. l. prima. ff. quod quisque iuris. non enim habet locum in volente impetrare, nec impetrante quidem, sed non prosequente, nec etiam procedit in eo, qui impetrauerat, tempore huius regulæ. Cùm text. dicat deinceps, & sic iste text. futura respicit, non præterita, sicut de natura legis est, cap. fin. de constit. Ideo si quis impetratione sua velit vti, locũ habet

Impetrans motu proprio, siue in cõmendam exprimere debet quæ hic statuuntur.

habet iste tex. oportet ergo quòd possessor excipiat de regula: alioqui non procedet: vt docet Gomes. q. 4. habet quoque locum & si motu proprio concedatur: quia hic impetrans dicitur, & eadem est ratio: vt plenè scripsi in forma mand. in verb. motu proprio, idque siue impetrauerit in titulum, siue in commendam, cùm non possit diuersa ratio assignari: vt etiam docet Gomes. quæst. 26. etiam siue in vim nouæ prouisionis, si neutri vel alterius gra- ex identiætitate rationis: vt docet idem Gomes. quæst. 28. & putarem habere locum tam in impetratione à Papa facta, quàm à legato, quæ ferè æquiparantur. c. fin. & clem. fin. & de offic. legat. in 6. & clem. sed non in ordinario in quo ista non exprimuntur. d. clem. vlt.

Nomen.

GLOSSA NONA.

Nomen & cognomen possessoris in impetratione exprimendum.

SExtò in impetratione requiritur nomen & sic nominis expressio illius, qui possederat beneficium pacificè per annum: & quamuis iste tex. nihil exprimat de cognomine, tamen illud etiam debet exprimi, quòd videlicet certior impetratio reddatur: imò etiam si plura haberet nomina: nam quod de vno dicitur, & in duobus procedit. l. singularia. & l. certum. ff. si cert. petat. scripsi in §. teneantur. de collat. in Concord. nec sufficeret exprimere tale beneficium S. Seuerini Pa. indebitè possessum, non exprimendo nomen possessoris, cognomen, & ista quæ text. hic requirit.

Gradum.

GLOSSA DECIMA.

Gradus possessoris est exprimendus ab impetrante.

SEptimò debet exprimi gradus possessoris beneficij, si quem habeat: vt si possessum fuerit beneficium à doctore, etiã si illud fuisset vnitum, verumtamen per annum ab eo possessum: oportet enim illius nomen, & gradum exprimere: & tunc habebit locum hæc regula cùm impetrans asserit non esse vnitum, & ita iudicauit Rota, teste Cassador. in decis. 13. vtrum obtinens, super hac regula. Et Gomes. q. 25. refert gradũ quoque hic accipi pro dignitate: vt impetrans dignitatẽ possessoris exprimat, si forte sit protonotarius, aut alia præditus dignitate, vel gradu doctoratus, seu licentiæ: & vt in reg. prærog. Iulij. iij. & in §. teneantur, de colla. in Concord. ideo qui talium possessorum beneficia vult impetrare, debet hoc cõditionaliter exprimere, siue is occultè, siue palàm doctor effectus sit, quia fama debet inspici: & si videat istum iura, vel Theologiam interpretari, dicat eum doctorem: quia tales sic consueuerunt esse, & dicat forsan, vt suprà scripsi. Pa. in c. 1. de fer. scripsi. in Scholast. priuileg. quòd possit quis profiteri, etiã si vere non sit doctor.

Et nobilitatem possessoris eiusdem.

GLOSSA VNDECIMA.



Nobilitas possessoris annalis exprimenda

OCtauò nobilitas possessoris beneficij est exprimenda, in hoc casu, si fuerit nobilis & sic consideratur hic nobilitas, vt in cap. de mulcta. de præben. glo. in cap. constitutis. de appel.

Licet regulariter impetrans beneficium non teneatur exprimere nobilitatem: quia nobilitas non est caussa retrahendi concedentem, sed inducendi, cùm non sit apud Papam acceptio personarum. ca. venerabilis. de præbend. doctor. in cap. ad aures. de rescript. Ioã. de Selua in tractat. de benef. in. 3. parte. q. 12. & intelligo hic nobilitatem siue ex vtroque parente, de qua in d. c. venerabilis, siue ex patre tãtùm quia nobilitas non procedit à sola matre. l. nullus. Cod. de Decur. lib. 10. scripsi in §. cùm verò, de collat. in Concord. & sufficit quò ad nobilitatem exprimendam, istum, cuius beneficium impetratur, reputatum esse nobilem. arg. l. Barbarius. ff. de offi. præt. & si ignoret an sit nobilis, poterit in signatura apponere à tali N. &c. qui forsan nobilis existit, &c.

Et quot annis ipse possedit.

GLOSSA DVODECIMA.



Beneficium hæretici impetrari potest & requisita sunt exprimẽda

NOno exprimi debet, quot annis possederit beneficium: quia post tres annos, Papa nollet conferre, si cũ colorato titulo possedisset: vt in reg. seq. & abundè scripsi in tract. de pacific. possess. non tamen haberet locũ ista reg. si beneficium hæretici impetraretur cùm sit ipso iure priuatus: tex. in c. quo iure, vbi Dom. & Ale. 8. distinct. hoc expressè fuit decisum in Rota, vt refert Cassad. decis. 14. super regul. Cancel. sed tutius esset exprimere, vt superiùs scripsi, nam postquàm hic hæreticus, vel simoniacus tenet, pro possessore habetur, c. eum qui, & c. si beneficia, de præb. libr. 6. scripsi in tract. nomina. q. 9 nu. 11. & quamuis Gomes. hic q. 38. dicat quando impetrans petit in sua impetratione derogari reg. ista expressione opus est, aliàs non. Ego dicerem impetrantem indistincte teneri exprimere supradicta, & quot annis ipse possessor tenuit: vt Papa videat an trienniũ sit elapsum, vt non molestetur possessor triennalis, iuxta reg. Cancel. in tract. de pacific. possess.

Ac specificam & determinatam (ex qua clarè poterit constare, quòd nullum ipsi possessori in beneficio ius competat) caussam in huiusmodi impetratione exprimere.

GLOSSA DECIMATERTIA.



Caussa speciatim exprimẽda in impetratione beneficij annalis possessoris.

DEcimò oportet caussam exprimere specificam non in genere, vt si diceret vacãs nam expressionem in indiuiduo requirit hic textus ibi, & determinatam: ex qua expressione clarè pateat summo Pontifici, quòd possessor nullum ius in beneficio habet, vt pote quia erat excommunicatus tempore collationis sibi factæ ab ordinario: vel alia caussa exprimatur, ac modus vacandi, alioqui impetratio non valet: quia Papa non intendit derogare iuri alterius, vt suprà

dictum extitit, nec beneficiũ nondum vacans conferre intendit.c.1.& per totum, de concess. præbend.

Si tamen quis diceret detentorem nullum ius habere, nullóque titulo, nullóve iuris adminiculo iuuari, sed temerè, & de facto per annum detinuisse beneficium tale: horum verborum expressio sufficit, licet nulla alia caussa exprimatur: nam illa verba nullo iuris adminiculo operantur, vt possit dici illum possedisse de facto, & temere, postquàm iuris non habebat adminiculum: nec aliter hoc casu fit derogatio, vel mentio istius regulæ, cùm clarè sit expressum, eò quòd de facto, & sine titulo dictum fuit.

Casus in q bus valet impetratio sine expressione.

Si verò dicatur partem nullum habere titulum, saltem canonicum, quia non exprimitur specifica caussa, quare ius illi non competat: ideo derogandũ est isti regulæ in hoc, & quo ad hanc partem, q nõ expressa caussa, & iste est stylus curiæ Romanæ.

Et sic ista regula non habet locum, quando illi est derogatum. Item quando in signatura est apposita illa clausula, Quòd maior specificatio fieri possit nominis, gradus, nobilitatis, & temporis, possessionis, &c. vt scripsi suprà in signatura, vide etiam alios casus, quos in proxima regula scripsi. Et hic requiritur clara expresio, nõ amphibologica, nec incerta: aliàs impetratio confusa non valeret glos. & doct. in c.2. de elect. in 6. nec etiam in resignatario, & in eo qui possedit in proprietatem, videlicet tan quàm vnitum: vt Gomes. hic plenè explicat.

Et infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere.

GLOSSA DECIMAQVARTA.

Possessor intra sex menses est ad iudicium vocandus.



Ndecimò oportet impetrantem curare, vt possessor euocetur intra sex menses computandos à die, quo hic impetrauit beneficium à Papa, aliàs impetratio nullius erit momenti: vt in hac regula habetur, quia interdum impetrans non agebat per annum: ideo statuitur vt intra sex mẽses quis agat: vt vult in simili. l. diffamari. C de ingenu. & manumissis.

Fallit si propter bellum, vel aliud iustum impedimentum non potuisset habere literas: vt scripsi in § 1. in verb impedimento. de collatio. in Concord. & in tract. de excusa. & exoniis in 3. tomo constit. regiar. Gomes. q. 14.

Idem si possessor vel impetrans mortuus fuerit ciuiliter, aut naturaliter, vt excusetur, si non fecerit intra sex menses euocari facere possessorem, quia per eum non stetit: cùm igitur per eum non stet, ei non est imputandum. l. in iure ciuili. ff. de reg iur. & idem si conuentus cedat, vel decedat ante annum: vt etiam excusetur impetrans, si non fuerit hoc prosecutus vsque ad sententiam: vt docet Cassad. in decis. 16. idem quod super hac regul. Cancell.

Veruntamen istud tempus solet per Papam prorogari, antequàm sit elapsum, quia post lapsum prorogari non potest. l. sed si manente. ff. de precar. testis est nobis Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol pe. sed iterum poterit beneficium impetrari: & in hoc Franciæ regno sufficit intra annum agere possessorio coram iudicibus Regiis: & sic non seruatur hæc regula quò ad hoc.

Caussámque ex tunc, desuper infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prosequi debeat, & teneatur.

GLOSSA DECIMAQVINTA.



Vodecimò debet caussam inchoatam intra sex meses prosequi, ita vt sententiam intra annum à die vocationis in ius computandum consequar: per hoc verbum, Extunc, prosequi debeat, non dicit finiri: quia hoc non est in partis potestate semper sed interdum iudicis: vt in l. properandum. C. de iudic. & sufficit quòd non stet per partem: non vidi tamen ob hoc beneficium amitti in Francia, vbi processus sunt longissimi. Solent tamen impetrantes quandoque à Papa prorogationẽ impetrare: vt suprà dixi in patria obedientiæ, quod rarum est in hac patria, cùm in hoc non seruetur. *Intra annũ habẽda sententia.*

Idem si mortuus fuerit impetrans intra annum, vt non imputetur, si non fuerit prosecutus ad sententiam, vel si cesserit: potest enim cedere in qualibet parte anni ante finem, per text. in commissa. de elect. in 6. Sic concludit Cassador. decis. 27. quò ad dictum in hac reg. Cancel.

Alioqui impetratio prædicta & quæcunque inde secuta nullius existant firmitatis.

GLOSSA DECIMASEXTA.



Cce hic decretum annullans, vt non valeãt impetrationes factæ nisi seruata forma hic posita, nec inde secuta: & sic in secunda instantia poterit opponi ad annullandum primam sententiam: vt decidit Cassador. decis. 12. obtinuit super regul. Cancel. *Opponi etiã in caussa appellationis potest contra impetrationẽ inualidam.*

Intellige quòd is q possedit per annum, potest se iuuare possessione annali ad excludendum impetrantem, eò quòd non expressit ea, quæ hic statuta sunt, sed non ratione suæ possessionis annalis, sed subreptionis: quicquid dicat hic Gomes. q. 44. vbi multa scribit super hoc. Sed vt arbitror, extra oleas vt quilibet videre poterit per istum text. sed tamen pulchrè elucidat ista verba, & inde secuta quæstio. 78. vide ibi, si non graueris.

Et idem impetrans de damnis & interesse possessorem prædictum propterea contingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniuste, friuole, & indebite molestasse repertus extiterit.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.



Ondemnari ergo debet is impetrans, qui ad iudicium vocauit temerè possessorem beneficij in damnis, interesse, & expensis: vt scripsi in constit. reg. in titul. de mater. possessor. art. 12. & in tit. de exp. dam. & interesse. 3. tomo cõmenta. facit l. eum quẽ temerè, ff. de iudic. & hic non exprimit condemnandum in expens. quia *Impetrans temerè condemnari debet in expensis, damnis & interesse.*

quia satis à iure expressum est, vt victus victori in expensis condemnari debeat. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. ideo condemnabitur iste impetrans, iniustè etiam ad expensas, intelligẽ si petantur à parte: vt dicit glo. in c. fi. de rescript ideo pars potest impetrationi renunciare, & possessor etiam petitioni expensarum, sed quo ad mulctam nō poterit sine Papæ procuratoris, vel domini assensu: quia hæc mulcta ad eum pertinet, quamuis prolixè distinguat hic Gomes. q. 7. putans etiam hic q. 40. hodie non esse in vsu, vt quis ad interesse condemnetur: quia interesse & damnum idem videtur. Sed aliter responderem damnum dici à diminutione. l. 3. ff. de damno infecto. Secus in interesse, vt scripsi in interpre. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest: ideo etiam hodie interesse debetur: & iudices quotidie condemnant ad interesse in beneficialibus vt scripsi in tertio commenta. tomo constit. Regiar. Et sic nota hic, quòd si quis impetrauerit beneficium pacificè possessum per annum, nō exprimẽdo quę hic statuũtur, impetratio erit nulla.

Si autem post impetrationẽ non vocauerit in ius possessorem, non condemnabitur: vt dicit hic text. Sed si vocauerit in ius post sex menses, & vsque ad sententiam perseuerauerit, & prosecutus fuerit, ad damna, interesse & expensas condemnandus erit: & hoc videtur decidere. Gomes. q. 82.

Quinquaginta florenos auri persoluere cameræ Apostolicæ sit astrictus.

GLOSSA DECIMAOCTAVA.

Iniustè litigans etiam ad mulctã condemnatur, & cui applicetur.




Et sic patet mulctam Apostolicæ cameræ esse soluendam: quod est verum in terris Papæ subiectis quò ad temporalem iurisdictionẽ, aliàs applicaretur illi fisco, qui habet temporalem iurisdictionem in loco: vt scrip si in l. si qua pœna. ff. de verb. signif. Et sic iniustè litigans non solùm condemnatur ad expensas, damna, & interesse, sed etiam ad mulctam vt hic facit §. statuimus, de friuol. appella. in concord.

Verùm iudices Regij in hoc Regno de possessoriis beneficiorum cognoscentes non seruant hanc mulctam, sed ad damna interesse, & expensas temere impetrantem condemnant, ratione legis Regiæ, de qua ibidem in d. consti. Reg.

Nec alius quàm præmissæ vacationis modus etiam per literas si neutri, aut subrogationis, vel aliàs sibi quo ad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodo libet suffragetur, illudque nullatenus in anteà litigiosum propterea censeatur.

GLOSSA DECIMANONA.

Literæ si neutri, sub rogationis & perinde valere: quã do impetrari non possint.



Statuit Papa, quod non liceat impetranti processu durante alium vacandi modum exprimere, nec per literas si neutri, si nulli, subrogationis, perinde valere, aut aliàs quia esset tollere ius possessori quæsitum: ideo prohibet, ne alius modus in præiudicium possessoris exprimatur: sed absoluetur eo casu possessor, nec beneficium dicetur litigiosum, de quo superius dixi: ideo fortè de nouo impetrari posset ante triennium exprimendo possessoris nomen, gradũ, & nobilitatem, & quot annis ipse possedit, seruando istã regulam, quàm priùs neglexerat.

Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscunque qualitatis per priuationem & amotionem, vel aliàs propter cōmissa, excessus, & crimina vacantia, vel vacatura.

GLOSSA VIGESIMA.



Ista verba sunt addita à sanctißimo Papa Iulio tertio, & verba sequentia, ex quibus patet, quòd impetrans beneficium vacans vel vacaturum propter crimen, debet seruare ea, quę in hac regula superius expressa sunt, & illa quæ scripsi in regul. præceden. gl. vlt. quo ad impetrationem beneficiorũ, quæ prætenduntur vacare per crimen: ideo hic nihil repetam ex superiùs dictis. Expreßio superior habet locũ in vacantibus per crimen

Et similiter ad impetrantes beneficia tanquàm vacantia per deuolutionem.

GLOSSA VIGESIMAPRIMA.



Impetrantes vacantia beneficia per deuolutionem debent ea exprimere quæ superiùs expressa sunt, aliàs non valebit impetratio: nisi sit huic regulæ derogatum, vel in signatura fuerit adiecta clausula. Quòd maior expreßio fieri possit, &c. vt in signatura scripsi suprà: etiam regulariter procedit iste tex. in omni vacatione, quæ certa esse debet, ideo ista exprimenda vt superiùs in bulla no. prouisio. dixi, in claus. pro expressis. Iure deuoluto impetrãs exprimere ea quæ supra statuta sunt tenetur.

Et non solùm hæc clausula vltima extenditur, vt impetrantes beneficia per deuolutionem exprimere debeant, quæ suprà dicta fuerant, sed etiam vt intra sex menses debeant in ius vocare possessorem, & sententiam prosequi intra annum. Quia clausula in fin. posita refertur ad omnia præcedentia. l. talis scriptura, de lega. 1. ff. scripsi in l. vna. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. Verùm quo ad hoc vltimum, vt videlicet intra sex menses vocare in ius possessorem debeat impetrans iure deuoluto, non seruatur in Francia, sed sufficit intra annum literas saisinæ impetrare, artic. 2. de caus. benefi. in constit. regiar. & in ius vocare possessorem, etiam quo ad prosecutionem vsque ad sententiam intra annum, non seruat praxis Franciæ: Alia licet hic amplè videre per Gomes. ne plura.

Vltimò notandum est, quòd si quis impetrauerit beneficium vacans per incapacitatem possessoris pacifici, & eum non inquietauerit in vita, non poterit posteà illius incapacitatem allegare, si diu steterit post impetrationẽ, quia fortè dispensationẽ illius subripuit: sed si non longo tempore possederit tunc poterit impetrãs probare illius incapacitatẽ, & prouis. Incapacitas post mortẽ non probatur.

prouis. per obitum non tenetur: vt docent do. de Rota decis.109.agenti, in no.[sub tit.de rerum permutat.decis.4.] & Panor.in c.illud, de præsumptio. & Aufre.in decis. Tholo.consil. 467. Roma. consil. 465. in re præsenti:aliàs daretur materia calumniãdi & probandi mortuum non fuisse dispensatum, qui erat: & sic dicunt fuisse iudicatum pro fratre Ioan.de Neufbourg,super prioratu sancti Desiderij.Sed si is,per cuius mortem habeo ius,non fuit pacificus possessor,debeo ostendere titulum illius: vt supra probatum fuit.& sic consuluit Bertran.consil. 132. dubitatur,in fin.vol.2.ex 1.editione. alia videre cuilibet est liberum per Gomes.

Arestum.

De gratia, Rationi congruit.

Formula rationi congruit.

1  Liud rescriptum dicitur Rationi congruit, vt si prouisus à Papa Clemente fuero de beneficio,& habuerim tãtùm signaturam: posteà eo mortuo Paulus Pontifex immediatus expediet bullas sic, Paulus &c. rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, que de Roma. Pontificis gratia, seu benignitate in prosequendo iusta desideria petentium processerũt, licet eius superueniente obitu Apostolicæ super illis literæ confectæ non fuerint, suum plenum consequatur effectum, &c. & de hoc loquitur regula cancella.octaua: & istud tendit ad conseruandum ius, quod habeo ex prima impetratione.

Gratia facta per mortẽ Papæ nõ extinguitur, sed à successore expeditur.

2 Notandum est,quòd vbi Papa, aut alius cõfert alicui beneficium, aut aliam gratiam facit, si Papa moriatur,gratia tamen non est extincta:quia solo verbo gratia perficitur.c.institutionis.25.q.2. cle. dudum.in fin.de sepultur. Archidi. & alij in §. vniuersitati,in procem.6.

3 Vbi dicit Io. And. ius quæsitum parti per concessionem factam non expirare per mortem concedentis,dummodo hoc probari successori posit: quæ probatio si illi fiat, literas expedire debet sub hac forma,rationi cõgruit.hoc dicit Petrus de Biassio in directo.electio.3.parte c.28.

4 Et ista habent etiam locum in principe seculari vt si gratia probari etiam per testes posit,debeat à successore expediri: vt firmat Bonifac. in procem. Clem.§.nunc igitur,colla.3.nu.16.

Gratia si neutri non datur si gratia sit extincta.

5 Sit tamen gratia esset extincta,non daretur hoc rescriptum,vt in vnionibus, quæ non sunt sortitæ effectum,& in expectatiuis, vnde dicunt quod prærogatiuæ, vt graduatus non graduato præferatur, non dantur per formam rationi congruit, quià tolluntur per mortem Papæ: ideo per alium concedi non solent,nam per reg. Cancella.tolluntur hæ prærogatiuæ,reg.10.Inno.

Requisita in literis rationi congruit.

6 Ex his literis colligamus, quod primò Papa salutat, vt moris est in alijs: demum narrat congruere rationi & honestati,vt illa quæ ex gratia cõcessit eius prædecessor, sortiantur effectum, licet non fuerint confectæ literæ propter Papæ obitum, & hoc rationi congruum esse dicit: quia inquit diuus Grego.si ea destruerem quæ antecessores nostri statuerunt,non structor sed euersor esse iustè probarer,cap.si ea.25.q.2.

7 Secundò Papa dicit, quod si literæ confectæ non fuerint,de bulla intelligit:nam cum signatura regulariter non probet,vt superius dixi, quamuis sit confecta,tamen successor bullas conficiet: nam ista clausula,rationi congruit,non solet in signatura apponi,sed in bulla.

Bulla expediri potest per rationi congruit, si viua voce etiã gratia fuerit facta à prædecessore.

8 Ideo siue Papa viua voce prouiderit,siue per signaturam, hoc rescriptum impetrari solet: & vidi vnam expeditionem Clementis septimi super prouisione viua voce facta,iure tamen probata.

9 Tertiò dicit conuenire honestati,ergo ea implẽda sunt, quæ honestati,conueniunt:quia iuris præcepta sunt,honestè viuere,alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere.l.iustitia.§.1.ff. de iusti. & iure.§.iuris præcepta, illo tit.in institu.& multa dixi in gl.Concordatorum,in verbo inducunt,in forma manda.fecit quod dicit Bal.l.quod ex liberta.C. de ope.liberto.

10 Vbi dicit dominum non posse cogere suas subditas ad saltandum & tripudiandum in castro suo: quia ius honestatis semper censetur exceptum:ideo à liberto turpes operæ non debentur, sed tantùm quæ honestè præstari,& sine turpitudine possunt l. eius,& l.hæ demum.ff.de oper.liber. Deci.in l.semper in contractibus.ff.de reg.iur.

Honesta Papa nõ debet recusare, si hoc facit peccat.

11 Et sic infertur quod ius erat iam quæsitum & concessum impetranti,aliàs non esset congruum & honestum: vt dicit gl.in cle.dudum,in gl.incip.verbo de sepul.nec hoc Papa denegare debet, alioqui malè faceret,& contra rationem, & honestatem, & sic peccaret.per l.vnam.C. ne fis. rem quam vendi. euin.lib. 10. vbi sunt ista verba retractare fiscum, quod semel vendidit,æquitatis honestatisque ratio non patitur.vbi dicit Lucas de penna legem fundari super ratione, æquitate,& honestate.cap.erit autem lex.4.dist.scripsi in proœ.or.reg.in 1.tomo.

Iniusta prædecessore concessa Papa successor non debet expedire.

12 Quartò interdum solet Papa addere hæc verba,rationi congruit,vt ea quæ de Rom. Pontific. gratia in prosequendo desideria iusta petentiũ, processerunt &c.& sic per hæc verba patet, quod Papa nollet expedire dispensationem ad quatuor beneficia vel ad aliud,quod iustum non habet desiderium nam iustum tantum vult expedire desiderium petentium, non iniustum. arg. l. iustum desiderium, de eden.C.

13 Et quamuis prædecessor concesserit tam stultam dispensationem,successor non expediet eam, quia non rationi congruit: & si prædecessor erat Domino Deo infidelis,successor fidelis esse vult: & iusta petentibus non est denegandus assensus: sed econtrario sic.l.2.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

Integra executionem decet mitti gratia [prae]decessoris.

14 Quintò Papa narrat prouisionem factam per prædecessorẽ, vel reseruatã ecclesiam isti impetranti,& Pontificis obitum:ob id vult,vt prædecessoris gratia plenum sortiatur effectum:plenum dicemus effectum integrum,in quo nihil deerit, per l. si arborem.ff.de seruitut.vrbano.prædio.abundè scripsi in l.Herennius.ff.de.verb.signi.& sic integræ gratia executioni mandabitur.

In gratia rationi congruit omnia exprimenda in noua prouisione.

15 Sextò in his literis omnia exprimenda sunt, quæ in noua impetratione: quia in his continetur noua prouisio ꝑdecessoris,ergo, omnia exprimẽda sunt

sunt, quæ in bulla nouæ prouisionis, quæ scribunt Feli. & doc. in c. ad aures, & c. in nostra, de rescrip. in glo. Côc. in verb. pro expressis, in forma manda.

16 Quod est verum, si fiat pro noua prouisione, alioqui pro qualitate illius rescripti, pro quo concipitur, formari debet hoc rescriptum: & superiùs vide, quæ in bulla scripsi nouæ prouisionis.

17 Septimò addit, ne autem pro eo quod super collatione & prouisione beneficij superueniente obitu Apostolicæ literæ confectæ non fuerint, collationis & prouisionis huiusmodi frustreris effectu, volum⁹, & autoritate Apostolica decernimus, quod collatio & prouisio prædictæ perinde à dicta die valeant &c.

Gratia rationi congruit vim perinde valere habet, vt valeat, ac si expedita à prædecessore fuisset, sed non quò ad alia

18 Et sic hæ literæ vim perinde valere habẽt, quod est verum quantum ad effectum, & executionem, non quo ad prouisionem: ideo si prior collatio subreptitia esset, per has literas non fit confirmatio, nisi quò ad probationem: & hoc patet ibi, suum sortiantur effectum, ac si sub ipsius diei data confectæ fuissent, prout superiùs enarratur: quodque præsentes literæ ad probandum plenè collationem & prouisionem ante dictas vbique sufficiant; nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

19 Ecce concedi istas ad probationem, & non vt de nouo ius concedatur, vel confirmetur: quia non potest confirmari defectus non expressus, vt proximè dixi: & sic datur ad conseruandum ius, non verò ad quærendum de nouo.

Differentiæ inter perinde valere, & si neutri

20 Octauò magna est differentia inter istas literas, & perinde valere: quia hæ confirmant inutile, vt suprà dictũ fuit, in materia perinde valere: illæ verò quæ rationi congruit vocantur, expediuntur ratione probationis, & executionis: sed Papa non vult confirmare primam prouisionem, si sit inualida: quod est notandum, sed vult vt valeant ac si expeditæ fuissent à prædecessore: at si à prædecessore factæ non valuissent, nec nunc quidem valebunt: nec intendit hic Papa confirmare ius inutile, nisi quo ad probationem.

21 Item hæ literæ valent à data primæ signaturæ, literæ verò de perinde valere, à data istarum literarum non primæ concessionis, si alius sit interim impetrans: vt suprà dictum fuit; & literæ istæ perinde valere, ab eo qui primam concessit gratiam dantur, istæ à successore: vt ex ipsis literis constat.

Bulla secunda p rationi cõgruit, non potest expediri.

22 Nonò si expedita fuit mihi bulla à Papa prædecessore, quæ tamẽ mihi nõ placet, quia noluit mihi amplam facere gratiã, ideo mortuo illo Pontifice, ego facio expedire aliã sub forma rationi cõgruit, ampliorem, hæc secunda non valebit, quia non congruit rationi, vt iterum expediatur, & aliquid addatur: nam omnis actus intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. c. non potest. de præ.

23 Et ista est subreptitia: nam si Papa sciuisset bullam priùs expeditam, non hanc concessisset, vel nõ tam facilè. c. postulati, in fi. de rescrip. & hoc sæpius vidi fieri.

Reformari potest bulla per rationi congruit.

24 Et quia ista verba rationi congruit, denotant causam finalem. l. fi. ff. de hæredi. institu. gl. in reg. 8. cancellariæ, & caussa cessante cessat effectus. l. quod dictum. ff. de pac. cap. cum cestante, de appel. quod est verum, quando ista bulla erat valida; secus si nulla: quia literæ nullæ non impediunt alias: c. ex tenore, de rescrip. nam quoties vitiosè cautum est pro non cauto habendum est. l. quoties. ff. qui satisda. cogantur, ideo si prima bulla erat transcribenda & reformanda iuxta signaturam, poterit sic reformari per rationi congruit, mortuo primo concedente: prout superiùs in bulla nouæ prouisionis scripsi.

25 Decimò istæ literæ expediuntur siue ab immediato, idest, à Clemente 7. siue ab alio: licet contrarium teneat gl. in reg. 6. Inno. 8. & hoc statuerat Alex. sextus: sed hodie contrarium statuit Paul. in reg. 8. quia ea videtur ratio, quando non potuit bulla expediri, nec à mediato: nec ab immediato. ideo rationi congruit, quod expediatur, postquam erat ius impetranti quæsitum: ob id non debet fieri differentia inter ista: sed Iulius Papa tertius statuit, quòd concessa à Clemente septimo mediato expediantur vsque ad sex menses duntaxat à die coronationis computandos, posteà non.

Literæ rationi congruit etiam à mediato successore expediri possunt.

26 Vndecimò si bullæ in vita alterius Pontificis potuerint expediri, non debent postea istæ literæ concedi, per arg. à contrario: tamen hodie si expediantur, valebunt: quia non inuenio quòd annullentur hæ, si fuerint expeditæ intra sex menses, per regulam cancellariæ, cui facilè derogatur, & eam in Frãcia non vidi seruari.

27 Vnde si quis fuit pauper, & non potuit bullas habere à concedente, nec ab immediato, poterit cõsequi ab alio mediato, quia rationi congruit: nec debent hoc casu recusari, sicut de appellante dicitur quòd post annum potest prosequi causam appellationis. in c. cùm sit Romana, de appella.

Gratia rationi congruit, quando expediri possit.

28 Vltimò hæ literæ rationi congruit conceduntur, non solùm in prouisionibus factis à Pontifice prædecessore, sed etiam in aliis gratiis, & dispensationibus: super literis verò iustitiæ non solent dari, & non debent concedi, nisi priores iustæ fuerint: aliàs iste concedens secundas tenetur Deo reddere rationem, quia iuuat ad malum faciẽdum: ad quod summi Pontifices aduertere debent, quia exactam de his & omnibus aliis reddent rationem Deo Optimo Maximo, cui laus & gloria sit perpetua, Amẽ.

De dispensationibus.

Dispensatio quid sit.

1 Conseruantur nobis beneficia, ac retinentur per dispensationes, ideo de illis nunc videamus: & imprimis hæc dispensationis definitio seu descriptio tradi solet ab interpretibus: sic est prouida iuris communis relaxatio, vtilitate seu necessitate pensata, vel est rigoris iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione. glo. & doct. in c. requiritis. §. nisi rigor, j. quæst. 7. Specul. in titu. de lapsis & dispensatio. §. 1. in 1. parte. Panor. in c. cùm in cunctis, col. 1. de elec. & in cap. dudum. 2. colum. antepen. de electio. ac. in cap. de multa, & cap. extirpandæ. §. qui verò, de præb. & dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem à debito rigore quosdam exire foras vt maius aliquid lucrifaciant, cap. dispensationis. 1. quæst. 7.

2 Budæus

2 Budæus in annota. prioribus ad Pandec. dicit latinè loquendo soluere legibus & canonibus significare, quod diximus dispensare; at iureconsc. ait gratiam iuramenti facere, quod est dispensare super iuramento, seu iuramentum remittere. l. iurisiurandi. ff. de iureiur. indulgentiam dispensationem esse dicit Bal. & Dec. in c. at si clerici, in fi. de iudic. ego tamen explico in l. solutionis, ff. de verbo. signifi.

3 Sed hic ego vtar verbo, dispensare, quo iuris Canonici interpretes vsi sũt: & quod olim fuit ad iuris rigorem temperandum inuentum hodie cedit ad iuris iniqui compendium: vt inferius apparebit, & quomodo accipiatur in iure ciuili, dixi in l. vrbana familia. ff. de ver. sig.

4 Et ista dispensatio propria de qua loquimur, habet originem à iure, licet Spe. in tit. de lapsis & dispen. §. dicat, à Deo originem traxisse, vt pote quia Deus dispensauit cum Adam, Noë, Loth, & cæteris, sed ibi non est propriè dispensatio, de qua loquimur.

Duplex est dispensatio tacita & expressa.

5 Duplex est dispensatio, tacita, & expressa. Tacita est quando princeps concesit officium alicui inhabili, vel Papa beneficium: videtur enim dispensare tacitè super illius inhabilitate: nam princeps qui magistratum ei concesit, omnia agere decreuit. l. quidam, in fi. ff. de re iudica, l. Barbarius. ff. de offi. prætor. & ibi Ias. col. 3.

6 Intellige quando Papa & princeps sciebat conditionem illius, cui concesit beneficium, vel officium alioqui contra. l. idem Vlpianus, in fin. ff. de excusa. tutor. ibi, ex rescripto Imperatoris scientis quidem tutorem eum esse. gl. in l. vniuersi. C. de precib. Imperat. offeren. l. fi. C. si seruus, ad decurio. aspira. libr. 10. quia vitium ignoratum nequaquam remittit princeps. l. mater. ff. de inoffi. test. cap. si eo tempore, de rescrip. in 6. vnde ordinans aliquem scienter, videtur eũ restituere famæ, gl. in summa, 44. distinct.

7 Et Papa promouens spurium ad Episcopatum, videtur secum tacitè dispensare, & eum restituere natalibus. Bal. in l. imperiali. §. si miles. C. de nup. & in l. vniuersa, col. 3. de precib. Impera. offeren. sequitur Anto. Tremol. in additio. ad Vbertum de Bonacurso. in ti. quib. mod. examẽ. ord. iu. decli. in ver. minor.

Sufficit dispensationẽ in minimo prodesse.

8 Quod non procedit quando rescriptum alia in re prodesset: posset etiam si in minimo, tunc aliud tollere non videretur: quia sufficit dispensationem etiam in minimo prodesse. c. non potest, in fi. de præ. lib. 6.

9 Et nisi caussæ cognitio interuenerit, non valet, vt plenè scribit Barba. consi. 27. scripsit, col. 2. in 2. vol. quod non probo: quia in concedenda dispensatione à Papa non solet interuenire causæ cognitio, sed princeps credit parti, donec contrarium probetur: vt inferiùs dicetur:

Princeps an videatur cum impubere dispensare.

10 Etiam limitat Paul. in impubere, cùm sit defectus naturæ: nam illi conferendo Papa nullatenus videtur secum dispensare, in d. l. quidam. ff. de re iudica. sequitur Panor. & Feli. in c. cùm vigesimum, de offi. delega. tum quòd gratia sit odiosa, & strictè interpretenda tam propter naturam gratiæ, quàm inhabilitatem personæ. c. 2. de rescrip. in 6. Oldra. cons. 325. thema quæstionis, col. 1. & 2.

11 Contrarium communiter tenetur, quia ex certa Papæ scientia caussa potest delegari canonico maiori infante. gl. in cap. statutum, in verb. canonicis de rescri. li. 6. facit l. fi. C. de testa. mil. & Bal. in cap. 1. per quos fiat inuesti. Quod intelligunt quidam verum, quando verbum dispensamus adesset, & caussa in dispensatione expressa: aliàs Papa non censeretur cum minore de stylo curiæ Romanæ dispensare, nec aliàs recipitur dispensatio, teste Oldra. consil. 326. quod articuli, col. 2. ac rescriptum tale tanquam non secundum stylum reiiciendum esset. cap. quàm graui, de crimi. falsi: quod est verum maximè si in nõ obstan. nulla esset ætatis habita mẽtio.

12 Ideo si ex dispositione rescripti, & non obstan. appareat de voluntate principis conferentis minori valebit principis concesio, & censeretur secum dispensatum, aliàs contrà, vt potè si ætatis mentio facta non esset: vt docet Feli. in c. nonnulli, col. 15. ver. fallit. 4. de rescri. Io. Crot. in rep. c. 1. in gl. noscatur, de consti. in 6.

Clausulae certa scientia & supplentes omnẽ defectũ.

13 Nec refragatur, quod clausula ex certa scientia & supplentes omnem defectum, non extendatur ad defectum iuris diuini, vel naturalis, cle. pastoralis, de re iudica Specul. in tit. de leg. §. nunc ostendendum, versicul. 18. Bald. & Alex. in leg. filius à patre, §. fin. ff. de liber. & postu. quia respon. aliud esse in clausu. ex certa scientia, vel supplentes, &c. quàm si Papæ ipsi narratum est factum: quia clausulæ illę posunt apponi, & tamen Papa ignorabit factum, ideoque non videtur super illo facto ignorato dispensare. allegatur cap. ex rescripto, de iureiur.

14 Verùm si Papa conferat alicui asserenti se esse minorem 25. annis, valebit tunc collatio, vt secum dispensatum esse censeatur: quia hoc Papa vult, cùm eidem confert, & potest, vt nil sit quod repugnet, & ita conciliarem: vide Bal. in l. impetrata. C. senten. rescind. non posse. & Feli. in cap. nonnulli, versi. confirmatur, de rescrip.

Inferior dispensationẽ exprimere debet.

15 Et hoc non procedit in inferiore à Papa, vel in principe, qui nisi expresè dispenset, non intelligitur dispensatum. no. gl. vlt. in c. literas, de concess. præb. Panor. in cap. diuersis, de cler. coniuga. c. fin. de coniugio seruo. c. 2. de schisma. Henric. Boic. in c. veniẽs, de filiis presbyter. gl. in c. 1. de ætate & quali. lib. 6. Pan. in c. innotuit, col. 1. de ele. Fel. in c. cum in iur. in gl. de of. dele.

16 Et sic tam de iure quàm de stylo curiæ Roma. in inferiore requiritur verbum dispensamus, alioqui non valet dispensatio. Calder. consi. 8. an existens. tit. de re rescri. gl. in d. c. literas, de concess. præb. & in cap. 2. de schima. nisi in foro conscientiæ. Siluester de Prierio in sua summa. in verb. dispensatio, in fi. & Episcopus vni conferendo non videtur secum dispensare, vt docet Spec. in tit. de lapsis. §. dicendum versi. item licet Episcopus. col. 3.

17 In Papa verò & principe non recognoscente superiorem non requiritur verbum dispensamus, sed vt stylus seruetur: cùm voluntas & potestas in eo concurrant, secundum Bonifac. in cle. 1. colum. 2. de præb. gl. & doct. in d. c. literas, & Perus. in d. c. 1. de ætate & qualit. lib. 6. Panor. & alij in d. c. 2. de schima. c. quia, de concess. præb.

18 Item

Commenda inducit dispensationẽ in minore.

18 Item maximè quando Papa concedit beneficium minori in commendam, non solet dicere, dispensamus: nec alia requiritur dispensatio: sed sola commenda vim dispensationis obtinet: vt docet Calderi. consil. 8. titul. de rescript. & refert Philip. Prob. in additio. ad Io. Monach. in c. super eo, nu. 15. de præb. lib. 6.

Expressa dispensatio quæ sit.

19 Expressa est, in qua verbum dispensamus appositum est. c. de multa, in fin. de præb. c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic. & quando est à parte postulata, c. innotuit, in fi. de elect. de qua sequentia dicenda sunt.

Super quibus dispensari possit.

20 Primò videndum est super quibus potest dispensari? Resp. super prohibitis: quia permissa iure communi expediuntur, prohibita verò dispensatione egent. d. §. de adulteriis. vnde Hiero. Paul. in sua praxi Curiæ Roma. in no. tam circa beneficia reseruata, quàm non reseruata sic ait: in his quæ cõtra dispositionem iuris communis sunt, datur dispẽsatio in aliis, vt puta contra statuta fundationis, vel regulas, datur indultum. nec dicitur ius solui, si sit secundum ius. l. princeps. ff. de leg. l. digna vox. C. illo tit.

Dispensatio & indultũ differunt.

21 Ideo Papa super quibuscunque generaliter dispensat, nisi iure diuino prohibeatur. c. proposuit, vbi glos. de conces. præb. Specul. in titul. de lapsis & dispens. §. nunc breuiter, vbi ponit casus, in quibus Papa non potest dispensare.

Legatus & episcopus in casibus permissis dispẽsat.

22 Legatus verò & episcopus in casibus à iure permissis possunt dispẽsare, quos casus solent doct. numerare in cap. quòd translationem, de offi. lega. & in cap. at si clerici. §. de adulteriis, de iudi. & Specu. in d. tit. de lapsis & dispensa. §. nunc de episcoporum, & §. seq.

23 Animaduertendum est, quòd ad impetrandum dispensationem requiri speciale mandatum quidã asserunt, per text. in c. innotuit, vbi Panor. no. penul. de elect. quia hoc est odiosum, secus in beneficij impetratione. glos. & doct. in c. ad aures, & c. nõnulli, in fi. de rescript. quod non vidi in praxi seruari: nec d. c. nonnulli, §. fi. habet locum in Francia. vt alibi scripsi.

Secũda dispẽsatio primæ mentionem facere debet.

24 Item in secunda dispensatione debet haberi mentio primæ. c. 2. de filiis presbyter. in 6. sicut in secunda gratia, & homicidij remissione debet fieri mentio de prima. Ias. in l. nec damnosa. Cod. de precib. Imperat. offerend. alioqui gratia non proderit delinquenti. Barba. in capit. super literis, de rescript.

Gratia secũda nõ exprimens primam nõ valet.

25 Nec sufficeret dicere non obstante prima dispensatione, vel prima gratia, nisi quoque in dispẽsatione illius mentio haberetur. clemen. prima. §. 1. de elect. intellige, quando dispensatio additur dispensationi.

In executione dispẽsationis nõ fit mentio illius.

26 Diuersum est, si esset executio dispensationis iam factæ, vnde si cum homicida, vel alio inhabili sit dispensatum, vt non obstante dicto defectu, possit beneficium consequi, si is posteà impetret beneficium nõ facta illius dispensationis mentione, valebit impetratio: vt asserunt Io. And. Perus. & alij in d. c. fi. de filiis presbyte. lib. 6. quia vltima impetratio est executio primæ dispensationis.

De dispensatione ad plura beneficia.

1 Mprimis certum est, neminem plura beneficia obtinere posse, vt puta curata, dignitates, vel personatus, seu alia incompatibilia. cap. quia nonnulli, de cleric. non residen. cum aliis iuribus, quæ inferiùs adducentur.

2 Rationes pluralitatis reprobatæ quatuor ponit text. in cap. quia intantum, de præb. Prima est, quia pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. ca. sanctorum. 70. distinct. clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis, negociationis enim hoc est, & turpis lucri proprium commodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum. c. clericus. 21. q. 1. & beatus Greg. sic scribit in c. 1. 89. dist. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis sigillatim committi iubemus.

Rationes cur plura beneficia habere reprobetur.

3 *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:* ita in ecclesiæ corpore multa membra sunt secundum veridicam Pauli sententiam: in vno eodemque spirituali corpore conferendum est hoc officium vni, alij committendum est illud: neque enim quantũlibet exercitatæ vni personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat: ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem & venustatem sanctæ ecclesiæ Dei manifestat. Et sicut indecorum est in corpore humano, vt alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, simulque turpissimum est, si singula rerum ministeria, personis totidem non fuerint distributa. Etiam nullus presbyter duas habeat ecclesias. ca. per laicos, in fi. 16. q. 7. [Et hoc videmus, hoc esse turpissimum, quod vix potest sine magna causa honestum fieri.]

4 Item est inimica iuri diuino, & reprobata. Nam dicitur, *væ qui coniungitis domum ad domum, & agrũ agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Esaiæ 5. cap.

5 Et ad Titum primo diuus Paul. ait: *Episcopum debere esse vnius vxoris virum.* Idem in sacerdote scribit text. in c. cùm non ignores, de prẽb. & c. acutius. 26. dist. & sicut non licet iure diuino duas vxores habere, ita nec duas ecclesias: nam bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. cap. inter corporalia, de transla. episc. *Nec potest quis duobus dominis seruire:* vt est in Euangel. & in c. 1. 21. q. 1.

Duæ militiæ & duo honores ac collegia teneri nõ possunt.

6 Necnon iuri Cæsareo inimica est hæc pluralitas, quod maximè improbat quem habere duas militias. l. his quidem. C. qui militar. non possunt, lib. 12. & duo quidem collegia. l. 1. ff. de colleg. illicitis. nec alij duo honores iure haberi possunt. l. libertus, §. præscriptio. ff. ad municipa. nec duo officia. l. hac parte, in fi. Cod. de prox. sacro. scrinio. lib. 12. ibi, nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepserint: vt non occupentur, plura in vnũ se commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi

Signo.conf. 112. thema. & super hoc dispensat Rex in hoc regno, vt quis duo obtineat officia: vt dicam in titu. *des offices de iudicature.* ordinat. reg.

Iudex & testis & notarius quis esse nõ potest, nec duo habere officia.

7 Nec potest quis simul esse iudex & testis. cap. 1. 4. q. 4. cap. forus. de verborum signific. nec quidem iudex & notarius. Barto. in l. iubemus. Cod. de sacrosanctis ecclesiis.

8 Imò si quis acceptet secundum officium, caret acceptato, & priuatur salario primi. casus singul. in l. quisquis. C. de cohortal. li. 12. Corset. in verb. priuilegium. 3. in singu. & Bened. in repet. c. Reinutius, in verb. duas. num. 63. de testam.

9 Hoc etiam est inimicum ordinationibus Regiis Franciæ, maximè Regis Philippi, qui prohibuit omnibus, & singulis ne duo sibi vendicarent officia: vt est in ordin. reg. d. tit. *des offices, de iudicature.* artic. 1.

10 Medicis quoque est inimica hæc pluralitas, dicentibus, quod simile additum simili facit furere. Ergo quicunque viuere potest ex vno Episcopatu, abbatia vel alio beneficio, si secundum accipiat, facit eum furere, quia simile addit simili.

11 Grammaticis etiam ipsi mirè inimicum, non valentibus saluo recti sermonis eloquio genus hoc hominum appellitare: vt si quis duos habeat episcopatus, dicetur Ioannes Episcopi, Ioannes Abbates, Ioannes canonici, & beneficiati, sed has incongruitates parum possessores ipsi curant, potiùs suo priuato inhiantes commodo, quàm animarum saluti consulentes.

12 Secunda ratio pluralitatis reprobatæ est, quia dissolutionis materiam præbet: dissoluti dicuntur, qui legibus moribusque à se solutis luxum vitæ sequuntur, quos Græci ἀσώτους vocant, vt quidam ex nostris.

Vagus quis.

13 Tertia vagationis materiam continet, & inducit, *Ex adipe enim procedit iniquitas.* Dauid Psal. 72. vagatio est animi constantia per desideria, vel varia loca mentis fluctus & negligentia rationis. Et vagus dicitur dissolutus, dispersus, errans qui discurrit varia agens. vt docet Lucas de Penna. in l. 1. C. de Tyron. lib. 12.

14 Quarta quòd animarum periculum continet hæc pluralitas: vt inferiùs dicetur d. c. quia intantum. & c. dudum. 2. de elect.

Seruire quis vni dignè vix potest.

15 Quinta quòd vix vni dignè valet quis deseruire, c. quia nonnulli. de cleric. non residentib. ca. 1. de consuetud. libro 6. vnde inquit Innocentius in cap. cùm iamdudum. colum. 2. de præbend. quòd vnus prælatus præcipiet, quòd hic beneficiatus fiat sacerdos, alter quòd remaneat in diaconatu, vnus quòd negotia suæ ecclesiæ prosequatur, alter quòd negotia alterius ecclesiæ, vnus vocabit ad electionem, alter ad ecclesiæ deseruiendum. Quomodo ergo duobus satisfaciet? Cùm Christus dicat. *Non posse quem duobus dominis seruire. Matth. 6.* & cap. acutius. 26. distinct. c. 1. 21. q. 1. & dicitur, qui ad vtrunque festinat, neutrum bene peragit. text. in l. fi. C. de assess. vbi etiam glossa versus hos conscribit:

Qui binos lepores vna sectabitur hora:
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

Ambitionẽ parit beneficiorum pluralitas

16 Sexta materiam ambitionis præbet. Extraua. Execrabilis. Ioan. 22. est enim ambitio inordinata cupiditas circa honores, beneficia & dignitates: l. 1. ff. ad legem Iuliam de ambi. & ambitionis caussa quicunque ad maiorem transire voluerit, debet ad proprium reuocari, quòd si redire contempserit, careat aliena & propria: cap. quia frater. in fine. septima quæstione prima, sed hæc est crux ambientium omnes torquens, omnibus placens: vt inquit Diuus Bernardus, quem refert Hostiensis in dicto cap. quia intantum. & glossa in verbo, ambitionis, in procemio pragmaticæ sanctio.

17 Septima ex hac pluralitate diuini cultus diminutio fit, scilicet ex ministrorum paucitate, qui potiùs esset augendus. cap. ex parte, de constit. & cap. vasa de consecra. dist. 1.

18 Octaua fraudantur voluntates testantium, & fundatorum ecclesiarum, qui certum numerum ministrorum præstituerunt: quòd maximè reipub. interest: expedit enim seruari voluntates testatorũ, eas executioni demandari. l. vel negare. ff. queadm. testam. aper. c. vltima voluntas. 13. q. 2.

19 Nona, maxima sequitur inęqualitas, vnus enim ebrius est, & tamen non satur pluralitate beneficiorum, & alter esurit: & hic aufert alimenta aliis quos necare videtur. l. necare. ff. de liber. agnoscen. Florent. in 3. parte summæ. tit. 11. c. 1. §. 8. & Alua. in tract. de planctu ecclesi. lib. 2. tit. litera i.

20 Decima est, quia sibi quis vendicat stipendia plurimorum cap. 3. de cleric. non resident. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte quæst. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire, sine paupertate plurimorum: & quot occisi sunt pauperes ex pręlatorum ingluuie, Deus nouit: hodie vnus deuorat, quod esset viginti: imò dicam centũ millibus hominum proborum sufficientissimum, sed transeant cum suis erroribus.

21 Nunc superest videre, quis possit dispensare? Respon. De Papa non est dubium. c. dudum. 2. de elect. c. de multa. in fi. de præb. c. 1. de consuet. in 6. c. ordinarij. de offic. ordi. ibidem, quia in beneficiis plenissimam habet potestatem. c. proposuit. de concess. præb. in 6. quandoquidem beneficia de iure positiuo sunt introducta. c. 1. 13. q. 1. Panor. in c. olim. de consuetud. & licet iuris naturalis sit, & diuini beneficium dari propter ministerium, & officium. Nu. 18. ibi, *Filiis autem Leui dedi decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi.* Et Paul. 1. ad Corinth. 9. *Quemadmodum & Dominus ordinauit, vt qui Euangelium nunciant, de Euangelio viuant.* & Lucæ 10. *Dignus est mercenarius mercede. Et qui altari seruit, de altari viuere debet.* c. cum secundũ. de præb. c. fi. de rescript. in 6.

Dispensare quis possit.

22 Tamen de iure positiuo statutum est, vt nullus plura beneficia possit obtinere. c. quia nonnulli, de cleric. non resident. cap. cùm non ignores. & c. quia intantum, de præb. ideo Papa relaxare potest, considerata tamen ecclesię vtilitate, & iustitię æquitate, aliàs peccat: quia contra rationem naturalem & ius diuinum facit: vt dicit Angel. de Anch. in tract. de ecclesiast. potestat. q. 68. [Ego dixi in intepret. cap. postulastis. de cleric. excom. mi. esse etiam à iure diuino prohibitam pluralitatẽ. & suprà hoc probaui,

& esse

& esse turpem quam Papa vix honestam reddere poterit.]

23 Nec obest, quod non possit vtrique seruire per se, quia hoc poterit facere per alium: nō enim Paulus administrabat officium personaliter in ecclesia Philippensi, sed per suos ministros, & tamen ab ipsis procurationem accipiebat, & alimenta: vt ipse testatur ad Philippen. vlt.

24 Et non solùm potest dispensare circa pluralitatem beneficiorum, sed & circa alia, quæ obstant, quia quodcunque soluere, quodcunque etiam ligare est ei commissum à dom. Iesu Christo saluatore nostro: vt inferiùs fusiùs dicam, dummodo non veniat ad destructionem.

Legatus dispensat, sed non contra concilia generalia.

25 Item legatus dispensare potest, quatenus à iure permittitur, sed non contra concilia generalia. cap. dilectus primo. in gloss. cùm se facultas, de præb. nisi eidem expressè fuerit à Papa concessum: vnde prospicitur hodie potestas illius, & tantum potest, quantum est ei concessum, licèt de iure non possit dispensare ad curata: vt docet Spec. in tit. de lapsis & dispensa. §. nunc ostendendum, vers. 36. & §. consequenter facit cap. officij, vbi doct. de elect. & c. 1. de offic. lega. lib. 6. Panor. & alij in repet. c. extirpandæ. §. qui verò, de præb.

Episcopi cō tra ius non dispensant nec contra concilia generalia.

26 Episcopi verò contra ius dispensare non possunt. c. 1. in 9. q. 3. nihil autem agere oportet episcopum præter id, secundum quòd antiquitus à patribus nostris constitutum in canone continetur. & c. nulli. 25. q. 1. & nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare. c. constitutionis. 25. q. 2. nec à quoquam Pontificum in totum vel in partem ea qualibet occasione conuelli decernimus, vel immutari. c. Institutionis. 25. q. 2. adde c. ego. N. de iureiurand. ergo non dispensant contra ius.

27 Nisi in casibus à iure expressis. c. dilectus. de temp. ordi. c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. 163. casus. in quibus episcopi dispensare possunt, cōscribit Spec. in tit. de lapsis. & dispensa. §. nunc de episcoporum dispensatione, quos transcripsit Ioan. de Selua in tract. de benef. in 4. part. q. 7.

28 Sed contra concilia generalia dispensare non potest episcopus. gl. in c. cùm dilectus. in gl. in ætate. in 2. de elect. Ioan. Monac. in c. cupientes. §. denique. de elec. lib. 6. & sic non dispensat, vt quis plures habeat dignitates, personatus, vel beneficia curata, per c. de multa. de præb. Henric. Botte. in tract. de synod. episcopi. in 3. part. art. 1. conclus. 3.

Simplicia plura de cō suetudine sine dispensatione retinentur.

29 Sed dispensare quidem poterit, vt quis plura beneficia simplicia possit habere: vt doct. asserunt in c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. licèt hodie de consuetudine in simplicibus non petatur dispensatio, sed sine dispensatione retinentur: & superflua esset ista episcoporum dispensatio.

Episcopi ad curata an dispensare possint.

30 Tamen Archidiaconus. in c. licet canon. colla. 3. de elect. lib. 6. ampliat, episcopos etiam posse dispensare ex magna caussa necessitatis, vel euidentis vtilitatis, ad plura quoque curata, necnon dignitates, & contra concilia, per c. tali. & c. exigitis. 1. q. 7. c. sanctorum. 70. dist. quippe vnire potest ipse beneficia. c. sicut vnire, de excessib. prælato. Deci. in cap. at si clerici. col. 6. num. 9. §. fi. de iudic. & dispensatio ad plura est quædam vnio.

31 Et quod ex caussa possit etiam dispensare contra concilia generalia, est c. vacante. & c. exposuisti. de præb. facit text. in l. si hominem. ff. mand. Roma. cons. 325. quò ad primum, col. 2. licet contrariam opinionem teneat Staphil. in tract. de liter. gratiæ, ti. de qualit. & statut. benefi. vers. & in præmissis.

32 Et ista vltima opinio seruatur in Francia: nam ignari episcopi nescientes quàm pulchra ius canonicum eis tribuisset priuilegia, paulatim & consuetudine & stylo curiæ Rom. illis derogari passi sunt, & ius suum neglexerunt: verumtamen adhuc iure possent ex præfata necessitatis caussa dispensare. Et ista est communis sententia: quia necessitas facit licitum: quod aliàs est illicitum. c. si quis propter. de furt. l. 1. ff. de offic. consul. l. 2. §. 1. ad legem Rhodiam de iactu.

33 Et istius sententiæ sunt Hostien. & alij. in d. c. de multa. & in d. §. qui verò, Card. & Imol. in c. clericos, de cleric. non resid. Præpos. in d. c. sanctorū. 70. dist. & si essem in concilio generali, illud peterem innouari, & declarari: & si beneficia essent in diuersis diœcesibus, vterque episcopus deberet dispensare. gl. magna in c. dudum. 2. de elect. & in c. literas. de conces. præb. quia dispensatio episcopi non extenditur ad beneficium situm extra diœcesim: vt docet Spec. in tit. de leg. §. videndum quem refert & sequitur Fel. in cons. 4. dubitatur, col. vlt.

34 Dispensat etiam episcopus in præfato casu necessitatis, vt secularis obtineat regularia: c. inter quatuor, de relig. domib. nam argumentando à minori potest in casu negligentiæ ea conferre. cle. vna, de suppl. negli. præl. multò magis ex caussa necessitatis, quæ maior est negligentia: etiam sub eodem tecto quem habere duo dispensabit ex caussa, licèt aliàs non possit c. literas. de supplen. neg. prælat.

Sūmus pœnitētiarius dispensat.

35 Item summus pœnitētiarius dispensat: vt dixit Octauia. in praxi curiæ Rom. sic dicens. Dispensationes matrimoniales humana lege prohibitas, legitimationes prolis, dispensationes quoque ob ętatis, vel alicuius membri defectum ad ordines, & ad beneficia. item ab incompatibilitate plurium beneficiorū cōcedit summus pœnitentiarius, sed ex caussa iusta, & sacris canonibus conformi. hæc ille.

Dispensationes Papæ & pœnitētiarij differūt.

36 Est tamen differentia inter dispensationes Papæ & summi pœnitentiarij: quia comprobationem desiderat pœnitentiarij dispensatio, sed Papæ non regulariter: vt ipse Octauia. etiam fatetur in tit. de summo pœnitent. lib. 1. quemadmodum omnes ferè literæ iustitiæ in Frācia vt scripsi in trac. de rése. in 2. tomo constit. Reg. in comment.

37 Altera est, quia hîc tantùm ea, quæ secundum ius sunt concedit, inferior enim legem superioris non tollit. clement. ne Romani, de elect. secus in Papa, qui suprà ius est, nec iure tenetur. c. proposuit. de concess. præb.

38 Tertia est, quia pœnitentiarij potestas probanda est, Papæ verò probata est in Euangelio ibi, *Quodcunque solueris, &c.*

39 Quarta potestas huius maximè circa animæ absolutionem tendit, Papæ verò ad quæcunque. c.

quodcunque, 24. q. 1.

40 Quinta dispensatio pœnitentiarij sigillo firmatur, Papæ verò plumbo. c. quàm graui. & c. licet. de cri. falsi.

41 Sexta dispensatus cum simplici signatura à Papa etiam non expeditis bullis est in foro conscientiæ tutus, nec in pœnam extrauag. execrabilis incidit, & sic fuit iudicatum Romę. vt glo. asserit in reg. Innoc. 8. regul. 51. & seq. & 46. & seq. multa scripsi suprà in tract. de sign. quod non est in summo pœnitentiario.

Inferiores ad plura beneficia an dispensare possunt.

42 Alij verò inferiores super pluralitate beneficiorum non dispensant, nisi hoc habeant ex priuilegio, vel consuetudine, vel à iure Innoc. & alij, in c. 2. de cleric. qui furtiuè ordinem suscepit. & Panor. & alij in c. at si clerici. §. fi. de iudic. & doctores in c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. Barba. in clemen. gratiæ. col. 23. & sequent. de rescript.

Dispensare quando liceat.

43 Nec est omittendum, quando liceat dispensare? Respon. ex caussa: sicut ex caussa subuenit Prætor, sic & qui dispensat. l. 1. ff. ex quib. causs. maior. Sed quæ sint iustæ dispensandi caussæ? Respon. prima caussa est prærogatiua personæ, & qualitas vt scientia, & nobilitas: istæ enim caussæ inducunt ad dispensandum: vt in c. de multa. in fi. de pręb. ecclesia enim maxime nostra tempestate indiget viris literatis. c. cùm ex eo. de præb. lib. 6. c. fi. de magistr. quorum scientia mundus illuminatur. authen. habita. C. ne filius pro patre.

Qualitas personæ inducit dispẽsationem.

Sciẽtia sine gradu nõ inducit ad dispẽsandum.

44 Sed quæ scientia requiratur? Respond. sufficiens, qua videlicet possit regere beneficium, cui præfectus est. doct. in cap. cùm in cunctis. in prin. de ele. & hodie consuetudo hoc declarat: nempe scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatem: ideo requiritur gradus doctoratus, licentiæ, vel Baccalaureatus, & hoc iure vtimur, licèt in Italia Baccalaureatus gradus non iuuet, quia non est gradus. saltem necessarius ad doctoratum: vt dicit gl. reg. cancel. de prærroga. Iulij. 2. in 3. parte.

45 Sed in Francia & Hispania requiritur. Item ꝗ ille graduatus studuerit tempore præstituto in Cõcordatis, videlicet Baccalaureus in iure quinquennio, in Theologia per sex saltem annos, & in artibus per triennium cùm dimidio. §. pręterea. de colla. in Concor. aliàs in Francia non potest suo iuuari gradu: quia promoti censentur per saltum, quibus non prodest gradus. §. monemus. de collatio. in Concordatis.

46 Nempe si fuisset expressum quòd aliquis sine studio esset promotus, Papa nõ secum dispensasset: quia ibi non est studij fauor, sicut in eo, qui est in vtroque promotus: & tamen nihil studuit in altero iure. Bard. in c. clerici. de iud. scripsi in tract. nomina. q. 5. & in scholasticor. priuileg. Senatus tamen permisit, vt post biennium quis gradum sumere possit Baccalaureatus, vt scripsi in §. præterea, de colla. in. Concord. itaque hæc caussa literarum est sufficiens cum probitate: melius est enim domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles [qui graue onus ordinatori adducant.] cap. tales. 23. distinct.

47 Et si Papa concedat alicui potestatem dispensandi, intelligi debet, vt possit cum literato, & subli mi dispensare, prout à iure conceditur: vt docet Spec. eo. tit. §. dicendum. vers. quid si Papa, quod declarat potestatem legatorum.

Vtilitas ecclesiæ inducit ad dispẽsandum.

48 Secunda est vtilitas ecclesiæ, illa enim nullatenus mutanda sunt, quæ nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas. c. requiritis. §. nisi rigor. & c. & si illa, 1. q. 7. in quo maximè respicere Papa debet, vt vtilitatem ecclesiæ, non personæ respiciat: hodie ventum est: vt potiùs personæ vtilitas consideretur, quã ecclesiæ, & potiùs dispensatur cum diuite, qui totam vorabit ecclesiam, quã cum alio bono, qui eam tueri possit: & videmus bonos & doctos in Francia mendicare, & ignaros & bardos ebrios esse, quæ malùm.

Caussa necessitatis inducit ad dispensandum.

49 Tertia necessitas d. c. & si illa. & c. necessaria, ibidem, quæ maximè est attendenda. Quod est intelligendum de vtilitate ecclesiæ, vel necessitate, non de necessitate vel vtilitate personæ. c. tali. 1. q. 7. nam licet quis sit pauper, & necessaria plurimùm & conducibilia sibi putet esse duo beneficia: tamẽ ob hoc Papa non secum dispensabit: sed si ecclesiæ necesse sit, vel vtile habere doctorem, qui ecclesiam tueatur, & defendat, & instruat, tunc licita erit dispensatio. d. c. de multa, de præb. & c. cũ nobis olim. in fi. de ele. & in c. innotuit. ibidem, sic Papa scribit: multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama personæ multipliciter à quibusdam etiam ex fratribus nostris, qui eum in scholis cognouerant, approbatæ, &c.

Prærogatiua meritorũ est caussa ad dispẽsandũ sufficiens.

50 Quarta caussa est meritorũ prærogatiua. dict. c. tali. 1. q. 7. Sicut dicitur Lucæ 78. de Centurione, qui misit seniores ad Iesum, vt rogarent eum: & ipsi rogabant eum sollicitè, dicentes ei, *quia dignus est, vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.* Ergo Papa debet videre, an is cum quo dispensat, diligat populum & plebem, & ad eam se incuruare possit docendam. Sed cùm hodie potiùs ad deripiendum ecclesias quidã tendant, quàm ad regendum, parcus deberet esse in dispensando, maximè in maioribus: vt nunquàm quis duos obtineret episcopatus, nec Abbatiam cũ episcopatu: sed maiores episcopatus maioribus, id est merentibus darentur.

Dispensatio sine caussa non valet.

51 Plane dispensatio sine caussa non valet. c. 1. & c. non est, de voto, c. de multa ibi, cũ ratio postulauerit, de præb. quinimò perdit nomen dispensationis. & vocatur dissipatio, quæ vtriusque tam dispensantis quàm dispensati damnationem continet: vt dicit gl. in c. non est. cui adstipulantur Theolo. & Pan. in c. significasti. de elect. & Barba. in c. 1. col. 25. de const. & in cap. at si clerici. §. fi. col. 12. de iud. Decius cons. 681. viso puncto, in 2. q.

Caussæ cognitio an requiratur in dispensatione.

52 Et licet doct. dicãt caussæ cognitionem requiri in inferiore, in Papa verò non, vel alio principe non recognoscente superiorem gl. & doct. in c. 2. de schisma. Panor. in c. diuersis. vlt. de cler. coniug. Fel. in c. si quando. col. 4. de rescript. & in cap. præterea. col. 3. de testib. cogen. & sola assertio caussæ non sufficit in inferioribus: ideo dispensationes

episcoporum & inferiorum à Papa periclitantur.

53 Ratio est secundum eos, quia caussa præsumitur in principe. gl. in l. relegati. ff. de pœnis. doct. in l. fi. C. si contra ius. & in c. quę in ecclesiarũ, de const. quod est verum in his, quæ iuris sunt positiui, secus in his, quæ iuris diuini sunt, & naturalis. gl. & doct. in c. non est, de voto. Ias. in l. si testamentũ. C. de test.

54 Imò speciale esse in Papa, & in Imperatore doct. dicunt: vt sola voluntas eorum in dispensatione habeatur pro caussa allegatur text. in c. propòsuit. de concess. præb. Roma. cons. 307. mihi tamen videretur caussam requirendam etiã in Papa, quandoquidem non potest contra domini voluntatem venire, & veniendo, non est Deo fidelis, nec prudẽs prout Lucæ 12. dicitur, *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam vt det illis cibum in tempore.* Ergo non extra tempus, sed cùm iustum erit, aliàs acceptor est personarum plus vni sine caussa conferendo, quàm alteri: nec diuus Petrus à Do. Iesu potestatem & licentiam peccandi suscepit. cap. 1. in 40. dist.

Caussa dispẽsationis in Papa requirenda.

55 Ideo non est tutus quo ad Deum Papa, qui sine caussa dispensat, nec dispensatus: quia Papa ad ædificationem positus est, non ad destructionem: vt diuus Paul. testatur. facit c. sunt quidam. 25. q 1. & sic agendo positus est in ruinam, & contradictionem multorum: quòd maximè bonus debet præcauere, ne scandalum inducat. tex. in c. miramur. 61. dist. prohibetur enim etiam Papa alienare bona ecclesiæ. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. quæ sunt Christi patrimonium. c. cùm ex eo. de elect. in 6. verùm sic dispensando alienat, saltem prodigatur, quòd ei non licet, nec quidem sine caussa concedere alicui testari de bonis adquisitis ex fructibus ecclesiæ: vt docet Panor. in c. cum esses. q. 5. prin. de test. post Spec. in titulo de lapsis & dispensa. §. genera.

56 Cuius sententiæ sunt Theologi, ac ferè omnes iuris canonici interpretes in c. dudum in 2. de elect. & Anch. in c. in caussis. 3. no. de re iudic. Panorm. in c. cùm in cunctis. col. 1. & c. dudum. & c. cùm ad monasterium. de elect. c. quia intantum, & c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. Præpos. in c. venerabilem, qui filij sint legit.

57 Licèt quidam alij solam Papæ voluntatem sufficere dicant: sed illud est vltra modũ adulari principibus: ideo putarem ego tunc solam voluntatem sufficere, quando ratio sola probationis erat: quia voluntas principis in hoc habetur pro lege. l. 1. ff. de const. princ. Fel. in c. 1. col. 7. de const. & in c. ad audientiam. 2. col. 4. de rescr. sed pauca sunt à iure statuta, quæ rationem non habent interiorem, ideo sola Papæ voluntas non sufficit in illis.

Rationẽ naturalẽ princeps tollere non potest.

58 Id est quando in lege est ratio naturalis nam sicut princeps non tollit ius naturale, ita nec rationem naturalem, quæ legi inest. §. sed naturalia, de iure naturali in insti. vt diximus in regula de verisimili notitia, in prima parte.

59 Et quamuis princeps tolleret suam legem & prohibitionem: tamen adhuc remanet naturalis ratio. gl. in c. nouit, in verb. quicunque, de iudic. Cùm ergo sint plures rationes pluralitatis reprobatæ. c. quia intantum, de præb. vt suprà dixi, illas non potest sine caussa princeps tollere, aliàs fallitur, & fallit, contra id quod scribitur in l. fi. C. de pondera. lib. 10.

60 Et contra hos plurales his verbis scribit reuerẽ. Pater & egregius episcopus. do. Ioan. Diaz. de Luco in sua criminali pract. c. 42. quid enim rationi naturali magis aduersum, quàm quod vnus & idẽ varia ecclesiæ stipendia in variis & distãtibus sæpe locis, & quibus varia incumbunt onera, in seipso suscipiat? quæ est enim humana Respub. quæ suos iudices, rectores, tabelliones, & alios officiarios stipendiis in absentia frui, & vagari permittat? quis in sua quantumuis ampla & ditissima domo, vno ministro absenti salaria plurium ministrorum persoluit? ac ab eo quoscunque suo nomine subrogatos admittit? Sola domus Dei ecclesia sancta tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequiis, quid debet ecclesia Dei plurium nobilium vanitati, vt patrimonio Iesu Christi dilectissimi sponsi sui, quod flagellis, alapis, sanguinis quoque effusione quæsiuit, eorum alat accipitres, educat canes, saginet equos, nutriat lenones, ac adulatores, & seditiosos homines, qui passim Rẽp. turbent? alia etiam multa dicit contra plurales, ibi, illud videre poteritis, ne plura.

Cõtra plura possidentes beneficia.

61 Effectus & vis dispensationis est, vt dispensatus cum causa habeatur tanquàm habilis & legitimus de iure, ac idoneus: quia fictio tantùm operatur in casu ficto, quantum veritas in casu verò: & factum ciuiliter eundem effectum habet, quem factum naturaliter. l. fi. ff. mand. l. si mater. C. de inst. Bald. in l. fin. de his qui veniam æta. impetr. & paria sunt aliquid ex priuilegio fieri, vel iure communi, l. liberos. vbi Bal. C. de colla. Deci. cons. 609. quæritur. co. 2. scripsi in §. præfectique graduati in gl. idoneis. de colla. in concord.

Effectus dispẽsationis.

62 Item dispensatio per signaturam etiam bullis non expeditis valet, nec incidit in pœnam extraua. execrabilis, qui sic vi illius duo possidet beneficia quemadmodum fuit iudicatum Romæ: vt asserit ibi gloss. & vide reg. Inno. 8. nu. 52. & 51. & 46. & seq. ego quoque scripsi in interp. ad c. postulasti. in gl. 1. de cle. excom. minist.

Dispensatio per signaturam valet.

63 Cautela tamen est, vt facias inscribere in signatura, quòd literæ dispensationis valeant, & suffragentur in omnibus & per omnia à data præsentiũ, perinde ac si literæ sub dicta die expeditæ fuissent. reg. canc. non obst. sed prag. Rom. hoc reiiciunt, timentes ius bullæ, & lucrum amittere, licet quibusdam concedant.

Cautela vt sola sufficiat signatura.

CONSTITVTIO PERPETVA S. D. N. Domini Iulij Papæ III. contra retinentes beneficia ecclesiastica, absque literis Apostolicis super eisdem retentionibus.

Necnon contra quoscunque apprehendentes possessiones beneficiorum ecclesiasticorum absque eisdem literis Apostolicis.



SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster Dominus Iulius, diuina prouidentia Papa III. cui nuper innotuit quòd licèt aliàs fæ.re. Gregorius decimus, in generali Concilio Lugdunensi, sua generali constitutione sanciuerit quòd nullus ex tunc de cætero administrationem dignitatis ad quam electus esset priusquàm celebrata de ipso electio confirmaretur sub Oeconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos qui secus fecissent, iure, si ꝙ illis per electionem quæsitum foret, decernens eo ipso priuatos, & pię me. Bonifacius Octauus, etiã sua perpetua valitura constitutione sanciuerit, vt Episcopi, & alij prælati, superiores necnon Abbates, Priores, & cæteri Monasteriorũ regimina exercentes, quocunque nomine censerentur, qui apud sedem Apostolicam promouerentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus reciperẽt admissas eis ecclesias, & monasteria dictæ sedis literis eorum promotionem, confirmationẽ, consecrationem, seu benedictionẽ huiusmodi continentibus non confectis accedere, vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumerent, nullique eos absque dictarum literarum ostensione reciperent, aut eis parẽrent, vel intenderent. Quod si forsan contrà præsumptum fuisset, quòd per ipsos pręlatos, Abbates, Priores, & alios Monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret, irritũ haberetur, nec quicquam interim iidem Episcopi vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercentia de ecclesiarum vel monasteriorum eorundem prouentibus perciperent, & re. me. Paulus tertius, & Rom. Pontifices prædecessores nostri quibuscunque Tabellionibus publicis sub excommunicationis latę sententiæ pœna inhibuerint, ne extunc de cætero, de transumptis supplicationum præterquàm habentem clausulam quòd earum sola signatura sufficeret, ac decreto & concessione literarum, seu mandatorum possessionem beneficiorum ecclesiasticorum vigore supplicationum huiusmodi apprehendi, rogari deberẽt, néve illa subscribere, aut quouismodo authenticare, vel partibus tradere præsumerent, volens & Apostolica auctoritate statuẽs inter cætera, quòd partes transumptis, seu literis aut mãdatis huiusmodi, extunc deinceps, vtentes, ac illorum prætextu possesionem beneficiorum huiusmodi apprehendentes fructus, quos ex illis pro tempore perciperent suos non facerent. Quinimo ad beneficia in eisdem transumptis, & literis, ac mandatis expressa efficerentur, ipso facto perpetuo inhabiles & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum, in vtroque foro tenerentur. Decernens sic iudicari debere, ac irritum &c. Et succesiue Sanctitas sua, attendens, quod ante confectionem literarum gratia apostolica est informis, inter alia voluerit, statuerit, & ordinauerit, quòd iudices in Romana curia vel extra eam pro tempore existentes, etiam si essent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Card. vel causarum Palatij apost. Auditores, aut quicunque alij non iuxta supplicatio. super impetration. signatarum tenores & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto, Nihilominus diuersi Episcopi, & alij Prælati superiores, & Abbates, literis super dispensation. retinendi beneficia per eos antequàm promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur, obtenta per prædictam sedem pro tempore concesis minime confectis beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuersæ aliæ personæ ecclesiasticæ possesionem beneficiorum ecclesiasticorum eis dicta auctoritate conferri, seu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut aliàs disponi concesionem literis apostolicis desuper non expeditis apprehendere præsumunt inhabilitatem, & alias pœnas in sanctionibus & inhibitione, ac voluntate & statuto prædicto contentas, damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum, Volens periculis animarum huiusmodi latius occurrere, sanctiones & inhibitionem, ac voluntatem, & statutum huiusmodi quorum tenores Sanctitas sua, acsi de verbo ad verbũ insererentur haberi voluit pro expressis approbans, & innouans, ac perpetuò obseruari debere decernens, & sanctiones ipsas ad inferiora beneficia ecclesiastica, quæcunque, quomodocunque, qualificata amplians, & extendens, hac sua in perpetuum valitura constitutione statuit, & ordinauit. Quòd omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ, tam seculares, quàm quorumuis ordinum regulares, cuiusuis status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiam si episcopali vel archiepiscopali, aut patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, quòd de cætero literis super dispensatione retinendi beneficia per eos antequam promoueantur, aut eorum electiones confirmentur obtenta eis per sedem eandem pro tempore concesis minimè confectis beneficia ipsa retinere, aut possesionem alicuius, seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura secularium vel quorumuis ordinum regularium quæcunque, & qualitercunque qualificatorum eis dicta auctoritate apostol. conferri seu commendari, aut in eorum fauorem & commodum vniri seu aliàs disponi concessionis literi apostolicis super collatione, seu commenda, aut vnione seu alia

seu alia dispositione huiusmodi non expeditis per se, vel per alium, seu alios eius nomine etiam supplication. seu sumptorum vel transumptorum huiusmodi, aut collationum eis postmodum de ipsis beneficiis tãquam etiam tunc certo modo in supplication. expresso vacantibus ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu apprehendere præsumpserint, aut per alios apprehẽsam, ratam, & gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores sed meri & nudi detẽtores, ac violenti, & sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, vt præfertur, teneantur, & obligati existant, constitution. seu dictæ cancellariæ regulæ de annali, & triennali possessore in illis locum non habeant, nec eisdem detentoribus, & intrusis in aliquo suffragentur: quinimo beneficia per eos tẽpore promotionis suæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtenta literis super dispensatione ea retinendi, sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum literis apostolicis super illis non confectis apprehendentes, seu per alios apprehensam, ratam, & gratam habentes beneficia, sic retenta, aut apprehensa, & omne ius quod in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint eo ipso amittant, illisque, & illo priuari, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius, & prætextu noui tituli, aut nouæ commendæ, vel vnionis, seu alterius dispositionis etiã apostolica auctoritate facta assequi valeant, sed beneficia ipsa tanquam de iure, & facto vacantia aliis conferri, seu commendari, & per quosuis, tam ab eorum ordinariis, collatoribus, quàm à sede prædicta liberè impetrari possint, & si beneficia ipsa litigiosa fuerint collitigantes in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus huiusmodi in eisdem beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat aut competere poterat eo ipso absque iuris, aut hominis ministerio surrogentur, & surrogati esse censeantur, ac in eorum fauorem causa de super pendens aduocata, & lis extincta fuisse, & similiter esse censeantur. Quodque de cætero supplicationes etiam manu nostra, & motu proprio signatæ, nisi habuerint clausulam, ꝙ eorum sola signatura sufficiat, nullam aliam, quàm per literarum super illis conficien. fidem, aut probationem faciant, seu præstent, nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit. Decernens sic & non aliter, tam in eadem curia, quàm extra eam, & in partibus per quoscunque iudices, ac commissarios quauis etiam apostolica auctoritate prædicta fungentes etiam causarum palatij huiusmodi Auditores & ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari & diffiniri debere, ac irritum, &c.

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit supradicta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimotertio, die verò Sabbati XXVII. mẽsis Maij. Pontificatus prælibati Sanctisſi. Domini nostri Iulij, Diuina prouidentia Papæ tertij, anno quarto.

A. Lomellinus Custos.

64 Dispensatio est odiosa c.1.& 2.de fil.presbyt. lib.6.quamobrem non extenditur etiam ad casum habentem maiorem rationem, arguendo à maiori ad minus, c.fi.de transla.præla.Fel.in ca.postulasti, col.11.nu.8.in fi.& nu.seq.de rescrip. *Odiosa dispensatio.*

65 Vt nec quidem dispensatus ad curatũ, censeatur dispensatus ad simplex, Do.de Rot.decis.136. voluerunt, in no. [in tit.de filiis presbæterorũ decis.2.] & illegitimus dispensatus ad beneficia non censetur dispensatus ad pensionem, nisi exprimatur, per c.quamuis, & c.cui.de non sacerdotali, de præb.lib.6.hoc docet Hiero.Gigas in trac. de pens. q.18. nisi semel consecutus fuisset beneficium ex dispensatione, quod posteà resignasset. & eidem reseruata esset pensio iuxta c.nisi, de præb.ita Gigas: alibi tamen dicam fusiùs.

66 Item natura dispẽsationis est tam odiosa, vt nõ comprehendat beneficia, nisi de quibus habita sit mentio in ea maximè si sint alterius qualitatis: ideoque dispẽsatus ad dignitates, etiam si illis immineat animarum cura, non censetur dispensatus ad beneficia curata sine dignitate.gl.& doc.in c.nõ potest, de præb.in 6.per text.in ca.cũ in illis, ibidẽ.

67 Ideoque debet esse cautus impetrãs, vt exprimat & simplicia, & curata, ac aliàs qualificata, aliàs neutiquam in dispensatione comprehendetur: veluti monachus dispensatus ad curatum, non censetur ad simplex dispensatus, c.cui, de præbend.lib.6. Dec.in c.at si clerici, §.fi.col.7.nu.10.de iud.Ias.in l. fi.nu.37.de constit.princip. [Si tamen quis impetret dispensationem ad duo curata, vel aliàs incõpatibilia, si iustè vnũ habet, non tenetur de illo facere mentionem, quia de illo nõ agitur, & quia est clausula pro expresſis habẽtes, & vt generaliter ad quæcunque beneficia dispensatur, & si impetrans expresſisset se habere vnũ, non recusasset Papa vel cum difficultate, imo facilius dispensasset, vt not. doct.in ca.postulastis.de rescrip.sed si velit dispensare cum illis, quæ habet, & vt alia cõsequatur, tũc ea exprimere tenetur.c.2.de filiis presbyt.in 6.]

68 Quinimo si quis impetret beneficium non exprimendo esse curatum, licèt in fine eiusdem impetrationis dicatur, quòd animarum cura non negligatur: tamen si illud impetratum sit curatum, non debebitur, per text.in clement.1.in princ. de præben. postquàm dispositiuè non fuit habita mentio curæ.

69 Item dicta clausula, &c.in supplicatione nil operatur, quò ad prædicta, nisi ad ea quæ de iure & praxi comprehenduntur, quæ superiùs declaraui in signatura gratiæ.& in l.cæterorum. ff.de verborum signification,

70 Limitatur ad accessoria consecutiua, ad quæ

Extenditur dispẽsatio. dispensatio extenditur. glo.singul.in cap.quia intantum,de præben.nam si dispẽsatus sim ad plura beneficia curata, in consequens videtur mecũ dispensatum,vt possim habere substitutum, & vicarium in altero,aliàs dispensatio non sortiretur effectum , nec prodesset.Felin.in cap.postulasti.col. 13.de rescript.

71 Item dispẽsatus ad plures ecclesias parrochiales,censetur excusatus,ne teneatur solẽnibus festis in vtroq; adesse,licèt aliàs contra.c.si quis in clero. iuncta glo.7.q.1.quã probat Barba.in cle.1.col.54. de elect.& Imol.in ca.postulasti,col.pe.de rescrip.

Dispẽsatus ad duo non tenetur in vtroque residere. 72 Præterea dispensatus ad plura curata,censetur dispẽsatus de nõ residendo in vno,per glo.in c.non potest,de præb.lib.6.Panor.& alij in ca.extirpãdæ, §.qui vero.illo tit.Fel.in c.fi.de simo. Spec.in titul. de dispensa, §.dicendum , vers.quid si indulgetur [Ias.in l.benficiũ,col.8.nu.44.de constit.princip.]

73 Non prætermittendum est, ꝙ minor dispensatus ad curatũ,censetur dispẽsatus de nõ promouendo,sine quo non posset Curatum vltra annum obtinere.c.licet canon,de elect.in 6.Panor.& alij in d.c.quia intantum,de præb.& dispensatus,vt possit ad sacerdotium promoueri, videtur eidem cõcessum, vt ad subdiaconatũ & alios ordines promoueatur,Ioan.And,in ca.postulasti. de rescrip.Fel.in c.at si clerici,§.fin.col.penul,de iudic.

74 Accedit ꝙ episcopus dispẽsatus ne intra annũ teneatur cõsecrari,videatur interim quoq; dispensatus ad priora beneficia retinẽda : vt docet Panor. in d.c.cũ in cũctis.§.cùm verò,de elect. gl.in verb. consecrari.§.item insuper , de collat.in pragma.

75 Et sic patet in dispẽsatione (quãuis sit odiosa) fieri extensionẽ ad casum, sine quo dispẽsatio nullum sortiretur effectũ. l.si stipulatus fuero per te. ff.de verb.oblig.l.2.de iurisd.omniũ iudi.c.si postquàm,de elect.in 6.Et vbi tempore interdicti conceditur baptismus & chrismatio , sic & chrismatis confectio,sine qua chrisma dari non posset.c.quoniam,de sentent.excommunic.lib.6.

Minor dispẽsatus vt promoueatur nõ potest obtinere beneficium curatum. 76 Animaduertendum tamen est dispensationẽ non extendi ad consecutiua separabilia : vnde minor dispensatus de promouendo,& vt celeriter,nõ censetur dispẽsatus de obtinẽdo beneficiũ curatũ: quia licèt hoc sit consecutiuũ, tamẽ est separabile, & nõ necessariũ:& dispensatio debitũ sortitur effectum absque beneficio,quod sufficit doct.in cle. 1.de ætat.& qualit.gloss.in c.cui,de præben.in 6.

77 Nisi illa fuerint inclusiua : vnde dispensatus ad diaconatum, potest suscipere subdiaconatum: vt docet Ioan. Andr.in addi.ad Spec.eod.titul, §. postremò,in princ.

78 Minor etiam dispensatus vt sit canonicus in ecclesia cathedrali,non poterit esse iudex delegatus,c.statutum, in verb.canonicis , de rescrip.in 6. Fel.in ca.cùm nuncius,1.not.de testib.nec habebit hic minor locũ in capitulo, nec suffragiũ,gl.in cle. 2.de æta.Fel.in c.at si clerici, §.fi.col.pen.de iudic.

Dispensatio vocatur gratia & beneficiũ. 79 Alius effectus dispensationis est,quod dispensatio est gratia,& misericorditer indulgetur , ca.fi. de schisma.c.innotuit, de elect.Domin.in ca.licèt canon,in fi.de elect.

80 Ideo non tenetur episcopus vel alius dispensare,sed hoc ei liberum est,cap.at si clerici,in fi.ibi, potest,de iudic.& ibidem plenè Panor.& alij , nisi euidens vrgeat ratio , & causa dispensandi , tunc enim teneretur , veluti fauore studij , cap.cùm ex eo,de elect.in 6.& in aliis casibus similem aut maiorem rationem continentibus, §.porrò , quæ fuit prima cau.benef.amit. Spec.in tit.de Lapsis & dispen.in §.genera.& ibi Bal.in add.ad eum in princ. Perus.in c.licèt canon,§.is etiam , 3.not.de elect.in 6.glo.in c.exigunt,1.q.7.

81 Inde vocatur dispensationis beneficium, in ca. innotuit,vers.habito, de elect. & sicut beneficium inuito non confertur , reg.inuito , ff.de reg.iur.ita nec dispensatur cum aliquo inuito & gratia dispensationis vocatur,in cap.licet canon , de elect. in 6. vbi Perus.dicit non expirare per mortem concedentis.

82 Adhæc sicut beneficium collatum non potest collator reuocare,sic nec dispensationem sine magna causa,c.cũ ex eo,vbi glo.& doct.de elect.lib.6. quia beneficio iuuari nos oportet, non decipi : l.in commodato,§.sicut,ff.commoda.c.vno,illo tit. *Dispensatio an reuocari possit.*

83 Insuper ex dispensatione quis plura beneficia retinere poterit,licèt aliàs non posset:c.dudum , 2. de elect.& incompatibilia,de quibus inferiùs dicã in bullæ declaratione : & etiam beneficium,quod aliàs retineri non valet,per dispensationem retineri poterit,c.diuersis,de cler.cõiu.c.fi.de cler.pereg.

84 Præterea dispensatus de crimine publico non potest postea accusari, si publicè dispensatum secũ extiterit,per ca.ex tua,de filiis presbyterorum , ca. super his, de accusatio. Specul.in eod.tit. §.postremo,vbi alia videre poteris,quòd post dispensationem poterit quis sacramenta recipere,& suum officium licitè exercere , & alia facere , quæ posset alius habilis. Et in summa effectus dispensationis est,vt si perperam concessa sit, tam animam concedentis,quàm dispensati ad inferos deducat, vbi miserè cruciabuntur. [Tamen si quis impetrauerit beneficium vacans per non promotionem Titij,aut per adeptionem secundi,si is pendente processu impetret dispensationem , vt retinere possit illud beneficium, illa dispensatio in præiudicium tertij impetrantis non valebit, vt docet Card.in c. quia diligentia.de elect.& Feli.in c.super eo.per illum text.col.2. de offi.deleg.facit cap.quamuis. de rescript.lib.6.] *Dispensatio ad inferos deducit.*

85 Vltimò quia praxis horum omnium consistit in bulla, & formula dispensationis : ideo non erit alienum eam statim ob oculos subiicere declarando clausulas notabiles, super quibus sæpiùs dubitari vidi:tu lector beneuole,boni consules.

Formula dispensationis ad duo , & super ætate.



IVLIVS,&c.Dilecto filio Ioachimo Geloy , de nobili genere procreato ex vtroq; parente,salutẽ. Nobilitas generis,vitæ

ris,vitæ ac morũ honestas, aliaq́; , &c.nos inducunt, vt te specialibus fauoribus, & gratiis prosequamur. Hinc est, ꝙ nos (te qui,vt asseris,de nobili genere ex vtroque parente procreatus,& quintodecimo,seu circa tuæ ętatis anno cōstitutus,ac in vniuersitate Paris.actu studens existis, necnō parrochialē ecclesiā sancti N.diœces. N. ex concessione Apostolica in cōmendam obtines) præmissorũ meritorũ tuorũ intuitu gratioso fauore prosequi volentes: Téque,&c.necnon omnia, &c.tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecũ (vt ex nunc dictā ecclesiam, aut illa per te dimissa vnũ, & cũ ad vigesimum dictæ tuæ ætatis annum perueneris cum eo aliud, & sine illis quæcunque duo alia curata, seu aliàs inuicem incōpatibilia secularia, aut cum eorũ altero,seu sine illis vnũ cum cura, vel sine cura sancti Augustini, Clu. Grandimon. aut cuiusuis alterius ordinis regulare,beneficia autē ecclesiastica secularia parrochiales ecclesiæ,vel earum perpetuæ vicariæ,aut dignitates, personatus, administrationes,vel officiũ in cathedralibus etiam Metropolitanis, vel collegiatis: Et dignitates ipsæ in cathedralibus etiā Metropolitanis post pontificales maiores, vel collegiatis ecclesiis huiusmodi principales,etiā si sub eodē tecto sint. Regularia verò beneficia huiusmodi prioratus,prępositura,prępositatus,dignitas etiā conuentualis, personatus, administratio, vel officium,seu si talia mistim fuerint.Et ad prioratũ,præpositatũ,dignitates, personatus,administrationes,vel officia huiusmodi cōsueuerint per electionē assumi, eisq́; cura immineat animarũ, si tibi aliàs canonicè conferantur, aut eligaris, aut præsenteris, vel aliàs assumaris ad illas, & instituaris in eis liberè recipere, & in simul ad secularia videlicet in titulum, regulare verò,prioratus,prępositura,præpositatus,vel alia dignitas,etiā si conuentualis seu officiũ fuerit, beneficia huiusmodi in commendam,quò ad vixeris retinere,illáque simul vel successiuè simpliciter,vel ex caussa permutationis,quoties tibi placuerit dimittere,& eidē cōmendæ cedere:Et loco dimissi, vel dimissorum aliud vel alia,simile, vel dissimile, similia, aut dissimilia,beneficiũ seu beneficia, ecclesiasticum, seu ecclesiastica duo duntaxat curata, aut aliàs inuicem incōpatibilia secularia,aut cum eorũ altero,seu sine illis vnum cum cura, vel sine cura, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacens. Grandimon.aut cuiusuis alterius ordinis regulare, beneficia ecclesiastica similiter recipere,& in simul secularia videlicet in titulum,regulare verò in cōmendam huiusmodi etiā quò ad vixeris, vt præfertur retinere,necnō debitis & consuetis ipsius regularis beneficij supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, reditibus, & prouentibus, sicuti illam in titulum pro tēpore obtinens,de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debueruut. Alienatione tamē quorũcunque bonorũ immobilium & pretiosorũ mobiliũ eiusdem regularis beneficij tibi pœnitus interdicta, disponere & ordinare liberè & licitè valeas defectu prædicto, quem ex nunc in illius quintodecimo,vel circa dictæ tuæ ætatis anno pateris, & in vicesimo patieris(vt præfertur) ac Lateranen.& generalis conciliorum, & quibusuis aliis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus ecclesiarum, in quibus incōpatibilia secularia,necnon monasterij, vel alterius regularis loci, in quo regulare beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu à quo ipsum regulare beneficium dependere contigerit,& ordinis cuius illud extiterit iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; & indultis Apostolicis dictis Cluniacens.& Grandimon.ordinibus per sedem Apostolicam concessis, confirmatis & innouatis,quibus inter alia caueri dicitur expresè,quòd ipsorum Cluniacen.& Grandimo.ordinum beneficia nullis nisi sanctæ Roma.ecclesiæ Cardinalibus, aut ipsos ordines expresè professis, & de expresis consensibus Abbatum Clunia. & Grandimon. Illorúmque cōuentuum respectiuè monasteriorum Matisconens.& Lemouicen.diœce.commendari posint, & si beneficia Grandimon.ordinis huiusmodi

modi aliis, quàm prædictis commendata essent, tenerentur intra certum tunc expressum terminum habitum ipsius ordinis assumere, & professionem per monachos illius ordinis emitti solitam emittere regularem: alioqui per Abbatem eiusdem monasterij Grandimon. & diffinitores capituli generalis eiusdẽ ordinis pro tempore existen. ab illis amoueri possent, & aliàs de illis etiam per sedem Apostolicam pro tempore factæ commendæ nullius sint roboris vel momenti, cæterísque contrariis nequaquam obstan. autoritate Apostolica tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus, ac constitutionibus necnon priuilegiis & indultis Apostolicis Cluniacen. & Grandimon. ordinibus huiusmodi cõcessis, quibus etiã si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorúmque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenores huiusmodi eisdem præsentibus pro expressis sufficienter habentes illis, aliás in suo robore permansuris, prouiso quòd obtenta ecclesia N. & alia incompatibilia secularia, ac regulare beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in dicta ecclesia N. ac si qua illis immineat, aliis incompatibilibus secularibus & regularibus beneficiis prædictis nullatenus negligatur, Sed ipsius regularis beneficij congruè supportentur onera antedicta: in quorum, &c. Datum, &c.

Bullæ dispensationis super defectu ætatis, & ad plura beneficia cum suis clausulis declaratio.

1 IVlius, &c. *Dilecto filio Ioachimo Geloy de nobili genere procreato ex vtroque parente salutem.* Superiùs in bulla nouæ prouisionis multa scripsi, quæ hîc non repetentur: sed tantùm ea quæ fuerunt ibi omissa nunc supplebuntur.

Nobilitas generis inducit ad dispensandũ.

2 *Nobilitas generis, ac vitæ & morum honestas, &c.* Ista Papam inducunt ad dispensandum cum aliquo: nempe licèt gl. in extrauag. Execrabilis, Io. 22. dicat nobilitatem generis cõparari nobilitati stercoris: tamẽ in plerisque videmus his nobilibus deferri, maximè circa dispensationes, vt in cap. de multa, de præben.

3 Et quamuis ille textus loquatur de sublimibus, & sic de magnis nobilibus & excelsis personis: vt docet Car. in d. c. de multa, & scripsi in §. 1. de nominat. Reg. tamen communis vsus intelligit passim de nobilibus, vt cum illis ad duo beneficia posit dispensari: & hoc iure vtimur.

4 Siue nobilis sit ex vtroque parente, c. venerabilis, de præb. siue ex patre tãtùm, cùm nobilis dicatur, l. partũ, vbi gl. C. de rei ven. §. 1. de inge. in inst. Tamen nobilitas vtriusque magis inducit ad dispensandum, cùm duplex funiculus fortior vno sit. ca. vno, de treug. authen. Itaque C. communia de successión. Et multa conceduntur his priuilegia, maximè quo ad tempus studij: vt est in §. cùm verò, de coll. in concor. vbi scripsi: vnde solet hodie Papa cum his nobilibus ad duo dispensare: vide quæ scribit Bonus de Curtili in tracta. suo nobilitat. & do. And. Tiraquel. in eo. tract. vbi multa super hac nobilitatis materia more suo congessit.

Clausula, favoribus specialibus prosequamur, respicit ad dispẽsationes.

Vt te specialibus fauoribus & gratiis prosequamur. Hæc clausula est solita apponi in dispensationibus, & gratioso fauore prosequi, quod est infrà & non in beneficiorum impetrationibus: nam gratiã impartitur Papa, & fauorẽ illi, cũ quo dispensare dignatur: vt dicit text. in c. fi. de schisma. & Fel. in c. at si clerici, §. fi. col. antepenul. de iudic. Ideo dicitur eũ fauore prosequi, potiùs quàm iure, vel benigno affectu prosequi in ca. venerabilis, de præb. hinc est ꝙ nos te volentes prosequi fauore gratioso intuitu meritorũ tuorũ, Te inquam, qui (vt asseris) de nobili genere procreatus existis, & in quintodecimo, seu circa tuæ ætatis anno es constitutus. Sic debet hæc clausula ordinari, & intelligi, cùm verba aliàs confusa videantur. [Notandum est, ꝙ quando Papa dispensat cũ aliquo, vel in literis expectatiuis scribit, ꝙ talis natus est de genere comitũ, vel regum, debet intelligi ex linea paterna, nõ materna, quia strictè debet intelligi in hac dispensationis materia c. 1. de filiis presbytero. in 6. & dictio, de, significat causam proximam, vt docet Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. & Bal. in l. ex arrali. C. de actio. empt. Iacob. hoc expressè affirmat. in l. 1. ff. de proba. sed contrariũ tenui in l. tigni. ff. de verb. sig. & respondi iuribus adductis in contrarium.]

De dispensatione ratione ætatis.

Cum infante dispensatur.

1 SCiendum est circa minorẽ multipliciter dispensari. Primò minor ante septem annos tonsuram accipere nõ potest, & sic nec beneficia habere, ca. fi. de temp. ordinan. in 6. ca. cùm adeò, de rescrip. & sic opus est dispensatione: & in hoc valde laxandæ sunt iuris habenæ: nam hoc est cõtra ius diuinum, & quodammodo contra ius naturale, vt qui loqui nescit, alios doceat, & regat, c. indecorũ, de ætate & qualitate, & scribitur Eccles. 10. c. *Væ tibi terra, cuius Rex est puer.* dicitur etiam dispẽsanti væ qui cũ istis dispẽsas, & qui datus est in ruinã, & in destructionẽ multorum. vide Paris. consi. 97. satis, in 4. vol.

2 Item

Ad canonicatus dispẽsatur cũ minore.

2 Item minor ante decem annos est inhabilis, vt sit canonicus in ecclesiis collegiatis, & in cathedralibus, vel Metropolitanis ante quatuordecim annos: vt in regul. Cancel. 17. & doct. in c. Super inordinata, per illum textum, de præben. quamobrem his casibus requiritur Papæ dispensatio.

Minor sine dispẽsatione prioratus cõuentuales habere nõ potest, nec dignitates.

3 Prioratus verò conuentuales, si cura regatur per priorem, minor 25. annorum obtinere non potest: si verò cura per alium administretur, tunc sufficiẽt 20. anni completi, Clementina ne in agro, §. cæterùm, de statu monach. Ideo si quis anteã velit obtinere prædicta semper necessaria erit dispensatio.

4 Diguitates verò, aut beneficia curata ante annũ 25. minor obtinere non potest sine dispensatione, c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. & in qua ætate possit minor obtinere beneficia, dignitates, & quælibet officia scripsi in tracta. de pacific. possessor. in 4. limita.

Ad plura beneficia cũ minore dispẽsatur.

5 Item & quod grauius est, dispensatur interdum cum minore ad plura beneficia, licèt sit duplex incompatibilitas, ætatis videlicet, & beneficiorum. ca. quia intantum, de præb. c. super eo. de rescript. in 6. superiùs scripsi in dispensatione super pluralitate, & inferiùs adhuc prosequar.

Minori dispensato potest ordinarius cõferre.

6 Et post dispensationem à minore obtentam poterit Episcopus Abbas, seu aliàs etiã inferior huic sic ad plura dispensato conferre: nam est habilis factus à Papa, qui & ius condidit, & est supra ius. c. proposuit. de concess. præb. maiorem enim retinuit sibi potestatem, quàm iuri dederit. ca. dudum. de præb. in 6. consuluit. Anchar. consil. 404. tria dubia, & superiùs dixi cùm de effectu dispensationis loqueremur.

Ad regulare beneficiũ cũ minore aliquãdo dispẽsatur.

7 Quandoque dispensatur cum minore seculari ad regulare beneficium obtinendum, vel econtra: quia de iure secularis non potest obtinere regulare, nec seculare regularis. cap. caussam. & ca. officij, de elect. ca. nullus, illo titu. in 6. cap. 1. & per totum. de capel. monach.

Ordines vt ante tempus minor sumere possit dispensatur.

8 Interdum dispensatur etiam cùm minore, vt maturiùs quàm de iure liceat, ordines recipere possit, nempe de iure in 18. anno subdiaconatum, in vigesimo diaconatum, in vigesimoquinto suæ ætatis anno presbyteratũ suscipere permittit. cle. fin. de ætate & qualit. quo si citiùs velit assequi, nõ nisi cum dispensatione licebit.

9 Aliquando iungũtur simul omnes istæ dispensationes, & eodem tenore conceduntur: & tunc plenè cùm minore dispensatur, vt inferiùs patebit abundantiùs.

Ad curatũ dispensatur cum minore in 23. anno.

10 Aduertendùm est, quòd per regul. cancel. Innocentij, quæ est cùm super defectu ætatis cõceditur dispensatio, de duobus solum annis dari potest, & sic in 23. anno poterit dispensari, vt minor curatũ obtinere possit: & hodie illa regula seruatur in legationibus: sed coram Papa si constitutus in 18. anno impetret beneficium exprimendo ætatem: & Papa respondeat in signatura, fiat, & cum derogatione regulæ: tunc dispensatus censetur dispensatus etiam si sit minor 15. annis, & hoc ratione derogationis regulæ.

11 Planè si quis in supplicatione dicat se esse in anno 23. constitutum, & antequàm expediat bullas sit ætatis 25. annorum, potest omitti defectus ætatis in bulla postquàm est legitimæ ætatis: sed antequã ei bulla expediatur, solet enim notificari, & ab eo requiri, an velit eam sic expediri, & quòd non petet imposterum bullæ correctionem, nec ei corrigetur: sed si posteà de defectu ætatis apparet, erit imputandum sibi, cùm hanc correctionem petet.

Defectus ætatis expressus in signatura in bulla omitti potest.

12 Et si fuerint huiusmodi bullæ sic expeditæ sine mentione ætatis, pars aduersa non poterit opponere ex eo malè expeditas, & non secundum supplicationem, quia non sunt expeditæ cõtra supplicationem: ideo nõ sunt falsæ bullæ: nam hoc erat introductum in fauorem impetrantis, vt ætatem exprimere posset, cui fauori pars, cùm sit legitimæ ætatis, renũciare potest. c. si diligenti. de for. cõpet.

Bulla falsa si cõtra signaturã expedita fuerit.

13 Veruntamen licebit parti probare impetrantẽ non esse legitimæ ætatis, & sic bullam esse subrepticiam, per c. si eo tempore. de rescript. in 6.

14 Idem dixi de eo qui in signatura dicebat se pati defectum natalium cum soluto & soluta, demum pater contraxerit matrimonium cum illa, filius in bulla poterit omittere defectum natalium, cùm nullum hodie patiatur, eò quòd tanta est vis matrimonij, vt legitimare possit etiam iam natos. ca. tanta. qui filij sint legit.

Defectus nataliũ in signatura expressus quando in bulla omitti possit.

Vt asseris. Credit isti impetranti Papa: si tamẽ dubitetur de eo quod asserit ipse impetrãs, hoc probare debet: nisi pars aduersa diceret eũ alterius ętatis esse: tũc enim teneretur allegans probare. per l. actor. C. de prob. Secus si dicatur, vt asseritur, vel vt accepimus: nam impetrans hoc casu probare non tenebitur, sed opponens, authen. si quando. C. de constit. pecu. Rota decis. 74. nota quòd vbi, & decis. 727. [sub titu. de rescript. decis. 60.] nota quòd si ponatur, in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 77.] Cassador. decis. vlti. de iure patronat. [Et obreptionem dispensationis quis debeat probare, vide per Calder. cons. 4. de probatio. & cons. 8. de rescriptis.]

Probare impetrans an debeat.

Et vix in forensi iudicio reciperetur hæc differentia: quia partis est probare, si allegat non verum esse, quod est in bulla expressa. vide suprà quæ scripsi in bulla nouæ prouisio. & ista verba sic adinuicem distingui posse videntur, vt si impetrans est supplicans, dicatur in literis, vt asseris, ca. 1. & 3. de offic. dele. Si duo supplicant, vt asseritur, vel vt asserunt c. adhæc. de rescri. Si verò alius pro alio supplicat, dicitur vt accepimus, aut quando Papa facit hoc motu proprio. c. cum clerici. & seq. de pact. c. ex literis, de pignor. Hiero. Paul. in sua praxi. curiæ Roma. in notab. super vacan. non reserua. vers. item nota quòd vt asserit, scripsi in forma manda. in glo. omnia & singula in fiñ.

Vt asseris vel vt asseritur seu vt accepimus, differunt.

1 Seu circa. Quid denotet ista dictio, certè multi multa super hoc dixerunt. Ego putarem pro materia hanc dictionem accipiendam, vt abundè scripsit in l. cæterorum. ff. de verb. signif. glo. tamen in c. attestationes de despons. impu. pro qua facit text. in l. non tantùm. ff. de excus. tut. declarat istã dictionẽ vltra sex menses non protendi, sicut dictio prope.

Circa quid denotet.

2 Tamen

2 Tamen relinquitur arbitrio iudicis. gl.in c.1.in fi.de offic.ordinar. in 6.sicut dicitur de paucis diebus in c.statuimus.§.super.de rescript.ibidem.

3 Sed iudex non debet extendere vltra sex menses: vnde si angens annum decimumseptimum, & duos menses impetret beneficium, & dicat se cõstitutum in decimooctauo suæ ætatis anno, seu circa, non valebit impetratio: quia circa, denotat modicum tempus, paulòplus, vel paulòminus, sed non vltra sex menses vt docet Alex.cons.88.quoniam.num.15.in 5.volum.

4 Ideo potest intelligi seu circa, videlicet de duobus, tribus, quatuor quinquéve, aut ad summũ de sex mensibus, per prædicta, facit l.hæc adiectio. ff.de verb.signif.

Tempus studij non valet, in quo est studiũ 5. annorũ, vel circa.

5 Vnde hæc dictio Circa, annullat actum, quando tempus debet esse completum: vtpote nominatus debet annis quinque completis studuisse ante nominationem, si dicat se studuisse quinque annis, seu circa, non valebit talis attestatio studij, quia incerta: vt scripsi in tract.nomina.q.11.in fi.nam dictio circa, tempus incertũ denotat vt docet Guido Papæ decis.Delphi.q.290.libello, ac Alex.cons.29. num.12.in 7.vol & cons.82.in fi.ibid.

Præscriptio non probatur per tẽpus decem annorũ vel circa.

6 Item in tempore ad præscribendum requisito, si quis deponat alterũ possedisse decem annis, seu circa inter præsentes, aut viginti, seu circa inter absentes, nõ est probata præscriptio: vt docet Guido Papæ singul.436.de dictione circa, & vide in cap.vt circa, de elect.lib.6.& in d.c.1.de offic.ordin.in 6.

Fauor studij inducit ad dispensandum.

Ac in vniuersitate Pa-

risien. actu studens existis. Ecce aliud quod inducit Papam ad dispensandum fauore studij: cap.cùm ex eo.de elect.lib.6. quia multa & præclara introducta sunt fauore studij; & centum septuaginta priuilegia cumulaui in tract.de scholasticor.priuileg.ibi licet videre.

Episcopus etiam fauore studij potest cũ scholastico dispensare de non residendo. c.relatum. de cleric.non resid.nec tenetur præfatus scholasticus quicquam soluere pro literis facultatis non residendi: vt ibidẽ scripsi, priuileg.30. quia hoc ei ipso iure priuilegium indulgetur, vt ibidem.

Item de non promouendo per septennium dispensat Episcopus fauore studij: cap.cum ex eo, de elect. in 6.dummodo scholasticus intra annum ad subdiaconatum saltem promoueatur, ne posteà retrocedat, cùm fructus beneficij comederit. vt ibi scribitur: quod limitaui in scholastic.priuileg.36.

Papa etiam dispensat, vt scholasticus non teneatur ad aliquem ex ordinibus sacris promoueri intra certum tempus, vt sibi placet limitandum, sed legatus secundum tenorem suæ potestatis, videlicet ad septennium, dummodo intra duos annos ad subdiaconatum promoueatur, vel aliàs prout est sibi commissum & à Papa concessum.

Quatuor quæ asserit impetrans probare tenetur.

Necnon parrochialem.

Quatuor hîc impetrans asserit. primò se de nobili genere procreatum: hoc probandum ei incumbit, secundum Barto. & alios in l.1.C.de prob. Asserit quoque se minorem. & in rub.C.si minor se maiorem dixerit, fit contrarium, quia minor ibi dicit se maiorem, vt alius contrahat secum: hoc quoque probandum est, vt per Bart.& alios in l.de ætate. ff.de minor. & in l.de tutela. C.de in integ.restit. scripsi in tract.de restitutio.artic.1.glo.3.in 2.tomo commenta. in constitut. regiis. Tertiò asserit se actu studentem: quod etiam est probandum, scilicet per matriculam, per attestationes, literas temporis studij, vel per testes.§.teneatur de colla. Concorda.glo.& doct.in prooe.6.libri.necnon & ecclesiam commendatam sibi ab Apostolica sede asserit, quod literis Apostolicis probari conuenit.

Mereri dicitur q non demeretur.

Meritorum tuorũ.

Etiam si nõ aliàs mereatur, dummodo non sit indignus, sufficit: nam hæc clausula, si dignus sit, intelligitur, & sufficit dum non est indignus. l.cùm quidam. de leg.2. cle. 1.de offic.deleg.dixi superius in signatura gratiæ.

Dispensatio ad petitionem nõ motu proprio conceditur.

Tuis in hac parte sup-

plicationibus inclinati. Et sic dispensationes ad partium petitiones debent concedi, non autem motu proprio: quia laxari ius non debet, nec solui, nisi parte postulante: nec dandum est hoc iudicium, nisi postulatum fuerit. l.4.§.hoc autem iudicium. ff.de damno infecto. & inuito non solet conferri beneficium, per reg.inuito.ff.de reg.iuris. ideo petendæ sunt dispensationes: & ex caussa concedendæ, non aliàs.

Extunc, & exnũc quid significent.

Tecum vt ex nũc, &c.

videlicet dispensamus tecum, vt ex nunc, id est, in decimoquinto tuæ ætatis anno possis obtinere parrochialem ecclesiam tibi commendatam: ex nunc, id est tẽpore huius gratiæ tibi factæ, significat enim tempus præsens l.Gallus.§.nunc de lege. ff.de lib. & posthu.vbi doct.sed Iurisconsul. vtuntur dictione nunc, tunc in l.lecta.ff.si cert.pet.vt fusiùs dico in tit.de verb.signif. [l.mulieris.§.desinere.]

Secundò si eam dimiseris, quod *ex tunc*, etiam aliud beneficium obtinere possis loco dimissi, id est loco huius parrochialis ecclesiæ demissæ: quia Papa non vult istum impetrantem esse absque beneficio aliquo, & intellige vnum scilicet simile, vel dissimile: vt inferiùs exprimit.

Peruenire ad annum quis dicitur quãdo illum attigit.

Tertiò cùm perueneris ad vigesimũ annũ, &c. vt cum isto aliud recipere possis, peruenire quis dicitur ad annum, quem attigit, cap.cùm in cunctis.§.inferiora.de elect.scripsi in l.peruenisse. ff.de verbor.signific.

Annus ætatis declaratur.

Quartò dicit tuæ ætatis annum vigesimum, ad excludendum annum vigesimum currentẽ, in quo videretur forsan completa dispensatio, nempe si minor in anno currente 1518.impetraret dispensationem post biennium ad vigesimum annum perueniet currentem, sed non ad vigesimum annum suæ ætatis: ideo declaratur, vt cùm perueneris ad annum vigesimum suæ ætatis, & non anni currentis, Clementina fin.de ætate.

Quintò vult, vt cùm iste peruenerit ad vigesimum annũ, possit cũ illo beneficio aliud habere: & sic

& sic dispensatur secum ad duo, quando erit ætatis viginti annorum, non anteà: & si anteà acceperit secundum, vacabit primum, per c. de multa. de præben. nam cùm anteà non sit dispensatus, vti debet iure communi.

Sextò ꝙ sine illis, id est si illa duo tempore viginti annorum nō habeat, ꝙ possit recipere & retinere quæcūque duo alia curata, seu aliàs inuicem incompatibilia, secularia: ideo dicit incompatibilia, nam in aliis compatibilibus quid opus est dispensatione? cùm de iure teneri possunt. cap. 1. de consuetud. lib. 6.

Minor dispēsatus ad curatū tenetur in secūda dispē sationē ad duo de prima exprimere.

Addendum est, quòd si cùm minore fuerit dispensatum, vt beneficium curatū nō obstante ætatis defectu recipere, ac retinere possit: si posteà detur dispensatio ad duo curata, debet narrari prima dispensatio dispositiuè, non conditionaliter, videlicet per forsan, &c. & posteà peti debet secum dispensari, vt quæcūque alia duo, &c. alioqui secunda dispensatio non valebit: vt not. in cap. 2. de filiis presbyt. in 6.

Incōpatibilia multis modis dicūtur, primò per assecutionem.

1 Incompatibilia. Sciendum est incōpatibilia variis modis dici. primò quando per assecutionem vnius alterū vacat, vt sunt dignitates. ca. quia nonnulli. de cleric. non residen. idem in personatibus & officiis. c. de multa. de præbē. & vnum abbatem duobus monasteriis præsidere interdicimus: dicit text. in c. vnum. 21. q. 1. & c. fi. 20. q. vlti.

Parrochiales ecclesiæ incompatibiles.

2 Item parrochiales ecclesiæ, & curata beneficia, sic incompatibilia dicuntur. c. quia intantum. de præb. c. gratia. de rescript. in 6. clem. gratiæ. illo tit.

Vicariæ perpetuæ duæ obtineri nō possunt.

3 Adhæc vicariæ perpetuæ non se inuicem compatiuntur, vt vnus duas habeat, clement. vna. de offic. vicar.

Simplicia sub eodē tecto incompatibilia.

4 Prætereà duo simplicia sub eodē tecto conformia dicuntur incompatibilia. c. literas, de concess. præben. glo. & docto. in d. clem. gratiæ, secus si sint difformia, ideo potest quis in eadē ecclesia canonicatum simul & dignitatem obtinere. c. 1. de consuet. lib. 6. Barba. in d. clem. gratiæ. col. 13. de rescrip. & non solet dispensare Papa ad duo curata sub eodem tecto, nec ad duas dignitates, vel canonicatus: vt statuit Alex. 6. de signa. gratiæ.

5 Insuper si beneficium simplex requirat continuam residētiam ex statuto, vel fundatione ecclesiæ, dicitur cum alio incompatibile: quia non potest aliquis in vtroque residire, nec per se seruire. cap. non potest. de præbendis. in 6. glo. & doct. in d. clemen. gratiæ. Innocen. & alij in c. fi. de cleric. non resident. vt sunt præbendæ Theologales: de quibus scripsi in §. 1. de collat. in Concord. alioqui duo simplicia sine dispensatione obtineri possunt: & residentia à iure debita tollitur per contrariam consuetudinem, de qua scripsi. in §. 1. in glo. residentiæ. de colla. in Concord.

Capellaniæ quādo sint incompatibiles.

6 Etiam incompatibilis dicitur capellania, necnō aliud simplex beneficium: si statuto cautum sit, vt illam, vel illud habens aliud obtinere non possit: vt cautum est de locis Collegialibus Magalonæ. glos. & doct. in d. c. gratia. & Barba. in d. clem. gratiæ, in verb. beneficium. Card. cons. 3. in fi.

Regulare seculari incompatibile & econtrario.

7 Incompatibile quoque est regulare viro seculari, & econtrario. ca. nullus. de electionib. in 6. cap. cùm singula. de præbendis. ibidem. Staphil. in tract. de literis gratiæ, titu. & qualit. & statu. benefi. fol. 7. vbi dicit secundo modo illa incompatibilia dici quę licitè, & absque peccato sine dispensatione teneri non possunt: & hoc modo plura dicuntur incompatibilia, si alterum per se sufficiat. ca. 1. in 44. distinct. vbi dicitur, O sacerdos de altari viuere, non verò luxuriari permittitur, ca. cum secūdum, de præbendis. & dicit Innoc. & Panorm. in ca. cùm iamdudum, illo titul. peccare eum qui plura tenet beneficia, etiam simplicia, si vnum per se sufficiat ad vitam, sed deuoratores beneficiorum, sicut lucifer, nunquàm satiantur: nec vnum beneficiū mille millium librarum eis esset sufficiens & voluissent ipsi sine fine viuere, vt possent sine fine pauperū cibos deglutire. c. voluissent. de pœnit. dist. 1.

Quodlibet beneficium ad vitā est incōpatibile cū alio.

8 De ista tamen incompatibilitate non loquitur hic Papa, dum dicit curata, seu aliàs inuicē incōpatibilia. Inuicē incōpatibilia sunt dignitates, personatus, & alia quæ dixi suprà, siue quis duas possideat dignitates, siue dignitatem cum curato, vel aliàs mistim: & sic intelligenda est hæc clausula. potest tamen quis habere canonicatum & curatum, quia non sunt inuicem incompatibilia. glo. & doct. in d. ca. gratia. Nicol. Milius in verb. beneficium. q. 51.

Rectoria & vicaria sunt incompatibilia.

9 Item incompatibilia sunt rectoria & vicaria, ideo penes vnum esse non possunt, sicut proprietas & vsusfructus. l. vti frui. ff. si vsusfruct. petat. Aegid. Bellamera decis. 172. monasterium.

Incōpatibilis hæreticus cum orthodoxo.

10 Insuper alia quidam appellant incompatibilia, vt ratione clamoris & murmuris, vt duæ mulieres in vna domo. Alia ratione inimicitiæ & odij vt hæreticus cum orthodoxo, Iudæus cum Christiano. ca. quanto, & seq. de diuort. Alia sunt incōpatibilia timore criminis committendi, vt iuuenis luxuriosus cum pulchra puella. l. si verò. §. si adolescens. ff. manda. l. non aliter. de vsu & habita. l. si qui adulterij. C. ad legem Iul. de adulter. Bald. in l. neque. C. de prob. glo. in c. absit. 11. q. 3.

Omnia beneficia cōpatibilia præsumuntur.

11 Alia sunt incompatibilia ratione malignitatis, vt duo tyranni saturnales: verùm quia parum hæc ad rem faciunt, missa faciamus. Si quis alia alleget esse beneficia incompatibilia, hoc probare debet: regulariter omnia præsumuntur compatibilia pro qualitate personæ: vt consuluit Cardina. cons. 3. circa. vide Panor. & alios in cap. dudum. 2. de elect. & in ca. cùm iamdudum, de præb. quia fundata sunt, vt viri idonei ea obtineant: vt superiùs in 1. parte scripsi.

12 Septimò vult Papa, ꝙ si vnum seculare quis dimittat, vel vtrunque possit regulare aliud cum cura, vel sine cura obtinere: & sic prodest hæc dispensatio, vt hic secularis censeatur ad regularia dispensatus, & ad curata & non curata, & regularia sancti Augustini, aut alterius ordinis, &c.

Super duabus parrochialibus quando dispensetur.

13 Beneficia autem ecclesiastica secularia, &c. Nunc declaratur super quibus beneficiis secularibus ecclesiasticis dispensetur.

Primò super duabus parrochialibus: disputaui in forma mand. in verb. cũ cura, in Cócor. an sub nomine curati beneficij veniat parrochialis, & conclusi non venire per gl. in cle. vna. de offi. vica. ideo hic exprimitur. [Sed si quis fuerit dispensatus ad parrochialem, an possit obtinere parrochialem, cui erat annexa altera parrochialis. vide per text. & ibi doct. in cle. vlti. de præb.]

14 Nec solet hodie facile dispẽsari ad parrochiales duas ecclesias, nisi sint contiguæ, vel modici valoris, & pro graduatis, aut nobilibus: vt est in regul. cancel. 52. glo. & doct. in ca. dudum. 2. de elect. & bonum esset quòd cum vno dispensaretur, vt in eodem episcopatu haberet illa duo, & non in diuersis, vt melius illis seruire possit, & ne vagationis materia detur.

Vicaria tẽporalis & perpetua.

Vel earũ perpetuæ vicariæ.

Etiam perpetuæ vicariæ inuicem incompatibiles existunt: quia curæ exercitium est penes talem vicarium, vnde per adeptionem secũdæ vacat prima, vel dignitas, aut aliud incompatibile beneficium. c. fi. de offic. vica. Cle. vna. illo titul. & sic nõ habebit locum in vicaria temporali, cùm iste text. exprimat perpetuam, quia hæc temporalis in titulum non datur: & qui seruit alieno nomine, curam non habet, secus in vicario perpetuo glo. in extrauag. Execrabilis, Io. 22. in verb. tẽporales vicarios. c. peruenit. de appel. c. cùm ex eo, de elect. in 6.

Vicaria pptua duplex.

Verùm non est prætermittendũ, duplicem esse vicariam, hãc quam diximus perpetuã: vna quippe est, quæ curam obtinet animarum actu. dicta clem. vna. de offi. vicar. & de hac intelligẽdus hic locus, quæ solet in rescripto Papæ vocari ppetua vicaria.

Altera est vicaria perpetua, quã videmus in ecclesia Cathedrali, vel Metropolitana, vel collegiata, & illa semper in literis Papæ ex stylo Curię Roma. vocari solet simpliciter vicaria talis ecclesiæ Paris. vel cathedralis, aut collegiatæ quæ nõ est incõpatibilis cũ cura, dignitate, vel alio beneficio suprà nominato, nisi specialiter ex fundatione vel statuto cõtinua requireretur residẽtia: vt dictũ fuit.

Episcopus ad dignitates & personatus dispensat.

Aut dignitates, personatus, administrationes, vel officia, &c.

Ista sunt incõpatibilia, vt superiùs dictũ fuit: in quibus potest episcopus dispẽsare cũ his, qui cõpleuerint annũ vigesimũ, si canonicũ aliud non obsistat, vt dignitatem, vel personatũ nõ curatos vnũ tantum habere possint. ca. vno. de ætate. lib. 6. quod nõ vidi seruari. Tamen per hæc verba dignitates, non censetur dispensatus ad dignitatem curatam, cùm hic non exprimatur. cle. ne in agro. §. cæterùm, de statu Monach. ideo necessarium est addere bullæ, dignitates etiam curatas, aliàs non comprehendentur, per ca. cùm illis. de præb. & nisi in dispẽsatione diceretur ad dignitates, non censetur ad eas dispensatus, etiã si exprimeretur ad omnia beneficia. vt docet Spec. in eo. titu, §. postremo. vers. quid si dispensatum: & hoc ratione odij vt dictum fuit superius.

Facilior dispensatio in ruralibus quàm in beneficiis ciuitatum.

Si tamen esset decanatus ruralis, sufficit exprimere decanatum, licet non exprimatur, qui ruralis est, quia Papa faciliùs concedit ruralia beneficia, quàm ciuitatis. §. statuimus. 2. de colla. in Concord. doct. in clem. & si principalis. de rescript. non nocebit tamen hoc exprimere.

Dispẽsatus ad dignitates non poterit eas obtinere in ecclesia cathedrali.

In cathedralibus, &c.

Ideo exprimit, quia dispensatus ad dignitates non censetur dispẽsatus, vt eas obtinere possit, vel Canonicatus in ecclesia Cathedrali. cap. quamuis. de præb. in 6. Fel. in ca. postulasti. in secunda conclu. de rescrip. propter præeminentiã & honorẽ illius ecclesię: quod limitat Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de filiis presbyt. in princ. quãdo dispẽsatio generalis esset ad quæcũque: & illũ sequitur Domi. in c. 1. illo tit. & Oldra. cons. 215. & Ias. cons. 104. &c. circa.

Contrarium tamen verius est, per text. in d. cap. quãuis, ibi: sub hac generalitate hoc casu nolumus includi. etiã quia hoc repugnat stylo curiæ Roma. qui semper exprimit Cathedrales, cũ eas vult includi: nam ea quæ notabilia sunt, nisi exprimãtur, videntur neglecta. l. iniuriarum. §. prætor. ff. de iniur. de Rota. decis. 45. [sub titu. de filiis presbyt. decis. 1.] & 508. in antiq.

Nec si quidẽ hoc casu credendũ est Io. And. qui in propria dispensatione hoc tenuit: vt ipse asserit: & Ias. similis cõditionis facilè illi sentẽtiæ acquieuit: in quorũ sententiã descenderem, quãdo nominationes, vel mãdata essent directa episcopo, & capitulo, vel decano & capitulo: tunc enim comprehenderẽtur dignitates ecclesiæ cathedralis, alioqui nihil prodessent nominationes, vel mãdata: vt docent do. de Rota, decis. 112. [sub tit. de cõcess. præb. decis. 35.] & 213. in antiq. [sub tit. de cõces. præb. decis. 6.] vel nisi resultaret inanis prouisio. Imol. in c. fin. col. 2. de præb. sed dispẽsatio ad omnia & quæcũque beneficia, nõ cõprehendit dignitates, si non sunt expressæ in dispensatione quod est notãdum.

In signatura dignitatis etiã curale est exprimendũ.

Addendum est, ꝙ si quis dispensatus sit ad duo beneficia curata, vel aliàs inuicem incompatibilia, vel vt cum dicta parrochiali ecclesia vnum, & sine illa quæcunque duo, &c. tamen in corpore signaturæ, & in petitione partis nulla fiat mentio de dignitatibus, & personatibus, An in bulla debeat, aut possit exprimi clausul. etiam si dignitates? Respõd. non: quia regulariter plus non concedit Papa, quã pars requisierit, & pars non petiit, ideo non dabitur: sed huiusmodi dispẽsatio in bulla erit simplex ad curata, nulla facta mentione dignitatis: vnde cautus esse debet impetrans, vt in supplicatione petat secum dispẽsari ad dignitates, etiam curatas, etiam in cathedralibus, & Metropolitanis: vt videmus hîc expressum: & docet Aegid. decis. vlt. nam partis esse debet, vt multa petat, Papæ verò officiũ, vt concedat, quæ iure & iustè præstari debent.

Duæ prębendæ simul in diuersis ecclesiis simul teneri possunt.

Insuper nullus circa Papã potest dispensare super pluralitate præbendarum, siue in vna ecclesia, siue in pluribus. c. sanctorũ, vbi Dominic. 70. dist. qui allegat Innoc. in c. fi. de cleric. non residen.

Quod est verum, si ex statuto, vel consuetudine continuam exigerent residentiam, alioqui teneri possunt absque dispẽsatione in diuersis ecclesiis: vt firmat Innoc. & alij in c. super inordinata, de præb.

& ista

& ista opinio de cõsuetudine inualuit, dummodò quis habendo plures canonicatus & præbendas, nõ propriam attendat voluntatẽ, sed Dei, & non proprium honorẽ, sed onus: hic proculdubio sine dispensatione plures accipiet præbendas. argu. ca. in scripturis, & ca. qui episcopatum. 8. q. 1. Innoc. in c. cùm iamdudum, col. 2. de præb. & cùm istam consuetudinem Papa sciat & toleret, videtur excusare: vt scribit Specu. in titul. de dispensa. §. dicendum, vers. simplex beneficium.

Episcopus circa difformia in eadẽ ecclesia dispensat.

Et quamuis Episcopus de iure non possit dispensare, nec quidem ad duos canonicatus, vt quis possit eos retinere simul in eadem ecclesia, tamen circa difformia poterit, nempe vt quis habeat dignitatem cum canonicatu & præbenda: vt docet Io. And. in ca. literas. de conces. præb. Panor. in cap. cùm iam dudum. de præbend. doct. in cap. cùm in ecclesia, illo tit. in 6. vbi Perus. & in c. si is cui, ibidem, sed hodie de cõsuetudine solus Papa dispensationes istas indulget, ex ignorantia videlicet Episcoporum, qui sua priuilegia dispensandi neglexerunt, quicquid dicat Staphil. in tract. de liter. gratiæ, in secunda forma expect.

Duplices distributiones quando quis habere debeat.

Et quãdo in vna ecclesia quis dignitatem habet cum præbẽda, non debet obtinere duplices distributiones, quia vnius tantùm seruitium impẽdit, & vicẽ vnius gerit. c. vno. de cleric. non residen. Ant. & Panor. in c. cùm olim. de re iudic. verùm de consuetudine duplicem accipit portionem in hoc regno Franciæ, quia duorum vice fungitur. argu. l. si consul. ff de adopt. ca. ex literis, de proba. alioqui nihil prodesset ei habere duo beneficia.

Cura per verba generalia nõ cõtinetur.

Etiam si curã habeant

animarum. Nisi cura exprimatur non intelligitur c. cùm in illis, de præb. lib. 6. vt dixi: quia maior idoneitas in his requiritur, vt ibi, & c. cùm sit ars artiũ, regimen animarũ. de ætate & qualita. vnde si quis esset dispẽsatus, vt quæcũque duo recipere posset, & retinere, tamen curata recipere, & retinere vix posset, nec in istis sufficeret exprimere, æquipollẽs videlicet ecclesiam baptismalem, vel habentẽ cæmiteriũ, quia possunt hæc esse etiam in ecclesia nõ parrochiali, teste Federic. cons. 135. quidã habẽs, nisi exprimeretur æquipollens necessarium ad curam: vtpote si diceret audire debere cõfessiones, & recipere sacramẽta, ac sepulturã habere: vt docet Card. cons. 30. quidã A. presbyt. Adhuc tamẽ quia deuiaret ab stylo curiæ Romanæ vix bulla reciperetur in forensi iudicio: propriè verò curatum intellige, quãdo curã habet fori pœnitentialis. c. in nouo. 21. dist. c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissio.

Habitu tantùm curatũ est in dispẽsatione exprimendũ.

Et debet fieri mentio, etiã si habitu tantùm esset curatum, vt quia per bellum omnes parrochiani decessissent, & sic non habet parrochianos: vt cõsuluit Cardinal. cons. 48 quidam nobilis, quia poterunt redire: quòd si Papa sciuisset esse curatũ habitu, non dispensasset, vel non tam facilè. ca. postulastis. de rescrip. Feli. in ca. in nostra, eodem.

Veruntamen per assecutionem beneficij curati nequaquam vacabit curatum habitu, quòd exercitium curæ animarum non habet: vt docet Staphil. in tract. de literis gratiæ. titu. de qualit. & statu benefic. vers. dicitur, scribam inferiùs in tract. de non promotis intra annum quando priuati censeantur.

Dispẽsatus ad quotcũque, ad duo dispensatus censetur.

Imò dispensatus ad quæcunque & quotcunque curata censetur tantùm ad duo dispensatus: quia pluralis locutio hoc casu duorum numero contenta debet esse. reg. pluralis. de reg. iur. in 6. ideo si in signatura dicatur de parrochialibus ad vitam, &c. intelligetur de duabus, nisi dicatur, & de tribus parrochialibus ad vitam: vt dici solet, cùm ad tres dispensatur pro graduatis de stylo. Bellamera, in c. dudum. col. penul. de elect.

Clausula de parrochialibus ad vitam.

Et quando conceditur huiusmodi dispẽsatio ad tria, poni solet claus. dũmodo plures quã duæ parrochiales ecclesiæ nõ existãt: nisi ille cũ quo dispẽsatur sit bene qualificatus doctor, aut aliàs fauorabilis: vel hęc remittamus volũtati summi Põtificis.

Officia tria non potest quis obtinere.

Item vbi quis ex necessitate obtinet duo officia incõpatibilia, vt quia alius capax nõ inuenitur, tria tamen nõ poterit obtinere. text. in l. fi. C. de exepto. lib. 12. quem text. not. Aret. in c. ex literis, in fine, de proba. item consuetudo, vel statutum, seu dispensatio Episcopi non potest facere, vt quis tria beneficia habere possit, text. in cap. 1. de consuet. lib. 6. Imol. in cap. literas, de concessio. præb. vide Panor. & alios in ca. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. Feli. in consi. 4. dubitatur, vbi dicit quòd liceat quis duo obtinere possit simplicia beneficia, tamẽ tria sine dispensatione habere non poterit [quod hodie notandum est.]

Simplicia tria beneficia quis obtinere non potest.

1 Post pontificales. Dispẽsatus ad dignitates non videtur ad dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus dispensatus, nec ad dignitates principales in ecclesiis collegiatis cap. fin. de præbend. ideo exprimitur hìc.

2 Et sic in cathedralibus pro consuetudine ecclesiarum interdũ Decanus est maior post Episcopũ, vt Parisiis. Aliquando Archidiaconus, interdum Præpositus in ecclesiis collegiatis dicitur principalis dignitas, quæ præsidet in illa ecclesia, sed non vocatur maior dignitas, sicut in cathedralibus.

Error in bulla corrigi potest, si dignitas maior principalis vocetur.

3 Si tamen in signatura fuerit expressum in ecclesia cathedrali decanatum esse principalem dignitatem, cùm debuisset appellare maiorem post pontificalem, poterit in bulla corrigi: nam error est, vt doct. not. per illum text. in l. si librarius. ff. de reg. iuris. & claus. de speciali in his operatur. vt scripsi in signatura gratiæ suprà.

4 Non verò cõprehendentur hìc dignitates Episcopales, nisi de his expressa fuerit habita mentio: nam Episcopatus culmen dignitatis est. c. penul. de præb. glo. in c. 2. illo titu. in 6. Imo si fuerit etiã expressus Episcopatus, non comprehenditur Archiepiscopatus, teste Innoc. in cap. dilectus, de conces. præb. cap. nos consuetudinem. 12. dist. nam qui dignus est minori, non semper maiori. ca. scriptum, de elect. Henric. Boic in ca. quòd dilectio, de consanguinit. Spec. in eo. titu. §. postremo. vers. quid si dispensatum, & versi. sequenti.

Etiam si sunt sub eodẽ

Duo beneficia seu pensiones obtineri in eadē ecclesia nō possunt.

tecto. Hæc clausula necessaria est: quia dispensatus ad duo, nequaquam censetur dispēsatus, vt illa habeat in eadem ecclesia: nisi hoc dictū fuerit, etiam simplicia. text. vbi doct. in c. literas, de cōcess. præb. ca. 1. de consuetud. in 6. Ancha. in c. permittimus de ætate, & cancellaria expedit literas de primo simplici vacante: vt Hier. Paulus. testatur in praxi. cancel. 20. fol. 36. in fi. vers. an per assecutionē. [Et ideo per adeptionem secundæ præbendæ in eadem ecclesia vacat prima. d. c. literas. cle. vlt. de præb.]

Nec quidem pensiones duas potest quis in vna & eadem ecclesia obtinere sine dispensatione, nisi consuetudo aliud suadeat: quia pensionem concedit Papa loco beneficij. cap. ad audientiam secundo, de rescript.

Itidem dicunt incompatibilem esse pensionem in eadem ecclesia cum alio beneficio. Plura de hac pensione scripsi in tracta. de pacific. possessor. in Concorda. ideo consului, ꝙ acceptās præbendam in eadem ecclesia, in qua habet pensionem, eidem pensioni renunciare videtur, per clem. gratiæ, de rescrip. nisi fuerit dispēsatus ab obtinendū vtrūq;.

Clausula notabilis pro beneficiis annexis.

Quinimò si fuerit expressum, ꝙ sub eodem tecto liceat duo recipere, & retinere, non poterit illa duo obtinere, si alteri sit annexa capella in eadem ecclesia, in qua duo habet: nisi hoc quoque fuerit expressum in dispensatione, Clem. fi. de præb. scripsi in §. 1. in gl. ita tamen, de manda. vnde in signatura exprimas etiam ad duo sub eodem tecto, etiā si alteri vel vtrique esset aliud beneficium in eadē ecclesia annexum, &c. & hoc soleo exprimere in signatura. [Nec accipitur hîc omnino tectū, sicut apud Iuriscons. in l. 1. §. hoc autem Senatuscons. ff. de senatus. Sylla. vbi in eodē tecto cēsentur esse serui, qui intra eosdē parietes sunt, & vltra, intra cubiculum, vel domum, vel eosdem hortos, vnde vocem exaudire potuerunt, sed hîc in eodem tecto dicuntur, quando sunt intra eandem ecclesiam, vel intra ecclesiæ circuitum, qui eodem gaudent priuilegio. ca. diffiniuit, & c. seq. 17. q. 4. facit l. 2. ff. de verb. sig.]

Regularia verò benefi-

cia huiusmodi Prioratus, &c. Nunc enumerat super quibus regularibus dispenset: omne quippe regulare est incompatibile seculari, & econtrario. c. cùm singula, de præb. clem. 1. de elect. De quibus regularibus longè plura scripsi superiùs in princ. huius libri, & dicam inferiùs in materia dispensationis cum regularibus.

Cathedrales & Metropolitanæ exprimendæ.

Et quidam addunt etiam in Cathedralibus & Metropolitanis regularibus, &c. eò ꝙ hæ ecclesiæ propter prærogatiuam sunt specialiter exprimendæ. c. quamuis, de præb. lib. 6. vt suprà dictum fuit, ideo non abs re exprimitur: quia pleræque sunt ecclesiæ cathedrales regulares: sed paucæ nūc, quamuis olim ferè omnes in Francia regulares essent, & si quis sit dispensatus, vt in ecclesiis cathedralibus dignitates obtineat, non poterit obtinere in metropolitanis: quamuis cathedrales sint, quia maiorem habent adhuc honorem: & dispensationes nullo modo extenduntur, vt superiùs dictum fuit: ob id apponi solet clausula, etiam Metropolitanis, quæ aliàs esset superflua, & stylus curiæ Roma. omitteretur, qui tamen est seruandus. c. ex literis, de constitut. & c. quàm graui, de crimi. falsi. [& hic etiam exprimi debet sicut in præcedenti clausula de secularibus.]

Dispēsatus regularis ad duo cēsetur regularia.

Addunt alij in dispensatione, aut solitæ per canonicos regulares sancti Augustini, vel alterius ordinis regi, &c. Sed hoc non est necessarium: quia si mandetur prouideri de seculari, poterit prouideri de regulari solito regi per seculares, vel econtrà. ca. cùm de beneficio, de præb. in 6. Sed fortè hoc est ad maiorem securitatem, quia dispensatio non extenditur: multa de his scripsi in §. volumus, de colla. in Concorda.

Item dispensatio concessa seculari, vt duo beneficia etiam curata recipere, & retinere, possit intelligitur de duobus secularibus iuxta personæ qualitatem l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. & idem si concederetur regulari vt de regulari beneficio intelligatur, c. cùm de beneficio, & c. cùm singula, de præb. lib. 6. Hosti. & Barba. in ca. possessiones, de rebus ecclesi. non alienand. vbi dicunt dispensationem generalem seculari datam nō comprehendere regulare, vel regulare datum nō comprehēdere seculare: imò in dispēsationibus ad quæcunque etiam regularia, non cōprehenduntur beneficia sancti Antonij, nec sancti Ioannis, nisi expressè concedatur: quod non solet fieri: vt docet Alex. 6. in suis reg. de signa. gratiæ: ideo hoc est exprimendum. [Imo si hic non fuerit expressum de parrochiali, non censetur dispensatum cum impetrante, vt parrochialem habeat regularem, quamuis illud verbū parrochialis sit expressum in præcedenti clausula de secularibus, per c. cum in illis. de præben. in 6. & ita fuit conclusum in palatio inter aduocatos excellentes.]

Dispēsatus ad quæcunque regularia non cēsetur dispensatus ad beneficia sancti Ioannis & Antonij. Electionis modus nisi expressus nō comprehenditur.

Et ad prioratum, &c.

etiam si per electionem assumi consueuerit. Ista clausula est necessaria: nam & si mandetur prouideri de beneficio spectante ad præsentationem, institutionem, collationem, & quamlibet prouisionem Capituli, non tamen prouidebitur de beneficio spectante ad electionē, cle. 1. de præb. nisi hoc expressum fuerit: vnde dispensatus ad beneficia spectātia ad collationem talis N. non censeretur dispensatus ad beneficia spectantia ad electionem: vnus quippe modus non comprehendit alium modum. c. cū in illis, §. primo, de præbendis in 6. maximè non comprehenditur electionis modus: vt scripsi in §. præfatique ordinarij, in verb. dispositionē, de collation. in Concorda.

Mistum in odiosis nō comprehenditur.

Seu talia mistim fue-

rint. Videlicet quòd vnum regulare cum seculari fuerit, vel dignitas cum regulari, vel officium regulare cum dignitate, siquidem mistum non comprehenditur in odiosis. l. secunda. vbi Barba. & Ias. ff. de verborum obligat. secus in fauorabilibus: l. quæritur. ff. de statu hominum, §. omnium, vbi Ias. de actio. in institu. ideo hîc exprimit Papa vt etiam

mistim

mistim habere possit beneficia.

Dispēsatus vt duo obtinere possit beneficia intelligitur si canonicè ei cōferantur.

1 Si tibi aliàs canonicè *conferantur.* Nunc restringit dispensationem, vt videlicet dispensetur ad duo, si canonicè ei conferantur, aliàs si ipse propria autoritate ea beneficia acceperit, ea tenere non poterit. cap. eum qui, de præb. lib. 6. & fundatur ista clausula in c. si gratiosæ, de rescrip. lib. 6. c. non potest, de præb. ibidem, de canonica collatione suprà dixi in princip. huius libri, in prima parte.

2 Idem si cum aliquo dispensetur, vt obtenta beneficia retinere possit, intelligitur si canonicè ea habuerit, d. c. si gratiosæ. Aretinus consil. 7. procedendum, col. 3.

3 Idem si conferatur beneficium Titio, quod vult Papa vt possit recipere, & retinere cum aliis, quæ habet: intelligitur si ea habeat canonicè: per ca. dudum, 2. de elect. Spec. in tit. de lapsis & dispens. §. dicendum, vers. quid si aliquis.

Dispēsatus inhabilis ad plura ea retinere nō poterit.

4 Quinimò dispensatio irregulari vel criminoso ante rehabilitationē concessa, vt plura habeat beneficia, non proderit ei, nec valebit, vt ea tenere possit, per d. c. si gratiosæ: quia Papa non videtur tollere vitium illud, nisi id exprimat, c. dudū, 2. de elect. vbi Anch. no. 21. sic ait, nā dispensatio de pluralitate non operatur aliud, quàm vt pluralitas nō noceat, sed nō operabitur, quòd illa canonicè possideat, arg. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1.

Duæ dispensationes an concurrere possint.

5 Alioqui duæ concurrent dispensationes: quod est prohibitum, nisi quatenus exprimuntur, sicut duæ fictiones, l. 1. C. de dotis promissio. Bald. in ca. caussam, col. 2. num. 5. de rescrip. per cap. 2. de filiis presbyt. lib. 6. Domin. cons. 126. Martinus.

6 Nisi hoc esset in dispensatione expressum, videlicet non obstante irregularitate, &c. nam odiosæ sunt dispensationes, & iuri contrariæ, cap. 1. & 2. de filiis presb. in 6. & quamuis sint partibus fauorabiles, tamen strictè veniunt interpretandæ, vt no. in l. si. ff. de condict. indeb. & suprà dictum fuit.

7 Ideo quælibet incōpatibilitas tolli debet, aliàs vna tantùm sublata, remanet altera: quemadmodū sublata vna excommunicatione, non tollitur alia, c. officij, de senten. excommu.

Irregularis dispensatus ad duo non efficitur inhabilis, sicut alius qui duo absque dispensatione possidet.

8 Sed dubium magnū est, an hìc irregularis duo beneficia possidens ex valida dispēsatione efficiatur inhabilis, sicut alius, qui possidet sine dispensatione. Domi. cons. 126. Martinus. decidit non fieri inhabilē quia is efficitur inhabilis ad beneficia, & ad ordines, qui duo beneficia retinet incompatibilia sine dispensatione, vel cum dispēsatione minùs sufficiente & non canonica, extrauag. Execrabilis, §. porrò, & §. qui vero, de præb. c. dudum, 2. §. insuper, de elect.

9 Tamen si quis habet dispensationem canonicam, & posteà non canonicè obtineat duo beneficia, hic peccat, sed non efficitur inhabilis: vt docet Spec. tit. de elect. §. dicendum, vers. quid si dispensatur. Idem Domi. cons. 126. allegat Innoc. in d. ca. dudum, §. insuper, de elect.

10 Sed contrarium ibi tenet Anto. Nam hic demum est dispensatus, si canonicè conferantur: ergo si non canonicè cōferantur, nequaquā intelligitur dispensatus, quia non est seruata forma, ca. Pisanis, de restitutione spoliator. & quia de vno dixit, de altero negauit, c. nonne, de præsumptio. & quia dispensatio ad hæc non est canonica: ergo ipse sic ea possidens efficitur inhabilis. Cui sentētiæ me subscribo post Philip. Franc. in c. non potest, de præb. in 6. irregularem tamen ad duo dispensatum putarem non incurrere inhabilitatem ratione vitij tantùm, quia verè est dispensatus: sed illa non potest ratione criminis tenere, certè nō efficitur inhabilis: sed hic qui duo nō canonicè adeptus est, eò ꝙ ad illa non est dispensatus, per hoc verbum si canonicè conferantur, efficitur inhabilis: & sic conciliantur opiniones.

Conferantur. Quamuis hoc verbum conferantur, sit generale, & alios modos comprehendens, tit. vt ecclesiast. benef. sine diminu. conferant. tamē caussa vberioris expressionis alios etiam prouidendi modos exprimit Papa, videlicet aut eligaris, aut præsenteris, vel aliàs assumaris, fortè per commendam, vel instituaris, &c.

Et sic vi istius verbi concludi potest, ꝙ dispensatus ad duo curata non censetur dispensatus ad illa duo, quæ iam sunt collata, quia dicit si cōferantur: & sic deficit mens Pontificis: ideo non videtur dispensatū super eo, quod ipse ignorat: l. mater, ff. de inoffi. test. c. 1. de cōst. lib. 6. & ista dispēsatio tēdit, vt possit recipere: ergo de iam receptis nō cogitauit Papa dispēsare: & huius est sentētiæ Panor. in c. ad aures, de rescrip. Io. And. in c. dudū 2. & Ancha. ibi 21. no. de elect. c. postulasti, col. pen. de rescr. doct. in d. c. non potest. Oldra. cons. 325. thema quæstionis, col. 2. & non potest hoc casu per fictionem retrotrahi, quia extremum à quo nō est habile, eò quòd iam sit priuatus: primo ergo non potest habere locum fictio, Bartolus in l. si is qui, ff. de vsucap. *Dispēsatus ad duo non censetur dispēsatus ad illa quæ ille obtinet.*

Nisi in ista dispensatione specialiter habita fuerit mentio beneficiorum obtentorum, & Papa secundum hanc expressionem dispensasset, sic intelligitur opinio Paul. in l. & militibus, C. de testa. milit. sic conciliaui in tract. nominat. q. 15. nu. 34. post Ias. in d. l. & militibus. facit text. in c. postulastis, in princ. de cler excom. ministr.

Recipere. Ideo dicit, quia priùs quis debet reddi capax ad recipiendum, quàm ad conseruandum: Ideo recipere dicit, aliàs per adeptionem secundi vacaret primū, c. de multa, de præben. & sic duo cum effectu recipere non posset. idem dicitur in ca. quamuis, & c. si gratiosæ, de rescrip. in 6. *Ad recipiēdum debet quis capax fieri.*

Et textus dicit liberè recipere, id est sine alia dispensatione & onere. Clem. vlt. de ætate & qualit. scripsi in §. præfatique ordinarij, de coll. in Cōcor.

Et insimul retinere, &c. Vult etiam ꝙ nō solùm recipiat hæc beneficia, sed & illa retineat, quia non minor est virtus quā quærere, parta tueri. & sic dispensatus vt possit recipere, non poterit ea retinere: verùm proderit hæc dispensatio: vt per adeptionem secundi non statim *Dispēsatus vt recipiat non poterit retinere.*

vacet primū, quod aliàs vacaret, per cap. de multa, de præbē. & ita loquitur Domin. in ca. non potest, illo titu. in 6. licèt Philippus teneat ibi contra.

Dispēsatio vt quis retineat, duo operatur.

Et si Papa dispēset cū episcopo, vel alio de retinēdo beneficia, quæ habet hęc retētio, duos operatur effectus, videlicet prouisionis, & dispēsationis: vt quis plura retineat beneficia incōpatibilia, contra c. de multa, de præbendis. Aegidius Bellamera decisione 472. si episcopus, vbi dicit istam retentionem vitiari ex subreptione, & si detinens beneficium iniustè, impetrauerit dispensationem, quod illud possit retinere, illa gratia erit subreptitia, si nō fiat mentio fructuum perceptorū, vt docet idem Aegidius in c. dudum, col. vlti. de elect.

Dispēsatus iustè est etiā in foro conscientiæ tutus.

Licite. Tam in foro contentioso, quàm conscientiæ, glossa in c. quæ in ecclesiarū, de constit c. 1. vers. sed extitit, de cōcessione præbendæ, in 6. & c. constitutionē, de regul. ibidem. & sic dispensatus cū caussa tutus est, & in foro poli, & fori, scilicet quando caussa vera est, & iusta: quia dispositio Papæ in vtroque foro excusat, c. 1. de constit. & c. 2. illo titu. in 6. vbi glo. & docto.

Seculari datur seculare beneficiū in titulum, in cōmendam verò regulare.

Ad secularia in titulum, &c. Declarat quomodo hæc & recipiantur, & retineantur, videlicet, ꝙ secularis seculare beneficium in titulū teneat, regulare verò in cōmendam: Nam vnius vxoris vir quis esse debet, ca. cùm non ignores, de præbendis: sed isti potest aliena cōmendari vxor: sic seculari datur titulus vnius beneficij, quod sit ei in verū titulū. Sed quod amplius est, regulariter cōmendabitur ei, & dabitur in commendam, vt videlicet habeat istud secundum regulare commendatum: non enim potest vtrique ecclesiæ præsidere quis tanquàm titulatæ, sed vni tanquàm commendatæ, alteri verò tanquàm titulatæ præerit, c. fin. & per totum, 21. q. 1.

Idem in regulari dispensato, videlicet vt regulare in titulum habeat, seculare autem tanquàm alienum, quia secularibus debitum teneat in commendam, clement. ne in agro, §. cæterùm, de statu monach. Nam qui plures ecclesias retinet, vnam quidem titulatam, aliam verò sub commendatione retinere debet, c2. qui plures. 21. q. 1.

Papa ad vitam cōmendat.

1 Quoad vixeris, &c. Commenda fit ad tempus, & perpetuò, c. extirpandæ, §. qui verò, de præb. c. nemo, de elect. in 6. & superiùs dixi. Ideo ad sciendū quāto tēpore velit Papa relinquere huic impetrāti beneficia cōmendata, dixit ad vitam, & ita permanebit beneficiū, ꝙ sic cōmendatur perpetuò, id est quoad vixerit is, qui dispensatus est nisi resignauerit illud, aut aliàs facto suo amiserit, vt pote ob delictum: aliàs quod nostrū est, sine facto nostro à nobis auferri non potest, l. id ꝙ nostrum, ff. de regul. iur. & inferiùs dicetur in tertia parte, quot modis beneficia amittantur.

Tertiū Papa ad annū cōmendat.

2 Interdum quoque Papa commendat tertium ad annum, vt interim vnum ex tribus dispensatus dimittat, sed hìc dicit, quoad vixeris, & sic vberior est dispensatio. Beneficia verò quæ in titulum conceduntur, perpetuò dantur, cap. si gratiosæ, de rescriptis, c. satis peruersum. 66. distinctione.

Dispēsatus vt retineat per annum vltra annū vacat beneficium.

3 Animaduertendū est, ꝙ interdū Papa cū aliquo dispēsat, vt duo curata recipere valeat, dūmodò intra annū dimittat vnū: tunc nisi intra annū iste dimiserit alterū, est priuatus primo: & si contenderit vtrūq; retinere, priuatus est vtroq;, inhabilisq; efficitur ad alia. extrauag. Execrabilis, de præb. Io. 22. nec prodest ista dispēsatio, postquā nō est impleta conditio, c. super eo, & c. verum, de conditio. appo.

Prorogatio dispēsationis aliquādo cōceditur.

4 Sed hoc casu ante finitū tēpus cōsulerē à Papa petere dispensationis prorogationē ad vitā, & hoc solet quandoque literatis & nobilibus concedere.

In prorogatione de parrochialibus est facienda mētio.

5 Vnde si petatur hæc prorogatio ad vitā de parrochialibus, tamen in dispositione non sit clausula, & de parrochialibus ad vitā: illa non apponetur in bulla: nam hæc prorogatio etiam de parrochialibus, est noua dispensatio: ideo sicut in prima debebat exprimi, sic & in ista prorogatione, quæ nisi fuerit expressa, bulla non conficietur de parrochialibus, sed de nouo impetrabitur illa parrochialis in vim nouæ prouisionis.

6 Nisi anteà fuerit ab alio impetrata post tēpus: quod fieri potest, non obstante prorogatione inualida: requiritur tamen in noua impetratione mentionem fieri primæ dispensationis & vacationis.

Dispēsatus ad duo vt dimittat alterum sine adiectione tēporis non est priuatus.

7 Diuersum est si Papa nō apposuisset certū tempus, intra quod dimitteret vnū, vel alterū, tunc nō esset priuatus, nec vno, nec altero: quia illa verba volumus quod dimittat, faciunt monitionem: vt cōsuluit Domi. cons. 106. super dicto dubio, quem refert & sequitur Boër. in decis. Burdegal. q. 119. quidam renunciauit, & ideo hoc casu requireretur priuatio, postquàm non est facta nisi monitio.

Dispēsatus vt vnum dimittat, non poterit illud dimittendū permutare.

8 Adde quod hoc casu, quo quis intra certū tēpus beneficiū dimittere tenetur nō poterit illud dimittēdum pormutare cū alio: nā sic illud nō cēseretur dimisisse. De Rota decis. 329. Tu obtinēs, in nouis, [sub tit. de re iudi. decis. 12.] & decis. 581. Papa reseruauit, in antiquior. [sub tit. de rer. permut. decis. 13.] ac in tit. de rerum permut. decis. 3. [Bernard. de Besigne.] nec censeretur dispēsatus ad illud, quod cōpermutatū haberet, etiā si esset simplex, ideoq; realiter dimittere tenetur, & cum effectu: vt superiùs dictum fuit, nisi omnia alia amittere velit: & nisi hoc fieret coram Papa expresione facta.

Dimittere verbo sufficit beneficium.

9 Et cùm quis dimittere beneficiū debet, nō aliàs tenetur illud resignare, quàm vt verbo tenus collatori dicat, se illud dimittere: & collatoris erit illud alteri liberè conferre post dimisionē, cui voluerit idoneo, vt docet Calderinus cons. 5. tit. de renunciat. ac Cardinal. in clem. 1. nu. 15. de pœnis.

10 Sed quamuis do. de Rota decis. 250. nota ꝙ vbi Papa in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 65.] dicant, quòd cùm quis tenetur dimittere beneficium ex dispensatione Papa, quòd illud dimissum vacabit: in Curia tamen hanc reseruationem in Francia nō seruamus, imò coram ordinario sufficit, quòd ipse dimittat, & ordinarius cōferet: & hoc iure vtimur.

Per adeptionē quādo vacat primū tantùm.

11 Etiam per adeptionem secundi vacat primum, ca. de multa, de præb. & per adeptionem tertij duo prima, clement. si plures, de præbend. Staphil. in 3. forma expecta. fol. 11. & seq. vnde ad duo dispēsatus adipiscen

adipiscendo tertium, duo prima vacant, & tertium retinere poterit: per d. clement. si plures.

12 Intellige quando esset in dispensatione loco dimissi &c. tunc solùm vacabit primum: quòd si non dimiserit, sed cum aliis retinuerit, tunc omnia vacabunt post mensem pacificæ possessionis, & impetrari poterunt, per extra. Execrabilis.

Dispensat⁹ ad duo non potest tertium recipere.

13 Alioqui si dispensatus ad duo, tertium obtineat, non valebit collatio tertij: nihilominus vacabunt duo prima, c. ordinarij, §. in cõferẽdis, de officio ordinarij, in 6. nisi fuerit clausula illa loco dimissi &c.

Intellectus ad § in conferendis.

14 Veruntamen si quis fuerit dispensatus ad duo, & obtineat parrochialem ecclesiam cum prioratu non curato, si conferatur ei altera parrochialis, & sic tertium beneficium, huius tertij collatio valebit quia §. in conferendis, loquitur quando fit collatio habenti plures dignitates, personatus, seu plura curata, vt non valeat collatio tertij incompatibilis.

15 Secus si habeat prioratum regularem cum curato, qui prioratus nõ est incompatibilis nisi ratione qualitatis, quia regularis, personæ seculari concedi iure non potest: sed ratione beneficiorum nulla est incompatibilitas, ideo valebit collatio tertij: sed vacabit prima parrochialis per adeptionem istius: quod est valde notandum ad intellectum d. §. in conferendis.

Clausula et de parrochialib⁹ ad vitã est exprimenda.

16 Insuper si quis petat dispensari secum ad tria incompatibilia, etiam si parrochiales ecclesiæ, vel dignitates etiam maiores &c & in dispositione non sit clausula, & de parrochialibus ad vitam, sed ista clausul. & de tribus incompatibilibus ad vitam, dummodò non sint plures quàm duæ ecclesiæ parrochiales, per istam clausulam non poterit habere parrochiales duas: quia in signatura debebat esse de parrochialibus ad vitam.

Cùm igitur sit omissa, non censetur ad illas dispensatus: nec illa clausula dummodo, non operatur concessionem: quia inducta ad restrictionem, non operantur argumentum: l. legata inutiliter, ff. de legatis & fideicommissis primo. Et super his sæpiùs consului: & hoc est valde occultum, sicut ars Cabalistica olim Iudæis.

Dispẽsatus ad duo quã do illa possit dimittere, & alia duo habere.

Illaque simul dimitte-

re, &c. Etiam Papa vult, vt hic dispensatus possit illa duo simul dimitere, & alia duo loco illorum recipere, & retinere: hoc est necessarium propter textum in capit. non potest de præbendis in sexto. vbi dispẽsatus ad duo intelligit de duobus primis, quæ si dimittat, ad alia non censetur dispensatus, ob id ista hic concedit. facit textus in l. boues, §. hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ intelliguntur, ff. de verborum signification. vbi abundè scripsi, & Alex. in l. diuortio, §. ob donationes, ff. soluto matrimonio. Iason in l. qui per salutem, & in l. duobus, §. si ei qui, de iureiurand. potest enim vnum hodie dimittere, demum alterum successiuè: quòd si vnum exprimeretur aut concederetur, aliud non veniret, per l. cùm prætor, ff. de iudic. ideo exprimit, & simul, & successiuè dimittere &c.

Permutare potest dispẽsatus & coram ordinario.

Simpliciter.

Siue ea dimittat, simul vel alterum, aut si fortè est aliud ademptum, c. si beneficia, de præb. lib. 6. Seu resignet ea simpliciter, aut caussa permutationis: vt dixi suprà in materia resignationis: quia hoc ei permittitur hîc.

Vel ex causa permuta-

tionis. Et sic causa permutationis potest dimittere: & hæc permutatio poterit fieri etiam coram ordinario, qui authoritatem huic præstare solet, c. quæsitum, de rerum permuta. c. vno, eo. tit. in 6. sic consuluit Gemin. consil. 97. Titius habuit, col. 2. sed ordinarius antequàm conferat secundum, prospicere debet dispensationem, c. ordinarij, §. in conferendis, de offic. ord. in 6. & si ista clausula sit in corpore & partis petitione & cum clauf. permutandi, &c. & non fuerit repetita in clausulis, non prodest regularibus dispensatis ad seculare beneficium: nec quidem secularibus dispensatis ad regulare, sed prodesse poterit secularibus quo ad secularia, vt in locum dimissi aliud habere possint simile, ita vidi de stylo seruari: quod notes: & sic videatur signatura, quæ aliàs non poterit extendi. [Aduertendum est ad intellectum cap. ordinarij. §. in conferendis. de offic. ordi. in 6. ista demum locum habere quando cõfertur beneficium plura habenti, tunc non valet collatio vltimi, si ad illud dispensatus non sit, cùm non possit illa retinere.

Clausula permutãdi in signatura esse debet.

Secundò requiritur quòd episcopus videat dispensationem. ibidem.

Tertiò quòd appareat per illam dispensationem quòd poterit acceptare & retinere vtrumque.

Quartò quod si non possit retinere, quod dimittat vnum. d. §. In conferendis. quod est verum in eo qui plura habet.

Sed si quis dispensatus sit ad duo, ad vnum seculare & regulare, si obtinuerit vnum regulare, si conferatur ei aliud, valebit collatio secundi, nec vacabit primum, donec obtinuerit pacificam possessionem secundi. cap. de multa. de præbend. cap. commissa. de elect. lib. 6. Et si post adeptam pacificam possessionem velit resignare secundum, non poterit, quia vtrunque habere non poterit: & hæc resignatio faceret vt vtrunque haberet, saltem cum effectu. Ideo debet resignare vnum ex duobus antequam vltimum adipiscatur. Sed poterit non acceptare, & tunc retinere poterit & primum.]

Quoties tibi placuerit.

Quia dici posset, vt fortè intelligatur: si bis, ter, aut ad summũ, quater dimiserit, nõ vltrà ratione infinitatis vitãdæ, c. 2. de rescr. li. 6. ideo subnectit quoties tibi placuerit dimittere possis, pluries igitur ea dimittere, & permutare licebit, prout lubuerit: vt cõsuluit Do. cons. 97. Titius, col. 2. natura enim dictionis quoties, ni restricta sit, est variãdi. etiam in infinitũ, l. ꝙ si nolit, §. si quid ita, ff. de ædil. edic. Arch. in c. nunc verò. 9. q. 3. scripsi in interp. l. vnic. in 1. no. in vlt. lim. C. de sen. quæ pro eo ꝙ interest. & Dec. cõs. 169. & diligenter, primo dubio, & dimittere capitur hîc generaliter, quomodocunq; dimittat, siue resignãdo tacitè, seu expressè, vel alio modo dimittẽdo, c. ex part. 1. de of. del. dixi in tra. de pac. pos. n. 153.

Dispẽsatus plura beneficia recipere & dimittere poterit. Dimittere generaliter capitur.

Loco dimissi aliud capi potest, nō plura.

Et loco dimissi vel di- *missorum aliud, vel alia, simile, vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia.* Ideo dicit aliud loco dimissi, non alia: quia si in locum dimissi quis acciperet duo, vacaret primum, clementina si plures, de præb. nec huiusmodi dispensatio porrigeret se ad ista tria, quæ si contenderet simul retinere, vacarent etiam illa duo, extrauag. Execrabilis. Ioan. 22. ob id loco tantū cuiuslibet dimissi, poterit aliud habere. & ista clausula non datur à summo pœnitentiario. ideo si habueris ab eo dispensationem, oportet aliam à Papa impetrare, narrando, quòd in Francia non adhibetur isti fides: & de viribus facultatum pœnitentiarij hæsitatur, ideo ad maiorem cautelam sumes hanc nouissimam, quæ non tantùm taxatur, sicut si de nouo impetrasses. Nota *Simile*, nam si relinquat curatum, aliud curatum obtinere valebit: vel si duo curata dimittat, itidem alia duo similia, vel si duas reliquit dignitates, duas alias recipere poterit, & intellige quòd dimittat cum effectu, alioqui si dicat se verbo dimittere, & aliud accipiat, vacabit primum: vt dictum fuit c. priusquàm. 27. q. 1. quam dimissionem sufficit dispensato probare factam coram ordinario: nisi probet aduersarius eum postea illud dimissum possedisse, & fructus suo nomine recepisse. doct. in c. ordinarij. de offi. ordi. in 6.

Pœnitentiarius ad duo dispēsat, sed nō clausulā ponit loco dimissi, &c.

Dimissio coram ordinario fieri potest.

Dimittēs vnū beneficium aliud etiam nō simile recipere poterit.

Vel dissimili. Reliquit curatum, poterit dignitatem eius loco recipere, vel reliquit seculare, poterit regulare recipere, quę clausula est magni momenti & vtilitatis: & doct. no. d. cap. non potest. de præbend. in 6. vnde cùm quidam professus ordinem mendicantium fuisset translatus ad ordinem sancti Benedicti, ac dispensatus, vt posset habere beneficium curatum dicti ordinis, quod obtinuit, & demum cum alio permutauit, illud secundum retinere non valuit, quia ad id non erat dispensatus: cùm dispēsatio sine ista clausula de primo intelligatur. d. cap. non potest. Ægid. Bellamera cons. 8. in primo dubio: & dispensatio vt loco dimissi aliud habeat, intelligitur de simili. glos. in authent. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & suprà dictum fuit: ideo hoc verbum intelligitur etiam de dissimili: vide Fel. cons. 4. dubitatur.

Intellige tamen de primo, quod habuit cum effectu: nam si collatum ei fuit beneficium, quod per sententiam amisit, non nocebit quominus obtinere possit, quia intelligitur de primo cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iuris. cap. relatum. de cleric. non resid. Anchar. in cap. 2. col. 1. de filiis presbyt. in 6. per cap. hæc autem verba. de pœnitent. distinct. 1. Bald. in c. olim. col. 2. de rescript. per l. hæc conditio prima. ff. de condi. & demonst. Ias. in l. diuortio. §. quod in annos. ff. soluto matrimonio. posteà Papa repetit beneficia, vt est videre in bulla, vt eam in titulum recipere possit, vel in commendam: vt in ea continetur, quare eam videas. [Et quæ scripsi in l. nomen filiarum. §. fin. ff. de verb. signif.

Cōmendatarius vti poterit fructibus beneficij, sed non abuti.

1 Necnon debitis &c. Vult Papa, quòd licet habens beneficium in commendam dicatur depositarius. gl. in c. nemo. de elect. in 6. qui non facit fructus suos, tamen ex gratia concedit, vt disponere possit de beneficij fructibus commendati, vt in hoc æquiparetur habentibus in titulum, qui disponunt, vel disponere debent: hæc autem sunt paria disponere, vel disponere debere. argum. l. quod te, in fi. ff. de reb. cred.

2 Sed an commendatarius beneficij fructus dissipare possit, Alciatus hoc concedit in l. pactum curatoris. C. de pactis. hoc tamen non videtur verum, imò sacrilegium committit qui bona ecclesiæ dissipat. cap. penult. & ibi Imol. vlti. not. de pecul. cleri. Panormitanus in c. fi. col. 2. de pignor. hoc docet Do. Probus in cap. nemo deinceps. in addit. ad Io. Monachum de elect. in 6. & ego priùs in interpret. cap. postulastis. de cleric. excomm. ministr. in 4. not. etiam hic text. dici debuerunt, videlicet quòd hic commendatarius possit disponere de fructibus beneficij, sicut debent illi, qui in titulum habent, sed his non licet dissipare, multò minùs commendatariis.

3 Sed quomodo debeant hi disponere? respon. per canones antiquos episcopi habebant mediam partem, aut tertiam oblationum, quæ fiebant in ecclesiis. c. de his. & seq. 10. q. 1. eò quòd erant pauperes, & boni: verùm tempore succrescente cœperunt augeri bona episcopatuum, & ipsi fieri diuites, non tamen ob hoc meliores.

Beneficiarius quomodo de fructibus beneficij disponere debeat.

4 Ideo statutum in 2. Bracharen. concilio fuit, vt nullus episcoporum per suam diœcesim præter honorem cathedræ suæ, id est duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi parrochialibus ecclesiis facta sibi vsurpet, sed ecclesiæ reparationi seruet, & singulis annis ratio episcopo fiat: nam si tertiam partem illam episcopus tollit, lumen & sartatecta abstulit ecclesiæ: verba sunt text. in cap. placuit. 10. quæstio. 3. & idem habes in capit. priscis. ibidem.

5 Vbi gloss. dicit illam tertiam dari solitam episcopis, vt onus fabricæ subirent. verùm cùm hodie multis bonis & diuitiis abundent, nihil à parrochialibus ecclesiis accipere decet, nisi synodaticum & conscripta in cap. conquerente. de ordi. offi. Nempe si possent episcopi ista recipere, quidam auari deuorarent omnes ecclesias parrochiales sui episcopatus, quia ferè deuorant non dicam vnam prouinciam, verùm totum orbem, & adhuc non est satiata damnabilis illorum ambitio. Deus eos videre faciat.

Episcopi tertiā olim habebant reparationi relinquere debent.

6 Itaque bona ecclesiarum hodie in tres debent distribui partes, vt prima sit clericorum beneficiariorum, secunda pauperum, tertia fabricæ. c. concesso. & seq. 12. q. 2. nec valet consuetudo, quòd sua tertia non detur pauperibus. cap. cognouimus. ibidem. quia hoc est contra bonos mores: necare enim videtur, qui alimenta denegat, l. necare. ff. de liberis agnoscendis. & cap. pasce fame morientem, [quisquis enim pascendo hominem seruare poteris,] si non paueris, fame occidisti. Gregorius lib. de officiis, & in c. pasce. 86. distinct.

Bona ecclesiarum in tres partes diuidi debent.

7 Quan

7 Quantum verò ad fabricam ecclesiæ valet cõsuetudo, vt parrochiani eam faciant, & reparationes. docet Archidiac. in d. cap. concesso. & Panormit. in cap. 1. de ecclesi. ædificand. post. Inno in cap. fin. de his quæ fiunt à maior. parte cap. facit cap. de his. de eccles. ædifican. & Angel. Clauas. in sua summa, in verb. clericus. 3. sed qui non obtinet iustè beneficium, non facit fructus suos. c. cum dilectus. de iurepatro. Calder. in reperto. in verb. beneficium adeptum.

Prælati q̃ nõ bene ecclesiæ bona administrent.

8 Non audeo dicere, quomodo nostra memoria fructus ecclesiarũ exponantur: quandoquidem ex nostris prælatis videmus quosdam, qui totum Regnum deuorant, & escas pauperum, vt in vno conuiuio ducentos aureos expendere non vereantur, & solidum pauperi denegent: alij verò suos consanguineos ditant, & pauperes tam inhumaniter negligunt, vt miserrima quandoque fame illos mori sinant: qui omnes hæc agentes sunt fures, & homicidæ, ac sacrilegi, & ad restitutionem tenentur, cùm non sint domini, sed tantùm administratores. c. 2. de dona. Panor. in c. cùm secundum. de præb. c. gloria. 12. q. 2. c. si quis in atrio. 17. q. 4. & mortaliter peccant. c. donare. cum seq. 86. dist. Florent. in 3. parte summæ, ti. 15. c. 1. §. fi. & ti. 20. c. 2. §. vtrum. Bertrãd. cons. 258. viso, in 2. vol. ex prima editio. & hodie multi ex nostris sunt surdi, & cæci: Deus per suam gratiam eos illuminare dignetur.

Alienare bona ecclesiæ non possunt beneficiarij.

Alienatione *tamen penitus interdicta.* Edictum est prohibitiuum in omnes beneficiarios, ne possint alienare bona beneficiorum: vt in titu. de reb. eccl. non alienand. quia nudi sunt administratores & procuratores rerum ecclesiæ. c. 2. de donat. & vsurarij. c. possessiones. vbi glos. de reb. eccles. non alienand & c. fin. de pecul. clericor.

Intellige de immobilibus ecclesiæ, & de mobilibus pretiosis, quæ æquiparantur in l. lex quæ tutores. C. de administ. tut. Ioan. Lupus in repe. c. per vestras. §. 18. de donat. inter virum & vxorem.

Hic multa de prohibitione alienationis dici possent, & quæ solennitates in his alienationibus rerum ecclesiæ veniant seruandæ, & quibus casibus non requirantur: & an valeat consuetudo, cum aliis multis quæ abundè scripsi in compen. alien. rerum eccles. quamobrem hic repetendum non duxi.

1 Defectu prædicto *videlicet nõ obstan.* Papa hic narrat illa, quæ possunt obstare: de his nonobstan. scripsi in bulla nouæ prouisionis: ad ibi dicta nunc te reiicio, ne repetam toties vnum.

Per clausulam motus proprij non fit dispensatio.

2 Notandum est, quòd per non obstan. non fit dispensatio: sed ea quę obstant dispositioni tolluntur. Et primò per clausulam motus proprij non dispensatur, sed tollitur tantum subreptio. c. si motu proprio. de præb. lib. 6. gloss. & doct. in clem. si Romanus. illo tit. Sic consuluit Cardinal. cons. 96. Papa. col. 1. 46. effectus motus proprij congessi in forma mandati in concord. in gl. motu proprio. [vbi etiã 50. effectus illius conscripsi.]

De clausula vnà cũ obtentis an inducat dispẽsationem.

3 Clausula vnà cum obtentis conferimus, non inducit dispensationem super obtentis, sed tollit subreptionem. c. non potest. de præben. lib. 6. nisi quoque diceretur, quod vtrunque valeat retinere. clem. 1. de præbendis. Speculat. in tit. de lapsis & dispensa. §. dicendum. vers. quid si indulgetur.

4 Nisi esset ad duo dispensatus, & Papa conferat illi tertium, vt illud posit vnà cum obtentis recipere, & retinere, tunc importat dispensationem illius tertij, cùm videlicet iam habeat dispensationem de duobus, ergo illa tria retinere poterit: alioqui superflua esset clausula, vt doct. scribunt ibi.

Dispẽsatus vnà cũ ecclesia sãcti Pauli & aliam habere, nõ poterit cũ alia istam habere.

5 Animaduerte tamen, quòd dispensatus ad obtinẽdum ecclesiam sancti Seuerini vnà cum ecclesia sancti Pauli, si dimittat ecclesiam sancti Pauli, non poterit retinere cum alia, ecclesiam sancti Seuerini: quia dispensatus est tantùm vt ecclesiam sancti Seuerini retinere valeat cum ecclesia S. Pauli, non verò cùm alia: ideo si quis permutet ecclesiam sancti Pauli cum ecclesia sancti Eustachij, ecclesiam sancti Seuerini non poterit cum ecclesia sancti Eustachij tenere: & aliàs vidi maximam controuersiam super his: vide docto. in dict. capitu. non potest.

Not. bene.

6 Vnde vidi dispensatum quemdam episcopum, vt vnà cum suo episcopatu teneret aliqua beneficia, translatus est ad alium episcopatum, nihil dicendo de beneficiis: dixi vacare per suam promotionem ad alium episcopatum, sicut vacassent ante dispensationem. cap. cùm in cunctis. §. cùm verò de elect. Et hoc modo vidi multas dispensationes corruere.

Nota bene, quia pauci aduertunt: & hoc potest euenire contra illos, qui omnes abbatias, vel ferè episcopatus habuerunt, & de vno ad alterum transferuntur, sicut iuuenes de vno ludo ad alterum.

Clausula nõ obstãte non inducit dispẽsationẽ.

7 Item in clausula, non obstan. quòd aliud habeas, conferimus, vt subreptionem tollat, nullam autem dispensationem inducat dicto cap. nòn potest: ideo iste poterit vltimum tenere, sed vtrumque non: vt docet Felin. in c. nonnulli. col. 8. vers. addatis etiam glos. de rescr.

8 Imò etiam non sufficeret clausula in non obstan. sed requiritur quòd dispensatio in dispositiuis ponatur, aliàs non prodest. text. in clem. 1. de præb. Calder. cons. 4. rub. de præb. Rota decis. 280. in antiq. [sub tit. de filiis presbyt. decis. 3.] Fel. in c. nonnulli. col. 8. de rescript. [Idem si Papa dispenset, vt beneficium S. Seuerini præter alia, quæ habes, obtinere possis non videtur dispensatum, vt alia beneficia posis retinere. per c. dudum. 2. de electio. vbi interpretes. & Bart. in l. Seio. §. vxori. ff. de annuis. legat.]

Per adeptionem secũdi quando vacet primũ.

9 Et sic per adeptionem secundi curati vacat primum, & in dignitatibus, & personatibus idem statutum fuit in cap. de multa, de præben. Et idem per adeptionem, & consecrationem, confirmationem, & acceptionem episcopatus vacant ipso iure beneficia, quæ episcopus habebat anteà. d. c. cùm in cunctis. §. cùm verò. de elect. §. fi. de mandatis Apostol. in Concordat.

10 Idem per adeptionem Abbatiæ etiã quando beneficia sunt simplicia vniformia: vt vocant doc. per adeptionem secundi: in eadem ecclesia vacat primum

primum, c. literas. de conces. præb. & quando vi secundum adipiscitur. c. eum qui, de præb. in 6.

Per adeptionem secundi curati non vacat episcopatus.

11 Veruntamen per adeptionem beneficij curati nequaquam vacat episcopatus. tex. ad hoc singul. c. cum in nostris, de conces. præbend. quia sine Papæ voluntate dimitti non potest. c. quanto, de transl. episc. c. nisi. de renunc. ideo non vacat episcopatus per adeptionem alterius beneficij curati, vel dignitatis, aut abbatiæ seu prioratus.

12 Aliàs regulariter per adeptionem secundi beneficij simplicis non vacat primum ipso iure, etiã si ex statuto, vel consuetudine vtrumque requireret residentiam: sed is poterit eligere vtrum velit. c. referente. de præben. & Panor. & alij in c. extirpandæ. §. qui verò. illo tit.

13 Quia dispositio priuatiua loquens in curatis, & alijs non extenditur ad alia, de quibus non loquitur, c. quia nonnulli. de cle. non resid. vbi Pan. & in c. de multa. de præb gl. in c. fi. de iure patro.

Impetrans beneficium vacans per adeptionẽ secundi qd probare debeat.

14 Et si quis impetret beneficium, eò quòd possessor detinet sine dispensatione, oportet quòd impetrans hoc probet, vt asserit Paulus Paris. consil. 138. dico in ista caussa, vol. 4. etiam si sit negatiua, secundum eum. Ego contrarium tenerem: quia habens pro se præsumptionem non probat; sed onus probandi transfert in aduersarium. l. admonendi. & l. manifestæ. de iureiurand. sed impetrans habet pro se ius, quod videlicet non licet alicui possidere plura beneficia incompatibilia. cap. quia nonnulli. de cleric. non resident. vt suprà dixi, ergo qui possidet, oportet quòd probet se dispensatum. c. ordinarij. de offic. ordina. in 6. vt alibi scripsi. fateor tamen quòd impetrans tenetur probare illum duo possidere, si possessor neget: & possessor ipse debet ostẽdere se dispensatum, & hoc iure vtimur, vel vnius dimissionem: vt abundè scripsi in gloss. possessa. §. volumus. de colla. in Concord. quando illa duo sunt incompatibilia.

Priuilegia Cluniacen. & grandimon. et quò ad illorum beneficia.

Quibus inter alia caueri

dicitur. &c. Recitat priuilegia Cluniacen. & Grandimonten ordinum hoc cõtinentia, videlicet quòd beneficia illorum nullis commendari possint, nisi sacræ Ro. ecclesiæ Cardinalibus.

Vel nisi his, qui professi fuerint exprefsè illorum ordines, de consensu abbatum illorum Matiscon. & Lemouicen. vel si conceditur aliis, quòd commendatarij teneantur intra certum terminum in statutis illorum expressum assumere habitum, & professionem emittere: aliàs non valeant commendæ, & illi commendatarij remoueri possint: hæc omnia latiùs patent in statutis illorum.

Item Abbas Cluniacen. audiri solet in audientia contradictarum pro toto ordine, & quolibet membro à sua abbatia dependente sine speciali mandato: vt docet Ægid. Bellam. cons. 32. pro introductione, col. 6. vers. secundò deduco. & idem dicam in aliis curiis, vt audiri possit pro suis membris, si interesse prætendat. Old. cons. 204. I. q.

Clausula latissimè xtẽdenda in signatura ponenda & in non obstante.

Ac cõstitutionibus &c.

Vult constitutiones, indulta, cæteráque priuilegia non obstare, etiam si ad verbum de eo esset facienda mentio: nam quò ad hoc vult haberi pro sufficienter expressis.

Non omittendum, quòd si in dispensatione ad regularia in commendam petatur derogatio priuilegiorum, puta Clunia. ordini concessorum, & in signatura dicatur, & cum derogatione priuilegiorum dicto ordini concessorum, nec sit illud verbũ, latissimè extendenda: tunc in bulla non poterunt narra priuilegia, & illis derogari: sed tantum poterit dici nonobstan. priuilegiis dicto ordini concessis, quibus derogamus: sed illa derogatio minus sufficiens erit: Ideo sis cautus, vt ista cures in signatura conscribere, quemadmodum suprà not. in tract. signat. grat. [Item non valet prouisio nisi fiat mentio huius ordinis Cluniacens. etiam cum clausula generali, nonobstan. docto. in c. cum ordinem. de rescript. facit c. sacrosancta. de elect.]

Prouiso &c.

Hæc dictio, & dictio ita tamen, & dummodo ferè æquiparantur, & restringũt ac modificãt præcedentia. l. Lucius. §. quæ habebat. & l. ita tamen. ff. ad Trebel. Lucas de Penna in l. 1. C. de col. fund. fiscal. lib. 11. scripsi in gl. ita tamen. §. 1. de mand. Aposto. in Concor. & sic Papa dispensare vult, vt hæc incompatibilia simul à minore teneantur, dummodo istæ ecclesiæ debitis non fraudentur obsequiis.

Dictiones ita tamen, dummodo, & prouiso æquiparantur.

Secundò ne animarum cura negligatur. clem. 1. de præbend. soletque poni hæc clausula in dispensationibus super pluralitate, maximè quando conceditur episcopo, vt possit retinere beneficia cum episcopatu, & quando dispensatur cum minore ad curatum, & si dispensetur de non residendo, vel quando beneficij curati fit vnio, ac quando dispẽsatur de non promouendo: quibus casibus de stylo curiæ Roma. solet hæc addi claus. vt animarum cura non negligatur.

Clausula vt animarũ cura nõ negligatur quãdo apponi debeat.

Tertiò quòd si qua alia onera illis incompatibilibus immineant, quòd nullatenus negligantur, se ipsorum onera supportentur, quòd fieri debet. c. de monachis. de præb. c. 1. illo. titu. in 6. cle. 1. de iure patro. scripsi in tract. de congrua por.

Et sic iste minor debet interim habere sacerdotem, qui curæ deseruiat: alioqui non prodesset eidẽ dispensatio, quia dicit prouiso &c. & hæc videtur esse Papæ mens per istam particulã quæ interdum importat conditionem gl. & doct. in clem. vt præteritæ de elect. de Ripa. lib. 2. resp. c. 9. princeps. co. 1.

Sed aliquando facit modũ. vt Bart. docet in l. quibus. §. Termilius. ff. de cond. & demonst. per l. cũ ab eo. ff. de contrah. empt. Sed Bald. in c. dudum. 2. col. 6. de ele. dicit non facere conditionem, sed obligare ad sic faciendũ: ideoq; stat dispensatio: vt docet gl. in c. non potest. de præb. lib. 6. & Do. de Rota decis. 231. ordi. in no. [sub ti. de cond. app. deci. vnica.] & Dec. cõs. 327. viso casu. nu. 3. idẽ in claus. dummodo, &c. vt docet Spe. in eo. ti. §. dicendum, vers. sed quid si in indulgentia: & istæ clausulæ respiciũt beneficia quæ perpetuam requirunt residentiam, non verò simplicia: vt consuluit Anch. cõs. 17. super primo. in prin. Alia multa ponderaui in bulla nouæ prouisionis, ideo hîc sistam ratem, ad alia vtilia percurrens.

De dispen

De dispensatione super defectu natalium.

Natus de meretrice nō debet in ecclesia recipi.

1 Ideamus de dispensatione super defectu natalium vt vocant pragmatici Curiæ Rom. certum est dominū prohibuisse, ne de scorto natus reciperetur, & ne in ecclesia ministraret. Deutero. 23. c. *Non ingredietur manzer hoc est, de scorto natus, in ecclesiam dominivsque ad decimam generationem.* c. innotuit de elect. c. per venerabilem, in fi. qui fil. sint. legit. sic declaratur in c. nisi cùm pridem. de renun. sic quod in illis, qui paterna vitia non sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ inducent summum Pontificem ad dispensandum, si morum honestas eos commendabiles reddat, cap. presbyterorum. 56. distin. nam vndecunque nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, honesti & salui erunt. cap. Vndecunque. ibidem: & nunquam de vitiis erubescamus parentum, sed illud vnum quæramus. Semper amplectamur virtutem, non est omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus.

De vitiis parentum nō est quis vituperādus.

2 Nemo verò inde aut obscurus, aut clarus est: imo etiam vt consideratiùs aliquid dicamus, aut expressiùs, nescio quomodo magis ille resplēdet, qui ex parentibus natus à virtutibus prorsus alienus, quàm ipse qui fuit Dei virtute mirabilis. Sunt verba Ioan. Chrysost. in cap. nunquam. 56. distin.

Rationes prohibitionis bastardi ne ingrediātur ecclesiā administrādi gratia.

3 Verùm ne iniuria tales prohibiti fuisse videantur, huius prohibitionis caussa triplex assignari potest. prima est dignitas & excellentia clericalis, & sacramentorum, quæ turpibus & infamibus committi non debet. c. inter. de excessib. prǣla. & regul. infamibus. de reg. iur. in 6. l. neque famosis. C. de dignita. lib. 12.

4 Secunda ratio est in detestationem criminis paterni, quod plerunque detestatur in filiis, vt puniantur temporaliter. c. quæro. cum seq. 6. q. 1. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. c. vergentis. de hęreti. & ne diffametur ecclesia. Card. in c. præsentium, de filiis presbyter.

Filij vitia parentum sequi solent.

5 Tertia est ratio incontinentiæ paternæ. solent enim filij vitia parentum sæpius sequi. cap. si gens Angelorum. 56. distin. & dicitur, sæpe solet similis filius esse patri. gl. in l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edic. Gofred. in summa, de filiis presby. Et quia iure præsumitur is incontinens, cuius pater fuit. c. 1. & c. si gens. ibi libidine furentes. 56. dist. Ioā. And. in reg. semel. de reg. iur. in 6. refert Alciat. in tract. præsum. in reg. 1. vers. 24. & sicut incontinētia vxoris labefactat virū. c. in conuiuio. 32. q. 1. & c. si cuius. 34. dist. sic & multò fortiùs incontinentia patris maculabit filium: vt Gofre. asserit in d. summa.

6 Sex item rationes affert Præpos. in c. presbyterorum. 56. dist. igitur istarum aliqua ratione cessante: non cessabit vtique prohibitio. §. affinitatis. de nupt. in inst. quamobrem opus erit dispensatione.

Bastardi ad ordines prohibiti.

7 Ex his itaque reperio multas à iure posteà factas prohibitiones: prima quo ad ordines: quia postquàm dominus prohibuit illis ingredi ecclesiam, per quandam consequentiam, ordines quoque denegauit eis, nec non primam tonsuram. cap. 1. & per totum. de filiis presbyt.

Episcopus dispēsat super tonsura & beneficio simplici.

8 Tamen poterit naturalis ex episcopi dispensatione primam tonsuram & ordines minores sumere, ac beneficium simplex obtinere. c. 1. de filiis presbyt. in 6. sed non maiores ordines sine Papę dispensatione. c. 1. eod. tit.

9 Cæterùm requiritur, quòd Episcopus ante collationem beneficij vel tonsuræ dispenset cum hoc illegitimo, aliàs non valebit actus. nec conferendo videtur dispensare doct. in d. c. 1. quod secus esset in Papa, nisi Episcopus hoc sciuerit. Perus. ibi contra alios: sed prima communis est, & tenenda.

Ad curatū vel præbendā ecclesiæ cathedralis episcopus cum illegitimo nō dispensat.

10 Episcopus tamen non potest dispensare ad curatum, vel ad dignitatem, nec quidem vt hîc præbendam in ecclesia cathedrali obtineat. de Rot. decis. 136. voluerunt, in no. [sub ti. de fil. presb. deci. 2.] & decis. 408. in antiq. gl. in §. item censuit. in verb. Cathed. de col. in prag. quāuis Arch. videatur tenere cōtra in d. c. 1. & Old. cons. 215. puncta. & Ias. cōs. 104. in 1. vol. ac Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. part. q. 16. [sub tit. de rescisione spoliat. decis. 16.]

11 Ego autem annuerem primæ sentētiæ per text. in d. c. 1. ibi: & obtinere beneficium, cui cura nō imminet animarum, dummodò sit tale, super quo per ipsum Episcopum valeat dispensari: ergo eps nec in omnibus quidē simplicibus valet dispensare, videlicet in canonicatibus. 70. dist. c. sanctorum.

12 Imò Episcopus in nullo simplici dispensat, in quo pater anteà ministrauerit, teste Staphil. in tract. de literis grat. tit. de qualit. & statu benefi. vers. primo quòd sit illegitimus, & ita seruat stylus curiæ Romanæ, vt Episcopus nullo modo in præbendis Cathedralis ecclesię dispenset cum illegitimo, propter honorem & præeminentiam illius ecclesiæ. c. quamuis. de præb.

Illegitimus ad ordines promotus sine dispensatione nō est irregularis

13 Adde etiam quòd si illegitimus fuerit ad sacros ordines promotus sine dispensatione, & demum celebrauerit, non tamen efficitur irregularis: quia hoc non est iure cautum, licet peccet celebrando. doct. in c. fi. de cleric. excom. minist. Spec. in titu. de lapsis & dispensa. §. iuxta.

14 Vnde in bulla, quam hîc illegitimus impetrabit, oportet quòd faciat mentionem de defectu natalium, & quòd eo non obstante assumpsit maiores ordines: sed de irregularitate quam non incurrit, nō est opus facere mentionem. docto. in cap. 1. de re iudic. lib. 6. & ita seruat stylus curiæ Romanæ, vt asserit Præpos. in cap. Apostolica. 56. distinct.

Illegitimus beneficia habere prohibetur.

15 Secunda prohibitio generalior est, ne beneficium vel beneficia habeant in ecclesia, tanquàm beneficiarij. d. c. 1. de filiis presbyt. & per totum in decretal. & in 6. vnde si illegitimus impetrauerit beneficium non valet impetratio, nisi facta mentione defectus natalium. c. 2. illo tit. in 6.

16 Siue beneficia conferantur eisdem in titulum, siue in commendam: imò si pater cedat commendæ, non tamen illa poterit conferri filio suo bastardo: vel si resignet titulum beneficij, illegitimus filius illud nullo modo potest habere: siue pater cedat, siue alius nomine suo: quia Commenda in hoc regno non differt à titulo: vt plenè docui suprà tra. de commenda.

17 Verum

17 Veruntamen si media persona habuerit illud beneficium in commendam, vel in titulum; purgatum erit vitium: quicquid in contrarium doct. dicant de commenda. Et ita seruatur in regno, vt naturalis dispensatus ad beneficia, possit habere beneficium, etiam si pater ministrauerit mediatè.

18 Prohibentur etiam ad dignitates ecclesiasticas, & personatus sine dispensatione Apostolica promoueri. c. fi. eo. titu. Ad dignitates verò temporales aliis deficientibus recipi poterũt. l. Spurij. ff. de decurio. l. vt gradatim. §. 1. de muner. & honor.

Beneficium in quo pater ministrauit, filius etiam legitimus obtinere prohibetur.

19 Tertia prohibitio est iuris canonici, per quam illegitimus, sed nec quidem legitimus potest habere beneficium, in quo pater fuit præfectus siue (vt dicunt) proximè ministrauit, ca. ad extirpandas, de filiis presbyt. Præpos. in summa. 56. dist. in fin. c. ex parte a, de testib.

20 Ne scilicet beneficia iure hæreditario, & sanguinis concedi videantur. c. ex transmissa. & c. conquerente, de filiis presbyt. cap. 1. de præb. licet quidam instanter petant eo prætextu beneficium conferri, quòd plures de eorum familia illud habuerũt: quæ ratio potiùs inducit ad eos repellendum, ne successio procedat in beneficiis. c. venerabilem. circa fin. ver. insuper. de elect. vbi Panor. quem sequitur Dec. in c. inter. no. 2. de rescr. Vnde scribit Gratia. in c. Apostolica. 8. q. 1. his verbis, Apostolica autoritate prohibemus, ne quis ecclesias & præbendas, præposituras, capellanias, aut reliqua ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendicare, aut expostulare: quòd si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debita pœna multabitur, & postulatis carebit.

Beneficia iure hæreditario non deferuntur.

21 Limitatur nisi pater ministrauerit. ibidem solùm de facto. c. constitutus, ibidem, vel vt conductor, & sic nomine alieno. arg. l. quæsitum. ff. de in ius vocand. cap. constitutus, eodem.

Purgatum quando censeatur vitium.

22 Vel nisi purgatum fuerit vitium: vt pote quia facta fuit collatio post dimissionem patris extraneo, qui demum extraneus posteà resignauit filio: tunc quia illud vitium purgatum fuit per mediam personam, non erit opus dispensatione, dum aliàs sit legitimus. Intellige si præfatus extraneus adeptus fuerit possessionem, & ministrauerit d. c. ad extirpandas.

23 Secus si statim resignauerit: fieret enim fraus, vt simulatque resignatio facta esset in fauorem extranei, ipse statim in fauorem filij aut nepotis resignaret, quòd est reprobatum, ne fiat fraus nominis, seu personæ ad personam, reg. fraus. de reg. iur. in 6. & sic censuit Senatus Paris. pro do. de Rochebaron, contra filium episcopi Annicien.

Arestum.

Bastardinũ quam beneficia quæ parẽtes obtinuerũt habere possunt.

24 Hodie verò per declarationem Clementis 7. anno incarnationis dominicæ 1533. nonas Iulij Pontificatus sui anno 7. cautum est, ne vllo vnquam tempore bastardi habeant beneficia ecclesiarum, in quibus pater præfectus fuit: nec valeat dispensatio in contrarium, eò quòd non sine turpitudine est, vt filius pro patre ministret: & turpitudo patris ibi reuelatur: ob id nisi fiat mentio huius declarationis clem. vel per æquipollens, non valebit dispensatio: quod est notandum.

Nepos non potest habere beneficiũ in quo auus ministrauit

25 Idem in nepote, qui non potest habere beneficium, in quo ministrauit auus. glo. in c. ad extirpandas. eod. & c. presbyterorum. 86. distin. vbi Cardin. & in c. Apostolica. vbi & Archidiac. 8. q. 1. Panor. & alij in c. 2. de arbitr. & in c. accedens, de accusat. Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem. nu. 693. de testam.

26 Licet quidam dicant eum posse præfici, quamdiu pater viuit, secus si fuerit mortuus: cum tunc nepos ingrediatur locum patris, & sic tanquàm filius reputatur, l. Gallus. ff. de liber. & posthum. ego indistinctè putarem locum esse prohibitioni, siue pater viuat, siue non: quia filij appellatione venit nepos, l. liberorum. ff. de verb. sig. & sic fieret legi fraus: nam qui non posset dare filio, nepoti concecederet. Adhæc eadem ratio procedit in nepote, quæ in filio, siue pater superstes sit aut mortuus: quia semper videtur successio. & l. gallus. in hoc locum non habet.

27 Amplia etiam in nepote legitimo descendente ex spurio, vel spuria, vt loquitur d. c. ad extirpandas, de filiis presbyt. vt etiam in prohibitione contineatur & ita censuit Senatus Tholosa. contra nepotem ex filia spuria Rogerij le mestre, pro d. Ioan. de nuptiis. anno 1534. & pronunciatum in vigilia Pentecostes.

Arestum.

28 Et sic nepos quamuis legitimus nõ potest recipi ad beneficium, in quo auus ministrauit, potest tamen sumere ordines, & habere alia beneficia non obstante macula patris: vt docet text. in cap. dominus, & Præpos. in c. presbyterorum. 56 dist. necnon succedere, & alios actus exercere, dum aliud canonicum non obsistat: vt in simili dicit tex. in c. vno de ætate & qualita. in 6.

Pater filij beneficium habere potest.

29 Non prohibetur tamen pater habere beneficiũ filij, scilicet in quo filius ministrauit, tum quod hoc non inueniatur expresse prohibitum, tum etiam quia odiosum est, ergo potiùs restringendum, l. cùm quidam. ff. de liber. & posthum. cui dici potest, ordine turbato succedis Bulgare nato, gl. in l. nam & si parentibus. ff. de inof. testa. & quia hoc etiam rarum est, vt filij thesaurizent parentibus, & eis beneficia resignarent.

Nepos patrui, vel auunculi nõ prohibetur beneficium obtinere. Clausula dispen. dũmodo simul nõ ministrent.

30 Nepos etiam, quem vulgariter nuncupamus patrui, vel auunculi non prohibetur habere beneficium sui patrui vel auunculi: c. ex parte 1. de off. deleg. & d. c. 2. vbi Panor. de arb.

31 Verùm si dispensetur cum filio vt possit præfici in ecclesia, in qua pater ministrauit, solet in signatura inscribi, dummodò simul non ministrent, propter decorem, domus Dei. d. c. cùm decorem, eo. & hoc docet Staphil. in tract. de liter. gratiæ, titu. de qualit. & statu benefic. versi. primo, quòd sit.

Legatus nõ d spẽsat. vt filius eccl siam, in qua pater ministrauit habeat.

32 Nullus præterea legatus dispensare potest, vt filius etiam legitimus habeat illud beneficium, in quo pater ministrauit: vt decidit tex. in c. dilectus, de filiis presbyter. nisi Papa hoc ei expressim concesserit.

Filius in ecclesia, in qua pater est præfectus an beneficium habere p...

33 Quarta prohibitio est, vt filius nedũ prohibeatur obtinere ecclesiã, in qua pater ministrauit proximè, sed etiã illam, in qua præfectus est pater, vt pote quia Episcopus. c. adhæc, de filiis presbyter.

34 Idem

34 Idem si pater esset curatus, & filius vellet esse vicarius perpetuus. c. conquerēte. c. ad extirpandas, de filiis presbytero.

35 Etiam si filius non habeat ministrare, ideo non poterit habere canonicatum, vbi pater est Episcopus, vel vbi aliud beneficium obtinet. Anto. & alij in d. cap. ex transmissa. ibidem.

36 Si verò sint dissimilia beneficia poterit. capit. adhæc. ibidem. Et asserunt quidam hanc prohibitionem procedere tātùm in illegitimis: indecorum enim est, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret. c. cùm decorem, eod. & hoc est sine dubitatione.

37 Sed & in legitimo idem dicit glo. in c. ad abolendam, ibidem per illum text. ibi, ne canonicorum filij maximè spurij canonici fiant. Ego putarem hāc prohibitionem tantùm habere locum in illegitimis, per rationem superiùs dictam, quia scandalum præbet filius spurius, quando cum patre ministrat, quod non facit filius legitimus: & ad hoc est text. in dicto cap. adhæc, & huius est sentētiæ Calderi. cons. 1. eod. tit. quem refert & sequitur Dec. in cap. inter. 2. not. de rescript.

Canonici filios dupliciter habere possunt.

38 Nec refragatur c. ad abolendum, ibi, maximè spurij: quia ex canonicis filij possunt oriri in duplici differentia. primo naturales tantùm, si canonicus nondum sacris initiatus sit, & progenuerit ex soluta: si verò sacerdos fuerit, tunc natus ex eo spurius est. c. nisi, de renuncia. igitur vult text. filios canonicorum non posse canonicos esse, nec præfici in ecclesia, in qua pater est canonicus, quia sunt illegitimi, & maximè si sint spurij id est geniti à patre presbytero.

39 Sed concilium non ideo vult prohibere, quin legitimi filij possint esse canonici in ea ecclesia, in qua pater est canonicus, vel episcopus. & sic puto intelligenda ista iura: quamuis doct. valde super his dubitent, & ista opinio de consuetudine seruatur, vt nusquam viderim à legitimo peti dispensationem obtinendi canonicatum in ecclesia, in qua pater legitimus habet. de Ripa in dicto cap. inter, in 4. not. de rescript.

Genitus illicitè cū vxore censetur illegitimus.

40 Quinta, genitus illicitè cum vxore propria, videlicet post votum vtriusque emissum, cùm sit bastardus, debet hoc in impetratione exprimere, videlicet quod sit genitus & procreatus ex legitimo matrimonio quidē, sed pater & mater ingressi fuerant religionem, & posteà ex congressu fuit genitus hoc dicit gloss. in c. ministri. 81. distin. & in cap. cùm multæ. 12. quæst. 2. doctores in capit. literas, de filiis presbyter.

41 Si verò natus sit licitè, vt pote ab vxore, quæ maritum suum ignorabat esse sacerdotem, tunc illius bona fides excusat, vt faciat hunc filium legitimum. c. cùm inhibitio, de clandest. despon. c. 2. & c. ex tenore, qui filij sint legi. quamobrem tunc ille nulla indiget dispensatione, cùm verè sit legitimus propter bonam fidem matris.

Sacerdotis filius sufficit, quod quis probetur.

42 Veruntamen si probauerim aliquem esse filiū sacerdotis, sufficit ad tranferendum in eum onus probandi, se fuisse progenitum ante sacerdotium, aut bona fide matris. cap. inter cæteras, de rescrip. quæ bona fides præsumitur, quando publicè matrimonium est celebratum. l. fi. vbi doct. de ritu nup. ff. vel quando vocatis amicis contractum fuit. Panorm. & alij in cap. 2. qui filij sint legit.

43 Et de his omnibus & singulis prohibitionibus, si locus eis sit, opus est in dispensationibus facere mētionē, alioqui subreptitia erit impetratio: nec non si loco plurium vna tantùm inseratur, doct. in cap. 2. eo tit.

44 Item duobus modis cum his dispensatur à iure, & ab homine, à iure, inquam si illegitimus ingrediatur religionem. c. 1. eo. quia religionis ingressus omnem abstergit maculam. c. non liceat. 9. q. vlt. vt inferiùs dicetur abundantiùs [in titulo seq.] Ab homine dispensatur videlicet à Papa ad omnia, ab Episcopo ad beneficium simplex, & ad minores ordines. cap. 1. eod. ti. lib. 6. vt superius dictum fuit. *Dispēsatur cū bastardis & à iure, et ab homine.*

45 Nec quidem legatus dispensare ad dignitates, & curata, nec ad maiores ordines poterit, per tex. iuncta glo. in d. cap. 1. in fin. eod. & Paris. consi. 136. stante, in nume. 26. in 4. vol. nisi à Papa hoc ei specia tim concessum fuerit.

46 Verùm quia superiùs dictum fuit dispensationem sine caussa factam non valere, dubium esse potest, quæ caussæ legitimæ dispensandi sint in his naturalibus. Respon text. in c. innotuit, de elect. his verbis, multa in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitę virtus, & fama personæ: vnde in dispensationibus istorum hæc dici solent. *Causæ dispē sationum in illegitimis.*

47 Ex pædictis apparet quòd circa illegitimos multiplex dispensatio concedi solet, Primò vt tonsuram, & ordines sacros assumere possint: quod est eisdem communiter à iure prohibitum. c. cùm in cunctis, de elec. & c. 1. & per totum de filiis presbyter. c. per venerabilem, in fi. qui filij sint legit. quo casu si Papa dispenset simpliciter, vt ordines sumere posit, intelligitur de minoribus, non de maioribus. arg. cap lector, 43. dist. si quidem odiosa est dispensatio: quamobrem non extendenda regul. odia, de reg. iur. & superiùs scripsi in effectu dispensationis. & hoc docet Specula. in eo. tit. §. postremo, vers. quid si dispensatum est. *Dispensare oportet cū illegitimis ad tōsuram & ad ordines.*

48 Secundò hic dispensatus ad ordines etiam sacros, non censetur dispensatus vt beneficiū habeat: quia diuersa sunt. cap 1. eod. libr. 6. & quia dispensatio non extenditur, vt superiùs dixi: nempe illegitimus non est capax etiā pensionis ecclesiasticæ quæ prouenit ex beneficio. cap. extirpandæ, in fin. & ibi doct. de præb. Hieron. Gigas in tract. pensi. quæst. 16. & quia loco beneficij habetur. ca. ad audientiam. 2. de rescript. & fructus pars rei habentur. l. fructus. ff. de rei vend. *Dispensandum cum illegitimo ad beneficia.*

49 Quinimò dispensatus ad beneficia etiā quæcunque generaliter, non tamen censetur dispēsatus ad pēsionem, nempe quia hoc est odiosum, nec extendendum. c. quamuis, & c. cui de non sacerdotali, de præb. lib. 6. Felin. in cap. ad audientiam. 2. de rescrip. Gigas d. q. 18. & seq. sed fortè contrarium est verum, vt alibi dicam. *Dispēsatus ad beneficium non cēsetur dispēsatus ad pēsionem.*

50 Tertiò illegitimus dispensatus ad vnum non censetur ad plura dispēsatus, etiam simplicia bene-

ficia: cap.fin.eod.tit.in 6.

Dispēsatus ad vnū beneficiū, plura non poterit habere nec vnū curatum, aut dignitatem

51 Quartò dispensatus illegitimns simpliciter, vt possit habere beneficium non poterit habere curatum.d.cap.1.quia maior idoneitas in illis requiritur c.cùm in illis, de præb.in 6.ideo oportet exprimere in dispensatione & præbendas ac canonicatus in ecclesia cathed.c.quamuis.1.de præb.in 6.

52 Quintò est exprimendum, quòd etiam dignitates habere possit, aliàs dispensatio non extenditùr ad eas: vt doc.asserunt in c.fi.eod.tit. in 6. & superiùs dictum fuit: imò etiam si fuerit expressum quòd dignitates obtinere possit, adhuc non poterit obtinere dignitates curatas, per d.c. cū in illis. ideo hoc quoque exprimendum erit in dispensatione.

53 Sextò personatus, officia & parrochiales ecclesiæ debent exprimi, quemadmodum suprà dixi pro sequendo bullam dispensationis.

54 Septimò dignitates maiores in ecclesia post pontificalem, & principales in ecclesiis collegiatis cap.fin. de præb.

55 Octauò quòd obtinere possit in illa ecclesia, in qua pater ministrauit, exprimēdum est, vel si pater est ibidem præfectus, aut canonicus. cap.pen. eod.

Illegitimus secularis ad beneficia dispensatus ad secularia intelligitur.

56 Nonò si concedatur dispensatio illegitimo seculari, intelligetur ad secularia pro qualitate personæ.l.plenum.§.equitij.ff.de vsu & habita. vnde si regularia velit obtinere, requiritur expresio in dispensatione, & contrà, cùm hoc de iure non possit.c. super eod.de regular.Ioan.And.in regu.quæ à iure, de regul.iur.in 6.in Mercu.Barba.in c. possesiones, de reb.eccles.non alienand.c. cùm de beneficio, de præb.lib.6.

57 Decimò si duo velit in eadem ecclesia, & vt dicunt, sub eodē tecto obtinere, debet exprimi: aliàs non licebit habere duo in eadem ecclesia.ca.literas. de conces.præb.

58 Vndecimò si quod habeat beneficium, illud est exprimendum.c.si proponente, & c. ad aures, ac. c. cùm adeò, de rescript.c.non potest, de præb. in 6.

59 Duodecimò in secunda dispensatione debet facere mentionem primæ.c.2.de filiis presbyter. in 6.sed non tenetur in impetratione beneficij facere mentionem dispensationis super pluralitate.c.non potest.de Rota decis.280.in antiq. (sub tit. de appella.decis.24.) Ias.in l.nec damnosa.C. de precib. Imper. offeren.

Requisita in dispensatione illegitimorū vt exprimantur.

60 Vltimò debent istá narrari in dispositione, nec sufficeret in non obstante hoc inserere, vel in exsecutiuis, per textum in clem. prima, de præb. Calderi.cons.4.illo titul.vel supplētes omnes defectus, & quos defectus tollere videatur, plenè scribit Præpos.in c.Cænomanensem, col.1.56.distin. non enim communiter videtur Papa tacitos defectus tollere, quos videlicet ignorat.c.1.de consti.in 6. Aegid Bellamera consil.32.pro introductione, columna.penultim.versicul.ad quartum.

Qualitas spurietatis exprimēda

61 Adhæc qualitates spurietatis veniūt in dispensatione exprimendæ, alioqui legitimatio, vel dispensatio nulla est: vt habet decis.Rotæ. titut. qui filij sint legit.& plenè Feli.in c.postulasti, col. 4. & seq. de rescript.c.innotuit, de elect.& dicetur in 3.parte, infrà in materia legitima, in rescri.mistis. (Sufficiet tamen exprimere se genitum ex presbytero & soluta, quamuis sit genitus ex vidua, quia per mortem viri sui hæc fuit soluta, vt diuus testatur.Paul. Ergo expresio fuit sufficiens c.fi.de secun.nup. vbi. no.)

62 Si tamen in prima legitimatione & dispensatione qualitates omnes quis expresserit, & posteà factus habilis impetret beneficium, sufficit dicere se pati defectum natalium, licet qualitates aliàs nō expresserit: nam hæc vltima impetratio non est nisi executio primæ dispensationis: quamobrem ad illam se referre debet argumen.l.si defensor.§.1.ff. de interrogat.actio.

Illegitimus impetrans vnū beneficium nō tenetur facere mentionem de dispensatione ad plura.

63 Quinimo si legitimus dispēsatus ad beneficiū curatum vnum impetrauerit, non facta mentione dispensationis ad plura, valebit impetratio: sicut asserunt dom.de Rota decis.280. in antiq. & Hiero. Gigas in tract.de pensio.q.20.

64 Idem dicunt doct.in licentia data ad resignandum, quādoquidem exigua est gratia: nec difficilior redditur Papa quamobrē non alia requiritur spurietatis expresio: sed hodie nec solet licentia peti, aut concedi: doct.in clem.vna, de renuncia.

Qualitas spurietatis quando nō sit exprimenda.

65 Item si quis impetret facultatem recipiēdi fructus in absentia gratia studij, non est necesse spurietatis qualitates exprimere: nam omnibus studere volentibus concedi solet.c.cùm ex eo, de elect.in 6. hodie quoque hæc facultas non impetratur, cùm iure communi concedatur.c.vno, de cleric. non residen .in 6. c. licet, de præb. nam frustra impetratur quod iure communi conceditur.l.1.C. de Thesaur. lib.10.& concessa dispensatione non residendi fructus recipi possunt c.licet, vbi doct.de præb.

Religionis ingressu illegitim⁹ fit legitimus & ad quæ.

66 Addēdum est, quòd illegitimus per ingressum religionis, & professionem fit legitimus quo ad ordines, vt sine alia dispensatione promoueri possit, c.presbyterorum.56. distinct. c.1. de filiis presbiter. Archid. in cap.fin. ibidem, lib.6. Oldrad.consil.215. puncta. Ad ordines, inquam, tam maiores, quàm minores. d.cap.1. glo. in cap.2. de aposta.sicut olim quo ad successiones datus curiæ legitimus fiebat. §.quibus, de hæredita.quæ ab intesta.defer. in Insti. l.eos, C.de his qui sponte publi. mune.subeunt, lib. 10.quia religio maculam omnem abstergit: tex. in prin.authen.de monach.colla..1.quia est in virtutibus perfectus: ideo alia non requiritur perfectio.gl. in c.quantūlibet.47.distin. c.non liceat.21.q.vlt.alio qui esset contra intentionem ingredientis religionem, quæ est vel esse debet, vt Deo seruiat, & tamē hoc facere non posset.

Illegitimus factus monachus nō est habilis ad episcopatus, & dignitates maiores, nec ad curata.

67 Verùm iste monachus factus non censetur habilis ad obtinendum episcopatum, nec alias dignitates minores, vel maiores, non abbatiam sui monasterij, nec curata beneficia, nisi accedente Papæ dispensatione.d.c.1.& fi.eod.& ibi doc.quia d.c.1.id prohibens, est tex.concilij, contra quod non potest episcopus dispēsare, per gl.in c.cū dilectus, de elect.

68 Imò nec quidem simplicia beneficia secularia, cùm sit regularis, obtinere poterit, etiam ex episcopi dispensatione.d.cap.super eo, de regular.capitul. monachus.c.si cupis, & c.placuit.16.q.1. sed manualia non curata sic.ca.1.& c.proposuit, eod.vbi no.& in clem.1.de supplēd.negligen.prælat.Ioann. Andr. in

in regul. quæ à iure, in fin. de reg. iur. lib. 6. in Mercurial. quia per hoc non refringitur stabilitas claustri, cùm ibi monachus maneat vt obedientiarius, ad abbatis nutum reuocandus ad claustrum. Secus esset in beneficiis aliis secularibus & hoc plenè docet Præpos. in summa. 56 distin. [Abunde Ludo. Roma in interpre. authen. similiter. in 7. speciali. causæ piæ circa vltimas voluntates. C. ad legem Falcid.].

Illegitimus factus monachus tenetur in impetrationibus facere mētionem de defectu natalium.

69 Etiam hic religiosus impetrando beneficium tenetur facere mentionem de defectu natalium: vt videtur consulere Petr. Paris. consil. 44. pro d. Hieronimo, col. prima in 4. vol. cùm non sit omnino integer per ingressum religionis.

Episcopi cū illegitimis ad pensionē non dispensant.

70 Et an episcopus dispensare possit illegitimum ad pensionem, Hiero. Gigas in tract. de pensio. q. 17. dicit posse in illis casibus quibus potest imponere: tamen de consuetudine generali regni episcopi nullam imponunt pensionem, in consequens, nec super hac pēsione dispensare valebunt. Et ita seruatur in forēsi iudicio: licet fortè de iure esse contrarium.

Irregularitas ex delicto prouenies nō tollitur per ingressum religionis.

71 Præterea non tollitur per ingressum religionis irregularitas ex delicto, & culpa illegitimi proueniens, vt si fuerit homicida: tum verò maximè quando religionem ingreditur propter crimen. gl. in c. hoc nequaquam. 7. q. 1. secus in illa, quæ venit ex macula solius illegitimitatis absque sua culpa: vt ea quæ prodit ex delicto patris, gl. & doct. in c. cùm deputati, de iudic. & doc. in c. 2. de aposta. Præpos. in sua summa 56. distinct. glo. & doct. in c. 1. & fi. de eo qui furtiuè ordi. recepit.

72 Nisi quo ad actus temporales: vnde ille qui non poterat esse testis, quia periurus, vel furti condemnatus, si religionem professus fuerit, testificari poterit: ingressus enim iste purgauit maculam quo ad temporalia; vt not. gl. Panor. & Fel. in d. cap. cùm deputati, & in c. testimonium, de testib.

73 Qui verò sint irregulares, & quotuplex est irregularitas, tractat Spec. in ti. de lapsis & dispensa. & Soc. in repe. c. ad audientiam, de homicid.

Dispensatus secularis an post religionis ingressum regularia habere possit.

74 Vidi dubitari de illegitimo seculari dispensato ad quæcumque beneficia qualiacumque, &c. qui demum ingressus est religionem confertur eidem prioratus regularis, an possit vi dispēsationis illum obtinere: videbatur non posse, quia secundum qualitatem personæ tempore dispensationis videbatur solùm ei prouidendum. & sic de seculari, cùm id temporis secularis esset. arg. l. si non sortem, §. libertus: vbi Ias. ff. de condict. indeb. l. plenum, §. equitij, de vsu habita.

75 Contrarium est verius, quia dispensatio ista generalis erat, per quam factus erat capax, & inclusum erat quodcunque beneficium: vt si factus sit religiosus, possit ei conferri prioratus regularis, pro qualitate suæ personæ: & attendi debet tempus vacationis, per cap. ei cui, de præb. lib. 6. cap. si eo tempore, de rescr. ibidem, facit l. fi. C. de test. mili.

76 Idem dixi in minore, qui nominationes impetrauit, & ad curata, & ad non curata: qui si fuerit maior tempore vacationis beneficij curati, vt illud acceptare possit, in tract. nomina. q. 9. nu. 51. & se. vbi alia adduxi.

Cōmēdam Papa concedit.

77 Quamuis dispensatio concessa seculari ad quęcunque, non faciat eundem habilem ad regularia in commendam retinenda, quandiu secularis remanet: ne duplex cōcurrat dispensatio, videlicet super defectu natalium, & super qualitate beneficiorum quod esset absurdum, nisi fuerit expressum: vt suprà dixi: Sed hoc casu poterit commendam Papa concedere, non verò ordinarius.

78 Imò quando prouidetur patienti defectum natalium, etiam per commendam, secum debet dispensari, vt non obstante dicto natalium defectu beneficium illud commendatum recipere, liciteque retinere possit: & hoc est de stylo curiæ Roma.

Commēda nō continet dispensationem in illegitimo.

79 Nota casum singularem, in quo licet collatio beneficij facta illegitimo ab ordinario non valeat tamen si ille ad sacros ordines promotus fuerit ante collationem, & posteà spolietur beneficio, restituetur, & iure recipiet fructus, cùm altari seruiat. c. veniens, & seq. de filiis presbyter. c. cùm secundùm de præb. retinereque potest illud in odium ordinarij, qui illum ordinauit, & illi contulit, ne cogatur mendicare in opprobrium totius cleri. c. diaconi. 5. in 93. distin.

Vacans beneficiū quādo ab ordinario conferri nō possit.

80 Ideo non licebit ordinario, qui contulit illud alteri conferre, licet vacet, sed à Papa poterit impetrari, arg. tex. in c. si tibi absenti. de præb. in 6. vnde cùm hic bastardus colloratam habuerit possessionem, fecit fructus suos, nec ob hoc factus est inhabilis, nec eget rehabilitatiōe quò ad fruct⁹ perceptos,

81 Imò si hic illegitimus fuerit ad vnum dispensatus, & posteà illud permutauit cum secundo, non poterit secundum retinere. c. non potest, de præb. in 6. si tamē secundi fructus receperit, nō tamē efficitur inhabilis, quia iuris autoritate recipit, cū Deo seruiat. c. veniens, eo. ideo nō eget rehabilitatione.

Illegitimus dispensatus ad vnū non poterit illud permutare & aliud loco illius habere.

82. Tamen si iste fuerit dispensatus ad vnum, & illi collatum fuit vnum, beneficium, super quo longo tempore litigauit, nūc componit pensione data, an illam pensionem retinere possit? Respon. posse, quia nunquàm obtinuit beneficium pacificum: ideo hæc pēsio vicē habet beneficij, ad ꝙ erat dispēsatus:

83 Si verò beneficium obtinuisset pacificè, & cum effectu, & posteà vellet pēsionem habere, vel aliud beneficiū, nō posset, intelligitur enim de primo, d. c. nō potest, de præb. in 6. nisi adesset claus. loco dimissi &c. quā declaraui superius in bulla dispēsationis.

84 Dispensatio ad duo vel tria per cancellariam vix solet expediri simul cum creatione protonotariatus, sed cùm duabus bullis fic, nam taxæ diuersæ sunt: namque taxa protonotariatus solet dari camerario, taxa verò dispensationum vicecancellario, & ita solent ex stylo curiæ Ro. duo fieri diplomata:

Bulla dispēsationis nō expeditur simul cum bulla protonotariatus.

85 Sed tamen nullam taxam à me quisquam protonotariatus receperit, quia proprio motu, & gratis atque ex animo hoc mihi Reueren. do. concessisti, cùm legationis munere in partibus Gallic. fungereris, vnde est ꝙ tuæ dignitati perpetuas agā gratias.

86 Itē in dispēsationibus ad quæcūque pro bastardis, non solet inseri clausula ad dignitates maiores in cathedralibus, nec ad principales in collegiatis, ne pariat inuidiam contra eum, qui omnino est inhabilis: vt omnibus præficiatur, ac eos regat, vt aliàs consului.

Clausula de speciali nõ datur illegitimo.

87 Ideo si in signatura petatur, & de speciali advitam, solet cassari, & deleri: nisi is qui petit, fuerit doctor, aut aliàs qualificatus, vt docet Staphil. in tract. de lite. gratiæ. titul. de modo & forma impetr. versi. hinc est, quia ista clausula denotat, quòd de speciali gratia dentur illi dignitates in cathedralibus maiores post Pontificalem, & principales in ecclesiis collegiatis: vt superiùs dixi in forma sign. & bullæ nouæ prouisio. quod permitti non debet.

Petenti secum dispensari ad maiores, si ad dignitates cõcedatur, de maioribus etiam intelligetur.

88 Si tamen in signatura quis petierit secum dispensari, etiam ad maiores & principales dignitates, & Papa in dispositione posuerit clausulam simpliciter ad dignitates, non exprimẽdo maiores, nec principales, videbitur etiam ad maiores, & principales dispensatus: quia illa clausula refertur ad petita, per l. si defensor. ff. de interrog. actio. Et generaliter est ei cõcessum, vt petitur: ergo & de illis dignitatibus etiam maioribus intelligetur.

89 Nec obstat regul. cancel. vbi requiritur harum maiorum dignitatum expressio, verum est: sed hic quoque in corpore & petitione partis hoc fuit expressum, ergo sufficiet: paria sunt enim exprimere per se vel per relationem ad aliud l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudicat. l. certum, si certum pet. ideo in bulla exprimi poterit.

Illegitimus dispensatus ad dignitatem censetur esse de defectu nataliũ dispensatus.

90 Prædictis addendũ est, quòd in signatura istius illegitimi debet inseri claus. non obstante defectu natalium: si tamen ipse petierit secum dispensari de dignitate, etiam in cathedrali, exprimens defectum natalium: Sed in dispositione est clausula, & cum dicta dispensatione obtinendi dictam dignitatem, &c. & desint hæc verba, & super dicto defectu natalium, an poterit dari dispẽsetio super dicto defectu, & respon. posse: quia postquam Papa concesit ei, vt dignitatem obtinere posit, quam non potest obtinere sine defectus natalium dispensatione: per consequens videtur secum dispensatum super illo de defectu, licèt non sit expressum, per l. Barbarius. ff. de offi. præt. nam hoc est accessorium necessarium, quod principale sequitur: vt superiùs scripsi.

Clausula vt præfertur qualificata includit etiam præbẽdas cathedralis ecclesiæ.

91 Adhæc bastardus in signatura petiit secum dispensari ad quæcunque, etiam si canonicatus & præbenda, dignitates, personatus, &c. in cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiatis, &c. in clausulis tamen & in dispositione non est expressum nisi ad quæcunque, quotcunque & qualiacunque, cum cura, & sine cura (vt præfertur) qualificata: dummodo non sint dignitates maiores, &c. An intelligatur dispensatus ad dignitates & præbendas etiam in cathedralibus? Respon. sic, & in bulla poterunt exprimi.

92 Nam claus. in dispositione refertur ad clausulam in corpore scriptam, dum dixit, vt præfertur qualificata: voluit ergo Papa intelligere de quacunque qualificatione petita, & sic etiam de dignitate & præbenda in cathedrali: tum quia exceptio firmat regulam in non exceptis. l. prima. ff. de regulis iuris, erat excepta dignitas maior, & principalis, ergo super aliis censetur Papa concedere, aliàs simpliciter dispensatus ad beneficia non censetur esse dispensatus in ecclesia cathedrali, cap. quamuis, de præbend. libr. 6. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in tertia parte, quæstione 45.

Illegitimus dispensatus ad præbendas cathedrales duas obtinere nõ poterit.

93 Nota etiam quòd dispensatus ad duo, & ad canonicatus, & præbendas etiam ecclesiæ cathedralis non poterit obtinere duas præbendas in cathedralibus, nisi habeat clausulam, quam soleo apponere & ad secundam præbendam in cathedralibus etiã metropolitanis: & sic consului cuidam illegitimo. Legitimus verò duas obtinere potest præbendas, etiam sine dispensatione consuetudine: vt suprà dictum fuit.

95 Non omittendum quòd illegitimus regulariter tenetur in omnibus impetrationibus exprimere se illegitimum, & defectum natalium: alioqui impetrationes à Papa vel Legato impetratæ sunt subreptitiæ, & nullæ. c. 2. vbi doct. de filiis presbyter.

Cautela vt bastardus in omnib⁹ impetrationibus non exprimat defectum natalium.

99 Cautela tamen est super hoc, vt (tu qui non vis in singulis impetrationibus hoc exprimere) impetres indultum à Papa, quo non tenearis ad id, solet ita regulariter dictari, Iulius, &c. Tibi vt in quibuscunque impetrationibus priuilegiis literis & indultis tam Apostolicis, quàm aliis, gratiam vel iustitiã seu mistum continen. per te seu tuo nomine à sede Apostolica, vel illius legatis, aut à locorum ordinariis: vel aliàs qualitercumque de cætero impetrandis, nullam de defectu & dispensatione prædictis mentionem facere tenearis: nec propterea impetrationes, concesiones, dispensationes, gratiæ, mandata, priuilegia, literæ, & indulta huiusmodi de subreptionis seu nullitatis vitio, aut defectu intentionis notari, seu propterea nullatenus impugnari possint sed validæ & efficaces existant, & tibi suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si de legitimo thoro natus esses: seu in illis de defectu & dispensatione huiusmodi expressa mentio facta fuisset defectu prædicto, &c. authoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus, &c.

Compositio non solet in præiudicium officialium remitti.

96 Sed hæ literæ non solent concedi sine compositione, quæ non solet remitti, quia tangit curiæ Roma. officiales, quorum salaria Papa remittere non consueuit: quippe vendens eis officia, contrahere videtur cum ipsis, de non reuocando eos, nec in toto nec in parte, arg. leg. 1. & 2. ff. quando liceat ab emp. disced. Bald. in l. qui se patris, colum. 8. C. vnde liberi. Bened. in repet. c. Raiñutius, in verb. duas habens, nume. 39. cum seq. de testa. & videtur eos in quo remitti, nisi ex magna causa hoc faciat, & cum familiaribus vel cum illis, qui sunt benemeriti de repu.

Bidelli an teneantur remittere salaria, quãdo doctores remittant sua.

97 Verũtamẽ in simili vidi secus obseruari in quatuor vniuersitatibus, in quibus doctor regens fui, vt cùm doctores remittebãt aliqua ex eorum salariis Bidelli quoque nostri pro virili remittere cogerentur, licèt essent ipsi soliti emere sua officia: quod tamen eodem casu retento non putarem fortè procedere, quãdo separata essent eorum salaria à salariis doctorum: quia non arguitur ex separatis: l. fin. ff. de calumniator.

Clausula apponenda in dispensatione illegitimi.

98 Interdum etiam vidi in signatura dispensationis pro defectu natalium in clausulis ponere, & cũ clausula, quòd in quibuscunque gratiis prædictum defectum natalium exprimere non teneatur latissimè extendenda &c. & quòd perinde habeatur in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo thoro

natus

natus fuisset,& istam clausul.soleo apponere,ne duabus impetrationibus quis grauetur:quod est vtile.

99 Adde etiam in non obstantiis hanc clausulam nonobst.statutis,etiam si expressè caueretur in illis quòd nulli illegitimè geniti in canonicos recipi, ac canonicatus,aut præbendas,dignitates,vel personatus,seu officia,vel quæcũque alia beneficia, vel prælaturas in eisdẽ nullatenus valeãt obtinere: & quòd hoc iurare teneantur, videlicet an sint de legitimo matrimonio procreati:quæ quò ad personam tuam omnino tollimus,& etiam immutamus, eis quo ad alia in suo robore duraturis iuramento confirmatione Apostolica,vel quacunque alia firmitate vallatis nequaquam obstan.autoritate Apostolica de speciali dono gratiæ dispensamus.

100 Formulam huius dispensationis super defectu natalium docet Ioannes Andr.in Addit.ad Specula.in ritu.de filiis presbyter.in vlt.addi.quę etiam, ex suprà scriptis plenè concipi poterit.

Clausula in principio bullæ illegitimorũ ponenda.

101 Item aduertendum,quòd olim Papa solebat post salutationem in huiusmodi dispensationibus sic dicere,cùm scribebat pro Illegitimis :illegitimæ gentes,quas vitæ decorat honestas, naturæ vitium minimè decolorat:quia decus virtutis geniture maculam abstargit,in filiis,& pudicitia morum pudor originis aboletur : cùm itaque & c.alia pro illegitimis nunc missa faciam.

De dispensatione cum regularibus facta.



Sciendum est,quòd cum religiosis secundum varias eorum qualitates plurifariam dispensatur,interdum cum non mendicãte,aliàs cum mendicante.

Cũ religioso dispensatur vt in alio monasterio beneficium obtineat.

2 Cum regulari non mendicante dispensatur, vt beneficium obtineat in alio monasterio, quàm suo & alterius ordinis:quod de iure prohibitũ est,cùm non liceat illis locum habere in diuersis monasteriis : quorum vnum ab alio non dependet,cap.cùm singula,§.fin.de præben.libr.6.& nullus potest cum his dispensare,nisi Papa:vt ibidem dicitur : & si secus factum sit, vt si collatio fuerit ab alio facta, quã à Papa, non valebit,nec quidẽ à legato,nisi expressam ad hoc potestatem habente, quinimò est conferens priuatus potestate iterum conferendi, primo & recipiens efficitur ineligibus,in d.§. fi.

Ineligibilis quomodo intelligatur.

3 Et quamuis ille textus vtatur verbo ineligibilis tamen intelligitur iste monachus inhabilis factus non solùm vt eligatur : sed & vt ei beneficium conferatur,c.quisquis.de elect. licèt enim appellationi electionis non veniat collatio : fallit nisi sit eadem ratio vt hic.c.cùm in illis.§.1.& 2. de præ.in 6.& hoc probatur in d.§.fi.c.cùm singula, quia rationi non conuenit,vt homines diuersæ professionis, vel habitus,simul in diuersis monasteriis socientur : vtor verbis tex.in cle.1.de elect.& tex.in c.in noua.16.q.7. sic habet, Qui in administrationibus sociantur,nec professione discrepent,nec habitu : nam cohærere & coniungi nõ possunt,quibus studia, & vota sunt diuersa.

4 Sed hoc ideo dicit ineligibilis,propter frequentiam,quia fræquentius fiebant electiones in monasteriis,c.monachi.in fin.de statu monach.Sed noluit ob hoc excludere collationem,videlicet vt conferri beneficium ei possit,per authent.casla.C.de sacro san.eccles.& glo.in clem.1.de rescript.scripsi in 5. q. tract.no.in Concord.

5 Quandoque dispensatur,vt religiosus curatum habeat, & ecclesiam parrochialem:quod prohibetur in c.monachi,de statu monach. quia plangentis nõ docentis habet officium.c.monachus.cap.alia, & c. placuit.16.q.1.& c.peruenit,ibid.c.1.de cap.monach.

Religiosus sine dispẽsatione curatum habere non potest.

6 Quod est verum, nisi sit beneficium curatum sui ordinis,& per fundationem illis addictum,tunc ad præsentationem abbatis poterit curæ præfici, etiam sine dispensatione.cle.vt professores,& ibi Bonifa.no.10.de regular.c.doctos,& c.seq.16 q.1.glo.in summa,ibidem.

7 Dispensatur etiam cum regulari,vt seculare beneficium habeat in quo præfici est omnino de iure prohibitus.d.c.monachi. de statu monach. & in ca. officij,de elec.c.cùm de beneficio. de præ. li.6. sunt enim regularia committenda regularibus, & secularia secularibus. §. volumus,de colla. in Concord. clem.1 de elect.cap.in noua.16.quæst.7.

Regularis beneficiũ seculare obtinere sine dispensatione non potest.

8 Notandum est,quòd licèt monachus & regularis possit vnum habere beneficium regulare, tamen duo habere non potest, nec quidem capellam vel pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio : nam quodlibet beneficium est incompatibile monacho cum primo.capit. cùm singula. de præbend.lib.6.vbi sic dicitur.Singula officia singulis esse committenda personis.præsenti edicto prohibemus ne aliqui monachi vel religiosi alij pluribus prioratibus, vel ecclesiis absque sedis Apostolicæ autoritate præesse præsumant : nisi vnus ex eis ab alio dependeat: vel adinuicem sint annexi : ergo dispensatione opus est etiam si duo tantùm simplicia vellet habere.

Monachus vnum tãtũ beneficium habere potest nõ duo.

9 Adhæc regulari non solet concedi dispensatio vt possit duo beneficia sui ordinis in titulum retinere,secus in seculari:sed poni solet in dispensatione,vt religiosus vnum habeat in titulum, aliud in commendam,vt suprà dictum fuit in bulla dispen.

Religiosus duo beneficia in titulum obtinere non potest.

10 Ratio est quia si religiosus in titulum haberet duo in diuersis monasteriis, esset sub diuersa obedientia, & diuersis subiiceretur: quod esset absurdum,& monstrosum,quem habere duo capita: vt in cap.1.ne sede vacan. & duobus dominis seruire, cap.1.21.quæst.1.

11 Nisi illa duo beneficia dependerent ab vno & eodem monasterio,tunc possent ea simul in titulum haberi : quia non subest hoc casu diuersis sed vni tantùm : aut si connexa essent vel vnita:quibus casibus non requiritur dispensatio ad ea obtinenda. gloss.in d.c.cùm singula.

12 Præterea si regularis iam habens parrochialẽ ecclesiam, petat alteram sibi commendari:& Papa dicat in signatura,fiat,vel concessum vt petitur in titulum : si Papa aliàs non dispensauerit, tenebitur hic regularis dimittere primam, & secundam habebit in titulum: quia regularis sine expressa dispẽsatiopne nõ otest duas parrochiales ecclesias in titulum habere,vt dictum fuit.

Fiat vt petitur in titulum quo ad religiosum non inducit dispensationem.

13 Imò nec vnam.d.c.monachi.de stat mon.nisi in

aliquibus casibus. cap. quod Dei timorem, de statu regula. Qui casus cum aliàs in propriis terminis mihi contigisset, consului monacho, vt primam rursus impetraret, vt vnà cum secunda posset illam obtinere, cum dispensatione oportuna ad illa duo.

Regulari quando ordinarius cõmẽdare beneficiũ possit.

14 Verùm si dispensatum sit cum regulari, vt vnà cum prioratu, vel alio regulari beneficio possit vnũ seculare beneficium cum cura, vel sine cura, si sibi aliàs canonicè conferantur recipere, & quoad vixerit retinere, &c. non valebit tamen ordinarius commendare beneficium seculare illi monacho: quia seculare beneficium non datur regulari in cõmendam etiam à Papa, nisi in signatura sit expressè concessum, & in dispositione, quòd etiam ordinarius eidem conferre, vel commendare possit vt soleo apponere: quia interdum quis amisit beneficiũ ob hoc quòd hęc clausula fuerat omissa. Nota, quia non inuenio dicta à nostris interpretibus.

15 Nec quidem in titulum ordinarius dare potest quia duo non dantur in titulum, maximè regulari, nisi hoc in dispensatione fuerit concessum: ideo in dispensatione debet exprimi, quòd illa duo in titulum habeat. contra cap. cùm singula. §. prouidemus de præb. in 6. Et de hoc fuit Arestum in magno cõcilio latum: quòd secus est in secularibus, vt superiùs dixi in effectu dispensationis. ratio diuersitatis est, quia ad vitam non commendantur beneficia ab episcopo, c. nemo. de elect. in 6. & hoc est maximè prohibitum religioso, vt duo habeat in cõcilio Lugdunens. cui non potest derogare ordinarius. gl. in c. cùm dilectus. de elect.

Arestum.

Religiosus per simoniã receptus remanere debet religiosus, & absolui debet ab excõmunicatione.

16 Aduertendum est etiam, quòd si religiosus per simoniam (vt sæpiùs contingit) in monasterio receptus fuerit, illa receptio valebit quò ad eum, vt post hanc professionem resilire non possit à monasterio: sed ibi, vel in aliis locis eiusdem ordinis collocari debet. c. quoniam. & cap. veniens, de simo. Io. Ana, in c. dilectus. 2. ibi. Tamen si velit sibi prouideri in dict. monasterio, debet priùs absolui ab excommunicatione, & simonia, vt remanere possit in dicto monasterio, & posteà sibi prouideri de abbatia dicti monasterij poterit, vel alio beneficio. doct. in d. c. quoniam, & c. de regu. de simo.

Religiosus de suo monasterio sine licentia exiens, est excõmunicatus.

17 Religiosus ergo volens exire de monasterio licentiam petat & obtineat ab abbate, aliàs est excommunicatus. c. 2. ne clerici vel monach. in 6. quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita quoque monachus sine claustro. c. placuit. 16. q. 1.

16 Ad laxiorem autem ordinem non potest transire, etiam abbatis accedente consensu, & obtenta licentia. gloss. in cap. cùm singula. §. fin. de præbend. lib. 6. vt superiùs dictum fuit.

19 Quòd si recedat, & habitet extra monasterium suum absque licentia prælati sui, licèt gestet habitũ, tamen est apostata, & excommunicatus, secus si in alio monasterio degeret, secundum Innoc. in cap. fi. de renunc. c. intelleximus, de ætate. Ange. Clauas. in verb. apostasia, in 4. Panor. in c. 1. de aposta. & superiùs dictum fuit.

Morandi licẽtia extra monasteriũ quando re-

20 Vnde licentia morandi extra monasterium nõ potest concedi religioso, nisi caussa studiorum. cap. relatum. ne cleric. vel alia iusta caussa. c. ex rescripto. de iureiur, alioqui data non valet: quia non potest Abbas, vel alius contra ius dispensare. cap. non est de voto, vbi glo. & doct. & superiùs in prin. huius materiæ dictum fuit.

ligioso concedi potest.

Abbas sine caussa dispẽsans cũ suo monacho peccat.

21 Veruntamen si abbas, vel prior sine caussa dispensauerit, & permiserit, religiosus non erit excõmunicatus, sed in conscientia tenetur abbas seu prior. d. c. 2. ne cler. vel monac. in 6. & peccat vterque tam prior quàm monachus: vt ibi dicunt doct. imò non poterit abbas vel prior sine consilio cõuentus licentiam præstare. d. c. 2. hoc docet Aufrer. in decis. Tolos. q. 270.

22 Consuetudo tamen (vt vidi sæpiùs) aliter obseruat, ne consilium conuentus ad hoc petatur, saltem in aliquibus monasteriis.

Monachus an quis dici possit ante professiõis annum.

23 Ne verò per ignota procedamus, monachus intra annum professionis non propriè dicitur monachus, c. 1. [& c. beneficium. vbi glos.] de regular. in 6. gl. in. c. de religios. domib. Tamen largè potest dici monachus, & religiosus. c. 1. de statu monach. & cancellaria Apostolica vocat illum monachum, vel canonicum regularem apponendo in principio bullæ post salutationem, religionis zelus, &c. perinde ac si professus esset, & prouideat illi beneficio, translationem apponit, si sit alterius ordinis, vel dependeat ab alio monasterio, licet eiusdem ordinis: quia præsumit eum velle continuare religionis propositum tamẽ si relinquat habitum ante professionem, non est nota infamiæ vel apostasiæ affectus quia iure facit: vt plene consuluit Fel. cons. 29. in facto.

Professus habere potest beneficia, nõ professus non.

24 Hodie non admittitur quis in Francia, ad beneficia regularia, prioratum, aut aliam administrationẽ, nisi is sit expressè professus. c. nullus, de elect. in 6. nisi à Papa cũ derogatione, & certa sciẽtia &c.

25 Siue conferãtur ei beneficia, siue ad ea eligatur, cle. ne in agro. §. cæterùm. & §. sanè de statu monac. Oldrad. cons. 222. dicendum, vbi extendit ad aliam quamlibet concessionem. d. c. nullus. loquens in electione. licèt Panorm. & alij teneant contra, in c. 2. de testam. quem sequitur Ioan de Selua. in tract. de benefic. in 3. part. q. 51.

26 Sed Oldradi opinio præualet in Francia, conformisque est regiis constitutionibus: nisi, vt dixi, collatio fiat ab ipsomet Papa, aliis enim prohibetur isti conferre ante professionẽ etiã de consuetudine.

Doctoris titulus nõ debet dari religioso.

27 Animaduertendum etiam est, quòd religioso non debet dari titulus doctoris, nec quidẽ in Theologia, aut in iure canonico: nam quò ad ius Ciuile, & Medicinam non est dubium: cùm hæ scientiæ expressè sint eisdem prohibitæ. c. non magnoperè, &c. super specula, ne cleric. vel monach. Sed in bulla Papa solet dicere, & Iulius, &c. Dilecto filio N. Monacho, & Theologiæ professori, vel iuris Canonici.

Secularis vocatur doctor, regularis professor & quã obrem

28 Si verò Papa dirigat bullam seculari Doctori, tunc scribit Dilecto filio N. Magistro in Theologia non autem Theologiæ professori, vel Doctori in iure Canonico, si fuerit secularis: si verò regularis solet apponi professori, &c. ne fortè religiosus iste sub hoc titulo doctorali intumesceret, aut potiùs ab officio distraheretur quod præstare debent doctores maximè Religiosi: ob id vocat eos professores, volens eos continuò profiteri, nec enim aliàs

aliàs merentur hoc nomen tam honorificum. l. à nullo. C.de ser.

29 Etiam beccalaureatus in artibus, aut licentia, non sunt gradus: ideo nec solet vocari Religiosus in literis Apostolicis Beccalaureus, seu Licentiatus in artibus: si tamen hoc asserat impetrans, in bulla dicetur tibi, qui (vt asseris) Baccalaureus in artibus, vel Licentiatus in artibus existis, vide quæ scripsi in §.prætereà. & in §.statuimus.1.de colla. in Conc.

Religiosus nō vocatur in bullis nobilis.

30 Adde etiam quòd religiosus in literis Apostolicis non vocatur nobilis, si quidem ingrediendo religionem amisit nobilitatem. gloss.vlt.in c.1.de purgat.cano.& c.fi. de statu monach. Roma singul. 37. vtrum nobilis: quia censetur esse mundo mortuus. c.placuit.16. q.1.Sed in bulla dicetur tibi, qui (vt asseris) de nobili genere procreatus existis, &c.tamen quomodo hoc intelligatur, scripsi in tract. nomi. q. 12.circa finem: vbi dixi hoc quo ad Deum, non regulariter quò ad alios effectus.

Spurius nō vocatur nobilis.

31 Idem in spurio, vt non dicatur in literis Apostolicis, nobilis, sed (vt asseris) de nobili genere procreatus existis &c. & hoc seruatur ex stylo curiæ Rom. qui iure probatur, in c.si gens Anglorum. 56. dist. vbi bastardi dicuntur ignobiles. vide quæ scripsi in §.cùm verò.in verb.nobilitatis.de col.in Cōc.

Regularis sine rationabili caussa non destituitur suo beneficio.

32 Non prætereundum est, quòd cùm à Papa conceditur beneficium religioso, & petitur in supplicatione, quod ad vitam inuitus amoueri non possit, solet addere Papa absque rationali caussa, aliàs daretur materia delinquendi monachis, & contradicendi suis Abbat. cōtra l.conuenire.ff.de pact.dota.

33 Tamen ego putarem hoc esse intelligendum, etiam si non apponatur: nam beneficia secularibus ad vitam dantur. c.si gratiosæ. de rescrip. nihilominus ex caussa remoueri possunt, & priuari beneficio c.ad abolendam.de hæretic.c.satis, 56. dist. sed hoc Papa exprimit in regularibus gratia vberioris declarationis.

Religiosus nō debet vocari curatus, vel prior secularis nec nomen sumere debet ex beneficio seculari.

34 Notandum etiam est, quòd religiosus non sumit nomen ex beneficio seculari, nec vocatur curatus vel prior sancti Pauli, vel rector parrochialis ecclesiæ, nec ex vicaria seu cappella, nisi sit sui ordinis, quia semper fratres sunt, & regulares & ad tollē dam gloriā, & ambitionē: vt pat.in tit. de stat.mon.

35 Idem dicunt pragmatici Romani in fratre Hierosolymitano habente parrochialem ecclesiā per fratres illius hospitalis teneri solitam. [Isti autem Hierosolymitani habent statuta quæ sequuntur. Statutum primum regulæ sic habet.

Statuta Hierosolymitanorum.

Præcipio enim quòd omnes fratres accedentes ad obsequium pauperum, & tuitionem fidei catholicæ, teneant, & cum diuino præsidio seruent tria quæ promissa sunt Deo: videlicet, castitatē, & obedientiā. Hoc est, q, adimplebunt quicquid eis erit iniunctū à suo magistro: atque viuere sine proprio: quoniam Deus requiret hæc tria in vltimo iudicio.

De paupertate declaratur in 3.part.regulæ.tit. de fratribus.art.7. Sic votum quidem paupertatis id exigit, vt bonorum dispositio liberæ voluntati non subiaceat. Nec licet igitur, nec quoquomodo permittitur baiuliuis, prioribus, pręceptoribus, aut aliis ordinis nostri fratribus testamentum condere, vel hæredem instituere, seu legata facere, atque etiam seruitoribus aut aliis aliquid elargiri tātùm eorum stipendia. Possunt tamen fratres nostri despropriamentum facere, hoc est, in scriptis bonorum suorū ac debitorum & creditorum declarationem redigere, & cum licentia magistri de eorum moderata portione disponere.

36 Tamen hodie si alia non concurrant dabitur in forma gratiosa, sicut si intitularetur: & sic dicetur, dilecto filio canonico prioratus seu monasterij sancti A.ordinis sancti Bened.diœces. &c. salutem.

Clausu. prouiso &c.nō apponitur in bulla religiosorum

37 Item in dispensatione horum religiosorum non solet poni clausula, prouiso quòd idoneus sit, &c.quia tales regulares aliàs idonei sunt, vel esse præsumuntur.gl.in c.quantumlibet. 47. distin.text. in cap.vno, de scrutin.in ord. faciend. licèt quidam sint bene & stupidi, & stolidi, ac penitus ignari.

Parrochialem ecclesiam religiosus habere nō potest.

38 Dispensatur ergo cum monacho vt possit habere ecclesiam parrochialem, ad quam est inhabilis, officium enim plangentis suscepit nō docentis. Hiero.in c.monachi.& c.si cupis.16.q.1.cùm singula. de præben.in 6.

39 Imò de stylo cur.Rom seruatur, quòd si receperit fructus parrochialis ecclesiæ sine dispensatione rehabilitari debeat: & vidi expediri cū infectione, & irritatione, & rehabilitatione, vt statim dicetur.

40 Idē in canonico regulari, nisi præficiatur caussa prædicationis.c.quod Dei timorem.de statu monac.vel nisi fuerit ad hoc dispensatus aut in subsidium aliis deficiētibus secularibus.c.inter quatuor. de regular.& his casibus parrochialem obtinere poterit, aliàs non regulariter.

Beneficia manualia reuocatiōe & morte vacare censentur.

41 Verùm quo ad beneficia manualia notandum est, illa vacare per reuocationem, & per mortem: vt per gl. magnam. in cle. quia regulares, de suppl. neg.prælat.& in cle.& si principalis, in verb.electionem.de rescript.Nicol.Mil.in verb.beneficiū. q. 18.

42 Et secundum eundem q.19.ex consuetudine possunt effici perpetua, aut econtrà: vt etiam docet Anto.in c.porrecta, in fi.de confir.vtili.& idem Nicol.Mil.in verb.religiosus non potest consentire.vide multa quæ de his manualibus officiis scripsi in tract.de pacifi.possessor.nu.272.in 6.limit.

Religiosus ferēs publicè habitum coopertum est apostata.

43 Insuper non est ommittendum, quòd religiosus publicè ferens habitum coopertū sine iusta caussa, fit apostata.gl.no.in cle.2.in verb. extrinseci, de vita & honesta.cleri.quam gl.no singularem. Phili. Franc.in c.vno cleri.coniug.in 6.& in cap. certum. de reg.iur.ibid.vbi Ioan.Andr. in Mercurial. dicit illum excommunicatum, & apostatam, & ita fuisse pronunciatum.

44 Et sic est inhabilis ad beneficia, vt in d. cle.dicitur: & hoc asserit Oldrad.cons.184. pater sancte, in fi.vbi dicit fuisse latam sententiam per do. Clementem Papā 5. & repulsum electū, episcopatúmque fuisse datum fratri dom. Berengarij Fredoli id temporis episcopo Tusculan.Cardi.

Religiosus dimittēs habitum efficitur inhabilis.

45 Nisi secum fuerit dispensatum, quòd rarò fit: quamborem amittere debet huiusmodi beneficia, quæ eis postea conferuntur: sicut plerumque vidi impetrari beneficia religiosorum, qui dimiserant habitū in vniuersitate Paris. quem posteà reassum-

pserāt, sed non obtinuerāt rehabilitationem, nec absolutionem, ideo sua beneficia amiserunt.

46 Idem si transiuerint ad laxiorem regulam, licentia quoque petita, sed non obtenta, à fortiori si nullum deferat habitum, erit apostata & excommunicatus, secus si monasterij secundi sumpserit habitum deferendum primo derelicto. ca. intelleximus de ætate & qualitate. glos. in cap. ex parte, de temp. ord. Innoc. & alij. in cap. fin. de renunc. & doctor. in cap. 2. ne clerici vel monachi, in 6. & hęc de non mēdicantibus.

Mendicantes religiosi nō possunt ad aliam religionem transire.

47 At mendicantes relicta eorum religione non possunt ad religionem sancti Augustini, Benedicti, vel alterius ordinis non mendicantium transferri sine licentia Papæ expressa, nisi ad Carthusien. alioqui sententiam excomunicationis incurrunt tam religiosus mendicans, quàm recipientes ipso facto, text. in extrauag. viam ambitiosæ cupiditatis, de regul. in extrauag. communib. [Aegid. Bellamera in cons. 32. pro introductione.]

48 Secundò ab hac excommunicatione absolui non possunt ab alio, quàm à Papa, nisi in mortis articulo, text. in d. extrauag. viam.

49 Tertiò irritatur ibidem translatio, & facta nullius sunt efficaciæ vel mom̄ti, ecce pœnas extraua. Martini, vnde Papa solet facere mentionem huius extrauag. quando dispensat cum his mendicantibus sic dicens non obstan. extrauag. Martini viam ambitiosæ, &c. alioqui non valeret dispensatio.

50 Quartò facta est cle. vt professores, de regul. quæ disponit, quòd si religiosus mēdicans transierit ad religionem non mendicantem, sancti Bene. fortè, vel sancti August. inibi beneficia, vel officia, seu administrationes habere non posit: ad prælaturam tamen cōcordi suffragio eligi poterit, c. quorumdā. de elect. in 6.

Vicarius esse nō potest mendicans religios⁹ in religiōe ad quā est trās latus.

51 Quintò quòd non posit in dicta religione curam animarum vel aliam curam administrare etiā tanquàm vicarius, ibi aliqua exercere officia, nec esse ibi prior claustralis, vel subprior: vt ibi dicitur.

52 Et non solùm prohibetur in illa religione, ad quam prius fuit translatus: sed etiam si à prima translatione rursus fuerit translatus ad secundam, cùm sit eadē ratio: & iura semper loquuntur, & sunt in viridi obseruantia. l. Ariani. Cod. de hæreticis, aliàs fraus constitutioni fieret: & daretur occasio maioris mutationis

53 Idem dicerem, si episcopus illi conferret: nam cùm prohibeatur transferri propter ambitionem, ambitioni locus erit, si liceat ab episcopo obtinere, & ita docet Laurent. licèt Federicus victus amicitia contrarium consuluerit, in cons. 161. quidam religiosus. vt ipse ibi fatetur, quamuis sæpius recusasset, & recusandū est, quia præstat occasionem mali, vt ibi asserit.

Suffragium nō habet religiosus mē dicans.

54 Sextò nota, quòd si habeant officium in eo monasterio, ad quod sunt translati, non tamen habebunt suffragium seu vocem, nec locum in capitulo vt dicta clement. 1. de regul. sed locum in choro, sic: quia id est onus, à quo subleuari non intelliguntur: atque si esset prior conuentualis, nec tamen adhuc posset habere vocem in eo monasterio, à quo dependet, nisi derogatum sit huic clem.

55 Sed in sui prioratu sic etiam sine derogatione nam huic prouidendo, videtur hoc in consequens Papa concessisse argument. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. alioqui iura sui prioratus amitterentur, & ipse iure prælati priuaretur, quod non est dicendum, cùm vt monachus habeat vocem in cap. sed tanquā prælatus. vt docet Bonifacius, & alij in dicta clemen. prima.

56 Quinimò etiam dispensatus hic mendicans vt obtinere posit beneficia, & administrationes, non tamen videtur dispensatus vt vocem, & locum habeat in capitulo: nisi de hoc fuerit expressè facta mentio: vel nisi fuerit derogatum huic præfatæ constitutioni, quemadmodum fieri solet: & tunc omnibus pœnis derogatum videbitur: vt docet Bonifa. in d. clement. vt professores. in fi. & his non dantur benficia in commendam sed in titulū: vt est statutum in reg. Alex. 6. tit. de signat. grat.

Rationes cur trāsferri prohibeātur mendicantes.

57 Rationes horum ponuntur in d. clemen. Prima est ex dicto Pauli, videlicet, vt *quisque in ea vocatione persistat, in qua vocatus est.* c. 1. 21. q. 1. & vt quietiùs in suo monasterio viuat, c. licet, de regul. necnon vt tollatur ambitio, quæ sæpiùs istos inuadit: & vt discordiæ, & schismata sedentur, quæ possent oriri inter fratres, ad quos iste mendicans est translatus. Dicerent enim Abbati id quod in Euangelio scribitur, tu eos nobis, *qui portauimus pondus diei, & æstus*, non solùm pares facis, & sed pręfers. glo. in §. 1. de iustit, & iure, in instit. Quòd si sint religiosi simplices in monasterio translato inuidia & murmur cessare poterunt: nec fiet tam frequens mutatio religiosorum, quā videmus sæpiùs inter quosdā fieri.

58 Et hæc translatio, & frequens mutatio inconstantiam denotat, c. quæ dignior, 24. q. 1. & ibi gloss. ideo non debet fieri, nisi propter zelum perfectioris religionis: vel si religiosi primæ religionis declinent à regulis perfectæ religionis, aut propter infirmitatem vel debilitatem, ob quam non potest ingressus religionem seruare illius regulam. gl. & doct. in summa. 19. q. 1. Florent. in 3. parte summæ titul. 16. ca. 4. titul. de transeunt. de vna religione ad aliam: alioqui fit inhabilis vt suprà dixi.

Inhabilis quādoquis fiat.

59 Sed quando quis fiat inhabilis? Respondeo in casibus à iure expresis, aliàs quilibet præsumitur habilis, nisi probetur inhabilis, cap. si fortè de elect. lib. 6. & is qui à iure efficitur ineligibilis, vt communiter religiosi, in c. cum singula, de præb. in 6. hi inquam, inhabiles esse censentur etiam ad collationē vt suprà dixi.

Ineligibilis quādo fiat aliquis.

60 Ineligibilis etiam fit quisquis electioni de se factæ per secularis potestatis abusum cōsentire præsumpserit, vt neque absque dispensatione ad aliquā valeat eligi dignitatem. c. quisquis. de elect. & tam ad maiora quàm ad minora beneficia, prohibetur eligi. Specul. in eod. tit. § dicendum. vers. sed nūquid habens, & si celebret in loco interdicto. c. is qui, in fi. de senten. excom. in 6. vide extra. primam, de post. præl. in commu.

Inhabilis est qui ad preces hæreticorum beneficium obtinet.

61 Adhæc quicunque ad preces hæreticorum dignitates, & quæcunque alia beneficia ecclesiastica receperint, illis priuātur, & si illa sciēter receperint, inhabiles

inhabiles fiũt ad alia, c.2 §.adhæc. de hæretic. lib. 6.

Inhabilis est qui secũdum benefi cium retinet cũ primo sine dispensatione

62 Item quicunque recipit secundum beneficium incompatibile, postquàm secundi possessionem habuerit pacificam, primũ dimittere in ordinariorum manibus tenetur, alioqui ex tunc sit ipso iure secundo priuatus: & nedum ad sacros suscipiendos ordines, sed etiam ad habendum quodcunque beneficium ecclesiasticum inhabilis reputetur, extraua, execrabilis, vers. qui verò. de præb. in Extra. Io. 22.

63 Idem si quis de facto receperit secundum beneficium, quod etiam retinuerit cum primo. per cap. cum qui. de præben. lib. 6. ne stultus melioris sit conditionis, quàm sapiens. l. aut seruus. ff. quod vi aut clam., nec dicitur extensio, cum sit eadem ratio, gloss. in authent. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesiis. & in cap. quorumdam, de elect. lib. 6.

64 Idem quoque si primum de facto tenebat, quia non promotus intra annum, & demum receperit secundum, quod detinuit cum primo, adhuc est vtroque priuatus, & inhabilis factus, quia isto casu insunt rationes positæ in d. extrauag. execrabilis, ideo locum habebit hæc priuatio.

Inhabilis est q in sacris bipartita fuerit vsus veste.

65 Inhabilis etiam redditur, qui in sacris constitutus vsus fuerit bipartita veste, aut virgata, seu caligis rubeis, aut viridibus. clem. fin. de vit. & honestat. clerico. nisi consuetudo eum excuset.

Fructus beneficij iniustè recipiẽs fit intrusus & inhabilis.

66 Item quicunque recipit iniustè fructus beneficij, & tanquam intrusus, fit inhabilis ad quæcunque beneficia, c. cùm iamdudum. de præbend. & ibi Panormit. & alij, quia prædo est. ca. in literis. de restit. spolia. & indiget rehabilitatione, si perceptio erat iniusta de iure communi, secus si per regulas, vel statuta quæ poterant ignorari, cap. 1. & 2. de constit. in 6. nisi is qui fructus recipisset sciens statutum, recipisset fructus, tunc etiam inhabilis factus fuisset. doct. in cap. dudum, & cap. nihil, de electio.

Compositio de fructibus iniustè perceptis fieri debet.

67 Quæ rehabilitatio non solet fieri sine fructuũ compositione ad dimidiam aliquando fructuum partem taxanda: vt dicit dom. Probus in additio. ad Ioan. Monach. in cap. fin. colum. 2. de const. in 6. post Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titul. de dispensat. §. dicẽdum. in vlti. addit. sed ad mitiorem pœnã taxatur, prout visum fuerit officialibus curiæ Romanæ. [in tit. de dispensat. cum regula facta num. 67. Nunc videamus an impetratio facta, non habita fructuum acceptorum mentione, valeat si impetrans iniustè antea fructus receperat, super hoc casus faciam sequentes.

Primus est, si iniustè fructus perceperit, & hoc manifestè appareat, & tunc inhabilis factus sum, vt pote si à laico beneficiũ sine alia collatione accepero, & in consequentes fructus, non valebit posteà illius beneficij impetratio, nec prouisio alia, cùm sim inhabilis, nisi hoc exprimam, per cap. quisquis. de elect. cap. cum singula. de præbend. in 6. sed requiritur rehabilitatio, vt inferiùs dicetur: nisi impetrãs fructus in vtilitatem ecclesiæ conuertisset, teste Nicolao Milio. in verb. gratia. quæst. 16. Nam postquam restituit fructus ablatos, peccatum censetur eidem remissum, per reg. peccatum. de regul. iur. in 6. Docet Aufrer. in decis. Tholos. q. 483. quidam nobilis. Et sic vides in quanto sint periculo hi, qui ante prouisionem Papæ, fructus abbatiæ, vel episcopatus recipiunt, quocunque quæsito colore, cap. auaritiæ. de elect. in 6.

Secundus casus est, si iniustè quis fructus receperit etiam colorato titulo, si postea illud beneficium impetrauerit non habita fructuum receptorum mentione, non valebit impetratio. Nam si Papa hoc sciuisset, non concesisset, vt docet Ioan. Andr. & alij in c. dudum, 2. in glos. furtum. de elect.

Tertius casus, si quis fructus iniustè receperit, ratione tamẽ colorati tituli, & aliud beneficiũ, quàm cuius fructus percepit impetrauerit, non facta iniusta fructuum perceptione alterius beneficij, valebit tamen impetratio, quia in eo non deliquit, cuius fructus non recipit. Ideo Papa non minus, si sciuisset, ei concesisset: cap. super literis, de rescript. cap. si compromissarius. de electi. lib. 6. facit l. 2. §. quin ei. ff. de iur. fisci.

Quartus casus sufficit facere mentionem iniustæ perceptionis fructuum, quando non incurritur inhabilitas ratione illius perceptionis, sed si incursa fuerit inhabilitas ea causa, requiritur etiam inhabilitatis expresio in rehabilitatione, & fructuum compositio, vt superius dictum fuit. Quod docet d. Probus. in d. c. fi. de constit. post alios doct.

Quintus casus, si quis impetret dispensationem super pluralitate beneficiorũ, & non faciat mentionem, quòd illa illicitè detinuerit, & quòd inde percepit fructus, non valebit dispensatio, per cap. ad aures. vbi Panorm. circa finem. de rescript. Inde Felin. in cap. postulasti. in fi. illo. tit. & docui in c. licet episcopus. col. vlt. de præben. in 6. Scripsi in verb. pro expresis. in forma mand. in concord. Ista nunc sufficiãt de expresione quæ sunt notãda, quia per doct. non hactenus ita scripta fuerunt.]

68 Et in summa concludendum est impetrationem factam ab ipso inhabili non valere, nisi priùs sit rehabilitatus: vel huius inhabilitatis mentio facta fuerit. doct. in c. cum iamdudum, de præb. & in rehabilitatione solet poni in fi. bullæ clausula de stylo cu. Ro. talis, Volumus autem. quòd antequàm præfati iudices ad executionem præsentium procedant tu dictum beneficium N. in eorum vel alterius eorum manibus realiter dimittere tenearis: & insuper ex nunc irritum decernimus, &c. *Clausula in rehabilitatione ponẽda.*

69 Atque potest poni clau. in signatura, etiamsi in illo beneficio se forsan intruserit, quę pro expresso habeatur & latissimè in bulla posit exprimi, & cum oportuna dispensatione, absolutione, & rehabilitatione, &c.

70 Et cùm ista rehabilitatio velut odiosa sit interpretanda, factus habilis ad secularia, non erit factus ad regularia, nec econtrario, ideo requiritur expresio in rehabilitatione, sicut docet Hiero. Paul. in praxi cu. Ro. fol. 44. versic. quod habilitatus &c. plus dicens, quòd si fuerit habilitatus ad beneficium curatum seculare, & alia quæcunque, & qualiacunque, intelligetur de similibus secularibus, per gl. in cle, 1. de rescript. ideo regularia obtinere nõ poterit. *Rehabilitatus ad secularia nõ est habilis ad regularia.*

71 Imò religiosus qñ habilis fit in rehabilitatione solet obtinere, vt habilis fiat ad quodcũque beneficiũ sed nõ ad quæcũque, quia pluralis esse nõ debet: cap.

capitul. cùm ſingula, de præb. libr. 6. ſic ſtatuit Alexand. 6. in titul. de ſign. grat. tamen vidi multas religioſorum rehabilitationes ad quæcunque & quotcunque benficia factas.

Aliis modis quis efficitur inhabilis, videlicet per crimen hæreſeos, ſimoniæ, & alia crimina, quæ congeſſi in tract. de pacific. poſſ. in 4. limitat. vbi dixi quoſdam inhabiles non eſſe priuatos beneficiis, quę poſsident, ſed eſſe quidem inhabiles ad recipiendũ beneficia: ibidem videre potes, ne plura hîc, quia etiam dicam in 3. parte de amiſſione beneficiorum.

De diſpenſatione cum corpore vitiatis.

Gibboſi & alij corpore vitiati religioni tradi ſolent.



Vpereſt, vt de corpore vitiatis agamus, quos vt plurimum, neſcio qua pietate videmus à parentibus Deo dicari, necnon inuitos in monaſterium detrudi: quæ macula licèt quò ad Deum exigua ſit: quod perdatur & purgetur in religione, tamen eorum mẽs inſpicitur, qui gibboſos, claudos, & alios maculatos offerunt Dei miniſterio. c. hic etenim, 49. diſt. quamobrẽ eos arbitror grauiſſimè peccare: nempe dicit Hiero indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo, c. fi. 49. diſt. vt non immeritò ius eoſdem ſic vitiatos ab altaris miniſterio repellat, niſi accedente diſpenſatione, de qua glo. in ſumma 55. diſtinct.

Vitiati corpore ad ordines & beneficia ſunt inhabiles.

2 Primum ergo notandum eſt, quòd corpore vitiati & ad ordines, & ad beneficia ſunt inhabiles, & quòd promoueri non poſsint prodigioſi: text. eſt in c. qui in aliquo. 51. diſtin. ibi, aut qui naturali defectu membrorum minùs habere noſcuntur.

3 Sic nec beneficia tenere, quia eccleſiæ ſeruire nõ valent, cap. fin. de reſcr. lib. 6. glo. & doct. in cap. fin. de verbor. ſign. idem Card. Alex. in c. ſi Apoſtolica. 55. diſtinct. & c. fi. 48. diſt.

4 Vnde ſi quis gibboſus exiſtat, vel aliàs deformis ſit, is ordinari ſine diſpenſatione prohibetur, ca. 1. in fin. 49. diſtictione, & c. 1. 55. diſt.

5 Itaque ſolet in his Papa poſt ſalutationem ſic dicere, Apoſtolicæ ſedis circunſcripta benegnitas rigorem iuris manſuetudine temperans, &c. nonnunquam aliqua de gratia benegnitatis indulget, quæ ſacrorum canonum ſeueritas interdicit exhibita, &c. probatur in cap. diſpenſationes, 1. quæſt. 7.

Claudus an ordines ſumere poſſit.

6 Claudus verò ſine diſpenſatione promoueri poteſt de conſuetudine, dum ſubſtinere ſe valeat, maximè in Gallia, vbi plures ſunt teſte Hoſtieſ. in ſumma, de corpore vitiatis, §. fin. quod etiã iure permittitur, c. ſi quis, 55. diſt. vbi ſic ſcribitur, Si quis in infirmitate poſitus clericus Medicorum inciſione claudus efficitur, promoueri ad ſacros ordines eum non negamus.

Papa diſpẽſando committit maculam epiſcopo videndam & formam.

7 Item non ſolet Papa cùm his directè diſpenſare, ſed ſcribit epiſcopo vt ſi ſibi videatur, diſpenſet his ferè verbis, Mãdamus quatenus, ſi & poſtquàm dictus N. coram te perſonaliter ſe exhibuerit, oculũ vel membrum ipſum diligenter inſpicias: & ſi (ſuper quo conſcientiam tuam oneramus) ex inſpectione huiuſmodi tanta deformitas in eodem oculo non appareat, quod ex hoc poſsit in populo ſcandalum generari, ac aliud canonicum non obſiſtat: cum eod. N. ſi ſecum per te ſuper præmiſsis diſpenſare contingat, vt quæcunque beneficia &c. recipere & quoad vixerit retinere, liberè & licitè valeat autoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ diſpenſamus.

Si vitium nõ generet ſcandalum populo diſpenſatur.

8 Et ſic Papa mandat epiſcopo, vt videat maculam, & ſi ſcandalum non generet populo, quòd conſcientiæ ſuæ Papa relinquit, vt diſpenſet: qui ſi diſpenſauerit, Papa quoq; diſpenſat cum illo, vt beneficia poſſit habere. Hęc eſt ſũma iſtius diſpẽſationis.

Duplex requiritur diſpenſatio in vitiato & ad ordines, & ad beneficia.

9 Et ſic duplex eſt diſpenſatio, prima ad ordines, vt promoueri etiam ad ſacros ordines poſſit: ſecunda ad beneficia obtinenda: quia poſtquàm erit promotus, altari ſeruiet, ergo cõueniens eſt vt de altari viuat, c. cùm ſecundum, de præb. etiam quandoque cum iſto diſpẽſatur, vt plura beneficia obtineat &c.

deformitas vel ſcandalum prohibet vitiatũ ordinari.

10 Notandum eſt etiam, quòd habens in magnis membris deformitatem, vt manum aridam, vel ſi membra decoris non habet, vt pote naſum, quia talis hominibus eſt ſcandalo, promoueri prohibetur, c. 2. de cleric. ægrot. ideo diſpenſatione opus eſt.

Oculo carens nõ eſt aptus ad ſacerdotium.

11 Idem ſi amiſerit oculum minis enim qui caret oculo, ſacerdotij officium adipiſci non poteſt, c. fina. 55. diſtinct. niſi Papa ſuper hoc diſpenſauerit: & facilior eſt diſpenſatio, quando amiſit oculum dextrum, quàm ſiniſtrum: quia ſiniſter vocatur oculus Euangelij, per quem facilius ſine capitis reuolutione ſacerdos Euangelium legere poterit, quamobrem non erit ſcandalum populo, ſecus in oculo Euangelij, vt dicunt.

Deformitas parua nõ prohibet ordinari.

12 Si verò parua ſit deformitas, quæ non tendat ad ſcandalum, non prohibetur ab ordinibus, nec à beneficiis: vt ſi quis maxillam, vel oculum habeat paulò maiorem altero, vel ſtrabo ſit, aut lippus, vel maculam in oculo: quia is in redhibitione de iure ciuili non eſt, l. qui clauium, ff. de ædi. edict. & ſic ab ordinibus non prohibetur. gl. in ſumma, 53. diſt. nec vt beneficia habeat.

Digitũ non habens an poſſit ad ordines aſpirare.

13 Idem ſi ſex habeat digitos, l. idem Offilius, ff. de ædil. edict. vel ſi digitũ amiſit caſu, aut eius partem, non ideo prohibetur promoueri. c. qui partem. & c. lator. 55. diſt. niſi pollex digitus eſſet abſciſſus, vel index, tunc prohiberetur ordinari, ſed ſi tantùm vngulam pollicis amiſerit, non ideo cenſetur inhabilis, dum aliàs ad frangendum Euchariſtiam ſit in ipſo pollice potens, c. fin. de corpore vitia. vbi quoque dicit glo. aliquem prohiberi, cùm amiſit aliquẽ ex illis digitis, per quos fit ſignum crucis.

Deformitas latens nõ prohibet ordines ſumere.

14 Conſiderandum eſt etiam an illa magna deformitas ſit apparens, aut latens: nam ſi apparens, & ob id afferat ſcandalum, quòd arbitrio epiſcopi relinquitur, promoueri prohibetur teſte Anto. in c. 2. de corpore vit.

Caſtratus poteſt ordines ſumere.

15 Si verò latens ſit vitium, vt pote quia eſt caſtratus, non prohibetur promoueri, nec eſt opus diſpenſatione, niſi epiſcopi, c. ſignificauit, eod. nec coleos ſuos cuſtodire tenetur, vt dicunt ruſtici, gloſ. in cap. Eunuchus, 55. diſtinct. Gofred. in ſumma, de corpore vitiat. in fine.

16 Quod eſt verum, ſi per alium caſtratus fuerit, vel caſu eos amiſerit, c. ex parte, cum ſequent. eodẽ, ſecus ſi ipſe ſeipſum caſtrauerit: quòd rarũ eſt quia ſui

sui homicida sit, tunc prohibetur promoueri, cap. si quis absciderit, & c. qui partem, & per totum. 55. distinct. & qui promoueri prohibetur, in consequens & beneficia obtinere: quia beneficium datur propter officium, quod iste exequi non potest, cap. fi. de rescriptis. in 6.

Cautela non tapro impetrãtibus beneficia, vel alia.

17 Aduertendum tamen est circa Roma. curiæ praxim, vt si quis existimet se inhabilem, vel collationem nullam, hoc non debet ita manifestè dicere in signatura, sed debet dicere, cùm dilectus filius Titius dubitet. &c Ideo petit secum dispensari &c. & cùm dubitet collationẽ viribus nõ subsistere, &c.

18 Alioqui si statim fateretur se inhabilem, aut collationem nullam, posset illa cõfessio plurimùm sibi detrimenti afferre: quia confessio nocet confitenti, cap. 1. & per totum, de confessis, libr. 6. vbi est bona glo.

Papa ansu per homicidio dispenset, & super quo, & quando.

19 Super homicidio verò voluntario Papa nõ dispensat, maximè quò ad altaris ministerium, etiam in regulari: nisi in loco in quo erit occultum homicidium, sed non in loco, in quo est commissum propter scandalum: sed alibi celebrabit ad congruã sui sustentationem: vt doct. not. in c. 1. & c. ad audientiam, de homicid. & in foro conscientiæ facilè dispensatur, imposita tamen graui pœnitentia: & quã do ipse homicida vellet religionem ingredi: vt statuit Alex. 6. in tit. de dispensa.

20 Si verò agatur de homicidio casuali, Papa faciliùs dispensat quàm super voluntario, maximè si homicida dabat operam rei licitæ: c. dilectus, & seq. de homic. & c. Ioannes, cum aliis multis ibid.

21 In homicidio verò necessario, si quis vim repellendo occiderit, & se defendendo: & tunc datur dispensatio facilè, & cum absolutione in foro conscientiæ, ad cautelam, clem. vna, vbi doct. de homicid. & si factum fuerit ex ineuitabili necessitate, datur per viam declarationis, secus si vitari homicidium poterat fugiendo. glo. & doct. in c. suscepimus de homicid.

De homicidio commisso alium defendendo.

22 Sed si homicidium quis commiserit alium defendendo, etiam extraneum, cùm teneretur proximum suum iuuare, vt fecit Moyses contra Aegyptium datur dispensatio ad cautelam, dummodo oppressus mortis periculum euadere aliàs non valeret, & tunc etiam ad altaris ministerium, & ad beneficia, vt ea retineat, sed difficiliùs dispensatur, quando oppressus potuisset mortis periculum euadere: alia videntur facilia, ideo ea nunc omittam.

De dispensatione de non promouendo.

Habens parrochialem ecclesiam, & non promotus intra annum perdit illã.



Lio nobis modo conseruatur beneficiũ, videlicet per dispensationem de nõ promouendo, quia parrochialem habens ecclesiam intra annum promoueri tenetur ad sacerdotium: cap. licet canon, de elect. lib. 6. alioqui lapso anno perdit illud ipso iure, nisi sibi prouideat per hanc dispensationem, quæ interdum fauore studij conceditur: vnde episcopus gratia studiorum ad septennium dispensat. c. cùm ex eo, de elect. in 6. quia studium est labor spiritualis. clem. exiui de paradiso. §. licet, de verbor. significa. siquidem studemus vt meliùs ecclesiæ deseruiamus. Bal. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanct. eccles.

2 Est tamen differentia inter huiusmodi Papæ & episcopi dispensationem: quia Papa latiùs dispensat videlicet ne teneatur interim ad aliquem ex sacris ordinibus promoueri, sed episcopus non aliàs, quàm si scholasticus intra annum promotus fuerit saltem ad subdiaconatum, ne demum ei liceat retro cedere. d. c. cùm ex eo, & c. commissa, de elect. in 6. scripsi pleniùs in scholiastic. priuileg. 36. *Papa & episcopus dispensant de non promouẽdo sed variè.*

3 Solet etiam ex aliis caussis dispensatio cõcedi, velut superiùs dictum fuit in principio huius materiæ: verùm vt hæc materia faciliùs intelligatur, huius dispensationis formam ob oculos subiicio.

Formula dispensationis Papæ de non promouendo.

4 

VLIVS, &c. dilecto filio N. parrochialis ecclesiæ sancti Andreæ curato Parisiensis diœcesis salutẽ: Laudabilia, &c. hinc est, quòd nos tuis supplicationibus inclinati, tecum (qui vt asseris) in iure canonico scolaris, & in minorbus ordinibus duntaxat constitutus existis, vt ratione parrochialis ecclesiæ N. Paris. diœces. quam canonicè & pacificè asseris te obtinere, quique infra annum à tempore assecutionis eiusdem fore dignosceris, vsque ad biennium à fine anni á iure tibi præfixi computandum, ne ad aliquẽ ex sacris etiam subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus ordinibus huiusmodi te facere promoueri minimè tenearis, neque ad id à quoquam inuitus valeas cogi. Lateranen. & Lugdun. conciliis, & quibuscunque aliis constitutionibus, priuilegiis, consuetudinibus, fundatione, vel aliis Apostolicis contrariis nequaquam obstan. autoritate Apostolica de speciali gratia indulgemus, prouiso quòd Ecclesia debitis interim non fraudetur obsequiis: & animarum cura in ea non negligatur, &c. Datum Romæ, &c.

5 

IS præmissis facilius nobis erit, & certius decidere quædam dubia, quæ ex hac dispensatione vidi plerũque suboriri: primum an si hic dispensatus obtinuerit aliam ecclesiam post dispensationem, censeatur quoque dispensatus quò ad eum, ne teneatur promoueri intra annum adeptæ possessionis & commissi regiminis, quod prima fronte videbatur. *Dispensatus de non promouẽdo ratione vnius ecclesiæ, nõ cẽsetur dispensatus si aliam obtineat.*

6 Contrarium tamen est decidendum quandoquidem hic Papa concedit, vt ratione parrochialis

chialis ecclesiæ sancti Andreæ non tenearis promoueri: ex quo liquet mentem Pontificis non vlteriùs extendendam esse: quamobrem ex intentione deficit dispensatio: c. mandatum, ibi, non fuit intentio mandatoris, de rescript.

Clausula in dispensatione de non promouẽdo ponenda.

7 Ob id ad vitandum dubium, addere debes in signatura, Quòd nullo modo teneatur promoueri ratione huius ecclesiæ, nec ex alia quacumque caussa etiam si aliam adipisceretur, & tunc noua opus non erit dispensatione: & hoc soleo apponere, aut cuiuscumque alterius beneficij ecclesiastici curati, vel aliàs sacros ordines requirentis, per te pro tempore obtẽti, &c. vt in forma breuis inferiùs videre licebit.

Dispensatio prodest ad beneficium quod posteà in se obtinuit.

8 Secundum se offert dubium, de eo qui ecclesiã possidebat non canonicè tempore dispensationis, sed posteà quidem eam canonicè obtinuit an hodie videatur dispensatus: & videri dispensatum crederem, sed per illam clausulam non datur titulus ad illam ecclesiam: sed tantùm narratur factum partis ibi, quàm canonicè & pacificè asseris te obtinere.

9 Et quando dispensatur cum isto non habente canonicum titulum, non est necessaria noua traditio, seu adeptio possessionis beneficij, sed primam sufficit continuare, per §. interdum, de rerum diuis. in instit. Cardi. in c. vlt. 56. distinct. not. vlt. Boër. decis. Burdegal. q. 219.

Dispensatio de non promouẽdo intra annũ petenda est.

10 Tertiò ibi, Quique intra annum à tempore assecutionis eiusdem fore dignosceris. Etiam vidi dubitari, an hoc sit in hac dispensatione exprimendum? Respon. exprimendum esse: quia nisi esset intra annũ, iamque priuatus esset eo beneficio, per c. licet canon, & c. commissa, de elect. in 6. ob id esset beneficium tanquàm vacans de nouo conferẽdum, quamobrem, non nisi intra hunc annum dispensatio huiusmodi reciperetur, per l. sed & si manente. ff. de precar.

Prorogatio dispensationis fieri potest, & ad quod tempus.

11 Nam aliud est prorogare precarium eo durante, vel finito: quia si eo finito prorogetur, nouum est precarium, Boër in decis. Burdegal. q. 284. & 294. & hæc prorogatio non debet longius tempus continere, quàm principalis dispensatio: quia accessoriũ non solet esse maius suo principali. l. cùm principalis, ff. de reg. iuris, vbi doc. nisi fuerit in subdiaconatus ordine constitutus, aut aliàs legitima fuerit prorogationis caussa: vt statuit Alex. 6. id temporis pontifex maximus, in titul. de proroga.

12 Quartò ibi, vsque ad biennium non tenearis promoueri, an illa dictio vsque, includat totum biẽnium? & respon. includere. l. post duos, C. de aduoc. diuers. iudicio. nam quidam. dicunt hoc tanquàm fauorabile venit extendendum. l. cùm quidam. ff. de liber. & posthu. Alber. in authen. hoc ius. C. de procura. dixi in tract. de senten. prouisio. artic. 2. gl. 3. [in 1. tomo commenta. in const reg.] & plenius in l. absentẽ. ff. de verb. signifi. & sic in isto biennio non tenebitur promoueri secundum quosdam: alioqui nõ daretur dispensatio biennij sed anni tantùm: quod est verius.

Dispensatio de non promouẽdo ad bienniũ quo modo computetur.

13 Quintò quæro à quo tempore computetur hoc biennium, respondetur in literis, videlicet à fine anni à iure tibi præfixi computandum. Annus autem hic à iure præfixus est vigesimus quintus annus in minoribus, intra quem ad sacerdotium quis promoueri tenetur. c. cùm in cunctis, de elect. & sic iste tenebitur in vigesimooctauo anno promoueri, alio qui elapso vacabit beneficium.

14 In maioribus verò annus à iure præfixus ad promouendum est annus à die commissi regiminis & pacificæ possessionis computandus: vnde si quis calendis Ianuarij 1540. obtinuerit ecclesiam parrochialem, habet illum integrum annum ad promouendum, nec est priuatus nisi toto hoc anno elapso c. commissa, de elect. in 6. & si hoc anno impetret dispensationem ad biennium, fortè calendis Februarij non tenebitur promoueri ante quadragesimum tertium: quo elapso anno si non fuerit promotus, vacabit beneficium per non promotionem.

15 Nam primò debet computare annum à die collationis beneficij, & pacificæ possessionis, & posteà biennium ex dispensatione à fine anni dictæ collationis: quibus tribus annis elapsis nisi promotus fuerit, vacabit beneficium: vt in d. c. licet canon. & cap. commissa, de elect. dicas tamen vt inferiùs elucidabo per curiæ Arestum.

16 Sed nonne licebit extensionem & prorogationem istius biennij obtinere? Respon. id ex voluntate Papæ consistere: nempe si caussa prorogandi adsit, requiritur tamen expressio primæ dispensationis, aliàs non valeret secunda, per cap. fina. de filiis presbyter. in 6.

17 Sextò indulget Papa ne hic impetrãs teneatur promoueri, nec cogi possit ab aliquo: liberum ergo est ei si velit citiùs promoueri, sumendo argumentum à contrario, quod est validum, c. cùm Apostolica, de his quæ fiunt à præla. l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iuris.

Dispẽsatus de non promouẽdo nõ tenetur aliquem ex sacris sumere ordinibus.

18 Septimò ibi, ne ad aliquem ex sacris, tollit dubium motum ex eo, quòd nonnulli asserunt dispensatum, vt haberet beneficium curatum, non censeri dispensatum, quin in 18. anno ad subdiaconatũ promoueatur, & in 20. ad diaconatum: vt docet Petrus Ancha. consi. 193. vltra. & cons. 304. Sed contrarium hic apparet per istam claus. ne ad aliquem &c. vt ad nullum ex sacris ordinibus promoueri teneatur ante dispensationem finitam. scripsi in tract. nomina. quæst. 9. in fin. quæst. & sine dispensatione expressa tene quod scripsi in tracta. nominatio. vt promoueri teneatur (vt superius dixi) tempore iuris. [Et hoc est declaratum in capit. cum ex eo. de electio. lib. 6. aliàs frustra ista clausula, ne ad aliquem ex sacris &c. adiiceretur. Item Papa in dispensatione expressa hoc vult. in d c. cum ex eo fortius in tacita & hoc docet glos. ibi in verb subdiaconatus & Perus.]

19 Octauò ibi, Lateranen. & Lugdunen. conciliis non obstan. de hoc concilio Lateran. tex. est in cap. cùm in cunctis de elec. & de concilio Lugdunen. in cap. licet canon, illo titul. reliquas non obstantias declaraui in bulla nouæ prouisionis suprà, in bulla dispensa.

20 Vltimò quò dilucidiùs materiam istam nobis prosequi liceat, adiungam hic regul. Cancell. Iulij. 3. quæ est num. 25. per quam malè promotos à bene promotis facilè dignoscere posimus, additis meis

quibusdem

quibusdam scoliis, non parum huic rei (vt puto) conferentibus.

De clericis ad sacros ordines malè promotis.

Regul. cancella. 25. Iulij tertij.

Item de clericis extra tempora à iure statuta.

GLOSSA PRIMA.



Scire cupienti quinam ritè sint promoti, contrarium eius præmittendum est, videlicet qui malè, velut docet Iurisconsf. in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. quòd cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum. Quamobrem hic notandum est quem dici malè promotum multis modis.

2 Primò, cùm est promotus extra tempora à iure statuta, vtpote extra quatuor tempora. c. 3. de tempor. ordinand.

Statuta tēpora adpromouēdam quæ sint.

3 Statuta tempora à iure sunt, vt minores ordines dominicis & aliis festis diebus conferantur, & consecrationes virginum fiant. c. de eo, de temp. ordinand. Ordinationes verò sacerdotum id est episcoporū [quòd die domino] celebrentur, non tantùm ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica [nouimus venire] doctrina, scriptura manifestante, quod cùm Apostoli Paulum & Barnabam ex spiritussancti præcepto ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, *ieiunantes & orantes imposuesunt eis manus*: vt intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. cap. 1. & c. quo die, 75. distinct.

Prima tonsura quolibet die conferri potest & in diœcesi & extrà.

4 Prima verò tonsura quolibet die conferri potest, cùm iura certum diem in ea non præfigant: & sic obseruatur de generali consuetudine, teste Hostien. Ioan. Andr. & Cardinal. in c. penult. de temp. ordinand. per c. cùm contingit, de ætate & qualita. & tam in diœcesi quàm extra diœcesim potest episcopus suis subditis tonsuram conferre: vt docet Barb. in c. nouit, de offi. legat. & scripsi in tract. nominatio. q. 14. nu. 29. & 65.

Minores & sacri ordines vbi, & quando dari possint.

5 Et minores ordines, quando episcopo, & vbi videbitur, dari possunt, sacri verò nunquam, nisi in publica ordinatione. c. quando. 75. distinct. & ordines sacri solent in maiori ecclesia conferri. glos. in c. ordinationes. 75. distinct. de consuetudine, episcopi conferunt hos itidem, vbi volunt, teste Floren. in 3. summæ parte. c. 14. c. 16. §. 17.

6 Non debet tamen episcopus generalem ordinationem de his minoribus facere, ideo vnum aut duos ordinare potest, non quin plures ordinare possit, sed caueat ne generalem ordinationem faciat, sicut in quatuor temporibus anni, c. de eo, & ibi doct. de tempor. ordinan. Præpos. in c. quod à patribus. 75. distinct.

7 Item ordines sacri, videlicet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, nisi quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante dominicam de passione conferri non debent, c. 3. de temp. ordinan. c. quoniam, in fi. & c. fi. 75. distinct. [alioqui extra tempora collata sunt.]

8 Sed quare potiùs his temporibus quàm aliis? Præpos. in c. quoniam, §. cæterùm, 75. distin. respon. quia sacerdotes, & alij clerici locum eum obtinent in ecclesia, quem olim Leuitæ penes israëliticū populum obtinuerun, quos vt libro Numer. legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Ægypto, dum primogenita Ægyptiorum interficerentur, custodiuit, cùm quasi primitiæ sint: vnde quasi primitias domino offerimus, cùm aliquos ad sacros ordines damus: conueniens ergo est, vt pro primitiis temporum scilicet quatuor tempori bus primitias hominum offeramus. hæc ille: longè tamen videtur petita ratio. *Quare ordines quatuor temporibus conferantur.*

9 Item introductum est his quatuor anni temporibus fieri ordinationem, vt ordinati exornentur, & sub quatuor Euangeliis seruire Christo & ecclesiæ moneantur: in Vere, vt virtutibus floreant: in Æstate, vt fructibus afferant: in Autumno, vt fructus operum metant: in Hyeme, vt fructus collectos conseruent in horreo, vt eis in domo fruantur.

10 Et in sabbato potiùs quàm in aliis diebus, eò quòd illa dies Spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur, c. quod à patribus, 75. distinct. vel sabbatum notat requiem: quia ordinati à sacris transeunt ad requiem ordinis clericalis, de labore secularium negotiorum, cap. fornicari, 88. distinct. & Paul. ad Timoth. *Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus*, c. 1. & per totum, ne cleric. vel monach. negoc. secular. se immisceāt. Sed in minoribus non traseunt ad requiem, quia possunt ad seculum redire. gl. & do. in c. literas, in fi. de tempor. ordinan.

11 Tamen Papa quolibet tempore ordines etiam sacros conferre potest, cap. 1. de tempor. ordinan. & ibi Hostien. in summa, sicut quolibet tempore pallio vtitur. c. ad honorem, de autoritat. & vsu pallij, quia hoc est de iure positiuo, à quo est absolutus. c. proposuit, de concession. præben. imò dicit Ang. in l. prima, C. de sentent. passis, Papam solo verbo posse aliquem creare episcopum, vel prælatum, licet hoc facere non sit solitus, sed formam aliquam ipse solet seruare, vt alij eius exemplo seruent. *Papa quolibet tēpore ordines cōfert.*

12 Item hoc concedere potest ex speciali gratia episcopo, vt ordines etiam extra quatuor tempora conferre possit: doct. in d. c. 1. & datur dispensatio per breue existenti in 22. vel circa ætatis suæ anno, etiam in diaconatus ordine constituto. vt promoueatur ad sacerdotium die dominico, vel in aliquo die festo, etiam extra tempora à iure statuta. de quibus suprà dixi: dummodò aliud canonicum non obsistat, super quo sua & antistitis eligendi conscientia oneratur in secularibus. *Quando ante ætatē, & extra quatuor tempora possint aliqui promoueri.*

13 Sed cum religiosis dispensatur in vigesimoprimo anno, etiam vt ad sacros promoueantur: teste Staphile. in tract. de literis iustitiæ, fol. 194. versi. datur dispensatio, in rub. de rescri. in forma breuium.

14 Nec valet consuetudo, quòd sacri ordines cōferantur extra quatuor tempora c. 2. de tempor. ordi. imo tam ordinans quàm ordinatus peccat mortaliter, quia violatores canonum à Spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt condemnantur. c. violatores. 25. q. 1. Floren. vbi suprà in d. 3. parte summę, *Cōsuetudo promouendi ad sacros extra quatuor tēpora non valet.*

titul.14.c.16.§.16.

15 Oportet ergo vt neque per commodum neque per gratiam, aut quorumdam supplicationibus aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci. scribit Gregor. Ioanni Corinthiorum episcopo, in c.nouit.100.distin.

Ordinati extra quatuor tempora suspensi sunt.

16 Et quamuis de iure quędam esset dubitatio, An ordinatus extra quatuor tempora esset ipso iure suspensus, in c.cùm quidam, & c.literas, de tempor. ordinand. Tamen hodie per extrauag. Pij 2. ipso iure sunt suspensi: qui si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus sic susceptis ministrare præsumpserint, irregulares eo ipso fiunt, & à solo Papa absoluendi. c.cùm quidam. c. literas, de temp. ordinan. Siluester in sua summa, in verb. irregularitas. q.10. vide tamen distinctionem in c. consultationem. de tempo. ordinan. [vbi Episcopus potest dispẽsare, vt is, qui suscepit extra tẽpora ministret, dummodo ipse non incurrerit irregularitatem ministrando, quia tunc solus Papa ab irregularitate absoluit, & sic conciliari debent illa iura cõtraria.]

17 Et quid agendum cùm aliquid omittitur de forma præstituta in ordinibus, scribit Floren. in 3. parte summæ tit.14.c.16.§.5.

Suspensus est qui plures ordines vno die assumit.

18 Item capiens vno & eodem die plures ordines sacros est suspensus. c.literas, & c.dilectus. de temp. ordin. quatuor tamen minores poterit eodem die assumere, etiam cum subdiaconatu, dummodò non temerario ausu. c.2. de eo qui furtiuè ord. recipit. [& temerario ausu facere censetur, quando sine examine & scientia Episcopi ad subdiaconatum se intrusit, vt doc. ibi dicunt, & ita seruatur de cõsuetudine, quicquid dicant doct. ibi & in d.c.3. de temp. ord.]

19 Vbi dicit Card. hoc seruari: quam consuetudinem putarem valere, cùm non prohibeantur, nisi sacri eodem die conferri: ergo quatuor minores, & subdiaconatus eodem die conferri, & accipi possunt ex consuetudine. & hæc de promotis extra tempora.

Siue ante ætatem legitimam.

GLOSSA SECVNDA.

Aetas legitima quęsit in omnibus ordinibus.

1 Aetas legitima est quò ad primam tonsuram septimus annus. c. fi. de tempor. ordinan. in 6. ad ordines verò minores videlicet ad Accolitatum 12. annus, vel 13. c.in singulis.77.distin. subdiaconus verò non poterat olim ordinari, nisi esset in 21.anno. c.de his, 28. dist. & finito 20.anno. c.subdiaconus.77.dist. nec refragatur d.c.in singulis.77.dist. vbi in 14.anno subdiaconus fieri poterat: quia hoc intelligitur in 14. anno post septimum, & sic in 21.anno: vt gl. & doc. ibi docent.

2 Hodie sufficit quod attingat decimumoctauũ, quia minùs hodie viuunt homines. clem. generalem, de ætate & qualit. nec oportet reprehensibile dici, si variantibus temporibus statuta variantur humana. cap.non oportet. de consangui.

3 Item olim 25. annus requirebatur, vt quis promoueretur in diaconum. c.Episcopus.77. dist. & c. nemo.78. dist. hodie suscipere licet hunc ordinem in 20.anno. d.clem.fi. de ætate & qualit.

4 Presbyter verò olim nullo modo ordinabatur, nisi trigesimum ætatis suæ annum impleuisset. c.1. & seq.78.dist. & citius quem ordinari prohibeatur: quia dicitur 1.ad Tim.5. *Nemini citò manus imposueris, neque communices alienis peccatis.* Quid est manus citò imponere? nisi ante ætatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorẽ tribuere non probatis? text. in c.quid est.78.dist.

5 Dominus enim Iesus 30.anno baptizatus est, & tunc prædicauit, & Ioannes Baptista, Exechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetasse, vel prædicasse. *Christus baptizatus in 30. sed quidã prophetarunt iuuenes.*

6 Verùm quia Hieremias & Daniel intra iuuenilem ætatem spiritum prophetiæ leguntur accepisse, Dauid quoque & Salomon in adolescentia reperiuntur vncti, c.presbyter.78.dist. ideo in concilio Viennen. fuit statutum, quòd sacerdos fiat, si 25. attigerit annũ. in d.cle.fi. quod tempore necessitatis etiam olim erat concessum. in c.fi.78.dist.

7 Nota quod si ante tempus quis fuerit ordinatus, ordinandus Episcopus est suspensus à collatione ordinum. gl. & doct. in d.cle. fi. qui tamen si durante suspensione celebrauerit, non efficitur irregularis. Domi. in c.eos. de temp. ord. in 6. Philip. Fran. in c.1.col.vlt. de re iudic. ibid. sed peccat mortaliter teste Florent. in 3.parte summæ. tit.14.c.16.§.15. *Cõferẽs ordines ante tẽpus est suspensus & ordinatus.*

8 Ordinatus verò ante tempus est suspensus ab executione ordinis vsque ad ætatem legitimam. cap.non est compos, de temporib. ord. & cap. dilectus. de ætate & qualit. c. 1. de clerico per saltum promo. ordinatio tamen tenet, etiam si puer ad sacerdotium ordinaretur. Card. in d.clem. fin. per gl. in c.pueri.1.q.1.

9 Collatio tamẽ beneficij isti promoto ante septennium non valet. Ioan. Andr. & Philip. Perus. in cap.fi. de temp. ordinan. in 6. & sic non iuuatur decreto, de pacific. posses. cùm sit inhabilis. vt scripsi in tract. de pacific. posses. *Collatio beneficij promoto ante septẽnium facta non valet.*

10 Imò si hic minor hos ordines sacros ante 14. annos susceptos ratos non habuerit, non obligatur, sed poterit matrimonium contrahere, sicut is qui hoc tempore ingressus est religionem. c. ad nostrã. & cap. significatum, de regular. Calder. consi. vno. tit. qui cleric. vel vouen. glos. & doct. in c. vno, de clerico per saltum promoto. Io. Dias in practica criminal. c.22. *Minor ordinatus ante tempus nõ obligatur.*

11 Quid si minores interim celebrent? irregulares à iure non fiunt, tum quòd à iure nõ inueniatur expressum cap. is qui. & ibi gl. de sent: excomm. in 6. tum quia sunt suspensi à canone quo ad se tantùm, & non quo ad alios: & suspensus à iure quo ad se, celebrans irregularis non efficitur cap.fin. de cleric. excomm. minist. Philip. Perus. in d. c. 1. de re iudic. in 6. Pan. in c. 1. de cleric. per saltum promo. hodie per constitutionem Pij Papæ 2. efficiuntur irregulares, & beneficiis priuari possunt. *Minor ante tẽpus celebrãs irregularis est.*

12 Intellige cùm isti ante tempus ad sacros ordines promoti fuerint, secus ad alios ordines: vt per text, huius regul. constat, qui tantùm de sacris ordinibus loquitur, ibi ad sacros ordines, &c.

13 Vbi notandum est, quòd episcopus non potest

dispensare

Super ætate Papa solus dispẽsat

dispensare super ætate. gl. & doc. in d. cle. fi. sed cùm ordinatis extra tempora dispensabat olim quidem Episcopus. text. & ibi doct. in c. consultationi, de tempor. ordinand. sed non hodie, sed solus Papa aut legatus à latere ex speciali sibi data potestate, & in dispensatione solet poni clausula, quòd ad annum sit suspensus, vel ad aliud tempus prout papæ placuerit, vel legato dispensanti.

Aut absque dimissoriis literis ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore.

GLOSSA TERTIA.

Dimissoriæ quæ.

Dimissoriæ quo ad istum text. dicuntur, quæ aliàs commendatitiæ vocãtur, quæ dantur his, qui volunt ordines ab alieno sumere Episcopo. c. 1. & c. cùm nullus. de temp. ord. in 6. scripsi in l. dimissoriæ, ff. de verb. sig. & superiùs, in 1. part. de his abundè scripsi. [in ti. de literis dimissor.]

Promoti sine dimissoriis suspensi sunt.

Nam ab alieno Episcopo promoti sine dimissoriis istis ad sacros ordines suspensi sunt ab ordinum executione quo ad se non quo ad alios: quòd si interim in eisdem ordinibus sic susceptis ministrarẽt, non incurrebant irregulitatem de iure. Io. And. in c. quod translatus, de temp. ord. gl. & Dom. in c. eos. illo tit. in 6. hodie eo ipso quòd celebrãt irregularitatem incurrunt: vt patet in constitutione Papę Pij, ergo non habet locum, si sumeret alios non sacros, vnum enim exprimendo alterum negare videtur. c. nonne, de præsumpt. l. cùm prætor. ff. de iudic. & si voluisset intelligere de omnibus ordinibus, dixisset c. ad audientiam, de decimis: igitur exprimendo de sacris, noluit intelligere de aliis. Nec refragatur c. 1. de temp. ordinan. in 6. si quidem in suo casu intelligitur, vt ibi doct. notant. Quamuis in quibuscunque ordinibus suspensionem contrahi scribat Syluester in sua summa, in verb. irregularitas, quæst. 9. per d. c. 1. quod à iure non recipitur.

Dispensatio à papa post promotionẽ inutilem fit & taxatur.

Ideo licet olim impetraretur dispensatio, vt non obstante tali dispensatione, posset vti clericali charactere, & in susceptis ministrare, illudque sufficiebat: vt no. Ang. in sua summa, in verb. irregularis. §. 32. hodie tamen propter cõstitutionem Pij oportet exprimere, quòd non obstante irregularitate incursa celebrando, secum dispensetur, alioqui non prodesset dispensatio: quod est notandum, & solet taxari ad 7. carlinos hæc dispensatio: & si extra tempora duplicatur vt 14. carlinos soluere pro taxa teneretur, vt quandoque fiebat, sed hodie augetur potiùs quàm diminuatur.

Etiam voluit constitutionem piæ memor. Pij Papæ secundi similiter prædecessoris sui desuper editam, & in cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit, Cùm ad sacrorum ordinum, &c. pari modo obseruari.

GLOSSA QVARTA.

Quia vidi plerosque super hac constitutione dubitare, quę apud nos non extat, ideo eam ad verbum duxi hîc transcribendam: ne deinceps super ea ambiguitas oriatur.

Tenor constitutionis Pij Papæ ij.

2 Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Cùm ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione, excessus graues tantò magis plectendi sunt quantò ex illis maiora in mentibus fideliũ scandala generantur. Cùm itaque sicut fide dignorum relatione (non nisi molestè) accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, alioqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promoueri: nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis imposterum committendi similia aditus præcludatur, autoritate Apostolica, hac constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispẽsatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tẽpora à iure statuta, siue ante ætatem legitimã, vel absque dimissoriis literis, etiam citramõtani à citramõtanis, præterquã si in hoc vltimo casu per camerã Apostolicam iuxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, à suorũ ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante in hisdem ordinibus ministrare præsumpserint eo ipso irregularitatẽ incurrant, prætereà vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas beneficiis ecclesiasticis possunt iure priuari. Volumus autem quòd præsens nostra constitutio in Rom. Curia existentes post quindecim dies, absentes verò Italicos, post duos menses, alios verò vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostram, statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Romæ apud sanctum Petrum Anno ab incarnatione dominica millesimo quadringentesimo sexagesimoquinto, decimo Calendas Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

3 Et sic per istam constitutionem is, qui extra tẽpora, vel ante ætatem, vel sine dimissoriis promotus fuerit ad sacros, suspensus est, donec absolutionis beneficium à Papa fuerit consecutus, non tantùm vsque ad ætatem legitimam, prout de iure, vt in c. cum quidam. & c. literas. de temp. ord. & hîc patet, sed perpetuò.

Ordines per perã suscipiẽs est perpetuò suspẽsus.

4 Item si durante suspensione celebrauerit, si sit sacerdos, vel si diaconus fit, tanquàm diaconus in ecclesia ministrauerit, aut tanquàm subdiaconus incurrit irregularitatem, à qua sententia non potest ab alio quàm à Papa absolui; quamuis doct. in c. consultationi, de temp. ord. contrarium dicant.

Omnes possunt regulariter ordines sumere exceptis sequent.

5 Notandum est insuper, quòd omnes regulariter possunt promoueri, nisi prohibeantur à iure: qui

verò ſint prohibiti,refert text.in c.qui in aliquo.51. diſtin.& in c.1.55.diſtin.Hoſtienſ.verò in ſumma, de temp.ord.§.& cui,adducit quoſdam verſus,quibus eorum breuis complectitur prohibitio, qui non poſſunt ordinari,ſub his verbis,

Primùm præcipitur,quòd ſit ſine crimine præſul,
Monogamus,ſobrius prudens,ornatus,& hoſpes,
Caſta docens,non percuſſor,non litigioſus,
Non cupidus,bene diſpoſitus,non neophitúſve,
Talis Apoſtolica,quod præſit regula iuſsit.

Crimina graui aprohibent ordinandos.

6 Et quamuis Paul.1.ad Timoth.c.3.voluerit iſta in epiſcopo adeſſe:tamen Auguſt. & Gregor. ea ad ordinandos extenderunt.c.cognoſcamus.34.diſtin. & c.Apoſtolus,81.diſt. primùm ergo crimen prohibet ordines ſumere,quod intelligerem de graui,vt eſt hæreſis,ſimonia, homicidium, & alia crimina, ſecus ſi leuia fuerint.Hoſt.in d.ſumma.& c.at ſi clerici.§.de adulteriis.vbi doct.de iudic. & in c. ex tenore, de tempor.ordinan. alioqui nullus vnquam ſeu vix ordinaretur.

Bigamus ad ordines prohibetur.

7 Monogamus id eſt vnius vxoris vir. Bigamus autem eius contrarium,ordinari prohibetur. c.nullus Bigamus.55.diſt.imò ſi fuerit clericus,omnibus eſt exutus priuilegiis.c.vno.de Bigamis,in 6.

Ebrius an poſſit effici ſacerdos.

8 Sobrius ordinandus eſſe debet,vnde conſuetus inebriari prohibetur ordinari.c.Epiſcopus aut preſbyter.35.diſt. iuncto text.in ſumma,ibidem,vbi miniſtri templi prohibebantur vinum & ſiceram bibere,ne ebrietate grauarentur corda eorum,vt ſenſus eorum vigeat ſemper,& tenuis ſit:aut quia venter mero æſtuans facilè deſpumat in libidines.ante omnia clericis vetatur ebrietas quæ omnium vitiorum fomes,ac nutrix eſt.itaque eum,quem ebrium fuiſſe conſtiterit,vt ordo patitur, aut 30. dierũ ſpacio à communione ſubmoueatur, aut corporali ſubdatur ſupplicio.c.ſi 35.diſt.alia proſequitur Hoſtienſ.ob id ad illum te nunc reiicio.

9 Et de his non ritè ordinatis quis diſpenſare poſſit? abundè diſtinguit Ægid. Bellamera in c. ſi. de ordin.ab epiſcopo qui epiſcopa.renuncia.ibi videri poteſt:& tene quæ ſuperiùs dixi per iſtam conſtitutionem Pij Papæ 2.

Examinandi ordinandi ſunt.

10 Sciendum eſt autem, quòd antequàm aliquis admittatur ad ordines oportet quòd examinetur: vnde in concilio Carthagi.ſtatutum fuit his verbis: Nullus ordinetur clericus, niſi probatus, vel examine epiſcoporum,aut populari teſtimonio.c.nullus.24.diſtinct.

11 Et ſi quis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione ordinati ſunt,abiiciantur ex clero,vt in concilio Martini Papæ ſtatutum fuit, in c. ſi. 24. diſt.ergo ignotus promotus, etiam aliàs re vera dignus,deponendus eſt,vt d.c.ſi. & ita docet Gofre.in ſumma,de temp.ord.§.reſtat videre. Si verò fuerit notus,& dignus,tunc nullum eſt peccatum.c.de Petro.47.diſt.c.valde,94.diſ.quia notoriè doctus examinari non debet,cl.vna.de iureiur.vbi Barba.no.

Ordinandi quomodo ſint, & ſuper quibus examinandi.

12 Supereſt igitur videre, quomodo ſint examinandi,ſuper quibus,& à quibus, & quando in concilio Nanaten. ita ſtatutum reperio quod habes in c.quando.24.diſt. Quando Epiſcopus ordinationẽ facere diſponit, omnes, qui ad ſacrum myſterium accedere voluerint,feria quarta ante ipſam ordinationem vocandi ſunt ad ciuitatem vnà cùm presbyteris,qui eos repræſentare debent: & tunc Epiſcopus à latere ſuo eligere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros,gnaros diuinæ legis,exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum vitam,genus,patriam,ætatem,inſtitutionem, locum, vbi educati ſunt, ſi ſint bene literati, ſi inſtructi in lege Dei,ante omnia diligenter inueſtigent, ſi fidẽ catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant.

13 Ipſi autem quibus cura committitur,cauere debent,ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti à vero deuient,& indignum & minùs idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos epiſcopi manibus applicent:Quòd ſi aliter fecerint,& ille,qui indignè acceſſerit,ab altari remouebitur:& illi,qui donum Sancti ſpiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condemnati eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & ſic Sabbato, qui probati ſunt, Epiſcopo repræſententur: Aliàs autem ſine clericorum videlicet concilio, & populi teſtimonio nullum Epiſcopus ordinare præſumat.

14 Licet quidam iſtam examinationem ad officiũ Archidiaconi ſpectare dicant.c. adhæc. & c. vt noſtrum,de offi.Arch.c.ſi quis.94.diſ. Gofr.in ſumma de temp. ord. §. nunc videamus. Tamen hodie in Francia Archidiaconi de conſuetudine amiſerunt iſtud examinandi ius, vt nunc ſolos epiſcopos examinare, vel committere videamus: ideo tenentur illi qui examinauerunt ſi indignus præſentetur.c.ſi ſeruus.54.diſt.necnon Epiſcopus tenetur. c.accepimus,de ætate & qualitate.ſi malum examinatorem & corruptum elegit,vel ignarum,ſicut & exercitor nauis de facto ſui magiſtri. l.1. §. magiſtrum. ff. ex exercit. actio, & debet epiſcopus eos adigere iuramento,quòd iuſtè eos examinabunt, & fideliter, & verè ſententiam dicent ſuper his. *Examinatio ordinandorum ad quẽ ſpectet.*

15 Hodie quoque non ſeruatur illud ſcrutinium, ſeu examinatio,quæ fiebat ſecundum formam poſitam in c.vno,de ſcrutinio in ordine faciendo. ſed examinans, ſi reperiat examinatum idoneum, illũ catalogo ordinandorum inſcribi mandat. & demũ is ſuſcipit ordinem, ad quem eſt examinatus.in prima verò tõſura parua eſt examinatio,in ſuſceptione quatuor minorũ eſt maior, in ſubdiaconatu debet eſſe maxima:quia in aliis examinari poſteà non ſolet:ſed quidam burſam examinant,&Giezũ imitantur,[Eliſæi famulum,de quo 4.reg.c.5.]

De promotis per ſaltum.

16 Interdum etiam quis per ſaltum ordines recipit, verbi gratia, à ſubdiaconatu ſaltat ad ſacerdotium,quod accipit ſine diaconatu:&tunc interdicitur ei executio ordinis, quem recepit, donec quod eſt omiſſum ſuppleatur, id eſt diaconatus collatus ſit.c.ſolitudo, 52. diſt. & epiſcopus poterit cum iſto ordinato diſpenſare,& ei conferre diaconatum, vt tunc ipſe ordinatus miniſtrare poſſit per text. in c. vno.de cler.per ſaltum promo.

17 Quod intellige, ſi non miniſtrauerit in ordine nõ ſuſcepto:alioqui ſolius eſt Papę diſpenſare:quãdoquidẽ effectus eſt irregularis, & incidit in pœnã

clerici

clerici non ordinati ministrãtis.de qua in c.1.de clerico non ord.minist.Host.in summa illius tit.Siluester de Prier.in sua summa,in verb. irregularitas.§. 11.quæritur, post Lappum allegat. 29. an dispenset. & si impetret dispensationem, requiritur in ea absolutio,dummodò ritè se promoueri faciat.

De promotis sine examinatione.

18 Alij reperiuntur,qui furtiuè, id est sine examinatione,& approbatione superioris se ingerunt ad ordines cum aliis approbatis ignorãte episcopo: & tunc si hoc erat prohibitum ab episcopo ordinante sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda,tunc is ordinatus non poterit in suscepto ordine ministrare,nec ad superiorem ascendere fine Papæ dispensatione: secus si tantùm erat prohibitio sine excommunicatione. vt in c.1. & per totum, de eo qui furtiuè ordines recepit,summa Angel.in verb. irregularis.§.23.

19 Si tamen episcopus dicat,Non intendimus ordinare non examinatos,& non approbatos, & tunc qui se ingessit nõ erit ordinatus, ideo oportet quod iterum ordinetur, iniungendàque est illi pœnitentia,priusquàm ordinetur:quia valde deliquit,se ingerendo susceptioni ordinum ante approbationem doct.ibidem.

De non promotis intra annum quando priuati censeantur,& quando poßint excusari.

Habens ecclesiã parrochialẽ intra annum promoueri tenetur.



1 REgula iuris est notissima,quòd quicũque habet ecclesiam parrochialem,tenetur intra annum promoueri: aliàs amittet ipso iure ecclesiam illam, & potest per non promotionem tanquàm vacans impetrari,& conferri,c. licet canon. de elect. in 6. etiã ante declarationem veruntamen possidens non remouebitur à possessione, nisi vocatus & auditus fuerit, quia fortè ius habet retinendi. c. licet Episcopus.de præb.in 6.

Ratio cur promoueri quis teneatur.

2 Ratio autem huius edicti est, quia præfectus parrochiæ & parrochianis,seruire debet illis, celebrando,confitendo,& alia, quæ ad verum curatum spectant, faciendo, quod præstare non potest, nisi promoueatur: tum quia propter officium & seruitium datur beneficium.c.fi.de rescr.in 6. Et quia periculum est animarum ex defectu pastoris non seruientis.c.ne pro defectu,de elect. [Et si promotus fuerit,tamen non seruiat,nec celebret, non vacat ecclesia per non promotionem,sed inspecta ratione sic. Ideo opus esset noua declaratione, quòd promotus intra tres menses non celebret, quod esset ipso iure priuatus,eo quòd multi promouentur, & celebrare desinunt, & quo ad effectum promoti non censentur.vt scripsi in l.viuaria. ff. de verb. sig. & omnes in festis saltem quatuor anni solennibus celebrare tenentur facit c.si quis in clero.7.q.1.& c. fi.de sent.excomm.in 6.]

3 Adde regulam istam etiam factam esse ad cautelam, ne videlicet liberum sit alicui post receptos fructus ecclesiarum eas relinquere, & contrahere matrimonium:vt in cap.commissa. de elect.lib. 6. Ideoque prouidetur, vt quis teneatur intra annum promoueri,quò meliùs eidem rei seruiat, cui fuit præpositus.

4 Quæ regula præter curatos ampliatur etiam circa alios, vt primo procedat quoque in vicariis perpetuis.clem.vna.de offic.vicar.qui licet non sint rectores ecclesiarum, sunt tamen rectores curæ animarum, & grex parrochianorum est eis commissus.arg.c.prouideas. de offi. vicar. quamobrem eis incumbit, vt gregi eisdem credito deseruiant, vt illum pascant, & verbo doctrinæ,& exemplo:c. quoniam,& c.inter cætera.de offic.ordinar.

Vicarius perpetuus promoueri intra annũ tenetur.

5 Secundò etiã habet locũ in habentibus prioratus cõuentuales,aut curatos,cle.ne in agro. §.cæterùm.de statu mona. quia prior conuentualis ratione monasterij & personarum eiusdem habet curã monasterij,& personarum tam in foro pœnitentiali,quàm iudiciali, ideo promoueri tenetur, sicut aliam habens curam.

Prior conuẽtualis etiã cõmendatarius intra annum promouendus.

6 Intellige siue illa beneficia vel prioratus habeat in titulum,siue in commendam, per d.§. cæterùm, ibi collationis, seu commissionis sibi factæ:nam qui in commendam habet, non plus iuris habet, quàm habẽs in titulum, nec minor idoneitas requiritur in commendatario,quàm in habente titulum per c.nemo.de elect.in 6.& d.§. cæterùm, loquitur generaliter, quando conferuntur, aut committuntur,conferuntur in titulum:committuntur in commendam:vt in cle.vna.de suppl.neg.præl. vt abundè scripsi in tract.de pacif. poss.in 5. amplia. nu. 42. [Si tamen cura regatur per secularem vicarium,dicerem non priuari priorem: quia curatus actu non dicitur prioratus, vt inferiùs abundãtius scribam.]

7 Tertiò habet locum tam in secularibus, quã in regularibus: vnde si commendetur ecclesia parrochialis à Papa cuidam regulari, tenebitur is etiam promoueri intra annum.per d.c.licèt canon.

Seculares & regulares intra annũ promoueantur.

8 Sic erit dicendũ in seculari, cui prioratus regularis conuentualis, aut curatus est commendatus. Imò ab ordinario non posset ecclesia parrochialis cõmendari cuidam.nisi qui actu sacerdos existat,c. nemo ergo si Papa eidem cõmendet, tenebitur idẽ promoueri iuxta terminum iuris. Et ita fuit decisum in magna camera inquisitionum,anno 1534.

Arestum. Præpositi & decani an priuetur per nõ promotionem.

9 Tamen §.cæterùm, nõ habet locum in Præpositis,Decanis,& aliis præsidentibus canonicis regularibus: tũ quòd ille text. tantùm loquatur de prioribus conuentualibus,& curatis:tum etiam quia est constitutio pœnalis, ergo non extendetur, per l. cũ quidam.ff.de lib.& posth. nam hoc expressisset Papa,si voluisset,c.ad audientiam.de Decimis.

10 Nec refragatur quod Benedictus 12.extenderit etiam ad Præpositos, decanos, & alios præsidentes ecclesiis conuentualibus:vt patet in const.Bened.c. 29.incipiẽ.insuper,vers.nos pari ratione:hoc est verum in ecclesiis cõuentualibus monachorum,quia in illis est speciatim statutum, ergo in aliis locum non habet, quæ non sunt ordinis sancti Benedicti, quibus expressè monachis illa lex est data: vt consuluit Federicus de Senis cõs.25.casus talis est, quidam,& Domi.consil.132.casus talis.

11 Quarto extende,etiam si habens ecclesiam parrochialem non reciperet fructus primi anni propter deportus, quos vocãt Galli,nihilominus tenebitur promoueri, alioqui priuatus erit anno elapso

Promoueri an teneatur qui nõ recipit fructus primi anni.

per c.licet canon:tum quia grex est eidem commissus,vt ibi,& habet pacificam possesionem curæ,ac liberum exercitium animarum: ergo propter earum periculum tenebitur sic promoueri,gl.&doct. in c.commissa,vbi Domi.& Philip. Perus.de elect. in 6.& in c.si tibi cõcesso,de præb.ibidem & Dom. cons.125.dubia,in 3.q.vers.super tertio.

12 Nam licèt nil illo anno recipiat, quo seruire teneatur,tamen parare se tenetur vt eo tempore,quo fructus recipere licebit,sit idoneus ad seruiendum, & sic promoueri tenebitur illo anno. Nec obstat quòd per adeptionem secundi non vacat primum, cum ex eo nil recipio: magna si quidem est ratio differentiæ inter vtrunque, cùm inducere vacationem primi, ex quo nihil ex secundo percepi, & sic nec illud censeor habere nimis graue esset, & perpetuum esset detrimentum. Sed quòd teneat promoueri intra illum annum est potiùs honor, quàm onus: cuius honoris si quod sit incommodum in non percipiendo fructus primi anni,temporaneum est illud, & modicum: cuius rationem prætor non habet.l.scio.ff.de rest.in integ.

13 Adde quòd c.si tibi, nil de hoc vltimo dicit:sed hoc tãtùm de primo, æquum videlicet esse, vt non debeat vacare primum, quamdiu nil recipis ex secundo:quia non videor habere pacificã possessionẽ plenam,nec videor renunciare beneficio primo, ex quo lucrũ habeo,propter secundũ, ex quo nil consequor:& huius sententiæ sunt do.de Rot. decis.61. sufficit,in no.[sub tit.de præb.decis.3.] & do.Gem. cõs.78.formantur.col. vlt.pluribus comprobarem, nisi putarem ista sufficere. Si tamen quis retineret sibi omnes fructus, & renunciaret parrochiali ecclesiæ,putarem eum qui nil percipit,promoueri nõ teneri:quia nil habet,& episcopus eum non promoueret sic,per c.episcopus. de præb. & postquàm nõ viuit de altari,seruire non tenetur, c.cùm secundũ, de præb.vnde ille qui recipit fructus,tenetur sacramẽta administrare, & eo mortuo tenebitur resignatarius intra annum promoueri; & ita putarem dicendum in hoc casu: secus in præcedente, in quo paruo tempore caret fructibus, hic multo, & fortè ad vitam non recipiet.[Et hoc tenet gloss. Monac. in d.c.si tibi concesso.quamuis gl.contrà:quia postquam alter recipit fructus, habet curæ exercitium autoritate Papæ,ergo alter resignatarius,qui plenè non dicitur illud beneficium habere, quãdiu alter viuet,non tenebitur promoueri,quia cessat ratio c. commissa, vt retrocedere possit post fructus perceptos,quos hic non percipit. Nec debet imputari vt dicit gl.isti qui illud beneficium accepit, sicut si accepisset beneficium, cuius nulli essent fructus: ratione fortè belli,quia non est eadem ratio.Nam qui recipit beneficium cuius nulli sunt fructus, hic solus habet & titulum,& curæ exercitium:sed quando sunt omnes fructus reseruati resignanti, hic habet curæ exercitium autoritate Papæ,ergo non debet imputari illi qui accepit titulũ beneficij, cuius fructus non potest percipere: quia si non haberet alium titulum, episcopus eum non promoueret, sed teneretur illi prouidere, si eum ordinaret, per c.si episcopus.de præbendis in 6.]

14 Animaduertendum est tamen, quòd non promotus intra annum,& si posteà receperit fructus,nõ ideo redditur inhabilis ad alia beneficia, quia pœna illa non apponitur in d. c. licèt canon. veruntamen tenebitur fructus restituere, si animum promouendi non habuerit,c.cõmissa, de elect. in 6. de Rot.decis.326. nota quòd non admittitur. in antiq. [sub tit.de except.decis.3.] vbi dicit contrarium in Cancellaria teneri:suprà dixi in dispen. super defectu natal.teneri restituere postquàm non seruit. *Recipiens fructus post annum non promotionis an sit inhabilis.*

15 Sed an is, qui non habuit animũ promouendi, possit posteà conueniri ad fructuũ restitutionem,& condẽnari à iudice ecclesiastico: quod videtur per d.c. cõmissa, sed contrariũ visum est Senatui,anno 1522. die 21. Nouẽbris pro magistro Petro du Gar. appellãte à Decano & c.Ambianensi,quia hoc procedit, vt ad restitutionem teneatur in conscientia. *Cõueniri an possit ad fructuũ restitutionem non habens animũ promouendi: Arestum.*

16 Et sic debet moneri per suum confessorem,nõ quòd detur alicui actio:quod est notandum.Melius tamen esset fructus in hoc seculo reddere, quàm ad inferos cum illis deuolui, vel à Papa compositionem impetrent, seu ab illis qui indulgentiis istã componendi potestatem habent.

17 Quintò procedit c. licet.etiam in capellaniis, quando quis in illarum fundatione dixisset expressè velle. c.licet. habere locum in hac capella: vt si presbyter non fuerit promotus intra annum, ꝙ sit ipso iure priuatus,& alteri etiam eo non vocato cõferri possit.Ita videntur decidere Do.de Ro. decis. 108.no.ꝙ vbi in anti.[sub ti.de rer.permut.decis.1.] quia non licet à fundatione discedere, c. signif. de præb.clem.quia contingit,de religios.domibus, & sic potest sustineri conclusio, quòd habens capellam tenetur intra annum promoueri, alioqui ea post annum est priuatus,intelligendo vt suprà. *In capellaniis quando non promotus sit priuatus.*

18 Sextò etiam procedit,quamuis episcopus prorogasset istum annum: quia nõ potest episcopus dispensare super ætate, nec hoc tempus prorogare, c. prætereà,& c.indecorũ, de ætate:nam cùm Decretal.licèt Canon, permittit episcopo dispensationẽ super residentia,ergo super alio prohibere videtur: argumen.c.qualis,25.dist.c.nonne,de præsump.Ioã. monach.in d.c.licèt,maximè quia illa Decretal.licèt,est tex.concilij,contra quam episcopus non dispensat,c.cùm dilectus,vbi gl.de elect. *Prorogare annum promotionis nõ potest episcopus.*

19 Septimò postquàm annus datur à iure volenti promoueri, non poterit etiam episcopus illum annum abbreuiare, & monere istum curatum ad breuius tempus capescendum, quo sacerdos fiat: nam indultum à iure beneficium nemini est auferendum,per reg.indultum, in 6.facit l. fi. §. donec, C.de iure delib.hoc expresè docet Bon.de vital. in cle.vna,in q.3.de offi.vic. *Annũ promotionis episcopus abbreuiare non potest.*

20 Octauò declara,quòd si possidens hanc parrochialem ecclesiam in curia degat.absque huiusmodi promotione facta intra annum,tunc post annum in curia vacabit: & ad solum Papam collatio pertinebit,c.2.de præb.in 6. [sed episcopus post mensem conferre illum poterit &c.] c.3.ibidem Collecta.in c.ecclesia,in fi.de sortileg.& Prouincial.in ti. declaratoria super proponente, seu vouente, &c. versic.beneficium residentis in curia. *Habitãs in curia per annum & non promotus perdit parrochialem quæ in curia vacat.*

[Nonò

[Nonò procedit etiã si sit in seruitio archiepiscopi. Nã quamuis fructus possit canonicus in absentia recipere, cap. cum dilectus. & seq. de cler. non resid. tamẽ promoueri tenebitur quia huic priuilegium à iure non datur, sicut fructuum præceptio. & cap. licet canon. omnes adstringit. & priuilegiatus in vno non est in alio. doct. in authen. habita. C. ne filius pro patre. Et quia priuilegium recipiendi fructus, potius episcopi fauore datur quàm canonici.

Decimò etiam nihil prodesset, si ad subdiaconatũ vel diaconatũ (licet sint ordines sacri) promotus fuerit, q̃a text. in d.c. licet canõ. dicit, ad sacerdotiũ ꝓmoueatur. Et ideo vacabit parrochialis ecclesia post annum, ac si ad aliquem ex ordinibus promotus non esset. quia non est satisfactum legi, nec extendimus pœnam, sed oportet vt in suis terminis seruetur. Id habetur in d.c. commissa.

Episcopatus abbatiæque non vacãt per non promotionem.

21 Nunc limitatur hæc regula, primùm non habere locum in episcopatibus, & Abbatiis: quia in his non inuenio hoc statutum fuisse, quorum tamen expressa requireretur mentio. gloss. singula. in c.2. de præb. in 6. sed d.c. licèt canon, loquitur solùm de parrochialibus ecclesiis.

22 Et licèt tex. in cle. ne in agro. §. cæterum, & sequenti loquatur de prioratu cõuentuali, tamẽ nõ loquitur de Abbatia: ideo in ea non habebit locum ille tex. tum quia odiosum est, ideo restringendũ: c. statutũ, de elect. in 6. reg. odia, de reg. iur. in 6.

23 Adhæc per adeptionem beneficij incompatibilis nõ vacat episcopatus, c. cum nostris, de cõcess. præb. sic nec Abbatia, ob id etiam non vacabit per non promotionem: quia nec quidem hoc est expressum à iure: sed de episcopis, est tex. in c.1. & per totum, 100. dist.

24 Idem si ecclesia parrochialis erigatur in cathedralem, quia perdit nomen parrochialis: vt consuluit Domin. con. 125. dubia, in fin. & sic nomine parrochialis non continetur, vt not. in c. cum nostris, de concessio. præb. Petrus de Perus. in tract. de mut. status ecclesia. scripsi superiùs in tract. vnio.

Moneri debet episcopi & abbates vt promoueatur.

25 Ideo iura antiqua remanebunt in his incorrecta, videlicet c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. vbi Abbatiæ ibi comprehenduntur, teste Panor. ibidem. vnde potest Abbas priuari, si monitus nõ promoueatur, [nempe in concilia Picta. sic statutum fuit, vt Abbates, decani, & præpositi, qui presbyteri non sunt, presbyteri fiant, quod si aliqua iusta causa prohibente presbyteri, aut diaconi esse non potuerint, prælationes amittant c. 1. de æta. & qualita.] & sicetiã in episcopatibus, & Abbatiis monitio requiritur, antequam vacent per nõ promotionem: quam monitionem hic & aliis casibus hodie contemnunt archiepiscopi, & episcopi facere in suarum perniciem animarum, cùm ipsi vigilare deberent supra gregem, at vereor ne quidam circa ferarum, vel mulierum venationem potius inuigilent quã circũ animas, præcor Domine facias, vt videant.

26 Abbates quoque nolentes promoueri suam grauiter onerare conscientiam arbitror, ni iustum aliquod afferant impedimentum, siquidem non secundum Abbatiarum institutionem officium eis iniunctum exequuntur, sed à probis quibusque munus hoc sanctũ & religiosum miserè pręripiũt: quamobrem non sine grauissima culpa tenentur ad fructuum restitutionem: quia cessat causa seruitij, ergo & fuctuum lucrum, per l. quod dictum, ff. de pactis, c. cum cessante, de appellatio. & si essem in concilio, procurarem statui, vt etiam omnes isti ipso iure post annum essent priuati per nõ promotionem, imò quòd essent presbytiri ante adeptum episcopatum, vel Abbatiam: quia hodie infãtibus dantur, & si senibus concedantur, isti nolũt promoueri, [Imò licet diaconi Cardinales non teneãtur promoueri nisi ad diaconatum, ratione Cardinalatus, tamen si habeant Episcopatum promoueri tenentur, sicut alii Episcopi, iustam habentes præbendam diaconalem si recipiant parrochialem ecclesiam. c. licet, & puto torqueri in inferno illos qui nunquam fuerunt promoti, & tamen deuorarunt in vita cibaria sacerdotum, & Papa illos debet compellere, nam hac memoria mundo quidã tales sunt ad deuorandum bona pauperum

27 Secundò non procedit in ecclesiis collegiatis etiam parrochialibus, per c. statutum, de elect. in 6. nam in illa qualitas addita generi, facit illud transire in aliam speciem: vt docet textus. in l. ius ciuile, ff. de iusti. & iure. Panor. in c. bonæ, 1. no. 1. de postula. præla. Barba. in tracta. de præstan. Cardinal. in 1. quæs. 1. partis, nume. 14. plenè Albert. in tractatu de augmento, in 3. conclusione.

Habens dignitatẽ curatam vel collegiatã non priuatur per non promotionem.

28 Tertiò limitatur in dignitatibus etiã curatis: & sic Decanus etiã ecclesiæ curatæ nõ tenetur intra annũ promoueri, quia c. cũ in cũctis, §. inferiora, de electio. non recipit suppletionẽ, nisi in merè parrochialibus, ergo in aliis locum non habebit: & simpliciter ecclesia parrochialis non cõprehendit parrochialem ecclesiam quæ dignitas est. si quidem aliam qualitatem habet, Ioan. Andr. & alij in d.c. statutum, per illum text.

29 Nã postquã in c. licèt canon, fit mutatio in ecclesia parrochiali, ergo in aliis remanet, c. cùm in cũctis, immutatũ: vnde sine monitione nõ priuatur quis dignitatibus curatis, etiã quia in illis apponitur pœna, clem. vt hi qui, de ætate. & sic consuluit Feder. cõs. 25. casus quidã. & cõs. 76. casus. & c. prior quidam: igitur alia pœna non erit adiicienda.

Decani præpositi & Archidiaconi nõ priuantur ob nõ promotionem.

30 Et sic illius non promotionis pœna locum nõ habebit in decanatibus, præposituris, aut Archidiaconatibus: vt docet Dom. consil. 131. quoniam, & consil. seq. plenè consuluit etiam prætextu nouæ constitutionis, & Roma. consi. 325. quo ad primum, q. 2. plura congessi in lib. meo. in d.c. statutum: ideo qui possedit præpositurã curatam in ecclesia collegiata sine promotione per annum, non tamen est priuatus, nisi fuerit monitus: vt refert Boër. in decis. Burdegalen. q. 119. quidam renunciauit, in fin. quia nõ est parrochialis simpliciter, de qua loquitur cã. licèt canon: licèt æquum & bonum esset vt per concilium, vel per Papam hoc statueretur: & hoc ad Dei seruitium tenderet. [Tamen obtinentes dignitatem, vel canonicatum in ecclesia cathedrali, vel collegiata, quandiu in sacris non sunt, non habent vocem in capitulo, nec nisi

dimidiam partem distributionũ quotidianarum. cle. vt hi qui. de ætate & qualita. addit etiam consuetudo, vt non sedeant in superioribus subselliis chori: quæ consuetudo fuit per Senatum approbata contra quosdam canonicos eccles. Lochiarum, requirente procuratore regio in caussa appellationis cantoris illius ecclesiæ contra quosdam canonicos, 1554. die 5. Iunij, in magna camera.]

Vnitam parrochialem capellæ possidēs nō est priuatus, si intra annū non promoueatur.

31 Quartò non procedit, quando ecclesia parrochialis esset principaliter vnita præbendæ, vel alteri beneficio simplici, c. extirpandæ, §. qui verò, de præben. &c. super eo, illo titul. in sexto. Siquidem eo casu beneficium vnitum assumit naturam eius cui vnitur, per c. recolentes, in fine de statu monach. Anto. in c. 1. ne sede vacan. glos. & doct. in d. cap. licèt canon: tum quia principale tunc attenditur, non accessorium, quod sequi naturam principalis conuenit, l. cùm principalis, ff. de regul. iur. scripsi in tract. de vnio. suprà, secus si æquè principaliter: vt docet Nicolaus Milius in verb. curatum, in vlt.

Curam obtinens fori contentiosi nō comprehenditur in c. licèt canon.

32 Quintò idem si non habeat curam fori pœnitentialis, sed tantùm fori contentiosi, Cardinal. in clemēt. vna, q. 20. de offi. vicari. vbi dicit, quòd Archidiaconus habet curam fori contētiosi, capitulo primo, & finali, de officio Archidiaco. & tamen nō tenetur fieri sacerdos intra annum, sed sufficit quod fiat diaconus, cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect. quamobrem sine monitione non priuaretur: quia d. c. licèt canon, loquitur in ecclesia parrochiali simpliciter nō in quocũque beneficio curato.

33 Et superiùs in declaratio. bullæ & signaturæ retuli differentiam inter ista: nam parrochialis ecclesia dicitur, quæ parrochiam habet, & territoriũ ad eius curam deputatum: vt docet Panor. in c. extirpādæ, de præb. & Nicol. Milius in verb. ecclesia parrochialis, & scripsi in verb. parrochiales, in §. statuimus. 2. de collat. in Concord.

Beneficiarius non habens parrochianos promoueri an teneatur.

34 Sexto quando nulli sunt parrochiani, fortè propter bellum, vel aliàs, gl. & doct. in d. c. licèt canon. Nam clericos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui ad sacrosanctas ecclesias, vel ad monasteria permanent non diuagantes, neq; circa ministeria diuina desides, cùm propter hoc beneficiũ eis indulgemus, l. generaliter, C. de sacr. eccl. c. generaliter, 16. q. 1. facit l. 2. ibi, in actu positi, vt dign. ordo seruet. lib. 12. & cessante caussa cessat effectus, l. quod dictum, ff. de pactis, c. cùm cessante, de appellatio. & Io. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte, q. 42. Io. Staphil. in tract de literis gratiæ, in 2. parte. fol. 46. quia si non habeat curam actu, cessat ratio d. c. licèt canon: vt scribunt Anch. & alij per illum tex. in cle. vna, col. 1. de offic. vica.

Monendus curatus reuersis parrochianis.

35 Sed si reuertantur parochiani, tenebitur is promoueri ab eo die, quo reuertuntur, si quidem incipit actu parrochialis esse: veruntamen erit tutius, vt quod ipsi parrochiani moneant curatum, vt eis seruire teneatur, ne scilicet ignorantiam vllam prętendere valeat: de qua inferiùs dicetur.

Curatus verus quis.

36 Eum autem verum esse curatum docet Staphil. in tract. de literis gratiæ, titul. de qualitate & statū benefi. versi. patet igitur, qui certum habet territorium limitatum, & quòd ipse curam exerceat per se non per vicarium perpetuũ, & quòd iste sic instituatur. Ego vidi præceptũ fieri ab episcopo, seu eius officiali isti curato, statim reuersis parrochianis ad instantiā illorum, vt residere haberet, & pro moueri intra tempus iuris, alioqui epis. prouidet.

Curatus in fine anni potest ecclesiam permutare.

37 Septimò curatus poterit ecclesiam suam permutare cum alio beneficio in fine anni, c. cōmissa, de elect. in 6. cùm ea ante finem anni priuatus non sit, vt ibi dicitur: & sic tenētDo. de Rot. deci. 187. in antiq. sub tit. de præb. decis. 38. licèt cōtrarium alibi dicatur fuisse iudicatũ in Rot. decis. 355. nota ꝙ non promotus. [in antiq. sub ti. de rerũ permuta dec. 6.]

38 Sed primæ sententiæ adhæret Aufre. deci. 471. dicens esse communem & veriorem: quia est suũ est beneficium ante finem anni, ergo potest illud permutare etiam decies: vt firmat Oldr. in consi. 203. factum tale, per illum tex. in c. commissa, & Ægid. Bella. decis. 178. non promotus, ac Rochus in tract. iurispatro. in verbo honorificum, quæst. 30. [sub tit. de rer. permuta. deci. 1. & in omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies impleatur, non finit obligationem. l. in omnibus. 1. ff. de actio. & obliga. sic nec priuatur quis ante vltimi diei lapsum.]

39 Et is cum quo permutatur tenebitur intra aliũ annũ etiam promoueri, aliàs priuatus erit. de Rot. decis. 108. nota quòd vbi, in anti.

40 Nam quilibet habens parrochialem intra annum promoueri tenetur, siue sit primus, siue post eum alius, siue caussa permutationis habeat, siue ex alia prouisione.

Lite durāte curatus promoueri non tenetur.

41 Octauò limitatur, quando litigiosa esset ecclesia parrochialis: nam computatur hic annus à die commissi regiminis & pacificæ possessionis, per tex. in c. commissa, de elect. in 6. vel à die, quo potuit esse pacificus: vt ibi, & c. licèt, 2. de præb. in 6. Aegid. Bellamera decis. 153. Papa, & decis. 83. super hoc. vbi dicit hoc probādum à non promoto, vide licet litem habuisse, vel habere, alioqui securus non erit, teste Domi. consi. 82. Bonifacius, col. 3.

Fingens vel procurans litē est priuatus.

42 Cuius prætextu vidi multas impetrari parrochiales, quia possidens lites sibi fingebat, sed ante Deum, cui omnia sunt aperta, iste qui fingit litē satis est priuatus, nec aliquem habet titulũ: ideoque recipiēdo fructus est prædo, & fur, & falsarius, quòd falsò nomē curati sibi vēdicat, & ascribit, cùm nō sit: quamobrem tenebitur ad restitutionē fructuũ, vt quos ex re non sua (cùm sit priuatus) accipit, & mala fide: alioqui non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, per regu. peccatum de regu. iur. in 6. & hic in inferno perpetuò, nisi resipiscat, cruciabitur. [Facit tex. in l. cum hi. §. si cum lis. ibi ne circũueniatur oratio, fingi enim lites poterūt, vt trāsactio etiā citra prætoris auctoritatē fiat. ff. de trās.]

Episcopus fauore studij dispensat in fine anni.

43 Prætereà cū quis habeat ius in dicto beneficio, donec sit annus elapsus, nec anteà priuatus intelligatur; ideo in fine anni Papa vel ordinarius fauore studij dispensare poterit, cum volente studere, ne vacet interim beneficium, per d. c. commissa, &c. cum ex eo, de electione, in 6. dummodo hic fuerit promotus ad subdiaconatum ante annum, vt ibi, & docet

Forma dispẽsat. episcopi. docet Oldrad. d. consi. 203. & de Rota decis. 187. nota quòd tenens, in antiq. sub titu. de præben. decis. 38. Vnde vide episcopi dispensationem sic conceptam, Ioannes &c. Petro &c. non tenearis ad diacotus vel sacerdotii ordines promoueri hinc ad septennium, dummodo illo tempore durante, in aliqua vniuersitate approbata resideas, & literarum studio insistas, & intra annum ad subdiaconatus ordinem promotus fueris, tecum de gratia speciali dispensamus: prouiso quòd tua ecclesia nullum in spiritualibus & tẽporalibus patiatur detrimentum. Actum &c. Dicitur, Resideas, & studio insistas, quia non sufficit in studio esse, nisi quis studeat. l. si quis autem. & ibi. Alex. ff. de acqui. possess. glos. in proœmio 6. lib. Bart. in l. si quis Titio. ff. ex quib. caus. ma. Dixi in scholastico priuileg. 29. & seq. ar. 31. & seq. vbi multa scripsi de hac scholasticorum residentia, & quando excusentur.

44 Et hæc communis opinio & vera, teste Aufier. in decis. Tholosa. q. 471. vide Aegid. Bellamera decis. 154. vtrum, & decis. 735. si impetrans, & Roma. consi. 325. quo ad primum, in 3. q. & si possidens istã ecclesiam parrochialem moriatur vltima die anni, vacabit beneficium per mortem illius, cùm adhuc non sit priuatus. d. c. commissa. Paul. Paris. cons. 119. super hoc in fi. vol. 4.

Promoueri in Francia teneturquis in secundo anno pacificæ possessionis. 45 Notandum est, quòd postquàm annus iste cõputatur à die pacificæ possessionis adeptæ: & in hoc regno pacificam possessionem quis non dicitur habere ante annum, ob id, post annum pacificæ possessionis alterum habet annum ad promouendum, ne si promoueretur in primo anno, & posteà in fine anni ei beneficium euinceretur, esset presbyter sine beneficio, & mendicare cogeretur in opprobrium totius cleri. c. diaconi. 5. in 93. distinct. quod ne contingeret, iura prouiderunt, ne quis ordinaretur sine beneficio, vel patrimonio, capitul. postulasti, de rescrip. cap. episcopus. & capitul. cùm secundum de præbend.

46 Et si episcopus sciuisset istum non habere beneficium, haud quaquam eum promouisset: ideo quia irrita non potest esse de iure nouo ordinatio d. c. cum secundum. melius erit, quòd non promoueatur, quàm si posteà nudus remaneret. Ita declarauit Senatus Paris. in camera (vt dicũt) Domanij, anno 1547. in mense Februario, pro magistro Petro de la Berniere, contra Chastin. Relatore Do. Sanucierio Consiliario eiusdem curiæ: per quod declarantur iura canonica, maximè d. c. commissa. vbi glo. valde titubat. quamobrem nota istam declarationem apprimè vtilem, & hodie communem in dicta curia. *Arestum.*

Iustum impedimẽtum excusat nõ promotum. 47 Nono limitatur cùm iusto impedimento detentus non potuit promoueri: c. commissa, & in clem. ne in agro, §. cæterum, de statu monach. glo. in verb. priuatus, c. licèt canon, vt pote si valetudine aduersa, vel alio iusto impedimento quis affectus fuerit, non erit priuatus: & sufficit isti valetudinem hanc probare, licèt speciem infirmitatis non probauerit: vt Do. de Rota asserunt in decis. Fastol. caussa 11. & quòd dicatur iustum impedimẽtum, scripsi in gl. impedimento, §. 1. de col. in Concorda & in tract. de exoniis, in ord. Reg. in 3. tomo. commenta.

48 Et an sufficiat probare impedimentum, si in fine anni superuenerit, Aegid. Bellamera decision. 83. super hoc negatiuè concludit, si non poterat intra illud tempus promoueri: Sed contrarium dicerem: nam poterit illud beneficium resignare, vel permutare, seu dispensationem habere de non promouendo id temporis vel breue impetrare, vt vno die promoueretur: ideo impedimentum etiam in fine anni superueniens excusat à non promouendo: & finito impedimento secundum eum annus dabitur integer, vel tantum saltem temporis, quãtum restabat tempore impedimenti, per no. in c. cùm ex eo, de elect. in 6. & per c. si electio, de elect. ibidem, cle. vna, de in integ. rest. *Impedimentum in fine anni eueniẽs an excuset.*

49 Ideo priusquam amoueatur possessio, debet citari possessor, vt cognoscatur, an fuerit iusto, seu legitimo detentus impedimento, c. licet, 2. de præb. in 6. glo. in c. commissa, de elect. ibidem: & hæc est communis opinio doct. ibi: & debet citari principalis & non procurator vt dicunt Do. de Rota, de uecisio. 750. sciendum, in antiq. sub tit. de senten. & re iudica. decis. 22. & opus est quòd citatio ad istã declarationem faciendam perueniat ad notitiam possessoris: vt firmant Do. de Rot. decis. 771. dic quòd si apponatur, in antiq. sub tit. de dolo & contu. decis. 21. & Ægid. Bella. decis. 176. auditor.

50 Hodie post annum in Francia conferunt ordinarij, & facta ab illis collatione, vel prouisione à Papa, impetrantur literæ in causa nouitatis directæ iudici Regio, coram quo impetrans dicit se canonicè beneficium assecutum, & esse in possessione beneficij, quod vacauit per non promotionem talis &c. nisi impedimentum probet aduersarius vel promotionem, aut dispensationem, adiudicabitur impetranti possessio, saltem per recredentiam: & sic seruatur in forensi iudicio. *Praxis Frãciæ in prouiso per non promotionẽ alterius.*

51 Sed ante adiudicationem vno finito termino, dari poterit alius ad probandum dictum impedimẽtum, quia de graui agitur præiudicio: vt decidit Aegid. decis. 177. in casu. & vide eum decis. 180. si priuatus & ista causa regetur legibus & statutis illius curiæ coram qua agitatur: vt no. in c. 1. de spõ.

52 Decimò si pater vel patruus, aut alius retinuerit bullas sui filii, vel nepotis, aut alterius, non procedet priuatio: nam in hoc casu cum filius, vel alius ignoret se curatum esse, non currit ei tẽpus, nec priuatur nisi à die quo scit, cùm dicatur id iustum esse impedimẽtum secundum Dom. in c. commissa, Io. de Selua. in tract. de benefi. in 3. parte, q. 3. in fi. quia non est negligentia, vbi non est scientia, c. 2. & c. quia, de concess. præb. *Nesciens se habere curam an priuetur ꝑ non promotionem.*

53 Sed peccat is, qui sic retinet bullas & nõ facit certiorem eum, cui beneficiũ acquisiuit: nam quilibet acquirere potest alteri, sed nõ acquisitis priuare sine facto domini. l. id quod nostrũ est. ff. de regul. iuris.

54 Sed in hoc fraus esse posset: quia pater semper posset retinere bullas filij sui, & sic quilibet posset: excusari: & hic pater rapax deuoraret bona ecclesię & sic spoliarentur beneficia & bonis, & seruitio. Ideo dicerem fauore ecclesiæ quòd hic non promotus,

motus, est priuatus, & imputetur ei, qui acquisiuit illi puero beneficium, nec pro eo non impetrauit dispensationem, vel tempore debito eum promoueri non curauit: nam summa ratio est, quæ facit pro ecclesia. l. sunt personæ, ff. de relig. alioqui quilibet excusaret se, dicens se ignorasse habere curatum beneficium: & nunquam daretur vacatio per non promotionem: quod esset valde absurdum, & puto quòd si Papa hodie interrogaretur sic statueret.

55 Vndecimò minor dispensatus ad obtinendum parrochialem, non tenebitur promoueri intra annum, nec priuatus erit ex defectu promotionis, per text. iuncta gl. in c. quia intantum de præbend. vbi Panor. dicit quòd minor dispensatus ad ecclesiam parrochialem, censetur dispensatus de non promouendo, quod est accessorium. Idem tenet Fel. in c. postulasti, de rescript. & Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte q. 52. & superiùs scripsi inter dispensationis effectus.

56 Sed in decimooctauo anno ad subdiaconatum, in vigesimo ad diaconatum promotus fuerit, vacabit beneficium per non promotionem, teste Ancharano consilio 293. vltra alia.

57 Contrarium tamen fuit iudicatum Burdeg. vt refert Boër. in decis. Burdeg. quæst. 119. quidam, in fine. quia cap. licèt canon, est odiosum, & sic nequaquam extendendum: & quia loquitur quando non fuit promotus ad sacerdotium, ideo non intelligetur in aliis ordinibus.

Minor non promotus ad subdiaconatū & diaconatū suo tempore an priuatus sit.

58 Alioqui dictum c. extenderemus, contra glos. in c. si. de iurepatro. & alia iura volētia priuationem non extendi ad alios casus: per §. sinautem, ibi, non est quælibet lex tale quid dicens in authēt. de non eligēd. secūdò nub. collation. prima. & hæc vltima sētētia videtur magis æqua: quia hic poterit promoueri ad omnes ordines in 25. anno, & ita satisfacere illi tex. qui tantùm requirit promotionem ad sacerdotium, non ad diaconatum, vel subdiaconatum.

59 Si tamen fuerit cum aliquo dispensatum, ne ad aliquem ex sacris teneatur promoueri, &c. nō tenebitur promoueri in hoc tempore præstituto à iure: alioqui nihil prodesset ei dispēsatio; vt suprà dixi.

Curatā ecclesiam non parrochialem habens promoueri nō tenetur intra annū.

60 Duodecimò non procedit etiam in ecclesia curata non parrochiali, per d. c. licet canon, & abundè scripsi differentiam in forma mandat. gl. cum cura, & seq. in Concor. quia istud c. licèt canon: loquitur tātùm in ecclesia parrochiali. & est correctoriū iuris: quamobrem odiosum, ac restringendum, c. statutum, de elect. lib. 6.

Capellaniā obtinens intra annum promoueri nō tenetur.

61 Decimotertiò limitatur in ædicula, seu Capellania, etiam ex fundatione requirente sacerdotium, quæ à Papa fuit alicui collata cum dispensatione: vt nisi præuia monitione priuari non possit aliquis ex solo defectu promotionis intra annū: nam c. licèt canon, loquitur de ecclesia parrochiali, ergo non habebit locū in alio beneficio. Ideo tenet gl. in verb. residētię. §. ordinat, de col. in prag. ob id maximè, quòd sit pœnale & priuās: quamobrem nō erit ad alios casus trahēdum. Sic decidūt do. de Rota, decis. 520. nota quòd tenēs Capellaniā, in antiq. [sub tit. de pœnis. deci. 3.] Et Rom. cōsi. 325. quo ad primum, vbi dicit etiam eo casu nullam esse collationem ordinarij factam non sacerdoti.

62 Tamen si in fundatione diceretur expresè, quòd si Capellanus non fuerit intra annum promotus, esset priuatus, vel quòd habeat locum c. licèt canon, tunc in vim statuti hoc c. seruabitur: vt decidit Staphil. in tract. de literis gratię, rubr. de variis mod. vaca. versic. intelligo tamē. & allegat decis. Rotæ 180. nota quòd vbi, in antiq. [sub tit. de rescr. decis. 63.] quo loco nulla eius mentio habetur: sed vide quæ dixi suprà in 5. amplia. & Boër. q. 223. in decis. Burdeg. & sic possunt conciliari, vt non priuetur obtinens ædiculam requirentem promotionem: nisi expresè statutis illius ecclesiæ id cautum fuerit, & dictum de hac pœna: vt suprà scripsi.

Commissa cura nō priuatur quis non promotus si nō sit curatus.

63 Decimoqnartò non procedit si duo vel plures præficiantur ad ecclesiam parrochialem, & neutri eorum sit commissa cura: tùnc licèt vterque confessiones audiat, baptisec, & alia quæ ad curam spectāt faciat: tamen in eis non habebit locum d. c. licèt canon: quia sicut vna sponsa duos non potest, aut plures habere sponsos, c. j. de spōsa. duorum, sic nec ecclesia duos curatos, c. cùm non ignores, de præb.

64 Et quemadmodum in vnaquaque ecclesia presbyter vnicus esse debet, ita ipsa ecclesia, quæ sponsa, vel vxor eius dicitur nō potest inter plures presbyteros diuidi, sed vnū dūtaxat habebit sacerdotem: qui eam syncerè, & castè regat, c. sicut in vna, 21. q. 2. sic consuluit Oldrad. cōs. 67. quæstio talis: aliàs in vna ecclesia duo essent capita: quod esset mōstrum, cap. quia plerique, de offic. ordinar. Staphil. in tracta. de literis gratiæ, rubric. de qualita. & statu benefic. versicul. requiritur & tertium.

65 Vnde si collegium committat curā duobus, neuter curam habebit, sed tātùm curæ exercitiū: & cura penes collegium erit, & nō apud singulos, c. irrefragabili, §. excessus, de offic. ordinar. argu. l. intātum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis.

Curam quādo quis dicatur habēre.

66 Si verò collegium committat vnum ad tēpus, etiam ille non erit curatus, sed vicarius tēporalis, apud quem non erit cura, per not. in c. cùm ex eo, de elect. in 6. gl. in extrauag. Execrabilis Ioan. 22.

67 Verùm si committeret vnum, quem nō posset destituere, & is ab episcopo susciperet literas regiminis: tunc ille haberet curam, & intra annum teneretur promoueri, iuxta clemen. vnam. de offic. vicar. & Innocen. in c. si cùm non ignores, de præb.

68 Et tenetur collegium eligere vnum, cui animarum cura asignetur de consuetudine: & ille reddet administrationis, & villicationis rationem: vt dicitur in Euangelio *Redde rationem villicationis.*

Duo curati an in vna ecclesia esse possint.

69 Non tamen negatur quin plures clerici, si ecclesiæ patiantur facultates, posint esse in vna ecclesia: c. illud. 7. q. 1. sed nō tāquàm curati: quia non possunt esse duo capita in vno corpore, quasi mōstrū. c. quoniam, de offic. ordinar. hoc etiam probat Staphil. in tract. de literis gratiæ; rub. de qualit. & statu benefic, versi. requiritur & tertium. nisi factæ essent duæ parrochiæ, & partita cura de papæ authoritate.

Parrochialem esse oportet probare.

70 Decimoquintò limitatur, cùm non appareret ecclesiam esse parrochialem: quia de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt Titij.

ſunt Titij.ff.de teſtamen.tutel.vnde ſi parrochialis eccleſia per quadraginta annos fuerit poſſeſſa tanquàm vnita alteri,præſumetur quod non fuerit curata:& ille qui ſic eam poſsidet, non priuatur per non promotionem:quia priùs oportet probare illam qualitatem,videlicet eam eſſe parrochialem. l.nõ ignorat. C.qui accuſare non poſſunt. Sic conſuluit Oldrad.conſ.296.de iure.

Negãs pro motumnon probat.

71 Decimoſextò ſi impetrauerit eccleſiam parrochialem, dicens poſſeſſorem vltra annũ eam detinuiſſe,nec dum fuiſſe promotum, ſufficit quòd probem eum tantũdem illam detinuiſſe, licètnon probem negatiuam illam,ꝙ non fuerit promotus: quippe debet ipſe poſſeſſor probare ſe eſſe promotum:negantis enim non eſt probare. l.actor. C.de prob.c.quoniã,illo ti.decidit Aegid.Bellamera,deciſ.415.ſi impetrauit,qui allegat c.ex parte,de reſc.

Promotus poſtannum non poteſt parrochiale eccleſiã retinere.

72 Decimoſeptimò ſi quis non fuerit intra annũ promotus, ſtatim priuatus eſt beneficio.d.cap.licet canon.ob id quãuis poſteà fuerit promotus,nõ poteſt illud beneficiũ retinere ſine noua collatione, imò ſemper impetrari poteſt,vt vacans.doct.in ca. cùm venerabilis,de excep.ideo qui ſentit ſe nõ eſſe promontum,debet hoc Papæ narrare, & petere ſibi de nouo conferri,alioqui recipiẽdo fructus furtum committit,vtpote ex re non ſua fructus recipiens,& doct.in cap.fin.de reſcript.in 6.

73 Sed vix obtinere poterit nouã collationẽ ſine cõpoſitione fructuum,nec poteſt hic iuuari decreto, de pacificis poſſeſſoribus, quantocũque tẽpore poſſederit,cùm abſque titulo poſsideat:& decretũ requirit verũ, aùt coloratum titulum: vt abundè ſcripſi in tract.de pacific.poſſeſſor.in prima limita.

Poſſidẽs eccleſiamquã ſuccurſum vocant, nõ eſt ea priuatus ſi nõ fuerit intra annum promotus.

74 Decimooctauò eccleſiæ fundatæ ad cõmoditatem ſubditorum longè cõmorantium, licèt parrochianos habeant, non ſunt tamen parrochiales eccleſiæ, videlicet ad hoc,vt eas obtinens(niſi promotus fuerit intra annum)priuatus ſit illis, per d. c.licet canon, quia ſimplex eſt beneficium, & cauſſa ſuccurſus factum, ideo in hac patria ſuccurſum vocant:de quibus Decius in c.ex parte 5.de reſcri. allegat Panor.in c.recolẽtes.in fi.de ſtatu monach.

75 Item qui iſtũ habet ſuccurſum, audire poteſt iura ciuilia,ſi presbyter non ſit,licèt parrochialem obtinens eccleſiam matricem nõ poſsit ea audire. c.fi.ne cleric.vel monach.iuncto c.1.illo tit.in 6.

76 Præterea per adeptionẽ iſtius eccleſiæ & ſuccurſus non vacat primum beneficium curatum, ſi quidem iſta beneficia compatibilia videntur, teſte Lappo alleg.116.teſtator iuſſit, aliàs incipit Philippus,in fi.vide quæ ſcripſi ſupra in tit. de erectio. in parroch.& iſta pendere dicitur ab altera principali:vt docet Archi.in ſum.21.q.1.

Lite durante an per reſcriptum ſi neutri beneficiũ, quod proſequitur quis poſsit impetrare.

77 Decimononò ſi poſt annum quis impetrauerit beneficium non promoti, demum lite cum eo durante,ipſe illud impetrauerit per reſcriptum ſi neutri,vel ſi nulli, dicunt aliqui non valere hanc vltimam impetrationem:nam cùm neutri ius cõpetere aſſerit,ergo nec ſibi:malè igitur ipſe recipit fructus,& perperam litigat ſuper dicto beneficio, videtúrque inhabilis.

78 Sed reſpon.valere:quia dum dicit ius nõ competere, intelligi debet de tertio, non de ipſo impetrante:& ſi conditionaliter dixerit,ſi neutri ius cõpetat,ꝙ petit ſibi prouideri,adhuc etiam hoc fieri poterit:& valebit etiam nouiſsima impetratio,per ea quę ſuperiùs abundè ſcripſi in tract.ſi neutri.

79 Vigeſimò ſi Papa mandat conferri Titio beneficium vacans per non promotionem Sempronii, hoc ipſo cenſetur declarare Sempronium priuatum eſſe illo beneficio: nec requiritur alia declaratio: vt conſuluit Anch.conſ.293 .vltra alia refert Philippus Probus in additio.ad Ioan.Monach. in c.volentes.de priuileg.libr.6.

Per Papæ prouiſionẽ fieri cenſetur vacationis declaratio.

80 Et licèt de iure in caſibus ipſo iure priuantibus requiratur ſententia declaratoria: vt in c. cùm ſecundum, de hæretic.in 6.tamen in hoc regno ſine declaratione impetratur beneficium, & demum agitur poſſeſſorio: vt ſupra dictum fuit.

[Vigeſimoprimò non priuatur is, qui non poteſt promoueri, vtpote ſi quis homicidium commiſerit, cui eſt prohibitum à iure, non celebret & ne promoueatur.cap. tua.c.quæris de æta.& c.Henricus.de cleric. pugnan. in duel.Bonifac. in cle. ne in agro. §.cæterum.in fi.de ſtatu monach. Quid ſi hic homicida rehabilitatus fuerit, non tamen ad omnia,ſed citra altaris miniſterium, an ſi non promoueatur, ſit priuatus? quod videtur, quia reſtitutio concedit quod ademit priuatio. c.quod ſi minor.§. reſtitutio.ff. de minor. l.3.§.ſi in metallum. de muner.& honor.

Contrarium putarem: quia gratia non inducit neceſsitatem l.ſæpe.ff. de offi. proconſul. nempe ſi concedatur minori, vt poſsit ante tempus promoueri, ſi non promoueatur, non eſt priuatus, quia poteſt,non inducit neceſsitatem.l.Gallus.vbi Bart. ff.de liber.& poſth. & non quicquid poteſtati iudicis permittitur, ſubiicitur eius neceſsitati l. non quicquid.ff.de iud.l.1.C.quomod.&quan.iudex. & quod ad gratiam indultum eſt, non inducit neceſſitatem.l.legata.ff.de leg.1.Imo.in l.talem. in fin. ff. de hæred.inſt.quod eſt verũ ſi non fuerit ad omnia reſtitutus,aliàs contra.per d. l.3. quia eo caſu res ad primam redit naturã.l.ſi vnus. §.pactus.ff.de pact.]

81 Vltimò ei qui priuatus eſt per non promotionem,non poteſt iterum beneficiũ illud conferri,ne priuatio reddatur eluſoria, & ſit verbis lex impoſita, & non rebus. c.cõmiſſa,de elect.in 6.cle.ne in agro. §. cæterùm. de ſtatu monach.

Priuato an poſsit iterũ beneficium conferri.

82 Quod eſt verum ab ordinario, ſed à Papa poterit eidem conferri, facta priuationis illius mentione,quia eſt ſupra ius. c.propoſuit,de cõceſſ. præ. nec tenetur iure.c. 1. de conſtit.in 6. c. nemo, cum gloſſ.de elect.lib.6.

83 Priuato quoque propter delictum conferri poteſt beneficium à Papa, facta priuationis illius mentione, c. ad aures. vbi Panorm. in fin. de pœnis.& doct.in c. cùm inter. de renunc.aliàs non valeret prouiſio.l.ſi aliquid.C.de ſuſceptor.li.10.vide Fel. in c. fraterni. de hæret. & quãuis his in caſibus priuatus non ſit non promotus intra annum: tamẽ ſi ceſſante impedimento non promotus fuerit & tenuerit beneficium etiam ſimplex in conſcientia tenetur ad reſtitutionem fructuum: quia non

ſeruit

seruit beneficio:& alius promoueretur,& seruiret. c.fi.de rescript.in 6.alioqui nulli essent presbyteri, nisi obtinerent ecclesias parrochiales: & in fundatione verisimile est, quod fundatores hoc voluerint:nec intentio eorum fuit dare cuidam non sacerdoti, & qui sacerdotio non fungeretur: vt alibi dixi.

84 Alia multa possem hîc congerere, quæ fortè lectorem deterrerent ab horũ lectione: ideo cum his finem dicẽdi faciam, gratias Deo optimo maximo agens immensas.

Dispensatio de non residendo.

Moneri beneficiarius potest vt resideat.

1  Onseruantur nobis etiam beneficia per dispensationem non residendo, potest enim ordinarius monere beneficiarium non residentem, vt resideat. qui, nisi monitionibus obtemperet, priuari poterit.c.ex tuæ. & seq.de clericis non residentib. nisi per dispensationem sibi prouideat. Siquidem Deus opti.max.elegit sibi tribum Leui, vt ipsi seruiret, maximè circa arcam Domi. cui beneficia id est decimas,& alia bona spiritualia dedit, Numer. 18.& scripsi in tract.de decimis.q.1.Bona verò temporalia idem dominus temporalibus viris, id est laicis,& aliis tribubus assignauit.

Beneficia pro spirituali seruitio sunt instituta, feuda pro temporali.

2 Et sic pro seruitio spirituali institutum est beneficium.c.fi.de rescrip in 6.c.concesso.12.q.2. glos. in ca.fi.de offic.vicar.ca.fin.1.q.2. & pro temporali seruitio constituta sunt feuda.ca.vno.de forma fidelit.& in tit.seq.ibidem,necnon officia temporalia.l.penul.C.de testa.milit.l.pen. de domesticis & protect.lib.12.& nullus per substitutum seruire potest.l.nullus qui nexu. C.de decurio.10. sic est in stylo parlam. lib.3.rub. de residentibus officia. regio. & superiùs dixi in 1.part.titu. quare instituta sunt beneficia.

Prælati maximè residere tenentur

3 Vnde sequitur prælatos maximè teneri residere, vt docet Hieron.in Leuitico, his verbis, Si quis vult pontifex esse, non tam vocabulo quàm merito imitetur Moysem, imitetur & Aarõ: quid enim dicitur de eis? quòd non discedunt de tabernaculo domini: Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo domini. Quid autem ei opus erat, vt aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret?

Officiũ prælati & sacerdotis vt discat & doceat.

4 Hæc duo sunt Pontificis opera, vt à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpiùs meditando, aut populũ doceat. sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ spiritussanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses, ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos, sed quid facit? orat, & donec orat vincit populus eius: si relaxauerit,& dimiserit manus, populus eius vincttur, & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt piè viuere in Christo.c.fi.36.distinct.

Episcopi curam secularium negotiorũ assumere non debent.

5 Sed quidam ex nostris prælatis terruerunt nos, qui in vita populum ipsis commissum non visunt, nec quidem instruunt. Quid ergo faciunt? curas secularium principum,& aliorum, cùm terreni sint, assumunt, contra statuta concilij Carthag. quo sic fuit statutum. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed electioni & orationi, & verbo prædicationis tantummodò vacet.cap.Episcopus.2.in 88.dist. vbi etiam dicitur, Episcopus aut sacerdos nequaquam sæculi curas assumant, finaliter deiiciantur: alij curias sequuntur.

6 Sed audi quid scribat Ambrosius. Ad palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio.c.conuenior.23.q.8. Sed væ illis mundo deditis, quia domus eorum infernus erit, nisi resipiscant.

Beneficiatus residere tenetur in suo beneficio.

7 Tenetur ergo beneficiatus, si debitum velit officiũ exequi, residere in suo beneficio. nam quodlibet beneficium secundum doct. residentiam exigit.cap.quia nonnulli,de cleric.non residen.text.in ca.prætereà.de præben. dicit singula officia & beneficia assiduitatem exigunt personarum.ca.fin.de cleric.non residen.Ioan.de Selua in tract.de benefi. in 4.parte.q.10.& talis persona beneficio quæratur, quæ residere in loco,& curam eius per seipsam valeat exercere.d.c.quia nõnulli, de cleri.nõ resident.

Simplicia de consuetudine non exigũt residentiam.

8 Tamen de generali consuetudine mundi beneficia simplicia non exigunt residentiam: vt scribit Alex.in conf.1.7.vol.& Fel.in c.dilectus.2. col.1.de rescript.vide plenè Nicol.Milium in repertorio,in verb.beneficium.q.33. versic.beneficium curatum vel non,&c. Nam postquàm beneficiatus recipit temporalia beneficij, dignum quoque est,vt seminet spiritualia.ca.cùm ex officij.de præscr. Sed hodie ad seruiendum Deo sumus tanquàm testudines,& cancri: nam pigrè accedimus, & velut cancer retrosum imus: vt scribit Hostiens.in c.2.de offic.Archipresbyter.

Peccat non residens & fructus non debet recipere.

9 Itaque non residens beneficij fructibus priuari potest,& peccat mortaliter, qui eos recipit, ne legitima subsit caussa fortè studij vt asserit Angel. Clauas.in sua summa,in verb.clericus.7.nu.4. sed conuerti debent in ecclesiæ vtilitatem c.penul.de cler.non residen. vel nisi sit priuilegiarius. gloss.& doct.in c.de cætero,illo tit.Paul.Paris.cons.32.licet regulariter,in princ,vol.4.& cons.seq.

Distributiones quando præsentibus accrescant.

10 Verùm glo.in cle.vt hi qui,in verb. pars dimidia,de ætate & qualit.refert aliud esse in distributionibus quotidianis, quæ præsentibus accrescunt, quod est verum,quando in fundatione vel statutis ecclesiæ dicitur: verbi gratia statutum dicit quòd inter præsentes in missa distribuatur aureus: si non sint nisi duo, illi nihilominus habebunt aureum.

11 Si verò dicatur in fundatione cuilibet distribuendum esse solidum, tunc siue plures sint, siue pauciores, nihil vltrà distribuetur, vt asserũt Card. & Imol.ibi,& gloss.in verb.neque. in tit. de tenen. capitula tempore missæ,in pragma.

12 Imò quoque non residens priuari potest beneficio post monitionem c.ex tuæ,de cleric.non resident.Panor.in c.ex parte,ibidem.de Ripa in cap.1. in 9.notab.num.28.de iudic.& Ancha. conf.17. super primo.Oldrad.conf.195. articuli. Io.de Selua. q.3.in 4.parte,& q.seq.decis.Neapolitan.229. Serenissimus, nisi per dispensationem sibi consulatur.

13 Valeret

13 Valeret tamen statutum episcopi, q absentes per certũ tempus sine licentia eius priuati essent, etiam sine monitione, teste Panor. in c. quoniam. §. porrò, col. 4. vers. aduertendum tamen, vt lite non contesta. & Feder. cons. 109. quæstio magis, ac Oldrad. consil. 181. de autoritate. Card. consil. 132. Archipresbyter, col. 3. & consi. 130. in quadam caussa. hoc plenè docet Henric. Boteus in tract. de synodo episcopi, in 3. part. art. 1. nu. 148. plus addens statutum ligare omnes, qui habent in illa diœcesi beneficia, etiam si resideant alibi.

Priuilegiarius literas de non residendo habere nõ debet.

14 Verùm in casibus, quibus non tenetur curatus residere nõ adstringitur rescriptum seu literas habere de non residendo, per no. in cap. clericos, de offic. vicar. cap. ad audientiam. de cleric. non residen. arg. cap. adiicimus, 16. q. 1. hoc expressè decidit Cardin. q. 14. num. 25. de offic. vicar. sed potest sua autoritate curatus, & ex causa, vicarium ad modicum tempus constituere, c. si quis in clero. 7. q. 1. docto. in c. cùm ex eo, de elect. in 6. doct. in clem. vna. de offic. vicar. facit text. in c. fin. de offic. ordi. nisi hoc prohibeat statutum synodale, vel prouinciale. cap. illud, & ca. nihil. 7. quæst. 1. facit l. 1. ff. de offic. eius. Henric. & Boic. in c. clericos. col. 2. de offic. vicar. Henric. Boteus in tract. de synodo Episcopi in 3. parte. art 1. num. 279. vers. quartò infero.

15 Et tunc non valet consuetudo q inferior Episcopo possit in ecclesia curata instituere vicarium ad tempus: vt consuluit Roma. cons. 356. circa primum. col. 2. nu. 6. qui vicarius ad tempus nõ potest dici curatus, quia pro voluntate constituentis solum exercet curam, & illius nomine. glos. in verb. impendant. in clem. dudum. §. ac deinde, de sepult. probat Domi. Gemi. consi. 86. in caussa. col. 1.

Prælati pro literis de nõ residẽdo pecuniã recipere non debent.

16 Ideo si episcopi pro illis literis acciperent pecunias, simoniam committerent, per cap. non satis, & seq. de simo. & hodie ferè omnes eam incurrunt simoniam, quandoquidem semper accipiunt: nescio, an consuetudo illos excuset.

17 Et an valeat cõsuetudo, quòd impeditus iustè non teneatur vicarium relinquere: docet gloss. & doct. in c. cum omnes, de constit. vide Antonium Butrium consi. 51. in facto.

Vicarius temporalis ad nutũ reuocari potest.

18 Et is vicarius temporalis ad nutum reuocari potest, & ad voluntatem constituentis, nisi fuerit approbatus ab Episcopo, tunc ante annũ sine caussa destitui nõ potest: alioqui tenebitur reuocans ad damna & interesse: & ita de cõsuetudine seruatur in hoc toto ferè regno, maximè in lingua occitana: quandoquidẽ ad tempus prohibitum, post tempus est concessum. l. non solùm. §. vt probari, ff. de noui oper. nũcia. & ibi doct. nisi fuerit ad certũ tempus constitutus: quia durante illo tempore reuocari nõ debet instar locationis. l. qui ad certum. ff. loca.

Facultas nõ residẽdi à Papa & ab inferiore datur.

19 Interdum conceditur hæc de nõ residendo facultas à Papa, & aliquando ab episcopo. ca. penul. & per totum, de cleric. non residẽ. A Papa dari potest ad biennium, quinquẽnium, ac in perpetuum: si iusta caussa lepræ, vel alia moneat, sed non ab alio inferiore. c. licèt canon, de elect. in 6. sic consuluit Panorm. consi. 98. in caussa. col. 1. & seq. in 1. vol. sed solet ad septennium dari commorantibus in studio, per reg. Cancel. 54. quæ probatur in c. cũ ex eo, de elect. lib. 6. etiam ab episcopo vt ibi.

Curati industria est electa ideo per se tenetur seruire.

20 Seruire per se tenetur Curatus, cùm electa sit industria suæ personæ: & vnius opera non est alterius opera. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. & actus in quo est electa industria personæ non potest per aliũ explicari. l. nemo. 2. ff. de duob. reis. c. fin. de offic. deleg. c. is cui, illo tit. in 6. & curę animarum exercitium, & regimen est ars artium, c. cùm sit ars, de ætate & qualit. nam alius à curato fortè erit ignarus, vt pœnitẽtias pro criminis qualitate non possit imponere, vel innotescere. c. mensuram. de pœnitent. dist. 1. & ibi glos.

In casibus à lege statutis potest quis p aliũ seruire.

21 Insuper casus multos referunt doct. in quibus potest quis per vicarium deseruire, in c. extirpãdæ. §. qui verò de præb. quos ego putarem breuiùs reduci posse ad casus sequentes. Nam deseruire potest quis per vicarium in casibus à lege, statuto, vel consuetudine permissis. Casus autẽ hi præstituuntur à lege, aut propter necessitatem, aut vtilitatem ecclesiæ, vel personæ.

Excusatus à residẽtia lucratur fructus.

22 Et quibus casibus excusatur quis à residendo, fructus suos facit, perinde ac si resideret. cap. super specul. de magist. c. 2. de priuileg. in 6. quod declara procedere in 12. casibus, quos scripsi in scholastic. priuileg. 31.

Necessitas & vtilitas ecclesiæ excusant à residentia.

23 Propter necessitatẽ ecclesiæ, vel ad vtilitatem excusatur quoque clericus à residẽdo, vtpote si pro negotiis ecclesiæ sit absens cõstituere vicariũ potest, etiã si residere iurauerit. c. ex parte. 2. de cleric. nõ residẽ. Adde quosdã casus descriptos per gl. in l. verùm. §. ex facto. in verb. deponęre. ff. de minor.

24 Dummodo non hoc affectauerit. §. item tria. de excus. tut. in instit. doct. in c. de cætero. de cleric. non residen. facit tex. ibi Hippol. multa cumulat in l. 1. §. cum quis. ff. de quæstio.

Studẽs excusatur à residentia.

25 Item si fuerit absens ob studiũ ca. cùm ex eo. de elect. in 6. debet tamen (vt asserunt doctor.) abesse cum licentia sui prælati. c. relatũ. de cleric. non residen. sed de consuetudine nõ petitur, nec requiritur in secularibus clericis, hæc licẽtia: quæ cõsuetudo valet, vt Innocen. Hostien. & alij docent. in ca. inter quatuor. de clericis non residen. & c. relatum, ibidem: vbi alternatiuè loquitur de licentia suorum prælatorum, vel studio literarum.

26 Nec aliquid soluere debent pro literis de non residendo, quippe sunt ab omnibus exempti, vt scripsi in scholastic. priuileg. 30. nec aliàs cogi possunt ad residendum per prælatum: quia postquàm à iure excusantur, Episcopus non est supra ius, ideo non poterit eos monere, vt resideant: quòd si fecerit, abutitur, tanquàm veniens contra sanctos canones. ca. inter. de cleric. non residen. & potest ab hac monitione appellari tanquàm ab abusu ad parlamentum.

Valetudo aduersa excusat à residentia.

27 Adhæc excusatur quis ob necessitatem ingruentem personæ, vtpote si valetudine afficiatur curatus, tunc per substitutum deseruiet. cap. ad audientiam. de cleri. non residen cap. 1. & per totum. de cleri. ægrotan. & c. vno. illo tit. in 6. facit l. aut si valetudine. ff. de procurator. l. si cui. §. fin. ex quibus caus. maior. aut si necessariò fuerit occupatus. cap.

adhæc.vbi doct.de offic.Archid.vbi Episcopus occupatus plures habere potest vicarios, facit c.quoniam.de offic.ordinar.

28 Vel etiam si necessitas inest personæ,cùm habet plura beneficia, quippe non posset in vtroque residere.d.ca.non potest.de præben.in 6.ob id alteri per vicarium seruiet. cap.extirpandæ. §.qui verò.de præbend.

Pestis an excuset à residendo.

29 Idem si pestis viget in loco beneficij : vt probat plenè de Ripa.in tracta.de peste.in 2.part. q.5. vers.quintò pestis excusat.allegat text.in arg.in ca. ad supplicationem.de renunc.vbi prælato licet renunciare beneficio,in quo tutè morari non potest, & c.pastoralis.7.q.1. vbi dicitur posse fugere propter inimicitias.clem.ne in agro.§.fi.de statu monach.cum similibus.

30 Sed in hoc casu pestis,ego dicerem contrà, nisi reperiret vicarium,qui id temporis seruiret : nam in Euangelio dicitur *Mercenarium fugere lupum venientem:*sed bonus pastor non fugit, sed opponit se pro muro hostibus,sicut Christus , & Apostoli , ac denique diuus ille Thomas Cantuarien.Archiepisc.vt in eius vita continetur:licet quidam insani illi sancto viro maledicant.

31 Et in tempore necessitatis, quæ maior esse potest necessitas quàm pestis?ideo dicerem id temporis teneri seruire per se, vel per alium , etiam si mortis corporalis immineat periculum : quia melius est mortem pati,quàm gregem tempore necessitatis deserere : sed potest monere parrochianos,vt confiteantur,dum sani sunt,quos,si maluerint infirmitatem expectare, per fenestram audire illos poterit , aut aliàs ex longinquo nec ingredi tenebitur,si valeat infirmus surgere.

Vocatus à Papa excusatur à residendo.

32 Item personæ necessitatem voco , vt si contigerit aliquem à Papa euocari:tunc is à Papa vocatus poterit per vicarium deseruire.c.cùm dilectus. de cleric.non residen.quod est verum, quãdo erat principaliter pro seruitio Papæ.

33 Secus si pro lucro suo , veluti quia est scriptor bullarum,aut procurator in palatio , tunc non excusatur,quia sui lucri gratia abest.text.in l.scriniarios,vbi Alexan.& Ias. C.de testa.milit. Reipublicæ enim caussa eos abesse solos intelligimus , qui non sui commodi caussa,sed coacti absunt. l.Reipublicæ.& l.non verè.ff.ex quibus causis maior.

Præsentes in concilio generali omnes fructus recipiunt, etiã distributiones.

34 Vnde declaratum fuit in concilio Constan.session.19.quòd beneficiati præsentes in concilio recipient omnes fructus , etiam distributiones , quæ dantur præsentibus : nam censentur præsentes , & habentur pro residentibus:vt ibi, etiam si caueretur statutis ecclesiæ contrarium , quibus hoc casu derogatum est.

Absens in seruitio episcopi quando lucretur fructus.

35 Idem dicit Angel. Clauas.in sua summa, in verb.clericus.7.q.num.2. quando quis esset in seruitio Episcopi,nisi propter ambitionem , vt posset capere beneficium aliquod, tunc enim non excusaretur : quod est notandum velut quotidianum. [sed hoc casu non habebit distributiones.]

Vel in seruitio legati aut archiepiscopi.

36 Excusatur etiam is,qui est in seruitio legati vel Archiepiscopi.c.ad audientiam, & c.de cætero. de cleric.non residen.ac c.cùm dilectus.vbi doct.ibidem.& de Archiepiscopo intelligẽdum est , quando clericos suæ diœcesis , non autem suffraganeorum recipit,arg.c.pastoralis.de offic.ord.c.vno.de foro compet.in 6.

Duos ex canonicis episcopus accipere potest.

37 Restringe tamen,quòd Episcopus vltra duos non habeat,ibi,in d.c.ad audientiam , nisi ecclesia tot & tantis abundaret canonicis, qui possunt sufficere ad seruitium ecclesiæ , remotis quatuor , vel pluribus,quos Episcopos habet.

38 Vt videmus in ecclesiis regularibus secularizatis, ad quas tot confugerunt vndique irregulares apostatæ, vt laqueus confringeretur illorum : sic enim apostatas & irregulares appello , qui ex illo non erant monasterio,vel nisi eorum expressa fuerit habita mentio in bulla : quòd aliàs non est præsumendum:nec iure seculares facti sunt, ob id non possunt posteà obtinere beneficia , cùm sint excõmunicati relinquentes habitum & apostatantes.

39 Secundò limitatur, vt procedat , cùm Episcopus eos haberet pro suo seruitio , secus si eos asciuisset absque iusta causa, ad venandum fortè , vel pro voluptate ad ludendum. c.inter.vbi Hostiens. de cleri.non residen.

Episcopus suos canonicos excusare à residentia potest,nõ alienos.

40 Tertiò non posset Archiepiscopus ecclesiæ Tholosanæ habere canonicos ecclesiæ Paris.pro negotiis ecclesiæ Tholosanæ. ca.cùm dilectus. ibi circa nos. de cleri.non resident.argu.ca.si compromissarius, versi.restringitur , de elect.in 6.hoc docet Ioan.Andr.in cap.vno.de cleri.non residen. col. 2.lib.6.in Nouel.facit l.2. §.diuus Adrianus. ff.de iure fisci.

41 Quartò nec quidem habere duo permitteretur,si cultus diuinus ex eo destrueretur ob paucitatem ministrorum.ca.penul.de cleri. non residen. vel si ecclesia remaneret destituta literatis , cantoribus, aut aliis necessariis : remanerentque soli canonici illiterati & stolidi,qui graue possent afferre detrimentum, & scandalum ecclesiæ.

Necessitate cessante curatus seruire tenetur.

42 Quintò finita necessitate, vicarius desinit posse seruire, verùm curatus per se deseruiet:nam cessante caussa cessare debet effectus. l.quod dictum. ff.de pact.ca.cùm cessante,de appellat.& quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopiat. l.vna, in princ.C.de caducis tollen.Ias.plura ad hoc congerit in l.1.in vltim.notab.ff.de officio eius. & do. Tiraquel.in suo tract.cessante caussa.

43 Sextò procedit,cùm illa necessitas esset caussa mediata,cur iste curatus non residet, alioqui nequaquam excusaretur, vt quia anteà fortè non residebat.d.cap.ad audientiam.doct. in c.1.de cleric. ægrotan.text.in l.pen.§.docere. ff.ne quis eum qui in ius voc.est vi eximat. facit text.in l.socium qui. ff.pro socio,scripsi in §.1.in gl.impedimento in fin. de colla.in concor.ibi vide quæ dixi.

44 Septimò non creditur impedito, vel occupato,nisi appareat de caussa vt plene probat Ias.in d. l.1 col.13.ff.de offi.eius: veritatem enim spectamus. l.si fortè.ff.de castren.pecul.& doct.in l.si donatione.C.de colla.

Abbas duos monachos à non residendo suæ vtilitatis caussa excusare potest.

45 Octauò idem in inferiore prælato dicũt doct. per cap.relatum, ibi,nisi fortè de licentia suorum prælatorum,de cleri.non resi.vbi prælatus inferior

etiam

etiam à reſidentia diſpenſat duos, quos ſecum ducit, vtpote Abbas, dummodo ſit iuſta cauſſa: vt dictum fuit.

Sacerdotes in aliena diœceſi celebrare nõ debent ſine literis.

46 Nonò non debent admitti etiam ad celebrandum ſacerdotes ſimplices in aliena diœceſi, ſine licentia ſui epiſcopi: vt dicit Panor. in ca. fraternitatis, de cleric. non reſident. facit ca: primum, & per totum. de cleri. peregri. & Angel. Clauaſ. in verbo clericus. 7. in fi. quod nõ ſeruant hodie ſacerdotes, nec vicarij Epiſcoporum, ſed hoc ſeruare deberẽt, & inuenirent maximè Pariſ. multos apoſtatas.

Religioſus in eccleſia parrochiali vicariũ præficere poteſt.

47 Item ſi religioſus obtineat parrochialem eccleſiam, poterit per vicarium deſeruire, & debebit, niſi diſpenſatum fuerit ſecum per Papã, quod per ſe deſeruire valeat. c. 2. vbi gl. de ſtat. monach. c. 1. de capel. monac. ſcilicet ob religionem cui iam eſt obligatus, à quo non debet egredi, tum propter habitus diuerſitatem. cle. 1. de elect.

48 Niſi religioſus propter prædicationem foret eccleſiæ valde vtilis. c. quod Dei timorem, de ſtatu monach. ca. Doctos, & ſeq. 16. q. Adde quæ ſuperiùs ſcripſi in diſpenſation. Religioſ.

Exterus vicariũ in eccleſia præficere tenetur.

49 Idem cùm extraneus non valens loqui idiomate patriæ beneficium haberet ex diſpenſatione Papæ, tunc quoque neceſſarium eſt illi vicarium præficere, qui populum inſtruat. c. quoniam. & ca. inter cætera, de offi. ordi. de his exteris plura ſe offerunt inferiùs dicenda, ſecundum varietatem reſcriptorum, in 3. part. in reſcriptis miſtis.

Peregrini per vicariũ deſeruiunt.

50 Idem ſi cui neceſſe fuerit peregrinationis votum implere, durante abſentia propter ſuæ perſonæ neceſsitatem per vicarium deſeruiet, ca. fin. de voto. quod eſt verum, ſi votum fuerit emiſſum ante beneficium adeptum: ſed poſtquàm accepit quis beneficium obligatus eſt ad reſidentiam, etiam ſi modicum ſit beneficium ca. conquerente. de cleri. non reſiden. à qua reſidentia non poteſt abſolui etiam ex voto, ſine facultate & licentia ſui ſuperioris emiſſo. ca. ſicut ex literis, de iureiurand. cap. magnæ. vbi no. de voto.

Per ſe deſeruiens vicarium habere poteſt.

51 Idem dicendum eſt, ſi quis deſeruiat: tamen adhuc vt cultus augeatur diuinus vult vicarium vnum, aut plures habere, tunc hoc non denegatur eidem, quia ad laudem Dei tendit, per c. illud. & c. nihil. 7. q. 1. & no. in c. clericos. de offi. vicar. nec autoritas prælati requiritur hoc caſu, vel aliquæ regiminis literæ, cùm ipſe curatus per ſe regat.

Vicarium præficere in ſuccurſu quis poteſt.

52 Idem ſi parrochia ſit ampla, & aliqua eccleſia, quam ſuccurſum vocant, ab illa dependeat: tunc quoque vicariũ autoritate ſua alteri illarum præficere poterit. ca. ad audientiam primo, de eccleſ. ædificand.

Ab homine diſpẽſatur à reſidentia.

Diſpenſatus à reſidentia ſine iuſta cauſſa non eſt tutus.

53 Ab homine etiam diſpenſatio de non reſidendo peti ſolet, ſi fortè diſpenſet Papa, vel epiſcopus ex iuſta cauſſa, ca. relatum. ibi vel pro aliis honeſtis cauſsis, de cleri. non reſident. ca. propoſuit. de filiis presbyt. cap. cùm ex eo. de elect. in 6. alioqui diſpenſans non eſt tutus. Federic. conſi. 266. de iure communi. & plenè Ioan. de Selua in tracta. benefi. in 4. parte. q. 8.

54 Nec excuſatur diſpenſatus de non reſidendo, niſi iuſtam habeat cauſſam per iura prædicta, & per glo. in ca. non eſt. de voto Et hoc nominatim docet Angel. Clauaſ. in ſua ſumma, in verb. clericus. 7. in princip. idque propter multa mala, quæ pauperibus contingunt, & eccleſiæ propter ſui curati vel prælati abſentiam.

Mala quæ contingunt ex abſentia beneficiariorum.

55 Primò deſeritur hoſpitalitas, quam omnino Deus nobis iniungit: vt in ca. de monachis. de præbend. & negliguntur pauperes, qui ſunt membra Chriſti: vt patet in Euangel.

56 Eccleſiæ ruinam patiuntur ex beneficiariorũ abſentia, cùm nullus ſit, qui eas reædificet. c. fundamenta. §. dignè, de elect. in 6. ibi, Nunquid obduxit obliuio, quæ vrbi, quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina regimina? nunquid non hæc deſtructio mœnium, deformatio proueniens ex ruinis luce clariùs manifeſtant? nunquid non hæc ipſa veneranda Dei templa præſidentis manu ſacrilega diebus noſtris nefariè violata proclamant? &c.

57 Cultus minuitur diuinus per mercenarios, qui non ſeruiunt, & quibus nulla eſt cura de ouibus vt ſacrum docet Euangelium. & text. in ca. ex parte. de conſtitut.

58 Hæreſes naſcuntur, & pullulãt, cùm paſtor eſt abſens: vt in Euangelio, *Maledictus homo ſeminauit Zizania* cùm dormiret paſtor, vel abſens eſſet.

59 Summatim omnia inſurgunt mala ex abſentia paſtorum & prælatorum: veluti docet ipſa experientia. ca. quàm ſit, de elect. cui malo ſubuentum eſſe magnoperè deſiderarem.

Diſpẽſatus à reſidẽtia fructus an recipiat.

60 Adde quòd hic diſpenſatus de non reſidendo nequaquam recipiet fructus beneficij, niſi concedatur hoc expreſsè in diſpenſatione, vel niſi fauore ſtudij, ſic eſſet diſpenſatus. cap. cum ex eo, de elect. in 6. cap. ex tuæ. & cap. relatum. de clericis non reſidentibus.

61 Aut ſi ſtatutum vel conſuetudo eſſet in contrarium, vel diſpẽſatus eſſet ſuper ætate, huc enim tendere videtur diſpenſatio, vt minor interim fructus percipiat. Ioan. And. in d. c. cùm ex eo, in verb. iuſta. & Anto. Butrig. in ca. at ſi clerici, de adulteriis, verſiculo ad quartum principale, de iudic. facit glo. in ca. quia in tantum, de præbendis.

Statutũ poteſt permittere vt quis per vicariũ deſeruiat.

62 Per ſtatutum verò permitti poteſt, vt quis per vicarium deſeruiat: ſi ſtatutum factũ ſit cum cauſſa, & autoritate epiſcopi, ca. cum omnes. de conſtitut. alioqui non. gloſſ. & doctor. in ca. 2. de verbor. & rerum ſignific. in 6. Federic. conſ. 246. de iure.

63 Nec ſufficeret ad hæc autoritas vicarij epiſcopi, niſi ſpecialem ſuper hoc habeat poteſtatem, teſte Federi. conſil. 264. ſi canonici. & ſuperiùs ſcripſi in materia vicariorum epiſcopi.

64 Niſi præfata ſtatuta fuiſſent introducta à capitulo ſede vacante: quia tunc omnis iuriſdictio penes capitulum erat deuoluta, & ita perinde valebunt, ac ſi ab ipſo epiſcopo edita eſſent. c. 1. ne ſede vacan. Feder. de Senis conſil. 16. capitulum, & eccleſiæ, & ſuperius dixi in tract deuolutionum.

Conſuetudo quando abſentẽ excuſare poſſit.

65 Interdum id conſuetudine videmus indulgeri, veluti quia fortè Canonici ſunt pauperes, vt non poſsint commodè viuere ex fructibus præbendæ: tunc poteſt introducere conſuetudo, ꝙ recipiant

aliquid deseruiendo per vicarium: vel si aliàs ex iusta caussa fuerit inducta consuetudo, c.cum omnes, de constitut.ca.ad audientiam, de cleric.non residen. Ioan.de Selua in tracta.de benefi.in 4.parte, q.6. Panor.& alii in dicto cap.extirpandæ, §.qui verò, de præbend.

66 Non tamen valet consuetudo de non residendo in curatis, cùm hæc nimis sit ecclesiis, & animabus damnosa: capit.licèt canon, de electio.in 6.glo. in §.nam ecclesiarũ, in verb. resident.in procœmio pragma.sanctio.sic docet Felin. in d.cap.cùm omnes, col.16.refert & sequitur de Ripa in lib.respon. de legib.cap.14.ex impensis, in octauo dubio, & in cap.cùm M.nume.41.& sequent. de constitut.plenè Ioannes de Selua, in tracta.de benefic.in quarta parte, quæstione secunda: imò peccat mortaliter non residens, quia facit cõtra naturalem iustitiam, qua tenetur ipsemet ex suscepto officio gerere curam ouiũ Christi: vt testatur Caietan.in sua summa, in verbo beneficium ecclesiasticum, quem refert Henric.Boteus in tract.de Synodo episcopi, in tertia parte, artic.primo.nu.150.

67 Præterquàm in casibus, in quibus excusatur: vt superiùs dixi. Et quando beneficium esset ita tenue, quòd ex illo commodè viuere non posset: vt decidit Angel.de Claua. in sua summa, in verb. clericus 7.

68 Amplia prædicta quoque procedere pluribus aliis casibus, in quibus videlicet maior erit: aut similis ratio, nam tunc poterit Episcopus, vel alius indulgere, ne per se resideat, per text.in §.porrò. quæ fuit prima caussa benefic.amittendi, ibi, si qua fuerit antiquioribus caussis similis, seu maior: vt proinde sciat vtrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum.

69 Veluti si doctor aliquis vtiliter legat in vniuersitate multos erudiendo, quamobrem putarem excusandum à residentia in loco beneficij, sicut scholastici: de quibus in scholastic. priuileg.scripsi per authen.multò magis.C.de sacrosanct.eccles.

Omnes casus nõ residendi ad tres reducuntur.

70 Vigintiquatuor casus in quibus licet per vicarium deseruire, enumerat Ioan.de Selua in tractat. de benefic.in 4.parte q.6.post Panor. & alios in c. extirpandæ. §.qui verò, de præben. qui ferè omnes comprehenduntur sub tribus casibus, quos suprà scripsi. Primus ratione vtilitatis ecclesiæ, videlicet fauore studij: c.relatum, de cleri.non resident. cap. cùm ex eo, de electio.

71 Secundus ratione necessitatis belli, aut pestis. Panor.in c.per tuas, per illum text. de dona.Imol. in c.fi.de cleric.non residen. Tertius est quando à iure hoc est expressum, vt absentia pro seruitio Episcopi, vel sui superioris.cap.cùm dilectus, & ca. de cætero, de clericis non residen.

Officiales regij ad residentiã tenentur.

72 Idem dicimus in officialibus Regiis, vt residere teneantur in locis, quibus tanquàm officiales præfecti sunt, vt plenè statutum est in ordinatio. Regiis.rub. *De la residence que sont tenuz faire, mesmement les offitiers Royaux.* & scripsi in Concorda. in §.1.de collatio.in glossa residentiæ.

73 De triplici residentia vide per Innocen.in ca. fin.de cleri.non residen. quem plenè refert & prosequitur Barba.in clemen.gratiæ, col.11.& sequen. de rescript.

Domiciliũ quis habet in beneficio curato.

74 Adhæc clericus secularis habens beneficium exigens residentiam, vtpote curatum, sortitur ibi domicilium, secus si non requirat residentiam, per textum in ca.dilectus, 2.de rescript. vbi amplè Felinus & alij in ca.ex ore, de priuileg. quid autẽ operetur effectus domicilij, conscribo in tracta.de domicil.elect.in ordinatio.Reg.in 3.tomo.

Facultatẽ nõ residendi quis cõcedere possit.

75 Superest hîc videre, Quis facultatem non residendi valeat concedere? Respõdeo, is qui residendi necessitatem imponit: Eius enim est soluere, cuius est ligare. l.si puellæ.ff.de sponsal.l.3.de re iudicata.l.eius est velle, de regulis iuris. ideo Rex poterit Consiliariis, & aliis officialibus suis facultatem non residendi in palatio suo concedere: vt patet in ordinatio. Regiis, in dicto titulo *De la residence*, &c.

76 Sic quoque Papæ datum est non residendi facultatem omnibus beneficiariis indulgere, necnõ Episcopis, idem à iure permissum est in cap.licet canon, de elect.in 6.hactenus de residentia, ad alias dispensationes veniamus.

Dispẽsatur cum episcopo, vt alia habeat beneficia.

77 Dispensatur interdum cum Episcopo, vt ea beneficia, quæ tempore promotionis obtinebat, retinere posit: cui sic dici solet in bulla: vt commodiùs sustentari valeas de alicuius subuentionis auxilio, &c. alioqui vacant priora beneficia per adeptionem episcopatus lapso trimestri ad consecrandum, per cap.cùm in cunctis, §.cùm verò, de elect.dixi in §.fi.de manda.Apostol.in concorda.

Contrà episcopos insatiabiles.

78 Hodie verò tanta viget ambitio, vt quis non vno contentus viuat episcopatu, sed nec quidem centum: quin si cunctos haberet episcopatus, & abbatias totius regni, nihilominus adhuc esuriret: patet in multis, qui deuorant episcopatus, consumúntque abbatias regni, necnon aliorum: quos Deus Opt.max.sua gratia dignetur illuminare, & ambitum illorum compescere.

79 Interim verò non putarem summum Pontificem tutum in largiendis huiusmodi dispensationibus, aliquando plus æquo liberalem: nec quidem ambitiosum miserè esurientem dispensatum in conscientia, veluti suprà dictum fuit: quamobrem dicendum eis foret potiùs in præfatis dispensationum literis, vt citiùs & celeriùs, in infernum descendere valeas, de alicuius subuentionis auxilio tibi prouidemus, &c.

80 Dispensatur etiam cum extraneo nõ loquente idiomate patriæ: de qua dispensatione dicetur inferiùs in rescriptis mistis.

81 Aliæ pleræq; sunt dispẽsationum species, quas tanquàm raras, & parum in forensi iudicio agitari solitas consultus prætermittam, finem imponens huic secundæ parti nostræ praxis: de his gratias Deo agens.

PRAXIS



PRAXIS BENEFICIARIÆ TERTIA PARS, BENEFICIA AMITTENDI MODOS CONTINENS.

1 SVPEREST Beneuole lector, tertiã attingere partem, videlicet modos amittendi beneficia: quod & si videtur exosum beneficiariis, tamẽ hoc scire nõ mediocriter eis cõducet: vt deinceps ea præcaueant amittere, vel incidere in eos amittendi modos: & vix amitti possunt, nisi alteri acquirantur: Sed quia pars hæc per se posset complere iustũ volumen, si vellem ea sigillatim prosequi, quæ huic materiæ videtur cõgruere, tamen breuitati cõsulam, ne scriptorũ multitudine potiùs hanc cõfundam materiam, quàm planè tradam: decreui tantũ hîc ea referre, quæ necessaria & quotidiana sunt huic Methodo de amittendo beneficio. secutus in hoc ordinem Iurisconsul. tit. de acquir. vel amittend. possess. licèt Imperator dixerit, de acquir. & retinend. possess. Idem quoque Iureconsul. fecit in titu. de acquir. & amittend. hæred.

Amittitur beneficium duobus modis.

2 Imprimis igitur sciẽdum est, beneficiũ duobus modis amitti, ipso iure vel per sententiam. Primo beneficiũ amittitur ipso iure quando ius statuit ob aliquam caussam criminis fortè, vel aliam iustam beneficium amittẽdum: vt in casibus seq. dicetur.

Ipso iure & ipso facto idẽ significant.

3 Idem ferè est ipso facto, quod ipso iure. ca. 2. vt cleric. vel monach. lib. 6. vt si lex priuet quem ipso facto, idest simulátque fuerit commissum crimen, sicut læsæ maiestatis, vel hæresis, l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis, c. cùm secundũ, de hæret. in 6. quia hoc casu factum lex notat, & non sententiam, l. palàm, circa fi. ff. de ritu nupt. glo. in authentica, de incest. nup. in verb. imminere, colla. 2. facit text. in l. fi. vers. scituros, C. locati, vbi nã ista æquiparat Imperator, videlicet ipso iure, & ipso facto.

Ipso iure p hæresim vacat beneficium.

4 Videamus ergo casus in quibus ipso iure beneficiũ amittitur: primò per hæresim: hæreticus enim ipso iure beneficiũ suũ amittit. c. ad abolendam, de hæretic. §. 1. ibi, & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendus: ibi ponuntur verba executionem denotantia, videlicet spoliatus: ideo notatur priuatio ipse iure: vt docet Ant. Butr. in c. fi. col. 2. de postul. Feli. in cap. Rodulphus, de rescript.

Hæretici beneficium impetrari potest.

5 Et sic beneficiũ hæretici potest impetrari tanquàm vacãs ipso iure: si tamẽ cõtinuò post deprehensionẽ erroris ad fidei Catholicæ vnitatẽ spõte recurrere, & errorẽ suũ ad arbitriũ Episcopi regionis publicæ abiurare cõsenserit, & satisfactionem congruã exhibere, tũc ei beneficiũ relinquitur, vt ibi: nam humanũ est peccare, diabolicũ perseuerare, & Angelicũ se emẽdare. gl. in l. cõsentaneum. C. quomod. & quando iudex. nec enim diuertisse videtur, qui statim redit. l. 2. ff. de diuort. l. quod calore, de reg. iuris. etiã bona illis restituuntur: vt ibi, & in ca. cùm secundum. de hæreti. in 6. Io. Andr. & alij in c. quia diligentia, de elect. Feli. cons. 10. Troiano.

Hæreticus quãdo beneficiũ retinere posit.

6 Notanda sunt tamẽ requisita ad hoc, vt hæreticus semel lapsus nihilominus retinere posit illud beneficiũ: quæ requisita selegi ex præallegato text. in d. c. ad abolendã. Primò requiritur ꝙ deprehensus fuerit in errore: ibi, post deprehensionẽ erroris: ergo quomodocũque deprehẽsus fuerit in errore, siue corã iudice ecclesiastico, siue laico, beneficiũ vacabit, nisi statim errorem agnoscat, & abiuret.

Intellectus ad cap. ad abolendã.

7 Specialéque est hoc in crimine hæresis, vt post crimen cõmissum liceat pœnitere: quod regulariter in aliis criminibus non est. l. qui ea mente. ff. de furtis, doct. in l. si pecuniam, de cõdict. caussa data.

Continuò ad fidẽ redire debet hæreticus.

8 Secũdò requiritur, ꝙ cõtinuò, id est simulatque deprehensus est in hæresi paratus sit hæresim abiurarè, alioqui si tantùm ignis metu, vel pœnæ, nõ est recipiendus. ibi, continuò siquidem, *Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore.* dicit Horatius in Epist. & refert gl. in l. 1. circa fi. ff. de iusti. & iure. & in ca. eum qui, de præben. lib. 6. alioqui nunquàm punirentur hæretici, quia dum viderent ignem in eos parari, palinodiam canerent. Panor. & Feli. in dicto ca. ad abolendam.

Pœnitere quãdo hæreticus posit.

9 Ideo vera pœnitentia est, quæ voluntariè fit, & corde cõtrito. c. 1. & per totũ, de pœnit. dist. 3. & incontinẽti dicũt quidã, antequàm hæreticus neget: & super hoc recepti sint testes: & antequã probatum fuerit crimẽ, vt posteà nõ recipiatur. & hæc est sententia Archid. in c. vt commissi, de hæretic. in 6.

10 Alia fuit sententia Panor. in ca. excommunicamus quòd liceat, de hæretic. hæretico pœnitere in quacunque parte iudicij, etiam post sententiam, ante tamen executionem: & anteà non dicitur pertinax: vt requiritur in clemen. 1. de summa Trinit.

11 Tertia fuit opinio, ꝙ hæc pœnitẽtia & reuocatio sit arbitraria. arg. l. respiciendũ, in fi. ff. de pœnis, hoc docet Grilland. in tract. de hæreti. in 1. lib. q. 5.

12 Ego verò dicerẽ esse distinguendũ super hoc: nam si dicamus hæreticũ velle retinere beneficiũ, & bona sua, nec puniendũ, tunc debet statim redire, id est antequàm neget, & fiat alia probatio contra eũ, vt tũc nullã subeat pœnã, nisi abiurationis, quia spõte redit: sicut probat tex. ibi, nisi continuo post deprehensionẽ erroris, & sic continuò, ibi intelligitur, post deprehensionem erroris, antequàm processus factus sit, quia sponte resipiscit.

13 Si verò probato iam crimine, peractoque processu velit pœnitere, tũc facilè ei nõ est dãda venia, quia nõ spõte resipiscit, sed metu ignis perterritus, nec cõtinuò: nisi iudex pœnitentiã magnã videat: quo casu nihilominus debet eũ beneficio priuare, & priuatum declarare, vel ad tẽpus suspendere, vel coadiutorẽ dare, vt videat an planè resipuerit nécne: debet quoq; eũ condẽnare ad mulctã, ꝙ tandiu distulerit, necnõ ad omnes expẽsas, & ita debet intelligi secunda opinio c. vergentis, de hæretic. in 6.

14 Tertiò requiritur ꝙ spõte sua, nõ suasionibus, non metu coactus ibi, sponte. Ita docet Paul. Grilland. in tracta. de heretic. lib. 1. q. 5. & Boër. in decis. Burdegal. q. 361. & q. 343.

15 Quartò quòd ad fidei vnitatem redire velit, nam si statim atque liberatus esset, animum haberet resiliendi à fide, nequaquam reciperetur, ibi ad fidei Catholicæ vnitatem.

16 Quinto ꝙ hæresim abiurare sit paratus ad arbitrium Episcopi illius regionis, in qua fuit deprehensus, aut si ille episcopus esset hæreticus, aut suspectus: vt nonnullos videmus, quòd ad arbitrium inquisitoris fidei debeat abiurare.

Abiurare publicè qs debet.

17 Sextò quòd abiurare publicè sit paratus, ibi publicè consenserit abiurare: ergo abiuratio occulta non sufficit, nisi ex iusta caussa secus visum fuerit Episcopo, aut inquisitori.

Satisfactio cõgrua hæretici quæ sit.

18 Septimò ꝙ congruã satisfactionem præsto sit exhibere, quę erit ista congrua satisfactio? Respon. vt si dogmatisauerit: id est concionatus fuerit, vbi docuit, ibi contrariũ dicat: & vbi prædicauit, ibidem illa, quæ prædixit, dicat esse falsa, petendo super his veniã ab illis, quibus falsam doctrinã tradidit, rogétque illos, vt eam primam falsam doctrinam exuant abiiciantq́ue à corde: & istã verã, quã nunc, cùm ecclesia canit, fidem recipiant.

Hæreticus negans si posteà fuerit probatũ cõtra eũ nõ recipitur ad abiurandũ, sed est cõburẽdus.

19 Nec consona videtur satisfactio simulata, scilicet verbo tenus, & posteà contrarium agat: veluti soluere non videtur, nec satisfacere, qui reprobos nummos soluit. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. actio. & qui sic soluit, vt recuperet, non liberatur. l. qui sic. ff. de solu.

20 Non etiam congrua satisfactio videtur, si cõprehensus hæreticus neget quidem illa se dixisse, sed asserit se credidisse, & credere contrarium, aut si non cathegoricè fateatur suum errorem, sed dicat se credere, quod ecclesia sancta credit: nec enim liberatur quin (si probatum fuerit per testes illum hæc dixisse) veniat statim igne comburẽdus.

21 Quia postquã est testibus conuictus, sua negatio nil valet: nã sufficit quẽ cõfiteri, aut cõuinci. ca. at si clerici, de iudi. c. nos in quẽquã. 2. q. 1. & imposterum nõ est iste recipiẽdus ad pœnitentiã, nec ad abiurationẽ, quia nõ continuò, nec spõte hoc facit.

22 Quippe nõ est ei indulgẽda venia, qui non recognoscit peccatũ, sed negat crimẽ, tanquàm alter Cain. ca. serpens, & c. nũquid Cain. de pœnit. dist. 1. nec dicitur satisfecisse negãdo, sed recognoscẽdo, & abiurando, d. c. ad abolendã. Nam in manifestis maximè criminibus oportet cõfiteri peccatũ, si veniam quis speret, ca. quem pœnitet, & cap. veritas, cũ simil. de pœnit. distin. 1. c. cuius, 11. q. 1. nec est venia donandus, quia superbus, & non humilis, ergo ad ecclesiam nõ reuertitur, nec est paratus abiurare hæresim, quam negat. ca. cum humiliatus. 12. q. 2.

23 Adhæc omnes hæretici sic dicendo, euaderẽt, in maximũ nostræ fidei detrimentũ? quod nequaquam est ferendũ, secundũ opinionẽ Dom. de Rota, decis. 875. accusatus [in antiq. sub tit. de hæretic. decis. 1.] vbi compluribus aliis probatur hæc sententia, & idẽ dicitur in tit. de hæreti. in eisdẽ decis. & ita vidi seruari cõtra quendã astutũ hæreticum.

Obtinẽs beneficiũ ad preces hæreticorũ est priuatus.

24 Quinimò non solùm hæreticus est priuatus beneficio, sed etiam is, qui obtinuit beneficiũ ad preces hæreticorum scienter. quòd si retinuerit, est inhabilis ad alia quæcunque beneficia. cap. 2. §. adhæc, de hæretic. lib. 6.

Filij hæreticorũ inhabiles ad beneficia obtinẽda.

25 Et filij hæreticorum non sunt quidem his beneficiis priuati, quæ habebant ante delictum à patre commissum, sed posteà sunt inhabiles ad obtinenda. ca. quicunque, & cap. statutum secundo, de hæreti. in 6. Aufre. in decis. Tholosan. q. 120. Hippoly. in tract. de fideiussor. in 12. quæst. nume. 120. post glo. in cap. satis. 56. distinct.

26 Idem in nepotibus ex filio descendentibus. ca. vt commissi, §. priuandi, illo titu. facit ca. felicis. §. quòd si quis, de pœnis, eod. lib. 6.

Hæretici post trienniũ possunt molestari.

27 Quamobrem isti hæretici post triennium nõ sunt tuti decreto de pacific. possessor. etiã si possederint post delictũ, quia sine titulo sunt: & semper vacat beneficium, ideo semper impetrari potest: vt scripsi in tract. de pacific. possessor. in 4. limita.

Ingressus beneficium vi, est eo priuatus.

28 Item qui vi ingreditur possessionẽ beneficij, ius quod in eo habet, iure ipso amittit. c. eum qui, de præbend. lib. 6. [& infamis fit. l. fin. ff. ad legem Iuliam de vi priuata.]

Schismaticus est priuatus.

29 Schismaticus ipso quoq; iure beneficiũ amittit. c. nos consuetudinẽ. 12. dist. & ca. quia diligẽtia, de elect. tum quia dicitur hæreticus, cũ nullũ schisma sit, quod nõ aliquã sibi cõfingat hæresim, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur, c. inter, 24. q. 3.

30 Et propriè is dicitur schimaticus qui se ab vnitate ecclesiæ Roma. diuidit, constituendo sibi ecclesiam, & ordinando clericos, & sacerdotes, episcopatus & beneficia cõferendo, glo. in summa 24. q. 1. Panor. & alij in rub. de schismatic. & Ioan. de Anania, in rubr. de schimatic. dicit istos à Deo, necnon ab hominibus puniri.

31 Vt enim scirent homines quàm graue & detestabile sit hoc crimen, ostendit Dominus in Dathã & Abiron, quos terra viuos absorbuit, patet etiam in ca. denique, 7. q. 1. & in ca. in nomine, 23. distin. & quicunque episcopatũ, vel beneficium à schismatico accepit est excommunicatus, vel si ordinationi suæ consentiat, cap. 1. schisma. hoc expresè docet Ange-

Ange.de Clauasio in sua summa, in verb. schimat. §.3.plus dicens solum Papam in hoc dispensare, c. quia diligentia,de elect.

Amittit beneficiū qui lædit summā maiestatem.

32 Amittit etiam beneficium ipso iure is qui perpetrauit crimen læsæ maiestatis,necnon omnia bona,l.quisquis,C.ad leg.Iul.ma.c.cùm secundum leges,de hæretic.lib.6.nam de crimine hęresis ad hoc crimen bonum est argumentum,per gl. in l. Manicheos,C.de hæreti.gloss.in c.1.de testib.lib.6.

Simoniac⁹ beneficio est priuatus.

33 Præterea simoniacus ipso iure priuatur beneficiis,c.insinuatum, vbi Fel. & alij,de simo. doct.in c 2.de rescript.extrauag.cùm detestabile, de simo. in communib.nec refragatur verbum amoueas futuri temporis positum,in d.c.insinuatum, quia denotat executionem,ergo intelligendum est iam priuationem esse, per text.in c. abbate ,ibi petit adiudicari eidem monasterio locū ipsum,& vos exinde amoueri,de re iudic.lib.6. Anto.in c.fi.col.2. de postulã. Fel.in c.cùm non ab homine,de iud.siquidem istud crimen æquiparatur crimini hæresis, & læsæ maiestatis,c.1.vbi glos.vlt.de testib.lib.6.

34 Intellige quando crimen erat notorium, secus si occultum,quia tunc veniret priuandus,nisi rehabilitetur,c.presbyter,1.q.1.Panor.& alij in c.nisi, de renun.

Resignatio simoniaca an valeat in præiudiciū resignantis.

35 Limita quoque in resignationibus simoniacis, quæ non valent in præiudicium resignantis : ideo qui per simoniam resignauit,videtur quòd iterum possit resignare.gl.& doct. in c. super hoc , in verb. pecuniæ,de renunciat.hoc expressè docet Innocen. in c.cùm vniuersorum,in fine,de rerum permutat. Archidiaconus in c. dudum, in principio , de præb. in 6.Domin. de Rota decis. 236. nota quòd resignatio,in antiquis,[sub titul.de renuncia.decis.7.]Dominus Geminianus consilio 125. dubia, in primo dubio,vbi dicit posse priuari.

36 Ratio diuersitatis est,quia per renunciationem nihil iuris quæritur illi,in fauorem cuius fit resignatio:c.quod in dubiis, & c. admonet, de renunciat. Ideo is qui dedit pecunias ad habendum beneficiū, non potest priuari iure, quod non habet, c. seruus, de capitis diminutione,in instit.

37 Secus est in collatione,per quam ius quæritur, c.si tibi absenti, de præbendis in 6. Ideo facta simoniaco nulla est,quia dãdo pecuniam,vel aliàs simoniam committendo, fit inhabilis , c. ordinationes, 1.q.1.& c.sanè. 15.q.3. c. inquisitionis , de accusatio. scripsi in tract.de pacific.possess.in quarta limita. & in addition. ad Ioan. Naucler. in tract. de simon. in pœnis,quas ibi contra simoniacos congessi : & dicam hodie quid in tit.de simon.infrà.

Sodomiticus beneficio est priuatus.

38 Adhæc ipso iure perdit beneficium is, qui crimen sodomiticum commisit, grauissimum enim est crimen.c.mulier. 15.q.1. vt iura armentur gladio contra reos huius criminis. l.cùm vir, C. ad legem Iul.de adulter.& hoc crimen apostasiæ à natura vocat Lucas de Penna in l.3.& seq. C. de exactor. & except.lib.12.Barb.consi.vlt.in 1.vol.

Cardinalē percutiens ipso iure perdit beneficium, & idē in percutien. episcopum.

39 Percutiens Cardinalem.c.felicis,de pœnis,in 6. vbi adduntur aliæ pœnæ.

40 Idem si quis iniuriosè , vel temere percusserit episcopum,aut cœperit,seu bannierit, vel hæc mãdauerit fieri , ratúmve habuerit , hoc ipso priuatur beneficiis.clem.1.de pœnis.

Homicidiū qualificatū ipso iure priuat.

41 Idem quoque est in homicida qualificato,videlicet in assassino , & conducto pretio ad aliquem interficiendum:vt in cap.1.de homicid.libr.6.Alex. consil.166.in 7.

42 Idem iuris si parẽtes interfecerit, vel eorū alterum,siue fratrem.c. inquisitionis,vbi Fel. col. 1. de accus.Ioan.de Annania consil.63.præsupposito.

Falsarius literarū Papæ beneficiū amittit.

43 Falsarius literarum Papę beneficiū amittit ipso iure.c.ad falsariorum,de crimine falsi.

Professione vacat beneficium.

44 Idem post professionem in religione factã non anteà,c.beneficium de regula.libr.6. & anteà non valet collatio,etiam facta professione, teste Paul.in cons.432.cùm statutum, in fi.in 1.vol.

45 Item si beneficiati alicuius ecclesiæ rectorem, vel clericum alium ipsius ecclesiæ , per se, vel alios occidere vel mutilare præsumpserint , beneficium prorsus amittunt.c.in quibusdam,de pœnis.

Cogens clericum resignare amittit beneficium.

46 Item is qui coëgit clericum resignare suum beneficium, fortè carceribus eum premendo , donec resignauerit.cle.multorum, de pœnis:& resignatio coactè facta nullius est momenti. ibidem. vide cap. sciant,de electio.libr.6.

Apostata et nõ promotus intra annū sunt priuati.

47 Item apostata à fide beneficium amittit , quia plusquàm hæreticus est:vt docet Azo in summa C. de apostata. & ad clericatus officium admitti non debet.c.penul.& fi.50.distinct.& Prouerb. 6. c.dicitur,*Homo apostata vir inutilis*,& is est , qui à fide discedit : est quoque alterius generis apostata dictus, scilicet cùm transgreditur præceptum , alius etiam irregularitatis, vt quando dimittit habitum & religionem.glos.not.in c.1.de aposta. qui duo postremi non sunt ipso iure beneficiis priuati , vt per Panor. & alios ibidem.

Parrochialem obtinẽs nõ promotus intra annum priuatur illa.

48 Non promotus intra annum ad sacerdotium obtinens parrochialem ecclesiam est ipso iure priuatus,c.licèt canon.de elect. in 6.& inferiùs in materia dispen.plura super hoc scripsi:& in his casibus beneficium impetrari potest etiam ante aliquam sententiam declaratoriam.

Resignatione beneficium amittitur.

49 Ipso iure etiam mera voluntate nostra beneficium amittimus per liberam resignationem, vt per totum tit. de renun. quemadmodū si res pro derelicto sit habita, statim nostra esse desinit,& occupãtis fit,l.1.ff.pro derelicto. §. hoc amplius , de rerum diuisio.in instit.l quod seruus,ff.de stip.seruo.de resignatione statim dicetur,ac per mortem amittitur beneficium:quia mors omnia soluit, §.deinceps,in auth.de nupt.col.4.gl.in l.ex his,ff.de legib.

Homicida est beneficio priuandus.

50 Per sententiam quoque beneficium amittitur, quando priuationis sentẽtia requiritur post crimẽ, vel aliam causam, vt cõmuniter:nempe si quis homicidium committat, per sententiã est suo priuandus beneficio,c.clericis,ibi honore priuetur & loco ne cler.vel mona.c.ex literis.de excessib.præl. Pan. in c.vlt.ibid.& sic requiritur factum & ministerium beneficiarij,& sententia priuationis iudicis.

15 Ideo potest quis ante sententiã priuationis resignare,cū nõ anteà sit priuatus.c.fraternitati, de cle. excõ.mi.Fel.Deci.& de Ripa in c.2.de rescr.& Fel. in c.inquisitionis.de acc. Aufr. in decis.Tho.q.436.

Priuat⁹ resignare potest pendẽte appellatione.

52 Nisi quis impetrasset illud beneficium cum clausula, quò per cessum aut priuationem impetranti deberetur: verùm quia hæc clausula reseruationem importat, quæ est sublata in Francia. Ideo resignatio bona est etiam si post priuationem fuerit appellatum à sententia. per l.qui à latronibus. §. fi.ff.de test:& ita obtinuit episcopus Vticen.in magno consilio per resignationem cuiusdam scelesti priuati, dummodo fiat mentio illius priuationis & processus.

Homicidæ beneficium frustra impetratur.

53 Ergo beneficium homicidę frustra impetratur, quia potest interim à Papa rehabilitari: tum etiam quia nondum est priuatus, ideóque resignare potest in fauorem amici, qui post rehabilitationem ei restituet: vt dicit Thomas Ferrar.cautel.44.

Rehabilitatio homicidę à solo papa conceditur.

54 Et ista rehabitatio à solo Papa concedi solet: nec possent episcopi hoc indulgere. licèt docto. in cap.2. de cler. non ordin. ministran. & in cap. 2. de cler.pug.in duel. dicant episcopum posse dispensare cum homicida, vt beneficium simplex retineat, sed non circa curatum: quod dicerem procedere postquàm hic homicida fuisset à Papa factus habilis: aliàs episcopus inhabilem istum habilem facere non poterit.

55 Publicus etiam concubinarius beneficiis etiam priuari debet: vt abundè scripsi in tit.de public.concubina.in Concord.

Sacrilegus beneficiis priuatur.

56 Sacrilegus quoque suum amittit beneficium per sententiam priuationis, c.venerabilem, de elec. versicul.nunquid enim, c.quemadmodum, de iureiurand.gl.in c.cum omnibus, 81, distinct. non enim debet fructum cōsequi ex eo, quod nititur destruere, c.ex eo, de reg.iuris in 6. & quia impeditur promoueri ad sacros, c.si quis presbyter, 50. distinctione, & est infamis, c.fin.de furtis, Panormit. & alij in c.conquestus, de for.compet.

Bãnitus beneficio est priuandus.

57 Bannitus perpetuò etiam beneficium perdit, quia priuandus est, cùm beneficio seruire non valeat. Panormit. & alij in c. cùm non ab homine, de iudiciis, & in c.2.de arbitr. & ita visum fuit Senatui Tholosano, anno 1539. in vigilia Natiuitatis.

Arestum.

Periurus beneficiũ obtinere nō potest, sed eo priuatur.

58 Periurus amittere debet beneficium per sentẽtiam, quippe nō merentur regere ecclesias, qui sunt irretiti crimine periurij. c. querelam, de iureiur. c. constitutus.in 2.de appel, doct.in cap.2. de rescript. scripsi in tract.de pacific.posses.in 4 limita, nu.218. & seq.de quo periurio intelligatur.

59 Exterus etiam est beneficio priuandus, vt statim dicetur in rescripto misto, seu communi, & qui per collusionem obtinuit beneficium, cap. audiuimus.de collus.deregend. [Item Modestin. ait.ff. ad legem Iuliam.de vi priua.l.ex Senatusconsulto Volusiano, qui improbè coëunt in alienam litem, vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redactũ fuerit, inter eos cōmunicaretur, lege Iulia.de vi priuata tenentur quod vidi in tribus miserrimis sacerdotibus euenire Parisi. qui omnia beneficia impetrabant, & communibus impensis prosequebãtur, & prædam tanquã aggressores diuidebant inter se, qui demum in carcere tabe consumpti sunt.]

Incendiarij amittũt beneficia.

60 Incendiarij clerici beneficia amittunt, quia de iure ciuili capite puniuntur, l.capitalium. §. incendiarij.ff.de pœnis. vbi dicit tex. plerũque viui exuruntur, & pessimam, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiã autoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur: vt ait Inno.in c.pessimam, 23.q.8.

Beneficiarius p graui delicto beneficium perdit.

61 Insuper ne lectorem tot criminibus onerem, alia non prosequar crimina: sed generaliter notandum addam, quòd clericus debet priuari beneficio pro quocunque graui delicto, non aliàs per text. in cap.satis peruersum.56. distinct. & cap. inuentum. 16.q.7.Panorm.in c.ex tuæ, de pœnis, doct. in cap. at si clerici.§. de adulter. & cap. cùm non ab homine, de iud.caueat ergo illa committere, quicunque non vult beneficia amittere.

Priuari q̃ nō debet nisi à iure dicatur.

62 Non tamen hæc priuationis beneficij pœna debet infligi à iudice, nisi exprimatur à iure, gl.singul.in c.fi.de iure patr.c. si compromissarius de ele. lib.6.§.optimum.in authen. de non eligen. secund. nuben.colla.2.Ias.in l.illam.num.12.de colla.

63 Nisi iudex condemnaret clericum esse degradandum, & traderetur iudici seculari, iuxta text. in c.cùm non ab homine, de iud.& in cap. degradatio, de pœnis. in 6. tunc quoque poterit eadem sententia priuare eum suis beneficiis.

Per sententiã quis nō est priuatus beneficio, si hoc nō exprimatur.

64 Alioqui per sententiam latam super crimine, non est quis priuatus beneficio: nisi fuerit hoc expressum in sententia.c.qualiter.2.ibi, quo ad diminutionem capitis, id est degradationem intenditur, de accus.& Rot.in decis.vlti.de re iudi. Baldus in l. cùm fratrem.C.de his quibus vt ind. Ioan. de Ana. in c.fin.col.1.de homicid.

65 Nisi priuatio beneficij ipso facto irrogetur, textus in c.1.§.sacri, vbi Domi. Gem. de homic. lib. 6. Pan.in c.inter.circa.fi.de exces. præl. Ioan. Bern. in praxi criminali.c.123.in verb.beneficiis priuari.

Priuato beneficio relinquẽda vinea, quã ipse plantauit.

66 Hoc postremò non est omittendum, quòd si clericus in terra ecclesiæ sterili, & inculta suis expensis & industria vineam plantauerit, licet postea beneficio priuetur etiam propter delictum, tamen sibi ex bono & æquo relinquetur illa vinea ad vitam suam: vt asserunt Inno.& Pan.in c.fi.de peculio cleric.quos sequitur Barba.co.3.facit quod scribit tex. & ibi doct.in c.ad aures. de reb. eccles. Panorm. in c.de multa.col.4.num.14.de pręb.hactenus.de modis amittendi, veniamus ad resignationes.

De resignationibus.

Resignatio quid sit.



Ista materia non valde frequens est, & beneficiariis plurimum odiosa: cùm nemo illorum resignare cupiat: ideo qua breuitate potero, istam pertractabo materiam. Primò dicam, quid sit resignatio, quantum attinet ad hanc materiam. Resp. est iuris sui libera dimissio seu cessio iuris sui ad differentiam alieni: quia iuri, quod tertius habet in beneficio renunciãdo, nil ago.c.dilecto.in fi.de præb.

Etiam dico iuris: nam si nihil iuris habeam, non possum resignare.l.si vniuersæ. de leg. C.l. traditio. ff.de acq.rer.dom.l.obseruare.in fi.de offi.procons.

Libera dimissio dicitur, non coacta, quæ nullius est momenti, cap. super hoc. de renun. & inferiùs pleniùs dicetur.

De tacita renunciatione.

Duplex est resignatio.



QVotuplex est resignatio? Resp. duplex, tacita & expressa: tacita est, quæ ipso iure fieri intelligitur absque verborum alia expressione: vt adipiscendo secundum quis tacitè videtur resignare primum, ꝙ de iure incompatibile est cum alio, c. de multa, de præb.

Secundò pacificè curatũ beneficiũ adispicendo, videor gratiæ ad alterum incompatibile renunciare, c. gratiæ. de rescr. lib. 6. & clem. gratiæ. illo tit.

Multis modis quis tacitè resignat.

Tertiò qui litigat super beneficio, & recipit secũdum, quod cùm primo teneri non potest, illi primo renunciat tacitè. gl. & doct. in d. cle. gratiæ. etiam si protestaretur se nolle relinquere primũ: quia protestatio est facto contraria, c. cùm M. de const.

Quartò dicitur quis tacitè renũciare, si nominet alium Decanũ, & tamẽ litigabat super illo Decanatu, vel illi honorẽ exhibuit tanquã decano, c. ex ore, de his quę fiũt à maior. part. c. scripsi in trac. no. q. 1.

Quintò postulãdo pro eo tacitè quis iuri suo renunc. c. ex literis. de trãsact. iuncta. l. vlt. ff. de inoffi. testa. Host. in summa de renunc. §. qualiter. in fi.

Sextò si non promoueatur intra annum, c. licet canon, de elect. libr. 6. & superiùs fusiùs scripsi in dispen. de non promouendo, in 2. part.

Septimò impugnando potestatem eius, qui ei contulerat, dicens fortè eum nõ posse conferre reg. ex eo quod nixus est impugnare: fructum consequi non potest. de regul. iur. in 6.

Octauo dando collationẽ suã parti aduersæ, vel eã incidendo, tacitè renunciat, l. Labeo. ff. de pactis.

Nonò cedendo liti super beneficio motę, l. postquàm. C. de pactis. intelligendo vt infrà dicam. [facit l. filius. ff. de minor.]

Decimò non prosequendo per tres annos, iuxta decretũ de pacific. possess. vt ibi per totum tit. vide Paris. cons. 76. an capitula, vol. 4. & cons. 145. cùm ex facto, col. 3. in 4. vol.

[Vndecimò contrahendo matrimonium, tacitè quis resignat beneficiũ. c. diuersis. de cleric. coniug. gl. in cap. vnic. illo titu. lib. 6 scripsi in l. Paulus. in fi. ff. de verb. significationibus.

Duodecimò tacitè renunciatis, qui in ordinibus militiæ adscribitur, & vulgo dicitur, *est à la soulde du Roy*. per c. in audientia. de sent. excom. vbi doct. nec isti gaudent priuilegio clericali vt etiam docet Curt. senior cons. 80. super articulo, & beneficiũ istius fine alia declaratione impetrata potest ei cõferri, quia ipso iure vacat.]

De resignatione expressa, pura, & conditionali.

Expressa resignatio duplex.

1 

EXpressa est, quæ à resignante verbis ad hoc accommodis fit: & de hac loquitur totus titulus de renunc.

2 Et hæc etiam duplex est pura seu simplex, altera conditionalis, seu ob caussam. Simplex est, quæ ex mera liberalitate proficiscitur, cum aliqua tamen caussa. Quæ verò sint caussæ, quę mouere possint ad resignandum? Resp. ægritudinis, vel quia se non esse parem oneri ferendo nouit, vel alia ex caussa: vt in c. nisi cùm pridem. de renũ. vbi propter debilitatem, & scientiæ defectum, malitiam

Caussæ mouentes ad resignandum.

populi, & scandalum, vel propter aëris intemperiem, vbi est cœli locique grauitas, quis mouetur ad resignandum: & alias causas penit ibi Host. in summa illius tit.

3 Hodie caussa caussarum est affectio carnis: quia omnes volunt suos consanguineos præficere ecclesiis, quibus fortè malè præfuerunt, vt pessime quoque illi posteà præsint. c. graue de præben. c. vno. vt eccles. benef. & ista est, quæ iamdudum labefactauit totam ecclesiam. c. vno. vt ecclesiast. benef. Altera est etiam caussarum Regina pecunia: vt in toto tit. de simo. c. fertur. 1. q. 1.

Affectio carnis labefactat totã ecclesiam.

4 Altera sub conditione, vel ob caussam: & quædam fit ob caussam permutationis, cũ alio beneficio, altera ratione & fauore sanguinis, vel alia ratione, & dicitur in fauorem, de quibus inferiùs, & hæc nunc obtinent in foro.

5 Notandum quòd olim quando episcopi erant senectute, vel quauis alia infirmitate grauati, non valentes seruire ecclesiæ, successores eis viuẽtibus, sibi eligere non poterant: vnde quamuis diuus Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ suæ finem præsensit successorem sibi Clementem eligere voluerit, prohibitum tamen illi in concilio Antiocheno fuit c. vnde, & seq. 8. q. 1. vbi cum synodo & iudicio episcoporum, & electione clericorum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, hoc fieri debet: & eum qui dignus extiterit, eligere, & promoueri, cap. episcopo, ibidem: quia eligendo successorem electioni derogabatur, quod graue erat. c. plerique. ibid.

Successorẽ nemo olim sibi eligere poterat.

6 Si tamẽ is præfectus ecclesiæ valetudine, vel senectute adeò graui affectus esset, vt seruire nõ valeret, dabatur ei à Papa coadiutor. c. petisti. & c. seq. 7. q. 1. qui postea si dignus inueniebatur post illius obitũ designabatur succesor, c. quia ibidẽ, c. nisi cũ pridem. de renun. & in c. 1. & per totũ, de cleric. ægro.

7 Aliquando verò quidam resignant, retinendo tamen semper episcopatum, aut aliam dignitatem, quamdiu viuunt: & hoc fit ex caussa, quando is effectus est minùs idoneus per senectutem, aut valetudinẽ: & eo casu laudarem illos qui talem designarent successorẽ qualem beatus Petrus præficere volebat, in d. c. vnde. 8o. q. 1. vbi sic dicitur.

Resignans qualem successorẽ quærere debet.

8 Clementem hunc vobis ordino episcopum, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado: quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, discendi studiis deditum, sobrium, iustum, benignum, patientẽ, scientem, nonnullorum ferre etiam ex his, quæ verbo Dei instituuntur, iniurias.

9 Sed hodie ferè omnes carnis sequuntur affectũ: vt sanguinis ratio tantùm habeatur, & in fauorẽ illorum resignationes fiant: quòd Moyses amicus Dei reprobauit: is potuit vtique filios suos successores principatus facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, quod tamen exhorruit, sed extraneum de alia tribu, Iosuam videlicet elegit, c. Moyses. 8. q. 1. vbi etiam sic scribitur.

Affectu carnis resignãtes mouentur.

10 At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quęrant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesię prodesse, sed quos vel

quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt, &c.

Coram quo resignatio fieri debeat.

11 Verùm quomodocunque fiat hæc expressa resignatio, fieri debet in manibus eius, qui conferre potest, c. admonet, ibi te inconsulto dimittere, & fi. de renun. Nec perdit beneficiũ renuncians, donec is apud quem huiusmodi beneficium est resignatum, approbet resignationem. d. c. fi. de renun. quia in superioris potestate est eam recipere, vel non. Ioannes Andr. in cap. ex ore, de his quæ fiunt à maiori parte. gloss. in verbo renunciasse, titu. de subla. Clement. literis, in pragmatic.

12 Vbi limitat in litigioso, cui absque alia superioris approbatione renunciare licet: quando videlicet est probabile dubium, an litigans ius habeat. c. 2. de in integ. restit. Quod putarem verum, quando renunciaret colliriganti iam habenti ius: secus si alteri, cap. 1. de regul. iuris, in 6.

Resignatio facta corã laico an noceat.

13 Valebit tamen renunciatio facta coram laico quo ad resignantem, vt non repetat beneficium. d. c. quod in dubiis, & c. 3. de renun. si ratam eam habuerit superior, de Rota. decis. 573. in antiq. [sub tit. de renun. decis. 14. & decis. 4. eo. tit. in antiquis.] & decis. 1. eo. tit. gl. in d. verbo renunciasse, in pragma. Panor. in cap. quod Dei timorem. gl. 2. de statu monach. iuri quoque ad rem potest quis renunciare inconsulto superiore, Clemen. gratiæ de rescript. [Et si quis renunciet sine superiore, licet nõ perdat ius, tamen perdit possessionem, ideo possessorio non poterit agere corã iudicibus secularibus, teste Angel. in l. penul. ff. de offi. præsid. Et si resignatio, vel constitutio procuratoris, ad resignandum noctu fiat, debent adesse tria luminaria, vt resignans planè videri, & cognosci possit. l. 1. §. tria. ff. de ventre inspiciendo. Si verò fiat interdiu, fenestræ apertæ esse debent, vt planè cognosci possit à notario, & testibus resignans, alioqui suspecta dicetur resignatio. vt docet Cæpol. in l. 2. in §. fi. ff. de verbor. significatio. & hodie per edictum signari debet manu infirmi procuratorium.]

Officiũ coram quo sit resignandum.

14 Sic & officium non potest resignari nisi coram concedente, l. legatus. ff. de offi. præs. quod est singul. vt docet Roman. sing. 348. an tabellio, imo punitur aliter resignans. l. fi. C. de defensor. ciuita. Bart. in l. 1. C. de petit. bon. subla. libr. 10. Panorm. in cap. 9. num. 10. de restitu. spol.

De Regreßibus.

Regressus quando approbentur vel reprobentur.



Item interdum datur restitutio reciproca in beneficiis: Papa autem admittit resignationem talem, scilicet cum regressu vt si is, cui cõfertur, præmoriatur, episcopatus reuertatur ad resignantem: & resignans retineat semper fructus quosdam episcopatus: & non improbarem quidem hunc regressum, quando fieret ex caussa videlicet quod designatus successor est valde dignus: & is qui resignat iam longo tempore ecclesiæ deseruierit, & nullum aliud habet beneficium, quo senectuti consulere, & viuere possit: sed regressus qui fiunt tantùm ratione sanguinis, damnabiles & resignanti, & Papæ, necnon illi cui confertur.

Resignatio cum ingressu, & accessu.

Idem in ingressu, vt si Papa contulerit mihi beneficium: & antequam ego accipiam possessionem illud resignem, Papa concedet, quòd si resignatarius præmoriatur, quòd ego ingrediar meum beneficium, quod nunc resigno. Cum accessu verò est, vt si Papa velit Episcopatum conferre puero, verùm quia dignus non est, conferat suo præceptori, cum hoc tamen, quòd post ætatem legitimam ipse propria autoritate possit accedere ad talem episcopatum, & vocatur cum accessu: sed hoc iure non vtimur in Francia: vide Paris. cons. 76. an capitula in 4. vol. vidi tamen vnam bullam sic in Francia expeditam, seu in Britannia.

Caussa publicæ vtilitatis iusti regressus conceduntur.

Aduertendum est, quòd si isti regressus fiant ex caussa publicæ vtilitatis, vt meliùs ecclesiæ deseruiatur, sunt fauorabiles, & ampliandi, sin minùs dãnabiles & reprobandi: de quibus Papa est Deo opti. maximo redditurus rationem.

Considerandum etiam est, quòd ecclesiæ regulariter meliùs deseruitur per plures idoneos & bonos quàm per vnum, cap. ex parte. de const.

Vnde si tam resignans quàm resignatarius sint idonei, hoc iustè fit: quia vterque interim deseruiet ecclesiæ: & quando vnus erit grauatus senectute, vel alio onere, alter supplere poterit: maximè cùm resignans habet hoc in mente, vt Deo meliùs deseruiatur: & quia pium & religiosum nouit eum, in cuius fauorem resignat. d. cap. nisi cùm pridem. de renunc.

Sed quando vterque est ignarus, ambo in foueã cadent inferni: cuiusmodi plerosq; videmus ipsas ecclesias in vita labefactasse: & vt omnino destruantur, eas suis nepotibus voluptariis resignant: hæc est hominum rabies, & insania, vt in agone mortis cũ sui rationem deberent reddere, se & suos profundiùs immergunt, & adinuicem seipsos detrudũt in tenebras exteriores, quæ malum tanta cæcitas.

Iudicari in regressibus quomodo debeat.

Verùm vt ad rem veniamus, notandum est in his regressibus iudicari debere, prout appareat ex bulla, & ex verbis signaturæ, & bullæ quatenus videlicet conceduntur: vt nil eis addendum sit à iudice, sed forma ipsa diligenter obseruãda. c. cùm dilecta. de rescr. quia hi regressus pendent omnino à potestate Papæ, & sunt introducti ex plenaria sua potestate, quam in beneficiis habet. c. 2. de præb. lib. 6. verùm cùm in Francia communiter non vsurpentur, eos ad suam patriam nunc reiicio, dicto priùs quòd cessiones cùm ingressu & reseruatione omniũ fructuũ nulli dãtur nisi Cardinalibus: vt statuit Alex. 6. Pontifex maximus in tit. de reserua. iurispatro.

De pura resignatione.



Pura & simplex resignatio est, quæ fit sine conditione, & pacto c. tua nos, de simon. & hæc est propria resignatio. arg. l. 1. ff. de donatio. & hęc minùs est frequens, quàm altera in fauorem.

Post resignationem simplicẽ ordinarius potest conferre cui vult.

Et quando pars sic resignat, ordinarius potest, cui vult, conferre, cùm beneficium vacet per resignationem. c. 1. & per totum. de renun.

Et ista

Et ista debet fieri coram ordinario: nam conditio omnis simoniam continet, & pactio.cap.fin.de pact.c.ex parte.1.de offi.delegat.ideo non debet apponi resignando coram ordinario.

Resignãs potest rogare ordinariũ vt alicui cõferat.

Potest tamen sic resignans sine simoniæ labe rogare ordinarium, vt conferat tali.d. cap.tua nos. de simo.qui rogans peccat, si ille pro quo orat, non sit idoneus.c.tuam.de ætate & qualitate.gloss. in c.ordinationes.1.q.1.plenè de Ripa in cap. cùm M. not. 23.de constit.

Verùm nec tenetur ordinarius illi conferre, pro quo rogatum est: d.c. tua. de simon. sed omnia eius arbitrio & fidei committenda sunt: quamobrem rata est ista resignatio veluti multùm periculosa, nisi fiat in fraudem mandatariorum, vel nominatorum, seu expectantium: vt in c. fin. de renunc. lib. 6. quia vicarij quidam & officiales episcoporum trapezitæ beneficiorum has procurant, damnantes se, & suos constituentes.

Resignatio in fauorem non fit coram ordinario contra Staphil.

Et quamuis pura resignatio debeat esse coram ordinario, & conditionalis tanquàm simoniaca nõ valet, per gl.& doct.in c.ex parte.1.de offi.deleg.tamen Staphil. in tract. de literis gratiæ. tit. de variis modis vacand.versic.posset tamen.firmat aliquem posse in resignatione exprimere, quod in mente gerit, dicendo, resigno in fauorem talis: & isto casu cessat pactio, & cõditio, siue modus: quia expresio eorum, quæ tacitè in sunt, nil operatur etiam in spiritualibus.gl.in c.significasti.de elect. gloss.2. & ibi Panor.in c.ad audientiam.2.de rescript.

Ego contrarium existimo verius, quia conditio expressa in fauorem, licèt non dicatur non aliàs, tamen inducit simoniam, nempe omnis conditio. c. quàm pio.1.q.2.&c.cùm pridem.&c.fi.de pactis. Et non inest tacitè, quod vni magis conferatur, quàm alteri: vnde dicitur collator exercere liberalitatem conferendo vni potiùs quàm alteri. c. relatum. de præb.c.vno de ecclesiastic. benefic. quod non faceret, si teneretur illi conferre, in cuius fauorem resignatum est.l.rem legatam. ff.de adimend. leg. Et in spiritualibus expressio eorum, quæ tacitè in sunt inducit simoniam. gl.in c. vno. de cleric. non resident.in 6.vel vsuram.c.si fœneraueris, vbi gl. 14.q. 3.Roma. cons.500. & in additio. ad Fel. in c.nouit, de iudic. & ita seruatur. nam si resignaret quis in fauorem coram ordinario, posset illud beneficium per simoniam collatum à Papa impetrari post ordinarij collationem: ideo non debet fieri, quicquid dicat Staphil.

De procuratoris ad resignandum constitutione.

Resignat quis per se, vel per procuratorem

1 Sciendum est quòd resignare potest quis per se, & per alium, scilicet per procuratorem habentem speciale mandatum. ca.cùm olim. §. quia verò.de offi.deleg. l.iusiurandum ex conuentione. §. si procurator. de de iureiur.ff.Hostien.in summa.de renuncia.§.quis renunciare.

2 Interdum quis impræsentiarum non resignat, se procuratorem vel procuratores ad resignandum coram Papa, vel eius legato constituit, seu coram alio collatore: nam si quis resignaret in patria illud beneficium statim impetrari posset ab alio tanquã vacans, ob id debet sic procuratores constituere, vt coram Papa, vel alio potestatem habente resignatio fiat: & beneficium eo casu conferri non poterit alteri, quia simulatque fiet resignatio, Papa vel alius collator prouidebit.

3 Vnde ex stylo curiæ non valet impetratio beneficij facta per resignationem talis N. quia iam est facta collatio, & statim: ideo non dicitur vacare per resignationem, quare impetrari debet alio modo, si possit, vt per inhabilitatem & incapacitatẽ eius, cui fuit collatum per resignationem, sed non per resignationem. *Impetratio facta per resignationẽ non valet.*

4 Veruntamen potest impetrari tanquàm vacans per cessionem, & prouisionem non acceptatam à tali N.c.si tibi absenti.de præb.lib.6.

5 Cõstituitur autẽ hic procurator per instrumentum publicũ, vel per literas etiam priuatas.cle.1. de procu.l.1.& l.si procuratorẽ.ff.eo.sed hoc rarum est, & vix reciperentur priuatæ literæ ad resignandum. *Procurator ad resignandum, quomodo constituatur.*

6 Sed regulariter in his resignationibus instrumẽtum solet esse publicum, ad vitandum falsum, cui debet subscribere resignans: vt est lege Regia cautum: imò ille notarius, qui scribit se esse procuratorem constitutum, non posset resignare: nec faceret fidem illud instrumentum: vt docet Barto.in l. ex sententia. ff.de testa. tutel. & Guido Papæ in decis. Delphi.q.126.an in hac curia.Bald.in l.iudices.C.de fide inst.& sic fuisse decisum in magna Curia Neapoli.refert.Matt.de Afflictis, decis.317.in caussa.

7 Certus etiam debet esse procurator constitutus, & sic in instrumẽto nominatus, alioqui non valet procuratorium.l.2.ff.de procurator. glo. in l.tutor incertus. ff. de testament. tutel. scilicet ob falsum vitandum: vt docet Ioan.de Grassis, in tract.de subst.procura.in verbo certos.facit text.in l. si binæ tabulæ. ff. de iniusto testament. Alioqui tolleretur facultas reuocandi procuratorem, & intimandi ipsi procuratori incerto. clement. 1. de renuncia. scripsi in rubr.de nomina.Reg. §. 1. in verb. etiam, per cessionem. *Certus debet esse procurator ad resignandum.*

8 Et sic non valent procuratoria vacua, quæ in albo dimissa vocat, Chassa. in consuetud. Burgund. rubric.*Des droicts & appartenans*, §.quinto.glos.*sans procuration.* num.8. quod improbat Boër. in decis. Burdegal.quæst.274.an valeat, colum.2.per text.in l. nominatim legatum accipiendum est, quod à quo legatum sit intelligitur, licet nomen pronunciatum nõ sit.ff.de legatis tertio.sed ille tex. parum ad hoc facit: quia sufficit quidem, quòd intelligatur, de quo senserit. idem habetur in l.1. & 2. ac seq. ff.de lib. & posth. sed quando nullus est nominatus, non potest intelligi de quo senserit constituens, ergo, &c. *Vacua procuratoria, & in albo anvaleant.*

9 Tamen idem Boër. dicit semper vidisse obseruari, vt siue expleantur illa procuratoria antè, siue pòst, nihilominus valere: quia postquàm sunt expleta, nemo conqueritur, ideo sustinẽtur potiùs de cõsuetudine, quàm de iure. ego dicerem non valere, si si non sint expleta à notario, qui confecit instrumẽtum, saltem si scripserit aliquem procuratorem in instrumento, quia non est certus procurator.

10 Verùm

Resignare quis sine speciali mãdato non potest nec acceptare.

10 Verùm procurator sine speciali mandato resignare non potest, quia nec alienare. cap. qui ad agẽdum, de procurator. lib.6. Cardinal. & alij in clem. vna. de renunc. & quia id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli non potest. l. id quod. ff. de regulis iuris. sic nec acceptare sine speciali mandato: quia per illam obligatur beneficiarius, cuius cõsensus requiritur. cap. 1. & cap. ne captandæ. de concess. præbendis in 6. vbi docto. in clemen. 1. in verb. præsenti, illo titul. in sexto. Imol. & alij in cap. accedens, de præbendis. scripsi in glo. vltima. titulo de electio. deroga. in concorda.

Speciale mandatum quando dicatur.

11 Speciale mandatum dicitur, quando nominatim est expressum beneficium, & aliter resignatio non valet, etiam si esset procurator generaliter constitutus ad resignandum omnia, & quæcunque beneficia, quæ constituens habet, nec in vim procuratorij generalis potest beneficium resignari: vt l. Regia cautum est titu. *De la reformation des prouisions Apostoliques*, arti. 10.

12 Sufficeret tamen habere mandatum ad acceptandum beneficia. Panor. & alij in d. c. accedens. quia hoc fauorabile est, alterum odiosum. Vnde si quis potestatem habeat acceptandi beneficia, & dignitates, & quæcunque alia beneficia acceptare poterit: quia constitutio procuratoris ad acceptandũ est fauorabilis, & sic latè interpretanda: vt no. doct. in c. sedes. de rescr. c. 1. de procu. in 6. Sic nominatim consuluit Bertran. cons. 226. quæsitum est. nu. 2. in 3. vol. ex 1. editio. meliùs esset tamen exprimere dignitates & curata, secundum eum.

Acceptare non potest procurator beneficium per quod dominus meliori priuetur.

13 Limitarem quando ex illa acceptatione procuratoris dominus priuaretur altero beneficio meliori, tunc non videtur ad hoc cõstitutus. l. si procurator. vbi Ias. plenè ff. de condic. indeb. vnde vidi procuratorium, quo aliquis constituerat procuratorem ad acceptãdum beneficia: & constituens habebat beneficium optimum curatum: procurator acceptauit minimum curatum, sed dixi per pacificam possessionem istius habitam, à procuratore nõ vacare primum: quia non videtur ei ad hoc data potestas priuandi dominum beneficio maiori pro minimo, sed acceptandi beneficium simplex, per cuius adeptionem non priuabitur primo.

Acceptatio potest rata haberi.

14 Sed si quis absque mandato acceptauerit nomine Titij beneficium, & Titius posteà ratam habuerit illam acceptationem: valebit illa acceptatio. doct. in c. accedens, de præb. glos. in c. quam sit, de præb. lib. 6. glos. & doct. in c. nonnulli, in fin. de rescr. Chassa. in consuetud. Burgund. in §. 5. gl. *sans procuration.* titul. *des droits appartenans à gens mariez.* vbi dicit se consuluisse.

15 Dummodo non sit alteri ius quæsitum ante ratificationem: quia ratihabitio retrotrahitur, & mãdato comparatur, per reg. ratihabitionem, de regul. iur. in 6. nec valet acceptatio facta per vnum procuratorem, si sint duo, sine clausula insolidum, per gl. & doct. in c. si quis iusto, de elect. in 6. & in cap. si duo. de procura. eod. lib. sic docet Paul. Cast. consil. 281. in caussa. nu. 8. in 1. vol.

Procurator ad acceptãdum & resignandum constitui non potest.

16 Item constitui non potest procurator ad acceptandum & resignandum simul, vt ex illo procuratorio possit & acceptare, & resignare. Acceptare quidem poterit, sed cùm non habeat quid resignet tempore quo fuit constitutus, etiam posteà resignare non poterit, sic nec ad resignandum procuratorem constituere: vt plenè scripsi in tract. nomina. q. 14. nu. 112. vbi allego Arestum post Do. de Rota, decis. 709. vtrum possit, in antiq.

Quilibet constitui potest procurator.

17 Procurator quilibet constitui potest tam ad acceptandum, quàm ad resignandum [dummodo constituatur procurator ad resignandum, quando quis beneficium obtinet, vt dictum fuit,] siue sit clericus, siue laicus, siue secularis, siue religiosus. gl. & doct. in clem. vna, de renun. scripsi in tract. nomi. q. 14. Staphil. in tract. de liter. gratiæ, rubr. de vi & effectu clausul. versi. an autem laicus: licet Collecta. videatur tenere contrarium in c. 2. col. 2. de rerum permutat.

Procuratorium anno lapso nõ valet.

18 Item resignatio vi procuratorij anno elapso facti, non valet: vt lege regia cautum est titul. *De la reformation des prouisions*, etiam si facta esset ante regiam legem, vt declarauit Rex anno 1551. die 19. Aprilis. quia voluntas mutata præsumitur ex longinquitate temporis. l. peregre. ff. de acquir. possess. nec præsumitur quis velle resignare beneficium, quod multis laboribus acquisiuit, per c. super hoc, de renuncia. & c. quia non est verisimile, de præsumptio. & gl. in reg. cancel. 43. dicit cancellariam non solere admittere procuratoria ad resignandũ post annum: & sic censuit Senatus Tholosanus anno 1544. vt scripsi in tract. de pacifi. possess. nu. 145. ex quo Aresto emanauit lex illa Regia, in d. tit. *De la reformation des prouisions.*

19 Etiam non recipiuntur procuratoria ad resignandum officia coram Rege post annum: vt sæpiùs vidi.

Placet Regis nõ expeditur post sex menses.

20 Ita nec Placet Regis quoad Episcopatuum, & abbatiarum, & aliorum beneficiorum electiuorum nominationes, potest expediri post sex menses: vt est edicto Regio cautum.

Procurator constitutus ad resignandũ coram Papa non potest coram ordinario resignare.

21 Adhæc procurator constitutus ad resignandum coram Papa, non poterit resignare coram ordinario, vel alio: nam excederet mandatum, & sic non valeret, per cap. cum dilecta, de rescript. ideo solet in literis procuratorij apponi, quòd possit resignare coram Papa, ordinario, vel alio potestatem habente: prout resignantibus placet amplam concedere potestatem suis procuratoribus: & vidi interdum resignationem pronunciari nullam, eò quòd habens solum mandatum resignandi coram Papa resignauerat coram episcopo.

Procurator generalis non potest resignare.

22 Item procurator generalis resignare non potest, quia donandi potestatem non habet. l. procurator cui, ff. de procurator. c. 2. illo tit. in 6. Etiam si liberam habeat administrationẽ, nisi expresse data sit ea potestas. c. fi. de offi. vicar. in 6. licèt Compost. teneat contra, per c. is cui, de elect. in 6.

23 Sed hodie in hoc regno decisum est istud dubium per legem regiam, quam superiùs adduxi: qua cautum est nullum procuratorẽ resignare posse ex procuratorio generali: & d. cap. is cui, allegatum mecum facit: quia generalis procurator ibi nõ potest alienare, & sic nec resignare. [Vnde aliàs consului

consului pro mandatario, cuius nomine procurator acceptauerat beneficium deterius, licèt melius optare deberet per c. si pluribus. de præb. in 6. vt illa acceptatio non præiudicaret dicto mandatario, quia illi iam erat ius quæsitum ad melius, cui iuri non poterat derogare procurator generalis, nisi haberet speciale mandatum eligendi deterius. Nam in hoc requiritur expressum mandatum, vt scripsi in tit. de elect. derog. in concord. nam eligendo deterius, videtur quodãmodo permutare cũ meliori, quod non potest facere sine speciali mandato procurator nec beneficium renunciare. Clemen. vna, de renunciat. alias ibi adduxi rationes in dicto meo cõsilio.]

Ante receptum mandatum procurator potest resignare.

24 Adde quòd procurator etiam ante receptum mandatum potest resignare, dummodò certior factus sit se esse procuratorem, & verum sit: vt decidunt Domi. de Rota, decis. 145. si procurator. in no. dicentes hoc seruari in Rota, & decis. 248. in antiq. & Alex. consil. 146. in caussa, col. vlt. in 5. vol. & ita seruari de consuetudine scribit Boër. in decis. Burdeg. q. 274. an valeat. abundè Frãcis. Curtius consil. 63. præsupponitur.

Mãdatum procuratoris quomodo debet innotescere procuratori.

25 Et hoc mandatum ei innotescat oportet per nuncium, vel epistolam domini, non alterius, per l. 1. ff. de contrah. emp. hoc docet Hippol. Mars. in l. si quis ne, nu. 64. ff. de quæstio. dixi in proœ. tract. de liter. obli. nu. 22. in 1. tomo consti. regiar. Nam si hoc fieret ad relationem extranei, summa nasceretur confusio, & incertitudo, & quàm sæpissimè illuderetur Papæ, vel aliis collatoribus, vt quia constituẽs potuit reuocasse mãdatum, sicque desierit esse procurator is, qui fuerat constitutus ad resignandum, quam reuocationem contingeret extraneũ ignorare.

26 Ideo expectet procurator vel procuratorium, aut literas domini, nec aliàs expediat propter volũtatis mutationem, quæ potuit esse, tum ad vitandũ falsum. vnde lege regni videmus cautum, vt non recipiatur quo ad possessoriũ resignatio à procuratore facta ante receptũ procuratorium, in tit. *De la reformation des prouisions*, art. 10. & seq. in ordinatio. Reg.

Exhiberi debet procuratoriũ.

27 Et si petatur ab eo procuratorium, illud debet exhibere, & in forma publica: aliàs nõ valebit actus teste. Bar. per illum tex. in l. si quis inficiatus. ff. depos. & ibi Alex in additio, ad eum, & consil. 78. in 5. vol. Bald. in rubr. C. depos. in 4. q.

Beneficium ibi vacat, vbi est resignatum.

28 Beneficium autem resignatum in curia, dicitur vacare in loco, in quo procurator resignat, non eo loci vbi est constitutus. glos. & & doc. in clemen. 1. vt lite penden. vnde si quis cõstituat procuratorem hic Paris. qui resignet in curia, in curia vacare censebitur non Paris. quia in renunciatione procurator non præstat nudum ministerium, non enim dicit talis N. renunciat, sed ego procuratorio nomine: ideo si nudum præstaret ministerium, vacaret in loco, quo facta fuit constitutio: vt plenè declarat Bonifac. in d. clem. 1. in decima conclus. & Petr. Paris. cõsi. 10. bonum ius, in quarto volumine.

Consentire pensioni an quis possit ante beneficium adeptum.

29 Consensus procuratoris interuenire debet, alioqui non expeditur resignatio, vt in reg. cancel. 43. si tamen quis constituerit procuratorem ad imponendam pensionem beneficio, quod sperat, si demum ei conferatur, poterit procurator consentire pensioni, licet beneficium non esset suum tempore constitutionis: vt plenè consuluit Paris. consi. 43. in 4. vol. facit glo. & doct. in cle. vlt. de rescrip.

Vnus resignantis cõsensus sufficit.

30 Si tamen procurator semel consenserit, & fuerit expedita resignatio, sed inhabili, & incapaci, si quis posteà beneficium illud impetret, non requiritur alius resignantis, nec procuratoris consensus, vbi semel est præstitutus, quia intelligitur de primo. l. boues, §. hoc sermone, vbi plenè scripsi. ff. de verb. signifi. c. non potest, de præb. lib. 6.

Constitui procurator spõte debet.

31 Constitutio ista procuratoris sponte fieri debet aliàs per metũ facta non valet. c. accedens, de procu. & quia ibi non censetur esse consensus saltem liber. Panor. & alij. in c. Abbas, de his quæ vi. Ro. sing. 753. cõstitutio procuratoris: & plene Probus in additio. ad Io. Monach. in rubr. de renuncia. lib. 6. ideo Episcopi Placentini resignationem non valuisse, qui ad præceptum Regis renunciauerat, consuluit Dec. cõsi. 219. viso puncto. q. 1.

Arestum.

32 Vnde anno 1510. die 12. Aprilis fuit condemnatus à Senatu Episcopus Trecoren. ad centum libras Paris. & ad expensas, damna & interesse, eò quòd receptorem suum in carcerẽ detruserat, quòd nollet resignare beneficium, & eidem Episcopo mutuare centum aureos: quod probatur in cle. multorum, de pœnis. & sæpiùs Episcopi destituunt suos officiales. qui eis recusant pecunias sub nomine mutui dare, vt quandoq; famelicos Episcopos [vidi exercere, qui priuandi episcopatu essent.]

Cancellatum procuratorij instrumentum nõ probat.

33 Notandum est, quòd si instrumentum procuratorij sit cancellatum, nullam facit fidem, nec vi talis instrumenti valebit procurator posteà resignare: quòd si resignauerit, non valebit resignatio. argu. l. inductum, vbi doct. C. de solutio. & l. si chirographum ff. de proba.

34 Limitatur quando post resignationem reperiretur cancellatum: tunc enim non vitiaretur iam admissa resignatio, per regul. factum legitimè non retractatur &c. & multa tenent facta, quæ fieri prohibentur. l. patre, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & dicit Bald. in l. si vnus, in fine. C. de testã. quòd si instrumentum productum fuit sine macula, demum apud notarium actorum inueniatur maculatum, per hoc fides instrumenti non minuitur, allegat. l. 1. ff. si tabulæ testamenti nullæ extab. & l. gesta. in argumen. C. de re iudicata alioqui esset in potestate partis reuocare quod bene gestum est.

Cancellatio inualida nõ nocet,

35 Imò illæ cancellationes inualidæ factæ à magistratibus: vel tabellionibus sine caussæ cognitiõe non detrahunt fidei scripturæ secundum Bal. in l. si pses, circa fi. C. quomod. & quando iudex. Sequitur Ias. conf. 47. Ex facto. in fi in 1. vol. vbi etiã dicit sententiam cancellatam probare, vt per Bar. in l. acta. col. vlt. prin. q. penul. ff. de re iudica. Bal. in l. emancipatione. C. de fide instru. & qui est indebitè de matricula cancellatus: non habetur pro cancellato. Ba. in l. scrinarios. C. de testam. milit.

Conuentio partiũ cum beneplacito Papæ an obliget.

36 Item conuentio de permutando cum beneplacito Papæ etiam cum instrumento obligatorio nõ obligat partes, quò minus possint pœnitere, & pro vnius etiam voluntate reuocare ante implementũ. l. 1. ff. de rerum permuta. l. si pecuniam, de cõdictio.

caussa data. etiam si partes iurauerint non reuocare: sed reuocans erit periurus gl. singul. in c. fi. de procura. in 6. abundè Boër. in decis. Burdegal. q. 207. ad secundam, dicens ita seruari in praxi. [Sed si partes conuenerint sub beneplacito Papæ, si illi placuerit & approbauerit conuentionem, vna pars non poterit reuocare post Papæ confirmationem. c. venerabilis. de confir. vtili facit l. fin. C. de contrah. emp. c. super eo. de condict. apos. sic cogitur quis credere post petitam credendi licentiam, l. quidam. de renuncia. glos. in Cle. vna, illo titu. & post postulationem præsentatam Papæ partes non possunt resilire aliàs semper illuderetur Papæ. cap. bonæ. 2. de postulatione prælatorum.]

37 Si tamen vna pars semel resignauerit, altera nõ, illa poterit compelli ad resignandum: vel ita resignans ad suum si malit poterit redire beneficium, per d. l. 1. in fi. & l. naturalis §. 1. ff. de præscrip. verb. Collecta, in c. 2. & c. cùm olim. in fi. de rerũ permu. prouinciale, fol. 35. ver. duo tractauerunt. post Federic. cons. 156. punctus talis.

38 Sed post collationem vtrique respectiuè etiam à Papa factam, si vtraque pars velit resilire ab illa permutatione, & remanere in suo beneficio, possũt hoc petere à Papa, qui iterum conferet eis, & permittet remanere non obstante permutatione: vt docet Lappus allegatione 89. in Dei &c. factum. [Etiã postquam procuratoris cõstitutio ad resignandum est Papæ præsentata, non potest fieri reuocatio à cõstituente, per supradicta, & sera prece subuenire sibi resignans desiderat. l. 2. C. de iuris & facti igno. Id vidi in nominatione regia semel Papæ præsentata quã Papa differebat admittere, vt reuocari interim procuratorium non posset, teste Calder. consi. 5. tit. de elect.] Alia de constitutione procuratoris poterit quisque supplere.

De resignatione conditionali, quam in fauorem vocant.

Conditionalis resignatio corã Papa fit.

1 Nunc dicendum est de resignatione cõditionali, & primo corã quo fieri possit. Respon. quòd coram Papa tantùm cùm in ea versetur simonia, quam ordinarius purgare non potest: c. ex parte. 1. de offic. delega. Panor. & alij in rub. de simo.

2 Nec quidem legatus hanc resignationem admittere iure potest, nisi super hoc expressam à Papa habuerit potestatem: ex eo videlicet, quia conditio simoniam inducit. glo. & doct. in cap. pactiones, & c. cùm pridem, de pactis.

Collatio facta alteri quã ei in cuius fauorẽ fuit resignatũ nõ valet.

3 Hæc resignatio fit in fauorem talis N. nec aliter nec aliàs, nec alio modo: & si postea conferatur à Papa alteri, quam ei, in cuius fauorem facta fuit non valet collatio, quia contra mandatum facta: gl. in c. olim, in 1. in verb. traditam, de resti. spoliat. Ias. cons. 162. col. 4. in 2. vol. & con. 86. in fi. vol. 3. & de hac clausul. scripsi in tract. de pacific. possessor. nu. 146. Paul. Paris. cons. 19. ad resolutionem, col. 2. in 2. vol. [Curtius Senior cons. 8. viso instumento.]

4 Et ista clausula non potest quis vti coram ordinario, vt quis resignet, vel constituat procuratores tales ad resignandum in fauorem talis, vel vt conferatur tali, non aliter, nec aliàs, quia hæc clausula adstringit collatorem ad conferendum ei nominato per partem: & est contra naturam resignationis puræ, quæ à mera pendet collatoris liberalitate: vt gl. & doc. tradunt in d. c. ex parte, hoc nominatim docet Nico. Milius in verb. renunciatio beneficij simoniacè facta: vt refert Ruzeus in tract. regal. in 32. priuileg. in fi. facit gl. in c. ordinationes. 1. q. 1. & in l. ille autem. ff. de hæred. insti.

Resignatio corã legato in fauorem facta nõ valet, contra Boer.

5 Verùm si istæ resignationes fiant coram legato, aut ordinario, poterit legatus vel ordinarius conditionem reiicere, & resignationem simpliciter admittere: vt firmat Boër. in tract. de dignita. lega. q. 2. quia illa clausula ad vtilitatem, vel in fauorem talis pro non adiecta habetur, secundum eum, & in dubio debet impetrari actum esse permissum. l. eum actum. ff. de negoc. gestis, l. nõ solùm. §. sed vt probari ff. de noui operis nuncia.

6 Et quia sunt vt plurimum notariorũ clausulæ, teste Staphi. in tract. de literis gratiæ, rub. de variis modis vacand. vers. puto tamen & probatur in cle. vna, de rerum permuta. in casu speciali. vt non possit in causa permutationis conferri, ergo in alio casu sic, c. inter, de præbend. hæc Boër.

7 Contrarium verius esse arbitror: nam quando fit vnus actus cum aliqua qualitate, & adiectione: non potest recipi pars illius actus, & pars eiusdem reiici. l. Aurelius. §. idem quæsiit, vbi Bar. ff. de liber. lega. Alex. cons. 87. in causa, in 1. vol. & cons. 30. in 7. vol. ac cons. 80. ibid. Henri. Boic in c. cùm super, de concess. præb. Ias. in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui operis nuncia. Feli. in c. cùm inter, col. 4. de re iudica. Hippol. in practica sua. §. postquàm, num. 24. Paris. in c. auditis, col. 11. de præscrip.

8 Nec refragatur quòd illa clausula in fauorem habetur pro non adiecta, quod nõ putarem verum, nam cur minus haberetur pro non adiecta clausula resignationis, & omnes aliæ clausulæ, cùm non allegetur ratio diuersitatis, quia nulla clausula, nec quidem verbum debet esse in dispositione, nisi aliquid operetur. gl. in l. 1. ff. quod metus caussa. Bald. in rub. C. de contrah. empt. q. 9.

9 Nec me mouet, quòd debeat interpretari actũ esse permissum, verum est in dubio. l. quoties. ff. de rebus dubiis, sed hic apparet expresè talem renunciationem non valere: ideo in certis non vtemur coniecturis: l. continuus. §. cùm ita, in fi. ff. de verbor. obliga.

10 Minùs me conturbat, quòd sæpiùs sunt clausulæ notariorum, quia hoc esset probandum: & in dubio præsumendum est pro instrumento. l. cùm precibus, vbi Bal. C. de proba.

11 Etiam clem. vna, de rerum permuta. probat cõtrarium: quia si non valeat permutatio, quando nõ confertur permutanti: sic non valebit conditionalis resignatio, quando non adimpletur conditio. d. l. ille, ff. de heredib. insti.

Resignatio corã legato quomodo fieri debeat.

12 Quomodo ergo procedetur corã legato? Respon. potest quis constituere procuratorem ad resignandum coram eo, & ad retinendum resignanti pensionem talem &c. non aliter, nec aliàs &c. & adiici potest clausula, quòd roget constituẽs Reuerendis.

dis.Legatum, vt tali N.conferat:& tunc legatus cōferet illi pro quo rogauit, si velit, quia non arctatur ad hoc.c.tua, vbi doct.de simo.& si præfato N. conferat, constituet dictam pensionem resignanti.

13 Si verò legatus alteri conferat, valebit collatio dummodo retineatur pensio resignanti. Alioqui nō valeret prouisio, per illam claus. Non aliter quod vsu venire potest his temporibus pro potestate reuerendis. Legati do. Veralli.

Requisita in resignatione in fauorem facta.

14 Notandum est in his resignationibus in fauorem hæc obseruari solere, primò quòd fiat coram Papa, & non coram alio, nisi qui potestatem hanc habeat à Papa, vt legatus.

15 Secundò quòd ab ipso admittatur, alioqui resignans semper ante admissionem retinebit beneficium.c.inter, de præb.

16 Tertiò conferri debet beneficium illi, in cuius fauorem facta est resignatio: alioqui prouisio non valebit, nec quidem à Papa facta. c. vno, de rerum permuta.lib.6.& ibi doct.alioqui esse auferre ius vnius, & dare alteri: quòd nō potest fieri, cùm sit de iure gentium.l.ex hoc iure.ff.de iustit.& iure. gl. in l.2. C. de precib. Imperat. offerend. potest tamen Papa illam resignationem non admittere.

17 Quartò requiritur, quòd is prouisus per resignationem acceptet beneficium, alioqui resignans semper in suo beneficio remanebit ratione illius claus. Non aliter, nec aliàs &c.quia non intelligitur dimissum, quod nondum ablatum est: l. nec vtilem ff.ex quib.caus.maior.

18 Quintò quòd mittatur prouisus in possessionem vi istius prouisionis, si in possessione non erat. l.si ex stipulatione.ff.de acquir.posses.

19 Sextò requiritur, quòd prouisio fiat illi, in cuius fauorem fit resignatio: & antequàm reuocatio procuratoris perueniat ad notitiam collatoris, vel procuratoris, clem.vna de renuncia.

Resignatio semel facta non potest reuocari.

20 Resignatio semel facta reuocari non potest. c. quàm periculosum.7.q.1.remittentibus enim actiones suas ampliùs non est dandus regressus. l. quæritur.§.si venditor.ff de ædilit.edict.& quod semel repudiatum est reintegrare minimè concedimus: l.fi. C.de conditio.inser.& satis absurdū redire ad hoc, cui renūciandum putauit.l.si quis iusiurandum, C. de reb.cred.c.in caussis, in fin.de electio.

21 Nisi ante profectionem, vnde si inter partes conueniat de permutando, antequam expleta sit permutatio, altera pars resilire, & pœnitere potest.l. si pecuniam.ff. de condict. caus. data. l. 1. de rerum permuta.

22 Nisi alicuius intersit, & tunc pœnitens soluere id quod interest tenetur. l. naturalis. §. i.ff. de præscrip.verb.l.nemo, de reg.iur.l.de ætate.§. Celsus, de interrogat. act.

Constitutus procurator ad resignandum in fauorē si resignet simpliciter an valeat.

23 Vltimò si procurator constitutus ad resignandum coram legato in fauorem talis Titij, & non aliter &c.nec aliàs, nec alio modo resignet purè liberè & legatus contulerit Titio, valebit & resignatio & prouisio, vt plenè consuluit Petr. Paris.cons.15. circa, nu.12.& seq.in 4.vol.quia in effectu mandatū adimpleuit, nec est egressus fines mandati: quamobrem valet quod actum est: l.diligenter.ff.mand.

24 Ego super hoc sequentes constituerem casus. primum, si resignans cum clausula, nec aliter &c.retinuerit sibi pensionem, vel aliud: & hoc non fuerit secutus procurator, nec à Papa, vel legato concessum, non valebit resignatio, nec prouisio per c.cùm dilecta, de rescript. quia forma mandati non fuit seruata, ob id nullum quod factum fuit: sic consuluit Ias.consil.86.in causa.cl.pen.nu.15.in 3. vol. etiam si resignans mortuus fuerit, & non prosequatur: nam postquàm resignatio nulla est, ita quoque prouisio nulla est, facta ratione resignationis inualidæ, ideoque beneficium vacabit per mortem, & non per resignationem.[Ideo resignatarius vel alius impetrare illud poterit per mortem vacans. Nempe non maiorem potestatem habuit legatus ex resignatione procuratoris, quàm si dominus ipse resignasset: sed si dominus ipse resignasset, retenta sibi pensione, & non aliter, nec aliàs, si non fuerit ei pensio retenta, non valuisset prouisio, deficiente forma. vt l. diligenter. ff.mandati.Panor. in capitul. Pisanus. col. 2.de restit spoliat.Sic consuluit Anchar. consil. 28. Rationes.col.2.

Resignatio retētis omnibus fructibus valet, licet Papa non reseruauerit nisi dimidiam.

25 Aliàs si non steterit per procuratorem, sed fortè Papa noluit admittere pensionem petitam cùm ipse plenariam habeat potestatem in beneficiis. ca. 2.de præb.in 6.tunc pars non poterit conqueri: vt si quis resignet retentis sibi omnibus fructibus, & nō aliter: si Papa recipiat resignationem retenta solùm dimidia parte, valebit resignatio.

26 Dummodo procurator insequens mandatum resignauerit, quia Papa non astringitur pactis partium; sed ista pacta sub beneplacito eius fiūt, & quatenus ei placebit: c.cū pridē de pact.si igitur ei non placeat nisi dimidia, nō est qui coqueri possit, cū partes omnia ad nutum ipsius referāt. Alioqui sequeretur, quòd in partium potestate esset suspendere, & irritare illius voluntatem, & beneplacitum Pontificis quamuis iustum: & quòd moderaretur eius potestas secundum voluntatem partium, vt etiam cogerent eum facere, quæ vellent contra ius, quod esset absurdum: quippe non subiicitur Papa legibus multò minus conuentionibus, quæ cōtra leges fiūt c.proposuit.de concessio.præb.

Arestum.

27 Cùm igitur non placeat Papæ approbare conuentionem partium, vt quia fortè contra leges, nō est ipsi, nec procuratori imputandum, & ita iudicauit senatus Burdegalen. vt mihi retulit doctissimus & illustris vir do. Ioannes Alesmius in eodem Senatu consiliarius meritissimus, hoc anno 1552.

28 Secundus casus si procurator constitutus ad resignandum in fauorem Titij, & non aliter &c.resignauerit simpliciter, & beneficium fuerit dicto Titio collatum: si nulla alia fuerit reseruatio, valebit & resignatio, & prouisio: quia procurator per æquipollens secutus est mandatum, & sic ab eo gesta valebunt.l.fi.ff.manda. quippe nullus est hic conquerens[vt plenè scripsi in meo consil.super hoc edito incipient.quidam constituit.]

29 Vide Ancha.consi.28.rationes, & sic potest intelligi opinio Pauli Paris.in d.cōsi.15.in 4. vol. quia interest an procurator sequatur mandatum saltem per æquipolens, & valebit: secus in Papa, qui volun

Conuentiones partiũ quas Papa approbare debeat.

tatem partium nullo modo sequi tenetur, sed omnia pro nutu suo disponit, eiúsque voluntas & dispositio ad amussim nobis seruãda, dummodò procurator, vt dixi, iuxta mandatum resignauerit.

30 Non refragatur illa clausula, non aliter, nec aliàs, quæ videtur conseruare ius suum resignanti, vt no. doc. in l. si quidem. C. de excep. quia hoc est verum quando procurator non esset secutus mandatum & formam: secus in Papa, qui non adstringitur ad pacta partium seruanda, nisi quatenus sibi placent. c. proposuit, de conces. præb. alioqui semper illuderetur Papæ, & eius beneplacitum ex arbitrio partium penderet, contra capitul. bonæ 2. de postula. præla.

Claus. non aliter.

31 Et si obiicias, ergo Papa auferet alicui pro libito beneficium. Respon. hoc non faciet: nam beneplacitum Papæ quatenus concernit beneficium, vt tali conferatur, debet sequi voluntatem partiũ vel omnino recusare hoc Papa solet & tunc nõ præiudicatur resignanti.

32 Sed si sint aliquæ conuentiones, quæ fortè contra ius sunt vel turpes, Papa conferet beneficium ei quidem, in cuius fauorem est resignatum, sed turpes abiiciet conuentiones [cap. cum pridem. de pac. &] argu. no. in c. fi. de conditionib. appo. & partibus de hoc conqueri non est liberum. vide Feli. consi. 11. Papa [Et plene Tiraquellus in tract. de vtroque retract. §. 8. glos. 7. fol. 182. & quæ scripsi in l. si qua pœna. ff. de verbor. signific.

Tertius casus, si quis constituerit procuratorem ad resignandum simpliciter vel causa permutationis si procurator resignet in fauorem alicuius non valebit prouisio, tum quia contra formam mandati nam alia est resignatio simplex, alia in fauorem (vt superius visum fuit) & potestas data super vna non censetur super alia data, d. cap. cum dilecta. Nec quidem potestas in vno casu extenditur ad alium. leg. commodissime. ff. de liber. & postu. Nam qui dat potestatem resignandi simpliciter, non vult teneri de illo, cui fiet prouisio, sed onerat conscientiam illius collatoris, qui prouidebit vt idoneo conferat, iuxta cap. graue. de præben. & cap 16. cui. illo tit. in. 6. At is qui resignat in fauorem, est oneratus pro illo in fauorem cuius resignat, vt Theologi asserunt. Ergo potestas non censetur isti data resignandi in fauorem, aliàs posset de meo disponere beneficio. Nec obest, quod potestas resignandi concessa causa permutationis videatur fauorem continere. Respond. ex permutatione resignans consequeretur commodum, vt in clem. 1. de rerum permut. sed ex resignatione in fauorem non, sine permutatione. Etiam non valeret resignatio facta in fauorem alterius, nisi ille aliud beneficium resignanti assignaret etiam si procuratori assignatum fuerit beneficium quia permutatio debet fieri in commodum resignantis, non procuratoris, vt plenè & alios casus scripsi in consilio meo incipiente, Magister Robertus, &c.]

De reuocatione procuratoris quomodo & quando fieri possit.

Reuocari potest procurator ante resignationem.

1  Videndum est quando procurator constitutus ad resignandum possit reuocari. Quo loco, ne quid prętermittam, quod ad hãc praxim pertinere videatur, non verebor repetere tanquàm necessariam regulam positam in Concorda. in ti. de subla. cle. literis, in gl. vlt. regula est, quòd constitutus procurator ad resignandum beneficium, vel beneficia, potest reuocari ante factã resignationẽ. cle. vna. de renũcia.

Reuocatio resignationis notificãda est collatori, aut procuratori.

2 Sed oportet reuocationem intimare, seu denũciare collatori, seu procuratori constituto, aliàs valebit resignatio, d. clem. vna. & non solùm vni est denuncianda reuocatio, sed omnibus procuratoribus, si plures constituti sunt alioqui resignatio facta ab illo, cui non est notificatum, valebit. c. si duo, vbi doct. de procur. clem. 1. de appel.

Reuocatio tacita est intimanda.

3 Reuocatio quoque tacita est intimanda procuratori, vnde si quis constituat procuratorẽ ad resignandum coram Papa, non poterit constituere aliũ ad resignandum coram ordinario, nisi fuerit primo procuratori denunciatum: quia tacitum non debet plus operari, quàm expressum. l. cùm quid. ff. si certum peta. & constituendo secundum procuratorem, videtur reuocare primum. l. si quis, §. vlt. ff. de procura. c. non iniustè, illo titulo.

Intimatio reuocationis quando parti fieri possit.

4 Et sic non valeret intimatio facta parti, cùm illa clausula non loquatur de ea, tamen in casibus sequentibus valeret: videlicet quando est procurator constitutus ad renunciandum caussa permutationis tunc sufficeret re integra parti denunciare: alioqui pars esset in dolo, si posteà expediret permutationem. c. fi. de procur. in 6. Felin. in c. ex parte decani, col. 8. ver. d. clem. 1. de rescrip.

5 Idem quãdo procurator esset constitutus ad resignandum in fauorem partis, illi enim erit denunciandum, nam sua interest, & cum illo conuenit. l. si cùm mandassem. ff. manda. gl. in verb. facienda, in d. cle. vna, & Philip. Prob. in additio. ad Io. Monach. in rub. de renuncia. lib. 6.

6 Idem si in procuratorio nullus est nominatus procurator, nec collator sed coram quolibet potestatem habente, vt tunc intimatio parti facta sufficiat: alioqui dolus prodesset eidem, contra cap. sedes. de rescript, & hoc etiam docet d. Probus in d. rub. de renunc.

7 Item si non liceret collatori, vel procuratori intimare, fortè quia pars iniuriosè detinetur: nam hoc casu sufficeret etiam reuocatio parti intimata, vel etiam secreta, vt asserit Bonifac. in d. cle. vna. facit l. quod te. ff. si cert. pet. Nam quod per partem non stat, illi nõ est imputãdũ. l. in iure. ff. de regulis iuris.

8 Prætereà si procurator constitutus sit ad cõsentiendum sententiæ, adiudicationis beneficij, poterit fieri notificatio reuocatiõis parti: quia in iudicialibus hæc sufficit. d. c. ex parte Decani. & c. 2. de procur. in 6.

Notario quãdo intimatio reuocationis fieri possit.

9 Imò etiam sufficeret denunciare notario, qui instrumẽtum procuratorij recepit, antequàm expediat, vt si posteà conficiat instrumentum, & tradat parti, tanquàm falsarius puniri debet, quandoquidem iam est reuocatus, & inhibitus per denunciationem, ne conficiat instrumentum: arg. l. si fundũ, C. de

C.de rei vendica.doct.in l.contractus.de fide instrument.c.ex parte.vbi doct.de rescript.

Reuocatio non intimata valet.

10 Interdum etiam non intimata reuocatio valet vt quando procurator ad resignandum erat per metum constitutus.tex.in d.clem.vna.in verb. sponte. & ibi gl.& doct.Ioan.de Selua in tract. de benefi. in 3 part.quæst.16.

11 Vel quando constituens mortuus est tunc per mortem fit reuocatio,quæ quidem etiam non intimata valet, quia non est,qui possit intimare. Fel. in d.cap.ex parte,col.10.vers.fallit.& 8.Nam mors omnia soluit.§.deinceps.in authen.de nupt.colla.4. & mandatum morte mandātis expirat.l.mādatum, Cod.manda.l.eius.ff.si certum petatur.

Reuocatio non intimata valet in præiudiciū reuocantis.

12 Etiam si ageretur de præiudicio solius reuocātis,nihilominus valebit reuocatio,licet non intimata:vt si procurator constitutus ad acceptandum & resignandum reuocetur,valebit reuocatio, adeò vt ille posthac acceptare non possit, nec beneficium acquirere.c.fi.de procur.in 6.Bald.in leg.si mandassem:in repet.ff.manda.

13 Idem dicunt si constitutus esset procurator ad præsentandum,vel eligendum; vt tunc sufficiat reuocatio,etiam non denunciata:quia hic procurator non habet am pliùs potestatem,d.c.fi.de proc.lib. 6.

14 Sed contrarium est verius : nam valet collatio vicarij facta, antequàm ipsi vicario notificata sit reuocatio.l.si fortè ff.de officio præsid.Ludouic. sing. 57.fuit quæstio,scripsi suprà plenè de his vicariis:& idem erit in præsentatione & electione in casibus permissis.c.penult.de elect.in 6.

Intimatio reuocationis quomodo fieri debeat.

15 Vltimò ista reuocationis intimatio debet fieri coram notario & duobus testibus, aut coram duobus notariis.clemen.causam:de electio.dixi in tract. nomi.q.14.non refert autem an fiat à notariis Apostolicis; vel Regiis,cùm non inueniatur prohibitū vt scripsi in tract.de liter.obli.art.2.alia videre licet in d.Concord.Franciæ.in tit. de subla. clem.literis. vbi abundantius scripsi:ad alia pergere nos oportet.

De caussis resignationem irritantibus,& primo de dolo.

Iurant partes dolū in resignatione nō interuenisse.

1 
Nvnc videamus,quibus ex caussis resignatio possit annullari: primò ratione doli annullatur, qui frequenter in his resignationibus interuenire solet, aut fraus,vis,metus vel simonia, & quandoque ista simul:ideo in resignatione antequàm recipiatur,partes iurare debent ista,vel aliquid istorum non interuenisse.c.super hoc.de renunc. vnde si committatur alicui,vt recipiat resignationem,solet adscribi hæc clausula.Attentéque prouideas,quòd in resignatione prædicta dolus,vis,metus, aut aliqua simoniaca labes non interuenerit &c.vt patet in reg.cancel. Innoc.38.& si interuenerit,non debet pars diffiteri,aut contrarium iurare.

2 Alioqui collatio illi facta non valet tanquàm periurio iam facto per c.2.de rescrip.& cap.tua nos, Primo.de iureiur.prout tamē scripsi in tract. de pacific.possess.in 4.limita. & hodie admodum paucæ interueniunt resignationes,quæ saltem alterum istorum non includant.

3 Prætereà non vult Papa valere resignationem puram dolo malo factam,vt quæ non est simplex at dolosa:vnde dicit gl.in c.pen. de his quæ vi metúsue caus fiunt.secundum canones siue vi, siue metu, siue dolo quis renunciet rei suæ,subuenietur ei contra omnem possessorem,per c.reintegranda,3.q.1.& q.2.c.cùm ecclesia.& seq.facit l. eū qui,ff. de inoffi. test.non erit tamen ipso iure nulla resignatio secundum doct.sed annullanda.

Resignatio dolo facta an nulla sit.

4 Verùm quia dolus annullat alios actus regulariter,quando præbet actui caussam. l. & eleganter. ff. de dolo,& istos actus non inuenio à lege exceptos,ergo continebuntur sub regula ; maximè quia in his beneficialibus bona fides , & non dolus interuenire debet,c.cùm dilectus.de elect.licèt hodie longè aliter accidat:& quia liber omnino consensus requiritur in resignatione, cap. super hoc,de renunc.Sed vis,metus,aut dolus interueniens excludit hunc liberum consensum,ergo,&c.l.si mulier.§. si metu.ff.quod metus causa:vnde Prouer.14. scribitur, *Filio doloso nil erit boni*:& sic renunciatio dolosa non erit bona,nec fructum afferet doloso.

5 Adhæc ius canonicum abhorret præcipuè vitiosum ingressum.cap.1.& per totum,de eo qui mittitur in poss.in 6.sed non potest esse deterior ingressus quàm dolosus,ideo recipi nō debet: Nam iureconsult.ait,in l.1.ff.de doli except. quòd ideo hanc exceptionem doli prætor proposuit , nè cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem prosit.

Dolus an in spirituali bus vitiet.

6 Nec refragatur, quòd dolus non vitiat in spiritualibus , vt pote si quis dolo inductus fuerit ad ingrediendum religionem,cap.constituit,20.q.3. respon.non videtur deceptus,qui prouocatur ad bonū & ad benefaciendum,ideóque dolus bonus est, qui non annullat actum , tamen res debent restitui , vt ibi dicitur.Sed in beneficiis diuersum est : nam qui dolo beneficium aufert ab alio,remouet eum à seruitio Dei : quamobrem valere non debet illa dolo facta resignatio.

7 Secus si dolo quem inducerem ad acceptandū beneficium : valeret enim illa acceptatio , qua prouocatur ad seruiendum Deo : secus si ad resignandum. Item resignatio non dicitur actus spiritualis, cùm potiùs sit à spiritualibus amotio, tēditque aliò quàm ad spirituale.

Matrimonium an dolo annulletur.

8 Minus obstat,quòd dici solet dolum non vitiare matrimonium,c.ex parte,&c.dudum,de cōuers. coniug.& quòd bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale,cap.inter corporalia,de translat.episc.respond.verum esse, cùm est eadem ratio,sed longè diuersa est in matrimonio : nam in eo quis prouocatur ad acquirendum sibi,sed in resignatione ad relinquendum cogitur.

9 Adhæc in matrimonio licèt quis dolo fuerit aggressus matrimoniū, tamen ratū habetur in primo anno in quo canitur,*Exultate*.Item quia res non est integra post cognitam virginem:sed post renunciationem nil rati habetur,imò magna afficitur pœnitentia resignans;Ideoque dolus iste, nec iure naturali,nec prætorio,nec canonico iuuare potest illum cui resignatio emolumento cedit : vt etiam docet

Fortunius in tra. de vltimo fine iuris. nu. 335. & seq.

10 Insuper mens Papæ non est conferre, si dolus interuenerit: ideo non valebit resignatio, nec Papæ prouisio ipsius deficiente voluntate: tum quia subreptia est prouisio cum dolus non sit expressus in ea: non iuuabitur ergo dolo prouisus, decreto, de pacificis possessoribus: vt scripsi num. 155. per tex. in c. 1. 15. q. 6. vbi sic scribitur, Si quando à sacerdotib⁹, & autoribus ecclesiæ, quædam scripturæ quoquomodo per metum aut fraudē, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio ad nullum eis præiudicium, vel nocumentum valere censemus: & sic non præiudicat resignanti dolo inducto resignatio.

Literæ Regiæ non impetrātur ad annullandā resignationem beneficij dolo factam.

11 Et quia dolus consensum excludit, teste Pan. in c. cùm dilectus, in fi. de his quæ vi metúsue caus. fiunt. & ibi gl. dicit coram episcopo suo restitutionem hanc posse peti. Nec impetrari solēt Regiæ literæ in hoc regno ad infringendum huiusmodi resignationem dolo factam: vt scripsi Arestū in tract. de pacific. possess. num. 157.

12 Tamen si quis agat possessorio: & opponatur resignatio, replicabitur de dolo & tunc poterunt impetrari literæ Regiæ directæ iudici: quòd si constet resignationem dolo factam, nonobstante resignatione, & non habita ratione ad illam, ius administret partibus: & tunc iudex, si constet ei de dolosa resignatione, manu tenebit resignantem, non obstāte sua resignatione: vel restituet eidem possessionē, si eam amiserat per remedium reintegrandæ possessionis: & sic non conceduntur literæ ad resignationem rescindēdam, vt iudicio rescissorio agatur: sed si possessorium intentetur, impetrari literæ possint, quòd non habeatur ratio ad resignationem metu vel dolo, seu vi factam, quod notes.

De vi in resignationibus adhibita.

Spoliati resignatio nō valet.

1 Olet etiam addi in resignationibus, ne vis interueniat. Nam si spoliatus beneficio resignet illud per vim, non valebit resignatio: nec præsumitur, quod sponte resignet spoliatus, c. sollicitè, de restit. spo. & Do. de Rota 216. nota quod existenti, in antiq. [sub tit. de rescis. decis. 38.] & quæ vi vel metu fiunt rata non habet prætor. l. 1. ff. quod metus caussa. siue prouisio subsecuta fuerit à Papa, siue ab alio quolibet ordinario: cū eadem ratio videatur in omnibus collatoribus, seu vis interuenerit, ab ipsismet collatoribus, siue ab aliis, c. sciant. de electionib. in 6.

2 Et sic iste, qui spoliatus renunciauit, etiam post collationem alteri factā poterit intentare remediū, c. reintegranda 3. q. 1. nec iudices audient detinentem beneficiū, donec restituta fuerit possessio spoliato, c. super hoc, de renunc.

Casus in quibus resignatio vi facta probetur.

3 Limitatur quando spoliatus fuisset restitutus, & pacificam possessionem recuperasset: tunc Papa ad ipsius resignationem in forma gratiosa potest istud beneficium cōferre: nec requiritur in hac prouisione facere mentionem spoliationis, nec apponere clausulam vocatis vocandis, &c. quia restitutio facit, ac si nunquàm esset spoliatus, & in pristinum statum restituit. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. l. 1. C. de sent. passis. & ita seruat Curia Roma. quia non est spoliatus qui tenet.

Vis autoritate iudicis facta nō iuuat spoliatum.

4 Secundò non procedit, quando hæc resignatio coactè facta esset autoritate iudicis de caussa cognoscentis, tunc quoque valeret, c, accepta, de restitutione spoliatorum. gl. & doct. in d. c. solicitè. quia tūc præsumptio iuris tollitur, & inducitur notorietas defectus proprietatis, teste Socino in trectat. fallent. regul. 378. & Barba. cons. 47. preclarè, col. vlt. in 2. vol. & videtur metus purgatus.

5 Poterit tamen iste si grauetur, appellare, & non obstante hac collatione facta, etiam à suo superiore licebit vim probare: quia per sententiam non tollitur nisi præsumptio: vt per glos. & doct. in l. fin. ff. quod met. caussa.

6 Tertiò flectitur regula, si ante spolationem resignasset tūc nil impedit quò minùs valeat, vt dicit Lapus alleg. 23 quod est verum, si liberè secus si coactè vt suprà.

Iurans non petere restitutionē potest releuari.

7 Quartò si quis etiam post spoliationem restitutioni cum iuramento, vel per pactum renunciaret rata habebitur huiusmodi resignatio, glo. in c. super hoc. in verb. resignationis. de renunciat. de Rota. decis. 68. nota quòd licèt, [sub tit. de ren. decis. 3.] & decis. 428. nota quid si spoliatus, [sub tit. de renun. decis. 11.] in antiq. & Soc. suprà in verb. spoliatio, & Nicol. Milius in verb. renunciatio, inuiolabiliter enim debet obseruari iuramentum, authent. Sacramenta. C. si aduersus venditio.

8 Poterit tamen hic resignans impetrare literas releuamenti ab hoc iuramento præhabita illius dispēsatione: nam ea facilitate qua fuit spoliatus, iurauit vel promisit restitutionem non petere: quamobrem ei iuramentum, vel pactum nocere non debet vt dicit in simili. glo. & docto. de renunciante exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento. in l. 3. C. de except. non nume. pec. & Fel. in c. si cautio. de fid. instru. doct. in l. 2. C. de rescin. vend. scripsi in tract. de chirograph. recognitio. in ordin. Regiis in 1. tomo, tum quia pactum hoc vel iuramentum præberet materiam delinquendi. contra l. conuenire. ff. de pact. dotal. sic docet Soci. in d. tract. Fallen. reg. 378. spoliato. & sic qui vi resignauit, post amissam possessionem aget remedio reintegrandæ possessionis: de qua abunde scripsi art. 5. glos. 1. de sent. execut. in. 1. tomo ordin. Reg.

De resignatione metu extorta.

Metu facta resignatio non valet.

1 REsignatio quoque metu facta solet annullari: nam quæ metu facta sunt, rata non debent haberi, l. 1. & per totum. ff. quod metus caussa, vnde in resignationis bulla solet apponi, Prouisio quòd metus interuenerit: quippe renunciatio metu facta non valet, nec perdit beneficium sic resignans. c. super hoc & c. Abbas. & c. ad aures. de his quæ vi metúsve causs. fiunt. de Rota decis. 203. nota quòd resignatio. in antiq. Henricus Boic. in c. quod in dubiis. de renun. & Fortu. in tract. de vlti. fin. num. 275. dicit hanc renunciationem metu factam nullam, & Barba. cōs. 30. bene etenim, in 3 vol.

Intellige

Metus parẽtum aut cõsanguineorũ resignationem annullat.

2 Intellige etiam si facta fuerit metu parentum, aut consanguineorum, c. sciant de electione, in 6. idẽ si metus ab ipsis collatoribus processerit, clement. multorum, de pœnis. l. 1. & l. sequent. ff. de liberali caussa. Rota decis. 463. dubitabat, in nouis. [sub tit. de renunc. decis. 7.] & Alexander consilio nonagesimonono, in casu, columna tertia, in tertio volumine, nu. decimo Pet. Paris. cõs. 66. renũciatio. in 4. vol.

Vexãtes cõsanguineos clericorum sunt excommunicati.

3 Et isti sunt excommunicati vexantes consanguineos clericorum, etiam laicos, propter clericos. d. c. sciant. de elect. in. 6. vbi multa addidi.

4 Ideo poterit agi vel vendicatione ad beneficiũ sic metu resignatum, vel possessorio recuperandæ. glo. in §. ad tollẽdas. in verb. liberè, de elect. in prag. quia licèt resignans sponte ius suum amittat, & possessionem, c. inter iuncta. glos. de præb. secus tamen est in eo, qui coactè, vel per metum resignat. glos. in cap. notificasti. 33. quæst. Panorm. in c. maiores. in fi. de baptismo, & in c. cùm locũ. de sponsal. Ale. cõs. 98. quoniam. col. 2. vol. 3. & cons. seq. Nam quæ metus causa gesta sunt, rata non decet haberi. l. 1. & seq. ff. quod met. caussa.

Proxis annullandi resignationẽ metu factã.

5 Quamobrem in hoc regno Franciæ possumus petere coram iudicibus ecclesiasticis annullari talẽ resignationem: vt quidam asserunt in dict. c. Abbas, & de Rota decis. 374. Fuit dubitatum, in nouis. [sub tit. de renunciat. decis. 5.] siue nullam pronunciari, & declararari. Nam quo ad effectum nulla dici potest, vt scribit Aufrer. in decis. Tholosa. q. 285. vide Albert. Bru. cons. 82. super difficultate, inter cõs. Feud.

6 Vel si agatur possessorio reintegrandæ & apponatur resignatio, probabitur metus: & nonobstante resignatione iudex in possessionem restituet resignantem, vt suprà dixi de dolo. [Vel si quidam magnus curialis te prosequatur vt resignes, fortè quia contulit tibi hoc beneficium, procures vt illud in curia secundo resignes in fauorem amici tui, & postea resignare poteris ad petitionem illius potentis vel impetres tuo nomine, & in signatura dicas renunciãdo primo titulo, si opus sit, vel quatenus erit opus, & posteà si cogaris resignare dices te resignare ius quod ex tali collatione habuisti tantũ: & postea poteris proseq. & te defendere ex noua impetratione. Ista dico vt malorũ malitiã euadas. Et metus regis probatur per literas regis, quibus mandabatur episcopum Attensem relegari, & ab officio suspendi, nisi resignaret, vt plenè probat Carol. Ruinus cons. 121. quia principalis, in 4. vol. vbi etiam concludit renũtiationem nullam.]

Purgatus metus quãdo dicatur.

7 Cessabit tamen restitutio, quando purgatus est metus posteà per consensum liberum: at nunquàm censetur purgatus eadem caussa durante & subsistẽte: vt asserit Baldus in l. secunda, C. quod metus caussa. & doctores in l. interpositas, de trãsact. C. Decius cõs. 219. viso puncto, scripsi abundè in tract. de rescis. cõtract. in glos. 22. in 2. tomo cõst. Regiar. & quomodo purgetur metus scribit Petrus Paris. cons. 135. Ioannes, col. 1. & seq, in 4. vol.

Metus cadens in constantem virũ inspicitur.

8 Adde quoque restituendam esse ecclesiam spoliato, vel metum passo, quam resignauit: quãdo scilicet ille metus interuenit, qui potuit cadere in constantem virum. c. ad audientiam: de his quæ vi metúsve caussa fiunt. l. metum. 1. ff. eodem. ita consuluit Calder. cons. 1. rubr. de renunc.

9 Et dicitur cadere in constantem virum, vt cùm est metus mortis, verberum, aut cruciatus corporis c. 1. quod metus caussa. l. 3. ff. eodem. Sic metum accipiendum Labeo ait, non quemlibet timorẽ, sed maioris mali: nec timorem infamiæ contineri Pedius dicit in l. 4. & 6. ff. eodem.

Iustus metus quis dicatur.

10 Iustus igitur metus requiritur, id est probabilis & non leuis, c. fi. de app. Deci. in l. omnibus caussis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorrescit, quo minus fiat. ff. de reg. iur.

Metus iudicatur & dolus pro qualitate personæ.

11 Et multas phrases huius dictionis, iusta, exposui in l. iusta, ff. de verb. sign. & ideo pro qualitate personæ considerandus, & iudicandus est metus, an sit iustus necne: c. 1. eodem. quia in meticulosis, & senibus, & literatis minor metus sufficeret, quàm in aliis militaribus viris: arg. l. quæ sub conditione. ff. de cõdition. instit. & in mulieribus minor quoque sufficit metus, c. caussam matrimonij, de offic. delegat. c. cùm locum. de spons. Corset. in sing. incipiẽt. metus.

12 Idem in dolo iudicandum est, vt non omnis dolus annullet actum, & contractum: sed talis dolus, qui etiam caderet in prudentem & sagacem virũ: vt docet Bal. in rub. C. de rescind. vend. & in verbo metus, in margari. & Alex. in additio. ad Barto. in l. & eleganter. ff. de dolo. vt refert Hippolyt. singul. 407. non omnis metus, quod ibidẽ dicit se exercuisse proximis diebus in caussa non leui, & obtinuisse, licèt haberet durum aduersarium.

De simonia in resignatione.

Resignatio simoniaca an valeat in præiudiciũ resignãtis.

1 IN super in hoc rescripto clausula talis apponitur, Attentè prouideas, quod si simoniaca prauitas non interueniat, aut alia pactio illicita: Nam renunciatio beneficij simoniaca non valet, etiam (vt dicunt) in præiudicium resignantis, nec collatio, c. super hoc, in gl. pecuniæ. de renun. Innoc. in cap. cum vniuersorum, de rerum permutatio. Archid. in c. ordinationes, 1. q. 1. de Rot. decis. 236. in antiq. [sub tit. de renunc. decis. 7.] Nicol. Milius in repertorio, in verb. renunciatio. q. 4. & ista est communis ferè sententia quam infrà reiicio.

2 Tamen ille qui per simoniam resignauit, quia deliquit, nõ poterit illud beneficium ita resignatum & collatum repetere, nec ille qui simoniacè adeptus est retinere, per gloss. & doct. in capitul. constitutus, de transactio. Innocent. in d. cap. cùm vniuersorum. Cardin. in capit. super. col 2 in 5. opposi. multa scripsit Ioan Naucler. in suo tract. de simon. & ibi quoque scripsi in addit. sic consuluit Guido Papæ cons. 172. frater Hugo.

3 Quinimò potest eam resignationem superior admittere simpliciter, & tertio illud beneficiũ conferre: vt consuluit Domin. consil. 125. dubia in prima quæst. sequitur Staphil. in tract. de literis gratiæ, rubric. de variis mod. vacatio. versiculo puto tamen.

4 Alioqui simoniaco faueretur, si beneficium, quod per simoniam resignauit, repetere liceret: quod nequaquam est faciendum, imò malitiis eorum ob-

uiandum.l.in fundo.ff.de rei vindic.c. sedes. de rescript. ne scilicet crimina remaneant impunita in in maximum Reipub. detrimentum, l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquili.c.vt famæ.de sent.excomm.

5 Cuius sententiæ videtur esse Dominus Tiraquellus in tracta.de retractu municip. §. 26. glos. 2. num.10. quia licet non valeat renunciatio, tamen obtinet vim pacti taciti, ne ampliùs hoc repetat, cui renunciauit.c. quàm periculosum.7.q.1.ibi vide alia per eum adducta.

6 Hactenus, lector beneuole, secutus fui communem super his sententiam, multis probatam rationibus: quamuis iurium interpretes super hoc varij fuerint, videlicet an simoniacus sit ipso iure priuatus necne: sed vt altiùs ista repetam, notandum est, quòd si iura Decretorum inspiciamus, dicemus priuationem necessariam, in cap. presbyter, ibi priuetur.1.q.1.& in Decret.etiam in oculto simoniaco sententia definitiua depositionis requirebatur, in c.2. de confessis.& in c.insinuatum.de simo.

Simoniacus ipso iure beneficio priuatus.

7 Sed vt omnia breuiter absoluam, arbitror dicendum habita iuris noui consideratione, simoniacum ipso iure priuatum beneficio, in quo simoniã commisit.tex.est in extraua.cùm detestabile, de simo.in communibus, ibi per electiones verò, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, viribus omnino careant: in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, & quibusuis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur: nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem, sub animæ suæ periculo sit adstrictus.

8 Idem fuit statutum in concilio Constantien.in hæc verba, Electiones autem postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniacæ ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factæ nullæ sint ipso iure nullumque per illas ius cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos: sed ad illorum restitutionem tanquam iniquè ablata percipientes teneantur. Statuentes insuper quòd dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si Pôtificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate, &c.

Conuentionalis etiam ipso iure priuat.

9 Et quamuis extrauag. cùm detestabile, intelligant quidam doct.in simonia reali, videlicet cùm aliquid datur, vt is sit priuatus, secus in simonia conuentionali: vt scribit Cassador. in decis. 5. de const. Sed in concilio Constantien. nil dicitur de datione quo ad priuationem, sed quo ad excommunicationem sic, verùm ipso iure annullat prouisiones; vultque nullum ius acquiri per illas.

10 Ergo si fuerit conuentionalis simonia, siue realis, collatio facta ipso iure est nulla: resignatio quoque simoniaca tenet in præiudicium resignãtis, etiã si clausula fuerit in ea, non aliter, nec aliàs, &c. quia is resignans non est vsus concessione iuris. cle. vna. de rerum permu. ideo nec poterit ad suũ redire beneficium, quod ex suo delicto amisit, alioqui delictum non puniretur: vt superius scripsi. vide Petr. Paris.cons.135.Ioannes.in fi.vol.4.

Beneficia simoniacorũ impetrari possunt.

11 Ex quo infertur, quòd hodie beneficia simoniacorum ipso iure vacant, & possunt impetrari etiam absque alia declaratione, quæ fieri poterit post impetrationem, per c.cùm secundum leges, de hæret. in 6. Sed in hoc regno rarò fit declaratio: nã his casibus, quibus est ipso iure priuatio, post habitã collationem à Papa seu ordinario, impetrantur literæ saisinæ, & nouitatis super possessorio: vt scripsi in const. Regiis, tit. de caussis possess. beneficior. in 3. tomo commenta.

12 Præterea quo ad hanc priuationem non fit differentia inter notorium simoniacum, & alium, contra quẽ probata est simonia: semper enim probata simonia priuat ipso iure, & simoniacus est excõmunicatus, vt suprà: imò patet simoniacos veluti primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos, & si cõmoniti nõ resipuerint, ab exteris id est laicis potestatibus opprimendos: omnia enim crimina ad comparationẽ simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputantur.cap.fi.1.q 7.

Simoniaci dicũtur hæretici.

Differentia inter occultũ & publicum simoniacum.

13 Licet fiat differentia quo ad depositionem ab officio, quia occultus non deponitur, notorius sic.c. 2.de confessis, cap. insinuatum.de simo.etiam fit differẽtia quo ad absolutionẽ & rehabilitationẽ, quæ facilior est in occulto, quàm notorio simoniaco, in foro conscientiæ & ab occulto minor datur taxatio & compositio: vt sæpius vidi, sed non fit differentia quò ad priuationem. [Ista tamen simonia non priuat beneficiis, quibus simoniam non commisit, & quæ habebat ante simoniam, sed est opus priuatione, quia in eo, in quo quis deliquit, in eo puniri debet.c. postulastis, vbi plenè scripsi.de cleric. excom. mi.& non debet duplici pœna puniri.c. at si clerici. in fi.de iud.& de hoc videtur text. in c. si compromissarius.in fi.de elect.in 6. Et ideo non valet de his impetratio facta anta priuationem, imò ea poterit resignare ante priuationem, & interim Papa super illis poterit dispensare cum eo vt ea retineat, sed sine dispensatione illa retinere non potest.]

Collatio simoniaco facta est nulla.

14 Collatio quoque simoniaco facta nulla est, nempe eo ipso, quòd quis conuenit super beneficio & committit hoc crimen, est excommunicatus, tam per extraua.cum detestabile, quàm per constitutionem editam in concilio Constant. ob id collatio illi facta non valet, cap. postulasti. de cleric. excommunicat. ministrant. Ideóque beneficium illud potest impetrari. [Panorm. in cap. cum vniuersorum. vlt. no. de rerum permuta.]

Fructus restituit simoniacus.

15 Vltimò simoniacus ad restitutionem fructuum omnium tenetur, etiam si ecclesiæ seruierit, quia tanquã fur & latro non est ingressus per ostium: vt est in Euangel. & alia scripsi in addition. ad Ioan. Naucleri. in tract. de simon. quæ sunt notanda, velutiparum hactenus discussa.

16 Et sic ista quatuor annullant puram renunciationem, saltem quò ad effectum, vt illi, qui vi, metu aut dolo resignauit, subueniatur: inæqualitas tamẽ fructuum beneficiorum non annullat permutationem: vt docent Ioan. Monach. Andr. & alij, in cap. vno, de rerum permutat. lib. 6. sic consuluit. Bertrãd. cons.

cons.311. etiam.in 2.volu.ex prima editio.

Dari quãdo liceat pro vexatione redimenda

17 Nota perpetuò.quòd non potest dari pecunia vel aliud temporale pro beneficio consequendo,& acquirendo etiam si daretur pro vexatione redimẽda.c.ad aures.& c.Matthæus. de simo.c. significasti, de elect.licèt redimere vexationem non sit contra bonos mores,l.Athletas,in fi.ff.de his qui not. infa. vbi Angel.& Innoc.in d.c.ad aures.& Imol.in c. super eo.de transact.

18 Pro iure autem quæsito, tuendo, & retinendo licet in sequentibus casibus. Primus est quando is qui vult redimere vexationem haberet bonum ius, & certum,secus si dubium,text. in c. dilectus. 1. de simo.c.nullus.1.q.1.Panor.in c.cùm pridem. de pac. & Felin.in d.c.dilectus.1.de simo.

19 Certum ius habere dicitur, si à consultoribus ei consultum fuerit ius suum esse præcipuum, leg. eum quem.ff.de iud.c.illis enim credendum est.l. si chorus.ff.de leg.3.

Potẽtis aut calumni. si vexationẽ redimere licet.

20 Secundò quando is,cum quo litigarem, esset persona valde potens contra quã vix,aut nunquàm possem victoriam obtinere.Panorm. & Felin. in d. c.dilectus, tunc mihi cedendum est.Ideo melius est, vt quicquam vexationis redimendæ causa recipiã, quia potentioribus pares esse non possumus.l.3.ff.de aliena.iu.

21 Idem dicerem,si non esset potens in diuitiis, sed fauore,aut calumniarum plenus tunc etiam esset licitum redimere vexationem,etiam dando pecuniam,vel recipiendo.gl.in c.dilectus.1.

Modicum pro vexatione dari vel accipi potest.

22 Tertiò quando modicum daretur, vt pote pro bullis,aut expensis factis in illis consequendis, aut pro collatione ab ordinario facta:& tunc etiam poterit dari pecunia collationis.gl.sing.in.c.super hoc in verb.pecuniȩ,de renũ.& ibi eam sequitur Imol. & Fel.in.d.c.dilectus.1.de simo.quia de modico tũc non curatur.l.scio.ff.de rest. in integ.c. ad quæstiones.de simo.quȩ tamẽ gl.videtur dicere cõtrarium.

Vexans recipiendo pecuniam peccat.

23 Quartò notandum est,quòd licèt dans pecuniam in casu permisso pro vexatione redimenda non peccet:tamen is qui sic recipit peccat, & est simoniacus, & dictam pecuniam restituere tenetur. arg.l.& generaliter.§.vlt ff.de calum.Host.in d.cap. dilectus.quem refert & sequitur Angel de Clauas. in sua summa.in verb.simonia.in 2. num. 10. & seq. nisi putet ius suum verum & bonum in principio, & posteà iusto errore ductus componat:vt doct.no. in c.cùm pridem.de pactis.

Pro iure tuendo quã do liceret quicquã accipere.

24 Quintò pro possessione acquirenda,& pro iure meo tuendo,liceret etiam dare & in casibus præmissis,vbi iniustè à potente quis opprimeretur,& illam facilè non posset consequi, aliàs non: vt dicit Innoc.in c.ad aures,de simo. alioqui si simpliciter esset prouisum dare pro prouisione beneficij, fieret fraus legi,quia nunquam daretur pro beneficio, sed pro possessione,& sic nunquam committeretur simonia,quod est absurdum: ideo tutius est cum vi redimere vexationẽ,&dare pecuniã, ꝙ hoc facias cum Papæ beneplacito:& sola signatura sufficiet.

Prouisus de episcopat⁹ an beneficia ante adeptam possessionem conferre possit

25 Vidi præterea dubitari, an prouisus de episcopatu,vel abbatia, aut prioratu, beneficia conferrȩ possit antequàm possessionem episcopatus,vel alterius prælaturæ fuerit adeptus,aut quis illa conferre vel interim ad ea præsentare valeat. Et super hoc putarem sequentes casus esse considerandos.

26 Primus,est quando episcopatus vel abbatia vacat per mortem, vel priuationem:tunc simulatque prouisum est alicui de tali prælatura, poterit prouisus conferre beneficia ad prælaturæ collationẽ pertinentia,c.nosti,cap.transmissam,de elec.vbi statim post confirmationem potest electus conferre: ergo & prouisus à Papa quandoquidem prouisio habet vim electionis,& confirmationis. doct. in cap. cùm olim,de causs.pos.Pa.in d.c.nosti,in vltim. not. quia domino licet rem suam capere,& illius fructus, teste Innocen.in cap.querelam,de electio.Refert Panor.in dict c.transmissam,col. vltim. & in puris incorporalibus sufficit habere ius.Innocen.in ca. cum nostris,col.peñult.de concess. præb. referat Bald. in l.fin.colum.penult.C. de edict.Diui Adria.tollend. probatur in cap.si tibi absenti,de præb.libr. 6. vnde patronus poterit præsentare antequàm sit missus in possessionem hæreditatis:vt docet Bal.in fi. & Roc. Curtius in tract.iurispatron.in verb.ipse vel is, q.11. vbi etiam ait sufficere institutionẽ ad hoc, vt quis habeat plenum ius,licèt non apprehenderit possessionem.cap.super his, de accusa.Panor.in cap.quod autem,in oppos.contra text.de iurepatron.

Nouus episcopus vel abbas an beneficia& quando cõferat.

27 Secundus casus est, cùm episcopatu vel abbatia vacat per resignationem qualemcumque:nõ poterit nouus episcopus vel abbas conferre, donec possesionem acceperit,aliàs esset priuare possessorem sua possesione: quod non licet, etiam si iniustè posideret.c.eum qui,de præb.in 6.c.placuit, 16. q 6.c.auaritiæ,de elect.in 6.c.licet episcopus,de prȩ. eod.Aufrer.in decis.Tholos.q.443.in fi.glo.in verb. promotus,§.censuit,de elect.in pragma.

Possessor episcopatus confert ante successoris aduentum.

28 Euidentius probatur,nam quandiu quis sustinetur in officio administrare potest,& conferre:cap. fin.8.q.4.cap.ad probandum,de re iud.l.Barbarius, de offi.prætor.vnde excommunicatus toleratus potest conferre,& præsentare,teste Innocen.in cap. si verè,in fi.de sentent.excommunica. & Panor. in d. c ad probãdum,col.3.& is qui est in possessione præsentandi iuri præsentat.licet verè ius patronatus ad alium spectet:c.consultationibus,de iurepatro.

29 Facit decisio Iurisconsult.dicentis,meminisse oportebit, vsque in aduentum successoris, omnia debere proconsulem agere,cùm sit vnus proconsulatus:& vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem per quem negotia sua prouinciales explicent leg. meminisse. ff. de offic. proconsul. ita quoque decebit prælatum resignantem administrare, donec alter nouus veniat tractaturus negotia ecclesiæ.

Proconsul ante successoris aduentum administrat.

30 Confirmatur per Imperatorem his verbis, Non est possibile,neque portabile omnino sine iudice relinqui prouinciam.§.fi.in aut.de administra col.7.Sic non decet ecclesiam Dei prælatis manere destitutam,& ca.ne interim gregem dominicum lupus rapax inuadat.cap. ne pro defectu, de elect. Quemadmodum etiam præfectus Aegypti non priùs deponebat imperium, quàm successor esset Alexandriam ingressus,licèt in prouinciam venerit l.vna.ff.de offi.præfect.Augustal,

31 Tertius

31 Tertius casus est Quòd resignans poterit conferre, donec bullæ prouisionis fuerint eidem intimatæ, nouúsque prelatus fidelitatem, si quam debet Regi præstiterit, & possesionem acceperit extrauag. iniunctæ, de elect. in communib. quo loco prohibet Papa, ne quis ante receptionem literarum, administrationem bonorum accipiant, & sub verbo bonorum beneficia comprehenduntur, capitul. 1. de præbend. scripsi in l. bonorum. 1. ff. de verbor. significa. interdicitque Papa in d. extrauag. ne qui recipiant istos prouisos sine literis: aliàs recipientes canonici vel alij suspensi sunt à perceptione beneficiorum, donec gratiam habuerint à Papa: præterea ꝙ gestum est ante literarum receptionem est irritū, & sic omnes beneficiorū collationes: vbi ibi scribit.

Præses ac iudex ante successoris notitiā cognoscit.

32 Præterea si præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit, priusquàm agnouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata. l. si fortè, ff. de offi. præsid. ita quicquid prælatus resignans egerit, firmum, & ratum habebitur vsque ad aduentum successoris & quousque bullæ fuerint ei ostensæ.

33 Accedit quòd iudex potest exercere iurisdictionem quatenus venerit successor, etiam vltra tēpus officij, l. meminisse, ff. de offic. præsid. & illius tēporis solita stipendia consequetur. d. §. fi. in authen. de admi. colla. 7. approbat Ludouic. Roma. singul. 390. lex meminisse. Sic dicendum videtur in prælato, qui licèt constituerit procuratores ad resignandum, tamen potuit Papa non admittere, vel eum, in cuius fauorem resignatum fuerat, multis modis repellere.

Collatio vicarij reuocati valet.

34 Item valet collatio facta per vicarium Abbatis, vel episcopi, ante scientiam reuocationis, per d. l. si fortè, decidit Rom. sing. 57. fuit quæstio Romæ, & singul. 566. quod l. si fortè habet locum in beneficiis, allegat gl. in l. Tribunus, ff. de test. mil. Ias. in l. more maiorum, nu. 8. ff. de iurisd. omn. iud.

Gesta per legatum reuocatū valent.

35 Consuluit etiam Calderin. cons. 4. de offic. legati, quòd valent gesta per legatum à Papa in publico consistorio ante notitiam reuocationis, per c. audita, vbi doct. de restit. spoliat. c. 1. vers. ex parte, de concess. præbend. lib. 6.

Potestas cōferendi non aufertur ante notitiam

36 Adhæc si Papa mandet episcopo, vt alicui prouideat, inhibendo ne alij conferat. non tamen ei tollitur potestas alij conferendi ante notificatum sibi tale mandatum, c. dilectus, 2. de præb. c. tibi, & c. duobus, de rescrip. in 6. c. si capitulo, de concess. præb. eodem. multò minus in reuocatione tacita censebitur reuocata potestas à prælato antiquo prouidendo scilicet alteri, nisi quoque fuerint illi notificatæ bullæ & literæ prouisionis: alioqui frustra esset inuenta mandatorum præsentatio.

Ignorantia reuocationis præsumitur.

37 Et in dubio præsumitur reuocationis ignorantia. l. verius, ff. de probatio. regul. præsumitur, de regul. iur. in 6. Fel. in c. cæterū, col. 8. vers. valet processus, de rescript. & Rota decis. 459. circa tertium dubium, in not. [sub titu. de concesio. præbend. decis. 21.] & in additionib. ad Roma. d. singular. 56.

38 Item valet sententia à iudicibus reuocatis lata ante notitiam reuocationis. c. audita, de restit. spoliator. vbi Panor. & alij. Bal. in l. 1. in fin. C. vt lite pendente. ac in l. mandatum, colu. 5. nu. 17. & seq. manda. Fel. abundè in dict. cap. cæterum.

Prouisus certioratus non potest cōferre, nec vicariū constituere.

39 Quinimò licet prouisus per Papam rectè fuerit certioratus de sua prouisione, non tamen ei licebit adminstrare quicquam de bonis prælaturæ, nisi priùs habuerit literas Apostolicas. hoc probat c. super eo. 2. in fin. ibi, contigerit literas recepisse, de appella. Panor. in c. qualiter. not. 1. de elect. vbi refert se fecisse hoc obseruari: nam quidam prouisus curiæ Rom. volebat post prouisionem constituere vicarium: dixi hoc facere non potuisse antequàm receperit bullas, quæ non sunt de substantia prouisionis, sed probationis: vt per doct. in proœm. sexti. & in rubric. de constit. scripsi in §. primò, in verb. literas, de manda. Apostolicis, in Concordat.

Resignanti bullæ intimari debent.

40 Itidem quò ad resignantem non sufficit, quòd ipse sciat literas Romæ esse expeditas, nisi fuerint etiam ei intimatæ & præsentatæ: nam debet esset ei notum vt resignanti, sicut dicimus notum iudici, vt iudici, l. hæc autem, §. non defendi. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Bar. in l. multùm, circa fi. de conditionib. & demonstra. Cardi. in clem. quia contingit, in 3. oppos. de religios. domib. potest enim aliquid esse notorium nec tamen iudici notum, c. de manifesta, in fi. 2. q. 1. c. si duobus, de appell. consuluit. Dec. cōs. 295. in causa, col. 2. nu. 5.

41 Adhæc licèt pars sciat resignationem admissā nescit tamen an pars acceptauerit, vel an vti velit literis, & prouisione sibi facta: ideo quousque fuerit ei intimatum poterit recipere fructus, & alia facere tanquàm verus prælatus: vt docet Philip. Franc in cap. vt nostrum, vers. hoc tamen, col. 4. de appellat. vbi etiam dicit valere sententiam iudicis reuocati, antequàm aliquis intimauerit ei literas reuocatorias: quia priùs scire non præsumitur, an pars illis vti velit.

42 Imò reuocatio videtur habere tacitam conditionem, nempe si fuerit intimata, arg. l. qui absenti, ff. de acquir. possess. vbi qui absenti seruo scribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vti statim velit serui possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus erit. Decius consi. 295. in caussa, col. penult.

Resignans quando non & possessione sit priuatus.

43 Non me mouet, quòd per resignationem quis sit priuatus & possessione, & iure, idest titulo, c. inter iuncta gloss. de præb. c. vno, vbi doct. de rerū permutat. in 6. quia hoc intelligitur de possessione iuris quam perdit resignans, teste Innocent. in c. quod in dubiis, de rerū permuta. secus in possessione naturali, cui potest incumbere, donec sciuerit præfatā resignationem admissam: imò si ista possessione, quam post resignationem habet, spoliaretur, veniret restituendus: vt docet idem Innocen. in cap. super hoc, de renunc. Rota, decis. 158. licet reus, in no. sub titul. de renuncia. decis. 1. & sic interim & prę sentare licebit, & conferre. [Facit quod dicit glo. in verbo vacantium, in extra. susceptione sede vacāte, in extra. communibus. vbi dicitur in cessione, depositione & aliis, licet perdatur ius, non tamen ipsa possessio naturalis, nisi per sententiam declaretur, vel habeatur pro derelicto; facto vel verbo.]

44 Quartus casus Cardinalis habens indultum à Papa

Indultum Cardinalis an extendatur ad episcopatum de nouo acquisitum.

à Papa, vt nullus possit conferre beneficia ad suā collationem spectantia, non poterit vti illo indulto in beneficiis episcopatus, cuius non accepit possessionem: ideoque Papę legatus interim, vel alius poterit conferre beneficia ad episcopatum spectantia ante possessionis adeptionem: vt consuluit de Ripa lib.2. de rescript.c.31. quæritur, allegans Dinum in regu.1. de regul.iur.in 6.& Archidiaco.in c.eum qui de præb.eod.& Ancha.in regul.sine possessione, de reg.iur.eo. quia prælatus debet accipere possessionem antequàm administret, & ante adeptam possessionem conferre non debet in prępiudicium illius qui est in possessione prælaturæ. Innocent.in c.in literis, de restit.spoliat. Panorm.in cap. transmissum, per cap.licèt episcopus, de præb. in 6.

45 Ita quoque si Cardinalis resignauerit, vti poterit suo indulto in beneficiis vacantibus, quousque bullæ Abbatiarum vel Episcopatuum quos resignauit, sibi fuerint intimatæ: & resignatarius in possessionem missus Episcopatus vel abbatiæ de nouo collatæ.

Cōsuetudo vt quis possessionē ante administrationem accipiat valet.

46 Quintus casus est, vbi cōsuetudo viget, vt quis possessionem accipiat, antequàm administret, tunc non licebit conferre, vel alia facere ante possessionem adeptam, si quidem valet talis consuetudo. Panor.& alij in c.transmissam, de elect. col. 3. per cap. adhæc, & c.vt nostrum, de officio Arch d. alioqui frustra inducta esset installatio, & in possessionem missio si non obseruaretur: c.si quis ordinatus, cum seq.92.distinct, glos.in ver.promotus, in §.censuit, c. licè, de electio.in pragmatic. probanda tamen hæc esset, nisi sit notoria, Ioan.de Selua in tract de beneficin 2.parte, q.15. Francis.Marc. in decis. Delph. q. 49.in 2.parte decis.

Administratione durāte tēporalium verum episcopatus an episcopus cōferre possit.

47 Sextus casus, licèt Regaliorū iure noster Rex per delegatos & commissarios administret pendente vacatione temporalia, tamen adhuc poterit resignans conferre beneficia, antequàm resignatarius adeptus sit possessionem. Quia licèt remota sit à resignante administratio temporalium, nō tamen spiritualium: igitur is antiquus prælatus, cùm sit in illa iusta possessione, quousque veniet successor, poterit conferre: & præsentare, per c. cōsultationibus, de iurepatro. docet Io.de Selua in trac.de benefi in 2.parte d.q.15.

Cōsuetudo regni vt Episcopus ante fidelitatē factā non administret.

48 Veruntamen licet in temporalibus lōga regni consuetudine seruetur quòd prælatus non administret ante receptam possessionem, & factam Regi fidelitatem, & præstitum iuramentum: quandoquidem ea sunt in manu Regis, secus tamen in spiritualibus: nam statim atque fuit collatus Episcopatus spiritualia omnia suscipiuntur à Papa, & sic ab eo tempore, quo prouisus suscepit literas, poterit conferre, nisi cùm vacaret per resignationem: quia tunc in præiudicium resignantis existentis in possessionem, non poterit nouus prælatus conferre, donec adeptus sit possessionem suæ ecclesiæ, & literas suæ prouisionis receperit, secundum d. Extrauag. Iniunctæ. ergo simulatque receptæ sunt literæ, vel alicui est prouisum, dum nullus alius sit in possessione episcopatus, poterit episcopus conferre: Nempe hoc est fauorabile ecclesiis, vt earum euitetur dispendiosa vacatio.c.quàm sit, de elect. in 6. Qui fauor cessat in rebus, quæ iam habent commissarium & delegatum à Rege, qui interim administret. Ergo poterit episcopus per mortem prouisus statim atque nouerit suam prouisionem conferre, vel præsentare: quia tunc nulli fit præiudicium, & succurritur ecclesiæ vacanti: quod maximè est attendendū c.si Apostolica, de præbend.in 6. Item super simonia nullus præter Papam dispensare potest, c. nobis. de simo. vbi plenè docto.

Ratione personæ & rei vitiatur resignatio.

1 

Ltra supradicta aduertendū est, quòd etiam renunciatio ex tribus maximè illegitima redarguitur. Primò ratione personæ renunciantis, vt pote quia minor est: qui non potest resignare, cap. 2. de ætate & qualit. Bened.in c. Rainutiu, in verb. adiectæ, nu.62. de testam. Si tamen renunciauerit, tenet cessio. gl. & doct.in cap.ex parte, de resti. spolia. Sed si læsus fuerit dolo aduersariorum, restituetur.

2 Nam quamuis reputetur maior in beneficialibus.cap.fin. de iudic. in 6.adhuc tamen restituitur is, qui maior reputatur, per gloss.& doct.in l.vna C. si de momenta.possess.fuer.appella.quam doct. ibi probant, & Ale.cons 80 in caussa, col.1.in 7.volu. & ista est communis conclusio, secundum quam fuit iudicatum Burdegal.vt refert Boër.in decis Burdegal. q. 350 minor quatuordecim annorum: licet multi teneant contra, quos ibidem ipse refert.

3 Sed ego concluderem minorem restituendum, si caussæ cognitio in hac renunciatione vel actu nō interuenerit: quia sine curatore ipse non debet quicquam attentare.cap.si de iud c.in 6.cùm non habeat plenam administrationem.c.2.de ætate & qualit. ideo simpliciter admissam resignationem minoris dicerem non valere quo ad effectum, sed posse restitui. *Arestum.*

4 Verùm si causæ cognitio coram superiore interuenerit, & expediens fuisse pupillo dictum fuerit, tunc resignatio valebit: nec minor restitui poterit, quia deceptus non censetur: & ita videtur concludere Nicol. Milius in Repertorio, in verbo minor 14.annis: non enim videtur minor circunscriptus, si fuerit vsus iure communi.l.fin.C.de in integ. restit. *Minor resignās an possit & à quo restitui.*

5 Ideo si cùm plura beneficia haberet, vno se exonerauerit, nequaquam videtur deceptus: vt concludit d. Probus in rub.de renuncia.col.2.in additio. ad Io.Monach.siquidem onus est intolerabile seruire duabus ecclesiis parrochialibus, cùm sit ars artium regimen animarum. c. cùm sit, de ætate & qualita. [nisi ex vno viuere non posset. vt scripsi in l.ait prætor.ff.de minor.]

6 Et hanc restitutionem concedet Papa: nam soluere potest, qui & ligauit.l. si puel æ. ff. de sponsal. vel eius legatus: tamen ordinarius sine alia impetratione poterit dictam renunciationem infringere cū causæ cognitione: quia ipse ordinarius instituit, & destituit, c.cùm ex iuncto, de Hæretic. vel agent possessorio, vt suprà dixi, & non obstante resignatione manutenebitur in possessione.

7 Furio

Furiosus resignare non potest.

7 Furiosus quoque demens,vel amens resignare non possunt, quia consensum non habent,nisi fortè dilucida haberent interualla,c.quamuis.7.q.1.l.fi.C. de cura.furio.l.furiosum.C.qui testam. facere possunt:l.in negotiis,vbi Deci.ff.de reg.iuris.

Defectus natalium nō exprimatur ī bulla quia resignare cōceditur.

8 Sed aliquando Papa concedit alicui facultatem resignandi sua beneficia, quæ non poterat resignare,vt fortè quia erant reseruata, vel aliàs affecta: & tunc Papa concedit,etiam vt is coram ordinario possit resignare simpliciter, seu ex caussa permutationis,in qua concessione non est opus facere mentionem ,quòd resignās patiatur defectum natalium aut alias obstant.quia Papa non difficiliùs cōcessisset,si hoc fuisset expressum : atque satis Papa videtur certificatus, dicendo quæcunque beneficia obtines, aut in futurum obtinebis, permittimus resignare.

9 Imò si contingeret in supplicatione hos defectus exprimi,nec tamen debent in bulla concessionis inseri:nam quid impediret, ne daretur facultas resignandi, quæ tam exiguam continet gratiam:nō tamen vitiabitur bulla ex hac expresione.

Laicus resignationem non recipit.

10 Secundò ratione personæ in cuius manibus fit resignatio,irritabitur : vt si fiat in manibus laici. c. admonet,c.& quod in dubiis,de renuncia.vel si fiat in manu Abbatis,vel alterius inferioris ab Episcopo,qui renuntiationem permutationis caussa admittere non potest:c.quæsitum, de rerum permut. Io.Monach.in rub.de renunc.in 6. [Item si Episcopus sit excommunicatus,vel suspensus,ipse non poterit conferre.c.cum inter, de excep.Archi.in c.nullus.63.dist.c.cum dilectus.de consuetu. idem dicendum est ratione personæ eius, cum quo fit permutatio,quia est laicus,vel excommunicatus, ca. cum adeo, de rescrip.c.ex literis.de transa. c. postulastis, de cleric.excom.mi.vel aliàs inhabilis , vt scripsi in tract.de pacific.posse.in 1.limita.& in tit.de excom. non vitand.in concord.]

Episcopatus coram Papa est resignandus.

11 Tertiò ratione rei iudicatur inualida renuntiatio:vt si Episcopatus resignetur coram alio , quàm coram Papa:c.inter,& c.quanto.de trāsla.Episcopi.

12 Vel si quis renunciet iuri sanguinis, ex re eam renunciationem illegitimam cognoscemus.l. ius agnationis.ff.de pactis,l.iura sanguinis, de regul.iu. hoc docet Angel.Clauas. in verb.renunciatio.

Literis non cōfectis an acquiratur ius.

13 Item si ille cui prouisum est per consistorium de monasterio,vel ecclesia,literis non confectis cedat,vel moriatur.ex eius persona de nouo per obitum , siue per cessionem expedientur bullæ: quia per prouisionem factam per Papam in consistorio quæsitum est ius plenum:

14 Secus in aliis prouisionibus non consistorialibus:vt si quis resignet,aut moriatur literis non confectis,non datur noua vacatio:sed ad primum redimus vacandi modū:vt dicunt pragmatici Romani.

Liberè fiat resignatio.

15 Adhæc resignatio liberè fieri debet, & purè id est sine pactione,conditione,vel modo,cap. ex parte 1.de offi.deleg.cap.cùm pridem,de pac. cap. cùm vniuersorum, de rerum permuta.

Vicarius an resignationes recipere possit.

16 Non valet quoque resignatio facta in manibus vicarij,nisi specialem habeat potestatem ad recipiēdum resignationes. Rota decis. 43. nota quod vicarius,[sub titul.de renūcia.decis.1.] & 218.nota quòd in antiq.[sub titul.de renuncia decis.5.[Aegi.decis. 94.vicarius.& consuluit Calder.cons.3.in rub. de renuncia. hoc plenè Staphi. probat in trac. de literis gratiæ de variis modis vaca.versic.hinc quartò dicitur,Et dixi superiùs in materia vicario. Episcop. in prima parte.

Scriptura in resignatione necessaria& subscriptio.

17 Item accedere debet scriptura in resignatione tex in c.sicut vir,in fi.ibi petierit,vt ab Episcopi honore debeat vacare,eo petitionem scripto dante cōcedendum est,aliter id facere non valemus.7.q.1.& ibi Archid.facit tex.& ibi glo.in c.Consaldus,17. q. 2.ne posteà factum reuocetur in dubium,& si voluerit posteà resignans beneficium repetere, propria scriptura incipiet ei obuiare.cap.saluberrimum,prima quæstione septima.

18 Ideo solent subscribere resignantes,& testes pro curatorio constituto ad resignandum,propter vitādas etiam falsitates,quæ frequenter inhis cōmitti solent:& sic est casus specialis in quo scriptura requiritur,vltra numeratos per gl.in c.1.de censib.lib. 6. Aliàs quomodo suscribere illi possent nisi scriptura interueniret ? quod lege Regia confirmatur in titul. *De la reformation des prouisions des benefices* , in consti.Reg.artic.3.quamuis Collecta.in cap. 2. in fine,de rerum permuta.contrarium dicat.

Resignās si iterum ei resignetur an debeat vltimus sedere , & pro ingressu soluere.

19 Quid si resignauerim præbendam & canonicatum in fauorem alicuius fortè pressus infirmitate,qui demum eandem mihi reconualescenti resignauerit,an ego vltimus in choro & ca.sedere debeā,aut pro ingressu tanquàm omnino nouus quid soluere? Do.Probus in rub.de renuncia.in additio. ad Io. Monach. docet istū teneri soluere ingressum ac nouissimo recipiendum esse loco:quæ sententia de stricto iure procederet,per tex.in c.quoniam, de simo. tamen ex benignitate consuluit contrarium Paul.Paris.consi.93.Michaël.in 4.vol. non enim videtur amisisse possesionem,qui semper eam tenuit & si statim rediit. l. quod calore.ff.de regul. iuris. l. penul.de diuor. & vide quæ scripsi inferiùs in reg. de publican.resig.glo.18.

Renuncians liti an renunciet titulo.

20 Insuper renunciatio est stricti iuris,& strictè interpretanda:vnde qui renunciat liti & caussæ, nō renunciat titulo beneficij.cap.quia circa,de consanguinit.l.tres fratres.ff.de pactis,l.postquàm liti , C. eodem:& hoc docet Calder.consil. 5.an habens , in fi.rub.de præb.ideo renunciatio beneficij non inducitur,nisi expresè agatur.c.sane, cum gl. penul. de renuncia.Dec.consi.551.plenè, col. 1. & nisi in casibus à iure expresis.c.ex ore,in fin.de his quæ fiunt à maior.parte cap.dixi in tract.nominat. q. 1. & superiùs in tacita renuncatione.

Iuuari non potest titulo cedentis litis.

21 Et sic quamuis partes inter se conueniant , vt altera consentiat sentētiæ possessoriæ,per hoc altera pars non poterit se iuuare titulo illius,qui cōsensit nisi ille consentiens sententiæ resignauerit quoque ius suum coram ordinario , vel Papa , & alteri parti fuerit collatum,

22 Quamobrem vt tutiùs negotium peragatur, solent conuenire partes, quòd altera cōsentiet sententiæ ferendæ coram iudice laico,vel ecclesiastico & quòd dabit procuratorium ad resignandū coram

potestatem

potestatem habente, & facta collatione iuuari resignatarius poterit iure illius resignantis.

Resignatio retētis fructibus non valet.

23 Adhæc si quis resignauerit beneficium retentis sibi fructibus pro pensione, non valet resignatio: nam decet quòd ipse qui altari seruit, de altari viuat. c. cùm secundum, de præb. tum quia venit contra constitutiones & iura regni, quæ prohibent vltra tertiam partem reseruare, vt scripsi in tract. de pacifi. possessor. in 18. amplia.

24 Vnde cùm quidam Matisconen. præfato modo resignasset in fauorem Vincentij Flanuert: & demum eo mortuo ordinarius contulisset Bartholomæo magni, possessioque per iudicem Matisconē. fuisset adiudicata, dicto Flanuert: curia perperam & malè fuisse iudicatum pronunciauit, & possessionem dicto magni per mortem prouiso adiudicauit. anno 1512. die 5. Martij.

Arestum.

25 Verùm alia fortè caussa mouit Senatum: quia propter impositam pensionem non solet vitiari tota bulla. c. si eo tempore, de rescript. in 6. facit l. 1. C. ne rei domi. ibi, cingulo, in quo obrepserant fraudulenter.

Clausula vocatis vocādis non debet poni post rem iudicatam.

26 Item si postquàm aliquis obtinuerit sententiam super beneficio, quæ transierit in rem iudicatam, resignet in fauorem tertij ante possessionem adeptam: non apponetur in bulla, vocatis vocandis, cùm iam aduersarius fuerit vocatus, & succubuerit: constatque illum esse detētorem illicitum, ideo non est opus vlteriùs cognoscere: sed apponetur clauf. Amoto dicto N. & quolibet, alio illicito detentore, de qua clausula scripsi in forma literarum executorial. in Concorda. & in bulla nouæ prouisionis suprà.

Clausula parito iudicato quando nō sit necessaria.

27 Si verò succumbenti resignaretur, qui priùs possidebat: tunc non fiet executio, si quidem ipse est in possessione, & contra seipsum ageret, sed fiet simpliciter prouisio: nec debet inseri clausula, parito iudicato: quæ solet regulariter in eorum prouisione poni, contra quos sententia lata fuit: sed hoc est speciale vi resignationis sibi factæ: nec est opus traditione ei, qui iam illam habet. §. venditæ, de rerum diuis. in inst.

Resignātis benefic ū et morientis ante 20. diē dicitur vacare per mortem.

Item si quis infirmitate pressus resignauerit suū beneficium, nisi superuixerit per 20. dies, beneficiū vacare censetur per mortem, & non per resignationem: quod statuitur in regul. Cancell. 18. & quia illa regula est de seruatis in Francia, licet bellè satis illustrata commentariis per Gomes. non verebor tamen quotidiana mea scholia subiungere: & quæ dudum ex vsu forensi collegi, breuiter depromere: quod vt dilucidiùs peragamus, tex. inseramus.

Regula de infirmis beneficia resignantibus.

Item voluit quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ, posteà infra 20. dies, à die per ipsum resignantem præstanti consensu computandos, de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficium quauis autoritate conferatur per resignationem sic factā, collatio huiusmodi nulla sit: ipsúmque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

GLOSSA PRIMA.

Abbatissa moriens intra 20. dies post factā resignationem cōprehenditur in hac regula.

1  Sta regula est à Iulio 3. Pontifice maximo nuperrimè sicut vides aucta: quāobrem ad verbum transcribendam duxi: singulis eius verbis congruam interpretationem subnectendo: vt dicit Iurisconsul. in l. item veniunt, vers. aptanda. ff. de petit. hæredit. Primò hoc verbum si quis, in hac regula positum, tam masculos quàm fœminas complectitur. l. 1. vbi abundè scripsi. ff. de verb. signi. gl. in c. generali, de elect. in 6. vnde si mulier valetudine aduersa detenta resignet, & intra 20. dies moriatur, vacat officiū, Abbatia, vel prioratus monialis per obitum: tum quòd eadem sit ratio in mulieribus, quæ in viris: tum etiam quòd verba conueniant, & sic dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto: Adhæc quòd lex sit generalis tam viris, quàm mulieribus, tex. in l. leges vniuersales. C. de legibus.

2 Ratio cur hæc regula introducta sit, est, vt videlicet fraudes volentium de beneficiis testari, vitentur: nam ante regulam istam in agone mortis existentes resignabant, & sic erat quodammodo testamentum in beneficiis, necnon succesio quæ tamē in his maximè prohibetur, etiam ratione consanguinitatis, c. 1. de præb. nam quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt. c. plerique. 8. q. 1. prætereà tendit hoc in maximū præiudicium, expectantium, mandatariorum, nominatorum, ac ordinariorum, ergo restringendum etiam quia à consilio hæc resignatio reprobata: vt statim in gl. seq. dicetur.

Papa an cōtineatur in hac regula & Cardinales.

3 Quinetiam in Papa resignante habere locum hanc regulam voluit Gomes. in commentariis huius regulæ q. 1. quod putarem verum quò ad prohibitionem: ne successorem in confinio mortis sibi constituere, vel eligere debeat: sed quò ad alia vix comprehenderetur, sicut nec Imperator quod tanquàm ratum ampliùs non discutio.

4 Sed in Cardinalibus resignantibus aliquod beneficium fateor habere locum, cùm in generali dispositione concernente animæ salutem, & bonum publicum, Cardinales comprehendantur, maximè quando fraus appareret, quæ procul ab ipsis esse debet. Gemi. in c. si propter. de rescript. in 6.

In episcopatibus & abbatiis procedit hæc regula.

5 Et Gomes. hîc, & in procem. regul. Cancel. dicit hanc regulam seruari in Episcopatibus, & abbatiis, & prioratibus electiuis: quorum nominatio in hoc regno ad Regem spectat. scripsi in §. 1. in verb. dispendiosæ, de regia ad prælat. nominatio. faci. in concorda. [Etiam consului habere locum in collationibus factis ab imperatore, si ipse iterum conferri velit alteri, quia hoc facit autoritate huius constitutionis, quæ nullam facit primam collationē, & quia est generalis, ab eóque edita, qui potest

omnes ligare: vt pote à Papa: c.1. de constit. c. fundamenta. de elect. in 6. & hoc est fauorabile Imperatori, si velit iterum conferre, ideo residet in sua potestate an velit alteri conferre, quod poterit. Alia adduxi in d. cons. quæ hîc omittam.]

Familiares Cardinaliũ hic non excipiuntur.

6 Insuper Gomes. hic frustra quærit, an habeat locum in familiaribus Cardinalium resignantibus: quia licet facta sit resignatio cum consensu illius Cardinalis, & sic iure expedita sit, tamen si moriatur resignans intra viginti dies vacabit per mortẽ, non per resignationem: quandoquidem hic nullus excipitur: & cùm Cardinales comprehendantur, multò magis & illorum familiares.

7 Si verò posteà resignans moriatur, valebit prouisio per mortem, sed cum consensu domini sui Cardinalis, aliàs non, per aliam regulam Cancell. quamobrem non possum satis admirari vanam in hac re disputationem Gomes. & quæ parum huic regulæ conferat.

In infirmitate constitutus.

GLOSSA SECVNDA.

Resignatio proxima morti reprobatur.

1 Vdi quid diuus scribat Hilarius Papa de his resignantibus his verbis, Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: vt scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu: quod quàm graue sit æstimate. Ab vniuersis acclamatum est, hæc præsumptio numquam fiat. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt. cap. plerique. octaua quæstione prima. Itaque cùm hæc renunciatio proxima morti sit, reprobatur: nondum tamen ante istam regulam declaratum fuerat tempus, ideo statuit hic viginti dies in confinio mortis dici.

Requisita in hac regula primò infirmitas.

2 Imprimis in hoc tex. præmittenda sunt requisita, vt locum habeat ista regula. Primò enim requiritur, quod aliquis sit in infirmitate constitutus, ibi, constitutus: ergo si esset sanus resignationis tempore, licèt posteà fato quodam moriatur intra viginti dies, nec tamen habebit locum hęc regula: quia resignans non est in infirmitate constitutus. facit cap. de his. de sepult. vbi si constitutus in infirmitate donet monasterio, parrochialis ecclesia canonicã portionem habere debet: secus si sanus donauerit, vt ibi nisi præstiteris consensum resignationi post infirmitatem; vt declarauit Papa Paulus in fin. regularum suarum, in 2. regula.

Cõsensus resignationis tantũ valet quantũ resignatio.

3 Quia paria sunt resignare, vel præstare consensum resignationi. doct. in clement. vna, de renuncia. vnde si quis sanus resignet, & post datam supplicationis in infirmitatem incidens consentiat, nisi vixerit dies viginti connumerandos à die consensus huiusmodi, beneficium vacabit per obitum: vt est videre in d. regul. Pauli. & est bona declaratio, quam probat iste text. & Francis. Marcus. ita docet q. 284. in 1. parte.

Infirmitatẽ probare debet qui eam allegat.

4 Vnde qui impetrauit per obitum, & allegat infirmitatem, eam probare debet sicut qui dolum allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. nisi resignans statim post resignationem mortuus fuerit, quia tunc præsumitur, quòd anteà fuerit infirmus, & hoc residet in arbitrio iudicis discutere, quando statim vel non. l. vna. C. de emenda. seruor. per glos. ibi scripsi in interpreta. l. diuus. ff. de Senatusconsulto Sillaniano.

Leuis infirmitas etiã attenditur.

5 Intellige siue tempore resignationis fuerit leuis febricula, vel quartana vetus, seu grauis & dura infirmitas: nam sufficit per istum text. quòd moriatur ex illa infirmitate intra 20. dies, nam interdum in principio leuis est infirmitas, & posteà sensim nisi occurratur, ingrauescit, licet quandoque differant in alia materia, l. quæsitum. ff. de re iudic. l. 2. si quis cautio.

Febris continua seu interpolata continetur in hac regula.

6 Etiam procedet iste textus seu febris sit continua, siue continens siue intermittens, aut interpolata (vt dicunt Medici) nam si id temporis quis resignet, & posteà moriatur intra viginti dies, locus erit huic regulæ: vt per obitum censeatur beneficiũ vacare: quia licet intermiserit dolor in febre interpolata, nihilominus hic quãdiu humor est abundãs in corpore, dicitur in ægritudine constitutus: vt dicunt Medici: ergo habebit locum hæc regula.

7 Nec refragatur l. fin. C. de curat. furio. vbi furiosus tempore dilucidi interualli potest contrahere, & alios actus facere, quippe tunc cessat furor, at hîc in febre interpolata non cessat infirmitas: ergo nec cessabit hæc regula.

Reincidens in morbum ancõtinetur in hac regula.

8 Extenditur etiam iste textus ad reincidentem in morbum: vt si quis tempore resignationis, videbatur sanus, tamen posteà reinciderit in pristinum morbum, ex quo mortuus fuit intra viginti dies: vacabit hoc beneficium per obitum, quia censebatur constitutus in infirmitate tempore resignationis, licet parum intermiserit, & non fuerit continua infirmitas. l. qui tertiana. ff. de ædilit. edicto: quippe non videtur sanus, qui statim ad infirmitatem rediit: l. penul. ff. de diuort. glos. in l. Martius. ff. loca. & Ioan. Francis. de Ripa. in tract. de peste. fol. 142. versiculo insuper quæro.

9 Vbi limitat quando reincidisset ex noua caussa, vt per luxuriam, ex qua nascitur omne venenum: quia tunc nequaquam censebitur infirmus fuisse tempore resignationis: secus si reincidisset ex pristina caussa, quòd præsumitur, per ea quæ superius adducta fuere. l. quòd ita. ff. de ædilitio edicto. & luxuriam dicit valere esse blandum venenum, quod facilius est accusare, quàm vitare. facit cap. quia sanctitas, quinquagesima distinctione.

10 Intellige de infirmitate corporis, quæ carnem & corpus grauat, & posteà dissoluit: de qua loquitur dicta l. quæsitum. ff. de re iudicata. cap. nisi cùm pridem. de renuncia. cap. cùm infirmitas. de pœnitentia & remissione: vbi Panorm. scribit sex caussas, ex quibus infirmitates solent hominibus contingere. Et in quibus prosit tradit Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. mortuo. 1. de testam.

Infirmitas animi non continetur in hac regula.

11 Secus de infirmitate animi, quæ furiosis inest, prodigis, amentibus, & aliis descriptis in l. 1. & sequenti. ff. de ædilitio edicto. nam de hac non intelligitur hæc regula. Sed de vtraque infirmitate, vide per text. & gl. in l. secunda. ff. de testament. quippe

resignatio

resignatio ab his, facta non valet: vt inferiùs dicam. Aliàs beneficium non vacabit nisi per obitum, dicta l. in negotiis, ff. de regulis iuris. c. primo. & cap. si quis insaniens. 15. q. 1.

12 Et quando loquimur de infirmitate, intelligimus de corporis infirmitate, licèt interdum soleat in iure canonico exprimi infirmitas corporis, in c. cùm infirmitas, de pœnitent. & remissio.

Senex an infirmus dicipossit.

13 Nec intelligeretur de sene etiam capulari, qui propriè non dicitur infirmus, & cui non conueniũt verba, nec dispositio c. indemnitatibus. §. supradicta. de electio. in sexto. Et lata differentia est inter senes, & infirmos, quippe videmus plerosque senes ita penè robustos, quàm iuuenes, maximè qui castè vixerunt: nam hircosos, vt ita dicam, senes ferè valetudinarios videmus: ob id dicerem, quòd si senex nulla valetudine interna detentus, sed tantùm naturali senectute, resignauerit, licèt posteà ex superueniente infirmitate moriatur intra viginti dies, non habebit locum hæc regula, sed resignatio valebit: quamuis contrarium videatur tenere gloss. in pragmatica sanctione. in §. item quod omnia. in ver. permutationis. de colla. quã suo more transcribit Ioã. de Selua, in tract. de beneficiis, in tertia parte, quæst. 18.

Sanus infectus peste an comprehendatur in hac regula.

14 Sic quoque dicerem hanc regulam non habere locum in sano infecto peste, & renunciante metu pestis instantis, nec in eo qui volebat inire duellum cum alio, vel in volente ingredi mare, vel bellum: quippe non sunt hi constituti in infirmitate, licèt in periculo sic: sed iste text. infirmitatem requirit, quinimò sani sunt & integri, & possunt euadere periculum, si ipsi velint, & Deus permiserit.

Cõstitutus in infirmitate quis dicatur.

15 Et 90. infirmitatis priuilegia describit hic Gomes. quæst. 9. constitutus enim in infirmitate dicitur, qui iam afficitur valetudine, & infirmitate: vt probatur à simili in cap. 2. & c. indecorum, de ætate, scripsi in §. 1. in gloss. constitutum, de nomina. reg. in Concord.

Vulneratus dicitur infirmus.

16 Si tamen quis affectus vulnere lethali resignet, & non vixerit per viginti dies, vacat beneficium per obitum, & locus erit huic regulæ, quia simulatque saucius est, maximè si lethali vulnere, dicitur in infirmitate constitutus, intantum vt Medici cum isto regulis vtantur eisdem, quibus cum alio febricitante. l. fi. ff. de his qui deiecerunt. & superueniens febris ex tali vulnere creditur emanare, sicque dicetur infirmitate grauari, l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Igitur in eo procedet hęc regula vna. C. de emenda seruo.

17 Quæ satis comprehendere videtur prolixam distinctionem Gomes. volentis hanc regulam procedere in magno vulnere, ex quo poterat mors sequi, secus si ex modico vulnere, l. vulneris magnitudo. ff. de iniu. vbi Angel. & l. 1. §. vitium. ff. de ędil. edict. Hippoly. in pract. sua. §. & quia, sed quorsum illa? si dicamus enim tale vulnus esse, ex quo mors superuenerit, non video qua ratione leue vulnus possit appellari.

18 Aduertendum est, quòd licèt furiosus non possit resignare, vt suprà diximus: si tamen quis mentis erat compos ante infirmitatem, & doloris caussa inciderit in rabiem, is non poterit resignare, nec alios actus facere. l. in aduersa. ff. de testam. l. in negotiis. ff. de reg. iuris. vnde tria oportet probare, infirmitatem, & furorem, & quòd id temporis fuerit furiosus.

Tria probãda ad irritandũ resignatiõ infirmi facti furiosi.

19 Nam licèt probatum fuerit eum varia & diuersa dixisse deliria caussa morbi, nisi probetur quòd eo tempore resignauit, vel constituit procuratores ad resignandum, valebit resignatio, sicut testamentum per text. in l. quoniam, ibi, seminecis & balbutiens lingua profudit. C. de testamen. Bened. in repetitio. cap. Raynutius, in verbo in extremis, per illum text. hoc etiam docet nominatim Petrus Paris. cons. 15. circa, nu. 9. col. 2. in 4. vol.

An præsumatur facta tempore sanæ mẽtis.

20 Si verò fuerit facta resignatio à furioso, habente dilucida interualla, non præsumetur facta tempore sanæ mentis, c. super hoc. de renun. ideo oportet quòd resignatarius hoc probet, per text. iuncta glossa in ca. fin. de successio. ab intest. in verb. compotem. quod probat Lanfranc. in cap. quoniam, in verb. testium. col. 37. de probationib. & Alexand. consil. 141. in primo volumine. & consilio 95. numero 6. in secundo volumine.

Tres casus ad regul. intellectum.

21 Vltimò noto tres casus ad huius regulæ elucidationem. Primus est quòd infirmus tempore resignationis si moriatur intra viginti dies vacabit beneficiũ per obitum: & ad hoc facta est hęc regula.

22 Secundus casus si infirmus tempore constitutionis procuratoris, sanus factus tempore resignationis moriatur intra viginti dies, non habebit locum hæc regula, quia tempore resignationis oportet quòd sit in infirmitate constitutus, per hunc tex. qui tamen in hoc casu non erat: & sic non habet locum hæc regula.

23 Tertius casus, si resignans sit sanus tempore constitutionis procuratoris, & posteà tempore quo resignat sit infirmus, & moriatur intra viginti dies de infirmitate, beneficium vacabit per obitum: quia verba & mens conueniunt, ergo & dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. & quia rationes huius regulæ locum habent: nam hic de suis beneficiis quodam modo testari videtur, siue inopinata mors fuerit, siue alia, quia sufficit rationes esse & verba, nec æquitatem video in contrarium.

Derogari an huic regulę possit, & à quo.

24 An huic regulæ derogari possit? & à quo? respõdeo, derogari posse: nam omnis res per quascũque causas nascitur, per easdem & dissoluitur, cap. 1. de regulis iuris. & ab eo qui illam condidit, & sic à Papa: quia eius est dissoluere, cuius est ligare. l. si puellæ. ff. de spons. & nihil tam naturale, quàm eodem genere quodcunque dissoluere, quo colligatũ est. l. nihil. ff. de regulis iuris.

25 Intellige ex caussa iusta, quæ mouere possit ad tollendũ rationem huius regulæ: nempe si quis valetudine detentus aduersa videat beneficium fortè in manus hæreticorum incidere posse, si per obitũ vacet: ob id infirmus illud resignauerit in manibus Papæ, iustè poterit Papa huic regulæ derogare.

26 Quæ licet sit iusta derogatio, tamen eius est iustior: ideo potestas Papæ data est, vt iustiorẽ sequatur sententiam: & hoc probat text. in c. vnde. 8. q. 1. vbi diuus Petrus inducebatur sic ad eligendum

successorem Clementem: & sic non est inconueniens legem esse iustam, & derogationem iustiorem: nec sequitur, hoc est iustum, ergo contrarium est iniustum: & cùm sit hoc peritis notorium, pluribus non probabo.

Derogari huic reg. potest etiã in mensibus graduatorum.

27 Sed an Papa possit derogare huic regulæ in mensibus graduatorum & nominatorum? hoc multis argumentis probaui in §. præfatique ordinarij, in verbo vacare. de colla. in concord. vbi allegaui Senatusconsf. audita parte & vniuersitate à duabus classibus conclusum, & demum probatum.

28 Adeò quòd hodie iniuriam facit reuerendiss. Senatui, si quis semel ab eo iudicata ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contendat: l. nemo. C. de summa trinitate.

Princeps derogãdo iuri, non abutitur.

29 Nec est abuti, si Papa prouideat ne in hoc casu locus sit regulæ: alioqui Rex & princeps quando derogat legi à se editæ abuteretur: quòd quàm sit stolidi iudicij dictum, nemo non videt: nec est reseruatio, nec species ipsius, quia statim prouisio facta à Papa ad resignationem valetudinarij valet: & Papa decernit, quòd licet intra viginti dies resignãs moriatur, non vacet per obitum, huic regulæ derogando, ac si facta non esset.

30 Nec per hoc dicitur derogare regulæ, de verisimili notitia, quia nõ vacat per obitũ: quia Papa facit vt nõ sic vacet, nec iniuriã facit ordinario admittendo resignationem, & non vtendo reg. in hoc casu, quia eam tollere potest, & sic illi derogare.

Priuilegia data nominatis quare fuerũt illis concessa.

31 Nec priuilegium fuit datum nominatis & graduatis miserationis gratia, sicut viduis & orphanis, ac id genus hominibus, vt in l. prima. C. quando Imperator inter pupillos. scripsi in art. fi. de sentent. prouisio. in constitutio. regul. sed fauore literatorũ & literarum.

32 Alioqui non competeret scolasticis diuitibus, vel saltem illis quibus bellè prouisum est à parentibus diuitibus: & tamen omnibus scholasticis hæc priuilegia competunt, vt doct. not. in interpreta. authen. habita. C. ne filius pro patre. vbi etiam scripsi in tract. de scholastic. priuileg.

Derogatio iusta nõ est vtilitati publicæ contraria.

33 Nec dicitur derogatio huius regulæ iusta, contraria vtilitati publicæ, sed conueniens, vt prædixi: & sic non obest l. iubemus primo. C. de sacrosanc. eccles. & quamuis non videatur in dubio derogatum priuilegio vniuersitati concesso. l. decurionibus secundo. Cod. de silentia. libro duodecimo. tamen si hoc exprimatur in derogatione, non est opus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligationibus.

34 Et ista derogatio in vno casu facta non tollit omnino priuilegiũ, nisi in illo casu iustiore: & multa specialia possunt circa idem concurrere, quando de voluntate concedentis appareret.

35 Vnde potest Papa dispensare cum minore ex caussa, vt habeat beneficium etiam curatum, licèt ibi duo sint specialia, & quòd habeat beneficiũ curatũ, & quòd non promoueatur durante tẽpore minoritatis: vt dicam infrà de dispensatione: & hæc no. Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio.

Reprobari collatio quãdo possit à collatore.

36 Nec me mouet illud vulgare, quod approbo, non possum reprobare. l. Pomponius. ff. de neg. gest. l. in arenam. C. de inoffic. testament. sed episcopus probauit collationem, ergo eam reprobare non potest, licèt facta sit per resignationem: verùm ipse episcopus non reprobat collationem, quam fecit: sed ista regula eam nullam reddit, vt in text. patet, ibi, collatio nulla sit: & postquàm collatio est nulla, beneficium est vacans huius regulæ autoritate: ergo episcopus illud conferre denuo poterit, quia in eo non deliquit.

Episcopus quãdo de euictione teneatur.

37 Nec etiam refragatur cap. inter cætera. de præbend. ibi episcopus tenetur de euictione, quando contulit beneficium, quòd nõ potuit conferre, quia fortè alij debitum, vt inter permutantes: de quibus loquitur ille text. sed quando episcopus resignationem ab infirmo factam recipit, & confert Titio: hoc potest episcopus facere, quia beneficium vacat, & nulli est debitum.

38 Ideo si posteà autoritate huius regulæ remoueatur beneficium à d. Titio, quia infirmus moritur ante viginti dies, nõ tenebitur ordinarius: quia hoc non facto suo, sed legis peruenit: non magis quàm si homicida priuetur suo beneficio: alioqui quando aliquis priuaretur autoritate legis, episcopus teneretur: quod est absurdum, etiam si episcopus contulit beneficium, quod conferre potuit, quia nulli alij debitum, in c. inter cætera. erat permutanti debitum, ideo episcopus tenetur.

Lex non fit ad alicuius incommodum.

39 Nec me conturbat, quòd hęc regula est facta ad commodum & libertatem ordinariorum, & contra commodum Papæ. respon. quis diceret, nisi vellet insanire, quod quis contra se tantùm legem vellet ferre, quippe de natura legis est, vt generalis sit. l. leges vt generales. C. de legib. & vt non fiat ad commodum vel incommodum alicuius, alioqui non est lex, sed fæx. c. cùm omnes. de constitut.

40 Itaque debemus dicere hanc regulam generalẽ, vt omnes liget, & maximè quatenus rationes se ad illos extendunt: sicut dicimus de ordinariis.

Resignauerit.

GLOSSA TERTIA.

Resignatio quæcunque hic comprehenditur.


Ecundò requiritur quòd is infirmus resignauerit, nam si resignare tantùm promiserit, vel cõstituerit procuratorem ad resignandum, non procedit hæc regula: sed vacabit verè beneficium per mortem possessoris: siquidem aliud est promittere resignare, & aliud resignare: argumẽto l. aliud. ff. de regulis iuris. Deci. cons. 502. & sequenti. Et qualiscunque fuerit hęc resignatio, locum habet regula: siue enim facta fuerit reseruatis fructibus, siue non, seu purè, seu in fauorem, semper dicitur resignare: & cui adaptãtur verba, & dispositio legis quartæ, §. toties. ff. de damno infecto. aliàs in facultate partis esset seruando sibi pensionem aut fructus istam regulam tollere: quod non est dicẽdum: quia nemo potest facere, quin leges in sua dispositione locum habeant. l. nemo. ff. de legatis primo. & sic intelligitur cũ effectu. l. 1. ff. quod quisque iuris. c. relatum. de cle. non residen.

Resignatione semel facta corã ordinario non poterit iterũ fieri corãm Papa.

1 Idem si quis resignasset coram ordinario caussa permutationis, & posteà coram Papa simpliciter: si primò facta fuerit resignatio ab infirmo corã ordinario, &

nario,& ab ordinario admissa, valebit quidem, si resignans viuat vltra viginti dies: si verò citiùs moriatur, non valebit collatio facta ab ordinario, per istam regulam, nec ipsius Papæ prouisio, quia non vacabat beneficium: & sic non poterat illud Papa conferre: sicque iudicatum fuit, vt scripsi in §. volumus, in glos. vlti. de collat. in Concord. vbi licebit alia videre: & sic computabitur tempus à die quo resignauit, non ab eo die quo procuratores constituit ad resignandum, per istum text.

Siue simpliciter siue ex caussa permutationis.

GLOSSA QVARTA.

1 HÆc verba sunt in regula Innoc. octaui, quæ licèt nunc desint in regul. Iulij 3. nihilominus crederem in quacunque resignatione procedere, siue simpliciter facta fuerit, siue caussa permutationis: de quibus superiùs dictum fuit: nam indefinitum verbum resignauerit, æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elec. libro sexto.

Permutans cũ infirmo si illius beneficium amittat, an ad suum beneficiũ redire possit.

2 Sed dubium est, an is, qui permutauit cũ ægro, qui decesserit intra viginti dies, possit ad suum redire beneficium, si contingat ab eo, quod habuit, euinci: quod videbatur, per c. si beneficia, de præb. in 6. quidam tamen contrarium asserunt propter animum fraudandi, quem videtur habuisse: nam cùm cerneret istum ægrum non debebat ab eo extorquere suum beneficium in præiudicium expectantium, & ordinariorum: & cùm hoc tentauit, nõ est vsus iuris concessione, ideoque priuari debet vtroque. cle. vna. & ibi gl. 1. de rerum permu. nec dolus huic debet patrocinari. c. sedes. de rescript.

3 Tum imputandum illi est, quòd vltro se periculo exposuerit, si quidem poterat cogitare istum moriturum, quem videbat infirmitate premi, quapropter eidem non est subueniendum. l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisdare cogan. & pro hoc est text. formalis in c. 2. in fi. de renunc. in 6. ibi, & idem renunciãs habita omnino careat, & ambita: quòd debet intelligi, cùm appareat de fraude, quæ videtur apparens eo ipso, quòd beneficium ægri recepit. l. Modicus. ff. de extraordi. cogni.

Prędicta declaranda sunt, quando sanus iam renunciasset beneficio, secus si tantùm ex parte valetudinarij facta fuisset: quia eo casu hic sanus vtrunque habebit beneficium, & bona (vt dicunt) fortuna gaudebit: vt suprà dixi hac parte.

4 Intellige verùm beneficiũ illius, qui facta permutatione obiit ante 20. dies vacare per obitum illius: & de hoc non est dubium beneficium quoque resignatum per sanum compermutantem vacabit per suam resignationem, eò quòd hîc annullatur collatio infirmi: vt vult text. quod per obitum censeatur vacare: sed non potest valere permutatio ex vna parte. l. 1. ff. de rerum permut. & inferius dicetur, ideo vacabit vtrumque: & is qui fraudem fecit, amittet suum beneficium: caueat ergo quis, ne perniciosas huiusmodi permutationes factitet, alibi dicam abundantiùs: quia res est ardua, & maximè infrà de permuta.

Permutatio etiã inæqualis hic annullatur.

5 Amplia etiam istam regulam habere locũ siue permutatio facta fuerit de æqualibus beneficiis, seu de inæqualibus: tum quòd text. indistinctè loquatur de permutatione, ergo de omni permutatione: vt not. Hostiens. in summa, de rerum permu. & doc. in rub. illius tituli, per l. de pretio. ff. de public. in rem actio. & si voluisset hic Papa tantùm intelligere ad beneficia æqualia dixisset, iuxta c. ad audientiam. de decimis.

6 Et eadem ratio procedit ad inæqualia, quia videtur testari de beneficio, & resignando priuat ordinarium sua collatione, & nominatos ac alios spectantes; Nempe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianens. quod permutat cum alio beneficio sito in episcopatu Parisien. & posteà moritur intra 20. dies: nisi hæc esset regula, Nominati Aurelia. essent priuati illo beneficio: quia beneficia caussa permutationis vacantia non debentur eis. §. volumus. de colla. in Conc. Sed per obitum vacare censetur, per istum text. & sic nominatis debebitur.

7 Nec refragatur quòd hæc regula extracta sit ex visceribus c. 2. de renun. in 6. & sic debet intelligi secundum illud, quia respon. illum text. esse factum ad obuiandum fraudibus, quæ fiebant expectantibus per has fraudulentas permutationes; iste verò text. est factus ad obuiandum fraudibus, quæ fiebãt ordinariis, & expectantibus, ne quis testetur de beneficiis: néve sit in illis successio: vt in c. 1. de præb. à quo dicerem potiùs hanc regulam elicitam, necnon ad obuiandum malitiis illorum, qui suadent infirmis, vt beneficia sua resignent: vt dixi in tract. nominatio. q. 17. num. 5.

8 Quòd si dicatur fraudis præsumptionem abesse, quando sunt ęqualia, respond. successionem non cessare: vt dixi. At quando sunt plures rationes, vna cessante non cessat dispositio. §. affinitatis. de nupt. in instit.

Fauorabilis est hæc regula.

9 Nec obstat quòd hæc decisio est odiosa, quamobrem restringenda. l. cum quidam. ff. de liberis & posthu. Respon. Imò est fauorabilis, quia iuri conformis, & introducta ad fraudes euitandas. Et miror Domi. Gomes. tenere contrarium super hac regula quęst. 19. appellans eam odiosam, quam in aliis fermè quæstionibus iam dixerat esse fauorabilem, vt quæ concernit animæ vtilitatem, & bonum publicum; hoc in quæstione prima, tertia & quinta, & sexta, ac pleniùs, decimaseptima, sic vt valde sibi contrarius fuerit in hac regula: nisi solutionis gratia dicamus esse partim fauorabilem, partim odiosam, sed mallem eam vocare fauorabilem, & concilio generali conuenientem: vt probaui suprà in gloss. 2.

Aliquod beneficium.

GLOSSA QVINTA.

Beneficium omne hiccõ prehẽditur ecclesiasticum.

TErtium requisitum, quòd aliquis resignauerit beneficium, ibi beneficium quod largè intelligitur, vt comprehendat etiã dignitates, per glos. in regul. prima, de regulis iuris, in 6. & in clem. auditor, de rescript. & quæcunque alia beneficia ecclesiastica, siue regularia, siue secularia: cùm tex. hic simpliciter loquatur. Atq; officia ecclesiastica, & capellas, & capellanias.

glo. in cle. 2. de decim. Felin. in c. postulasti, de rescript. scripsi in tract. nominatio. q. 9. etiam si esset hospitale, quod solet dari in titulum, per clemen. 2. de præb. scripsi in tract. nominatio. q. 15. & sic in altaribus, & leprosariis, & aliis quibuscunque non exceptis, quæ in titulum conceduntur, doct. in clem. quia contingit. de relig. domib.

Intellige siue vnum resignauerit, siue plura. arg. l. 3. §. 1. ff. de negoc. gestis. scripsi in §. præfatique graduati, in verb. nominationis, de colla. in Concor. quia indefinita æquipollet vniuersali, c. vt circa. de elect. lib. 6.

Resignans officium regium, 40. dies viuere debet post resignationem.

Non tamen haberet locum in officiis profanis resignatis coram Papa vel Rege: quia tūc oportet, quòd dies 40. viuat resignans ex statutis Regni Frāciæ, & eius communi obseruantia: vnde quando officij Regis admittitur resignatio, solet Rex in literis excipere, dummodò resignans infirmus non sit, & viuat per quadraginta dies: vt habetur in decis. Franc. Marc. 284. in prima parte; habebit tamen hæc regula locum etiam in collationibus à Rege factis de quibusdam beneficiis, quorum collatio ex priuilegio Papæ spectat ad eum, vt fuit iudicatum in hoc senatu, prout scripsi in §. 1. in gloss. dispendiosè. de nomi. reg. in Concord.

Dimiserit.

GLOSSA SEXTA.

Dimittens beneficiū resignare illud videtur.



Hoc verbum priùs fuit additum per Paul. tertium, & nunc approbatum per Iulium tertium: facit c. si beneficia, de præb. lib. 6. & plenè scripsi in tract. de pacific. possessor. num. 147. cum sequent. nam si fortè quis in infirmitate constitutus dimiserit seu reliquerit beneficium, fortè quia eum pœnitebat tot deuorasse fructus beneficiorum, & animas pauperum: & demum intra viginti dies moriatur, beneficium dicitur vacare per mortem, non per istam dimissionem: vt locum habeat hæc regula: alioqui fraus sic fieri posset huic regulæ dicendo, ego dimitto beneficium, cùm in agone sim cōstitutus: & qui dimittit, tacitè resignare videtur vt superius scripsi, & pleniùs in tractat. de pacific. possessor. in 22. amplia. num. 147. & seq.

Aut illius commendæ cesserit.

GLOSSA SEPTIMA.

Commendatarius moriens intra 20. dies cōtinetur in hac regula.



Qvamuis olim doctores Vltramontani dicerent esse dubium, an ista regula procederet in eo, qui cedit commēdæ, & multa producerent, quæ refert hîc Gomes. quæst. 13. & Cassador. decisio. 32. hodie non erit ampliùs dubitationi locus: quandoquidem hic text. expressè decidit, quòd si quis cesserit commendæ, & moriatur intra viginti dies, beneficium vacabit per mortem, non per cessionem commendæ: pro titulo enim habetur hæc commenda: vt scripsi suprà tracta. de commenda, siue sit commenda perpetua, siue temporalis: vnde si parrochialis ecclesia fuerit commendata per sex menses alicui, & interim iste pressus infirmitate cedat commendæ, nisi vixerit tempore præstito post cessionem, dicerem hunc tex. locum habere: quia verba conueniunt huic tex. dicenti, Commendæ cesserit: hic cedit commendæ ergo &c. nec loquitur iste tex. de perpetua, magis quàm de temporali: sed simpliciter ait, dimiserit: dimittit autem is, qui cedit commendæ etiam temporali. c. nemo, de elect. in 6. ergo tex. iste locum habebit: licet Gomes. contra. vide quæ dixi in tract. de pacific. possessor. amplia. 5. nu. 35. cum seq.

Seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ.

GLOSSA OCTAVA.



Intellige quando resignans ius habebat in illo beneficio, alioqui contra: vnde si beneficium vnitum quis resignauerit, quod possidebat, sed erat vnitum in eius vita, vt potest fieri etiam eo non consentiente, clem. vlt. de rebus eccl. non alienand. licet moriatur ante viginti dies, non censetur vacare per obitum, per istam regulam, nec alio modo, sed vnio sortitur effectum.

Post dissolutionē vnionis beneficiū resignatum in hac regula cōprehēditur.

At si beneficium erat vnitum, & ego possessor illius, cōsenserim vnionis dissolutioni, resignauerimque illud beneficium vnitum: si demum intra 20. dies moriar, vacabit per mortem beneficium, non per resignationem per hæc verba addita, Iulium Papam tertium, etiam si consenserit dissolutioni vnionis per supplicationem signatam dum esset sanus.

Resignans nō suum beneficium si posteà non viuat per 20. dies, nō vacabit tamē per mortē illud beneficium.

Idem dicerem, si quis infirmus resignaret beneficium alterius, nam quamuis ipse moriatur ante 20. dies, tamen illud beneficium non suum nequaquam vacabit per eius mortem: nam beneficium quod quis habet, sine suo facto perdere non potest. l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris, quia non potuit resignare, quod non habebat. l. si vniuersæ. Cod. de leg. §. seruus, Institu. de capitis diminutio. requiritur ergo quòd is, qui resignat, ius potentius habeat.

Inter colligantes si vnus cedat, an habeat locum hæc regula.

Et sic dixi, quòd si ex tribus collitigantibus vnus in infirmitate constitutus resignauerit, & moriatur vt hic, beneficium quo ad alios collitigantes non vacabit per obitum: nec erit eis opus noua impetratione: secus si iste mortuus ius potentius haberet: quia tunc etiam haberet locum hæc regula, quia iste resignat beneficium, & moritur intra viginti dies &c.

Bullis nondū leuatis resignās an cōtineatur in hac regula.

Extende quoque præfatam regulam in eo, qui bullis nondum leuatis resignaret ius prætensum: quia tex. iste non requirit possessionem: nam qui ius ad beneficium habet, ipsum beneficium habere censetur, l. qui habet actionem. ff. de regulis iuris. & quia rationes huius textus habent locum in isto, ergo & dicisio: quamuis minùs sit habere ius, quàm beneficium. l. minùs. ff. de regulis iuris, maximè in Francia, vbi sunt infiniti processus & longiores, c. fundamenta, de electio. in 6.

Et posteà intra 20. dies.

GLOSSA NONA.


Varto requiritur, quòd resignans moriatur intra viginti dies: q͞ si posteà, nō habet locum ista regula: vnde si decesserit vigesimoprimo die, tūc valebit resignatio: nec censebitur vacare beneficium per mortem illius resignantis. Accipitur autem hîc dies pro die naturali vigintiquatuor horarum, prout more Romano sumitur, & communiter, vt l. more. ff. de feriis. scripsi in l. secunda, ff. de verbor. significatione.

Per mortē Papæ non extinguitur hæc regula. Habebit quoque locū hæc regula, etiam si admissa resignatione moreretur ordinarius intra viginti dies, vel Papa: quia licet per mortem Papæ extinguantur regulæ, tamē hæc lex regni facta est eo ipso quòd in Parlamento fuit recepta & registrata: quæ in tantum fixa manet, vt nihil officiat mors Papæ: *Regula quo anno registrata.* Tempus autem registrationis huiusmodi fuit anno 1493. die 20. Nouembris: & ab eo tempore seruata.

A die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos.

GLOSSA DECIMA.

Viginti dies à die præstandi consensus cōputantur.

1 
Vinto computantur isti viginti dies à die consensus præstandi: hoc addidit Iulius 2. & hoc cōfirmauit posteà Paulus tertius: nam si quispiam resignauerit calendis Ianuarij, vigesimaprima die censetur vixisse viginti dies: & si vixerit post resignationē per viginti dies, à die tamen consensus per decemocto dies tantùm, nequaquā cēsetur vixisse viginti dies, ita q͞ beneficium vacabit per mortem.

2 Et intellige siue consensus fuerit præstitus per procuratorem, siue per resignantem: nec sufficeret consensus præstitus per constitutionem procuratoris: sed requiritur quòd consensus præstetur, vbi fit resignatio.

Secūda resignatio est inutilis.

3 Sed si quis bis resignauerit, sufficit q͞ viuat 20. dies à die consensus præstiti primæ resignationi, quia illa valet, altera non, cùm per resignationem primam nullum ius habeat posteà resignans, quamobrem iterum resignare non poterat: c. in præsentia, cum aliis multis, de renuncia. c. inter, de præb. nec secunda resignatio inutilis impediet primam vtilem, iuxta no. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. ca. ex tenore, de rescript.

4 Vnde si in prima resignatione derogatum non fuerit huic regulæ, sed in secunda sic: non impediet illa derogatio huius regulæ, quominùs beneficiū vacet per mortem videlicet si resignans moriatur intra viginti dies à die primæ resignationis: quippe secunda resignatione & prouisione nulla existente, derogatio quoque tanquam accessoria non valebit. l. cùm principalis. ff. de regulis iuris. & alia dixi in regula sequenti, de publicandis resigna.

Collatio ante procuratorium receptum nō valet: vnde consensum præstare oportet.

5 Imò si quis vt procurator primò resignauerit ante procuratorium, & domini cōsensum, licet ex postfacto procuratoriū fuerit missum, & receptū: non tamen valebit collatio ante præfatum domini consensum, aut eius procuratorium, nisi de nouo conferatur: quia pars non potest ratificando conferre, quamobrem rursus desideratur nouus conferentis cum collatione consensus: in partis siquidem potestate non est ratificare collationem nullam: sed requiritur & consensus & prouisio conferentis, & resignantis: vide quæ dico infrà in regul. de publicand. resigna.

6 Ideò si contingat ante procuratorium receptū, procuratorem in vim procuratorij mittendi resignare: dic q͞ si tale procuratorium præcesserit illā collationē, valebit quidem prouisio. Si verò procuratorium factum fuerit post collationem, non valebit prima prouisio: & ita seruant pragmatici Romani: quod est notandum, & sic requiritur primò resignatio, posteà cōsensus præstatio: nec consensus præstatur ante resignationem: vt in l. 1. no. ff. de rerum permut. doct. in ca. super hoc, de renunc. *Consensus post resignationē præstari solet.*

7 Et sufficit q͞ sit infirmus, vel tempore quo resignat: vel si id temporis erat sanus, & tempore consensus præstiti erat infirmus, habebit locum hæc regula: cùm hæc duo tempora considerentur hîc, videlicet resignationis, & præstandi consensus: ac oportet q͞ his duobus temporibus sanus sit, sicut de testamento & hærede dicitur in §. in extraneis, insti. de hæred. & qualita. Bal. in c. constitutus, de rescript. [quia maximè attenditur tempus consensus, quo omnia perficiuntur sicut conclusione. l. si voluntate. C. de rescind. vend.] *Sanū sufficit esse vel tempore resignationis vel consensus.*

8 Nam qualitas iūcta verbo debet intelligi secūdum tempus verbi, l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. ista qualitas est iuncta verbo, ergo debet intelligi vel tēpore resignationis, aut tēpore consensus, vt hic patet. Et sic nisi vixerit viginti dies à die præstiti cōsensus, vacabit per mortē beneficiū resignantis.

9 Vnde infertur q͞ dies consensus non computatur in termino viginti dierum: & hoc probatur per dictionem A, quæ separationem & exclusionem denotat, per glo. in l. datio. ff. de actio. empti. & cap. statutum, de præb. in 6. vnde si quis resignaret calendis Iulij, & vixerit vsque ad vigesimum diem, adhuc habebit locum hæc regula, vt censeatur per obitum vacare: verùm si lapsus fuerit dies, valebit resignatio: quippe non computabitur hoc tempus de momento ad momentum, sed tota dies computatur: vt si quis resignauerit hora 7. calendarum Iulij, tamen die 20. sequenti, illa hora 7. non erunt lapsi dies viginti, sed requiritur tota dies euoluta. l. 3. ff. de minor. l. qua ætate. ff. de testam. *Dies cōsensus non cōputatur, nec de momento ad momētum.*

10 Verùm de stylo curiarum Franciæ illi viginti dies computantur à die resignationis admissæ, & hoc in fauorem tam ordinariorum quàm graduatorum, & nominatorum: & sic fuit sæpius in Parlamentis Galliæ iudicatum, teste Boer. q. 348. quæritur. Sed hoc ante declarationem istam Pauli, quæ etiam est repetita per Iulium 3. & sic extincta non videtur cum suo autore: nec potest ob hoc argui, q͞ non habeat locum in ordinario, etiam si non repeteretur, intelligeretur de prouisionibus, quæ à Papa fiunt, tamen non excluderet text. alias collationes ordinariorum, per alia verba, vt dicam.

De ipsa infirmitate decesserit.

GLOSSA VNDECIMA.

Mori quãdo quis dicatur ex illa infirmitate.



Sexto requiritur, ꝙ resignans de ipsa infirmitate decesserit, aliàs si fato quodã moreretur, non haberet locum hæc regula ibi, de ipsa infirmitate decesserit. Et hoc dicit glo. hîc, & Franciscus. Marc. q. 85. in decis. Delphi. in 1. parte, & dicitur tamen mori ex infirmitate, etiam si febris ratione illius superuenerit: vel aliud acciderit ab ipsa infirmitate, secus si extrà prouenerit. c. 2. de clerico percussore, c. continebatur, de homicidio. l. alumnæ. §. fin. ff. de adimendis legatis. facit ca. de his, de sepulturis. Vnde si quis in infirmitate cõstitutus resignauerit: & posteà, quispiam eum gladio peremerit, vel domus in eum ceciderit, non habebit locum ista regula, quia nõ decessit ex ipsa infirmitate, & poterat fortè euadere per text. in l. item Mela. §. Celsus scribit. ff. ad leg. Aquil. & Soci. in repet. c. ad audientiã, in 7. q. princip. in 35. q. de homicid. Et liberatio facta per infirmam Abbatissam nõ valet, si de infirmitate decesserit, teste Matthæ. de Afflictis, in decis. Neapol. q. 168. vtrum. Ergo relinquitur arbitrio Medicorum, quando censeatur obiisse mortem ex ipsa infirmitate. Bart. in l. si in rixa. ff. ad legẽ Cornel. de Sicar. plenè scripsi in repet. l. Diuus, ff. de Senatuscon. Sillan. Et quando nunquam bene reconualuit, præsumitur ex infirmitate præcedenti decessisse quo ad hanc regulam, secus quo ad puniendũ delinquentem pœna legis Cornel. de Sicar. l. vna, C. de emẽda. seruo, Feli. in cap. presbyterum, de homicid. & Hippoly. cons. 7. summi cœli. mors autem, vt cuicunque patet, est separatio corporis & animæ, l. si mater. C. de insti. & substi. & quotuplex sit mors, vide per Lucã de Penna in l. 1. col. 8. C. de desertor. lib. 11. & Cardinal. in cle. 1. vt lite penden. Et an habeat locum in morte ciuili, quod non probat glos. & doct. in c. susceptum, de rescript. lib. 6. nam verbum, decesserit, verificatur regulariter in morte naturali. l. si decesserit. ff. qui satisd. cogant. scripsi ff. de verb. signifi. l. cedere diem. Et quomodo probetur mors, scribit Bart. in tract. suo quomodo, & qualiter probetur mors: & Alex. cons. 25. in 5. volu. abundè scripsi in artic. vlt. tract. de regestis, in secundo tomo consti. regiar. ob id non repetam: & sic sufficit duo probare, primò, resignantem infirmum tempore resignationis, & demum mortuum intra viginti dies: quia præsumetur mortuus ex ipsa infirmitate, non si fuerit contrarium probatum.

Mors quid sit, & an procedat in morte ciuili.

Ac ipsum beneficium quauis autoritate cõferatur.

GLOSSA DVODECIMA.

Admissa debet esse resignatio.

1 

Septimo requiritur, ꝙ ista resignatio sit admissa, vel per Papam, vel legatum, ordinarium, vel aliũ, ibi ac ipsum beneficium quauis autoritate conferatur per resignationem: & in registris curiæ Parisiens. habetur, ꝙ si quis in infirmitate cõstitutus resignauerit aliquod beneficium vbicunque, etiam si in curia Romana, &c.

2 Et sic conuenit huic declarationi per Papã Paulum editæ: quippe nisi resignatio sit admissa, nihil actum est: ideoque cessaret dubiũ, an vacaret per mortẽ: nempe cùm hîc nõ abdicauerit à se beneficium per resignationẽ, sed illud tẽpore mortis habeat, procuidubio vacabit per mortẽ, quæ omnia soluit. §. deinceps, in authen. de nupt. & sic requiritur collatio: alioqui dubiũ non haberet iste text. vt dixi, & hoc verbũ cõferatur, esset superfluũ, & frustra positũ cõtra text. & gl. in l. 1. ff. quod met. caus.

3 Adde per hæc verba, quauis autoritate cõferatur, regulam hanc habere locum etiam in ordinario capitulo & alio quocunque, vt plenè scripsi in tract. nominatio. quæst. 17. nam si quis infirmus resignauerit coram eo beneficiũ, vel simpliciter, aut caussa permutationis: & posteà resignans moriatur ante 20. dies, illud beneficium ordinarius poterit iterum conferre, quia de nouo vacat per hanc regulam: & quotiescunque vacat, ordinarius potest illud conferre, seu vacet per resignationẽ, siue per non promotionem, vel per obitum, aut aliàs.

In ordinario an regula ... cũ habe...

4 Et sic censetur habere vim duarum personarũ, l. si consul, ff. de adoptio. & sicut alter conferre potuisset illud beneficium, ita & hic: nam quando cõpetunt vni duo iura, sublato vno, nihilominus alterum remanet illæsum, l. si domus, vbi Barto. ff. de seruit. vrbanor. prædior. l. quoties duplici, de regul. iur. nec hoc fit per extensionẽ: sed quia hic expresse hoc statuitur, ibi, quauis autoritate conferatur.

5 Nec refragatur variationem esse prohibitã maximè collatoribus, clem. vna. de renuncia. Respon. verum esse contra ius, & in malũ, sed iure permittente licet: imò magnæ pudentiæ est, si reuocaueris id, quod malè egeris. cap. magnæ. 22. q. 4. vt plenè scripsi in interpreta. l. quod iussit, in præfa. ff. de re iudica.

6 Nec prima collatio potest impedire secũdam, quia prima nulla redditur huius regulæ autoritate: & sic quod est nullum, non potest impedire secundam collationem. doct. in c. ex tenore, de rescript. quia prima collatio est nulla.

Collatio nulla ... impedit secundam.

7 Igitur hoc casu poterit idem beneficium duobus conferri, quia bis vacauit, per resignationẽ videlicet, & per mortem: nec est diuidere beneficium conferendo duobus, quando diuerso tempore vacauit, c. tuæ, de præben. scripsi in glo. Concordat. in verb. vni, §. 1. de colla. verũtamen æquum esset, vt si is cui primum contulit ordinarius sit bonus & doctus, eidem relinqueret, si non sit aliis beneficiis oneratus, & iterum illi eidem per mortem conferret, & sic non variaret.

Duobus beneficium cõferri potest.

8 Imò si collator nõ conferret istud beneficium, sic nunc per mortem vacans, puniretur: vt dicitur in c. de multa, de præbend. ergo potest & debet illud beneficium conferre: velut plenè scripsi in tracta. nominatio. q. 17. num. 5. ibi vide. si non graueris, vbi respon. ad consilium Decij. nec est verisimile quòd Papa voluerit in vno loco per hanc regulam prouidere videlicet Romæ, & adscribere sibi legem, & non aliis.

9 Imò puto quòd omnem fraudẽ per hanc regulã voluit excludere, quæ fieret resignando præcipuè in fauo

in fauorem: nam sic quodãmodo videtur fieri testamentum de beneficio, quod est perniciosum, & ita fuit in Rota conclusum: vt refert Cassador. in decisione 31. sæpiùs, in decisione super reg. cancel. Et Gomes. in hac regula sæpiùs, ita fuisse iudicatum refert q. 26. ego quoque scripsi sic in Francia fuisse iudicatum, in d. q. 17. tractat. nominatio.

Arestũ vt hæc regula non procedat in ordinario.

10 Tamen anno 1550. in vigilia Assumptionis fuit prolatum Arestum contrarium, super parrochia de la boysiere, Andegauen. in quo sancitum fuit hanc regulam non habere locũ in ordinario: quandoquidem ordinarius cùm resignatur coram eo, potest non recipere, quia simpliciter coram eo resignatur: q. si receperit, sibi imputet: secus in Papa, qui solet ei conferre, in cuius fauorem resignatur: quæ liberalitas, ne sibi nimiùm damnosa sit, & ad vitandas successiones, restringitur per hanc regulam, vt non possit collatione sua priuari, nisi vixerit per viginti dies: ideo si ordinarius per resignationem contulerit, ipse non poterit posteà conferre, ex eo quòd non vixerit per viginti dies: hoc statuit Senatus variationis gratia, & aliis multis rationibus inuicem allegatis.

11 Ego verò putarẽ Aresta non esse in eadem specie, & in indiuiduo: si tamen contraria essent, a bitrarer supplicationem à collatoribus Regi porrigendam, & exquirendam eius voluntatem, an primum velit seruari, an vltimum: per vltimum enim approbatur collatio nulla facta per istam regulam.

12 Quod an fieri possit, vix mihi persuadeo, datúrque vitiosa possessio, & ingressus ad beneficia, contra ca. vnic. de eo qui mittitur in possess. lib. 6. aufertur etiam libera conferendi potestas, tollitur denique libertas ecclesiastica, ac Papę & Legatorũ facultas prouidendi tollitur per indirectũ: nam si approbetur collatio prima per resignationem, ergo non poterit iterum conferri etiam à Papa: vnde ad vitandum hæc & alia absurda, quæ possent euenire, primò inhærerem Senatusconsulto, videlicet hanc regulam habere locum in ordinario.

13 Sed fateamur quodcũque velis Arestum, non tamen Papæ vel eius legato nocebit[vel alteri qui non contulit] vnde cùm collatio per resignationem ab ordinario facta sit nulla per hanc regulam, licebit Papæ, vel legato prouidere per obitum, nõ obstante collatione ordinarij: cùm hoc arestũ non videatur eos ligare.[Idem si capitulum contulerit per resignationem, vt episcopus non prohibeatur conferre per mortem.]

14 Nec obest, quòd Arestum approbat collationẽ ab ordinario factam: verũ est quo ad eundem ratione variationis: vt is ordinarius, qui iam contulit per resignationem, non possit alij amplius conferre, sed nõ quò ad alium: ideo etiam iure deuoluto poterit immediatus superior illud beneficium cõferre: nam ad suos terminos est restringendum.

Cautela vt beneficium per obitum conferatur.

15 Imò posset idem episcopus per mortem iterũ conferre, quia non potest ab eo auferri collatio: Sed prouisus per mortem conueniet super petitorio prouisum per renunciationem, qui si possessorio velit agere, consentiat eum possessorem, & non in possessione molestãdum: verùm quia nulla est sua collatio per hanc regulam dicat, peto, eam nullam declarari & ea sic declarata, adiudicari mihi beneficium, quod iudex ecclesiasticus decernet, videns primam collationem nullam huius regulæ autoritate. Et quod nullum est, non potest tractu temporis conualescere: l. quod in initio. ff. de regu. iuris: & reg. non firmatur, illo titulo. in 6. quod nota tu, qui per obitum es prouisus, vt obtineas beneficiũ, vel impetres à Papa, cui non potuit senatusconsultum nocere[& nec quidem iure aliis collatoribus.]

Collatio p resignationẽ & obitũ eodem die vltra valeat. Arestum.

16 Et si vno die fuerit à Papa collatio facta per resignationem cum derogatione huius regulæ, & eodem die per obitum ab ordinario, Papæ collatio præsumitur facta priùs, tam ratione prærogatiuæ, cap. si à sede, de præb. in 6. quàm etiã resignationis: vt fuit decisum in hoc Senatu, anno 1524. die. 24. Decẽbris, & valebit per ea quæ no. Feli. in ca. in nostra, corrolario 18. & in cap. capitulum, de rescript. & abundè scripsi in tract. de pacific. possessor. circa finem, etiam si is cui collatum est ab ordinario, priùs acceperit possessionem: vt ibidem scripsi.

Infirmus priuatus moriẽs intra 20. dies non continetur hic.

17 Prætereà non habet hæc regula locum, si collatum fuerit beneficium per priuationem: licèt is qui priuatus est, esset id tẽporis in infirmitate constitutus, & moriatur intra viginti dies. nam hæc verba non conueniunt: & sic nec dispositio: ca. indemnitatibus, §. Supradicta, de elect. in 6.

18 Et iste text. dicit, per resignationem cõferatur: quippe vacatio per resignationẽ differt ab ea quæ fit per priuationem. ca. susceptum, de rescript. in 6. ca. cũ in illis, §. primo, & seq. de præb. ibidem: si tamen ipse ante priuationem resignauerit sanus: & posteà ex sententia condemnationis moriatur, nõ habebit locum hæc regula, quia nec verba ad hoc tendunt: & si infirmus accusatus resignaret coram Papa, subreptitia esset resignatio, & prouisio: & sic vacaret verè per obitum: idem si vacet per contractum matrimonium, & posteà is intra viginti dies moriatur ex labore Herculeo vxoris nouæ, nec tunc obtinebit iste text. quia verba non conueniunt, vt dixi.

Resignare an quis possit lite pendente.

19 Sed an possit quis pendẽte lite super priuatione beneficij resignare? Respõ. posse, per gl. in verb. finita, in ca. secundo, vt lite penden. in 6. non tamen ex caussa permutationis, ne decipiat permutantem secum: vt docet Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de variis modis vacatio. vers. & per supradicta, & Boër. in decis. Burdegal. q. 219. tractatus. nu. 6. & quæst. seq. Dominic. cons. 105. ad supplicationem, quæst. 2. nisi fuerit adiecta clausula, In impetratione, & cum decreto, q. resignatio illius cedat in fauorem impetrantis: quod solet concedi post primam priuationis sententiam, anteà verò non.

20 Sed vix reciperetur hoc in Francia, quia sapit reseruationem: Et sic hoc casu confertur beneficiũ alteri, quàm permutanti, quando scilicet fuit impetratum per istius priuationem. Si tamen hic priuandus in infirmitate existens resignaret, & moreretur ante priuationem intra viginti dies, esset locus regulæ: & idẽ etiã in eo, qui intra mensem debet priuari parrochiali ecclesia per non promotionẽ: si anteà infirmus resignet, & moriatur, puto hũc text.

text. locum habere: quia & mens & verba ad hoc tendũt: secus si pridie quàm priuaretur, resignaret, & posteà à iure esset priuatus: cap. licet, & ca. commissa, de élection. in sexto.

[Etiam hoc anno 1552. in die 23. Decembris, in publica pronuncia. do. primus præses adiudicauit possessorium cuidã magistro Petro, qui obtinuerat collationem per mortem ab episcopo Trecensi, quamuis idem episcopus contulisset præposito Trecen. per resignationem causa permutationis factam, sed quia non vixerat 20. dies, vacauit per mortem, vt hîc constat.]

Collatio huiusmodi nulla sit.

GLOSSA DECIMATERTIA.

Collatio nulla an faciat vacare aliud beneficium.



ET sic collatio facta per resignationẽ est nulla, & quod nullum est, nullum producet effectum: vnde vidi dubitari, an hæc collatio facta ei, qui habet duo beneficia, faciat ea vacare, per text. in clem. si plures, de præb. Respon. non: quia postquàm est nulla, nullum sortietur effectum, vulgata regul. Non præstat impedimentum, &c. si tamẽ in vim ipsius collationis adipisceretur possessionem illius tertij pacificam, vacarent alia duo: vt ibi per c. eum qui, de præb. lib. 6. quãuis ipso iure collatio nulla sit, vt nec coloratũ præstet titulũ: ne melioris sit conditionis stultus, quã sapiẽs, ideoque in eius detrimentũ valebit, at in eius commodum minimè: veluti si per trienniũ hic possederit, nõ iuuabitur beneficio, de pacificis possessoribus: vt abundè scripsi in tract. de pacific. possess. in Concorda. & postquàm collatio est nulla, per istum text. non potest haberi rata: sed oportet ꝙ de nouo per mortẽ cõferatur: alioqui is qui possidet ex collatione prima nulla, non est tutus etiam in foro conscientiæ, quia sine titulo est.

Ipsúmque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

GLOSSA DECIMAQVARTA.

1 

ADdit etiã iste text. ꝙ non solùm collatio per resignationẽ facta nulla est: sed etiam beneficiũ sic collatum censebitur vacare per obitum, & ita poterit conferri tanquàm per mortẽ vacans, etiam ab eodem collatore, qui contulerat per resignationẽ, quia diuerso iure vacat. nec distinguit iste text. an ab vno & eodem, vel à pluribus. Ex quo patet, ꝙ actus factus per infirmum in præiudiciũ tertij non valet: vnde emancipatio facta à patre de filia, vt testetur, non valet in præiudicium illorum, ad quos hæreditas deuoluebatur. Anchar. consi. 430. fuisset, quia in fraudem censetur fieri. Plura adducit Bened. in repet. ca. Raynutius, in verb. in extraneis, num. 23. & sequen. de testa. & plenè Barb. in cap. in præsentia, nu. 38. de proba. sic fieri videtur in fraudem & præiudicium illius, ad quem beneficium, vel res debet venire post mortem: cui fraudi resistitur hîc.

Actus factus in præiudiciũ tertij nõ valet.

2 Etiam quia pressus infirmitate graui facilè resignat, quod secum deferre non potest. Et hoc videbatur ab eo donari non mera liberalitate, sed quia non poterat illud diutiùs tenere: vult vt alius post mortem habeat, vt sic caussa mortis donare videatur, & quodammodo testari de beneficio. l. 1. & seq. ff. de donation. caussa mortis: nam si hîc nõ resignasset, vacasset beneficium per mortem, ita etiam vacabit: quia resignatio pro non facta habetur, per hanc reg. docet Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in tertia parte. q. 46.

3 Tenetur etiam hîc resignans, si resignet in fauorem certæ personæ, quæ sit inhabilis: & ei beneficium cõferatur ad interesse illi ecclesiæ, & in conscientia: vt abundè docui in interpreta, c. postulasti, in gloss. de cleric. excommunicat. ministran. veluti dum tentat ecclesiæ præficere nepotulum fortè suum inhabilem, vel alium minùs idoneum: & superiùs scripsi pœnas collatorum indignis conferentium.

Resignans in fauorem indigni, tenetur ad interesse.

4 Secundò ex ista regula cõcludit Ludouic. Roma. cons. 342. quò ad primum, col. 1. ꝙ licèt nulla sit collatio, per istum text. tamen resignatio valebit, quia non annullatur hîc: & sic beneficium resignatum in curia, si non sit derogatum huic regulæ, nõ poterit ab altero conferri, scilicet ratione reseruationis, quæ tamen in hoc regno non habet locum: vt suprà dixi.

Beneficium sic resignatum vacat per obitum debebitur mandatariis, & nominatis.

5 Quod si resignatum esset coram ordinario, tũc nulla esset reseruatio: ideo poterit ordinarius posteà conferre per mortem: vt etiam concludit Gomes. q. 33. ideo concludendum est, ꝙ si beneficium in curia sit resignatum, aut extra eam debebitur nominatis, si moriatur in mẽsibus nominatorum, videlicet infrà præfatos 20. dies: si verò contingat id in mensibus graduatorum simplicium, itidem eis graduatis debebitur: vt scripsi in §. præfatíque graduati, de colla. in Cõcor. sicut etiam debebitur mandatariis, aut aliis expectantibus: quicquid in contrarium dicatur: sed in hoc regno ita seruamus, licèt verè vacet per resignationem, tamen censetur vacare per obitum: quæ ficta vacatio tantum operatur, sicut vera: vt inferiùs dicetur.

6 Tertiò notabimus hîc collationem generaliter accipi etiam pro institutione, & qualibet alia prouisione, per tex. in ca. vno, vt ecclesiast. benefic. sine diminutio. conferant. scripsi in §. statuimus. 2. in gl. conferantur, de colla. in Concor. & in §. 1. de manda. Apostoli. in verb. collationem. in Concord. vbi scripsi præsentationem largè dici collationem, post Barba. in c. abbatem. de rescrip. col. pen. sed hic expresit verbum collationis, quia solita est sæpiùs fieri, quàm præsentatio: & plura alia adducerem, & probarem, nisi Do. Probus hoc plenè deduxisset in addit. ad Ioan. Monach. in c. cùm in illis, de testa.

Collatio generaliter accipitur.

7 Et sic teneo contra Deciũ contrariũ consulentem in cons. 224. nam si quis aduersa valetudine detẽtus resignet adhibito patroni cõsensu & institutione facta moriatur intra viginti dies, ꝙ tũc vacet beneficium per mortem: verba regulæ sunt ad hoc expressa: nempe hic est infirmus, & resignat beneficium, ac moritur intra 20. dies: igitur locum habebit hæc regula: tunc quia procedit eadẽ ratio in resi

Infirmus resignans moriẽs ante viginti dies post præsentationẽ & institutionẽ facit vacare beneficiũ per obitum.

in resignante quæ in alio: ob id eadem dispositio locum habebit l.illud.ff.ad legem Aquiliam. quicquid dicat,& distinguat hîc Gomes.quæst.17.

8 Vbi dicit videri fraudem cessare, quando patronus consentit,sed non cessat resignans testari de suo beneficio: quamobrem licet vna ratio cesset, non tamen alia.argu.§.affinitatis.de nupt.in insti. adde quæ scripsi in tract.nominatio.q.17.& in glo. dispendiosæ.de nomina.Regia.in Concor.igitur patronus per mortem iterum præsentabit,& ordinarius instituet.sicut quando pluries vacat.

9 Quartò patet, ꝙ hic vacat per obitum fictione istius regulæ,nō verè:quia verbum censeatur positum in hac regula denotat fictionem per text. in c. 1.& c.is qui.de procur.in 6.& c.1.de arbit.vide quæ scripsi in regula de publican. resignatio.in verb. non per resignationem.inferiùs.

Ficta vacatio dicitur hic quæ cōprehēditur in prouisione.

10 Vnde si beneficium vacans per obitum tantū debeatur alicui,non debebitur sic vacans per hanc regulam:vt in regul. de impetrantibus per obitum de familia Cardinalium:etiam si clausula quouismodo esset inscripta, quæ veram vacationem,& non fictam videtur comprehendere arg.l.3.§.hæc autem verba.ff.de negoc.gestis,& l.1.ad legem Falcid.ita voluit Gome.q.35.& aliis quæstio.

11 Sed vt superiùs scripsi contrarium est verius: quia tantùm operatur fictio in casu ficto,quantum veritas in casu vero. l.filio.ff.de liberis & posthumis.Bart.in l.si is qui,pro emptore. ff.de vsucapionibus.Sed si verè vacaret per obitum,comprehenderetur in collatione per obitum:ergo & hoc casu, maximè etiam propter mentem Papæ præsumptā ex verbis generalibus in bulla,& signatura positis. Siue per obitum vel aliàs quouismodo vacet, non debet intelligi,siue verè siue ficte.

12 Nempe si Papa fuisset interrogatus, an vellet conferre,etiam si vacaret per hanc regulam, sanè contulisset, quia plenam gratiam vult impartiri: debemúsque respondere,ꝙ verisimile erat ipsum responsurū.l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& posthumis.& beneficium principis plenisimè venit interpretandum,maximè cōtra concedentem. l.beneficium.ff.de consti.princip.Et hoc intellige procedere cū vacabat per obitū tēpore resignationis.

Collatiū beneficiū per resignationem nō potest retineri, si vacet per mortē.

13 Sed dubitat Gomes.Quid si infirmus resignet beneficium in curia, quod alicui per resignationē confertur,aut aliàs quouismodo vacet posteà resignans moritur intra viginti dies: an hic resignatarius possit retinere beneficium hoc tanquàm per mortem vacans, cùm sic fuerit eidem collatum? Respondeo non, quia tempore resignationis non vacabat per obitum:ergo Papa non hoc casu videtur contulisse,nec præsumitur velle cōferre beneficiū vacaturū,sed tantū vacās.c.1.de conces.præb.

14 Et quò ad illa verba per obitum, dicas ex stylo posita nil hoc casu operari,quę tractauit Gomesius quæst.34. verùm hoc tam subobscurè, vt vix extricare se valeat.

15 Adhæc quando quis obtinet beneficium per resignationem,non patitur nec incurrit eorū pœnas,qui viuentis beneficium impetrant,quas superiùs enumeraui:& quia de his sæpiùs dubitari vidi, ob id abundè scripsi regulam cùm ampliationibus & limitationibus in materia subroga.in decla. reg. de subrog.collitigan.in secunda parte.

16 Notandum est prætereà, ꝙ licet per resignationem quis sit priuatus & possessione & proprietate,id est titu.cap.inter,iuncta glo.de præb.c.vno. de rerum permut.in 6.hoc intelligitur de possessione iuris,quam perdit resignans, teste Innocent. in cap.ꝙ in dubiis,de renunc. quippe si priusquàm desierit ipso facto incumbere possessioni,spoliaretur haud dubiè veniret restituendus,teste Innocen. in cap.super hoc. de renuncia. Rota decis.158.licèt reus.in no.& hoc dicitur in regula de publicandis resignationibus,quam inferiùs elucidabo post tractatum permutationum.

Resignans possessione priuatus quomodo intelligatur.

Etiam per obitum vacare cēsetur, licèt resignatarius beneficij resignati possessionem acceperit intra viginti dies,& publicauerit illam resignationem:vt docet per regul.de publicand.resig. de qua inferiùs scribam:quia hæc regula non habet rationem ad possessionem,sed tantùm an is viuat viginti dies post resignationem.

Et quamuis prouisio etiam Papæ sit nulla per hanc regulam,si tamen Papa in bulla conferendo illud beneficium dispensauerit cum resignatario, vt istud secundum beneficium posit retinere cum primo,& loco dimissi, vel dimissorum aliud, vel alia,&c.si resignans moriatur ante viginti dies, & sic secundum beneficium resignatum nunc vacat per obitum:tamen proderit eidem ista dispēsatio, vt alia duo in vim istius bullæ retinere possit, quia rescriptum si duo diuidua contineat, vno extincto aliud supererit.ca.si eo tempore.de rescriptis.in 6. vt superiùs scripsi in prima parte.

Nec obest, si dicatur extincto principali extinguitur & accessorium. l.cùm principalis. ff.de regulis iuris.respon.dispensationem non esse accessoriam prouisioni,sed æquè principalem,ideo non vitiatur sublata collatione per resignationem, vt superiùs scripsi in materia dispensat.in 2.parte.

De permutatione.

1 Mittitur quoque beneficium caussa permutationis resignatum, ꝙ licet de iure decretaliū posset alteri conferri,quàm permutanti. ca.inter, de præbend.tamen hodie collatio facta alteri, quàm compermutanti nullius est momenti. cap.vno. de rerum permuta.lib.6.& in clem. vna.eodem. Bertran.consi.323.quicquid,in 1.vol.ex prima editione.

Collatio alteri quàm permutāti facta nulla est.

2 Imprimis hoc loco dicēdum erit, quid sit permutatio,quæ sic breui describi potest. Permutatio est certæ rei ad alteram facta mutua præstatio.l.1. ff.de rerum permuta.Hostiens. in summa sic definit,permutatio est vnius rei pro altera vicaria præstatio,quæ in idem reincidunt.

Permutatio quid sit.

3 Vbi rei appellatione beneficium etiam cōprehenditur:vt constat per totum titu.de rer.permut. in Decreta.& in 6.& in clemen.siquidem,in tex.de beneficiis tractatur:sic scripsi in bonorum appellatione,in c.1.de præb.& in l.bonorum, 1.ff.de verbor.signific.& clariùs hæc descriptio patefiet inferiùs,in

Rei nomine & bonorū beneficium continetur.

riùs, in materia etiam continetur ius: vt scripsi in l. rei, in 1. ff. de verbo. signific.

Requisita in resignatione.

4 Verùm vt pleniùs hanc elucidemus, sequentia notanda sunt in permutatione requiri. Primò, ꝙ ab vtraque parte beneficium resignetur: aliàs si recusaret alter resignare, non esset permutatio. d. ca. vno. de rerum permutat. in 6. & in clemen. nisi, vt inferiùs dicam. Et sic cùm ego resigno beneficium meum, debes dare procuratorium ad resignandũ tuum. quod non poterit ex post facto reuocari, scilicet facta ex vna parte resignatione. l. 1. ff. eodem. licèt aliàs reuocari re integra possit: vt dicetur statim.

Collatio caussa permutationis fieri debet.

5 Secundò requiritur collatio beneficiorum ex causa permutationis vacantium: nec aliàs sufficeret conuentio partium, nec quidẽ approbatio episcopi, nisi de nouo conferret, clemen. vna. eod. titu. quia à partibus ius non datur. Hostiens. in cap. ex ore, de his quæ fiunt à maiore parte. Federic. in tractat. de permuta. benefic. q. 27. Bertrand. cons. 323. quicquid, in primo vol. ex prima editione.

6 Tertiò ꝙ nomina & cognomina amborum in permutationis literis exprimantur, aliàs incerta esset permutatio. c. inter. de præb. doct. in d. c. vno. de rerum permut. lib. 6. ideoq́ue non valeret. ca. 2. vbi doct. de elect. in 6.

Nomen exprimere quando in permutatione sufficiat.

7 Tamen interdum nomẽ solùm exprimitur sine cognomine, vt in Cardinalibus, quorum solent nomina tantùm exprimi cum titulis cardinalatus, vt Hieronymus tituli sancti Martini in montibus cardinalis egregij, vt in regul. cancella. 30.

8 Idem videmus in principibus, vt tantùm nomẽ soleat exprimi sine cognomine: vt Henricus rex Franciæ, Antonius Dux Vandomiæ: & Gallicè, *Loys monsieur, Iean monsieur*, & sic nomen *monsieur*, Dominus in fine ponitur ad differentiam aliorum: cùm in aliis anteponatur, vt dominus Petrus. scripsi in glo. Concord. in verb. magistro, §. 1. de colla. nam ex his est certitudo sufficiens: & sic non est opus alia expresione. l. 1. ff. de dote præleg. & notoria non indigent expresione. c. manifesta. 2. q. 1.

Collatio causa permutationis quando nõ tribuat ius.

9 Quartò requiritur, quod vterque ius habeat in beneficio: alioqui si quis nil iuris habens in beneficio, illud permutaret, non valeret permutatio. d. c. vno, ibi, sua beneficia, de rerum permut. cap. cùm venerabilis. de except. l. 1. ff. de rerum permut. vbi Pædius ait nullam contrahi permutationem, si res aliena detur: quia datum non videtur, quod retineri non potest. l. non quocunque modo. ff. de leg. 1. vt est in reg. 38. Collecta. in c. 1. de rerum permut.

10 Et solet poni hæc clausula in prouisione summi Pontificis. Attentè prouideas ꝙ neutri permutantium ius acquiratur, nisi quilibet ius habuerit in beneficio per ipsum resignato: ideo poterit resignans protestari se ad suum rediturum beneficiũ, nisi res ita se habeat. c. si beneficia, de præb. in 6.

11 Et si facta fuerit resignatio debet vterque de nouo habere collationem: secus si tantùm fuerit dimissio. d. c. si beneficia. vbi doct. & cap. cùm vniuersorum. de rerum permut. Panor. & alij in cap. cum venerabilis. de except.

12 De consuetudine non petitur noua collatio: quando quis redit ad suum beneficium: vt not. Ioã. And. in c. vno. eo. tit. in 6. & scripsi in tract. de pacifi. possess. in 22. extens. nu. 145. Et stylus Franciæ fuit allegatus, & secundum eum iudicatum anno 1525. die 2. Maij: ideoq; poterit agere etiam possessorio is, qui redit ad suum beneficium, etiam antequàm redierit: vt semper vidi seruari: quia non censetur diuertisse, qui statim rediit. l. 3. ff. de diuort. nec possessionem amisisse ciuilem. l. clàm possidere. §. fin. ff. de acquiren. possess.

Sine collatione noua quis ad suũ redit beneficium. Arestum.

Redire ad beneficium meũ possũ licet alteri collatũ si.

13 Vnde si permutauero beneficium sancti Victoris cum Titio, & demum velim redire, quia compermutatum non habeo pacificum: si Titius interim moriatur, & per mortem quis petat in eius locum subrogari: is subrogabitur saluo iure meo, adeò quòd si datum mihi beneficium non remaneat, sed à me euincatur, non obstante alterius morte, & collatione, ad meum redire potero beneficium: vt sæpiùs vidi in curia decidi.

Non habẽ beneficium an permutare possit.

14 Sed dubitari vidi, Cùm quis vult mihi resignare beneficium, quòd tamen alij vult ordinarius conferre pro suo arbitrio: an ego possim expedire caussa permutationis, licet beneficium non habeã, nominando beneficium eidem, quod non habeo? Respon. cùm non intersit, nisi partis arbitror permutationem valere: quia parti semper liberum est, aut ad suum redire beneficium, aut ad complementum permutationis agere. l. 1. ff. de rerum permut. l. naturalis. §. 1. de præscript. verb. ergo non poterit alius agere.

Cautela vt beneficium habeam.

15 Nec obest in Papa, quia ipse potest admittere etiam in fauorem, quod nõ potest ordinarius: ideo loco fauoris fiet hæc ficta permutatio, ne ordinarij committant fraudes, & quamuis subtili, tamen iustissimo medio: nam si dedi tibi rem caussa permutationis, & posteà nolim ego tuam, sed sim contentus eam tibi dare, non irritatur: ideo permutatio d. l. 1. de rerum permut. vbi docto. sic nec infringetur beneficij permutatio, si pars nõ conqueratur: quia si partes sint concordes, quid ad iudicem? l. 1. §. inde. ff. de noui oper. nuncia.

16 Sed ad propositum redeundo, an noua collatio desideretur in eo, qui vult redire ad suum beneficium caussa permutationis resignatum? tutius esse arbitror ad vitandam intrusionem, quæ maximè timenda est, vt saltem autoritatem quis. superioris exigat, quæ loco collationis erit, nisi de consuetudine vt dixi.

Redire non potest ad suum beneficium qui deliquit.

17 Non poterit tamen is redire, qui in permutatione facienda non requisiuit patronum, aut aliter deliquit, quia non est vsus concesione iuris. text. & ibi glo. in clem. vna. eo. Collecta. in cap. cùm olim. eo. nisi de consuetudine nõ requiratur patroni consensus: vt inferiùs dicam. Nec tenetur quis probare ius habuisse permutantem in beneficio, sed illum habitum & reputatum fuisse curatum illius loci, & fuisse in possessione illius pacifica: nam impugnanti & dicenti illum non habere ius, incumbit onus probãdi. Panor. & alij in c. illud. de præsumpt. de Rota decis. 109. agenti, in nouis, & in decis. capel. Tolos. q. 467. scilicet quando possedit longo tempore, & pacificè propter tolerantiã superioris.

Probare an debeã permutantem mecum ius habuisse.

18 Secus

Permutās possessionē apprebēdere debet.

18 Secus si de recēti: vt docet Paul. Paris. cons. 37. attendatur, col. 1. in 4. vol. Boer. in decis. Burdeg. q. 205. tracta. nu. 5. & qui nunc, adeptus est beneficium permutatum, requiritur ꝙ apprehendat possessionem, l. 1. ff. de acqui. possess. quæ est facti, l. denique. ff. ex quibus caussis maior. ideo ad alium non trāsit, si non sit apprehensa per eum, qui illam optat. l. cùm hæredes. ff. de acquir. possess. scripsi in tract. de mater. possess. in 3. tomo. ordi. reg.

19 Quintò requiritur etiam caussa in permutatione, quam episcopus disquirere debet. ca. quæsitum, vbi doct. de rerum permut.

Episcopus beneficij siti conferre debet beneficiū nō inferior, & quid de exemptis.

20 Sextò ꝙ per episcopū, in cuius diœcesi situm est beneficium, conferatur, ca. omnes basilicæ. 16. q. 7. in his enim permutationibus autoritas episcopi, vel superioris requiritur, nō inferioris, qui permutationem approbare non potest, & in vim illius cōferre. d. ca. quæsitum, de rerum permut. nisi inferior hoc præscripserit. gl. & doct. in cle. 1. de reb. eccles. non alienand. doct. in ca. cùm olim. & ca. auditis. de rescript. si verò ecclesiæ permutādæ sint exemptæ, ad Papam pertinet, non ad episcopum approbatio. glo. & doct. in clem. vna. de supplen. neglig. prælat. & in clem. vna. de rerum permut.

21 Septimò requiritur illorum cōsensus, ad quos præsentatio spectat, vel electio, aliàs non valebit permutatio, gloss. in cle. vna. eodem. & Feli. in cap. cum Bertoldus. col. 5. de re iudicat. & Curtius in tractat. iurispatronatus. in verbo, honorificum, q. 3. & Petrus de Vbal. in tract. de permut. benefic. q. 4. princip. numero 42.

Permutatio sine consensu patroni an fieri possit.

22 Qui si noluit consentire, cogi poterit, dum vtilis sit ecclesiæ permutatio: vt docet Feder. in d. tract. q. 24. vel superior approbare eam poterit Panor. in ca. nullus. de iurepatro. dicam inferiùs vers. 16. Panorm. in disputat. incipien. Augerio. & hodie vsus communis obtinuit, quòd post requisitionem patroni maximè etiam eo non consentiente permutatio approbatur ab episcopo, & valet: & sic iudicauit totus Senatus Parisiensis, vt retulit Do. Quadrigarius.

Spirituale cū spirituali, & ius in re cum iure in re nō ad rem.

23 Octauò requiritur, ꝙ spiritualia cum spiritualibus permutentur, non cum profanis, & ius in re, cum iure in re. nec enim valeret permutatio de iure in re ad ius in rem: vnde non licet permutare mandatum, vel nominationes cum beneficio. per c. fi. de rerum permut. Federic. in tract. de permut. benefic. q. 13. & abundè Matth. de Afflictis in decis. Neapol. q. 17. quia istæ literæ non extenduntur ad alias personas. c. p. & gl. de offic. deleg. Regia curia.

24 Nec potest fieri permutatio cum iure spirituali alterius generis: vnde non possum permutare decimas vel iuspatronatus cum beneficio. doct. in ca. fi. de rerum permutat.

Litē prosequi debet is qui mecum permutauit.

25 Nonò si beneficium pacificum esse promisisti, moueaturque mihi posteà lis super eo: tu debes eam prosequi, & à me propellere molestiam omnem: alioqui si euincatur, reuertar ad meum beneficium. ca. si beneficia. de præb. in 6. vel debes erga me condemnari ad beneficium similis valoris, & secundum qualitatem primi mei quod resignaui. al. a scripsi in §. volumus. in verb. permutationis, de colla. in Concord. & vide Petrum de Vbald. in tractat. de permut.

Is cui dimisi beneficiū, si ad illud reuertar, non potest obiicere, ꝙ ius nō habebam.

26 Decimò, redire possum ad beneficium, quod tibi dimisi, si ius habebam ad illud. d. ca. si beneficia, ibi sua beneficia, de præb. in 6. diuersum est si nullum ius habuissem: & hoc si fortè notorium esset, fortè per sententiam, aut alias: vt glo. decidit in regul. 38. in reg. Cancel. allegans Ioan. And. ita tenere in c. vno. de rerum permut. in 6. & Feder. in tract. de permut. benefic. q. 8.

27 Tamen opinio secundum glos. contraria est valde æqua: nam is cuius caussa dimisi, non potest referre quæstionem dominij, per l. si condictionis. C. loca. quamobrem is non poterit impedire, quominus reuertar ad possessionem mei beneficij, quam ei tradidi: vide in reg. cācel. 38. & per Aegid. in tract. permut. in part. 11. q. 3.

Vnus permutās si facta resignatione moriatur, alter vtrunque habebit beneficium.

28 Vndecimò si caussa permutationis Titius resignauerit beneficium, vt mihi caussa permutationis conferretur, quod mihi fuit collatum: & antequàm ego resignem meum, ipse præmoriatur, vtrūque habebo: & (vt dicunt) bona fortuna gaudere potero: quia non est, qui de hoc conqueri possit. doct. in l. vna. ff. de rerum permuta. & iustè ego obtinui, & mihi collatum fuit, & sic canonicè obtineo. c. 1. de regu. iuris. & per me non stat, quin adimpleam permutationem, & sic nil est imputandū mihi. l. in iure. ff. de reg. iuris. facit text. non ad hoc expensus in l. si quis Titio. ff. de leg. 2. & nemo potest me cogere ad implendum permutationem: ꝙ secus esset in profanis. doct. in l. 1. ff. eod. [Aliàs super hoc consului, vbi abundè hoc tradidi.]

29 Si tamen resignatio fuerit facta, & ab altera parte recusata, tunc quia is semper remanet in possessione, in qua moritur: ideo per mortem vacare censetur, per reg. cancel. neque enim intelligitur amissum, quod alteri ablatum nō est. l. nec vtilem. ff. ex quibus caussis maior. licet Alexan. Antila suo tracta. permuta. dicat per renunciationem vacare, sed si nō sit admissa à superiore, habetur ac si facta non esset. ca. quod in dubiis. & c. super hoc. de renunc. ergo quilibet suum habebit beneficium.

30 Duodecimò Papa solet, si petatur, derogare regulæ cancellariæ 18. dicenti, quòd si resignans non vixerit per viginti dies, beneficium vacet per mortem, & non per resignationem de qua superiùs scripsi.

31 Decimotertiò si conferatur beneficium, quod est sub iure patronatus laicorum, requiritur patroni consensus, vel Pontificis derogatio: quæ tamen non recipitur in hac patria Galliæ cōsuetudinaria: vel quod deuolutio facta sit ad Papam: vt in regul. Cancel. Inno. 40. habetur: scripsi suprà in signatura. in gloss. necnon iuri patronatus. Collecta. in c. cùm olim, de rerum permut.

32 Decimoquartò si velim rescindere permutationem inualidam, & ad meum redire beneficiū, non possum hoc consequi per literas Regias, sicut in re profana. Et ita reiectus fuit per Arestum Ioā. Rosseau ab impetratione suarum literarum prosequente Pidoux, anno 1522. die septima Septēbris.

Arestū quādo literæ regiæ impetrari possunt.

33 Sed coram ordinario agendum est, videlicet

ecclesiastico iudice: vel potest agi possessorio corā iudice Regio: vt superiùs in hac parte dictum fuit.

Noua prouisio causa permutationis quæ cōtinere debeat.

34 Decimoquintò in noua prouisione ex caussa permutationis debet fieri mētio de beneficiis, quæ permutantes habent, & de qualitatibus ipsorum, aliàs non valebit permutatio coram Papa facta. Domi. de Rota decis. 593. dic ꝙ si aliquis, in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 5.] facit c. cùm in illis, de præb. in 6. docto. in ca. ad aures. de rescript. Federic. tamen in tract. de permuta. benefic. q. 18. credit permutationem valere non facta mentione aliorum beneficiorum, quàm eorum quæ permutantes habent.

35 Verùm meliùs & tutiùs est de omnibus fieri mētionem, nisi sit clausula, pro expresis haben. de cura quoque, seu aliis qualitatibus exprimatur: & sic tenuit maior pars auditorum Auenionen. vt refert Aegid. Bellamera, cons. 32. pro introductione, col. penul. vers. quid dicendum.

Permutatio etiā ex interuallo fieri potest.

36 Decimosextò permutatio potest fieri & vno instāti, & ex interuallo, coram ordinario, & coram Papa, teste Federic. in d. tract. de permut. benefic. q. 11. ideo potest hodie admitti resignatio à Paris. episcopo, de beneficio in hac diœcesi sito: & post aliquot dies aut menses recipietur resignatio beneficij siti Burdegalæ.

37 Vnde si quis resignauerit suum beneficiū caussa permutationis, quod fuit collatum Seio: verùm quia beneficium Seij erat alterius diœcesis longè distantis, dictus Seius possedit vtrunque beneficiū per duos vel tres menses pacificè: quare tertius primum impetrauit in curia Romana tanquā vacans per adeptionem secundi incompatibilis, quod à Titio obtinuerat, per cap. de multa, de præben. demum pro complemento permutationis Seius resignat illud primum beneficium, quod confertur Titio compermutanti: dicerem valere talem nouissimam collationem: prout docet idem Federic. d. q. 11. & Collecta. in c. fin. eodem.

Impetrari non potest beneficium quod permutans alteri cedere debet permutanti.

38 Quippe fieri potest collatio ex permutatione, vel vno, aut diuersis temporibus: & ita no. docto. in ca. vno. de rerum permu. in 6. ideo per adeptionem beneficij permutati nō vacabat illud primū, quod tenebatur permutans alteri dare: ideoque impetrari à tertio non potuit: quandoquidem non contendebat illud retinere compermutans, vt dicitur in extrauag. Execrabilis.

Per adeptionē secundi quādo non vacat primū.

39 Et sic limitatur hoc casu illa regula, Quod per pacificam adeptionem secundi incompatibilis vacet primum. no. Aegid. in tract. permuta. in 1. parte. q. 5. & in q. 3. partis quintæ: ideo cùm nō sit tempus à iure præfixum ad recipiendas permutationes, poterit Episcopus etiam post sex menses conferre: quòd si recuset, poterit cogi à superiore. ca. nullus. de iure patro. vel superior conferre poterit: vt Federic. scribit in eo. tract. q. 29. & Collecta. in d. c. fin. in princip. doct. in clem. vna, eo.

Vnū beneficiū cū pluribus permutari potest.

40 Decimoseptimò permutare licet vnum beneficium cum pluribus & plura cum vno, necnon curata cum simplicibus, seu cum curatis: vt notant Io. Andr. & alij per illum text. in ca. cùm venerabilis. de exceptio. quia non reperitur hoc prohibitum, ergo permissum. l. cùm prætor. ff. de iudi. Federi. in tract. de permut. benefic. q. 2.

41 Si tamen is qui recipit curatum, nō sit dispensatus ad aliud curatum, perdet primum per adeptionem secundi: nisi diceretur in prouisione Papæ, ꝙ istud vltimum posit retinere cū illo, quod habet: & sic fuerit quo ad hoc secum dispensatum: vt docet Aegid. in tract. de permuta. q. 11. partis 3. & Collecta. in d. c. quæsitum. col. 3. de rerum permut.

Inæqualitas facit p̄sumere cōtra permutationem.

42 Decimooctauò præsumitur fraudulenta permutatio ratione inæqualitatis non solius, sed cum aliis coiecturis. ca. ad quæstiones. vbi doct. de rerū permut. Panor. & alij in cap. 1. de cleric. non resid. Collecta. in c. cùm olim, de rerum permuta.

43 Item quando beneficium erat de proximo vacaturum. c. commissa. de elect. in 6. ca. 2. de renunc. ibidem. cap. beneficium. de regular. ibidem. cap. ex transmissa, de renuncia.

Cōtra permutationē præsumitur si detur fictus canonicatus & nullius momenti.

44 Adde fraudis præsumptionem induci, si fiat permutatio cùm beneficio, vel capellania ficta, vel canonicatu, qui nullius erat momenti: quia iactare suum quis in dubio non præsumitur. l. cùm de indebito. ff. de proba. Paul. Paris. cons. 130. ad demonstrandum. col. 1. & 2. in 4. volum.

Consanguinitatis ratione præsumitur contra permutationem.

45 Consanguinitas etiam auget fraudis præsumptionem contra permutationem. Paris. in d. cons. 130. post Barto. in l. post contractum. ff. de donatio. & in l. si forte. de Castren. pecul. l. si donatione. C. de colla. l. data. C. de donatio. Panorm. in d. cap. 1. de cleric. non residen.

46 Idem cùm is, qui renunciat, semper remanet in possessione beneficij resignati. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. soluitur. Barto. in d. l. post contractum. in 6. coniectura. ff. de dona. dicam in reg. de publicand. resigna.

Concordiā partium solus Papa approbare potest.

47 Concordia quoque seu conuentio inter partes notat simoniam, text. in ca. cùm pridem. de pactis. Panor. in c. cùm vniuersorum. 7. not. de rerum permut. Paris. d. cons. 130. col. 2. & non spectat ad Episcopum probare concordiam partium, sed ad Papam tantùm, vel eius legatum hanc habentem potestatem. ca. fi. & ca. cum pridem. de pactis.

Coniectura simulatæ permutationis.

48 Alias coniecturas simulatæ permutationis poteris elicere ex d. cons. Paris. & ex his quæ abundè scripsi in glo. vlt. in §. volumus. de colla. in cōcord. vbi posui 13. coiecturas: & quomodo excusari possint hæ coniecturæ meliùs quàm alibi: ad hæc quādo in collationibus beneficiorum præsumatur dolus & fraus, tradit Ioan. de Selua. in tract. de benefi. in 3. parte. q. 18.

Permutatio etiam in dissimilibus beneficiis cōsistit.

49 Decimonono permutatio non impeditur siue consistat in beneficiis conformibus, siue difformibus: vt vocant doct. veluti si permutetur præbenda cum beneficio curato, necnon beneficia manualia licebit permutare, quia possunt esse beneficia perpetua. l. sufficit. ff. de condit. indebi. glo. in ca. si gratiosæ. de rescrip. Federi. in tract. de permut. benefi. q. 6. & seq.

50 Tamen hæc permutatio non immutabit qualitatem horum beneficiorum, quominùs stent super manualia, vt reuocari posint etiam si permutatio à Papa fuisset approbata: quia non intendit Papa

Papa consuetudines & statuta religionum, aut cœnobiorum tollere, quia ea verisimiliter ignorat, cùm facti sunt. ca. de consti. lib. 6.

51 Nisi hoc ex certa scientia faceret & expressè diceret, q; non reuocentur: vt docet Ægid. in tract. de permuta. q. 7. partis 3. de quibus manuariis plenè scripsi in tract. de pacific. possess. limit. 6. nu. 272. & seq. & poterit maximè in hoc regno beneficium commendatum permutari cum alio non cōmendato, vel commendato: quia commenda est titulus cap. dudum. 2. de elect. Panorm. in c. cùm olim, eodem post Federic. eo. tit. & tract.

Conuentio partiū quādo simoniā inducat.

52 Vigesimò quando fuerit cōuentum inter partes de permutatione faciēda, dicūt doct. esse simoniam: omnis enim pactio inducit simoniam. d. c. cū pridem. & c. fi. de pactis. vnde partes non debēt ita pacisci, intelligite, q; inter partes non debet fieri conclusio permutationis, nisi si & quatenus approbabitur à superiore ca. quæsitum. & c. cùm vniuersorum, de rerum permut. Deci. cons. 141. ad plura: alioqui si partes non possent conuenire, nunquàm fieret permutatio.

53 Vnde quamuis partes fecerint instrumentum obligatorium de permutando sua beneficia cum beneplacito sedis Apostolicæ, vel legati habentis ad hoc potestatem, nequaquam simoniam cōmittunt, reseruando tamen voluntatem superioris, nec prohibent iura partibus promittere se curaturas, vel permutatio fiat ab his, à quibus recipitur, per l. in illa. ff. de verb. obligat. c. ex literis, de sponsal. secus si nulla superioris habita ratione hæc machinarētur inter partes: c. cū olim, vbi Collecta. de rer. permuta. Boër. in decis. Burdegal. q. 205. tractatus.

54 Vltimò si resignatio facta in curia non fuerit publicata intra sex menses, vel extra mensem, aut possessio petita: & resignans moriatur in possessione, tunc beneficium censetur per mortem vacare, non per resignationem. tex. in reg. cancel. 34. Innoc. 8. quam vt frequentissimam in hoc regno subiiciendam hoc loco dixi, nostrisque aliquot scholiis interpretandam.

Regula de publicandis resignationibus.

ITEM idem dominus noster statuit, & ordinauit, q; quæcūque beneficia ecclesiastica, siue in Romana curia, siue extra eam resignata (nisi de illis factæ resignationes, si in eadem curia intra sex menses, à data supplicationis, & non à die præstiti consensus computandos. Si verò extra dictam curiam factæ sint, intra mensem extunc vbi dicta beneficia consistunt publicatæ fuerint: vel possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita extiterit) (Si resignantes ita postmodum in eorūdem resignatorum beneficiorum possessione decesserint, non per resignationē, sed per obitū huiusmodi vacare censeantur) collationes quoq;, & quæuis aliæ dispositiones de illis tanquàm per resignationem vacantibus factæ, & inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

GLOSSA PRIMA.



HÆc regula fuit recepta, & in curia Parlamenti registrata anno 1493. die 27. Augusti, vnde est lex regni effecta, ideoque per mortem Papæ non tollitur: vt gl. dicit in simili de lege canonizata, in ca. imprimis, in verb. cap. 2. q. 1. scripsi in tract. nomina. q. 5. nu. 15. & habet locum in beneficiis ecclesiasticis, de quibus in regu. prima, de reg. iuris, in 6. & in tit. vt ecclesiastic. benef. & c. non verò in beneficiis temporalibus, videlicet in feudis, licet à Papa dentur: de quibus in rubric. de his qui feudum dare possunt, in vsib. feudor. & in Decreta. de feudis, quam differentiam tradit tex. in c. fœlicis, de pœnis, in 6.

Hæc regula regestrata, & lex regni facta per mortē Papæ nō est reuocata.

Ratio huius regulæ, cur morte possessoris censeatur vacare beneficium, est: quia possessor censetur dominus. l. siue posside tis, vbi glo. C. de proba. Federi. cons. 13. col. 2. per l. fi. C. de rei vendica. facit l. 2. C. de proba. Feli. in c. cùm venerabilis, col. 3. post Panor. de excep. clem. 1. & ibi Imol. vt lite penden. Ideo ex locatione præsumitur collatio, & prouisio: vt is, qui locauit, prouisus censeatur. c. vestra, de loca. aliàs enim esset intrusus & sine titulo: quod non est præsumendum, quia delictum præsumere non debemus, l. merito. ff. pro socio. c. estote, de reg. iur.

Ratio quare morte possessoris vacare beneficiū intelligatur. Locans fructus beneficij prouisus præsumitur.

Etiam quia inter est populi agnoscere pastorem suum, vt ab eo sacramenta recipiant, non à mercenario, & qui non est pastor. & est in Euangelio, & in cap. omnis, de pœnit. & remissio. vt ne resignantes sine titulo fructus ad se non spectantes percipiant, ac ne contrahentes cum his decipiātur: cùm veri pastores non sint, & vt fraudes vitentur volentium occultare has resignationes: & vt beneficia non fiant hæreditaria. & c. 1. de præbend.

Persimile est, q; vulgo dicimus donare & retinere simul esse prohibitū, l. si quis argentum, §. penul. C. de donat. vt si donans remanserit semper in possessione, donatarius nihil habebit: l. sicut, §. superuacuū, ff. quibus modis pignus vel hypothec. soluitur: nam donator qui possidet, præsumitur simulatè actū celebrare, vt docet Bal. in l. 1. C. de donatione ante nupti. Boër. in consuetudine Bitur. in §. primo, de donatione, Ias. in cons. 36. factū, in 1. volu. vbi consuluit dationem in solutum simulatam, si is reperiatur possidere qui dedit in solutum: sic & resignatio præsumitur simulata, quando resignans in possessione decedit.

Donans & retinens nil agit.

Item quia hic text. generaliter loquitur, quòd quæcūque beneficia ecclesiastica, &c. Ergo cōprehendit dignitates, officia ecclesiastica, tam regularia quā secularia, & alia quæcūque beneficia quæ in titulū vel cōmendam perpetuū cōferuntur. glo. in c. 1. de reg. iuris, in 6. & superiùs scripsi in principio huius lib. & in regula proxima nō tamen dignitates episcopales, cū sint dignitatū culmina, cap. pen. de præb. nec archiepiscopatus, nec abbatia, gloss. in

Episcopatus & dignitates cōsistoriales nō cōtinentur in hac regula.

ca.2.de præb.in 6.vbi multa addidi.Et in regul.de infirmis resignant. Gomes.q.14.dixit generaliter in consistorialibus hanc regulã nõ habere locũ : nam per cedulã, nõ per supplicationẽ huiusmodi beneficia Papa in cõsistorio proponit, & de illis prouidet: vt in § 1.de nominatio.regiar.in Concord.sed nõ est Papæ proponere hæc, sed protectoris Frãciæ corã eo, aut solicitatoris, seu alterius cardinalis : vt scripsi in d.§.1.de nominatio.regiar.in Concorda.

Siue in Romana curia, siue extra.

GLOSSA SECVNDA.

Resignatũ in curia ibi dicitur vacare, nõ vbi procuratorium factũ fuit.


Per hæc verba patet hãc regulam habere locũ tam in beneficiis resignatis in curia Roma. quã extra vt infra dicetur. Et dicitur curia Romana vbi est Papa. glo. & doct. in ca.2.de præb.in 6. Doct. in cle. auditor, de rescrip.& beneficiũ dicitur in curia vacare, quãdo ibi fuit resignatũ, nõ vbi procuratoriũ ad resignandum est conceptũ, gl.& doct.in cle.1.vt lite pẽden.

Declaratio ad istã regulam.

Et cùm ista regula sit paulò difficilis ob intricationem text. ideo sic legi debet, & intelligi. Quòd quæcũq; beneficia siue in curia, siue extra resignata, si resignantes in possessione decesserint, nõ per resignationẽ sed per obitum vacare cẽseantur : nisi dictæ resignationes factæ in curia publicatæ fuerint intra sex menses : si extra, intra mensem, vel possessio petita fuerit.

Collationes quoque de illis tanquàm per resignationẽ vacantibus factæ nullius sint roboris, vel momẽti: si resignantes illa, postmodũ in possessione mortui fuerint. Ergo sequẽtia requiruntur hic.

Requisita in hac regula.

Primò ꝙ beneficiũ in curia sit resignatum, vel extrà ibi, siue in Roma. curia, siue extra eam resignata, &c. quippe sola promissio de resignãdo non sufficeret, ponderãdo ibi resignata, vt suprà dixi in regu.de infirmis resig.in glo.3. Secũdò ꝙ resignans in possessione moriatur: vt inferiùs dicetur, & declarabitur quando mori dicatur in possessione.

Tertiò ꝙ moriatur post sex mẽses, vel mẽsem, vt inferiùs dicã. Itaque si ante sex mẽses, nõ habebit locum reg. vnde si resignatarius moriatur ante sex mẽses, nõ tenebitur is, cui prouisum est per illius obitũ, publicare, tũ ꝙ nõ est resignatarius, nec subrogatur in ius eius, sed ei de nouo cõfertur, ideo ad hoc nõ tenetur: quia ista reg. de hoc nõ loquitur nisi de resignãte, & eo in cuius vtilitatẽ fit resignatio: etiã nõ inuenitur iure cautum, ꝙ collatio facta per obitũ debeat intra istud tempus publicari : nec est aliqua lex tale quid dicens. §.sinautẽ, in authen. de non eligen. secũd. nubent. colla.1. tutius tamẽ est ad vitãdas opiniones publicare. Quartò ꝙ publicata nõ sit resignatio intra sex menses, si in curia facta sit: si extra curiã, intra mẽsem : quando fuerit igitur publicata intra tẽpus hìc præstitutũ, non vacabit per obitũ, sed per resignationem : ideoq; per resignationem collatio valeret à contrario ducto argumento: vt inferiùs dicetur per istum textum.

Quartò ꝙ possessio adepta seu petita nõ fuerit ab his, quos id cõtingit, aliàs dicitur collationẽ per resignationẽ valere, sumendo argumentũ à contrario: quod est in iure validũ. l.1.ff.de offic.eius. ca.cũ Apostolica, de his quæ fiunt à prælato. Et si vnũ ex eis defuerit, non habebit locũ regula, vt infrà dicã: & sic valebit prima ꝓuisio facta per resignationẽ.

Resignata.

GLOSSA TERTIA.

Resignationẽ requirit hæc regula, non alium vacãdi modum.

1 Requirit insuper hæc regula, ꝙ beneficiũ vacet per resignationẽ, per hoc verbũ, & verbũ resignationes, & resignantes infrà eod. Et sic non haberet locũ, quãdo beneficiũ vacaret per nõ promotionẽ, aut per priuationẽ: nempè cũ text. exprimat vnum vacãdi modũ, alius nõ cõprehenditur. ca. susceptũ, de rescrip. in 6. c. cũ in illis, §.2. de præb. ibidem. Et adde verbum non per resignationẽ, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur: nec enim verba tex. conuenirent, quæ loquuntur de resignatione, non de priuatione, vel alio vacandi modo.

Resignatio tã simpliciter quam permutationis caussa hic continetur.

2 Intellige siue resignata fuerint simpliciter, aut ex caussa permutationis: cũ iste text. indefinitè loquatur, & vtraque potest dici resignatio. Sic cõsuluit Roma. cõs. 465. in re præsenti, quãuis in eo dubitet Gomes. hìc q.3. vide quę dixi in regu. de infirmis resignãtibus, & superius. Etiam si permutatio fuerit facta caussa vtilitatis, vel necessitatis ecclesiæ, sicut fieri debet. c. quæsitũ, de rer. permuta. tum quia verba huius regulæ cõueniunt, & rationes, & quãuis nõ omnes, sufficit tamẽ vna, arg §. affinitatis, de nup. in instit. alioqui nunquã haberẽt locũ in permutatione, quæ semper ex his causis est facienda: vt suprà in materia permuta. scripsi, & publicatio, quę hìc exigitur, est de forma, qua omissa actus est nullus. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de trãsac. ca. cũ dilecta, de rescrip. nec æquipollẽs sufficit, quando aliquid est de forma. l. diligẽter. ff. mãda. vnde cognitio Episcopi de caussa necessaria inquirentis in permutatione, non sufficit ad publicationem, quia aliò tendit: & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. de reb. credi.

3 Imò etiam habet locum, si quis cesserit cõmendæ, quandoquidem resignare dicitur, & beneficiũ resignatum, cùm videlicet cõmenda pro titulo habeatur. ideoque latiùs insistendum non arbitror: licet Gomes. quæstione quarta, teneat contrà, cui superiùs responsum fuit.

Resignans recipiẽs fructus sibi reseruatos nõ cẽsetur mori in possessione quoad hãc regulã.

4 Non tamen obseruaretur hæc regula, si Papa resignanti fructus omnes reseruasset, quãdiu viueret, vt eos per se reciperet, aut capere posset : tunc enim licet ille fructus iuxta Papæ voluntatem receperit, & sic in possessione mortuus fuerit, nõ tamen vacabit per obitum beneficium, sed per resignationem, ac si regulæ derogatum esset : siue beneficium exigat residentiam, siue non (licet de iure beneficium omne requirat residentiam.)

5 Nam Papa sic conferendo, videtur huic regulæ derogare, quæ foret aliàs cõtraria collationi factæ per ipsum, & sic frustranda. Et ista consuluit Petrus Paulus Paris. cons. 39. an regula, in 4. volu. per consequens enim perceptione fructus permissa, permissum quoque cẽsetur resignanti, in possessione manere: vt sic Põtifex intelligatur huic regulę derogare voluisse. arg. l.2. ff. de iurisd. omniũ iud.

6 Quamuis

6 Quamuis Gomes.q.2.hîc teneat contrariū, vbi Papa sibi retinuisset denominationē: nam ad quid nominatio, si possessio nō esset? nempe dicitur hîc si resignans moriatur in possessione, non autem dicit, in denominatione: ideo sufficit ꝙ resignans in possessione remaneat autoritate Papæ.

7 Nec decipiuntur parrochiani, aut expectantes, cùm hoc fiat iure, & à Papa, cuius autoritate nemo decipitur. l.1.C.de his qui veniam æta.impetrauer. licet Gomes. contra statuat tres casus, videlicet quando resignans sibi retinuit fructus: vt eo casu locum habeat regula, quod improbaui.

8 Secundus casus quando fructus, & denominationem retinuit resignans, & tunc non habeat locum regula, & hîc est sine dubio.

9 Tertius quando beneficium non requirit residentiam, nec habet denominationem, & habet locum regula. Sed isti casus mea sententia videntur superuacanei: nam si Papa reseruauerit alicui fructus, & ꝙ illos possit per se recipere, & sic in possessione remanere: tunc non habebit locum regula, quicquid iactet Gomes.

Regula ista an habeat locū in resignāte ius.

10 An verò locum habeat iste text. si quis resignauerit ius, ꝙ in beneficio habet: & Gomes. dicit non habere: quia loquitur hęc regula de beneficio possesso per resignantem, quæ in resignatione iuris non potest verificari, vt ipse firmat: tum quia tex. iste dicit de beneficiis, non de iure.

11 Contrarium existimarem, quia eadē ratio militat in resignante ius, quæ in resignante beneficiū: nam renunciando iuri, renunciat & beneficio. ca.2. & c.super hoc, de renuncia.& potest quis super beneficio litigare, simulque esse in possessione beneficij: qui si resignet ius suum, & semper remaneat in possessione, necdum petita à resignatario; certè quin locum habeat ista regula diffiteri non potest, quicquid dicat Gomes.q.20. nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur, l.qui actionem.ff.de regulis iuris, etiam post ius habitum acquirere possessionem poterit: & ita respondeo adductis ab eo, non tamen per hæc fiet præiudicium litiganti, si ius potentius habebat. [Et vt plenius materia habeatur, faciam casus sequentes.

Primus est, si permutatio hinc inde facta fuerit, & vterque in sui beneficij possessione permanserit: si alteruter moriatur beneficium illius, quāuis permutationis causa collatum fuisset, tamen vacabit per mortem illius, & alter compermutans habebit suum: quia postquam permutatio non potest impleri ex altera parte, alter ius suum retinebit ex natura permutationis. l.1.ff.de rer.permut.

Secundus casus, si causa permutationis ex vna parte fuerit beneficiū resignatū, alterique collatū, & is moriatur post sex mēses in possessione vtriusque beneficij, vtrunque vacabit per obitum illius: suum, quia in possessione illius moritur: alterum, quia ius in illo habet per permutationē: & ideo imputandum erit cōpermutanti, si illud beneficiū nō petierit intra sex menses. Nam damnū quod quis sua culpa sentit, sibi adscribere debet. l.quod quis. ff.de reg.iuris.& in 6.reg. damnū: nec ad istū redibit, quod sua culpa huius reg.autoritate amisit. l. Lucius.ff.de euict. Roma.cōs.503.diligenter.in fin. Limitatur, quādo hic permutās non fuisset negligens, sed impeditus, tūc ad suū posset redire beneficium. d.c.si beneficia. Nam rem quæ culpa caret, in damnū vocari nō cōuenit. c.2.de constit. Idem si fortè procurator vnius fuerit negligens, non verò dominus. Nam pœna suos tenere auctores debet. l.sancimus.C.de pœnis. l.vnam.§.si procurator.vbi scripsi.ff.si quis ius dicenti non obtemp.

Tertius casus, si resignatione hincinde facta, & ante publicationē alter moriatur, illius beneficiū per mortē vacabit, alterque ad suū poterit redire beneficium, per d.c.si beneficia. Quia postquā beneficiū ex vna parte resignatur & resoluitur, ergo & ex altera parte resolui debet. l.1.ff.de rer.permu. Doct.in c.cū vniuersorū.illo tit. Vnde si hic vtrūq; possideat, opus erit noua collatione alteri faciēda per obitū, aliàs est nulla, & colorat⁹ nō erit titulus.

Quartus si quis permutationis gratia suū beneficiū resignauerit, & post resignationē admissam, & possessionem captā, & publicatā per alterum, idque tamen alter ei resignet & moriatur, neutrū beneficium vacabit: suum non, quia nō moritur in possessione illius, & quia illud resignauit, secundū non, quia in illo ius non habebat, sed poterat illud petere, & nō alius. Ideo vtrūque beneficiū remanebit apud resignatorem, eundem permutantem, & poterit dici ꝙ gaudeat de bona fortuna, vt doct. not.in c.si beneficia. de præben.in 6. Quod est verū, si ipse ex parte sua publicauerat resignationem beneficij permutati: alioqui cōtra, vt in casu sequēti.

Quintus casus, si resignatione hinc inde admissa, & post tempus hîc præstitutum vterque moriatur in possessione, vtrūque beneficium per mortē vacabit, per hāc regulā, quæ generaliter loquitur, nec loquitur plus de vno, quàm de duobus: & quamuis loqueretur, tamen lex loquens in vno, habet etiam locum in pluribus. l.singularia. in fin. ff.si cert.petatur. l.1.quod falso tutore.

Sextus casus, si vterque cōpermutantiū, vel alter tantū moriatur ante tēpus hîc præstitutum, vel post publicationē, nō erit locus huic regulæ: & sic verè vacabit per obitū illius, qui in eo ius habebat. Et in hoc nō attenditur possessio, nec detentio per hanc regulam à cōtrario, quod in iure firmum est. cap.cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.]

Nisi de illis factæ resignationes sint in eadem curia intra sex menses.

GLOSSA QVARTA.


Ntellige resignationes infirmari, nisi fuerint publicatæ intra sex menses, quando in curia facta est resignatio: & ob id statuitur longius tempus extra curiā, quandoquidem ex omnibus partibus ad eam confluunt homines, etiam ex remotissimis regionibus, qui non possunt publicare, nec bullas habere intra breue tempus. facit l.quinquaginta.ff.de excusa.tutor. §.qui autem, illo tit.in institu.c.2.de priuileg.in 6.

Quæro quid si aliquis constituit procuratores

Papa resignationem cōditionalē recipit, etiā capita quædā reiiciendo.

ad resignandum in fauorem Titij retenta villa, iustitia, & tali molendino, non aliter nec aliàs Papa confert non retenta iustitia, vel sub restrictione, si non excedat mediam partem, an valeat talis resignatio? Breui respon. valere: nam hoc relinquitur beneplacito Papæ, cui non placet hoc reseruare, ergo pars nō potest cōqueri: quia cōtractus do, vt facias, nō ligat superiorem in beneficialibus. glos. & doct. in ca. cùm inter, primo, de elect. Nam superior his cōuentionibus non ligatur, sed potest admittere prout ei placet, teste Archid. in cap. 2. col. 2. de præbend. in 6.

Nam in omni actu semper censetur excepta superioris autoritas ca. venientes, de iureiur. hoc expressè decidit Franciscus Marc. in 2. parte, decisione Delphi. q. 131. vbi in Parlamento Delphinali sic fuisset iudicatum asserit, & suprà in tracta. de resigna. conditio. dixi etiam sic fuisse in senatu Burdegalen. iudicatum, & ibi respon. obstan.

Sex menses prorogari possunt ad publicationem faciēdam.

Fallit si intra sex menses, hoc tēpus ad tres alios menses prorogatū fuerit: quod fieri solet in patria obedientiæ ex caussa, vel ad longius tempus, argu. ca. quia diuersitatē, de concessione præben. l. 1. ff. de iure deliber. in patria vero cōsuetudinaria vix obseruaretur, si resignans moreretur in possessione post sex menses, & intra tempus prorogatum, nisi ex magna caussa prorogatū esset tēpus: nam cùm ista regula recepta sit, vt lex Regni, & sic publicata & registrata, & nō eius derogatio vlla, seu prorogatio: quia per istas prorogationes nunquā fieret publicatio. Et sic fraudarentur nominati, graduati, & mandatarij: & daretur via delinquendi: Ideoque vix reciperetur in Francia. Sed hi sex menses, à quo tempore computentur audi.

A data supplicationis, & non à die præstiti consensus computandos.

GLOSSA QVINTA.

Sex mēses publicationis à quo tēpore currant.


Ecidit hic text. à quo tempore cōputentur hi sex menses, nempe à die supplicationis, non à die consensus sicut in regula, de infirmis resignantibus dictum fuit: & hoc additum fuit per Paul. 3. ann. 1540. die 14. August. nunc quoque per Iulium Papam 3. approbatum, ad resecandum dubia super hoc cōtingentia. Nam per Datarium solet apponi data in supplicatione, à quo tempore currit tempus istud. facit l. tali, ff. de iure dotium. quamuis Gomes. asserat à tempore consensus computandum. q. 7. vide Petr. Paris. disputantem in cons. 143. quòd terminus, in 6. volu. & ista opinio iamdudum à senatu recepta est, & secundum eam iudicatum.

Si verò extra curiam factæ sint.

GLOSSA SEXTA.

Collatio à quocunque facta extra curiā debet intra mensem publicari.


Quocūque, siue à legato, Archiepiscopo, vel alio quocunque: quia indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus, de leg. 2. ff. etiam si ab Abbate, vel alio inferiore, Abbatissa vel quocunque alio, etiam si à laico, qui ex speciali priuilegio conferat: de quo tradunt doct. in ca. dilectus 3. de præbend. facit c. regenda, & ca. nouerint, 10. q. 1. & ideo collatio facta à legato extra curiam debet intra mensem publicari, vt hîc: quia cùm sit in partibus, hoc fieri facilè poterit.

Intra mensem.

GLOSSA SEPTIMA.


Ed quomodo computatur hic mensis? Respon. prout est in Calendario: vt si calendis Ianuarij collatio facta fuerit extra curiam, & vsque ad calendas Februarij non fuerit publicata, & resignans decesserit, non valebit prouisio per resignationem facta, per istum textum. glo. in ca. quam sit, de elect. in 6. scripsi abundè in forma manda. Apostol. in gloss. post mensem: & hoc si mortuus fuerit resignans in possessione, secus si viuat: vt inferiùs dicetur.

Extunc.

GLOSSA OCTAVA.


D est intra sex menses si in curia, vel infra mensem: si extra curiam, hæc clausula in gratiæ rescripto posita gratiam magis efficacem reddit, teste Decio consil. 405. videbitur, in principio. gloss. in clem. vna, de concess. præbend. vbi scripsi.

Vbi dicta beneficia consistunt.

GLOSSA NONA.


X hoc text. soluitur quæstio, in quo loco publicatio fieri debeat? & tex. respōdet, in loco beneficij faciendam esse, per hæc verba, vt videlicet prouisio nota fiat ordinario collatori, quia aliàs posset (vt ignarus resignationis, & prouisionis) alteri conferre: vnde materia litigandi, quæ plus satis pullulat, excresceret: cùm vt prouisio atque acceptatio notæ, manifestent alterum ius in ipso accepto beneficio habere. Roma. cons. 433. quo ad primum. Et vt sciat populus, atque cognoscat suum pastorem: quod maximè decet: vt habemus in Euangelio, *Oues meæ cognoscunt me.*

Publicatio in quo loco fieri debeat.

Limitatur quando nō posset fieri eo loci, vtpote ob periculū belli, pestis, ob insidias inimicorū, vel aliud iustum periculū. per c. vbi. §. porrò, de elect. in 6. & c. statuimus, de offic. deleg. ibidem, cle. vna, de foro competen. clem. vna, de concess. præbend. sic Roma. dicto consilio 433. quo ad primum: quia sufficit aliquid fieri per æquipollens, quando sic non potuit impleri pro forma: vt plenè Albert. Brunus in tracta. de forma, & solemnita. actus, rub. de potentia & effectu formæ, limita. 33. scribit post Felin. in cap. cùm dilecta, colum. 18. num. 13. limita. 7 de rescript. Idem firmat Cassador. in decis. 1. de dolo, tamen debet publicare in alio loco, in quo scit parrochianos illius beneficij resignati degere,

vel vbi

vel vbi fortè exercetur iurisdictio. de Ripa in tract. de peste, in 5. speciali pestis, in contractibus. Maleleret. in tract. electio. fo. 80. col. 3. Gomes. hîc, q. 13. quomodo verò fiat hodie publicatio, dico infrà in gloss. sequenti nu. 26.

Publicatio an intra ecclesiam fieri debeat. Et nota tex. istum non dicere, publicationem esse faciendam intra ecclesiam, sed vbi beneficia consistunt: & ita sufficit quòd fiat extra ecclesiam, in Cimiterio, vel in alio loco beneficij: vt concludit Domi. d. consil. 75. in caussa, in fine. pleniùs Panormita. in consil. 99. illud, colum. 2. in 2. vol. vbi dicit, quòd si parrochiani clauserint ecclesiam, potest capi possessio extra: & in ecclesia fieri dicitur, quando ante eam fit. clem. caussam, in verb. in domo, de elect. debet tamen ibi fieri, quando populus adest, vel tempore mercatus, aut Missæ, vel prædicationis: vt inferiùs dicetur.

Publicatæ.

GLOSSA DECIMA.

Publicari debet collatio per resignationem facta. 1  Constat quòd paria sunt, non esse, vel non apparere, l. in lege, ff. de contrah. emptio. l. duo sunt, de testa. tutel. procedere videmus etiam in libertatibus. l. si pluribus, ff. de manumissis testam. vnde cùm interdum collationes fiant secretè in cameris, dicit Hostiens. in summa, de concess. præb. ob id debent publicari: imò electiones clàm factas annullat summus Pontifex. in cap. quia propter, in fi. de elect. & clandestinas collationes suspectas habet. c. vno, vt ecclesiast. benefi.

2 Ideo vult ista regula collationes huiusmodi publicandas esse, scilicet, vt expectantes, nominati & graduati sint certi, & ne deludantur, putantes affectum sibi esse beneficium, quod tamen erat resignatum: tum vt subditi sciant verum eorum prælatum, ac episcopi, quibus curam animarum committere, & rationem exigere, necnon iura episcopalia percipere debeant, c. conquerente, de offic. ordinar. videantque an sint idonei, c. ordinarij, de offi. ordinar. in 6. etiam si notorium esset possessorem resignasse, adhuc publicatio ista requiritur, vt docet Gomes. hic.

Publicata quando dicatur collatio. 3 Publicatæ quando dicantur? Respon. quando palàm factæ sunt. l. sed si pupillus, §. proscribere, ff. de tributor. actio. palàm autem fieri diuersimodè intelligitur secundum qualitatem beneficiorum: vt si beneficia consistant in ecclesiis cathedralibus, conuentualibus, seu collegiatis, is qui vult capere talium possessionem, & publicare, debet habere notarium, seu scribam illarum ecclesiarum, & ille instrumentum possessionis conscribere debet, qui si recuset, alter notarius Regius, vel Apostolicus adhibitis duobus testibus poterit instrumentum huius missionis in possessionem conscribere: vt lege Regia cauetur in titul. de reformatio. prouis. artic. 13.

Publicatio quomodo fieri in ecclesiis cathedralibus debeat. 4 Et si vnus diceret se notarium ecclesiæ, cùm plures essent, valebit quidem receptio, & instrumentum, quamuis non esset scriba: sed is, qui sic asserit se esse, cùm re vera non esset, pœna falsi teneatur. l. eos. ff. de falsis.

5 Si verò agatur de adispicenda possessione beneficij curati, tunc coram notario & testibus capere possessionem quis debet, & sufficit: siue sit notarius Regius, siue Apostolicus, postquàm ibidem nil dicitur. artic. 14. in lege Regia. *Possessio beneficij curati quomodo possit apprehendi.*

6 Quod adhuc diuersimodè fieri posse dicamus. Primò fieri potest actus huiusmodi possessionis in Missa solemni, die dominico, aut festo, populoque denunciatur, qui diebus illis adesse debet. c. vt dominicis, de parrochianis. glos. in clem. prima, in verb. eas, de sepulturis, & in clem. caussam, in verb. solemnitati, de elect. & in clemen. vna. in verb. ad diuina, de foro compet. & in clemen. caussam. §. verum, in verb. solemniter. de electio.

7 Secundò possessionem hanc solemnem agit resignatarius, sacra faciendo, & dicendo Missam in illa ecclesia parrochiali sibi collata, vel ibi prędicando tanquàm curatus: vt docet Paul. Paris. cons. 39. an regula. in fine. in 4. vol. post Domi. Gemi. cōs. 75. in caussa. col. 2. *Dicēdo missam parrochialē satis dicitur publicatio fieri.*

8 Tertiò si die mercatus, aut nundinarum is resignatarius acceperit possessionem interdiu, non noctu, & quando multitudo conuenerat: nec aliàs sufficeret coram quatuor testibus accepisse possessionem, ad hoc vt intelligatur publicatio facta: nec dicitur publicè factum ob fraudes, quæ possent in huiusmodi testibus contingere prohibendo illis ne quicquam dicant: in l. in fraudem. ff. de his quib. vt indig. gl. in c. 1. de clandesti. desponsa. Dec. in l. quo tutela. §. clam. ff. de regulis iuris. *Die mercatus publicatio resignationis & collationis fit.*

9 Quartò si fuerit publicata eo loci, quo ius redditur, & hoc aut in platea communi, aut in auditorio caussarum proprio, in quo sita ecclesia: vel si publicata fuit coram præside prouinciæ, & in illo auditorio, in cuius territorio sita est illa ecclesia: vt d. art. 14. de reforma. prouis. quia latere non potest, quod fit in loco vicino. c. quosdam, & cap. sequen. de præsumpt. *Vbi ius redditur, publicatio fieri potest.*

10 Quintò poterit executor bullæ cōuocare multos, coram quibus publicatio fiet, veluti æditous (quos marguilliers, siue operarios ecclesiarum vocant) & parrochianos in bullæ fulminatione: nam iudicis intimatio legitima censetur. l. fi. C. communia, de legatis. quem allegat Romanus consilio 6. quod dicta fulminatio: tamen in Francia fieri non solet, sed possessio capi per presbyterum, vel clericū seu notarium, qui mittit in possessionem. *Executor bullæ publicationē quomodo facere debeat.*

11 Sed si fuerit facta fulminatio ad cautelam valebit, nec nocere poterit: & hoc est tutius in resignatione, licet in aliis non fiat.

12 Sextò publicatio fit, quando insinuatur, & notificatur collatio, & missio in possessionem patronis, seu collatoribus, vel eorum vicariis, & dato ex illis exemplo signato manu notarij, vel secretarij eorum, si velint: & de ista notificatione instrumentum fieri debet, quod non tenetur ostendere, nec eius exemplum tradere prouisus collatoribus: quia hoc cautum non est: notarius tamen requisitus hoc denegare non debet, dum soluatur eidem. *Publicatio fit si ostendatur collatio & missio in possessionem collatoribus.*

13 Et hæc publicatio fieri debet siue tēpore illius pontificis qui contulit, siue tempore successoris, si *Papa mortuo publicatio etiam fieri debet.*

non fuerit antea facta; vnde consului contra aliquē, qui prouisionem obtinuerat per resignationem à Paulo tertio quo tamen mortuo intra sex menses posteà bullam obtinuit à Iulio 3. immediato successore, sed non accepit possessionem, nec publicauit illam intra sex menses: vnde resignans mortuus est in possessione: dixi vacare per obitum: quia verba conueniunt regulæ: nempe resignatum est beneficium, publicata non fuit resignatio, resignans in possessione mortuus est, igitur & dispositio locum habebit, l. 4. §. toties. ff. de damno infecto.

14 Nec mors Papæ tollit, quin prouisus capere debeat possessionem, publicare, quandoquidem hic non prohibetur: nec dubium est in hoc Regno Franciæ dictante lege Regia, quam supra adduxi. Sed poterit istam publicare prouisionem etiā post sex menses, ante tamen mortem resignantis: vt inferiùs dico: quicquid dicat hic Gomes. q. 6.

Romæ an publicatio fieri possit.

15 Sed instat adhuc Gomes. quærens vbi nam facienda sit huiusmodi publicatio, dicens quosdam dixisse, sufficere dum fiat coram notario & testibus si in curia fuerit resignans: alij dicunt in Cancellaria, vel in camera Apostolica, vel in audientia contradictarum quando frequēs adest populus: vt Cassad. decis. 22. super hac reg. Ipse verò dicit in dignitatibus, & ecclesiis parrochialibus faciendam esse publicationem in loco beneficij, in simplicibus verò posse fieri in audientia Contradictarum Romæ.

16 Ego verò putarem simpliciter publicationem esse faciendam in loco beneficij, vt dictum statim fuit, siue sit dignitas, seu curatum, siue simplex beneficium, intelligendo velut suprà dixi in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, ac conuentualibus: si hoc fit in ecclesia præsente scriba, seu notario ecclesiæ & interdiu: verùm in parrochiali, quòd publicetur in ecclesia in prædicatione, in mercatu, vel aliàs: vt suprà dixi: & idem in beneficio simplici, vt teneatur quis publicare quemadmodum dixi, vel intimare vicario, seu episcopo, tradendo eidem exemplum: nam valde laboriosum & difficile esset ire Romam ad publicandum collationem factam.

17 Nec satisfactum esset rationibus regulæ, quæ sunt, vt ordinarij collatores sciant, quinam teneant beneficia, & possideant in suo episcopatu, & an sint idonei necne, quippe eorum interesse vertitur. cap. ordinarij, de offic. ordinar. in 6. & §. inquirant, de collat. in Concorda. & pragma.

18 Nam ex ista publicatione Romæ facta non tollentur intrusiones: nec per hanc ordinarij poterunt scire vacationem, aut collationē: expectantes quoque non certiorabuntur, nec nominati, aut graduati, nec mandatarij Apostolici. Adhæc quia text. dicit publicationem faciendam in loco beneficij quādo fieret Romæ non esset in loco beneficij: igitur non putarem valere Romę factam, nisi in beneficiis vrbis, non in aliis.

Possessio corā testibus capienda.

19 Aliter parum seruiet hæc regula, volens resignationem publicari: nam de iure testes debent interesse in adeptione possessionis, sicut in aliis actibus, aliàs actus non posset probari. cap. 2. & c. licèt. de testibus. Ergo hæc regula requirens publicationem, aliquid addit iuri communi: Et quòd non dicatur publicatio coram duobus aut tribus testibus consuluit Panor. cons. 99. Saluatoris. & cap. illud. in primo vol. & Dom. d. cons. 75. in caussa. col. 2. hoc approbat Dom. Arnold. Ferron. in commentariis ad consuetud. Burdegal. §. fi. de subhasta.

20 Si verò beneficium consistat in ecclesia cathedrali, collegiata, vel conuentuali, possessio capi solet in principio Missæ maioris, vel in fine, aut in vesperis, & vt suprà dictum fuit: & bonum esset istā possessionem sic captam registrari, & inscribi in libro ecclesiæ, apud quam possessio capitur, & per curatum in suo libro: imò satis dicitur publicata resignatio, si quis adeptus sit possessionem, qua vtatur, & se notoriè gerat pro curato, vel beneficiato: nam per æquipollens adimpletur mens regulæ: vt tenet Gomes. q. 11.

21 Quod tamen sufficere non putarem in Francia: quia nos legem habemus, de qua suprà scripsi, quam nostrates Galli seruare tenentur, aliàs possessionem amitterent, non autem plenum ius, quod fortè possunt habere in beneficio: siquidem lex ciuilis priuare non potest eo iure, quod dare nusquam ei licuit. l. 3. ff. de re iudic. doct. in c. ecclesia sanctæ mariæ, de constit.

Bulla per mortē papæ si non possint obtineri, nō vacabit benefiiū per obitum.

22 Notandum est etiam, quòd Papa moreretur antequàm bullæ potuissent expediri: & posteà per longum tempus vacaret sedes, & resignans moritur in possessione: quia sine bullis resignatarius nō audet recipere fructus, tunc non vacaret per obitum resignantis: quippe non stat per ipsum resignatarium, ergo illi non est imputandum. reg. in iure ciuili. ff. de reg. iuris. Auriol. in additio. ad montem Lauduno in c. penul. de elect. in 6.

23 Imò dicit Petr. de Vbal. in tract. de success. ab intesta. in 2. parte. col. 17. quòd si Papa moriatur ante sex menses, expirat regula: ergo non tenebitur quis eam seruare: sed ego puto cùm ista sit de registratis in curiis parlamentorum Regni, non extingui per mortem Papæ, cùm vt dixi, facta sit lex regni. Fuit autem regestrata in hoc Senatu anno 1492. die 27. Augusti, & secundum eam multoties iudicatum: vt patet in præfa. ad rub. de colla. in Cōcor. vbi scripsi: vnde si posteà obtinere posit bullas, tenebitur hanc seruare regulam.

Vel possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita extiterit.

GLOSSA VNDECIMA.

Publicatio & possessio post sex menses ante mortem resignātis fieri potest.



HIc secundum registrum curiæ Romanæ est alternatiua, ad veritatem cuius sufficit alteram partem esse veram. l. si hæredi plures. ff. de condit. institu. l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. c. inter cæteras, de rescript.

Sed in regestris curiæ Parisien. est hic cōiunctiua, ideòque requiritur publicationē esse factam, & possessionem captā, aliàs vacat per obitum: veruntamen in forensi iudicio seruatur, quòd quandocūque resignatio fuerit publicata, & possessio accepta per resignatarium, sufficit: quamuis tempus hic præstituatur: quia hoc non seruatur in praxi, dummodo

dummodo quis capiat possessionem & publicationem, vt suprà dictum est faciat ante resignantis mortem per tres aut quatuor dies: vt in l. filiæ. ff. soluto matrimo. vt inferiùs dicetur.

Si resignantes ista postmodum in eorundem resignatorum.

GLOSSA DVODECIMA.



Ista dictio postmodùm, interpretatur vsque ad mortem, videlicet si resignantes post sex menses decesserint in possessione beneficiorum, quæ resignauerunt in curia beneficia vacabunt per obitum & non per resignationem, etiam si Papa mortuus fuerit post sex menses: vel collator alius post mensem: imputandum enim est resignatario, cur intra sex menses non obtinuit bullas, & non publicauit suam prouisionem: vnde cùm per eum stet, sibi venit imputandum reg. in iure. ff. de reg. iur. vnde cautela esset in hoc casu, quando mortuo Papa quis non potest obtinere literas, vt iterum resignetur coram ordinario, qui conferet isti resignatario non valenti obtinere bullas, & ex collatione ordinarij accipiet possessionem, & sic resignans non morietur in possessione: & ista secunda resignatio in hoc valebit, vt resignans cedat suæ possessioni.

Cautela pro eo qui non potest bullas à Papa obtinere.

Et per istum tex. patet, à contrario sumendo argumentum, quòd si resignans moriatur intra mensem, vel ante sex menses, in possessione beneficiũ non vacabit per obitum, sed per resignationem: quia hîc dicit postmodùm, quamuis Auriolus tenuerit contrarium in cap. eam te, num. 267. de rescript. nam quod in vno prohibetur, in alio permittitur. cap. fi. de filiis presbyt. l. cùm prætor. ff. de iudic. nec iste text. statuisset tempus, si antea voluerit regulam locum habere: quod tanquàm omnibus notum, non diutiùs insistam comprobare.

Possessione.

GLOSSA DECIMATERTIA.



1 Aliud est possidere, aliud in possessione esse. l. si quis ante. ff. de acqui. possessio. nam colonus dicitur esse in possessione, licet non possideat: & qui mittuntur in possessionem causa rei seruandæ, dicuntur quoque esse in possessione, licet non possideat, per l. 3. §. creditores. ff. vti possidetis, & l. cùm legati. quibus ex caus. in poss. eatur. Dec. in c. consultationibus, colum. 2. de offic. deleg. vnde per hoc verbũ, si resignans post resignationem semper receperit fructus & alios actus sicut verus curatus fecerit, & sic moriatur, dicetur in possessione mori: & beneficium vacabit per obitum, etiam secundum quosdam, si resignans tanquàm conductor diceret se fructus recipere (nisi de locatione constaret) adhuc enim in possessione esse dicitur.

Possidere aliud est, quàm in possessione esse.

2 Aliàs fieret huic regulæ fraus, nec publicaretur resignatio: nam resignatarius permitteret resignantem vti fructibus beneficij, locando sic verbo fructus beneficij: quamobrem obuiat hæc regula fraudibus istis, disponens hoc casu vacare per obitum: sic cõsuluit Corneus cons. 137. licet multas. in 3. vol. alioqui verus rector ignoraretur, vel sic duo essent vno instanti curati, & rectores beneficij, contra text. in c. cùm non ignores, de præb.

3 Et quia non est petita possessio, nec publicata, cùm ipse resignans semper fuerit in possessione, ob id si in ea moriatur, erit locus huic regulæ. per text. in l. sicut, §. superuacuum, ff. quib. mod. pignus vel hypot. soluitur.

4 Quod verum esse putarem, si sciente & consentiente resignatario resignans iste fecerit aliquos actus tanquàm curatus, quos non potuisset resignãs vt conductor, aut vicarius facere, & hoc debet maximè considerari.

5 Imò resignans, qui post resignationem, quam scit expeditam remanet in detentione beneficij, & capit fructus, non est in conscientia tutus: nec ille in cuius fauorem resignauit, si permittat, teste prouincial. fol. 33. vers. consultus, & c. quia resignans per resignationem amisit ius percipiendi fructus, cùm amiserit beneficium & possessionem illius c. post translationem. §. rursus. de renunc. c. inter. de præb. & sic est malæ fidei possessor, qui fructus non facit suos. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domi. gl. in cap. grauis. de resti. spoliator.

Resignans non potest iustè post resignationẽ fructus capere.

6 Is etiam cui fuit resignatum peccat, permittẽdo resignantem vti beneficio, cùm non sit pastor: & verus pastor dimittit oues mercenario, qui non seruit, vt verus pastor, vel prout tenetur, publicéque interest eum, qui ius habet in beneficio possidere illud: eum verò qui non habet ius, eiici, arg. c. cum nobis, de elect. c. constitutus, & c. oblatæ, de appel. Tum propter hospitalitatem, quam exerceret verus curatus, vt tenetur, non verò mercenarius. cap. de monachis, de præb. Tum vt oues pastorem suum agnoscant, velut est in Euangel.

7 Quod verum existimarem, quando resignans clàm fructus acciperet, vel tanquàm curatus, tunc enim peccaret, secus si tanquàm conductor: quia tunc resignatarius donare videtur, & potest: & dummodò hoc fiat sine conuentione, aliàs esset simonia nisi Papæ autoritas interuenisset, cap. cùm pridem, de pactis. c. quàm pio, prima quæstione secunda, nec inuenio prohibitam donationem inter eos: sed hoc casu vacabit beneficium per obitum, vt dixi, & fuit prolatum Arestum contra eum, pro quo resignatio fuerat admissa: sed ipse non receperat possessionem in vita resignantis, qui vocabatur Martinus Gaubard, pro Gilberto de Columbe, die 13. Augusti, anno 1540. idem quoque Arestum fuit latum & pronunciatum 7. Septemb. 1526. inter magistros Nicolaum Pondene, & Falconem de Cuisi, ratione præbendæ ecclesiæ Annicien.

Arestum.

8 Item quando resignatarius possessionem recepit, & eam publicauit: sed tamen resignans est semper in possessione, dico vacare per obitum: quia nõ dicitur accepisse possessionem, nisi duret: nam versum non dicitur, quod non durat versum. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. plenè Hippol. in l. qui falsam. nu. 51. cum seq. ff. ad leg. Cornel. de fals. tex. & ibi gl. in c. 3. de verb. sig.

Per obitum vacat beneficium post publicationem si resignãs in possessione moriatur.

9 Vbi non videtur fuisse, quod posteà nõ durauit, sic nec

sic nec possessio capta, quæ nō durauit. l. 2. §. fi. quib. ex caus. in poss. eatur. facit quod dicunt doct. in cle. fi. in princip. de vita & honesta. cleric. de eo qui momento fert vestes bipartitas, vt puniri non debeat pœna illius text. aliàs fieret fraus huic regulæ: nam resignatarius caperet possessionem, & posteà eam relinqueret suo resignanti, qui semper remaneret in possessione, quod damnat iste text.

Possessio accepta die mortis resignantis non valet.

10 Quid si resignatarius ipso die mortis resignantis beneficij possessionē acceperit, an valeat? Resp. non, nisi resignatarius probet se quoque ante mortem accepisse possessionem, l. filiæ. ff. solu. matri. no. per Bart. in l. non solùm. §. sed vt probari, ff. de operis noui nunc. Felin. & Dec. in c. in præsentia. not. 12. de proba. & c. auditis. de præscript. Soc. cons. 67. nu. 7. in 3. vol. quia pro mortuo habetur, qui de proximo est moriturus. d. l. filiæ. & l. huic scripturæ, ad leg. Aquil. & pro cincto, qui de proximo cingendus est l. pen. ff. de testa. mil. & plenè Hippol. in repet. l. vnic. nu. 70. cum seq. C. de raptor. Anchar. consil. 430. fuisset, in fin. Barba. in cap. in præsentia, num. 38. de probatio.

11 Vidi reprobatam resignationem, & publicationem factam die mortis: quamuis probatum fuisset ante mortem factam, in magno regis consilio.

Limitationes ad hanc regulam.

12 Primò fallit hæc regula in beneficiis consistorialibus, quæ cum in consistorio resignētur, & ipsorum resignatio ibidem recipiatur, satis dicitur publicari. arg. l. omnium. C. de testam. Gomes. q. 5. sed cùm non sufficiat publicatio sola, sed possessionem quoque adeptam esse requiratur, dicendum videtur, quòd in his etiam locum habeat: nec enim sufficit ista publicatio facta Romæ: cùm hæc regula dicat publicationem esse faciendam, vbi beneficia consistunt, & sic non Romæ vt superiùs dixi.

13 Secundò nō procedit in beneficiis tēporalibus, vtpote in feudis: vt dictum fuit in gl. 1. suprà.

14 Tertiò limitatur quando vacaret alio modo, quàm per resignationem: vt scripsi suprà in gl. 3.

15 Quartò derogatur huic regulæ, quando tempus sex mensium fuerat à Papa prorogatum: vt in gl. 4. abundè traditum fuit.

16 Quintò si Papa mortuus fuisset, antequam bullę potuissent expediri intra sex menses: vt suprà dictum fuit, in gl. 10. publicatæ.

17 Sextò non procedit, quando caussa possessionis esset mutata, vt pote si hic resignans tanquàm curatus esset in possessione, demum resignatarius post adeptā possessionem, & publicationē isti locaret, & is resignans in possessione tanquàm conductor moreretur: non vacaret beneficium per obitum, quia publicata fuit resignatio, & possessio apprehensa: vnde non procedit hæc regula, sicut videmus in eo qui retinet vsumfructum: l. quisquis. C. de donat. l. si is qui pro emptore, in prin. & ibi doct. ff. de vsucapio. Boër. in §. 1. tit. de donatio. in consuet. Bitur.

Derogatio ad regulam an recipiatur.

18 Septimò, si derogatum sit expressè huic regulæ à Papa, quia tunc habetur ac si nusquam fuisset edita: tamen in hoc regno foret hoc periculosum, quandoquidem recepta est, & registrata in parlamentis, & sic effecta ius Gallorum, ob id vix ista derogatio reciperetur.

19 Nam si ius ciuile receptum sit, & canonizatū, aut in iure canonico descriptum, licet tollatur ius ciuile, non tamen tolletur illud, quod est canonizatum, per gl. in l. vna. C. de colla. dona. lib. 10. Petrus Gerard. sing. 28. scripsi in tract. nomina. q. 5. nu. 17. maximè cùm hodie extet lex Regia, de reforma. prouisio. in const. reg. & quia posset præbere materiam delinquendi: quod reprobatur in l. conuenire. ff. de pact. dotal.

Noua prouisio post sex menses an valeat.

20 Octauò non procedit, quando resignatarius de nouo impetrasset etiam nulliter, quia non vacabat ante obitum: tamen ista noua prouisio supplet omnes diligentias, & æquipollet publicationi: tū quòd noua prouisio fit coram Papa, ergo corā omnibus. l. omnium. vbi Ias. & alij, C. de test. Gomes. q. 11.

21 Contrarium teneo ratione fraudis vitandæ, nā resignatarij semper ita possent impetrare de nouo: & illa impetratio nulla est, quia beneficium non vacat ante obitum, & est subreptitia: nisi fiat mentio primę resignationis, & prouisionis, nec obstat quòd fiat coram Papa ergo publicata: hoc est falsum, quia ista regula, in resignatione facta coram Papa requirit publicationem, vbi beneficia consistunt, multò fortiùs in noua prouisione posteà facta: alioqui semper fieret fraus regulæ, & nunquam esset illi locus, vt scripsi in tract. de pacific. possessor.

22 Nisi post obitum impetraretur, tunc enim isti valeret sicut alteri facta prouisio, quia non est contraria isti regulæ.

Publicatio & possessio ante mortē sufficit ? fiat.

23 Item vult dicere Gomes. hîc, ꝙ sufficit si publicatio fiat intra sex menses, & possessio petita sit ante mortem, q. 8. ego verò puto per istum textum, requiri publicationem, & possessionem fieri intra sex menses, si resignans eo tempore moriatur.

Si verò resignans non moriatur intra sex mēses, nec intra annum, sufficiet resignatario capere possessionem, & eam publicare ante resignantis mortem: nec ista duo diuerso iure censeri debent: & ita seruatur in Francia. [Sed hoc debet facere intra triennium, vt docet Boer. in decis. Burdeg. q. 312. sed intra. Quod est verum, si tertius possideret beneficium ex colorato titulo: secus in resignante, qui licet per decem annos possederit, quia sine titulo est, non iuuabitur decreto de pacific. possessor. vt scripsi in meo tractatu. Ideo resignatarius viuente resignante, & possidente beneficium, poterit possessionem ante eius mortem accipere: quia ius eius non est immutatum, nec alij acquisitum. l. nec vtilem. ff. ex quib. caus. maior.]

24 Sed hîc statuit sex menses, quando vacauit in curia, eò quòd si posteà resignans moriatur, resignatarius est in culpa, cur non accepit possessionem, & non publicauit resignationem, ideo vacabit per obitum: & hoc probat text. requirens resignantem in possessione decedere, & sic ista tria, vt declarat text. ibi, postmodum, &c. & superiùs in principio huius regulæ dictum fuit.

25 Nonò limitant alij, quādo quis resignasset ius, quod habet: Nam hic text. loquitur de resignante beneficium. Contrarium tamen suprà tenui in gl. 4.

Impedimentum an excuset à publicatione.

26 Decimò non procedit, quando obstante impedimento non fuit adepta possessio, nec facta publicatio:

blicatio; vt suprà dictum fuit in gl. 9. Aduerte tamē, si possit dici impedimentum circa locum excusare: vt si in vno loco fieri publicatio nō possit, quòd in alio valeat: sed impedimentum circa rem non, id est si non fuerit facta publicatio, vtpote quia erat minor, vel ignorabat hanc prouisionem, & collationem: certè adhuc vacabit per obitum, ætate vel ignorantia non obstante, nec impedimento, si illud aliquo modo vitiare potuit, per istum text. qui loquitur in rem, videlicet collationes quæque, & quæuis aliæ dispositiones, de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ, nullius sunt roboris vel momenti: alioqui posset quilibet allegare ignorantiam, vel impedimentum, & sic vitiare regulam, & fraudem adhibere, adeò quòd nunquàm resignatio publicaretur: ideo his fraudibus iura obuiant, tam ciuilia quàm canonica, l. in fundo. ff. de rei vendica. c. sedes. de rescript. & imputandum est huic, quare non paruit legi, inquantum potuit: vt docet Imperator. ff. de appel. sic consuluit Petrus Paris. cons. 143. quòd terminus, col. 1. & sequen. in 4. vol. & sic iudicauit magnum Regis consilium anno 1543. die 2. Ianuarij, pro Francisco Matthæo, contra Nicolaum de Berri. putarem tamen, quòd si pars aduersa impediret publicationem, quòd non vacaret per obitum, quia dolus non debet alicui prodesse. cap. sedes. & seq. de rescript. sed pro facta haberetur. l. in omnibus causis, & l. in iure ciuili. ff. de reg. iuris.

Arestum.

Morte resignatarij vacat verè beneficium.

27 Vndecimò fallit, quando resignatarius moreretur ante resignantem, etiam non accepta possessione tunc beneficium vacabit per mortem cessionarij verè, poterítque per illius mortem impetrari: quia hæc regula non vult veram vacationem tollere, sed nouam fingere: & vbicumque veritas adest, fictio cessat. l. si filiusfamiliàs. ff. si cert. pet. l. filio. de liberis & posthu.

28 Item in isto casu quid opus est fictione? cùm veritas patens sit: & in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. oblig. nec tunc expectabitur obitus resignantis: sed ipse poterit illud beneficium sic vacans per resignatarij obitum impetrare. [Aduertendum tamen est quòd si resignans constituerit procuratores ad resignandum in fauorem N. & non aliter, &c. si isti collatum fuit beneficium, & is resignatarius moriatur ante sex menses, & ante possessionem adeptam, & ante acceptationem, non vacabit per eius mortem, sed resignans semper remanet in possessione sui beneficij, eò quòd resignauit illud in fauorem N. qui non habuit illud beneficium eum effectu, nec acceptauit. Ergo iste resignans habet adhuc ius, argum. l. pen. ff. quod quisque iuris. c. relatum. de cleric. non resident. nec intelligitur amissum quod alteri non est oblatum. l. nec vtilem. ff. ex quib. causis maio. si non appareat resignatarium acceptasse, ius remanet apud resignantem. cap. si tibi absenti. de præb. in 6. vt si fortè declarauerit, vel intra sex menses mortuus est, & non apparet de aliqua acceptatione. Si verò post sex mēses decesserit resignatarius, viuo adhuc resignante, siue acceperit possessionem, siue non, vacat per resignatarij mortem: & quantumcunque remaneat resignans in possessione, posteà non acquirit ius aliquod, nisi resignatarius declarauerit se non acceptasse: quia in dubio præsumitur acceptare id quod in vtilitatem suam factum est. c. constitutis. 1. de testibus.]

Si resignans retineat bullas, an vacet per obitum.

29 Duodecimò quando resignans retineret bullas, & resignatarius nescit sibi factam esse collationem, tunc non vacabit per mortem, etiam si per decennium retineret bullas: tum quòd ignoranti non currit tempus: tum etiam quòd ratio huius text. cessat. Dom. & Perus. in c. commissa. per illum text. in vers. annus. de elect. in 6. nec potest ignoranti fraus adscribi.

30 Veruntamen quia fieret fraus regulæ: nam sic resignantes consanguinei semper retinerent bullas ob id dicerem adhuc istam regulam habere locum in odium resignantis, qui non publicauit resignationem, & legem non est secutus: & vt omnis fraus consanguineorum cesset.

Retētio possessionis rei à Papa facta derogat huic regulæ.

31 Decimotertiò non procedit, si quis resignasset retento sibi stallo in choro, & loco in capitulo, & sic moriatur in illa possessione: nam cùm resignatarius sit in possessione illius dignitatis, non censetur resignans mori in possessione, nisi in possessione loci & stalli in choro, quæ non extinguitur cū persona, sicut canonicatus ad effectum. cap. dilecto. de præb. & superiùs scripsi, quòd Papa in hoc videtur derogare isti text. retinendo, quòd ipse sit in possessione talis rei.

32 Item si Abbas vel alius resignauerit suam abbatiam, & retinuerit sibi regimen & administrationem ipsius monasterij, si resignans sic in vita vtatur, & nouus Abbas post eius mortem veniat, valebit prima prouisio: nec dicitur mortuus in possessione, postquàm sibi illud retinuit, verùm quo ad hoc isti regulæ derogatum, & dispensatum esse censetur.

Constitutio precarij an prosit quo ad istā reg.

33 Decimoquartò non habet locum si resignans constituat se possidere beneficium nomine resignatarij, gl. in ista regula. vide Do. de Rota. decis. 150. licèt amicus in no. & Boër. in §. 1. in additio. de dona. in consuetud. Bitur. facit c. cùm venissent. de restit. spoliator. scripsi in præfa. ad tractat. de mater. possessor. in tertio tomo ordinatio. regiarum: requiritur tamen etiam hoc casu publicatio, aliàs regula locum haberet. Limitationes alias, beneuole lector, hic addere poteris, si quas ex tuo poteris inuenire ingenio, maximè illam, quod non habeat locum in vnione, quæ etiam inuita parte fit, & ipse possessor erit, & ius habebit quamdiu viuet. clem. finali. de rebus ecclesiæ non alienandis. & quia etiam hoc solet resignāti retineri, & quamuis non retineretur cum iustam habeat caussam, dicerem non habere locum hanc regulam.

In vnione an habeat locum.

Decesserit.

GLOSSA DECIMA QVARTA.



ET sic non habet locum, si resignans post sex menses ducat vxorem, quia licet habens malam vxorem sepultus esse videatur tamen beneficium non censebitur vacare per matrimonium quo ad resignantium, etiā si is, qui

Obitus non cōtinet matrimonij co tractū [illegible] mortem ciuilem.

si is, qui contraxit illud, fuerit in possessione beneficij quousque vxorem habuerit, quia non dicitur verè decedere, per hoc verbum, & obitum, quod separationem animæ à corpore denotat. l. si decesserit. ff. qui satisda. cogantur. nec dicitur obiisse mortem: licèt beneficia, quæ non resignauit, dicantur per cõtractum matrimonium vacare: vt plenè scripsi in §. monasteriis, de nominat. Reg. in gl. vacare, in concor. nec habebit locum in morte ciuili, cum hoc verbum obitus, in ea non verificetur: vt doct. scribunt in cap. susceptum. de rescript. in 6. & in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis & posthumis. scripsi in regula de infirmis resignantibus superiùs.

Non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur.

GLOSSA DECIMA QVINTA.

Fingitur vacare per obitum, licet verè vacet per resignationẽ.

PErfectionem intelligas quę non reciperet probationem in contrarium, per gl. in l. conficiuntur. ff. de iure codicill. quã sequitur Barb. in repe. l. cùm acutissimi, col. 3. C. de fideicom. & Feli. in c. quanto, col. 2. de præsump. vel per præsumptionem iuris & de iure, quæ etiam non recipit probationem in cõtrarium, c. penulti. de sponsal. & sic non admitteretur volens probare, quòd vacauit per resignationem: quia ista fictio vel præsumptio pro veritate habetur, & quo ad iuris effectum. Et tãtum in casu fictio operatur, quantum veritas in casu verò. Bar. in l. 1. §. hoc autẽ Senatusconsulto. ff. ad Senatusconsul. Sillania. firmat Cassad. in decis. super regul. Cancell. rub. de vnionibus, decis. 2. Ratio huius regulæ est, quia possessor censetur dominus, per l. fi. C. de rei vendica. l. 2. de proba. & suprà dixi in gl. 1. alias rationes, & verbum censeantur, denotat regulariter fictionem: vt scripsi in l. si is qui pro emptore, post Bartol. & alios. ff. de vsucapio.

Collationes quoque, & quæuis aliæ dispositiones de illis tanquàm per resignationem vacantibus factæ.

GLOSSA DECIMASEXTA.

Collatio cõtinet hic cõmendam.

INtellige quòd collationes, institutiones, & aliæ prouisiones sic factæ per resignationem annullantur per hoc verbum, & quæuis aliæ dispositiones, quæ verba comprehendunt omnem prouisionem, siue Papæ, siue alterius: vt scripsi in §. præfatique ordinarij. in verb. dispositiones, de colla. in Concorda. Et sic cõprehenditur hîc commenda: vt si fortè datum fuerit in commendam per resignationem alicuius: vt suprà dictum fuit: & collatio capitur etiam pro cõmenda: vt scripsi in §. statuimus, 2. de colla. in Concorda. Et sic collationes factæ per resignationem illius, qui mortuus est in possessione, nullæ sunt, & quæcunque inde sequuta fuerunt.

Et secundum istam regulam fuit sæpiùs iudicatum, videlicet pro magistro Hugone Rogier, contra Guilielmum Carton, qui per resignationẽ obtinuerat beneficium à Papa, sed non acceperat possessionem viuente resignante, ob id reiectus fuit anno 1505. die 23. Decembris. idem censuit Senatus inter Martinum de Rogis, & episcopum Ebroicen. anno 1526. die 7. Septembris, inter Nicolaum Prudhome, & Falconem de Cussi: & superiùs alia adduxi Senatusconsulta ad hoc, vt appareat istam regulam esse in viridi obseruantia in hoc regno.

Aresta.

Et sic constat per hanc regulam, quòd collatio per resignationem facta est nulla, & sic non est colorata: vnde si is cum ista collatione nulla possederit per triennium, non iuuabitur decreto, de pacif. pos. quod tenetur habentem coloratum titulum, quem iste non habet, vt pote quia est resolutus resignante mortuo in possessione: ob id ista collatio facta resignatario nullius est momenti: vt scripsi in tract. de pacifi. possess. limita. prima, nu. 159. etiam probatur per verbum sequens, & inde sequuta. & quamuis primò dum fuit facta collatio, fuisset coloratus titulus, posteà tamen per mortem nullus factus fuit.

Coloratum titulũ non habet resignatarius.

Et inde sequuta.

GLOSSA DECIMASEPTIMA.

Possessio sine publicatione nõ valet.



ET sic possessio accepta per resignatariũ sine publicatione non valet, nec potest manuteneri in possessione, in qua resignans mortuus fuerit ante publicatam resignationem: cùm hîc annulletur & titulus, & alia inde sequuta: vtpote si resignatarius iterum alij resignauerit, & posteà primus resignans in possessione moriatur. tunc resoluetur ius tam primi resignatarij, quàm secundi, per l. lex vectigali. ff. de pignor. & inferius dicam. Notandum est tamen, quòd si resignatarius moriatur in mẽse deputato graduatis, debetur beneficium graduato, per Concordata, quia verè vacauit beneficium per obitum resignatarij: ideo ampliùs non resoluetur per mortem resignantis, qui iam exutus est omni iure & possessione: & sumus extra casum regulæ: quia graduatus ex suo iure venit, resignatarius primus vel secundus ex iure resignantis, ideo ius illorum resoluitur, sed non hoc casu: & quia fraus potest fieri cum resignante & resignatario, sed cum resignante & nominato minimè: quia nominatus non recognoscit resignantem: ideo sumus extra regulam, quæ non habebit locum in hoc casu: nec tenebitur hic graduatus habens collationem per mortem resignatarij publicare, nec obest verbum & inde secuta sunt nulla: quia si resignationes fiant à resignatario, ille sequitur: sed mors resignatarij non sequitur resignationem, sed facto venit, nec est ex facto resignationis, sed est extranea à resignatione, ideo tãquàm extranea non consideratur: arg. l. continuus. ff. de verb. obliga. nec iste resignans ampliùs testabitur de illo beneficio, de quo est iam prouisus.

Tamen nec ex clausul. quouismodo, posset dicere collatum sibi esse beneficium per obitum: si quidem ista regula comprehendit tantùm vacationem tempore datæ contingentem, & non futuram: nisi sit in rescripto si nutri, vel si nulli. c. susceptum, de rescript. in 6. Gomes. quæst. 16. & superiùs scripsi in regula, de

regula, de infirmis resignantibus, & in hoc rescripto si neutri. quomodo intelligatur.

Nullius sint roboris, vel momenti.

GLOSSA DECIMA OCTAVA.

Notificatio in actu facienda est de forma.

1  Patet, quòd quando iura requirũt publicationem & notificationem alicuius actus fieri tunc data est à iure forma, quæ si non seruetur, actus non valet, cle. caussam, in fine de electio. ob id annullantur collationes non ita publicatæ.

Impetratio beneficij resignatis manentis in possessione nō potest ante obitū fieri.

2 Item non valeret impetratio interim facta de illo beneficio, licet posteà resignãs moreretur in possessione, tum quia non adhuc vacat: tum etiã quia beneficium, quod poterit vacare, non potest interim conferri, cap. commissa, de elect. in 6. cap. si tibi, de preb. eodem lib. Aegid. Bellamera decis. 752. Supposito: si tamen hic resignatarius adeptus fuerit aliud beneficium incompatabile, vacabit hoc primũ per c. de multa. quia collatio interim valet, sed resoluitur posteà per obitum: ideo dicerem teneri promoueri, per c. licet tamen, de elect. vt alibi dica.

Secundo resignatario an debeat vel per mortem.

3 Quæro aliquis constituit procuratores ad resignandum coram Papa suum beneficium, quod procurator resignauit. & is, cui facta est prouisio, nō accepit possessionem intra sex menses, nec alio tempore: demum resignans iterum resignat, in vim cuius secundæ resignationis, collatum est beneficium secundo: & is adeptus est possessionem, posteà moritur resignans beneficium intra sex menses, vel vltra, confertur per mortem. Quæritur cui debeatur? Et videtur, quòd illi cui est collatum post mortem per istam regul. Cãncell. 34. quæ vult beneficium cẽseri vacare per mortem.

4 Item per primam resignationem beneficium amiserat resignans, c. in præsentia, de renuncia. etiã quo ad possessionem glo. assignari, in cap. inter. de præb. nam renunciatio beneficij inducit quoque resignationem possessionis, quæ animo perditur. Innocen. in c. super hoc, de renuncia. Panormit. & Imol. in c. solicite, de restit. spoliator. Calder. consil. 4. rub. de renuncia. ergo non poterat iterum resignare: alioqui daretur materia calumniandi, & sic faciendi plures resignationes; quod non est permittendum.

Resignans iterũ crimine stelliona tu tenetur

5 Item ille, qui secundo resignat, nihil agit, quinimò stellionatus crimine venit puniendus, per glo. fi. in cap. nulli, de rebus eccles. non alienand. vt dicit Berber. in viator. iuris, rubr. de crimine stellionatus in fin.

6 Aliàs dolus resignantis prodesset illi secundo resignatario: & quando secunda resignatio valeret, posset resignans semper fraudare primũ, quod nequaquam est dicendum: imò illa simulatio, & variatio est in clericis maximè prohibita, clem. vna de renuncia.

Resignans fructus recipiēs post intimatã sibi prouisionē tenetur ad restitutionē fructuum.

7 Vnde si is qui resignauit, remaneat in possessione de facto post resignationem, tenebitur ad restituendum fructus, quos percepit à de sibi intimatæ bullæ resignationis, seu collationis: quia priùs bonã fidem habere poterat, si superior noluisset admittere, de Rot. decis. 158. licet reus, in nouis.

Primus prouisus præfertur secundo etiam si secundus possideret.

8 Item si beneficium conferatur vni, & posteà alij, & isti secũdo traditur possessio. nihilominus præfertur primus, per c. capitulum, de rescri. c. tibi, & c. duobus, illo tit. in 6. nec habet locum in beneficialibus, l. si quoties. C. de rei vend. vt asserit Ias. ibi. col. 4. qa in beneficialibꝰ non requiritur traditio, vel quasi, vt acquiratur ius in beneficio sed acceptatio. c. si tibi absenti, de præb. in 6. Din. in regul. qui prior, de regul. iuris, in 6. igitur postquàm valebat prima resignatio vsque ad mortem, ergo secunda valere non potuit.

9 Nec refragatur, quòd secunda collatio, primæ debet præferri. c. illud, & c. suggestum, de iure patro. Respon. horum text. rationem esse separatam, videlicet, quia illic prima non fuit iure facta, sed in isto casu secus. & non minùs censetur iure facta, licet primus resignans non adipiscatur possessionem in vita resignantis, quia hoc potuit facere semper: quod si non fecerit, vacauit per obitum.

10 Et in dubio præsumitur renunciatio iure facta c. Consaldus, 17. q. 2. & is qui dicit eam non legitimam hoc debet probare. c. cùm dilectus, de success. ab intesta.

11 Nec etiam obest, quòd non sit mortuus in possess. Respon. contrarium esse verum: quia secundus resignatarius nomine primi resignantis erat in possessione, & sic videtur resignans primus in possessione, decessisse, & erat in possessione respectu primi, qui nunquàm habuit possessionem, alioqui semper fieret fraus huic reg. & huic sentẽtiæ subscribo.

Resignans moriens in possessione resoluit ius secundi resignatarij.

12 Item si primus resignatarius ante sex menses resignauerit alteri, & posteà primus moriatur non facta publicatione, & post sex menses, putarem secundi resignatarij ius resolui, & extingui sicut ius primi extinguitur per hanc regulam, si resignãs fuerit mortuus in possessione: quia quod in vno statuitur, & in duobus habet locum. l. singularia. ff. si certum peta. Et resoluto iure primi resignantis, resoluitur ius secundi. l. lex vectigali. ff. de pignor.

13 Adhæc quia prouisio vltimi est subreptitia: quia si primus resignans expressisset Papæ possessionem non captam à se nec resignationem publicatam, fortè non contulisset, vel non ita de leui. c. postulastis, de rescri. quamuis Dominus Gomes. hic in prima quæstione tenuerit contrarium, dicens se iudicasse, tamen iudicauit contra hanc regulam, ibi, & inde sequuta.

14 Nec refragatur, quòd de prima resignatione debeat intelligi secundum eum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. significati. quod salua eius reuerentia verum esse nō putarem: quia ille §. boues, non habet locum in dispositione legis, quæ semper loquitur, & sic non solùm in primo actu, sed & in omni, aliàs omnes leges iam essent sublatæ, quarũ semel casus euenit: quod est contra l. Arriani, C. de hæretic. vbi lex sẽper est in viridi obseruantia: & ita limitaui in dicto §. boues.

15 Item non obstat, quòd superior consentit huic secundæ resignationi, & quando dominus consentit, tunc non habet locum l. lex vectigali, teste Guido. Papæ in decis. Delphi. quæst. 575. Emphyteuta,

Respon. verum hoc esse, quando dominus sciens consentit, secus si ignorans: nec ignorans iuri suo renunciat, aut sibi præiudicat. l. mater. ff. de inofficio. testamen. l. sed si hac. § patronum. ff. de in ius vocand. vnde si in secunda resignatione fuissent omnia narrata, & Papa huic derogando regulæ conferret secundo, tunc crederem opinionem Gomes. procedere, aliàs non: Papa enim non videtur velle plus iuris conferre, quàm resignans haberet, nec huic regulæ derogare, nisi hoc expressè dicat: & cũ hæc regula annullet collationem, & resignationem, ergo & primam, & alias.

16 Item poterat primus accipere possessionem, quandiu viuebat resignans, ergo poterat excludere secundum: nec facit secunda resignatio, quin vacet per mortem & sic nec recredentia, nec possessorium debet huic habenti secundam resignationem adiudicari: quia per hoc verbum, & inde sequuta, omnia hic annullantur.

17 Item non valet secũda collatio ratione subreptionis, & fraudulentæ resignationis. Oldrad. consil. 324. factum, col. 3 scripsi in gl. vacantia, §. volumus, de colla. in Concorda. quia Papa ius tertij non intẽdit tollere. Et si Papa sciuisset primam resignationẽ & prouisionem iam factam, isti secundo non contulisset: ob id secũda collatio nulla est, & subreptitia.

18 Imò pulchrè scribit Gomes. in commentar. ad regulam de infirmis resignantibus, quæst. 40. quòd si infirmus per procuratorem resignauerit in curia, & postea rursus in fauorem alterius cum derogatione illius regulæ secũdo confertur beneficium, & infirmus moriatur intra viginti dies adhuc vacabit per obitum: & secunda renunciatio (quæ nulla est) non impedit quominus vacet per obitum: sic & hic nos dicemus.

Collatio facta per vicarium reuocatũ quãdo valeat.

19 Præterea collatio facta per vicarium etiam reuocatum antequàm reuocationem sciuerit, valet. l. si fortè. ff. de offic. præsid. quem text. singularem dicit Roma. singul. 57. & Ias. in l. more, col. 3. nu. 8. ff. de iurisdic. omnium iud. & Dec. cons. 295. sic valebit prima prouisio per resignationem antequàm fuerit reuocatus procurator resignantis.

20 Nec me mouet gl. & ibi doc. in c. ex tenore, &c. in nostra, de rescri. & quod no. Oldra. cons. 299. quidam Hugo, vbi concluditur, quòd prima electio seu prouisio, quæ est inutilis, non præstat impedimentum, nec hæ literæ primæ nullæ præstant impedimentum secundis validis. Respon. verum esse: sed in hoc casu prima prouisio facta erat valida, & ita secunda valere non poterat, pendebatque effectus, nempe si publicatio fieret, & possessio peteretur in vita resignantis.

21 Ideo pendente hoc tempore non poterat remoueri beneficium ab hoc primo resignatario, & alteri prouideri: & ita tamen est quicquid in contrariũ dicatur, vt beneficium per mortem vacare censeatur, non obstan. duabus resignationibus factis & prouisionibus.

22 Insuper quæro, valeat ne collatio facta à Cãcellaria post reuocationem procuratoris intimatã Cameræ? Et breui respon. valere, per text. in clement. vna, de renuncia. vbi renunciatio facta post reuocationem non intimatam procuratori, vel illi, in cuius manibus cessio facienda est, valet. & dicit ibi glos. in verb. facienda, in hæc verba.

Post reuocationẽ intimatã cameræ an valeat collatio facta à cãcellaria.

23 Quòd quando mandatum est generale ad cedendum in manibus eius qui recipere possit, non potest iuuare notificatio, nisi facta sit ei, qui recipit huiusmodi mandatum & imputet sibi, qui debuit omnibus intimare, vel saltem procuratori. Idem tenet Bonifac. & alij in d. clem. vna. Et sic consului, obtinuitque in magno Regis Consilio Do. Guilielmus Fabri contra de cumbis.

24 Itẽ eo loco reuocatio fieri debet, vbi negotium agitatur, alioqui non valet: l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de institor. actio. Sed camera est diuersũ tribunal à Cancellaria, & separatum: & loca distincta, officialesque separatos habent, & diuersos: ergo noticia facta in vno loco, non ligat in alio, sicut facta vni, non ligat alium d. cle. vna: quia paria sunt minus plenè intimare, vel nihil intimare: l. veluti, ibi vel minùs plenè edictũ. ff. de edẽd. l. quoties, q. satisd. cogãt. & ibi multa doct. citant: & sic intimatio illa omni carebit iuris effectu, cle. causã, in fi. de elect.

Collatio facta eodem die quo reuocatio, an valeat.

25 Prætereà dubitatur, an valeat collatio facta à Cancellaria, si appareat eo die collationem, & reuocationem esse factas in eadem cancellaria, vel consensum à procuratore præstitum? Respond. valere per text. in d. clem. vna, de renuncia. vbi valet prouisio facta ad resignationem procuratoris, antequàm peruenerit ad notitiam illius, vel eius in cuius manibus facienda erat cessio: sed non apparet hic quòd facta fuerit notificatio reuocationis ante prouisionem, nam potuit esse posteà: ideo is, qui dicit reuocationem anteà factam, oportet quòd ꝓbet: allegãs enim tempus illud probare debet. l. eum actum. ff. de negoc. gestis. plenè scripsi in tract. nomina. q. 14. nu. 11. & seq.

26 Si autem resignantes post admissionem resignationis factam à Papa possent ab ea discedere, frequenter illuderetur Papę, cuius iudicium ab eorum arbitrio pendere videretur. c. bonæ 2. circa fi. de postula. præla. & qui dicit aliquid reuocatum, hoc probare debet l. cũ tacitum, ff. de prob. l. sacimus, C. de testã. & probare debet ante reuocatũ, vt suprà dictũ extitit q̃a nõ est verisimile procuratorẽ resignasse, aut etiam Papam prouidisse, si anteà fuisset intimata reuocatio: ideoque prouisio priùs facta præsumitur, quàm reuocatio: ideo parti alleganti reuocationem priùs factam incumbit probatio. l. ei qui. ff. de proba.

A die consensus computatur tẽpus.

26 Si tamen fuerit facta cessio in Cancellaria die prima Martij, & intimatio eodem die in eadem Cãcellaria: si die secunda procurator consenserit, non valebit prouisio: cùm à die consensus præstiti computetur tempus, quod non retrotrahetur: cùm extrema non sint habilia: de quibus Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Quãuis consensum retrotrahi dicat Roma. cons. 340. nu. 7. per l. fi. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudic. quia paria sunt ab initio cõsensum interuenire, vel ratihabitionẽ subsequi, reg. Ratihabitionem, de regul. iur. in 6. Sed nõ hoc casu, quia reuocatio iam erat intimata.

28 Verùm cùm hodie isti sex menses computentur à

Resignans nō admissa resignatione an potest sē per suū retinere beneficium.

tur à die supplicationis, vt patet in hac regula, si procurator consenserit, valebit.

29 Insuper notandum est, quòd si quis resignauerit coram Papa beneficium in fauorem certæ personæ, & non aliter, nec aliàs, si Papa sic contulerit & is noluerit acceptare: poterit resignans suam semper continuare possessionem, & sine noua collatione illi beneficio inseruire, tum ratione huius clausulæ non aliter, quia non intendit aliter resignare, nisi iste habeat: iste non vult habere, nec acceptat, ob id resignatio non valet.

30 Tum etiam quia aliter facta resignatio pro nō facta habetur, vt pote contra formam mandati. Sicque iudicauit Senatus Paris. pro Domino Bochetel canonico sancti Stephani Bituricen. qui valetudinarius resignauerat in fauorem nepotis, qui noluit acceptare, postquàm Bochetel conualuerit: vnde cùm idem auunculus vellet rehabere stallum in choro, & locum in capitulo (vt moris erat) Capitulum denegauit eum recipere sine noua collatione, & volebant eundem cogere ad soluendam pro ingressu Capam, vel triginta scuta solui solita à singulis canonicis: tandem fuit condemnatum Capitulum ad expensas, damna, & interesse, anno 1549. die vigesima tertia Ianuarij in magna camera. vide quæ scripsi in tract. nomina. quæst. 21.

Arestum.

31 Duæ resultant inde quæstiones: prima, an sine noua collatione liceat ad beneficium resignatum redire: & in hoc facerem seq. casus. Primus est: si resignatio facta fuerit secundum mandati formam, nō poterit resignās redire ad suum beneficium absque noua collatione. Doct. in c. cùm venerabilis, de excep. c. si beneficia, de præb. in 6. quod est verum, si resignatarius acceperit possessionem.

Resignans an sine noua collatione ad suum possit redire beneficiū

32 Secundus casus, quando beneficium fuit resignatum contra mandati formam, tunc redire potest resignans ad suum beneficium absque noua collatione. d. c. si beneficia, vt nec quidam perdat suam primæuam possessionem: nam quod fit contra formam est nullum. c. cùm dilecta, de rescrip. ideo semper retinet ius & possessionem, quia non censetur resignasse.

33 Tertius casus quando quis resignat in fauorem alicuius, & non aliter, ipsō non acceptante resignās manet in possessione, donec ipse acceptauerit: nec aliàs renunciatio valeret. d. c. si beneficia, & in cle. vna, de renunciatio.

Prouisus in possessionē mitti debet.

34 Quamobrem oportet resignatarium mitti in possessionem, alioqui prædo est, l. si ex stipulatione. ff. de acqui. posses. doct. in c. in literis, de resti. spoliator. tamen non est priuatus iure in beneficiis minoribus, qui adeptus fuit beneficij possessionem, si aliàs bonum haberet titulum. Domi. & Franc. in c. eum qui, de præben. in 6. & Nicol. Milius in verb. beneficium. q. 58. scripsi in tract. de pacific. possessor nu. 237. cum seq. & vide quæ scripsi suprà de missio. in possession.

Administrans ante cōfirmationem iure est priuatus.

35 In Episcopatibus autem, & Abbatiis iure priuatus est qui administrat ante confirmationem, vel prouisionem à Papa receptam, etiam si autoritate Regia. c. auaritiæ, de elect. in 6. alibi scripsi.

36 Illa tamen dignitas non potest iterum conferri ante declarationem: vt censuit Senatus anno 1508. in mense Ianuario.

Arestum

37 Imò electus ante confirmationem non potest se opponere, ne incidat in pœnam illius. c. auaritiæ nec impetrare literas saisinæ, aut manutenentiæ, qua non habet solidum ius ante confirmationem. d. c. auaritiæ, & c. fi. de elect. lib. 6. Alia multa scribit Gomes. quæ videre poteris, si tibi ista non sufficiant.

Ante cōfirmationem electus non agit possessorio.

38 Adhæc nostra voluntate beneficium amittitur per matrimonium: vt si beneficiarius ducat vxorē, cogitur relinquere beneficium c. 1. de cleric. coniuga. quia non bene conuenit psalterium cum cithara: & coniugatus cogitans quomodo placere valeat vxori, minùs ea, quæ Dei sunt complere potest, cùm quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem, vt ei à quo stipendium recipit, plenus famuletur. c. diuersis fallaciis, de cleric. coniuga. vbi quoque dicitur, quia per tales coniugatos substantia rerum ecclesiasticarum solet deperire.

Amittiē beneficium per coniugium.

39 Insuper quia voluptatibus simul & carnalibus desideriis, ac diuinis & ecclesiasticis vacare non valeant. c. 3. cleric. coniuga.

40 Siue contraxerit matrimonium, siue sponsalia. c. vno, de cleric. coniuga. lib. 6. vbi glos. intellige sponsalia de præsenti, secus si contraxerit sponsalia de futuro. d. c. vno, & Aufrer. in decis. Tholos. q. 239. Panor. & alij in c. 1. de cleric. coniuga.

41 A fortiori quoque si contraxerit matrimoniū cum vidua, tunc enim vt bigamus omni quoque priuilegio clericali priuatur, cap. vno de Bigamis, lib. 6.

42 Declara in coniugato, eum non posse obtinere beneficium, quamdiu vxorē habet: nam si matrimonium priuet iam adepto, multò fortiùs prohibet habendū: quia turpiùs eiicitur, &c. c. quemadmodū, de iureiur. & multa facta tenent, quæ fieri prohibētur. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

43 Nisi vterque vouerit castitatem perpetuam, & ingressus fuerit religionem, tunc coniugatus cū vnica virgine beneficium habebit: Nam hoc casu videtur quo ad effectum solutum matrimonium: vt est sing. casus positus in c. 2. de cleric. coniuga.

Coniugatus quādo vxorem & beneficiū habere possit.

44 Quinimò hoc modo poterit ordines recipere c. coniugatus, de cōuers. coniugat. c. Episcopus. 77. distin. & sic est casus mirabilis, in quo habens vxorem potest ordines sacros sumere, & effici præsbyter, ac beneficium obtinere.

45 Amittit etiam coniugatus beneficium, quamuis matrimonium sit nullum, vt pote inuitum cum consanguinea, vel alia, cum qua prohibitum erat, clem. vna, de sponsal. Imol. in c. Ioannes, de cleri. cōiuga. Ias. in l. vbi, col. penul. C. de transactio.

46 Verùm quia super his matrimoniis quādoque dispensatur, & quidem frequentissimè: ideo adiungam hic Regul. cancell. super qua dicam impedimenta matrimonij, & super quibus dispensetur, & à quo, & in quibus non possit dispensari. [Præterea licet non valeat collatio vel prouisio non publicata, tamen valebunt gesta interim facta per eum, qui iam resignauerit propter publicam vtilitatem. l. Barbarius. vbi scripsi. ff. de offic. præto. l. qui tibi. C. de his qui à non do. ma.]

Regula 46. Innocen. 8. de dispensationibus in gradibus prohibitis.

Item voluit quòd in literis dispensationũ super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut aliàs prohibito, ponatur clausula, si mulier rapta non fuerit, & si sciẽter, ponatur clausula addita in quinterno.

GLOSSA PRIMA.

Dispensatio super matrimonio quãdo à Rege petenda sit.

1 ADuertendum est, quòd interdũ super matrimonio requiritur dispensatio, aliquando non, si fiat secundum formã à iure præstitutam, non requiritur, si verò contra iuris prohibitionem, tunc requiritur dispensatio, quæ postulari debet interdum à Papa aliquando ab Imperatore, seu à Rege.

2 Tunc à Papa impetratur, quando prohibitio ab eo emanauit, & imminet peccatum, vt in gradibus consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, & aliis prohibitis à iure canonico, vt in c. non debet, & per totum, de consanguinita. & affinita. & infrà dicetur.

Tutori prohibetur nubere cũ pupilla.

3 Aliquãdo facta est à iure ciuili prohibitio propter aliquam caussam honestam: vt pote ius ciuile tutori prohibet, ne nubat cum sua pupilla, vel adulta nec filius eius, aut nepos, l. senatusconsulto, & sequent. ff. de ritu nuptiarum. & quæ personæ sub ista prohibitione comprehendãtur, probatur in l. si quis tutor, & l. non solùm ibidem.

4 Et hoc ius ciuile ex causa prohibetur, videlicet ne pupilla vel adulta circumscribatur in re familiari ab his, qui rationes eius gestæ tutelæ reddere compelluntur. l. libertas. §. senatusconsulto. ff. de ritu nuptiar. & ne matrimonia sic coacta fiant.

5 Et tunc solet Imperator, vel Rex in hoc regno vel alius in suo superiorem non recognoscens dispensare super hoc matrimonio contrahendo: vt l. si tutor. C. de interd. matrimo. vbi sunt hæc verba, si tutor, vel curator pupillam, vel adultam quandam suam sibi, vel filio suo, nullo diuino impetrato beneficio, in matrimonio collocauerit, manet infamia contra eum, veluti in confessum de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit: vides ergo quomodo Imperator super hoc dispensat.

6 Et interdum audiui factam huiusmodi dispensationem à Rege cum nobilibus & diuitibus in Frãcia, quia pauperes super hoc dispensari non petunt.

7 Idem si magistratus tempore sui officij velit nubere cum aliqua sibi subiecta, quia ius hoc prohibet timore impressionis: ideóque solet hoc princeps permittere. l. vna. C. si quacunque præditus potesta, quod hodie non seruatur.

8 Idem si velit mulier nubere ante annum luctus ratione infamiæ vitandæ, solet hoc impetrare ab Imperatore, vel Rege. l. si qua mulier. C. ad Tertul. l. 1. vbi Bald. de secun. nupt. hoc tamen non solet impetrari in Francia, licet matrimonium cõtrahatur,

9 Idem si mulier velit impetrare nuptias ad retẽtionem prioris dignitatis, vt pote quia fuit nupta senatori, nũc vult inferiori nubere cum retentione dignitatis: hoc à principe impetrabit: quod rarũ est tamen, l. nuptiæ. ff. de senator. prohibetur tamen ne matrimonium contrahatur per rescriptum subreptium principis: nec licet alicui impetrare nuptias à principe sub deportationis pœna, & aliis positis in rubr. C. si nuptiæ ex rescripto petantur.

Mulier secũdo nubẽs dignitatem prioris matrimonij impetrare potest.

Rapere puellam quasi dicitur qui Regis beneficio illam petit.

10 Imò tantùm est rapere puellam, quantum Regis beneficio illam postulare. c. nullus. 36. q. 2. contra quosdam nobiles qui mulieres inuenire nesciunt, nisi eas principis literis, & præceptis impellant: hæ tamen leges matrimonium prohibentes de iure canonico sunt correctæ. c. pen. & vlt. de secundis nuptis: quia matrimonia reguntur hodie iure poli, non iure fori. cap. Euphemium. 2. quæst. 3 Federic. cons. 36. casus talis. Lucas de Penna in l. fi. col. 4. C. de incol. lib. 10.

11 Potest tamen princeps in iuramẽto & aliis, quæ ius diuinum non destruant, sed iuuent constitutionem super hoc edere, non ad annullandum matrimonium, sed vt honestiùs contrahatur, & sine coactione, & scandalo: qua constitutione transgressa & sic honestate violata poterit iudex hunc trangressorem mulctare, vel bonis priuare. quæ merè temporalia sint, & non subiecta ecclesiæ: quod si principis interuenerit dispensatio, non erit locus impositioni mulctæ.

Leges dispo nentes super matrimoniis quæ seruentur.

12 Et sic videmus hodie etiam quo ad matrimonia seruari leges imponentes mulctam, aut bonorum priuationem, sed non illas quæ infamiam irrogant. c. fi. de secund. nupt. c. cùm secundum leges, de hæreti. lib. 6. & per totum tit. C. de incest. nupt. nec seruantur leges illæ quæ matrimonium annullant, cùm illud sit iuris diuini, quæ sunt notanda, quidquid dicant canonistæ: quia principis est continere ciues suos in honestate: cùm præcepta iuris præcipua sint honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. Paris. cons. 51. considerata, in 4. vol.

Super aliquo gradu.

GLOSSA SECVNDA.

Gradus quid sit.



GRadus in consanguinitate vel affinitate dicitur ad similitudinem scalarum graduum, vel aliorum locorum, vt sicut de vno gradu in gradum ascẽdimus, vel descendimus, ita & per gradus cõsanguinitatis de vna persona in aliam, l. Iurisconsul. §. gradus. ff. de gradib. & est habitudo personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duę inter se personæ differant. Ioan. Andr. in declara. arbo. consanguinita.

Cõputatio secundũ ius ciuile vel canonicũ quæ attendatur.

Aduertendum est, quòd cùm in statutis vel consuetudinibus fit mẽtio de gradu, vt tertio, vel quarto gradu, seu alio: tunc fiet computatio secundum ius ciuile, tum quia recta est computatio: tum quòd statuta magis accedunt ad ius ciuile, secundũ quod persona quęlibet faciet gradũ §. fin. instit. de gradib. affinita. l. fi. vbi doct. C. de successor. edict. Bar. cons. 224. an

214.an fratres.Alber.Brunus in tract.de stat.excluden.fœmin artic.12.q.21.Bened. in repet c. Raynutius,in verb.& vxorem num.86.de testa. Præpos. in declara.arbor.consang.nisi consuetudo vel statutũ aliter disponeret.Bald.in l.vlti.in fi.C.de successor. edicto Deci.cons.444.concurrit,col.2.& cons.563. domino in fin,vel esset in terris ecclesiæ: quia verisimile est, quod ad ius suum statutum referatur, id est ad ius canonicum.

Item fallit quando primum habita fuisset mentio iuris canonici,vel ageretur de cõputatione gradus quo ad matrimonium.Ias.cons.69.statutum, in 3.vol.quia præcedentia declarant sequentia.l. si seruus pluriũ.in fine.ff.de leg.1.alia tradunt doct.in declara.arbor.Consanguinita.

Consanguinitatis.

GLOSSA TERTIA.

Consanguinitas quid.

Consanguinitas est attinentia diuersarum personarum ex eo proueniens,quòd vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem teste Ioan.Andr.in declara.arbor.consanguin.vbi plus addit,quod consanguinitas dicitur à cùm & sanguine,quia à communi sanguine descendunt:vt Præpos.& alij declarant ibidem. Notandũ est,quòd licet olim prohibitio vsque ad septimum gradum esset, quandoquidem homines antiquitus viuebant diutiùs, vt septimum eis gradum videre contingeret:hodie augescente malitia populi & diminuta deuotione, diminuta quoque est ætas: & quia difficile est peruenire,& videre quartum gradum, quamobrem hodie vsque ad eum quartũ gradum inclusiuè prohibetur matrimonium quis contrahere cum sanguineo,vel consanguinea.cap. non debet,de consanguini.& affinit. vbi aliæ assignantur rationes:sed si vnus sit in quinto gradu, & alius in secundo vel tertio,potest inter illos contrahi matrimonium sine dispensatione, per reg. Collateraliũ in linea inæquali,quoto gradu distat remotior à stipite, tãto distant inter se.d.c.non debet.de cõsanguini.& in arb.consanguinita.declaratur.Pet.Paris. cons.52.dixi,in 4.vol.& cons.ibidem.

In quinto gradu existens potest contrahere cũ existentem secũdo vel tertio.

Vel affinitatis.

GLOSSA QVARTA.

Affinitas quid.

Affinitas est personarum proximitas ex coitu proueniens inter copulatum, & cõsanguineos,copulatæ,& inter copulatã, & consanguineos copulati,teste Ioã. Andr. & Præpos. in declara. arbor. affinitat. vbi dantur descriptiones:vt ibi ipse scripsi. Et sicut in quarto consanguinitatis gradu prohibitum est matrimonium,ita in quarto affinitatis gradu:vt est notatum in arbor.consanguinitatis,& alia quæ dicuntur in consanguinitate,& in taxa,& expeditione illius seruari solent in affinitate: nisi procedat affinitas ex actu fornicario præcedente, quia tunc nulla est compositio:quia datur litera clausa, & tantùm taxatur quod ad expeditionem ac si aperta: & in primo gradu affinitatis datur dispensatio, quod remaneat matrimonium ob scandalum vitandum,fauore scilicet matrimonij: & ne super coitu credatur partibus ad separandum matrimonium:& quia hoc impedimentum est à iure canonico inuentum: vt docto.scribunt in declara.arbor. affinita. & Prouincial.fol 65.in no.super dispensa.matrimo. versic. item potest.

Tantum taxatur dispẽsatio affinitatis sicut consanguinitatis.

In ... gradu affinitatis ... dispensatur.

Aut aliàs prohibitio.

GLOSSA QVINTA.

1 Multis modis prohibetur à iure matrimonium,qui his versibus continẽtur,

Matrimonij impedimenta.

Error,conditio,votũ,cognatio,crimen,
Cultus,disparitas, vis,ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis,si fortè coire nequibis,
Hæc socianda vetant connubia,iuncta retractant.

Ioannes Andreas in tractat. de sponsal. & matrim. gloss.in summa 27.q.1.

2 Hic duo exprimuntur gradus prohibiti, videlicet consanguinitatis & affinitatis:addit glos.tertiũ, videlicet publicæ honestatis,de qua infrà.

3 Quartus est ratione erroris videlicet personæ: vt si quis putet contrahere cum Catharina, & contrahat cum Berta,qui error personæ vitiat matrimonium: quia non est consensus,vbi est error. l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & errantis nulla est voluntas.l.cùm testamentum,& l. non idcirco.C.de iuris & facti ignorantia.

Error quando vitiet matrimonium.

4 Idem in errore conditionis,vt si contrahat cum serua, putans contrahere cum libera, & hi impediunt matrimonium. Error verò qualitatis.vt pote quia putabat eam esse virginem,vel error fortunæ, si putabat diuitem puellam: isti errores non impediunt matrimonium,quia non respiciunt substãtiam matrimonij:alioqui omnia ferè irritarentur, cap.1.in 29.quæst.1.

5 Et super hoc impedimento non quæritur dispensatio,& habita non prodest,altera parte inuita: sed partis errantis posteà consensus interueniens matrimonium ratum facere potest:sicut dicitur de Iacob, qui volebat contrahere cum Rachel,& fuit ei data Lia,quæ lippis erat oculis,tamen cum ea posteà consensit:vt patet Genes.29.& sequent.

6 Quintò conditio apposita in matrimonio:vt si puella contraxerit ea lege,si pater voluerit: si pater nolit consentire,non valet matrimonium. c. super eo, de conditio.appositis.Si tamen à conditione recessum fuerit valebit matrimonium, vt pote si pater permiserit,vt alius illam filiam ducat.c.per tuas. de conditionibus appositis.

Cõditio impedit matrimonium.

7 Item si non valeant sponsalia,non teneor sponsam accipere.c.de illis.de conditio.appositis, & melius esset non contrahere, quàm contrahere, & in hoc contractu rapere mulierem, & processus infinitos ad illam promissam pecuniam habendam excitare.

8 Si verò conditio fuerit contra substantiam matrimonij,vitiat contractum:secus si aliàs fuerit illicita,quia tunc habetur pro non apposita.c.1.&c.vlt. de condit.appos.Hippolytus cons.286.& in hoc casu non video dispensationem exigi,vel raro.

9 Sextò votum solenne impedit ac dirimit matrimonium, vi voti in professione religionis emis-

Votū solenne impedit matrimonium.

sum, aut votum in suscipiendis ordinibus sacris c. vno, de voto, in 6. si verò fuerit simplex votum, vt regulariter est quodlibet aliud, tunc impedit quidem matrimonium, sed non dirimit contractum. cap. meminimus. & seq. ac per totum, qui cleric. vel vouent.

Super voto Papa dispēsat, & debetur compositio.

19 Et super hoc voto etiam solenni potest Papa ex caussa dispensare. cap. veniens, qui cleric. vel vouent. glos. in c. proposuit. de concess. præb. & in cap. cùm ad monasterium. vbi Panorm. & alij, de statu monach. Aret. cōs. 59. in facto. ideóq; potest ex magna causa dispensare cum monacho, vel sacerdote vt cōtrahat matrimonium: vt docet Ioan. And. in reg. semel Deo, de reg. iuris in 6. & in Merc. refert multos huius sentētiæ Deci. cōs. 112. in presēti, col. 2.

11 Aut si de facto quis iam post votum contraxerit, absolutionem petere debet à transgressione voti, & quòd in matrimonio remanere possit: verùm super hoc, & cum votorum commutatione non solet Papa dispensare sine compositione, quæ fit secundum personæ qualitatem, & illius substantiam, quandoque plus, quandoque verò minùs.

Cognatio carnis matrimonium impedit.

12 Septimò cognatio impedit matrimonium, & & intellige cognatio carnalis, id est consanguinitas vt suprà dictum fuit in gloss. 3. vel de cognatione spirituali: vt inferiùs dicetur. scribit Buchar. in suo decreto lib. 7. cap. 22. si quis neptem suam in coniugium duxerit, anathema sit: & si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuerit coniugiū duxerit anathema sit.

Compositionē cur Papa super his recipiat.

13 Sed miratur Staphil. in tract. de literis gratiæ & iustitiæ, quomodo Papa recipiat pro ista dispensatione compositionem: nam aut est iusta caussa dispensandi, & tunc dispensare debet, iuxta no. in cap. bonæ 2. de postula. præla. & in l. 1. §. permittitur. de aqua quotid. & æstiua, & iusta caussa est dispensandi in gradibus prohibitis etiam à iure diuino videlicet ob bonum pacis, & quietis inter principes, & homines sibi subditos. cap. secundo, de desponsatione impub. si verò non est caussa dispensationem abiicere debet.

14 Sed desinet mirari, si consideret quàm multi dispensationes huiusmodi impetrarent, si gratis cōcederentur, qui saltem impensarum timore deterriti non audent, & semper infestarent aures Pontificis, petendo secum dispensari: deturque materia deliquendi, contra l. conuenire. ff. de pactis dotal.

15 Sicut dicimus de statuto, quòd si imponit pœnam pro homicidio pecuniariam paruam, non valet, quia daret materiam delinquendi, secus si magnam: allegatur tex. no. in §. pœna. de iniur. in insti. quem not. Albert in tract. statutorū. in 2. parte, quæsteo. 122. & Ludouic. Roma. singul. 706. & Rochus Curtius in c. fi. col. 21. de Consuetud. & Hippolyt. in l. 1. nu. 9. ff. de sica. ideo necesse est, vt malitia hominum comprimatur, & vt compositio soluatur.

Clausula in his dispensationibus ponenda.

16 Et quando Papa dispensat, sic in narratione dicere solet Iulius, &c. & si inter illos, qui consanguinitatis, au affinitatis nexu iunguntur, instituta sacrorum canonum matrimonialem copulam interdicāt summus tamen Pontifex ex potestatis plenitudine, quam non ab homine obtinet, sed à Deo personarum & temporum qualitate pensata vtiliora inspiciens, nonnunquam iuris rigorem, maximè circa sublimes personas, ex regali prosapia descendentes mansuetudine comparat.

17 Et quòd negat iuris seueritas, benignitas dispensationis indulget. Sanè, &c. postea narrat factum & demum dispensat, ac non obstantia tollit: hæc est huius dispensationis summa: vt superius scripsi in tract. de dispensat.

Cognatio spiritualis impedit matrimonium

18 Secundò cognatio spiritualis impedit matrimonium, ac dirimit contractum. c. 1. & per totum. 30. q. 1. & in tit. de cogna. spirituali, nisi necessitatis causa baptizauerit, c. ad limina. 30. q. 1. & ista contrahitur per baptismum, & confirmationem. cap. 1. & fi. de cognatio. spirituali in 6.

Deponi debet presbyter qui cognouit eam quā in confessione audiuit.

19 Omnes etiam quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt baptismate suscepti, c. omnes. 30 q. 1. & ideo deponatur presbyter, & duodecim annis pœniteat, qui cognouit illam, quam in confessione audiuit, c. fin. ibidem. Cognationis huius spiritualis viginti sunt personæ prohibitæ quas scribit Panorm. in c. Martinus, de cognat. spiritual. tam in baptismo, quàm in confirmatione.

Personæ viginti in spirituali cognatione prohibitæ.

20 Prohibetur ergo primò matrimonium inter baptizatum, & baptizantem inter baptizatum, & filios baptizantis, inter baptizatum & vxorem baptizantis priùs cognitam, inter baptizantem & parentes baptizati, inter parentes baptizati, & vxorē baptizantis priùs cognitam, inter leuatum & leuantem, inter leuatum & filios leuantis, inter leuatum & vxorem leuantis priùs cognitam, inter parentes leuati, & vxorem leuantis priùs cognitam, inter leuatum & parentes leuantis.

21 Et totidem sunt personæ in confirmatione, super quibus difficiliùs Papa dispensat: & solet esse taxatio sicut in consanguinitate: non verò solet fieri compositio in hac cognatione, secūdū quosdam.

Sup cognatione spirituali quando papa dispenset.

22 Tamen super cognatione spirituali ad contrahendum non facilè dispensat Papa sed super contracto sic, licet possit in his omnibus dispensare, veluti quia sunt iuris positiui. Ad matrimoniū igitur etiā contrahendum dispensare poterit, siue sit paternitas siue fraternitas, aut compaternitas: vt tradit Panor. in rubric. de cogna. spirituali.

23 Verùm inter leuantes nulla contrahitur cognatio. c. fi. de cogna. spirituali, lib. 6. ideo non opus est aliqua dispensatione, aut declaratione.

Cognatio non contrahitur quando puer fuit baptizatus domi.

24 Idem si puer in domo fuerit baptizatus sine solennitate, & posteà ad ecclesiam delatus, vbi solennitas baptismi fuit obseruata: & ibi aliqui tenuerūt puerum, vt nulla contracta sit compaternitas, quia non est ibi baptismus, sed solennitas baptismi, ex qua non contrahitur cognatio, spiritualis & data fuit declaratio in plumbo, vt testatur Pouincial. fol. 28. ergo ipse etiam aliam vidi declarationem, quam obtinuit quidam ex consil. Do Philip. Probi doct egregij.

Cognatio legalis an impediat matrimonium

25 In cognatione verò legali, vt si per adoptionem soror mihi esse cœperit, quādiudurat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere non possunt. cap. vno de cogna. legali. Et super hac non vidi impetrari

trari dispensationes: quia pater potest illam dissoluere emancipando, ideo nõ est opus dispensatione.

Incestus p[ro]hibet matrimonium & quis super eo dispẽset.

26 Octauò incestus impedit matrimonium sine dispensatione, sed nõ dirimit iã contractum. c. transmissæ, de eo qui cognouit consang. vxor. suæ. Et an Episcopus possit dispensare scribit Panor. in c. 1. ibidem, non posse, quando verè commissum est crimẽ incestus, id est cum propriis consanguineis, vel affinibus, nisi ratione iuuentutis. c. si duo, in fi. 35. q. 6. Secus si crimen esset commissum cum consanguinea spõsæ: & sic nõ esset verè crimẽ incestus. c. 2. illo tit.

Machinat[us] in mortem viri non potest accipere illius cõiugem.

27 Notandum est etiam alia duo esse impedimẽta, quibus impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractum: primum est, si alter coniugum vir aut vxor machinatus fuerit in mortem alterius cum effectu, adeo quod mors secuta fuerit, & tunc iste nunquam poterit cum adultera contrahere, nec in contracto matrimonio remanere. c. 1. & per totum. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. c. 1. de diuor. c. si quis viuente. 31. q. 1.

28 Idem dicendum est & multò fortius, si vterque in mortem machinatus est cum effectu doct. in c. super hoc. de eo qui duxit in matrimon.

Dispẽsatur in conscientia cum eo qui machinatus fuit mortem.

29 Limitatur in conscientia, quando matrimonium est contractum, & negotium penitus est occultum: tunc Papa dispensabit vt remanere possit cum adultera ad vitandum scandalum ob dissolutionẽ matrimonij, capitul. quia circa, de consanguinitate. & taxa sigilli diminuitur in foro conscientiæ & bulla clausa mitti solet: quod secus est in aliis bullis, quæ non conceduntur in foro consciẽtiæ.

Promittens viuo coniuge contrahere cũ Titio non poterit cum eo contrahere mortuo coniuge.

30 Secundum impedimentum est, si viuente primo coniuge alter dederit fidem de matrimonio cum altero contrahendo mortuo suo coniuge, & eã post promissionem cognouerit: tunc illa fides data cum coitu sequente impedit matrimonium contrahendum, ac dirimit iam contractum. cap. relatũ, & cap. seq. 31. quæst. 1. cap. 1. & fin. de eo qui duxit in matrimon.

31 Solet tamen Papa cum his dispensare, dummodo neuter eorum in mortem alterius mortui machinatus fuerit: & dabitur legitimatio prolis susceptæ post obitum alterius, & exinde suscipiendæ.

Dispẽsatur cũ illo qui cognouit aliquã viuente coniuge.

32 Tertium est, quòd impedit, sed non dirimit: vt si quis de facto duxit, quàm polluit per adulterium, & ex qua suscepit liberos, vxore sua prima viuente dispensabitur (ea prima mortua) cum eis: vt ipsi priùs ad tempus separati (dum neuter istorum in eius mortem machinatus fuerit) possint matrimonium inter se contrahere de nouo: & de expresso venit quando legitimatur proles concepta, & suscepta post obitum primæ vxoris. d. c. 1. vbi doct.

Interficiẽs vxorem sine spe coniugij remanebit.

33 Idem si quis interfecerit vxorẽ, sine spe enim coniugij absque dispensatione remanebit. c. interfectores. 33. q. 2. & in casibus positis in c. hoc ipsum. §. de pœnitentibus. 33. q. 2. vbi glos. no.

Iudæus cum Christiana non contrahit matrimonium.

34 Nonò cultus disparitas. Christianus enim cum Iudea, vel Sarracena contrahere prohibetur. c. caue. 28. q. 1. & in hoc casu non solet Papa dispensare, nisi infidelis ad Christianismum peruenerit: vt not. doct. in cap. 1. de conuers. infidel.

35 Decimò vis compulsiua impedit matrimoniũ, quia vbi est vis, non est consensus, c. cùm locum, de sponsal. & matrimonia debent esse libera, c. gemma eod. ob id etiam metus qui potest cadere in constantem virum impedit matrimonium, c. veniens. 2. de sponsal. glo. in c. Abbas, de his que vi metúsve caus. fiunt. Ias. in l. Titia ff. de verb. obl. c. de illis, 2. & cap. ex literis. de despons. impub.

Vis & metus impediunt matrimonium. Super vi & metu Papa non dispensat, & aliis hic descriptis.

36 Nec super hoc matrimonio solet Papa dispensare, quippe substantia deest, videlicet consensus. c. sufficiat. 27. q. 2. super qua substantia Papa non dispensat. docto. in cap. cùm ad monasterium, de statu monach. Angel. de Clauas. in summa. Angel. in verb. matrimonium, 3. in vltimo impedimento: vbi dicit Papam non posse dispensare in his impedimentis, quę remouent consensum, vt conditionis, erroris personæ impedimentum metus & priuationis sensus, vt in furioso.

37 Sed si hic coactus posteà consenserit carnali copulæ, matrimonium ratihabitione conualescit. cap. insuper, qui matrimo. accus. possunt, nec hoc casu egemus dispensatione, sed consensus postea superueniens conualidat matrimonium: vt prædixi, & docto. in l. interpositas. C. de transact. Petrus Parisiens. cõs. quinquagesimotertio, quãuis, in 4. vol.

Ordo sacer impedit matrimonium

38 Vndecimò ordo sacer impedit & dirimit matrimonium, per cap. secundum, qui cleric. vel vouent. minor verò ordo non, vt ibi, & cap. qui verò & cap. seruatum. 32. dist. sed si presbyter de facto cõtraxerit: dispensat interdum Papa, cum Regibus, & illustribus, vt vxorem retineant, & in matrimonio de facto contracto remaneant: vel si ageretur de pace publica Regni, vel ex separatione graue scandalum immineret, cap. quia circa. in fi. de consanguinita. vel quando longo tempore in eo matrimonio perseueratum fuerit, & inde suscepta proles. cap. de gradibus. 35. q. 8. c. non debet de consang. Roma. cõs. 307. in casu.

Papa quando dispenset cum promotis vt matrimoniũ contrahant.

39 Dispensat etiam in foro conscientiæ, quando receptio ordinis fuerit occulta, cum limitatione tamen, quòd si ille presbyter vxori suæ superuixerit, perpetuò sine spe coniugij se contineat, & quod officium beatæ virginis Mariæ saltem diebus dominicis, & festis per modum satisfactionis, quoad vixerit recitare teneatur. & ita de facto vidi cum quodam fuisse dispensatum.

Infamis est habẽs duas vxores, vel concubinã cũ vxore.

40 Duodecimò ligamen, nam ligatus cum prima non potest cum secunda contrahere: quia non potest quis duas vxores, vel sponsas habere, nec quidem prætextu cuiusquam dispensationis. §. affinitatis. inst. de nupt. imò duas habens spõsas, aut vxores. vel vxorem cum concubina, efficitur infamis, l. eum qui. C. ad legem Iuliam. de adulter. l. 1. in fi. ff. de his qui no. infam. §. si verò effusa, in auth. quib. mod. natural efficiãt. sui. Rauen. in Alpha. in verb. cõcubina.

41 Et aliquando vidi oppositum contra quendã mercatorem habentem vxorẽ cum concubina, & hoc factum admissum ad reprobationem illius adducti in testimonium, c. nuper. de biga.

42 Imò si quis contraxerit sponsalia per verba de præsenti: vt est solitum fieri in iurisdictione Senatus Tholosani, & in prouincia, & posteà contrahat matrimonium etiam in facie sanctæ matris eccle-

siæ cum altera, quam cognoscat, tamẽ primæ adhærere tenetur, c. si inter. de sponsal. c. 1. & per totum. de sponsa duorum.

Dispensari quãdo possit cum eo, qui accepit secũdã vxorem, postquàm audisset primam mortuam.

43 Item si quis in longinquis partibus existens audiuerit vxorem suam mortuam, & sic probabiliter credens alteri nupserit, dabitur eidem dispensatio, quòd cum secunda remanere possit cum absolutione ab adulterij & incestus reatibus: & quòd credulitate huiusmodi durante exactus debitum coniugale reddat, non autem exigat, prouiso tamen quòd si primam ad eum redire contigerit, amplexibus eidem reiectis primæ adhærere teneatur, cap. in præsentia, de spons. capitul. dominus. de secun. nuptiis.

Audita morte coniugis quando alter cõtrahere possit.

44 Si verò maritus vel vxor fuerit certior factus per nuncium specialem ad hoc missum de morte alterius, tunc non solùm dabitur, quòd in matrimonio contracto remanere valeat, verumetiam si nõdum contractum sit, quòd contrahere possit: & fit per viam declarationis, seu dispensationis ad cautelam, vel per modum licentiæ, vel permissionis, & cum absolutione adulterij: vide text. in auth. hodie, C. de repud. vbi Bald. & alij tractant.

Publica honestas an dispensationẽ patiatur.

45 Decimotertiò honestas, quæ vocatur iustitia publicæ honestatis: quia in conuentionibus, non solum quid liceat considerandum est, sed & quod honestum sit. l. semper. ff. de ritu nupt. vnde dicit text. in c. si quis vxorem desponsauerit, vel eam subarrauerit, quamquam postmodum, præueniẽte die mortis eius nequiuerit eam ducere in vxorem: tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio: quod si inuentum fuerit factum, separetur omnino. 27. q. 2. & c. sponsam, de sponsal. c. accessit, & c. duo, de desponsa. impube.

46 Etiam si sponsalia sint nulla, vt pote contracta inter consanguineos, d. cap. ad audientiam, de sponsal. secus si essent nulla ex defectu consensus. c. vno. de desponsa. impube. in 6. Et super hoc dispẽsat Papa etiam in secundo gradu: & bonum esset Episcopos super hoc tam leui impedimento posse dispensare: imò, vt dicunt, doct. in c. non debet. de consanguinit. bonum esset si tolleretur hoc impedimentũ.

47 Ego tamen putarem non esse tollendum: quia honesta seruanda sunt & non tollenda. Maximum enim est iuris præceptum, honestè viuere. §. iuris autẽ præcepta. de iustit. & iure. in instit. & l. iustitia. ff. illo tit. & maius est honestatem seruare.

48 Decimoquartò affinitas impedit matrimonium: vt declaraui superiùs in verbo, Affinitatis.

Frigiditas an impediat matrimonium, & quæ.

49 Decimoquintò si vir non possit coire ratione frigiditatis naturalis, vel accidẽtalis, quia est castratus, aut ex debilitate, vel siccitate membri, vel quia non potest emittere semen: tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere si sit arcta (quod rarum est) impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractũ. c. 3. cap. laudabilem. & c. fraternitatis. & per totum, de frigid. & maleficiat. & Host. in §. fin. in summa illius titu.

50 Et in his nulla postulatur aut datur dispensatio potest tamen remanere mulier tanquàm socia, si velit, vt vidi apud Cathurcos. c. cõsultationis, de frigidis, vbi qui scit impedimentum. & contrahit, non potest deinde conqueri.

51 Si tamen frigiditas superuenerit post consummatum matrimonium, non dirimet ipsum: vt not. in c. fraternitatis, & ibidem, & in c. 1. & per totum. trigesimatertia quæstione prima: quia nihil aut tam humanum est, quàm vt fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse, l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio.

52 Et casus in quibus sponsalia de futuro soluũtur, tradit glos. in c. sit quippe. 27. q. 2. scribens hos versus. & in c. quemadmodum, de iureiur.

53 *Lepra superueniens, furor ordo, sanguis, & absens,*
Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæresis ac lapsus fideique remissio prorsus,
Sponsos dissociant, & vota futura retractant.

clandestinũ matrimonium prohibitum, & quando dicatur clandestinum.

54 Sunt & alia impedimenta, videlicet vnum generale, quo prohibetur alicui, ne clam matrimonium contrahat: & clandestinum dicitur matrimonium tribus modis: Primò quando testes nõ ad sunt cap. quod nobis, de candest. desponsa. Secũdo quãdo non fit cum solemnitate requisita. c. aliter. 30. q. 5. Tertio quando prætermissis publicationibus (quas banna vocant) celebratur, c. cùm inhibitio. de clandest. despons. & super duobus vltimis episcopus dispensat. doctor. in d. c. cùm inhibitio.

Tempore prohibito nõ debet matrimonium contrahi.

55 Aliud speciale dicitur impedimentum, quod est vel à iure, vel ab homine: à iure, vt pote prohibetur tempore quadragesimæ, & alio tempore prohibito contrahi matrimonium, cap. capellanus. de fer. c. non oportet. 23. q. 4. quod est intelligendum, vt conuiuia & solennitates nuptiarum fieri prohibeantur, sed non sponsalia etiam de præsenti. gl. & doct. in d. c. capellanus.

Post iudicis prohibitionem matrimonium nõ est contrahendum.

56 Ab homine interdum fertur impedimentum: vt si iudex prohibeat ob aliquam caussam, ne pars contrahat, antequàm de matrimonio fuerit cognitum: si iudex iste habebat caussæ cognitionẽ matrimonij, & tunc si caussa sit perpetua, propter quam interdicitur, & eo casu peccat, qui contra talem prohibitionem contrahit: & separabitur matrimonium data sententia diuortij, & probato impedimento coram iudice ecclesiastico, c. vlt. de matrimo. contra interd. eccles. contract.

Episcopus an possit super matrimonio dispẽsare.

57 Si verò impedimentum erat temporarium, tenebit matrimonium: sed in pœnam debet iste contrahens ad tempus separari, c. 1. & 2. de matrimo. cõtra interd eccles. Angel. Clauas. in sua sũma, in verb. matrimonium, 3. vers impedimentũ primum, & seq.

58 Vbi dicit quòd regulariter nõ potest episcopus dispensare in impedimentis matrimonij, ne contrahatur, nec contra concilia, sed in criminibus impedientibus matrimonium solum contrahendum poterit episcopus dispensare: vide eundem Angel. in verb. dispensatio. §. 5. & per doct. in c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic.

Ponatur clausula, si mulier rapta non fuerit.

GLOSSA SEXTA.

Non dispensatur cũ muliere rapta.



ET sic Papa quoties dispensat super sanguinitate, vel affinitate, solet adiicere hanc clausulam, dummodo rapta non fuerit: quia super hoc non intendit dispensare

pensare, etiam si expressim peteretur dispensatio: nam de iure ciuili raptor non potest contrahere matrimonium cum rapta, quinimò furca suspendēdus est, l. vna, C. de raptor. virg. text. in authen. de raptis mulierib. colla. 9. Secus est de iure canonico, cui statur per tex. in cap. pen. & fin. de raptor. text. in c. tua & c. denique, 36. q. 2. requiritur tamen hoc casu voluntas parentum, secundum Barba. consil. vltim. in fin. in 2. vol. quod impræsentarium non discutio, sed dum operæpretium fuerit: & scripsi in l. Marcellus, ff. de verbor. significa. potest tamen Papa, si velit, non obstante hanc regula dispensare, sed non solet, quia res mali est exempli.

Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.

GLOSSA SEPTIMA.

1 VUlt dicere, quòd si raptor scienter cōtraxerit cum rapta: & petatur dispensatio à Papa, tunc apponetur clausula in quinterno apposita, vt separentur ratione delicti pro tempore, quousque ad arbitrium commissarij congruam egerint pœnitentiam, c. ex literis, de eo qui cog. 10. consang. vxoris. & posteà dispensetur cum illis: & facta dispēsatione omnes pœnæ legales cassabunt: vt videtur innuere glos. in c. de puellis. 36. quæst. 2.

Taxæ curiæ Romanæ super matrimonijs & illorum dispēsation.

2 Vltimò figendum est menti, quòd in his matrimoniis contrahendis erant olim Romæ diuersæ taxæ: nam si agebatur de contrahendo in quarto consanguinitatis, vel quarto affinitatis gradibus, taxa erat ad 14. Iul. & 28. carl. & pro bullæ expeditione dabantur regulariter 34 carl.

3 Si verò ignoranter contractum fuerat, & scienter consummatum in quarto gradu, taxa est ad 9. car. & 22. Iul. & compositio solebat esse ad ducatos. 10. vel 2. Sed in tertio gradu compositio ad 25. porrigebatur.

4 Idem quando erat scienter contractum, & consummatum: eo enim casum cum Datario componi solitum erat ad 10 ducatos, & hoc semper in 4. gradu. De matrimonio etiam scienter cōtracto, sed non consummato non est compositio, sed adduntur quatuor carleni pro absolutione.

5 Sed si agebatur de tertio gradu, siue scienter matrimonium contractum esset, vel aliàs: aut si agebatur de illo cōtrahēdo, semper taxa augebatur de carl. 2. saltē plusquā in quarto. Et plus taxatur quādo scienter contractum est quàm si ignoranter: plus quoque si agebatur de impedimento consanguinitatis & affinitatis simul, quàm si de altero tantùm: quia duo vincula sunt fortiora, capitulo primo de treuga, & pace,

Compositio non datur pro dispensatione in foro cōsciētia.

6 Si autem petatur dispensatio super matrimonio ignoranter contracto, & consummato in foro conscientiæ: tunc non datur compositio, cùm occultum est impedimentum. At solet impedimentū limitari, quatenus consanguinitas, vel affinitas penitus occulta extitat, & cum claus. in foro conscientiæ tantū, vt nullis super his testibus adhibitis, aut literis datis, siue processibus factis, seu præsentibus.

7 Et in his duobus gradibus videlicet quarto, & tertio solet facillimè Papa dispensare cum prædictis compositionibus: verùm quo ad sequentes gradus est aduertendum.

8 In secundo autem gradu Papa non solet dispensare inter ascendētes & descendētes, sed in collateralibus dispensat in linea æquali, non autem in linea inæquali, vt videlicet quòd patruus posset ducere neptem in vxorem: sunt enim isti in 2. gradu in linea inæquali.

In secundo gradu an Papa dispēset.

9 Sed cum filiis duorum fratrum poterit dispensare, licet sint in 2. gradu, & in linea æquali. gl. & Panor. in c. proposuit, de concess. præb. & in c. literas, in verb. diuina, de restitu. spoliat. & Anch. cons. 373. reuocatur. capitul. de infidelibus, de consanguinita. Et quia patruus & neptis sunt de iure diuino prohibiti, non filij duorum fratrum, sed de iure canonico tantùm: & quia non reperitur hactenus cum patruo & nepte dispensatum, ideoque prohibitum censetur. c. inter corporalia, de transla. Episco. hoc expresè tractat Anto. de Rosellis in suo tract. de potesta. Impera. versicu. Sed in hoc est notandum, fo. 83. col. 4. tamen in Regno Franciæ inuenit dispēsatum Io. Brunel. in tract. de sponsal. in 24. conclus. vt asserit.

10 Etiam inter ascendentes & descendentes Papa non dispensat: nam ascendentes sunt descendentibus loco parentum. §. ergo, de nup. in insti. & quandiu est notitia parentelæ coniungi non debent. cap. progeniem, cum seq. 36. q 3. Præpos. in c. non debet, de consanguinita. & pluribus hoc probat idem Ioānes Brunel. in tracta. de sponsalib. in 23. conclus.

11 Limita nisi in foro conscientiæ, quia solet absoluere eos, qui sic occultè peccauerunt, videlicet in actu fornicario, & in matrimoniis ad euitandum scandalum, si separarentur:

12 At in primo gradu nunquam dispensatur, nisi in foro conscientiæ, & in matrimoniis iam contractis: prohibetur enim hoc & lege naturali, & diuina nam dicitur, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, & sic relinquendus est pater, & mater, vt non cum illo contrahatur.

In primo gradu non nisi in foro conscientia

13 Sunt etiam duodecim personæ diuina lege numeratæ, cum quibus non dispensat Papa, quæ conscribuntur Deutero. c. 27. & Leuitic. 20. personæ verò sunt hæ: pater, & mater, filius, soror, neptis, amita materrera, vxor patrui, & vxor fratris, nurus, socrus, vxor patris. gloss. in cap. literas, de restitut. spoliato. & in cap. gaudemus, de diuort.

Papa nō dispensat cum 12 personis diuina lege prohibitis.

14 Tamen de vxore fratris mortui reperitur dispensatum cum Rege Anglo. Consuluit Aegid. Bellamera, consi. 28 & Paris. cons. 68. in 4. vol. & Mantua. cons. 121. quæ sunt contraria consilia: verumtamē ego crederē Papā dispēsare posse ex causa super hoc, & dispensationem ad hoc factam valere. Et in Euangelio prohibebatur adulteriū & incestus vxoris fratris viuentis.

15 Sed cum apud Bituriges fuissem vocatus in cōsilium harum rerum, & quidam Theologus me prætentasset, quid mihi videretur: cùm sententiam deprompsissem, non fui posteà vocatus: quia non obseruaram doctrinam Specula. in titul. de aduocato

cato, quando interrogaberis tace, & eris in consilio: sed qui quærebant consilia, non veritatis quærebant sententiam, sed adulationis: ex quibus multa mala fuerunt exorta, ne plura.

De rescriptis mistis.

Monacho à Papa facultas testãdi conceditur

1  Nsuper alia sunt quædã rescripta, quæ mista vocari solent à quibusdam: sed ego communia dicerem, quia communiter impetrantur & à Papa, & à principibus secularibus, & quædam habent communia: vt docet Imperator in tit. communia vtriusque iudicij, de legatis, de successio. & alia: nempe religiosus testari non potest, c. 2. de testam. quia ingressus monasteriũ dedicat se & sua omnia Deo: igitur nil habet, de quo testetur. authen. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. & quia bona quæsita ex ecclesiis, dicuntur esse de patrimonio Christi, c. commissa, de election. in 6.

2 Ideo vicarius eius videlicet Papa poterit ex caussa concedere, vt religiosus testetur de his bonis quę ex fructib⁹ beneficij, aut aliàs ex industria quęsierit: vt docet Bald. in l. fin. col. 6. C. vnde legiti. & in auten. nisi, ad Trebel. doct. in capitul. in præsentia, de proba.

Exteri seculares de Regis con. essione testantur.

3 Exteri autem seculares quicquid acquirunt in hoc regno, ex bonis regni præsumuntur acquisisse, sicut vxor de bonis mariti. l. Quintus, ff. de dona. inter vir. & vxo. ob id de his testari, vel disponere non possunt: sed Rex in hoc regno bona illa iure (quod vocant) albinagij occupat: vt scribit Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem. num. 1042. de testam. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *Des confiscations*. §. 1. & quia solius in hoc Regis interesse vertitur: ideo ipse concedit, vt exterus etiam clericus testari de illis acquisitis, & acquirendis possit, l. si quando, C. de inofficios. testam. iuncta l. vacantia, de bonis vacantib. libr. 10. & Felin. in c. 1. nu. 9. vers. declara, de rescrip. & Albert. Brunus, in tract. de formâ & solennita. actus, fol. 65.

Dispensare quis possit.

4 Et qui non potest iudicare aliquem, non potest dispensare cum illo, teste Specula. eo titul. §. postremo, versic. Sed illud quæritur: & ita secũdum vniuscuiusque iurisdictionem tam Papa, quàm princeps secularis concedunt rescripta. Et hæ concessiones quædam tendunt ad acquirendum, aliæ ad conseruandum, aliæ ad vtrumque: vt inferiùs demonstrabimus: ideo ea rescripta tractare hic volui, vt hanc materiam, & hos tres modos compleam.

Papa concedit exteris, vt in regno beneficia habeãt.

5 Item literæ solent dari extraneis clericis à Papa vt liceat eis beneficia habere in Regno, quãuis non loquantur idiomate patrio, contra capitulum neminem, septuagesima distinctione, vt in regula cancellariæ patet.

6 Tamẽ propter Regis Franciæ priuilegium adhuc opponeretur exteris inhabilitas: ob id etiam rex istas naturalitatis literas illis concedere solet, quibus indulget, vt beneficia possint in regno habere vsque ad talem summam, & bona possint in regno acquirere, perinde ac si nati in regno. & regni originarij essent: veluti Romanos etiã quibusdã prouinciis olim cõcessisse reperimus, in l. fi. ff. de cẽsib.

Quare exteri episcopatus et beneficia in regno habere non possunt.

7 Præfatum autem Regis Franciæ priuilegium, ne quis alienigena beneficium in regno suo acquirat, aut teneat sine eius permissione, secundum glo. pragma. sanct. in proœm. in verb. exterorum, firmatum fuit lege regia à Carolo septimo edita: qua prohibitum fuit exteris, ne in regno beneficia ecclesiastica, nec dignitates, maximè pontificales habeant, & teneant, tum ne regni secreta reuelẽt, teste Bened. in repe. d. c. Raynutius, in verb. & vxorẽ nu. 1044. de testam. vbi dicit illã fuisse publicatã, die 8. Aprilis in Parlamento Paris. Pictauis tunc sedente.

8 Tum etiam quia non valent propter idioma diuersum, docere populum sibi commissum, quod maximè interest, c. inter cætera, de offic. ordinan. etiam quia in fundandis ecclesiis isti extranei nil dederunt, neque illorum parẽtes: ideo dicitur Deutero. 18. c. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus Deus tuus, ipsum audies*, facit l. in ecclesiis ibi, in vico natus, C. de Episco. & cleric. & in l. vna, C. non licere habita. metro. libr. 11. facit c. bonæ, 2. de postulat. prælator. in fin. c. nullus inuitus, 61. distinct. c. neminem. 70. dist.

Præceptoriæ sancti Antonij & Hierosolymitani ab exteris obtineri possunt.

9 Quòd tamen minimè procedit in pręceptoriis sancti Antonij, & Hierosolymitanis: nam cùm homines & exteri, & Galli, & omnes nationes in illis deseruiant: & ex antiquitate temporis istæ commẽdæ, siue præceptoriæ passim antiquioribus conferantur, & si extraneo collatæ sint, valet collatio: nec super hoc vidi dispensationem obtineri: quia sic in fundatione continetur: bonum esset tamen vt Hispani eas quæ in Hispania sitę sunt, & Galli eas, quę in Francia, haberent.

10 Quia videlicet exteri exhauriunt regnum pecuniis, quas ex regno extrahunt: eorum conscientiæ relinquo, ad quos vsus consumãt. Item nascitur scandalum regnicolis, vt ignotus bona filiorum deuoret, vt nũc fit: quia filij regni foras eiiciuntur, & extranei panem filiorum deglutiunt.

11 Et hac de causa malè ac pessimè in quibusdam ecclesiis regni videmus officium celebrari: quia extranei multi non quærunt nisi lac & lanam, & non commodum subditorum: vt dicit gloss. in clement. dudum, in §. huiusmodi, de sepultur. & quia super hoc extat regula cancel. eam hic subiiciendam duxi, cum aliquot elucidationibus.

Regula 20. quòd quis intelligat idiõma.

Item voluit, quòd si contingat ipsum alicui personæ de parrochiali ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere.

GLOSSA PRIMA.

Collatio beneficii extraneo facta non valet.

STatuit hæc regula prouisionem non valere, vel gratiam de parrochiali ecclesia factam ei, qui non loquitur, aut non intelligit idioma patriæ, etiam si in ea Papa diceret pro expressis habentes: de qua claus. scripsi in gloss. Conc. in verb. pro expressis in forma mãda. & superius in signatura gratiæ & in bulla. Fũdaturque Exechiel. 3. c. in prin. ibi *Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris ad domũ Israel*

quorum

quorum non possis audire sermones,&c. quia Papa intēdit vnicuique in sua patria prouidere: vt dicit tex. in c.bonæ, circa fin.de elect. quod nec vellemus ei præficere alienum. facit c.nullus, 61. distinct. l. in ecclesiis. C. de Episcop.& cleric.c.fi.de cle. peregrinā. c.sanctorum.70.distinc.& sic expressio nationis requiritur in literis gratiæ, aliàs sunt subreptiæ per supradicta.

Ratio cur extranei beneficijs regni pfici nō valeant.

Ratio est, quia curatus præfectus ecclesiæ parrochiali, tenetur audire confessionem suorum parrochianorum, & illis pœnitētiam iniungere pro qualitate peccati.c.omnis, de pœniten. & remissio. & tenetur eos docere, ac prædicare.cap.inter, de offic. ord.& c.ecce.95.disti. quę præstare non posset ignorans illorū idioma: quapropter id prohibet iste tex. alioqui alium habere, qui intelligeretur.c.quoniam de offic.ordin.

Ideo non solet in hoc Regno exteris prouideri, nec quidem per Papam, aut alium, cui mandaretur de prouidendo: imò si extero mandaretur prouideri, non poterit ei conferri in vim mandati ecclesia parrochialis, per hunc text. Et sic non recipitur Papæ dispensatio in Francia contra istam regulā, quæ est iuris diuini, adhæc ratione priuilegij dati Regi Franciæ, vt nullus alienigena sine literis naturalitatis possit in Regno beneficia obtinere: quamuis in patria obedientiæ soleat huic regulæ Papa derogare: imò inter Dei maledictiones reputatur habere hominem ex aliena gente, qui nō intelligatur, Deutero.28 c. vbi dicitur, *Adducet dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, &c.* Et Hiere.5.cap. idem dicitur ideo requiritur & à Papa, & à Rege concessionem habere.

Dispensatio pro extero à solo Papa an recipiatur.

Cardinalis exterus episcopatū in regno sine Regis consensu obtinere non potest.

Et nec ordinarius, nec legatus in Frācia posset alienigenæ conferre, qui si conferant illud beneficium, à regnicola poterit impetrari: quod est notandum. Quod priuilegium regni nedum prohibet extero habere ecclesiam parrochialem: de qua hæc regula: sed etiam alia quæcunque beneficia, ac alia bona, etiam si illi fuissent Cardinales, sine Regis tamen beneplacito: quamuis dictus Gomes. hic q.2. volēs Cardinalibus fauere, multa pro ipsis adduxerit: tamen in Frācia seruatur quod dixi: si tamē post adeptionem beneficij exterus Regis literas obtinuerit, valebit adeptio, & beneficium retinere poterit, vt fuit in Senatu iudicatum: prout scripsi in tract. de pacific. possesso.nu.217.

Nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci vbi huiusmodi ecclesia cōsistit, prouisio seu mandatū, & gratia desuper quo ad parrochialem ecclesiam, nullius sint roboris, vel momenti.

Prouisio cō prehēdit etiam cōmendam.

GLOSSA SECVNDA.

1 T sic requiruntur sequentia, primò ꝙ Papa conferat, ibi ipsum: nam hic per excellentiam intelligitur. §. sed ius quidem ciuile, inst. de iure natural. idē tamē in alio, cùm sit eadem ratio, vt suprà dixi: videlicet, quòd nō valet prę̨sentatio, institutio, collatio, electio, vel alia dispositio: cùm verbum prouisionis sit generale. glos. in clem. fi. de elect. scripsi in verb. prouisionem. §. præfatique ordinarij, de colla. in Concor.& ratio quę est in Papa habet etiam locum in aliis cùm à iure exprimatur, quod statuitur in hac regula: vt suprà dixi.

2 Et idem puto si Papa commendet, cùm eadem sit ratio in ista regula: & prouisio potest etiam comprehendere commendam, quia prouisum dicitur alicui de beneficio commendato. Dom.& Perus. in c.nemo, de elect. in 6.

3 Nam commenda est verus titulus: vt scripsi in tract. de pacific. possess.& superius tract. de commenda: & quia aliàs fraus legi fieri posset dando in cōmendā: ꝙ fieri nō posset in titulum concedendo: nec magis est regulariter priuilegiata cōmēda, quā alius titulꝰ sed minùs: vt superiꝰ dixi tit. de cōmēda.

Loqui & intelligere idioma patriæ exterus debet.

4 Secundò requiritur beneficium conferri personæ scienti loqui idiomate patriæ, ibi, loqui sciat: & intelligitur loqui, si loquendo intelligatur à populo vt prædicare possit.c. quoniā, de offic. ordinar. scilicet hic dicitur intelligibiliter loquatur. Et sic quamuis talis loquatur quædam verba, quæ intelligantur sed non omnia: tamen non habet locum hęc regula.

5 Tertiò quòd intelligat, ibi, intelligat, scilicet perfectè: nam si tantùm quædam verba patriæ intelligeret, nihilominus haberet locum hæc regula, cùm nō dicatur intelligere, arg. l. discretis. C. qui testamē. facere possunt.

6 Tamen posset Papa non obstante hac regula vnire cap. ecclesiæ parrochialem ecclesiam, licet illi de capitulo non loquerentur idiomate patriæ illius beneficij: quia sufficeret hoc casu præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret: & ita posset iste tex. limitari: nam sufficit quòd immediata persona intelligat.

7 Et ideo consului vnionem factam de parrochiali ecclesia conuentui monialium non annullari, per hanc regulam: licet istæ non loquerentur, nec intelligerent idioma patriæ: sufficiet enim (vt dixi) præficere vicarium perpetuum, qui intelligat: quamuis d. Gomes. hic, q.2. dicat hoc tex. non comprehendi, bene tamen q.11. fatetur vicarium perpetuū debere intelligere, & loqui idiomate patriæ, quod verissimum arbitror: imò etiam requiritur quòd intelligat, & loquatur Latinè sufficienter, aliàs quomodo posset Euangelium prædicare ignarus? ideo Episcopus ignorans Donatum deponitur in c.fi. de ætate & qualita.

Vniri potest ecclesia parochialis monasterio monialium

8 Et parum curamus in Gallia dummodo sciat legere, & cantare: vt dicit Domi.& Perus. in c.si pauper clericus, de præb. in 6. ob id multæ ex ignorantia curatorum ortæ sunt in populo hæreses.

9 Verùm non valebit vnio ecclesiæ Regni facta alteri extra regnum: quia Regis interest, & nominatorum ac aliorum incolarum Regni, ne pecuniæ extra Regnum trāsferantur: nec vlla præscriptione iuuabitur talis vnio: vt superiùs dixi in tract. vnio.

Vnio de beneficio regni extra regnum non valet.

10 Quartò requiritur illam ecclesiam esse parrochialem, ergo non haberet locum in præbenda, & beneficio

beneficio simplici, nec in dignitate non curata: quia in his non habent locum rationes huius regulæ, & quando impetrantur per alienigenam, non requiritur derogatio huius regulæ. Sed in Francia idem in omni beneficio ratione priuilegij, cùm alienigena in Francia beneficia, sine Regis consensu non possit habere, quæcunque sint illa beneficia.

11 Quintò quòd loquatur idiomate loci in quo est ecclesia, & illud intelligat, nec sufficeret intelligere idioma vicinum loco beneficij, vel loqui, sed oportet quod loquatur & intelligat proprium idioma vicinum loco beneficij, vel loqui, sed oportet q loquatur & intelligat proprium idioma loci beneficij: & per hoc respondi, quod aliquis de Montepessulano potest habere beneficium in Vasconia, quia intelligit idioma, & loqui potest intelligibiliter idioma: & idem dicerē in Petragori. Prouincia, Aruernia, Lemouic. & Ruten. quia idioma conuenit in multis, & qui vnum intelligit, vel loquitur, alia potest loqui.

12 Et sic Gallus poterit etiam habere beneficium in Normania, Picardia, Burgundia, & Cenomania, ac in patria Borbonij, quia multùm conuenit idioma: vnde qui loquitur, & intelligit vnum, aliud paruo negotio loqui poterit: quamuis Do. Gomes. q. 10. videatur tenere contrarium: sed nesciebat horũ idiomatum conuenientiam.

Gallus vbique in regno beneficia obtinere potest.

13 Vnde cùm Gallicus hodie sermo vbique intelligatur in regno, is qui loquitur Gallicè, dummodo aliàs sit idoneus, beneficia in toto regno obtinere non prohibetur: vt scripsi in tract. vt contract. & alij actus Gallicis concipiantur verbis, in 2. tomo constitu. reg.

14 Limitantur prædicta quando Papa dispensaret expressè contra istam regulam: nam is potest dissoluere, qui & ligare: l. si puellæ. ff. de sponsa. dicite tamen vt superiùs scripsi.

Dispensatio proexteris.

15 Item fallit hæc regula, si dispensasset per rescriptum perinde valere, dummodo in eo sit expressa illa quæ debent exprimi: de quo plenè Cassador in decis. super regul. Cancell. decis. 33. lata fuit sententia, quem sequitur Gomes. q. 7. super hac regula: & dispensatio sic dicere solet, Quòd (vt asseris) idioma illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquuntur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis: nos enim tecum vt ecclesiã prædictam habeas, &c. dispensamus, præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec nõ prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, autoritate Apostolica per præsentes cõcedimus prouiso, &c. Gomes. quæ. 14. sed vt dixi suprà in hac patria non reciperetur sine Regis assensu.

16 Adhæc solet dici in his literis à Rege cõcessis, Quòd si moueatur processus istis super beneficiis sibi collatis, teneantur litigare coram iudicibus Regiis, ad quos spectabit cognitio, per totum titul. de causis, in Concorda.

17 Prouiso quòd in regno degant apponi solet. Ergo si extra regnum, non solet concedi, vel rarò, vt non deferant pecunias extra regnum.

18 Quæ literæ ad beneficia solent comprobari in magna camera Parlamenti, vel computorum quẽadmodum sæpiùs ipse vidi.

Dispensari debet cũ exterodum degat in regno.

Literæ exterorũ vbi comprobari debeant.

19 Veruntamen si exterus habeat potestatem acquirendi beneficia in regno, intelligitur iustè, & secundum regulas regni: vnde per nominationes non poterit obtinere vltra ducentos florenos, nec regularia beneficia, si sit secularis: nec enim decet eum magis esse priuilegiatum, quàm esset filius regni, cui ista sunt prohibita, in §. volumus, de colla. in Concorda.

[*De oblatis quando regio nomine in monasterijs recipiendi sunt.*



Hodie extat lex regia, qua cautum fuit, vt exteri, qui habet episcopatus seu alia beneficia in regno, non possunt habere vicarios, nisi regnicolas, & originarios, alioqui si dominus Episcopus exterus populum docere nõ potest, docebit eius vicarius, & poterit audire confessiones, & alia facere, quæ faceret episcopus regni vel curatus, & ista constitutio est iusta, & iuri diuino ac canonico cõformis, quę fuit publicata hoc anno 1554. in mẽse Octob. facit c. inter cætera, de offi. or.]

Rex prouidet vt pauper alatur in monasterio à se fundato.

20 Item quemadmodum Papa grauat interdum Episcopum, vel Abbatem per mandatum, vt recipiat aliquem, & illi prouideat: ita & Rex militi impotenti, aut alteri pauperi interdum indulget intuitu pietatis, vt alatur in monasterio iure Regali fundato: & hoc solet Rex mandare Abbati, & conuentui.

21 Nam si vergat patronus ad inopiam, est alendus. c. quicunque. 16. q. 7. c. nobis, in fi. de iurepatro. ob id si esset alius patronus pauper, teneretur monasterium ipsum alere, sic & istum à Rege pręsentatũ: quia licèt Rex, aut fiscus, sit semper diues, idoneus & soluendo. l. 2. ff. de fundo dota. tamen iure patronatus considerato, & monasterio à se fundato, vel à prædecessoribus Regibus, æquum fuit huiusmodi præsentatis subuenire.

22 Adhæc quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorũ omnibus debent esse cõmunes, susceptioniq; peregrinorum, & hospitum inuigilare debent. c. fi. 16. q. 1.

Monasteriũ an sit de Regali fundatione quis probare debeat. Arestum.

23 Verùm si dubitetur an Abbatia sit ex fundatione Regali necne, præsumũtur Regales esse ex fũdatione: ideo mandante Rege, si appareat vobis quòd sit de fundatione, interim dũ litigatur super hoc prouidebitur isti pauperi, & aletur, vt cẽsuit Senatus anno 1550. die 17. Febr. contra Do. Fumee Abbatem *De la cousture*: licet is qui impetrat, hoc demũ habeat probare, vel procurator Regius, qui hoc asserit. l. actor. ff. de probat.

Rex in principio regni monachum seu monialē præficit. Transferri non potest prouisus.

24 Vnde in stilo Parlamen. Arresto 279. sequuntur iudicia &c. sic dicitur, Quòd Rex in principio sui Regni post suam coronationem in Abbatia Regni sui de gardia sua existente possit ponere in monasteriis monachorum vnum monachum, & in monasteriis monialium quandam monialem.

25 Secundò mãdatur in his literis, vt alatur iste tã quã alter religiosus, nolens vt lautius tractetur: & super hoc non potest trãsigere prouisus, remittẽdo, aut aliàs, sine iudicis autoritate: quia prouisio hæc succedit in

Pro duobus nõ scribit Rex.

dit in locum alimentorum l.cum hi.ff. de transact.

26 Tertiò non solet Rex iterum prouidere, si iam pro vno scripserit, imò dicit, *Pourueu toutesfuoyes, qu'autre n'aye esté reçeu en vostre dicte abbaye depuis nostre aduenement à la Couronne, par vertu de noz dons, & lettres patentes.* Sicut dicit Papa si pro alio non scripserimus: vt in c.mandatum, & seq.de rescrip.scripsi in forma manda.in Cõcord.nec enim solet Rex vnum monasterium vel ecclesiam duobus grauare, vt hîc: ꝙ si scripserit, non recipietur secundus, tanquàm contra intentionem Regis.

27 Quartò requiritur, ꝙ rex vel eius prædecessores fundauerint illud monasterium, vel sit de Gardia, vt quidam volunt: ergo si ipse vel antecessores Reges non fundauerint, non debet Rex illud monasterium grauare: nam quem non honoraui, grauare non possum. l.ab eo. C.de fideicom. nec hoc vidimus factum, nec concessum. vide quando dicatur de gardia in ca.generali, de elect. in 6.

Pauperi nil habẽti prouideri in monasterio debet.

28 Quintò de hoc prouideri debet pauperi non habenti vnde se alat, & impotẽti, qui sibi non valet subministrare: alioqui dicit Hiero.ad Damasum Papam, clericos illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parẽtum & propinquorum nulla suffragantur bona.c.clericos.1.q.2.c.fin. 16.q.1.aliàs non esset eleemosyna, de qua velle Regem intelligere constat per hæc verba in suis literis apponi solita, *Par pitié, & aumosne, & en faueur des seruices, que nous a fait.*

Seruitia probanda non sunt.

29 Nec debet inquiri de seruitiis, aut opponi ꝙ non seruierit, quia duæ rationes sunt: & vna cessante non cessat concessio. §.affinitatis. de nupt.in instit.& ꝙ non debeat probari, seruitia probãt iurium interpretes, in l.si donatione.C.de collat.

30 Sextò debet ali in monasterio, ibi, *Auons donné, & octroyé, donnons & octroyons ledict lieu & viure d'vn religieux en vostre dicte abbaye*, & ibi, *deliurez par chacun iour, pitance, viures, & autres ses necessitez.* Et si non possit ibi viuere propter malos suos mores, vel monachorum, extra monasterium debebitur ei victus, per l.Caio.§.fi.ff.de al.& cib.le.

Operari an debeat hic in monasterio receptus.

31 Nec tenebitur iste operari sicut asinus monasterij, cùm ista alimenta debeantur eidem ex Regis constitutione.Bart.in d.l.Caio.in fin.Bald.Salic. & Ias.in l.1.C.de lega.quod secus forsan esset, si ex legis dispositione alimenta ei deberentur, sicut vxori à viro.gl.in l.sicut.ff.de operis libert.Si tamen ad aliquas leues operas requireretur, tũc ne iustè quidem eas recusare deberet, vt non inertem vitam ducat: imò quicquid potest in vtilitatem monasterij facere debet, saltem orare debet pro Abbate, & fratribus, qui eũ alũt, & pro Rege qui hoc indulsit.

Victus nomine quid veniat.

32 Septimò victus appellatione veniunt omnia necessaria ad vitam: vt in l.verbo victus. & seq.ff. de verbor.signif.& ibi plenè scripsi: tamen in literis exprimi solet sic, *Deliurez par chacun iour pitance, viure & autres ses necessitez.* Et sicut manna singulis distribuebatur diebus à Deo Opti.Max.filiis Israël, ita hic vult isti suam portionem dari, vt tanquam panis quotidianus huic erogari debeat, ne fame deficiat: quia nemo viuit vento.l.fi.C.de alimen.pupil.præstand.

Pro qualitate personæ quis alendus & vestiendus.

33 Octauò in literis inseri solet, *Telles que de raison*, & sic debet intelligi pro qualitate personæ. l.sed & si quid.§.sufficienter autem alere, & vestire debet, secundum ordinem & dignitatem. ff.de vsufructus, & posteà in literis declaratur, *Comme à l'vn de vosdictz religieux, auec vestement suffisant:* exprimitur vestibus, quamuis satis vi verborum comprehenderetur: vt dixi suprà, & in d.l. verbo victus, ff.de verbor.signific.

Abbas an bis grauari possit.

34 Nonò ex eo mortuo alius in vita Regis non potest ibi præfici: quia non potest Rex grauare nisi semel, vt superiùs scripsi, etiam si fuerit nouus Abbas: quia ad vitam Regis tantùm vnus præfici debet. Ergo si mortuus fuerit Rex, & adhuc viuat Abbas, is rursus poterit per alium Regem grauari: quamuis in mandatis dixerim contrarium esse. in §.1.de mand.Apostolic.in concord.

35 Si tamen ille cui est prouisum, adhuc viueret, debet Rex nouus expectare mortem illius, antequàm prouideat, ne sit molestus monasterio: & ne vno & eodem tempore fit grauamen duorum, contra c.mandatum.& seq.de rescript.in 6.

Extra conuentum ali an debeat prouisus in monasterio.

36 Decimò ex conuentione poterit isti dari pecunia singulis annis extra monasterium: ne ipse veteranus, qui solitus erat deuorare gallinas, nunc velit deuorare monachos, & solet regulariter extra conuentum ali: quia quæ conuentio lucis ad Beliad? quando tamen partes sunt concordes, quid ad iudicem? l.1.§.inde.ff.de noui ope.nunc.

Oblatus hic non tenetur habitũ sumere.

37 Vndecimò ad hoc vt hanc portionem habeat iste, pro quo mandatur, non tenetur habitum sumere, sed in habitu suo, qualiscunque sit, victum habebit: tum ꝙ in literis non mandetur, tum etiam professio ex voluntate fieri debet, non ex coactione.c.1.& per totum, de regula.transeunt ad religio. ideo ipse profiteri non tenetur. [Tamen quando mulier præsentatur in monasterio monialium, solet indui habitu monialium, & cum illis morari, alioqui separata tanquam leprosa vix in monasterio viuere posset.]

Portio monachalis extinguitur quãdo pauper obtinet pingue patrimoniũ.

38 Duodecimò dicerem, ꝙ si huic pauperi deferretur pingue patrimoniũ ex successione, vel aliàs, extingueretur hæc monachalis portio, quæ est ad formam pauperum: & cessat caussa mandati.cap.si pauper.de præb.in 6.cle.gratiæ, de rescrip. Alia dubia poterunt ex his decidi, breuitatis gratia tantũ ea inferens, quæ nullibi à doctoribus scripta esse reperi. [licet in forensi iudicio frequentia sint.]

De rescripto rehabilitationis misto.

Homicida quomodo à Papa & rege sit rehabilitandus.



1 Item alia sunt rescripta gratiæ mista, quæ & à Papa, & à principibus secularibus conceduntur. Primò literæ rehabilitationis, & à Papa, & à principibus dantur secularibus, à Papa autem clericis: vt in rub.de elect.deroga.in Concord. scripsi vbi, si quis commiserit simoniam, effectus est inhabilis ad officia & beneficia: ideo opus est vt à Papa fiat habilis, & sic dicitur rehabilitari, id est iterum habilis fieri, sicut antea erat.c.de regularibus, & cap. quoniã.de simo.glo.in §.simoniacè.in verb.perpetuo.de elect.in prag. Et sic ad beneficia fiet habilis

à Papa,ſed quo ad officia tẽporaria & Regia Rex eum habilem reddet,qui priùs erat inhabilis ad illa.[De hac diſpenſatione regia ſcribit Ariſt.in lib. 2.œcono,ca.1.& ego in interp.l.ſi quis pro eo.in fi. ff.de fideiuſſ.& in l.fi.ff.qui ſatiſda.cogant.]

2 Item ſi quis homicidium cõmittat,inhabilis eſt ad beneficia,quia eſt irregularis.ca.ad audientiam, de homic.& ibi Soci.clem.vna, illo tit.oportet ergo quòd à Papa rehabilitetur,alioqui nũquàm beneficium obtinere poterit, & à rege quo ad Regis officia: ſic dixi in periurio in interpreta. l.ſi quis pro eo,in fi.ff.de fideiuſſor.

3 Addendum eſt,ꝙ ſi quis vtroque iure fiat inhabilis,ab vtroq; principe debet habilis reddi: vt ſuperiùs dictũ fuit:quo ad ius canonicũ à Papa tantũ: quo ad ius ciuile ab Imperatore, Rege, vel alio principe nõ recognoſcẽte ſuperiorẽ. Si vero tantũ vno iure quis inhabilis reddatur, tunc vnius erit rehabilitatio: vt ſi quis abſque diſpenſatione obtinuerit duo beneficia,efficitur inhabilis à iure pontificio.Extrauag.execrabilis,de præben.tunc indiget rehabilitatione ab ipſis pontificibus: & ſolus Papa in his rehabilitat.

Rehabilitare clericũ qui informationes cõſcripſit,vel cõdẽnauit ad mortẽ ſolus Papa poteſt.

4 Item Papæ eſt rehabilitare illum clericum, qui condemnauit quempiam ad mortem, vt dictauit ſententiam,ſanguinis aut ſcripſit, cap.ſententiam, ne cleric.vel monach.

5 Idem ſi informationes conſcripſit, ex quibus poſteà ille delinquens condemnatus, & mortuus fuit.Panor.& alij in d.c.ſententiã. vnde vidi quendam cõmiſſarium eo ſolo inhabilẽ dici, ꝙ in materia criminali informationes confeciſſet, ex quibus ſecuta erat mors,ſeu membri mutilatio alicuius,ſeu abſciſsio: oportétque duo probare, ꝙ ille ſcripſerit in criminibus,& ex illa ſcriptura ſequutam fuiſſe mortem,aut mutilationem.

6 Vnde ſi quis tantũ fuerit cõdẽnatus ad Galeas, quia nõ ſequitur immediatè mors, ille qui ſcripſit informationes,nõ eſt irregularis,vide Federi.conſ. 168.& Hippol.in l.vna.num.182. C.de raptor.virg.

Rehabilitatio quãdo à ſolo principe detur.

7 A principe tẽporali ſolo datur rehabilitatio, ſi tantũ agatur de ſuo officio,vel ſi is inhabilis factus ſit per ſuas cõſtitutiones:vtpote ſi quis fuerit à iudicibus Regiis priuatus tabellionatu, & inhabilis ad officia effectus,per c.2.& ca.ſicut.ne clerici vel monachi.& Iaſ.in l.1.ff.de iuſtitia & iure. princeps tantũ in ſuo officio rehabilitare poteſt, & ſolet quãdoque, ne poſteà ipſe ſine officio fame pereat.

8 Idem dicendũ de apparitoribus nemorum, qui laici eſſe debent ex conſtitutionibus Regiis, aliàs priuati ſunt, niſi rehabilitentur à principe in rub. *Des eaux & foreſtz.* ordina.7 art.19.& ſequent.

De reſcripto nobilitatis miſto.

Nobilitat Papa & Rex Franciæ.

1 Tem nobilitare poteſt Papa, & ſeculares principes: vnde cùm in fundatione caueatur, quòd nullus niſi nobilis recipiatur, poterit Papa creare impetrantem nobilem ad effectum obtinendi beneficium,ſicut videmus de canonico ad effectum habendi dignitates.in §.fi.de reſeruatio.in Concord. vel non obſtante fundatione iſti concedere: & ita frequentiùs fit:quod vix ſuſtinerent Canonici ſancti Ioan.Lugdunenſ.aut Briodi in Aruernia.

2 Adhæc ſecularis princeps nobilem facit,& natalibus reſtituit,licet dixerim in l.reſtituere.1. ff.de verb.ſignif.aliud eſſe reſtituere natalibus, quàm nobilitare cõtra Budæum,vt in rubric. ff.de natal. reſtituend. Et in hoc reſcripto ſolet ita princeps poſt ſalutationem dicere,

Clauſula nobilitatis literarum.

Robitatis merita, nobiles actus, geſtusq; laudabiles, & virtutum inſignia, quibus perſonæ decorantur,& ornantur, meritò nos inducũt, vt eis inſtar opera creationis propria exẽpla tribuamus:vt eos, eorúmque poſteritatem fauoribus cõgruis attollamus, quatenus huiuſmodi prærogatiua ipſi lætentur, cæteríque ad agenda quæ bona ſunt, ardentiùs aſpirent, & ad honóres ſuffragantibus virtutum,bonorúmque operum meritis adipiſcendos alliciantur, & aduolent,&c.

Nobilitari quis quã de cauſſa poſsit.

3 Procemium igitur harum literarum duo continet.Primò propter virtutes, & merita, ac nobiles actus principem eum decorari velle iure nobilitatis:nam virtus nobiles facit,& ſcientia: vnde dicitur nobilis.Bart.in l.iudices.C.de dignit.facit gloſ. in l.ſocietas.ff.pro ſocio.vnde cùm quidam rogaret Sigiſmundum Imperatorem, vt eum nobilitate decoraret, audiuit illum plebeiorum numero eximi poſſe,ſed nobilem eum fieri non poſſe:ſenſit enim prudentiſsimus princeps eum demum merito cæteris anteferri, qui ob eximias animi dotes omnium in ſe conuerterent oculos, quoſque homines ſuſpicerent ob virtutis admirationẽ, quam in illis cernerent.

4 Ex quibus patet principem non recognoſcentem ſuperiorem nobilitare poſſe, quia cùm ipſe ſit nobilitatis fons, omnes riuulos nobilitatis ab eo decet oriri:vt Bart.Rebuff.& alij ſcribunt in l.1.C. dẽ dignita.lib.12.& Ioan.Raynald.in tract.nobilita.in 4.q.& nouiſsimè Do.Tiraquel.in ſuo amplo tracta.nobilita.c 6.

Boni mores nobilitant & pecunia.

5 Secundò vt alij incendãtur ad virtutes, & bona opera,princeps nobilitat:vnde Iuuenal.ait,ſatyr.8.

Et tamen vt longè repetas,longéque reuoluas
Nomen,ab infami gentem deducis Aſylo.
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit,aut aliud quod dicere nolo.

6 Ideo non debet quis nobilitari,niſi ſit bonis moribus præditus alioqui diceretur nobilis quaſi nocibilis, licet pleroſque nobilitet hodie pecunia, iuxta l.nobiliores. vbi Bald.C.de commerc.& mercator.& ipſi dicuntur nobiles in pecunia, non fortè in virtutibus.

Nobilitari qui poſsint.

7 Tertiò requiritur, quòd ſit ingenuus, & non ſeruus,nec homo manus mortuæ: In literis enim habetur, homo liberæ conditionis, manſit autem Romæ diu conſtitutum, vt ſerui ingenuorum veſte non vterentur, quippe qui nec colobia, nec calceos

calceos habeant, quæ liberis dabantur, crepidis quoque aut mulleis vti seruos, aut plebeios erat lege vetitum: sicut seruis erat vsus annullorum prohibitus, in rub. de iure aureo. annulo. ff. hodie apud Paris. & liberi, & serui mulleis vtuntur.

Cũ filij nobilitantur, intelligitur de legitimis.

8 Quartò cùm posteritas legitimatur intelligitur de natis ex matrimonio legitimo: nam bastardus ista non decoratur nobilitate, quemadmodũ solet in literis dici. Eundem liberæ cõditionis cum tota eius posteritate, & prole vtriusq; sexus in legitimo matrimonio procreata, & procreanda, ac eorum quemlibet de nostræ Regiæ plenitudine potestatis, & gratia speciali nobilitauimus, & nobilitamus per præsentes, nobilésque facimus, & qui posteriorum nomine contineantur, declarat text. in l. 1. in fi. ff. de iure immunita.

Insignia nobilium.

9 Quintò reddit eos habiles ad omnia priuilegia, quibus cæteri nobiles vtuntur in regno Franciæ, ac vti possunt ac consueuerunt, veluti stemmata scuto gestare, ensem deferre: sed virtus congruentius est nobili insigne, quippe nobilis sine virtute est tanquàm fæx olei.

Artifices non debent nobilitari, sed militiæ dediti.

10 Sextò vult Rex, vt masculina posteritas in legitimo procreata matrimonio, ac procreanda valeat cingulo militiæ decorari: quãdoquidem Ægyptij, Græci, Scythæ, Persæ & Lydi omnes qui artificio incumberent, pro ignobilibus ducebant, qui verò militiæ, generosos: vt scribit Alex. lib. Genial. 5. c. 18. ob id Rex vult vt deinceps tanquàm veri nobiles militiæ accingantur.

Nobiles illi dicuntur, qui sic reputantur.

11 Septimò statuitur in dictis literis, vt de cætero nobiles habeantur ab omnibus, teneantúrque, ac in perpetuum censeantur: & hoc est quod vult Bart. in l. 1. C. de dignita. lib. 10. vbi illi dicuntur nobiles, qui tales reputantur: & dignitas dicitur, quæ reputatur pro dignitate. ca. cùm accessissent, de constit. & in c. de multa, de præb. c. 1. de consuetud. in 6. scripsi in §. cùm verò, de colla. in concor. quomodo probanda sit hæc nobilitas.

Priuilegia nobilium.

12 Octauò Rex vult in literis nobilitatis istum denuo factum nobilem omnibus priuilegiis, prærogatiuis, iuribus vniuersis & singulis, quibus cæteri nobiles regni vtuntur, gaudere, etiam vt plenariè deinceps pacificè, liberè, & quietè, ac in perpetuum vtantur, & potiantur.

13 Quæ sint illa priuilegia, Bart. & alij declarant in d. l. 1. aliqua scripsi in d. §. cùm verò. & alia docet bonus de Curtil. in tract. nobili. in 6. parte.

14 Et sic isti noui nobiles seu filij eorum poterũt nominari post triennium sicut alij veri nobiles.

15 Nonò quòd ipsi nobilitari, feuda, ac retrofeuda nobilia ac possessiones alias quæcunque sint, & quacunque præfulgeant autoritate seu nobilitate tenere, & possidere in perpetuum valeant, ac acquirere, tanquàm si nobiles ab antiquo essent: propter feuda antiqua dicit, vt declaraui in arbor. feudor.

Feuda possidere nobilis ...

16 Decimò non tenentur ea bona & feuda extra manus suas ponere, nec vendere: sicut dicitur in l. fi. C. de iure emphy. & de religiosis in c. vno, de religios. domib. in 6.

17 Vndecimò hic nouus nobilis financiam debet Cameræ computorum, & cæteris officialibus Regis, vt eum molestari super hoc non permittant, nec ipsum inquietent, quomodo, &c. & hæc financia est quædam pecunia, quæ taxatur à magistris computorum.

Financia debetur cameræ computorum.

18 Vltimò non obstantia apponuntur in literis, ibi, non obstant. &c. de quibus non obstan. vide per Fel. in c. nonnulli, de rescrip. superiùs scripsi in forma. no. prouis.

19 Sigillum verò taxatur arbitrio audientiarij, & contributoris, quem *Contrerol. ur*, vocant: & solet audientiarius post sigillum appositum literas deferre ad cameram computorum, & non dare partibus: at partes à camera computorum accipient soluta financia, nisi princeps financiam remittat ex aliqua caussa. ista sunt præcipua, quæ ex his literis elicere potui, non recepta aliqua mercede à nouis nobilitatis.

Sigillum à quo taxetur.

De rescripto legitimationis misto.

1 Sequitur rescriptum legitimationis, quod est gratiæ, & mistum: nam Papa ad spiritualia legitimare solet, videlicet ad ordines, & beneficia. c. 1. & 2. de filiis presbyt. lib. 6. de his dixi superiùs in dispensa. super defectu natal.

Papa ad spiritualia legitimat, princeps ad tẽporalia.

2 Et princeps temporalis legitimat in temporaiibus. c. per venerabilem. qui filij sint legit. gloss. in ca. 1. distinct. 10. plenè Lucas in l. fin. col. penul. C. de his qui sponte munera subeunt, lib. 10.

3 Extra terras ecclesiæ, vbi Papa & in temporalibus & spiritualibus legitimat: d. ca. per venerabilem. & de iure etiam temporalia & spiritualia etiã dicunt doct. posse legitimare, sed ipse tot concessit priuilegia quæ destruũt eum, & eius potestatẽ: nam principes posteà vsurparunt & temporalia, & spiritualia, dicentes temporalem temporalia decent. igitur ad honores seculares, & dignitates, aliosque actus princeps legitimare solet. c. 1. in 10. distinct. ca. per venerabilem, qui filij sint legit. & maximè Rex Franciæ, de quo ibi.

4 Et in hoc rescripto sic orditur Rex post salutationem.

Illegitimè genitos quos vitæ decorat honestas, naturæ vitium minimè decolorat: nam decor virtutis abscondit in prole maculam geniruræ: & pudicitia morum macula originis aboletur: notum igitur, &c.

Hoc principium extrahitur ex c. Nunquã de vitiis erubescamus parentũ, sed semper amplectamur virtutem: quia nõ est omnino nec de virtute, aut vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut vituperandus. 56. distin. facit l. generaliter, §. spurios. ff. de decurio. ibi spurij ad decurionatum, & re & vita honesta recipientur, quod vtique non sordi erit ordini.

5 Sed ibi dicitur competitorem legitimè quæsitum præferendũ, ob id vt passim recipiatur, oportet quòd legitimetur, & à principe seculari, & ad

habendum & retinendum bona: vt plenè scripsi in scholastic. priuileg. 98. & superiùs. nam qui ad temporalia legitimat, nõ facit habilẽ ad spiritualia, nec ecõtra. gl. 1. in c. lege. 10. dist. c. autoritatem. 15. q. 6. & Io. Feral. in tract. de iur. reg. Franc. in 15. priuilegio.

Comes Palatinus cõdemnatus quòd ad tẽporalia legitimasset in regno. Arestum.

6 Et fuit Comes Palatinus condemnatus, quòd seruasset contrarium: vt docet Aufrer. in stylo Parla. Aresto, 251. Item in eodem Parlamento. Aliàs esset vsurpare iurisdictionem alienam, contra c. nouit, de iudic. quamuis. in d. c. per venerabilem. gl. & doct. ibi disputent, an Papa quo ad temporalia legitimare possit. Et non est dubium in locis, in quibus temporalia administrat, sed vbi præfectus est princeps in temporalibus, non solet legitimare. c. lator. & c. caussam, qui filij sint legit. nisi super matrimonio dispensaret: vt docet Bened. in d. c. Raynutius. nu. 202. in verb. & vxorem. de testa.

Causæ quibus conceditur legitimatio.

6 Secundò princeps in hac legitimatione solet inserere caussas, quibus mouetur ad legitimandũ, vt propter seruitia facta in bello, seu alibi: & sic ex caussa moueri solet, sicut dixi suprà de dispensatione, licet sine caussa legitimare possit per l. 1. C. de sentent. pasis. & ita decidit Spec. in tit. de lega. §. nunc breuiter, vers. & no. quem refert Ludouic. à Sardis, in tract. de legitima. ca. requisita. in legiti. vers. nonò quæritur.

De plenitudine potestatis solet quis legitimari non inuitus.

7 Tertiò solet princeps in dictis literis talẽ legitimare de nostræ Regię potestatis plenitudine, per quã potest derogare legibus in cõtrariũ faciẽtibus, per glo. in §. fi. in authen. quib. mod. natu. effic. sui, colla. 7. & l. 1. C. de natural. lib. Tamẽ nõ solet Rex legitimare inuitũ sicut nec emãcipare. l. iubemus. C. de emãcipa. liber. sufficit tamẽ legitima retihabitio. §. generaliter. in authen. quib. mod. natu. effic. sui colla. 7. Boer. in decis. Burdeg. q. 16. sed circa.

Petere qs possit legitimationẽ.

8 Licet quoque patri legitimationem filij sui petere. §. liceat. quib. mod. nat. effic. legit. coll. 6. & eo mortuo filius petet. §. si verò is solummodo, ibi. & auth. item sine. C. de natu. lib.

9 Et generaliter solet in Francia impetrari hæc legitimatio, seu dispensatio per quemlibet procuratorem, vel consanguineũ, aut amicũ, argumentum. l. 1. C. de precib. Impera. offerend. vbi non refert à quo rescriptum impetretur, sed cui concedatur. glo. in verb. precum. §. fuit igitur. quib. mod. natur. effician. legit. Bart. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de liber. & posthum.

Legitimatus non est propriè legitimus.

10 Quartò vult, vt in iudicio & extra pro legitimo habeatur, & sic potuerit sistere in iudicio, habita tamen patri reuerentia. l. parentes, ff. de in ius voc. & sic dicetur legitimus ciuiliter, non verè: nec refragatur text. in §. si quis ergo, & §. & quoniam, in authen. quib. mod. nat. effi. sui, vbi naturales nihil differunt à legitimis: quia hoc verum est in effectu, sed propriè quo ad veritatẽ secus: quia vnus est legitimus: alter legitimatus, nisi fiat legitimatio per subsequens matrimonium: quicquid dicat Ant. Rosel. in suo tract. legiti. & pro prima opinione facit text. in §. sit igitur. in authen. quib. modis natural. efficiant. legit: colla. 6.

Legitimatus feuda etiã acquirere potest.

11 Quintò indulgetur per hanc legitimationem, vt hic legitimatus bona immobilia possit acquirere, & acquisita retinere, ideo poterit etiam feuda habere: quamuis de iure naturales legitimati non succedant in feudo. §. naturales. si de feud. fuerit cont. inter Do. & agnat. vass. quia in hoc regno feuda redacta sunt instar patrimonialium. ergo legitimati succedent, sicut in patrimonialibus de cõsensu patris: vt docet Guido Papæ in decis. Delphi. q. 59. secundum vsus, & consi. 18. super casu. col. 3. & Boër. q. 123. ex prædicta. & Bened. in repet. ca. Raynutius, in verb. & vxorem. nu. 182. de testam.

Legitimatus de suis bonis disponit.

12 Septimò indulgetur, vt de bonis illis disponere inter viuos, & testamento possit ad suæ voluntatis libitum: alioqui naturalibus non legitimatis succedit fiscus: vt scripsi in proœ. constit. Regia. & in tract. de literis naturalita. in 2. tomo. ordina.

Legitimatus potest etiã legitimis existẽtibus succedere.

13 Octauò vt possit succedere patri, matri, & aliis consanguineis conceditur, dummodo ex eorum processerit voluntate: quia non contra eorum voluntatem rumperet testamentum per querelam, aut per contratabulas: sed possunt ei bona donari, vel ipse legitimatus hæres institui potest.

14 Ideoque si pater nõ prouiderit, non succedent hi legitimati consanguineis etiam existentibus, quia non sunt ad hoc legitimi facti, nisi vt succedant ex voluntate legitimatis: de qua voluntate non apparet, quando disposuit, ergo illi non succedent. argu. l. cùm præter. ff. de iudic. c. nõne. de præsumptio. nam legitimari potest filius ea lege, vt nõ succedat teste Francis. Cremens. sing. 16. parte, &c. sed si instituti fuerint, vel donata eis bona, excludunt in hoc consanguineos: quandoquidem nituntur eius voluntate, cuius sunt bona, qui poterat etiã exteris relinquere multò fortius & huic legitimato, dummodo legitima relicta fuerit legitimis.

Princeps in præiudiciũ cõsanguineorum legitimare non debet.

15 Nonò excipit dummodo nõ fuerit ius aliis acquisitum, quæ clausula ex necessitate est apponenda: vt dicit glo. in reg. Cancel. 18. quam refert Bened. in repe. d. ca. Raynutius. in verbo, & vxorem, num. 186. quia non intendit princeps legitimare in præiudicium filiorum, vel cõsanguineorum, quibus est ius quæsitum. §. si quis, ergo filios legitimos nõ habet, in authen. quib. mod. nat. effi. sui, colla. 7.

16 Vnde si quis habẽs filiũ legitimũ, velit legitimare naturalẽ, nisi faciat mentionẽ de filio legitimo, nõ valebit legitimatio, p d. §. si quis ergo. & §. si quis verò, quib. mod. nat. effi. legit. colla. 6. & hoc tenet Ant. Rosel. in tracta. legitima. in 2. requisito.

17 Nec poterit hic legitimatus succedere cum legitimo: vt decidit Guido Papæ q. 482. vtrum. sed in regno cum ex voluntate tantùm petentium legitimationem, seu parentum succedant, etiam si non esset facta mentio filiorum, valere poterit: non tamen præiudicabitur filio, nec cõsanguineis nisi parentes disponant.

Citari consanguinei in comprobatione legitimationis debent.

18 Ideo dicunt quidam faciendam esse citationẽ in impetratione rescripti: sed hoc non seruat vsus forensis in Francia: tamen in comprobatione rescripti citari debent consanguinei, quorum nisi facta sit mentio, non valebit: vt ibi Rosel. concludit. Bart. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. vide Boer. in decis Burdeg. q. 122. an in cõcessione, imò dicit Bal. in §. filij nati, si de feud. fue.

controuer.

controuer. ꝙ Imperator legitimans naturales extantibus legitimis est vnum pecus non habens præ oculis iustitiam publicæ honestatis. refert. Feli. in c. 1. col. 9. nu. 31. vers. quinta declaratio, de constit. & Ferra. cautel. 1. quia diuus Paulus, ait, *Non erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ.* c. dicat, 32. q. 4.

19 Quinimò & si pater non habens filios legitimos legitimauerit suos naturales, & posteà procreet naturales legitimos, legitimati nõ succedẽt: vt tenet Dinus, quem refert Bart. in l. ex facto. col. 2. ff. de vulgar. per l. si vnquam. C. de reuoc. dona.

20 In qua l. si vnquã. Do. Tiraquel. nu. 223. in verb. donatione largitus, abundè tractat hanc quæstionem, & demum suum interponit iudicium, ꝙ si pater & princeps legitimantes cogitauerint de filiis, non reuocatur legitimatio: si non cogitauerint id quod verisimilius est, tunc non succedunt legitimati cum legitimis.

Post legitimationem procreati filij legitimi an succedant rupta legitimatione per legẽ si vnquam.

21 Sed ad certiorem huius dubij decisionem viderentur faciendi casus sequentes: primus est, ꝙ legitimatio per susceptionem legitimorum non reuocatur, quominus sit semper legitimus, & valebit legitimatio quo ad filium legitimatum, vt possit succedere de voluntate patris, sicut extraneus succederet, si institueretur: & sic potest intelligi opinio Rayner. & Bart. ac aliorum in d. l. ex facto.

22 Maximè quia non solet in Francia legitimari ad successionem, nisi voluntas eius, cui succedere debet, interueniat: vt inferiùs explicatur: ideo potest hæres institui à patre hic legitimatus, sicut extraneus.

23 Secundus casus est, quod filius legitimatus, ab intestato non succedet cum legitimo: quia si verè omnium bonorum donatio fuisset facta, rumperetur per superuenientiam liberorum. d. l. si vnquã. C. de reuocan. dona. fortiùs impedietur ius succedendi, si nascatur legitimus, secundum dictum Pauli. *Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ,* etiã quia ad hoc non est legitimatus, & sic intelliguntur opiniones Dini, & aliorum erit tamen quo ad alia legitimatus.

24 Tertius casus est, ꝙ si legitimatio fiat per subsequens matrimonium, succedet ille legitimus factus cũ aliis posteà in matrimonio natis: & in omnibus eadem iura cum his consequetur, per c. tanta, vbi plenè docto. scribunt. qui filij sint legit. l. cùm quis. C. de natural. liber. vbi Bald. & l. Diui, ibidem. & per ista sublatæ sunt omnes rationes dubitandi, & conciliatæ: sicque in Francia seruamus, vt in omnibus sufficiat hæc breuis distinctio selecta ex multis scriptis quodammodo inter se multùm confusis, vt quilibet videre poterit.

Legitimati an ad honores admittantur.

25 Decimò vult hæc legitimatio, quòd ad omnes honores, officia, & alios actus legitimos isti legitimati admittantur, ac si essent ex legitimo matrimonio procreati: quippe legitimis existentibus spurij non recipiuntur ad honores, l. generaliter. §. spurius, ff. de decur. Nam in honoribus, & muneribus gerendis imprimis consideranda est persona eius, cui defertur honor. l. honor. §. de honoribus. ff. de muner. & hono.

26 Sed cùm sint legitimati, etiam existentibus legitimis recipi poterunt, nec posset quis appellare, vel opponere, quominus reciperentur: quia rescriptum vult, vt perinde recipiantur, ac si legitimi essent: & quia non est impedienda dignitas eius, qui nihil admisit, l. spurij. ff. de munerib. & honoribus.

27 Vndecimo cauetur his literis legitimationis, ꝙ filij orti ex eorum legitimo matrimonio possint succedere in bonis suis quibuscunque iure hæreditario: & hæc clausul. magni est momenti, ad tollendum diuersas opiniones: quia tam de iure quàm de consuetudine filij Spuriorum etiam in regno nati successionis sunt incapaces, sicut & patres eorum, glo. & doct. in l. fin. C. de natur. liber. Bart. cõs. 118. adiutus. Bald. & alij in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthu. & ista videtur communis opinio, teste Alexan. cons. 74. circa primum, in 3. volu. Guido Papæ cons. 8. super casu, in fi. Chassa. multa refert in consuetud. Burgund. in rub. *des fiefz.* §. 5. nu. 70. sed hoc tollitur hìc. *Filij legitimatorũ an succedere possint.*

28 Et ibi dubitatur, an filius spurij possit auo succedere? Respon. quòd nõ: sed non est dubium quin possit succedere suo patri, quia cessant rationes positæ per doct. ergo & dispositio, maximè per hãc legitimationem, per quam & auo succedere poterit, de voluntate tamen illius, & aliis cõsanguineis.

29 Duodecimò limita nisi vltra defectum huiusmodi natalium aliud quippiam repugnaret prædicto bastardo, vt si quoque esset hæreticus, vel regni inimicus non posset succedere per l. 1. C. de hæred. instit. *Legitimatus regni inimicus nõ succedit.*

30 Decimotertiò finãtia soluitur sicut dixi in rescripto nobilitatis, & sic in legitimatione requiritur scriptura, qua probetur gratia, per l. vnic. C. de mandat. princip. & quia legitimatio fit per rescriptum. §. illud, in fin. quib. mod. natur. efficiant. sui. colla. 7. quod rescriptũ nõ potest esse sine scriptura: vt superiùs scripsi: & hoc expressè scribit Ludouicus de Sardis in tract. de legi. c. requisita, in legitima. impetran. in q. 12. vide quæ plenè scripsi in Cõcord. in §. 1. in verb. literas de mand. Apostolic. *Scriptura in legitimatione necessaria.*

31 Decimoquartò si hoc rescriptum sit subreptitium, non valebit: vt consuluit Signo. cons. 219. ideo oportet exprimere qualitatẽ spurietatis. teste Feli. in ca. postulastis. col. 4. eodem. Quamobrem exprimi debet, si natus sit ex consanguineo, vel consanguinea, vel ex adultero, seu moniali, aut monacho: alioqui legitimatio nullius erit momenti: vt Anto. Panor. & alij dicunt in d. c. per venerabilem, qui filij sint legit. debet quoque fieri mentio & nobilitate parentum, teste Io. Andr. in c. fi. de filiis presbyt. ac Feli. in d. c. postulasti, col. 4. cum seq. de rescrip. *Legitimatio subreptitia non valet.*

32 Decimoquinto requiritur etiam clausula, non obstant. quæ etiam ex consuetudine inseri solet. l. fi. C. si contra ius. glo. in §. fin. quibus modis natura. effician. sui, colla. 7. l. 1. C. de natural. liber. Ludouic. de Sardis in tracta. legitima. ca. requisita, in legitima. impetran. q. 11. & seq.

33 Decimosextò quid operetur hæc clausula absq; præiudicio venientium ab intestato, scribit Anto. Capit. in dec. Neap. q. 22. fuit apud me, superiùs dixi in forma dispensatio.

34 Vltimò quamuis legitimatio fieret olim per

Legitimatio p oblatione curiæ est sublata. oblationem Curiæ, nempe si quis offerebat suum filium curiæ, vt in §. generaliter, quibus modis natural. efficiant. sui, colla. 7. item cùm quis eum nominabat filium quem ex ea susceperat, cum qua matrimonium consistere poterat, etiam legitimabatur, & per §. ad hoc autem, in authen. vt liceat matri & auiæ, colla. 8. plenè Ludouic. à Sardis in tract. de legiti. c. de legitima per partis nomina.

35 Hos tamen modos non vidi in curiis Franciæ seruari, sed si matrimonium probetur, fit legitimatio, non aliàs, per c. tanta est vis, qui filij sint legit. vel per principis rescriptum: vt hic: quos duos modos frequentissimè vidi contingere.

Rex Frãciæ legitimat quoscũque spurios. 36 Et per rescriptum princeps noster legitimat, tam naturales, quàm spurios, & incestuosos, & quacunque alia macula irretitos, sicut Imperator per tex. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nuptiar. quicquid dicant nonnulli iuris interpretes. facit glo. in §. fi. in authen. quibus modis natural. effi. sui, collatio. 7. Ioan. Ferald. in priuilegio 15.

37 Et hæc legitimatio similis est Alchimiæ, quæ facit apparere illud, quod non est: transmutare tamen vnam speciem in alteram non potest: Sicut legitimatus figuram legitimi gerit, sed non habet eam substantiam, quæ proficiscitur à rerum natura, quæ diuina & immutabilis est: vt docet Bald. in c. 1. col. 5. nu. 23. de consti.

38 Alia multa sunt rescripta & concessiones, quæ cõceduntur & à Papa, & à principibus secularibus tam mistim, quàm etiam ab vno solo: verùm quia nonnulla parui sunt momenti, alia in curiis perraro exercentur, aut beneficia non concernunt, quæ hic totis prosequor neruis, ideo ea missa nunc faciam: ista interim, lector amantissime, benigno (vt soles) animo suscipies.

39 Verùm ne quicquam ex his, quæ necessaria sunt ad hãc materiam omittamus beneficiariam, afferam quædam de concessione, quæ fit per breue, quod interdum ad gratiam respicit: vt inferiùs videbitur.

De breui Apostolico, & aliis.

Breue quid dicatur. 1  Reue seu breuis dicitur scriptura parua, summam rerum continens, siue Commentariolus, vt placuit Budæo in annotat. prior. ad Pandecta. probat text. in l. fi. C. de conuenien. fisci. debitor. l. 10. iuncta l. 1. de apochis public. ibidem huius significationis secundum eum exempla ponuntur in l. actuarij, & l. iubemus, ac l. excellentia. C. de eroga. militar. anno. lib. 12. l. fin. de Castrens. ibidem l. vna in fin. de colleg. lib. 11.

2 Item quælibet breuis scriptura potest etiam breue vocari. c. humane, in fin. 22. q. 5. vnde scripturam continentem numerum modiorum salis, & quantitatem breui cõscriptam, breuet, vocant ordina. regia. in titu. *du seel.* ordina. 2. artic. 19. & seq. & artic. 39. & quid debeant continere, ibidem describitur., & ordina. 3. articul. 22. & seq. & in d. l. excellentia. C. de eroga. militar. anno. lib. 12.

Breue testatum. 3 Breue testatum vocatur, quod summam rei, aliquando testium nondum tabellionis scriptione confirmatum, quod rectiùs clientelare instrumentum dicitur: vt placet Olden. & Spiegel. in hoc verbo, probatur, in §. 1. quid sit inuestitura. vbi breue testatum accipitur pro instrumẽto publico breui concepto, fidem vassalli & domini cõtinens, secundũ Bald. & alios ibidẽ, & Zazi. in tract. de feudis, titu. qualiter feudum constitua. idem in §. item si vassallus, si de inuestitura feudi. contro. fuerit.

4 Galli etiam schedam notariorum, seu primam scripturam à notariis Regiis factam, breuet vocare solent, quia breui concipi solet, & conscribi, & cum clauf. &c. de qua scripsi in l. cæterorum. ff. de verb. signif. vulgus etiam Pergamenẽsium vocat breue, teste Albert. in dictionar. in verb. breue, quod posteà ad effectum executionis, & aliorum extendi debet in instrumentum publicum: & hæc scriptura apud notarium remanebit: vt in ca. quoniam contra, de proba. l. contractus, vbi doct. C. de fide instru. & in titu. de tabellion. colla. 4. doct. in c. 1. de fide instru. *Breuet Galli primam scripturam notarij vocant.*

5 Et in hoc breui tenentur notarij conscribere sequentia. primò nomina & cognomina contrahentium: nam ad recognoscendos singulos nomina comparata sunt, l. ad recognoscendos, C. de inge. *Requisita in breui notariorum.*

6 Secundò debent notarij qualitatem partium, & statum earum describere: vnde si contrahens sit procurator, mercator, vel aduocatus, debet illam qualitatem notarius exprimere: vt posteà iudex pro qualitate personæ faciliùs iudicare possit, l. 2. ff. de re iudica. *Status & qualitas partium in breui notarius cõscribere debet.*

7 Nam si æger promiserit Medico, non valebit promissio, l. Medicus, ff. de variis & extraordinar. cognitio. vel si litigans aduocato, vel procuratori quotam litis promiserit, l. litẽ, C. de procurat. ideo ista notarius exprimere tenetur.

8 Tertiò debent notarij scribere cõtractum planè, vt facilè possit intelligi, vt per totum titu. de tabellion. in authen. colla. 4.

9 Quartò à quo sit promissum. & quis, vel à quo, & contra quem, dicit text. in simili, in l. 1. in fin. ff. de appel.

10 Quintò caussa debet exprimi, alioqui promissio sine caussa nõ valet, l. 2. §. circa, ff. de doli excep. quia indiscretè dicitur quis sine caussa promittere; l. cùm de indebito, §. pen. ff. de proba. plenè scripsi in tract. de literis obligato. artic. 1. *Promissio sine caussa non valet.*

11 Sextò debet in breui dies solutionis & complementi contractus conscribi, arg. l. exempt. §. offerri, ff. de actio. emp. aliàs in omnibus obligationibus, in quibus dies non opponitur, præsenti die debebitur, l. in omnibus, ff. de iudic.

12 Septimò solent notarij obligare bona vtriusque contrahentium, si contractus hoc exigat, l. Labeo 2. §. 1. ff. de verbor. signific. & aliquando corpus. vt scripsi in tracta. de liter. oblig. artic. 1. & seq. in primo tomo constit. Regiar.

13 Octauò dies contractus solet etiam in hoc breui apponi. gloss. in l. generali, C. de Tabular. lib. 10. De hac data scripsi in forma Mandat. in fin. in Concord.

14 Nonò subscribere solent notarij, per l. hac cõsultissima. C. de testa. & hoc breue sic confectam non habet executionem, nisi in instrumentum publicum

publicum redigatur,& sigillo muniatur Regio, vel alio autentico: vt scripsi d.art.1. de liter.oblig. Alia quæ in instrumentis publicis poni solent, conscribit gl.in d.l.generali,& doct.in c.1.de fide instr. & Barba.in illius repet.rub.

Breue Apostolicũ quid sit.

15 Aliud est breue Apostolicum, quod dicitur Diploma, seu rescriptum à Papa, seu pœnitentiario magno emanatum, quod sic describi potest. Breue Apostolicum est scriptura modica, in paruis concessa negotiis, in papyro frequenter scribi solita, cera rubea, annuloque piscatoris sigillata, ac signo secretarij subscripta.

16 Primò dico Apostolicum ad differentiam alterius breuis, de quo suprà dixi: & hoc solet concedi & à Papa,& à Cancellaria, ac à summo pœnitentiario: & horum quodlibet dicitur Apostolicum, & sic breuia dicuntur literæ Apostolicæ. [Quæ etiam in articulo mortis à Papa concessæ valebunt, vt consuluit Dec.consi.175.in causa.col.6.nu.7.]

Scriptura in breui requiritur.

17 Secundò dicitur in definitione, scriptura, quippe sine ea breue non potest consistere, sicut de bulla superiùs tradidi in materia nouæ prouisionis, & in forma manda. Apostolic. §.1. in verb. literas, in concorda.

In paruis materijs breue cõcedi solet.

18 Tertiò modica dicitur, quia breuibus verbis fit teste Bal.in c.1.de controuer.inuest.vel quòd in breuibus materiis concedi soleat & summatim negotium contineat, vtpote sine præfationibus, & sic dicitur in modicis concessa negotiis, quia in arduis bulla vtimur: & in signatura solet dici, quòd in forma breui expediri possit: si materia hoc exigat.

Breue in papyro conscribi solet.

19 In papyro descripta ad differentiam bullæ, & confessionalis, quæ in membrana describi solent: vt experientia nos docet, & interdum tamen vidi breue in membrana conscriptũ, nec ob hoc vitiari, sed frequentiùs in papyro, vt sic alius casus minùs frequens non excludatur, per auten. caussa. C. de sacrosanct.eccles.

20 Posteà dicitur cera rubea, ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi sigillatur: Demum tolluntur non obstantia, sicut in bulla, ibi, non obstantibus.

Sigillũ quare vocetur annulus Piscatoris.

21 Item signatur annulo Piscatoris, ad differentiam aliorum sigillorum & vocatur hoc sigillum annulus Piscatoris, quia diuus Petrus, qui piscator erat, hoc sigillo primus, vt verisimile est, vsus fuit: & sicut absque præfationibus & ampullis verborum vtebatur, ita & nunc Pontifices summi post eum, in hoc breui vtuntur.

Signaturæ nomine nõ venit annulus Piscatoris.

22 Quam breuium materiam Alexander sexus Pontifex id temporis maximus ampliauit multùm: & primus secretariorum collegium instituit. vt patet in suis regulis, etiam ad differentiam signaturæ, quæ sigillari non solet: & sic appellatione signaturæ non continetur breuis nisi materia & ratio ista contineant: quia hæc sunt diuersa glo.in regul.Cancell.25.& regul.29.

Breuia & gratiam & iustitiam respiciunt.

23 Et quamuis olim non concederent breuia, nisi in materia iustitiam concernentes: tamen hodie per breue non solùm expediuntur negotia circa iustitiam, sed etiam circa gratiã: vt idem scribit Gomes. vbi suprà, vnde vidi sæpiùs concedi priuilegium à Papa bibliopolis per breue, vt liceret typis mandare talem librum, nullique alteri per certum tempus: interdum priuatiuè aliis omnibus prohibebatur à Papa, ne per decem annos imprimerent sub pœna excommunicationis: vt licet videre in Iasonis consiliis, vbi est tale priuilegium, & alibi in multis libris.

24 Quæro, quæ caussæ per breue expediantur? Respond. supplicationes, siue commissiones de simplici iustitia potest Cancellaria sine speciali Papæ commissione concedere & literas, secus in breuibus: quia per breuia caussa pendens in partibus cõmittitur, quam non potest Cancellaria committere: vt etiam firmat Ægid.conclu.46.Gomes.in trac. breuium, nu.2. & seq. vbi breuia æquiparat bullæ expeditæ per cameram, per ea quæ no. Gardina. Alex.in c.in memoriam, col.penul.19.dist. *Caussæ quæ per breue expediri possint.*

25 Et ideo sicut falsa latinitas non vitiat bullam, quę transit per cameram, quia non examinatur per diuersos officiales, ita non vitiat breuia, sicut aliàs vitiat bullam, quæ conceditur per cancellariam. capit.ad audientiam 1.de rescript. superiùs scripsi, & in tract.de rescript.& liter.regiis, in 2.tomo consti.regiar.

26 Item dispensatio fieri potest per signaturam, & habilitatio, & valet absque literarum expeditione: cùm gratia sit perfecta per fiat, vel concessum: vt consuluit plenè de Ripa in lib.2.respon.cap.11.de iure sufficit, nec dicitur intrusus, qui duo beneficia habet cum simplici signatura, si in illa sit dispensatus, nec incidit in extrauag. Execrabilis, gl. in reg. cancella.53 scripsi in interpreta. cap. postulastis, in glos.retinere, de cleri.excommunica.ministran.vbi in conscientiæ foro dixi tantum prodesse signaturam, quantùm bullam: ibi vide. *Dispensatio & rehabilitatio per signaturam cõceditur.*

27 Imò Alexand. Papa 6. statuit, quòd non daretur priuatio illius, qui cum sola signatura se intrusit, quod in regno recipitur in quo possessionem ex simplici signatura recipiunt: hodie habitatio non fit ex stylo curiæ Roma. per breue: & hoc prohibuit Alex.6. vt in suis regu. quilibet videre potest. *Rehabilitatio per breue nõ solet concedi.*

28 Aliquando tamen ad duos menses, ad duas dignitates in eadem ecclesia, & ad quatuor menses, ad duos canonicatus, & præbendas per breue dispensatur. vt no. Staphile. in suo tract. versic. insuper conceditur. Per breue quoque dispensatur secundum eum cum homicida, & habilitatur: quod prohibuit Alex. vt dixi: sed si impetrans sit pauper, concedi poterit per breue.

29 Et cùm quædam inuenitur imperfectio in hoc breui, possum impetrare literas perinde valere, vel confirmationem gestorum per aliud breue: licèt quidam teneant contrà: nam & si gesta ab alio soleant, quàm à Papa confirmari, tamen ab ipso Papa gesta per breue non confirmabuntur. Ego putarem Papam hoc posse: sed melius esset impetrare confirmationem perinde valere. *Breuis imperfectio perinde valere confirmatur.*

30 Item dispensatio de nõ promouẽdo per annum communiter ex sola signatura dabitur per breue ad biennium: vt in regul. Papæ Alex. 6. continetur, & prorogatur ad annum etiam per breue, per bullam verò vltrà, quantum Papa vult concedere. *Dispensatio de non promouẽdo & per breue, & signaturam conceditur.*

Prorogatio de non promouẽdo nõ debet esse maior quã prima concessio & ab ipso concedente dari.

31 Et in Francia solemus vti signatura, in qua & annus, & biennium concedi solet, prout Papæ placuerit: potestque Papa hoc posteà tempus prorogare: sed in prorogatione non debet dari maius tempus, quàm primitus concessum fuerit: vt docet consil. 121. nobiles, col. vltima, in tertio volumine, per text. in authentic. qui semel. C. quomodo & quando iudex: & l. sancimus, de fideiussor. accessorium enim non debet esse maius suo principali: vt not. in l. cùm principalis. ff. de regulis iuris. Hippolytus singul. 52. prorogatio.

32 Et debet fieri ab eo, qui concessit, vel à superiore: vnde si dispensatio, à Papa de non promouendo fuerit concessa, non poterit prorogari à summo pœnitentiario: vt docet Felin. in cap. cùm olim, in 10. quæst. Panor. de maiori. & plenè Gomes. in 2. parte, num. 11.

33 Vbi dicit tunc summum pœnitentiarium posse concedere per viam nouæ concessionis, sed non prorogationis glos. in c. hi qui, de præb. lib. 6. nec valeret prorogatio nisi prima gratia referatur, essetque subreptitia: quia si Papa memor fuisset se iã semel cum aliquo dispensasse, non est verisimile, quòd tam facilè iterum dispensasset, arg. l. 3. C. de Episcop. audien. Oldrad. consi. 215. puncta.

Prorogatio prima concessione durante fit

34 Debet quoque fieri hæc prorogatio prima durante concessione, per l. sed si manente. ff. de preca. & debet apponi in hac prorogatione, quòd tempus prorogatum computetur à fine primi temporis cõcessi, aliàs curret à die concessionis prorogationis. gl. in c. cùm ex eo, in verb. septennium, de elect. in 6. & in clem. vt hi qui, in verb. constitutus, de ætate & qualit. gl. & doc. in c. veniens, de præscript.

Absenti licentia visitãdi sanctũ sepulcrum per breue conceditur.

35 Item ad visitandum sanctum sepulchrum, quãdo orator est præsens, conceditur per solam signaturam: si verò sit absens, per breue: & hoc statuit Papa Alex. in suis regulis: & quando conceditur religiosus, dicitur de licentia superioris eorum, ne vagentur, cap. si cupis, 16. q. 1.

Appellatio nes extra vrbem non cõmittũtur per breue.

36 Item per breue non committuntur appellationes extra vrbem, nisi pro pauperibus, & miserabilibus. Ægid. conclus. 44. allegatio paupertatis, per l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. vel nisi altera pars habuerit commissionem per breue in partibus: tunc vt æqualitas seruetur inter partes, altera quoque dabitur. arg. cap. non debet licere, & in cap. in iudiciis, de regulis iuris, in sexto cap. primo, de iudic. ibidem & hoc statuit Alexan. sextus tit. de referenda gratiæ, & iustit.

Facultas testandi quando per breue concedatur.

37 Item conceditur per breue facultas testandi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ vsque ad certam summam, modicam tamen, nec est componenda si de modico: quia de modicis maximè Romani & mulieres non curant. l. scio. ff. de restit. in integrum, secus si de magno.

38 Et religiosis quando hæc facultas datur, statuitur certa summa arbitrio Papæ taxanda: & quòd de licentia sui superioris testetur. arg. cap. cùm ad monasterium, de statu monacho. cle. religiosus, de procura. Ægid. conclus. 247. frater. & quando possit concedere, declarat Panor. in cap. cùm esses, de testamen. in repet.

39 Item licentia vendendi res ecclesiæ, & pecuniam exponendi in euidentem ipsius ecclesiæ vtilitatem solet per breue concedi: quando valor rei alienandæ non excedit centum ducatos, aut in annuo censu quinque ducatos supplicatio ni introclusæ, teste Staphil. in d. tract. versic. datur per breue.

Alienari res ecclesiæ an per breue concedatur.

40 Altare portatile non solet dari in forma confessionis per breue, nisi ex singulari gratia nobilibus, aut graduatis, aut aliàs dignis personis, vt celebrare valeant in oratoriis, vel domibus, argum. tex. in authent. vt in priuat. domib. sacra mysteria non fiant, colla. 6.

Altare portatile per breue andetur.

41 Et prædicatores ac minores habent priuilegiũ vt cum altari viatico possint celebrare sine episcopi licentia, cap. in his, de priuileg. etiam illud priuigium cum aliis obtinuit mihi egregius, & doctissimus domin. Ioan. suauis Romanus, auditor Romæ excellentissimus, & mihi amicissimus.

42 Item licentia vescendi lacticiniis, ouis & carnibus per breue datur: de consilio tamen vtriusque Medici animę videlicet & corporis. gl. & doct. in c. fi. 82. dist. Corset. in sing. incip. Caro. doct. in c. cùm infirmitas, de pœnit. & remis.

Vescẽdi carnibus & lacticiniis per breue indulgetur.

43 Licentia Doctorandi non datur extra terras ecclesiæ per breue, in vrbe autem sic adhibitis ad hoc duobus, vel tribus doctoribus eiusdem facultatis, teste Staphil. in dict. trac. de literis gratiæ, rub. de rescript. in forma breuium, fol. 190. vers. licentia, vbi tenet licentiatos haberi quo ad hoc pro doctoribus: quòd videlicet de proximo cingendi pro cinctis habeantur. l. penul. ff. de testam. militar. & bonus text. in l. qui pœnæ, ff. de manu. quod non credo verum, per text. quem allegat in l. nemini. C. de aduocat. diuers. iudic. vbi doct. & Bald. in l. Athletę, in princip. ff. de excusat. tutor. scripsi gl. licentiato, §. 1. de collation. in Concordatis.

Doctor vt quis fiat per breue quando concedatur.

44 Ratio est, quia is qui non est doctor, non potest facere doctorem, nec sibi dissimilem: l. ædiles, §. qui mancipia. ff. de ædili. edicto. Panor. in cap. cura pastoralis, in fi. de iurepatro. sic nec doctorum priuilegiis gaudere.

45 Indultum de fructibus percipiendis non datur per breue, sed per bullam, si stet in curia Roma. vel in altero beneficiorum resideat, seu in studio generali: non tamen comprehendit hoc indultum, vt quis distributiones quotidianas recipere possit. c. vno, de cleric. non residen. in 6. gl. in c. 2. de priuile. ibidem. plenè scripsi in scholastic. priuileg. & superiùs in materia de non residendo.

Fructus vt in absentia quis percipiat per breue an detur.

46 Item per breue datur licentia promouendi ad quoscumque ordines extra Roma. curiam à quocumque catholico Antistite, & gratiam sedis Apostolicæ habente: de quo operentur hæc verba, declarant gloss. & doctor. in cap. veniens, de pręscrip. suprà dixi, titul. de liter. dimissor. solet tamen addi clausula, de licentia sui ordinarij. capitul. nullius, de parrochia. & hoc est introductum contra infames & pessimos, qui communiter consueuerunt fugere loca propriæ nationis, capit. cùm deputati, de iudic. & ad alios ordinarios confugere: ob id scribitur claus. in capit. 1. & per totum, de tempor. ordinand. in 6.

Licẽtia promouendi à quocunque antistite per breue impartitur.

47 Sed epiſcopis & ſuperioribus in vrbe degentibus, ſolet concedi licentia promouendi ſub ſola ſignatura, & quòd vno die promoueri poſsint dominico, vel feſto nam iſtis epiſcopis ſolet deferri: cap.2.de offi.delegat.in 6.c.quia, de ſent. excommu. ibidem ſcripſi ſuprà in diſpenſa. de non promouen.

Habitumne per ſex mēſes ſuſcipiat vel profeſſionem faciat, conceditur.

48 Per breue datur facultas & diſpenſatio alicui promoto ad locum regularem, vt non teneatur ſuſcipere habitum intra ſex menſes, per alios eiuſdem ordinis geſtari ſolitum, nec profeſsionem emittere regularem: etiam ſolet prorogari ad ſex alios menſes, intra tamen tempus primum ſex menſium arg.l.ſi manente.ff.de precar. & ſex vltimi computantur à fine primi ſemeſtris. arg. c. cùm ex eo, de elect.in 6.

49 Imò ſolet etiam hiſdem literis concedi, vt extra monaſterium poſſit habitare deſeruiendo eccleſiæ cum cura, vel ſine, habita tamen licentia ſui ſuperioris.c.ſecundo, de ſtatu monachor. Rota deciſ.483.in no.

Morãdi in alio monaſterio breui facultas impartitur

50 Per breue quoque regulari certum ordinem profeſſo, datur licentia morandi in alio monaſterio, ad quod abſque licentia ſui ſuperioris conuolauerat: & conceditur abſolutio ab apoſtaſia, & ab aliis eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerat, & ſuper ea irregularitate, quam fortè contraxit celebrando, dum talibus cenſuris eſſet innodatus, non tamẽ incurrit pœnas.c.2.ne cleri, vel monac.in 6.Roma. conſi.341.circa primum.

Moniali profeſſæ ad aliud monaſteriũ trãſeundi cõceditur gratia, vel vt in patris domo moretur.

51 Moniali etiam profeſſæ datur per breue cum cauſſa licentia tranſeundi ad aliud monaſteriũ monialium alterius ordinis, cum cõſenſu ſuperiorum, & cum mutatione habitus:no.in c. Deus qui, de vita & honeſta.cler.quia non conuenit rationi vt homines diſparis profeſsionis & habitus ſimul in iiſdẽ monaſteriis ſocientur, cle.1.de elect.

52 Ex iuſta quoque cauſſa per breue concederetur, vt monialis in domo patris, ſeu fratris, ſeu matris extra monaſterium quoad vixerit religiosè viuere poſsit, de licentia tamen ſui ſuperioris, &ea durante.c.periculosè, de ſtatu Reg. lib.6. & ſi iuſta cauſſa adeſſet, vel ſi aliæ alium ſuſcepiſſent habitum, aut monaſterium eſſet deſtructum: aut ſi pater vel mater eſſent valetudine longa detenti, & indigerent ſua filia.

53 vt vidi concedi Virduni cuidam moniali genere nobili, quæ poſt obitum patris nubere voluit: ſed ego conſului ibi hoc fieri non poſſe, quia in monaſterio per viginti annos habitauerat, & profeſsionẽ emiſerat, licet diceret ſe hoc coactè feciſſe, ſed quia prolixitas temporis quemcunque metum purgauerat, ideo non potuit.

Exemptio ab ordinario per breue concedi ſolet.

54 Exemptio ab ordinario ex cauſſa per breue dati ſolet, teſte Staphil.in verſic. datur, in d. tractat. breuium.

Diſpenſatio ſuper defectu oculi per breue indulgetur.

55 Diſpẽſatio etiam ſuper defectu oculi per breue concedi ſolet ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines: & quòd in illis, etiam in altaris monaſterio deſeruire liberè & licitè valeat: dummodò in oculo non tanta appareat deformitas, quòd ex hac poſsit ſcandalum generari:c.2.de corpor.vitia. Et quando eſt abſens, committi ſolet illius ordinario, qui diligenter aſpiciat oculũ, & defectũ: ſi eſt in curia, oſtendit referendario, qui poſteà refert: vt ſuperiùs dictum fuit in diſpenſa.cum corpo. vitiatis.

Cõmutationes legatorũ vt in aliã piã cauſſam fiãt, cõceditur per breue.

56 Commutationes quoque legatorum ad piam cauſſam, vt in aliam fiant, per breue concedi ſolent aliàs ſine ſedis Apoſtolicę autoritate non fiant, Cle. quia contingit, de religioſis domibus. Aufrer.deciſ. Tholoſ.26.Docto.in cap.nos quidem, de teſta.

57 Intellige quando erat ad opus certum, quia tunc non ſolet commutari, vt voluntas defuncti ſeruetur: aliàs ſecus.l.in conditionibus.ff.de condit. & demonſt. vltima enim voluntas debet exequi. l. vel negare. ff. quemadmo. teſta. aper. cap. vltima voluntas, 13.quæſt.2.ex cauſſa tamen ſolet immutari etiam in certis: vt quandoque vidi, & hoc de Papæ autoritate.

Prorogatio de conſecrãdis Epiſcopis concedi per breue ſolet.

58 Prorogatio temporis de conſecrandis Epiſcopis ſolet dari per breue, ad biennium computandũ à fine trium menſium datorum de iure. cap.cùm in cunctis. §.1. de elect. Et hæc prorogatio in Francia dari non ſolet, niſi epiſcopis prouiſis & confirmatis à Papa, ſicut nec de non promouendo ad ſacros ordines, teſte Staphil.in tract.de literis gratiæ, in fi.

59 Datur etiam per breue diſpenſatio ad omnes ordines, & ad beneficia illis tamen, qui olim contraxerunt matrimonium cum virgine & vnica iam defuncta: ſed cum bigamis non ſolet Papa diſpenſare: cap.acutius, & cap.vno, 26.diſt. poteſt tamẽ Papa de plenitudine poteſtatis diſpenſare cũ illis, quia eſt maior Apoſtolo in poteſtate. c. ſacroſancta. 22. diſt.Rota deciſ.447.quoddam factum, in no.

Diſpenſatio ab eo quicũ virgine cõtraxit, peti non ſolet.

60 Hodie nulla petitur diſpenſatio ab eo, qui contraxit cùm virgine vnica: quia hoc iure permittẽte poteſt, ergo fruſtra impetraretur per l.1. C. de Theſaur.lib.10.

Clauſula vt per breue expediri poſſit.

61 Poſtremò quo plures modos habeas, lector amantiſsime, per breue concedi poteſt, vbicunque in ſignatura eſt expreſſum, vt in forma breuis expediri poſsit. Et hoc ſolet à cautis pragmaticis curiæ Roma.in ſignatura poni, quòd hoc expediatur per breue: vel quòd ſola ſignatura ſufficiat, & maximè in modicis vt expenſæ vitentur.

Breue quomodo cognoſcatur.

62 Supereſt videre quomodo cognoſcatur hoc breue? Reſpon. ex ſequentibus. Primò ex breuitate, quia ſine præfationibus & apparatu fit: at bulla præfationem habet, & aliæ ferè literæ, non minùs tamen dicetur breue, quamuis multa fuerint verba pro negotij qualitate: ſicut Imperator dicit pauciſſima verba per vnam, aut duas columnas, in l. cùm antiquitas.C.de vſufructu.

63 Secundò quòd in paruis materiis concedatur, & vbi non eſt multa pecunia exponenda: & ſic in caſibus conſcientiæ, & in abſolutionibus dari poteſt, & pauperibus, ac viduis.

64 Tertiò non ſolet Papa huic breui ſubſcribere, ſicut ſignaturæ, ſed ſecretarius tantùm.

65 Quartò in hoc fieri ſolet mentio annuli Piſcatoris, & non in aliis reſcriptis: vt ſuperiùs ſcripſi. Et vt meliùs impoſterum dignoſcatur breue, formam & tenorem eius ſubiicio.

FORMA

FORMA BREVIS APOSTOLICI. Iulius Papa III.

66 DILECTE Fili, salutem, & Apostolicam benedictionē. Cupientes commodis tuis, quantum cū Deo possumus paterna benignitate cōsulere, tuísque in hac parte supplicationibus inclinati, tibi vt ratione decanatus ecclesiæ Paris. quem, sicut asseris, in dicta ecclesia obtines, aut cuiuscunque alterius beneficij ecclesiastici curati, vel aliàs sacros ordines requirentis, per te pro tempore obtenti, ad aliquem ex sacris, etiam subdiaconatus ordinibus per biennium à data præsentium computandum, vt interim te in diuinis officiis meliùs instruere possis, te promoueri facere minimè tenearis: nec ad id inuitus à quoquam compelli valeas, præsentium autoritate speciali gratia indulgemus, prouiso &c. Non obstantibus &c. datū sub annulo Piscatoris, tertio idus. &c.

Effectus breuium qui.

67 Effectus horum breuium est, vt tantam vim habeant iure confecta. & in illis materiis, in quibus conficiuntur, sicut rescripta. & aliæ literæ Apostolicæ. Felinus in rub. de rescript. col. vlt. & incidit in falsum, qui hoc breue corrumpit, quia literæ Apostolicæ dicuntur, & in pœnam, c. ad falsariorum, de crim. fals. c. in memoriam, 19. dist. vt iudicauit Alex. 6. in consistorio prout refert Gomes. in tract. breuium, num. 5.

68 Vbi dicit quemdam Archiepiscopum combustum fuisse ob hoc, quòd falsum in breui Papæ cōmisisset, & hoc probatur ratione sigilli: nam sigillum scripturam reddit authenticam: c. tertio, vbi doct. de proba. & c. 2. de fide instrumen. & dixi in tract. de liter. obligat. artic. 1. in constitu. reg. commenta. [Et vbi est sigillum appositum ab eo, qui potestatem generalem sigillandi habebat præsumitur, de voluntate Papæ appositum, licet Papa in illo casu non expresè concesserit vt not. doc. in c. tertio loco, de probatio. & sic consuluit Dec. consil. 175. in caussa. nu. 7.]

69 Potestque hoc breue derogare bullæ, si vltimò concessum fuerit, per c. 1. de consti. in 6. c. cæterùm, de rescrip. & probat sicut aliud rescriptum, effectusque, aliorum ferè rescriptorum habet, quos congessi in tract. de rescript. quæst. 11. in 2. tomo consti. regiar. Alia de his breuibus tractant Staphil. & Gomes. in suis tractatibus, quos vnusquisque videre poterit.

70 Interim cum his finem huic Praxi imponens, rogabo Lectorem beneuolum, vt imitemur Dauid primo Paralipo. cap. 16. qui *Cùm complesset, & diuisisset inter singulos panem, constituit, vt recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent dominum Deum*, qui nobis ista donauit, Benedictus sit in secula seculorum, Amen.

Spes mea Christus.

BVLLA

BVLLA.
COENAE DOMINI S. D. N.
PAPÆ PAVLI. III. PRÆLATIS, ALIISQVE VIRIS ECCLESIASTICIS, MAGNOpere necessaria, ac denique omnibus Christicolis casus frequenter in Indulgentiis reseruatos scire cupientibus. Cum elucidationibus D. Petri Rebuffi.

PONTIFICI MAXIMO, ORNAMENTO VITAE NON minus quam Pontificio titulo illustrissimo, Paulo III. Petrus Rebuffus Iurium doctor. S. P. N.



LLA fuit apud Romanos vetustate iã corroborata, in Põtificibus, dignitatibúsque creandis cõsuetudo, Sanctissime pater, ne quem collegio inimicũ, infestúmque ad dignitatis, honorísque gradũ, aut ambitione aut fauore, aut precibus promouerent. Sed supplicandi genus velut sordidum, & parum libero homine dignum rati, suis meritis nõ maiorum imaginibus prælucere studentes, ac nihil magis esse à virtute honoréque alienum, quã suffragiis, & largitionibus, munus vel magistratum aliquem obtinere. Id in antiquorum monumẽtis, si quis perlegere nõ grauetur, facilè videre est. Lucium enim Crassum præsente Q. Scæuola, nunquam adduci potuisse more candidatorum populo supplicare legimus. L. etiam Lucullus cum ante adultam fratris ætatem magistratum petere nollet, tantum & honore, & gratia valuit, vt absens vnà cum fratre ædilis crearetur. Quid Phocionem referã? cui, cum nunquam populo supplicare sustinuisset, nec comitiis interesse, absenti tamen & inuito honores delati fuere. Id nostra memoria tibi Dei opti. maximi vicario principíq; generishumani fato quodã contigisse, omnibus in confesso est, hæc quidem beatissime pater, tua est propria laus, atque singularis. Verebaris enim si precibus fratrum principúmque omniũ, qui te instanter flagitabant protinus annuisses, ambitioni datum esse iudicaretur, quod summopere vitãdum curasti. Eum, qui te ad hoc munus prouexit, & cuius vices, videlicet Iesu Christi, in terris geris, bellissimè imitatus, vt qui in ipso tuæ promotionis initio thesauros ecclesiæ in singulos bonę voluntatis homines distribuisti, omne studiũ more boni pastoris, omnem denique curam, atque operam in seruãdis domini ouibus ab hæresibus, atque scismatibus, aliisq; flagitiis adhibuisti, proteruos admonendo, & in peius euntes cẽsuris ecclesiæ coercendo, & vt semel dicã, nihil à veri patris amore vel studiis, quominus partes veri Christi vicarij adimpleres, dimisisti, adeo, vt tua vigilantia firmetur ecclesia, & quæ ægerrime laborare cœperat, iam nunc membratim conualescat. Quæ cum ita sint, non potui tuis sanctissimis scriptis, quibus scelestos homines profligas, elucidationes quasdam nõ inserere, quas S. tuæ nunquam dicare, perterritus sentẽtia ad Phormionẽ Hannibalis, ausus fuissem, nisi me & tua (quam clara frõte & reiecto supercilio passim omnibus exhibes) humanitas, & propẽsa in viros literatos beneuolentia, reuocassent. Quamobrẽ confido, quòd tua saltem licet meis comitata non aspernaberis, quæ tuo prudẽtissimo iudicio repurganda statuo. Nunc Deũ optimum maximum precor, vt te diu tuo perfrui beneficio gaudeamus, & prospera incœpta pares sequantur euẽtus. Vale Põtifex Maxime, cui me totum (qnãtus sum) dico dedicoq;, & huic meo operi protrito si non graueris dabis splendorem. Iterum bene vale. Parisiis anno à Christo nato 1537. 12. Kalend. Martij.

CONTI



CONTINENTVR HAC IN BVLLA COENÆ DOMINI CASVS IN QVIBVS RESERVATVR ABSOLVTIO Papæ, & nullus potest absoluere extra eum nisi in mortis articulo.



Primus casus est in hæreticis, fautoribus, receptatoribus, defensoribus, & credentibus, & qui dicantur, articulo primo, infra fusius declaratur fol. 301.

Secundus casus est in piratis & cursariis vel latronibus maritimis seu receptatoribus eorundem, & auxilium, consilium vel fauorem præstantibus, vt articulo secundo, vbi de consilio & fauore plenè licet videre fol. 308.

Tertius est contra imponentes noua pedagia vel prohibita exigentes, art. 3. & ibi vectigalium materia traditur 310.

Quartus casus est de falsariis Bullarum Papæ & aliarum literarum Apostolicarum, art. 4. vbi multa de falsariis intueri possunt fol. 311.

Quintus casus reseruatus est Papæ contra illos qui equos, arma, ferrum, vel alia metallorum genera, vel instrumenta, vel lignamina ad Turcas vel Saracenos deferunt, art 5. vbi decem pœnæ describuntur contra illos fol. 312.

Sextus est contra impedientes seu inuadentes victualia, vel alia Roma. curiæ necessaria ad curiam Roma. deferri art. 6 fol. 314.

Septimus in eos qui venientes Romam, vel ibidē commorantes offendunt. art 7. fol. 314.

Octauus contra carcerantes, detinentes, mutilantes, vel verberantes, patriarchas, archiepiscopos, vel episcopos, eorúmque mandatores. art. 8. vbi traduntur octo pœnæ cōtra sic delinquētes. fo 315.

Nonus in eos qui causarum in curia pendentium cursum, & literarum Apostolicarum executionem impediunt. art. 9. fol. 315. vbi super hoc Leonis decimi bulla inseritur fol. 316.

Decimus contra eos qui libertatem ecclesiasticam tollunt, seu impediunt, deprimunt, seu restringunt, 318.

Vndecimus qui fructus, redditus & prouentus, beneficiorum ecclesiasticorum vsurpant, sine causa. art. 9. fol. 318. vbi etiam bulla super hoc ad verbum inseritur. ibid.

Duodecimus, qui collectas, seu tallias viris ecclesiasticis imponunt, ac decimas. art. eodem. & ibi etiam describitur bulla huic rei commoda. 320.

Decimustertius, contra officiales qui spirituales causas à iudicibus Apostolicis auocant, & executionem literarum & mandatorum Apostolicorum impediunt, ibidem. art. 10. 320.

Decimusquartus, in eos qui Romipetas & alios peregrinos ad vrbem causa deuotionis accedentes offendunt, vel impediunt, seu spoliāt. art. 11. 321.

Decimusquintus, qui vrbem, aut aliàs terras ecclesiæ inuadunt, seu occupant. art. 12. 322.

Decimussextus qui cruces, thuribula, reliquias, & alia ornamenta vrbis ecclesiastica abstulerunt, seu detinent. art. 13. 322.

Alij multi casus in quolibet articulo continentur, sed hi sunt principales, qui in hac bulla traduntur, & sacerdotes in his casibus absoluere non possunt, nisi in mortis articulo, aliàs sunt excommunicati, & non possunt absolui ab alio quàm à Papa, & aliis 12. pœnis afficiuntur presbyteri absoluentes in casibus hic prohibitis, quas licet infra videre in fine huius bullæ, in gloss. penult. & ista in locum indicis suffecimus.

BVLLA COENAE DOMINI S. D. N. Papæ Pauli III.



REQVISITVS fui à bene multis, casus qui in bulla cœnæ Domini reseruantur, cum in omnibus ferme indulgentiis solent excipi, patefacerem, quibus operam meam sine aliquo Reipublicæ detrimento inficiari nõ potui. Quamobrem bullam à S. D. N. Papa Paulo III. summis cum laboribus & precibus obtinui, super qua elucidationes quasdam, vt omnibus nota sit propter facilem interpretationẽ, inserui. Igitur Christicolæ, hanc bullam à S. Christi vicario editam accipite, eámque perlegite, vt scelestos homines in eadem comprehensos monere, & Christi præceptis ita instruere possitis, quòd demum pœnitentiæ fructu gaudere possint, quod vt fiat dij faxint. [Vide Matthæum Zometthæum in practica bene confitendi.]

Paulus,[a] Episcopus [b] seruus seruorum Dei, ad futuram [c] rei memoriam.

a Paulus. Hic est Paulus tertius, in quo perfectio consistit, sicut omnium creaturarum perfectio in ternario numero posita est. Nam in omni re consideratur principium, medium, & finis, & omnia creata à Deo in numero, mensura & pondere. Sapien. c. 11. in fi. ipse Deus est trinus, pater, filius, & spiritussanctus. Mundus sub hoc numero est, videlicet cœlum, terra, & mare, tres sunt vires animæ, concupiscibilis, irascibilis, & rationalis. Et sicut tres discipulos assumpsit dominus Iesus in montẽ Thabor, videlicet, Petrum, Iacobum, & Ioannem, Matth. 17. & Luc. 9. Ita hos tres Paulos elegit Dominus, hic in ipso suæ creationis initio thesauros ecclesiæ dispersit, videlicet indulgẽtias nobis concedendo, & sui nominis allusionem sequens, quia Græca lingua Paulus dicitur quietus, teste Florent. in 1. parte Chronicæ tit. 6. in ca. 5. in prin. Totis (vt aiunt neruis) pacem inter Christianos principes procurauit, ergo de hoc Paulo dicere debemus, Deus optim. max. nobis hunc seruet incolumem, vt dies Petri videri posit, & demum paradisi gaudiis perfrui.

b Episcopus. Hæc verba declaraui in glossis concordatorum in forma mãdati Apostolici, & etiam plenè licet videre in prooemio Sexti & Clem. Ideo hic non insistam.

c Ad futuram. Ad rei memoriam sempiternã dicitur in suprascriptione. c. Apostolicæ. de re iud. in 6. & quæ ad perpetuã memoriam fiunt, diligenter prospicienda sunt. ca 1. distin. 23. c. conuenientibus, 1. q. 7. Nec vlla temporum commutatione varianda. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. maximè vbi sunt posteris profutura. ca. vno. vt eccles. benefic. Spec. in 1. part. tit. de offic. omn. iud. in princ. testes aliquando lite non contestata ad perpetuam rei memoriam audiuntur, quando sunt senes, valetudinarij, vel absfuturi. l. in lege Aquilia. si deletum. ff. ad l. Aquil. cap. quoniam. vt lit. non contest. sic ad futuram rei memoriam hic positi excommunicantur. [Ista tamen bulla ad futuram dicitur fieri memoriam, sed non ad perpetuam, adeò quòd expirat statutum in ea cum suo auctore, sed excommunicati sunt perpetuo, nisi absoluantur, vt inferius in fine patet.]

Consueuerunt [a] Romani [b] pontifices prædecessores nostri.

a Consueuerunt. Diuturna enim consuetudo pro iure in his, quæ non ex scripto descendunt obseruari solet. l. diuturna. ff. de legib. Et id custodire oportet, quod moribus, & consuetudine iudicatũ est. l. de quibus. eod. tit. ideo cõsuetudinem laudamus, quæ contra fidem catholicam nil vsurpare dignoscitur. c. cõsuetudinem. 11. dist. quapropter hic voluit cõsuetudinem seruare. Nam generalis consuetudo ita obligat, sicut præceptum. c. in his, & c. ecclesiasticarum. 1. dist. Panor. in repe. c. cum esses. col. 3. nu. 9. de testa. per illum text. Hic possem glossam longiorem de consuetudine præscribere, sed materiam nostræ rei conuenientem prosequar.

b Romani. Sic communius vocantur, vt in ca. 1. de constit. in 6. vbi ponuntur alia nomina, dixi in rub. de mand. Apostolic. in verb. Romanus Pontifex, in concordatis.

Ad retinendam puritatem [c] religionis Christianæ [d] & ipsius vnitatem [e] quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput Christum, videlicet eiúsque vicariũ principaliter consistit, & sanctam fideliũ societatem ab offensione seruandam arma iustitiæ per ministerium Apostolatus in præsenti celebritate exercere. Nos igitur vetustum, & solennem hunc morem sequentes excommunicamus [f] & anathematisamus. *Articulus primus.*

c Puritatem. Id est vt religio Christiana sit immaculata, & sine sorde peccatorum, sed sit sincera, & integra, sine prauitate. Sic exponit Bal. in cons. scismatis. nu. 16. facit text. in ca. statutum. in §. insuper ibi, cum omni puritate, de rescript. in 6. l. si quemquam, C. de episc. & cleric. Nam coinquinatũ non potest dici purum. Dicitur enim pura lex sine dolo & malitia. c. pura, 3. q. 9. clem. Romani. §. porro, in ver. pura fide. de iureiu. pura electio Ro. Pon. esse debet. c. 1. ver. quòd si prauorum. 23. distin. Et alibi multa de puritate dixi.

d Christianæ. A Christo Christiani dicti sunt. Primò Antiochiæ discipuli Christi, nuncupati sunt Christiani, quod nomen postea omnes fideles retinuerunt, teste Floren. in 1. part. chroni. tit. 6. ca. 2. §. 7. in fi. Nec quærat quis melius nomen quàm autoris domini nostri Iesu Christi: sed effectum etiã nominis habere procuret, si velit priuilegiis domini gaudere. Hæretici tamen, christiani non possunt dici vere nec propriè, text. in cap. quo iure. & ibi Card. col. 2. distin. 8. *Christiani vbi prius fuerunt nũcupati.*

e Vnitatem. [Ecclesia in suis membris firmatam debet habere vnitatem. c. maioribus de præbend.]

Ecclesia ergo est vnum corpus per quod est vna, & vnica. Cant. 6. Vna est columba mea, perfecta mea: quæ vnum corpus repræsentat mysticum. cuius caput est Christus, Christi verò Deus, extra. vnam sanctam, de maior. & obed. in communibus. clem. Romani. in princi. de iureiur. Item in ea est vnus spiritus, Ephe. 4. ca. Vnum corpus, & vnus spiritus per quem est sancta. Item in ea est vnus dominus, per quẽ est vniuersalis, & Catholica. Vna enim arca Noë vnum gubernatorẽ & rectorẽ habuit, extra quam omnia super terram existentia legimus fuisse delata. Genes. 7. & seq. sic qui extra ecclesiã sunt. Estque in ea vna fides, per quã est apostolica, quia tenet illam fidem quam prædicauerunt apostoli: in ea est etiã vnũ baptisma. per quod est peccatorũ remissio, vt in symbolo patet. Et Ephes. c. 4. dicitur, vnus Dominus, vna fides, & vnũ baptisma, vnus Deus & pater omniũ, qui super omnes & per omnia, & in omnibus, &c. Item in ea est vnus Deus, & pater omniũ, per quẽ est salutis adeptio, igitur ecclesiæ vnius & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrũ, Christus videlicet, & Christi vicarius, Petrus, Petrique successor, & subesse Ro. Pont. est de necessitate salutis. d. Extraua. vnam sanctam & extra ecclesiam nemo saluatur. c. quoniam. 24. q. 1. clem. 1. §. pen. de exces. præla. [& clem. 1. de sent. excommu. Præpos. in ca. quamuis. 21. dist.] quod facit cõtra hæreticos contrarium asserentes.

f Excommunicamus & anathematisamus. Anathema natura nõ differt ab excõmunicatione sed forma. Quia forma anathematis est, vt proferatur ab episcopo coram duodecim sacerdotibus episcopum circũstantibus, & lucernas ardentes in manibus tenentibus, quas in conclusione anathemati proiicere in terram debent, & cõculcare pedibus. c. debet. & seq. 11. q. 3. & illæ candelæ humi proiectæ ad nullum sunt vsum, sicut sal infatuatum. ca. non omnes. 2. q. 7. Et dicitur Anathema quasi superna maledictio, vnde anathematisare est damnare, excommunicare, maledicere, & separare. Et non imponitur nisi pro crimine mortali, & illis, qui aliter non possunt corrigi. c. nemo episcoporum. 11. q. 3. c. fi. 3. q. 4. Nec competit inferiori episcopo. Panor. in repetit. c. si quis contra col. pen. de foro compet. nisi haberet episcopalem iure speciali iurisdictionem. c. sicut tuis. de simo. Feli. in c. 2. col. 3. vers. est enim anathema, de excep. vnde dicit text. in c. nullus. 3. q. 4. Nullus anathematisatorum suscipiatur, nec à quoquam credantur quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur, & hi alios accusare minimè possunt. ca. omnes. 3. q. 4. & talis excommunicatus, cum sit extra ecclesiam, & membrum diaboli. c. omnis Christianus. & seq. 11. q. 3. fugiens ad ecclesiã nõ gaudet illius immunitate. glo. in verb. Iudæ, in tit. de interdi. indifferenter nõ ponend. in pragma. ideo ab hac excõmunicatione & anathemate summopere cauere debemus. [Sexaginta pœnas excommunicatorũ cumulaui in tit. de excom. vitand. in cõcord.]

Excommunicatus nõ gaudet ecclesiæ immunitate.

Ex parte [a] Dei omnipotentis patris & filij & spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra, omnes [b] hæreticos [c].

a Ex parte Dei. Ergo ab ista excõmũnicatione nõ licet appellare, quia non habet superiorem, nec ab excõmunicatione appellari potest, quin trahat secũ executionem. c. pastoralis. de appel. quod fit vt magis ecclesiæ claues timeantur. ca. quid ergo. 11. q. 3. & quia excommunicatus quis pro contumacia. ca. 1 de iudi. c. ex parte. & c. cum olim. de verb. signif. glo. in c. duo sunt. 96. dist. ideo dicit Chrysost. in ca. nemo. 11. q. 3. nemo cõtemnat ecclesiastica vincula, non enim homo est, qui ligat, sed Christus qui hãc potestatem dedit. & dominos fecit tanti laboris.

b Omnes. Propriè dictos, vt in glos. proxima dicetur, ideo simoniacus licet dicatur hæreticus largè. c. quisquis. 1. q. 1. glo. in c. si quis pecunia. 79. dist. tamen hic non cõprehenditur nec alij, qui largè dicuntur hæretici, quia in odiosis non fiet extensio. Regula Odia, de reg. iur. in 6. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. vide glo. in c. 3 de hæretic.

c Hæreticos. Hæreticus est, qui alicuius temporalis cõmodi, & maximè vanæ gloriæ principatúsq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. c. hæreticus. 24. q. 3. & hæreticorum vocabulo continentur, qui vel leui argumẽto à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. l. 2. C. de hæreti. Et hæresis propriè dicitur, prout est error in fide. c. hæresis, 24. q. 3. & glo. in ca. 3. de hæreti. Et hæreticus antequam dicatur, oportet quod erret in mente, vel intẽtione circa fidem, & sic primo hæresis sumit initium in corde, posteà descendit in os, exprimendo mentem & intentionem per linguam, quæ nuntius mentis appellatur. Barba. in clem. 2. in fi. de elect. Quia verba sunt signa earum quæ in anima sunt passionum. vt Philo. in lib. 1. periher. inquit. Sicut fides principaliter consistit in corde: secundario in ore, vt testatur Paulus ad Roma. 10. corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. c. vno. §. quia vero. de sacra vnctione: sic in hæresi, quæ est opposita fidei, vt ipsam fidem lædat, oportet q̃ à corde incipiat, quãdo quis errat in mẽte, & posteà ad vlteriora procedat, scilicet proferendo errata. Nam factum sine errore non facit aliquem hæreticum, vt si quis fornicetur, licet agat contra legẽ, & veritatem, quæ dicit, Non mœchaberis, non est tamen hæreticus, nisi credat, vel opinetur, quod fornicari sit licitum, & sic quod iure suo possit hoc facere.

Hæreticus quis sit.

Secundò requiritur pertinacia seu obstinatio in voluntate, ergo non omnis error hæresis est, sed ille solus qui est fidei orthodoxæ cõtrarius adiuncta pertinacia. ca. hæresis. 24. q. 3. vbi dicitur, Hæresis ab electione dicitur, quia vnusquisque eam eligit disciplinam, quã putat esse meliorẽ, & posteà oportet, q̃ isti electioni adiungatur pertinacia, taliter adhærendo errori, q̃ nullo modo velit ab eodem discedere, hinc August. scribens contra Manich. ait in ca. qui in ecclesia. 24. q. 3. Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid prauúmque sapiunt, si correcti, vt sanum rectúmq; sapiant, resistunt cõtumaciter, suaque

ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolũt,ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.11.art.2.Ideo ſi ſtatim ſe corrigat, hæreticus non eſt.c.Nunc autem.21.diſtinct.Vnde dicit Apoſtolus ad Titũ 3.ca.& transſumptiuè in ca.dicit Apoſt.24.quæſt.3. hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionẽ vitandum, in quibus verbis declaratur pertinacia eius,qui monitus corrigere ſe noluit, probatur in clemen.vna.§.porro.de ſum.trinit.cle.vna.§.fin.de vſur.Item legitur 1.Reg.c.12.& ſeq.quod cum homo Dei ad Hieroboam miſſus eſſet,vt peccata ſua exprobraret, atque vltionem ſuam futuram prædiceret,panem apud illum edere, & aquam bibere eſt prohibitus,quod cum non cuſtodiſſet, diuina ſententia inde rediens morſu leonis in itinere interiit.c.ſi quis inquit,1.q.1.[Lucas de Pen.l.1. col.6. Cod.de priuileg.ſcholar.lib.12. & Paul.Grillan.in tract.ſuo de hæretic.lib.1.q.1.& 2.text.in cap.Anaſtaſius.Si ergo cauſa diſputationis aliquid diceret, non cenſeri debet hæreticus: quia hoc non dicit pertinaciter.Et hoc dicit Bald.in l.ſi poſſeſſor. §. quãquam.ff.de petit.hæredit. & hodie omnes hæretici volunt ſic excuſari: quod fieri non debet. vt dixi in c a.1.de ſum.trinit 19.diſtinct.]

Pertinax qui dicatur. Quæret quis,quando dicatur pertinax? Reſpõdeo,quando ſe non corrigit ad mãdatum ſuperioris,argu.text.ſing.iuncta gl.in l.tutor. §.tutores. ff. de ſuſpe.tuto.vbi ſi tutor ad præceptum ſuperioris pecuniam pupilli ad emptionem prædiorũ non deponit iudicatur pertinax, & tanquam ſuſpectus cõdemnatur,& ibi dicit Bart.hoc facere cõtra hæreticũ, vt poſſit tanquã pertinax condẽnari,quãdo inquiſitori aliquid aſſerenti non credit, ideo qui epiſcopo,inquiſitori,vel theologo per eos deſtinato non credit,dum eum corrigunt, is pertinax eſt cenſendus.Feli.in rub.de hæret.& eſt pro hoc pulcher tex.in ca.hæc eſt fides.24.q.1.vbi Hierony. ad Dama.Papã ſic ait,Hæc eſt fides,Papa beatiſsime, quam in catholica didicimus eccleſia, quamqne ſemper tenuimus,in qua ſi minus perite, aut parũ caute fortè aliquid poſitum eſt, emẽdari cupimus à te,qui Petri ſedem & fidem tenes,quod facit pro baccalaureis & doctoribus theologiæ,qui in initio ſuarum diſputationum ſolent proteſtari, ꝙ ſi aliquid contra fidem & ſanctæ matris eccleſiæ determinationem protulerint,pro irrito volunt haberi: ſic & ego ipſe hîc ea proteſtatione iuuari intendo, quam not.Cardi.in cle.vna.in princ.q.2. de ſumma trinit.igitur ſi aliquis extra ſuperiorem moneret hæreticum,& is ſe non corrigeret,nõ diceretur pertinax, etiam ſi illum errorem non deponeret, quia fortè alius etiã errat,nam poſſet eſſe, ꝙ idiota moneret theologũ, vt reſiliret à ſua bona opinione,& acciperet nequiorem, quod non eſt faciendum, ideo pertinax dicitur imprudenter ſuſtinens errorem,durus, irreuocabilis, indocilis & obſtinatus.glo.in d.§.porro.de ſum.trinit.glo.plena in extrauag.cum inter,in verb.pertinaciter. de verb.ſignific.in extrauag.Ioan.22.& per Ioãnem Gerſon in 1.parte alpha.14. Et ideo pertinacia nunquam præſumitur,niſi conſtet de illa.Ioan.Andr. in c.cũ contumacia,de hæret. in 6.vbi dicit extra iliũ caſum non præſumi pertinaciã.Idem tenet Anchar. & Ioan.de Ana.in ca.excommunicamus.§.qui autem.col.2.in fi.illo tit.Nam pertinacia eſt qualitas facti,quæ debet probari.l.cum actum.ff.de negotiis geſtis.Ioan.Andr.in c.1.de homi.in 6.ſunt quidam qui inſtar Laurentij Vallæ triduo dicunt ſe Theologos factos,ſacroſq; doctores nihili habentes,quibus repugnat Chriſti actio,qui inter doctores voluit eſſe,ab eiſque audire. Item dicitur, quid autem iniquius eſt,quàm impia ſapere, & ſapientioribus doctoribus non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt,quicunque ad cognoſcendã veritatem aliquo impediuntur obſcuro,non ad propheticas voces,non ad apoſtolicas literas, non ad euangelicas auctoritates,ſed ad ſemetipſos recurrunt,& ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt verba ſunt text.in c.quid autem.24.q.3.[Et duodecim ſigna pertinaciæ ſcribit Ioan.Gerſon.in rub.ſequuntur 12.conſiderationes,&c.]Inuitantur iſti hæretici ad veritatem. Alij ſtimulis,ſicut lethargi, vt quando publicè canunt Palinodiam.23.q.4.quid faciet, alij funibus, cum ſuſpenduntur,vel ligaminibus, ſicut phrenetici. ca. ipſa pietas.ibi.Alij diſciplinis & verberibus cũ fuſtigantur, ſicut peccatores duplici.ca.diſplicet. ibi. & Gulielmus de monte Lauduno in ca.2.de hęret. in 6.Et multi potius timore ignis quàm amore Dei abiurant hæreſim,& veritatem agnoſcunt.Imo coguntur ad eccleſiam redire. ſicut dicitur Luc.14. quod paterfamilias dixit ſeruo ſuo, exi in viis & ſepibus,id eſt in hæreſibus, & ſciſmatibus. vt exponit text.in ca.ſciſmatici.23.q.6. & compelle eos intrare.ca.nimium.23.q.4.Nam & Paulus fuit tractus ad veritatem,vt ibidem legitur,& Actuum.c. 9.& Angelus coegit Agar vt ad dominã ſuam rediret.capitulo quando vult.in principio.24.quæſt. 3.Item multi tenentur inuiti, & includuntur, vt bonum opus,id eſt, Epiſcopatum ſuſcipiant.capitulo diſplicet.ibidem. Hodie non oportet cogere ad epiſcopatum, quia bene multi ambiunt. multo fortius hæretici trahendi ſunt ad veritatem. Nam paſtores puniuntur, quibus dicitur,errantem non reuocaſtis,perditum non requiſiuiſtis. ca.quod errauerat.& c.ſeq.23.q.6. Et quia illi hæretici compellunt catholicos ad malum, ideo & ipſi ad bonũ compellendi ſunt. c.ſciſmatici, ibidem. alibi dicitur hæreticus more ſimiarum, quæ cum homines non ſint,formam humanam imitantur,vultum eccleſiæ catholicæ & auctoritatem ſibi & veritatem vendicat, cum ipſe in eccleſia non ſit, benedicit, cùm à Deo ſit maledictus, vitam pollicetur, cum ſit mortuus,Deum inuocat, cum ſit blaſphemus, ſacerdotium adminiſtrat,prophanus, munus ponit ante altare,ſacrilegus,ad hæc omnia accedit,vt antiſtes diaboli audeat euchariſtiam facere. Cypria. in c.ſi quis, inquit,1.q.1. Cauſæ ex quibus hæreſes oriri ſolent,deſcribuntur 2.ad Timoth.3. c.hoc autem ſcito,quia in nouiſsimis diebus inſtabũt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes,cupidi,elati,ſuperbi,blaſphemi, parentibus nõ obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine

Quot modis hæretici inuitentur ad fidem.

Vnde oriatur hæreſis

pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores, magis quàm Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutẽ autẽ eius abnegãtes.

Prima radix est immodicus sui amor, ex quo oritur, vt sua semper sibi placeat, propriis inuentis delectetur, inde nascitur obstinatio, & pertinacia.

Secunda est gloriæ cupiditas, vt gloriam popularem captent, videanturque ab hominibus doctissimi, ac rabi vocentur.

Tertia est cupiditas & auaritia, quæ est radix omnium malorum, hæc late prosequitur frater Alfonsus lib. 1. aduersus omnes hæreses cap. 11. & seq. vbi addit alias tres causas, videlicet negligentiam Prælatorum, nam dicitur Luc. 2. quod pastores erant vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum, ideo dicit text. in c. excommunicamus. §. fi. de hæret. volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint effugere vltionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, & ab episcopali officio deponatur, & in locũ ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. Hæc sunt verba illius text. quæ quidam prælati oculo toruo forte conspiciunt. Item defectus prædicationis verbi Dei, vnde dicit Dauid, lucerna pedibus meis verbum tuum. Et iterum, declaratio sermonũ tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis. [Et notandum est ꝙ populus reprobatus fuit cognitus ex mutatione linguæ. Gen. 11. c. Nam Populus Deo gratus fuit, primam & antiquã linguam retinens: alius ex mutatione linguæ tanquã reprobus punitus fuit, vt Simon de Cassia scripsit in tract. de iusto iure domi. Sic est dicendũ hodie, quum fidem ecclesiæ est sequutus, à domino probatus fuit: qui verò nouitates linguæ Lutheri & aliorũ amplexi sunt, hi reprobi & hæretici inuenti sunt.] Tertio sacrarum literarum in linguam vulgarem translatio, nam fit vt vulgus legens non intelligat, in quo doctores longo tẽpore laborarunt, ideo dicitur Matth. 7. c. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos. Dignoscitur autem hæreticus à fructibus eius Matth. 7. Tum primo quia est nouarum rerum amicus, & eas quærit, vt prædicet aut doceat, & sic prædicare vult seipsum, non Iesum. Tum nimia libertas in pronunciando, vnde Iaco. 1. dicitur, Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. [Vnde dicit Berosus lib. 3 ꝙ Noe docuit Theologiam Armenos, quam Scythæ solis sacerdotibus commendant: neque enim fas est illam vlli inspicere aut legere vel docere, quã solis sacerdotibus & inter sacerdotes duntaxat.] Tertio quod si corrigatur ostendit impatientiã: de his 2. ad Timo. 3. mali homines & seductores proficient in peius, in errorẽ mittẽtes, & ipsi errãtes, & ideo dicit

Ex negligẽtia prælatorum. Ex defectu prædicationis. Et ex trãslatione sacræ scripturæ in linguã vulgarẽ hæreses oriuntur.

Quomodo cognoscatur hæreticus.

glos. Esa. 56. c. omnes qui ecclesiam deserunt, tradentes se spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, nihil ad Deum pertinere credentes. Sed stellarum cursu vel varietati fortunæ omnia gubernari. Hi tradentur æternis suppliciis, vt nullus eorũ possit euadere hæc ille. [Et quicunque aliter sacrã scripturam intelligit quàm sensus spiritussancti flagitat, à quo conscripta est, licèt de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. c. quidam, in fi. 24. q. 3.] Alia multa dicerem cõtra hæreticos, sed quia multi scripserunt in eos, ideo alia missa facio. Et quomodo opinio hæretica per sacrã scripturam conuincatur & probetur hæretica, tradit Guido de Perpi. in sum. de hæret. c. 4. & seq.

Gazaros [a], Paterenos [b], Pauperes de Lugduno [c], Arnaldistas [d], Speronistas [e], Passagerios [f], Vuicleuistas [g].

a *Gazaros.* De his in authẽ. Gazaros. C. de hæret. & in c. excommunicamus. 2. illo tit. & hæc secta in partibus Tolosanis inualuit. ca. sicut. 1. de hæret. & forte à quodam Gaza huius hæresis inuentore dicti, nil aliud de his inueni, sed Hierony. super 47. c. Esa. dicit Gazarenos aruspices, vt in cata. hæret. citatur, & alia ibi de his non dicuntur, ideo pertranseo, quia pauci sunt emolumenti.

b *De paterenis.* in d. c. sicut. fit mentio. Alij vocant eos Paternianos, à Paterno dicti, qui inferiores corporis partes à diabolo factas opinabantur, contra ea quæ scripta sunt c. 1. Genes. & cap. nam sic. 56. dist. Hoc ait Bernard. Luxemburg. in Cata. hæret.]

c *Pauperes de Lugduno.* Ideo sic dicuntur. Quia Vualdo siue Valdesius Lug. ciuis harũ auctor hæresum fuit. Is enim cum diues admodũ esset, opibus relictis pauperibusque erogatis, euangelicam paupertatem se seruaturum cõstituit, sub cuius velamine multos impios errores tegere credidit. Nam cùm idiota esset, quosdã lib. vulgari ac materna lingua sibi conscribi fecit, cũ aliquibus sanctorum testimoniis, quos libros cum non sane (vt decebat) intelligere, suo tamẽ inflatus spiritu apostolorum officium prædicando vsurpauit, multis se, atque discipulos erroribus implicuit. Fuit enim in prælatos præcipuo odio infestus, & quia discipuli eius hanc mirabantur paupertatem, ideo pauperes vocati sunt, & de Lugduno, quia Vualdo Lugdunensis erat. Et quia Vualdo vocatus fuit auctor, etiam vocati sunt credentes & sequẽtes eius sectã Vualdenses (si Guaguino credatur) lib. 6. Contra quos plene scripsit Claudi. de Seicello episcopus Maxilien. hi viginti tres errores maximè prosequebantur, quos etiam reprobat Guido de Parpiniano in sum. de hæresib. fol. 79. vbi dicit incepisse circa annum 1170. & eorum sectam Romæ in concilio generali reprobatam fuisse.

d *Arnaldistas.* Ab Arnaldo Italo Brixien. dictos. hic errorem Petri à Baillardi suscitauit, qui suo confisus ingenio, omnium sanctorum doct. sententias (vt quidam nunc hæretici faciant) contemnere cepit, & velut alter Ismael manus suas contra omnes leuauit. Quapropter iustum fuit vt lingua & manus omniũ in eum leuarentur. Non cito eorum

errores,

errores, cum plene Alphonsus in lib. aduersus hæreses, 3. de beatitudine scribat. Hic est de quo dicitur, quod Arnaldum Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania maledixit, Italia cane peius & angue odio habuit, diabolus magno furore puniendum accepit.

e *Speronistas.* Hi etiam excommunicantur in ca. excommunicamus. 2. de hæreti. & dicti sunt forte à quodam Speronio, qui sine aliquibus meritis saluari sperabat. Eorum tamen hæreses non vidit frater. Bernard. de Luxemburgo, vt in catalago hæretic. attestatur in eodē verbo, sed de his scribit Floren. in 4. parte, summæ tit. 11. c. 7. in fine, quod cū beatus Dominicus primus fundator ordinis prædicatorum diu contra eos prædicasset, & disputasset, post longam verborum concertationem; cum dictis hæreticis conuenit, vt accenso igne in conspectu populi, hæretici iactarent libellum suam doctrinam continentem in ignem, & beatus Dominicus libellum etiam veræ doctrinæ fidei nostræ illuc proiiceret, & cuius libellus imcombustus remaneret, illa vt vera fides acceptaretur, quod & factum fuit, mira profectò fuit res. Nam subito hæreticorum liber exustus fuit, libellus diui Dominici in flammas traditus ter receptus fuit penitus illæsus, & nūquam combustus. Et notandū est quod maior est auctoritas ecclesię in determinationibus eorum quæ sunt fidei omni ratione & auctoritate doctorum, nam dicit beatus Augustinus, Euangelio non crederem, nisi ecclesia illud approbasset, teste Floren. vbi supra.

f *Passagerios.* Hi vel Passagini, Patareni vel paterini omnes à nominibus inuenientium istas sectas sic dicti sunt, secundum Ioan. And. in d. c. excommunicamus. 2. de hæret. Et in catalago hæreti. idē dicitur. Et isti dixerūt hominem in statu coniugali non posse saluari, sicut & Taciani, & Martiani, contra quos dicitur 2. ad Timoth. 5. c. Quidam in nouissimis temporibus discedent à fide, attendentes doctrinis dæmoniorum, in hipocrisi loquentiū mendacium, prohibentium nubere, & alibi, qui nō potest abstinere nubat in domino. Melius est enim nubere quàm vri. Plene prosequitur Io. Neuisa. in sua silua nuptiali. & Do. And. Tiraquel. in tracta. de legibus connubi.

g *Vuicleuistas.* Dictos à Ioanne Vuiclef Anglo hæretico, istius hæresis inuentore, qui in cōcilio Constantien. damnatus fuit, & multo astante populo combustus, eo quòd diceret, & prędicaret, mulieres etiam quo ad rem veneream communes esse debere, eratq; ecclesię catholicæ detractor, & Roma. pontificis oppugnator, Cardinalium hostis, & persequutor prælatorum, ac cleri, Christianæque religionis inimicissimus. hic etiam crucem dominicam nullo pacto adorandam censuit, contra quē extat Dauidis auctoritas, Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est. quod autē verius scabellum Christi quàm crux? cui pedes illius affixi sunt? & ita exponit diuus Hieronymus ibidem, tam de anima & corpore Christi, quàm de cruce. Item Psal. 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius, & in hoc conueniunt Theologi, & vsus communis, aliique 45. eius articuli in dicto cōcilio damnati fuere, vt patet in dicto concilio Constan.

Seu Hussitas [a], Fratricellos [b], de opinione nuncupatos, necnon per fœl. record. Leonem Papam decimum prædecessorē nostrum superioribus annis damnatam [c], impiam, & abominabilē Martini Lutheri [d] hæresim sequentes, ipsiq; Martino quominus puniri possit, quomodolibet fauētes, & quoslibet alios hæreticos quocunque nomine censeantur, ac omnes fautores [e].

a *Hussitas.* Dictos à Ioanne Hus hæretico discipulo Ioannis Vuiclef, qui dicebat comites & ecclesiasticos ad Christi imitationem omnino pauperes esse debere, quia ex tanta diuitiarum copia populus scandalisatur, & fuit in concilio Constatien. damnatus, atque viuus exustus vnà cum Hieronymo eius discipulo, anno 1413. vt in supplemento chronicarum patet.

b *Fratricellos.* Hi nouam inuenerunt religionem, contra iura prohibentia ne quis nouam inueniat religionem. in c. ne noua, de religio. domi. & in ca. vno, illo tit. lib. 6. & extra. vna. eo. tit. extrauag. Ioā. 22. ideo eorum secta reprobata fuit, hi pulchriores virgines & viduas decipiebant, ac postea in antris noctu clausæ cum clericis diuinas laudes pro ritu eorum canebant, quibus nocte media finitis sacerdotes alta admonebant voce binos debere masculum & fœminam sancto spiritu inuocato in copulam carnalem commisceri, quibus dictis lumina extinguebantur, quilibet proximam mulierē prosternebat, & si ex tali coitu mulier concepisset, infans genitus in speluncam deferebatur, & per singulas manus trahebatur tandiu totiésque baiulandus, quādiu animam exhalaret, ísque in cuius manibus expirabat, maximus pontifex creatus habebatur. teste fratre Bernardo de Luxemburgo in suo catalogo hæretico. in eodem verbo, & puto dictos Fratricellos eo quod fratres dici non merebantur, quia omnes Christiani sumus in Christo fratres. cap. ad mensam. 11. q. 3. sed hæretici non ideo fratricelli vocati fuere.

c *Damnatam.* Bene dicit damnatam, quia omnia per Lutherum suffarcinata fuerunt iam in sacris conciliis damnata, qui tanquam canis vomitum reassumpsit, vt pulchre docet frater Alphonsus de castro in suo lib. aduersus hæreses. Et Ecchius doctor iuris.

e *Lutheri.* Inde puto dictum Lutherum, quasi lutum ructantem, quòd lutum iam iam damnatum id est hæreses adhuc ructauerit: vel Lutherus dicitur quasi lutheus rudens, vel luto alios inficiens. Nam luto, inficio est. O bone Deus quot sua lutosa & abominabili doctrina infecit, & ad inferos traxit, hic indulgentias primo ingressu subuertere nisus fuit, ac demum in sanctissimum Christi vicarium recalcitrare, ac potestatem suam à Deo sibi

datam tollere: eo Leo decimus eum pluries monitum à Christi ouili tanquã ouẽ putridã abegit, eumque & sequaces excõmunicatos esse voluit, vt hîc patet. Alias hæreses suscitauit, tam cõtra ecclesiam quàm ordines ecclesiasticos, quas propediẽ spero cõburi cũ suo authore & sequacibus, iuxta id quod dicitur Esaiæ 1.c.in fi. Erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat, sic forma Lutheri fuit combusta Romæ anno 1526. Iunij.12. teste Luxembur. in suo hæreti. catalogo lib.4.artic.3.

Fautores quis dicantur.

e *Fautores.* Hæc verba tradũtur in c. excõmunicamus.1.§. credentes, de hæreti. & Clem. Romani. §. porro, de iureiur. Et in duplici sunt differẽtia, Quidã habẽt iurisdictionẽ. Alij nõ, illi qui habẽt iurisdictionẽ dicũtur fautores, si negligant capere, vel punire hæreticos. ca. negligere. 2.q.7. vbi sunt hæc verba, Negligere (cum possis) perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Idem dicitur in ca. qui potest. 23.q.3. Vnde dicit Augustinus, ad Lothariũ, Qui vitiis nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem, non tam est misericors, quàm qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & nõ timet ne vulneratum doleat, vel extinctum. c. qui vitiis. 23.q.5. & 1. Reg. 15. c. dicitur, ꝙ rex Saul damnatus fuit & regno priuatus, quia contra præceptum domini pepercit Achab regi Amalech. facit authent. si vero. C. de hæreti. Scriptũ alibi quippe est, qui crimina, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit. c. præterea. 23.q.8. & error, cui nõ resistitur, approbatur, & veritas, cũ minime defensatur, opprimitur. c. error. 83. distin. Ideo potestas, cõsules, vel alij, qui ciuitatibus præesse volũt, debent iurare ad requisitionem episcoporũ, vel vicariorũ suorũ, seu inquisitorum hæreticæ prauitatis, quod præcise attendere, & inuiolabiliter obseruare, ac facere à suis subditis obseruari toto tẽpore sui regiminis in terris suæ iurisdictioni subiectis, cõstitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorũ, ipsorũq; filios, & nepotes à sede apostolica promulgatas, ac etiam approbatas, quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis & tanquã hæreticorũ fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur. Hæc sunt verba text. in ca. vt officium §. fi. de hæreti. in 6. hodie diœcesani & inquisitores nõ petũt hoc iuramentũ in Francia, & male, hoc enim non deberet omitti, maxime isto tempore. Considerẽt ergo habentes iurisdictionem, ne hunc fauorẽ præstent, non habentes verò iurisdictionem si dictos hæreticos non capiant, vel puniant, non dicuntur fauentes, quia ad eos non pertinet, sed ad illos, qui iurisdictionem habent. l. non est singulis. ff. de regu. iur. cap. si de area. 26 q.2. nisi isti essent sacramento adstricti, vt quia iurarunt indicare, & celant: tunc fautores dicerentur, cap. si quis vero, & c. quisquis. 11. quæst.3. facit l. solent. ff. de præscrip. verb. Possunt etiam isti priuati fautores dici, quando excusant hæreticos serio, dicendo istos non esse tales quales reputantur vulgo, vel dicunt, ꝙ dicti hæretici reputati non negant istas propositiones. Archid. in cap. 2. de hæreti. in 6. col.3. vel si dicat sciens esse hæreticum eum esse iustum & sanctum. ca. si quis dixerit, & seq. 11. quæst.3.

Consules, scabini & alij potestates & magistratus quid iurare debeãt.

Item aduocati excusantes excessus illorum dici possunt fautores, & aliàs etiã fautores dici possunt cõsideratione habita personarum, temporis, & locorum. non enim hæc omnia possunt ad vnguem perstringi, plerumque enim hæc verba homines simplices ad amorem hæreticorum prouocant, & deuotionem quam habent ad ecclesiam minuunt & eneruant. huius falsi excusatores fauere, etiã dicuntur. 11.q.3.ca. non solum. [Bart. in l. post legatũ. §. sunt qui putant. ff. de his quibus vt indig.]

Item fautores sunt, qui sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdam exquisitis adinuentionibus æquitatem obruere studuerunt, & præuaricationẽ eorum tegere argumentis suis. c. ita. 11.q.3.

Facto etiam quis dicitur fauere hæreticis, vtpote, qui alimoniam procurat, qui eos liberat, & qui ea per quæ liberantur administrat. ca. est iniusta. 23. q.4. l. si pignore. ff. de furt. cap. accusatus, in fine, de hæreticis, in 6. nam dicitur Deuter. 13. cap. Ne parcat ei occultus tuus, vt miserearis, aut occultes eum, sed statim interficies, quod facit contra iudices hæreticos liberantes.

Idem in eo qui precibus hæreticum liberat. §.1. vers. illud. 14.q.6. caueat sacerdos istis absolutionẽ dare, nisi damnationẽ incurrere non metuat. vide Albert. in l. si testa. ff. de conditio. & demonst. [Et hodie istorũ hæreticorum infinitus est numerus, sicut stultorũ. Ecclesiast. c.1. in fi. & apud Theognidẽ scribitur, Non superest vnus numina rite colẽs.]

& receptatores f, librósque ipsius Martini, aut quorumuis aliorum eiusdem sectæ sine auctoritate nostra & sedis Apostolicæ quomodolibet

Quis dicatur receptator.

f *Et receptatores.* Hi dicuntur, qui hæreticos recipiunt scientes eos esse tales, & eos occultant & celant, forte vt manus iustitiæ euadant. l.1. ff. de receptat. l.2. C. de his qui latro. vel aliis crimi. reos occultant. maxime si aliquid receperint, vt illũ hæreticũ seruarẽt, & reciperent. l. marito. §. quæstũ. ff. de adulte. c. felicis. in prin. de hæret. in 6. ibi, aut posteà receptauerit, vel defensauerit scienter, etiã si semel tantũ receperit. Nam frequentatiuũ receptare, pro recipere frequenter ponitur. l. fi. ff. de receptato. & est proprie recipere, refugiũ abscõdendi causa præstare, vel in agro suo, vel in alieno loco, edificióve. l.1. §. quod autem. ff. de seruo corrup. Et hi perinde puniũtur atq; hæretici. l.1. ff. de receptat. c.1. de homici. in 6. multa de his receptatoribus dixi in practica mea. rub. de cõtumacia. art.67. in gl.2.q.7. vbi posui regulã cũ limitationibus, declarando cõsuet. Tholos. rub. de immunita. ciuiũ, art.1. Et nota ꝙ hodie nullus extra Papam potest excõmunicare aliquem cum omnibus receptatoribus & participantibus, sed opus est quòd participes prius moneantur. ca. statuimus. de sent. excommunica. in 6. Pan. in c. quod in dubiis. illo titu.

legentes,

legentes,[a] aut in suis domibus[b] tenẽtes[c], imprimentes[d] aut quomodolibet[e] defendentes, ex quauis causa publicè vel occultè[f] quouis ingenio vel colore.

a *Legentes.* Et sic legentes libros Lutheri Oecolampadij, vel aliorum hæreticorum sunt excommunicati, vt hîc, nec debent absolui ab alio quàm à Papa, si tamen legerint ignoranter librum alicuius hæretici, in quo authoris nomen nõ erat descriptũ, non habet locum quod hîc dicitur, quia ignorantes nolumus ligari, dicit tex. in l. generali. C. de tabula. lib. 10. vel ille qui composuerat, nõ erat habitus pro hæretico. no. in l. Barbarius. ff. de offi. prætor. vel si legerit auctoritate Papæ, vt in hoc tex. dicitur.

b *Aut in suis domibus.* Id est proprijs, idem si teneãt libros in domibus conductis, vel in ea in qua gratis inhabitant. institu. de iniur. §. lex cornelia. & l. lex cornelia. §. domum. ff. illo tit. Appellatione enim domus habitationem significari palam est. l. qui domum. ff. ad l. iul. de adult. Idem si in apotheca teneant. Alex. cons. 223. in 2. vol. Barba. cons. 20. col. 4. in 2. vol. Vide quę addidi ad dictiona. Alber. in verbo domus. & in cap. siue exceptione. 11. q. 2.

c *Tenentes.* Retinens libros hæreticorum est excommunicatus, vt hîc, nec potest absolui ab alio quàm à Papa, imo eo ipso quòd libri hæreticorum reperiuntur penes aliquem, ille præsumitur hæreticus, & potest de hæresi condemnari, tex. in cap. si forte. & c. sane. & ibi archi. 22. q. 4. facit l. maiorem. C. de falsis. Hippoly. consi. 52. misericordia, num. 34. Vnde dicit imperator, Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. l. quicunque § nemo. C. de hæretic. quod facit contra multos nostra memoria in his pertinaces. [Sed hi libri comburendi sunt: noluerunt enim prisci viri quicquam in ciuitate seruari, quo animi hominum à Deorum cultu auocarentur. Valer. lib. 1. de neglect. relig. c. 3.]

d *Imprimentes.* Et sic imprimentes libros hæreticorum sunt excommunicati. Quid si imprimant bonos libros cum additionibus hęreticorum? Idem dicerem, quia additiones sunt pars librorum, ideo qui imprimit partem, est etiam excommunicatus, argum. l. quæ de tota. ff. de rei. vendi. c. pastoralis. §. item, cum totum. de offi. delega. [Et idem censetur statutum in additionibus quæ in libris Feli. in c. 2. nu. 34. de sponsal.]

e *Quomodolibet.* Siue verbo, siue facto, siue per se, siue per alios gloss. in extrauagan. ad conditorem, col. 3. de verbo. signi ficatio. in extrauagan. Ioh. 22. Quare qui hæreticis & schismaticis patrocinantur censura diuina in eorum probatur facinore, & pœnis non solum duces & actores, sed etiam participes destinari, nisi se à communione malorum separauerint, præcipiente domino per Moysen, Separamini à tabernaculis hominum illorum durissimorum, & nolite tangere de omnibus, quæ sunt in eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Sunt verba beati Cypriani in c. si quis inquit, in fine 1 q. 1.

f *Publicè vel occultè.* Referri ad omnes prædictos potest, videlicet quòd fautores publicè vel occultè sunt excommunicati vt hîc. de hoc verbo publicè est gloss. in cle. 1 de sepul.

Item receptatores eorum publicè vel occultè sunt excommunicati hic.

Item legentes libros, etiam occultè, hic excommunicantur. Præterea tenentes libros etiam occultè in suis domibus ligantur hic, & quiuis sit ille, nisi hoc de auctoritate sedis apost. faciat, vt sunt quidã theologi, qui ad confutandas hæreses necesse habent videre libros hæreticorum, maxime doctores huius almæ vniuersitatis, qui semper verę fidei tutores & hæreticorum oppugnatores fuere, ideo vt his næniis per hæreticos adductis respondere valeant, libros hæreticorum ex auctoritate Papæ habere poterunt. Nam errores, qui ignorantur, reprobari non possunt, cap. legimus. 37. dist. cap. fin. 24. q. 3 Imprimentes palam vel occultè hac pœna astringuntur, & nisi essent hi, non palam facti essent tot libri istius suffarcinati Lutheri, nec aliorum, sed potest dici, væh illis, nesciunt quid faciunt.

Item quomodolibet defendentes tam publicè quàm occultè vt infra dicetur, hic excommunicãtur. Illos etenim publicos & manifestos dicas, qui contra fidem catholicam publicè prædicant, aut profitentur, seu defendant eorum errorem, vel qui coram prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati. c. super quibusdã. in prin. de verb. signifi. Verùm dicitur Psal. 18. Ab occultis meis munda me domine. Nam licet ecclesia non iudicet de omnino occultis, tamen quando proceditur ad aliquem actum exteriorem, iudicare potest vt hic, quia factum occultum damnat, videlicet electionem clandestinam. c. quia propter. §. fi. de elect. & collationem occultam suspectam habet c. vno. vt Eccles. benefi. &c. & ibi gl. in ver. occulta, & c. cum ex iniuncto, de hær. & ibi Feli. Sic & lex factum occultum reprobat. l. nõ existimo. ff. de administ. tuto. l. ita fidei. de iure fisci. l. conuenticulã. C. de epi & cle. & l. 1. C. de delato. non tamen excõmunicatur hic, qui hæresim solum in corde habet, per gl. in c. cum quis. de sent. excom. in 6. vbi si quis haberet ratam verberationem clerici in animo tãtum non est excommunicatus. Ange. de clauas. in sua summa in verbo hæreticus. q. 2. licet glo. teneat contra in summa. 24. q. 1. & in cle. 1 §. verum. de hæreticis. quæ possunt intelligi. quando peruenisset ad aliquem actum exteriorem, vtpote scribendo, vel aliud occultè faciendo, sicut de Ioseph ab Arimathia, qui actu exteriori ostendit se esse discipulum Iesu, videlicet sepeliendo eũ, aliàs ecclesia nihil de eo dixisset, si ad aliquem actum non peruenisset, & in aliis iuribus dicitur occultus respectu publici. Vide in summa siluestrina, in verb. excõmunicatio. 7.

Et generaliter quoslibet defensores[g] eorundem.

g *Defensores.* dicuntur duobus modis. Primo quãdo personam errantem quis defendit, ne ad manus iudicis perueniat examinandus, vel puniendus aut ne fortè aliqua reuelet. c. si custos. 17. q. 1. & q. 5. per totum. & contra hos defensores potest ad excommunicationẽ procedi, vt hic, & tales sunt suspecti,

& potest eis indici purgatio.cap.hi qui.14.q.6. vide text.in c.dixit.24.q.3.c.vno.de homicid.in 6.

Alij defendunt errorem, & is damnabilior est eo,qui errat,quia nõ solum errat,sed etiam aliis offendicula erroris præparat,& confirmat.vnde quia magister erroris est,non tantum hæreticus, sed etiã hæresiarcha dicendus est.c.qui aliorum.24.q.3.

Item si defendat errorem & errantem,quia dicitur,qui consentit peccantibus,& defendit alium delinquentem, maledictus erit apud deum & homines, & corripietur increpatione seuerissima. hinc etiam quidam sanctissimus pater ait, si quis peccãtem defendit,acrius quàm ille,qui peccauit, coërceatur.Et si quis alterius errori cõsentit, sciat se cũ illo simili modo culpabilem iudicandum,sunt verba tex.in c.qui cõsentit.11.q.3.c. cum homo. 23.q.5.

Et aliquando plus punitur consulens, quàm is qui facit.l.vtrum.ff.ad l.Pompe.de parrici. Et ideo medicus dans venenum filio, vt id præbeat suo patri,plus punitur,quàm si ipse medicus patrem veneno necasset,vt ibidem dicitur,& in c. tanta.86.dist. & ibi gl.Item in extrauag.Ioan.22. quorumdam. in fi.de verbo.significatio.dicitur. si quis autem damnatas hæreses,vel ipsarum alteram scienter, verbo, vel scripto defendere,vel approbare præsumpserit, de fratrum nostrorum consilio decernimus, vt tanquam hęreticus ab omnibus euidenter habeatur.& ibi gloss.hoc diffusius declarant,quæ possunt videri. Et hi & quicunque hæretici si ad ecclesiam reuertantur,debent recipi per episcopum,& abiurare hæresim [scripto. cap. conuenientibus,1. q. 7.] & promittere episcopo, quòd tenebunt deinceps fidem catholicam, & hoc facient publicè, si publicũ erat crimen.Priuatim si priuatim erat commissum cap.quotiens.1.q.7.vbi ponitur forma abiurationis, & in cap.ego,de conse.distinct.2 quod si post abiurationem repertus fuerit recidisse, sine vlla audientia sæculari iudicio est relinquendus. cap. ad abolendam,de hęretic.quantum tamen ad fidem & ad absolutionem in extremis non debet ęi denegari, si pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, quia ecclesia nemini claudit gremium. c.adhuc instant. de pœni.dis.3.cap. super eo, de hæret. in 6. Non tamen dicetur relapsus, qui vnum abiurauit articulum,si in aliis delinquat, nisi errans in vno simpliciter vel generaliter omnem hæresim abiurauerit, cap.accusatus.§.1. de hæretic.in 6. Ille vero qui post abiurationem hæreticos acceptat, deducit, visitat, siue associat, aut dona vel munera eis donat, vel mittit,seu fauorem eis impendit, qui excusari non possit,merito debet iudicari relapsus.§.ille.& c.accusatus.Hodie verò per Bullam Clementis 7. concessam anno 1533.3.Kalen.Septem.mandatur omnibus hæreticis, maxime in regno Franciæ degentibus,vt intra duos menses hæreses abiurent. Si autẽ id non fecerint,seu facere noluerint, lapsis duobus mensibus tanquam in hæresim relapsi, eo ipso habeantur, arbitrio sæcularis potestatis animaduersione debita puniendos, etiam si publice hæresim abiurare paratos, vel ad fidem reuerti velle dicant, relinquendi. Hæc sunt verba Bullæ, per quæ patet iudices sæculares non errare, si hodie aliquem hæreticum (licet volentem abiurare hęresim) igni mãdent,si iuxta tenorem Bullæ hæc faciant. declarat Guido de perpinia.in cap.10.summæ,de hæresibus. Credentes illi dicantur, qui ore proprio confitentur se credere erroribus illorum. c. potest fieri, vers. quid ergo,& c.actione, de pœniten. distinct. 1. & c. Deus quando.24.q.3.Nam vniuscuiusque voluntas ex confessione demonstratur.c.cum pro paruulis.& c.si qua mulier.de consec.dist.4. vbi dicitur, quòd vnicuique propria voluntas in confessione demonstratur.doct.in c. excommunicamus. §. 1. & §. credentes.de hæreti. Imo etiam illi qui adorauerunt, seu reuerentiam suo more exhibuerunt, vel cõmunionem seu consolationem ab hæreticis receperũt, vel similia perpetrauerunt,quę ad ritum eorum pertinent,hæretici dicuntur,vt expresse tradit Guliel. de monte Lauduno in c.2.de hæret.in 6.Nam ex factis de affectu præsumitur. c. qui viderit,& c. sicut. 32.q.5.Nec enim refert facto vel verbo talia facere. c.extimant.11.q.3.l.de quibus. ff. de legib. dummodo tale factum sit, quod aliquid erroris in se mistũ habeat,vt supradictum est.d.§. credentes. vbi dicitur. credentes eorum erroribus. Secus si de se bonũ esset:vt facere eleemosynam talibus, vel hospitium præbere,vel visitare eos, in quibus nil de eorum ritu expressum ostenditur:tunc si interuentu pecuniæ hæc fiant,non iudicantur credentes, sed potius fautores,de quibus supra. Secus si prius lapsi, & semel moniti hoc facerent,credentes etiam dicerentur. c. accusatus.§.ille quoque.de hære.in 6. Item credentes dicuntur qui prædicationes illorum audierunt pluries,& frequentauerunt.Secus si semel,quia non videntur approbasse,quod postmodum vitauerunt. arg.c.constat.& c.si quis inquit.1.q.1.facit l.quæ cõtra,in fi. C. de incest.nup.& cap. ex studiis. de præsumpt.& illis potest indici purgatio.

Idem si libros eorum legant,per d.c. excommunicamus,ibi.Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles,&c. Idem si libros hæreticorum suspectos suscipiant,nisi eos exhibuerint,vel alio modo destruxerint.arg.c.primi.& c.si quis.5.q.1. & d.c. si quis inquit,1.q.1.Guliel.& Archid. in d.c.2.de hæretic.in 6. ita tradunt. Nota tamen, quòd ille qui iuit ad hæreticum causa discendi,nondum tamen à fide catholica discessit, euadit mortem, & punitur pœna decem librarum auri fisco applicanda: per text. in l. quicunque. §. eos verò. Cod.de hæred.& mortale peccatum incurrit ratione curiositatis, & periculi. Tho.2.2.q.167. refert eum Purpura. in l.1. num.96.vers.2 infertur.C.de sacrosan.eccles.

Articulus secundus.

Item excommunicamus & anathematisamus omnes piratas [a], cursarios, latrunculos maritimos, & illos [b] præcipuè qui mare nostrum à monte Argentario vsque

Pirata quis dicatur.

a *Piratas*.Pirata Græce, prædo Latinè dicitur, à nomine primi latronis, qui prius mare infestauit, à quo omnes maritimi prædones, & spoliatores piratæ dicti fuere, vt hic.Postea declarat hic.dicendo cursarios latrũculos maritimos, piratæ cursarij maritimi lingua vulgari Italicorũ & Occitanorũ vocantur,& sunt qui prædãtur,& spoliant Christianos

nauigio

nauigio vectos, & tales excommunicat hic Papa, & etiam à iure excōmunicantur in c. excommunicationi, de rapto. vbi dicit Hostien. quòd isti ter in anno proprio ore Papæ excommunicantur, & maximè in cœna domini, vnde nullus presbyter præsumere debet istos absoluere. cap. si quis. 24. q. 3. & ratio traditur, quia nauigantes & iter agentes sunt quasi miserabiles personæ. Panor. in d. c. excommunicationi. ideo ecclesia eos defendit, & excommunicat tales infestantes eosdem. Notandum est, quod tria faciunt piratam. Primum quando indifferenter omnes spoliat, nec se restringit ad aliquam nationem, sicut meretrix quæ passim omnes admittit, nō habendo rationem ad homines suæ ciuitatis, vel pulchros, vel ad nigros seu albos. Sed vulgo sicut os inferni neminem recusat, vt dicitur Prouer. 30. cap. Tria sunt insatiabilia, infernus, os vuluæ, terræ quæ non satiatur aqua, ignis verò nūquam dicit, sufficit.

Secundum, Intentio principalis huius piratici furoris exercendi, quæ intentio iudicat omnes. c. cū ab omni. & ibi Io. Andr. de vita & hone. cleri. vnde si Ianuensis intendat spoliare omnes Venetos, sed non principaliter, sed suis vacare negotiis, non est pirata. Nam id quod principaliter agitur inspicitur. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. & ibi plene doctor. Tertium, sic spoliare non indicto bello facit eum piratam, secus si bellum etiam indictum esset. Summa Syluestrina, in verbo, excommunicatio, 7. q. 20. Et quid si mercator miserit famulum cum mercibus in Alexandriam, & is fuerit per piratas spoliatus, & captus an dominus teneatur dare pecuniam pro redemptione? Respon. quòd non regulariter, quia non tenetur de casu fortuito, concludit Ægid. Bellamera, cons. 22. quidam mercator. vbi etiam dicit quid de capitaneo capto in bello, an Rex teneatur pecuniam pro redemptione illius soluere, ibi vide tu qui indiges.

Rex an tenetur soluere pecunia pro capitaneo capto ab inimicis.

b *Et illos.* Excommunicat hic Papa illos, qui Romę vicinum mare discurrunt, & discurrendo illud, deprædantur, si ergo tantum discurrerent, & non deprædarentur etiam si animo deprædandi discurrissent, non sunt hic excommunicati, quia cogitationis pœnam nemo meretur. dicit text. in cap. cogitationis. de pœnit. distin. 1. & hic requirit factum, sed apud Deum puniretur ille, cum omnia sint eidē aperta tanquam dies hesternus. gl. in §. conditiones, per illum text. insti. de verbo. obligat.

ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare [a], interficere ac rebus & bonis suis spoliare præsumpserunt hactenus & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium [b] dantes, consilium [c], vel fauorem.

a *Mutilare.* Dicuntur membrum abscindendo, vel debilitando. c. 1. & 2. de cleric. pugnan. in duel. Ioan. de Imol. in glo. mutilet, in clem. vna de homicid. Felin. in c. cum illorum, col. vlt. de sent. excom. licet Panor. voluerit contrarium tenere ibidem, & & hic pirata excommunicatus non potest ab alio quàm à Papa absolui, vt infra dicetur.

Solet tamen pœnitentiarius maior (qui communiter est Cardinalis) in casibus arduis, & Romano pontifici reseruatis, absoluere. gloss. & ibi Cardin. in clemen. ne Romani. §. eo tamen. de electio. Minor verò pœnitentiarius absoluit à casibus reseruatis episcopis.

b *Auxilium.* Hic latè sumitur pro quolibet adjutorio seu fauore, siue quis mutuet pecuniam piratæ siue alimenta tradat, siue patrocinium præstet, vel simile quod ad eius vtilitatem pertineat. l. 4. ff. ad leg. Iuliam maiesta. ibi armis, telis, equis, pecunia, aliáve aliqua re adiuti erunt. c. excommunicamus. de hæreti. ideo dicit Iurisconsultus auxilium dari armis, manu, clamoribus, obiectu corporis ac plorando. l. 1. §. potuisse. & seq. & l. cum dominus. ff. de Senatuscon. Sylla.

Auxilium quādo quis dicatur dare.

Item præbendo domum, in qua se occultent piratæ. l. qui domum. ff. ad legem Iul. de adult. vel sarcinas, aut furta, seu alia paramenta recipiendo. c. sicut. §. hi quoque. de homicid. Socin. in repet. c. ad audientiam. q. 63. vers. visis. de homicid.

Item eundo cum aliquo datur auxilium. Bald. in cap. vno. col. 5. de alaudiis per illum text. Albert. in 4. parte, statuto. q. 32. Corset. in sing. incip. auxilium. & dicitur auxilium ab augendo, quia per ipsum aliquid augetur. nam sicut terra auxiliatur frugibus, sic qui opem præbet auxiliatur ei, cui præbet. Saly. in l. vna. col. 4. num. 22. C. de rapto. & sic quando auxilium prohibetur, vel punitur simpliciter, non ratione certi actus, tunc generaliter sumitur, & latè, secus si respectu certi actus. vt ad homicidium, vel aliud maleficium committendum. Barto. in l. furti. §. ope. ff. de furtis. Angel. in tractatu de malefic. in gloss. Andream auxiliatorem, vide Felin. in cap. sicut dignum. de homicid. plene Hippoly. in practica sua. §. constante. num. 65. vbi dicit nunquam puniri auxiliatorem non sequuto delicto, per text. in l. sæpe. in fin. Ibi nec consilium habuisse nocendi, nisi & factum sequutum fuerit. ff. de verb. signif. vbi scripsi. gloss. in l. sed & diuortij. & ibi Dy. rerum amot. Bal. in l. 1. col. 3. in quarta oppo. C. de ser. fugitiui.

c *Consilium.* Dicitur quædam probabilis persuasio debito tempore, alij insinuata, teste Bald. in l. 1. col. 2. C. de vindic. liber. & requirit quandam maturam deliberationem. Oldrad. cons. 44. quæritur, & potest se habere dupliciter, vno modo prout quis in se deliberat, & deliberando eligit, alio modo prout quis alteri consulit, vt aliquid faciat, & ita capitur hic, vt sentit. Barto. in l. sæpe. & ibi dixi. ff. de verb. sign. Socin. in repet. cap. ad audientiam. §. sequitur. q. 77. de homicid.

Notandum est tamen, quod in quibus casibus debet puniri dans consilium, auxilium, & fauorem, debet intelligi, vt mitius puniri debeat, quàm is qui fecit delictum. Salyc. in l. 1. colum. 7. Cod. de rapto. Cæpol. consi. 27. requisitus. col. vltima. & etiam debet intelligi vt teneatur tunc eadē pœna in casibus, in quibus à iure communi teneretur eadem pœna, videlicet si dedisset causam morti, & quando non esset nudum consilium, vel auxilium, secus si esset nudum.

nudum. Hippol. sing. 15. statuta. & in l. fi. nume. 52. cum seq. ff. ad legem Corn. de sica. & in l. eiusdem. col. 1. ibidem fallit in c. Felicis, & ibi Ioannes Monach. de pœnis. in 6.

Articulus tertius.

Item excommunicamus & anathematisamus omnes qui in terris suis noua pedagia [a] imponunt vel prohibita exigunt.

a *Pedagia.* Dicuntur quæ dantur à transeuntibus per loca, in quibus sunt constituta, à pede dicta.

Guidagium datur pro conductu securo per terram alterius habendo. glo. & doct. in cap. super quibusdam §. præterea, de verbo. signif. & hæc duo vocabula sunt ex communi vsu hominum introducta potius quã Latina, hoc à vulgari idiomate dicitur à guide inde guidagium. Vectigal verò dicitur id, quod præstatur pro rebus, quæ vehuntur. gloss. in l. 1. ff. de publica. & vectigal. Hodie ex communi vsu loquendi vectigal pedagium vocamus, etiam nulla potest colligi differentia inter hæc, teste Anchar. in cap. quanquam de censib. in 6. sequitur do. Ioan. Sanson in consuetud. Turo. in rub. *Des droicts de peage.* art. 1. adhæc quod est eadem ratio prohibitionis in gabella, sicut in pedagio, prout cõsuluit Cornel. consil. 199 circa, colum. 2. vol. 1. Et ab initio fuere inuenta pedagia, eo quòd solet negligi, quod cõmune est. §. 1. insti. de satisda. tutor. l. 3. §. pen. ff. de excusa. tut. Ideo viæ & alia loca publica negligebãtur, quare fuit concessum vni, videlicet principi, vt quicquam reciperet, idque exponeret, tam ad instructiones pontium, quàm reparationes viarum, & pro defensione fidei, ac patriæ, vel alia simili iusta causa, ideo is qui pedagium recipit, supradicta facere tenetur ac seruare soluentem intra iurisdictionem suam, & districtum in persona & rebus, alioqui tenetur ad satisfactionem plenariam, si ea causa datum fuerit. Hostiens. in summa de censibus. §. ex quibus causis. ver. sed nunquid sine causa, quem sequitur Guido Papæ, cons. 65. viso. themate, col. 1.

Pedagia quare inuẽta fuere.

Notandum est quòd ius ciuile nouam vectigalium & pedagiorum impositionem exosam habuit adeo, vt nulli vectigalia noua inducere permiserit. C. vectigalia noua institui non posse. l. 1. & per totum. imo si quis vectigalia noua imposuerit, iure ipso in centum aureis cum infamia punitur. l. vna. ff. ad legem Iul. de ambitu.

De iure verò canonico donec satisfecerit, communione caret Christiana. c. si quis Romipetas. 24. q. 3 c. innouamus, de censib. c. quamquam, illo tit. in 6. & hic excommunicatur à Papa propter criminis atrocitatem, etiam subditis consentientibus. Ratio est ne domini exhauriant pecuniam subditorum. & oppresiones subditis faciant, quæ etiam fieri potest, si augeantur pedagia imposita, & noua tunc dicuntur. per l. vectigalia. ff. de publica. & vectiga. quia quod iuris est in toto, & in parte. cap. pastorales. § item cum totum, de offic. deleg. vulgata l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Salice. in d. l. vectigalia. facit l. hactenus, in fi. ibi, neque autem ampliare posse. ff. de vsufruct.

Fallit quando pedagia imposita exigerentur, quia hi exigentes non comprehenduntur per hoc verbum noua pedagia imponunt. Nam postquam non conueniunt verba, nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. c. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. in 6. dic tamen quòd si exigatur sine causa vera, vel putatiua hic comprehenditur in verbis vel prohibita exigunt, & tunc est atrox crimen: & si cũ armis exigatur, punitur lege Iulia, de vi publica. l. fi. ff. ad l. Iul. de vi publica. si sine armis. pœna l. Iulię de vi priuata, nota in l. pen. & fi. ff. ad leg. Iul. de vi priuata. si verò ex iusta causa sit indictum, vel est iustus error, tunc crimen non contrahitur, si secundum legem vel priuilegium exigatur Bald. cõs. 289. Quia consuetudo, col. 2. in 4 vol. veruntamen si publicanus malè exigat, quia de illis de quibus non erat consuetum, tunc pœna capitali de iure ciuili punitur. l. vniuersi. C. de vectig. & commissis: si vero plus (vt frequenter fit) exigat, quàm licitum erat, tunc publicanus exilio punitur, l. fin. C. noua vectigalia. vel aliàs, vt in l. 1. §. dixerit. ff. de publica. non tamen excommunicatur hic vt dixi.

Secundò fallit in Imperatore & Rege, c. super. præterea. de verb. signif. cap. innouamus, de censib. de Rege Franciæ, quod noua vectigalia imponere in suo regno possit, firmat Salyc. in l. vectigalia. C. noua vectigalia. Bertach. in tract. de gabel. in prima parte, q. 1. Ioan. Feral. in tract. de iuribus regis Franciæ. in 7. priuilegio. Iacob. Bonaud. in suo panegerico sito post tract. contra rebelles regum. Ioan. de terra rubea, & Chassa. in consuet. Burgund. in rub. *des iustices.* §. 4. Nume. 23. vnde Philippus Valesius, cùm pecunia ad paranda bella eidem non sufficeret, vectigal salis imposuit, videlicet, vt nemo vnus sal vendere sine eius mandato posset, quod etiam hodie penditur, vt videre est per Gaguinum, in vita Valesij, lib. 8. vers. inter tot quæ, &c. Simile salis vectigal, Ancus Martius Romanorũ rex apud Romanos induxit, vt in eius vita continetur, vino quoque impositum nouum vectigal per Carolum quintum legimus, apud eundem Gaguinum lib. 9. vers. est præterea. Potest etiam Delphinus, vbi supremus est, & iura Imperij habet in Delphinatu, noua vectigalia imponere. teste de Ripa in lib. 2. respon. c. 28. Allobrogum idem in alio principe non recognoscẽte superiorem, vt plenè consuluit Deci. cons. 534. procedendo, non poterunt tamen isti indicere, nisi ob necessitatem, vel vtilitatem publicam, alioquin peccant teste Ioan. Fabro in d. l. 1. in fin. Sed cum iis poterit etiam rex in suo regno concedere iura vectigalium. Barto. in l. si publicanus. §. fin. ff. de public. Berth. in tract. de gabel. in 1. part. q. 2. & Specul. in tit. de possessionis. § 2. versic. quid de colligentibus. vbi Ioan. And. dicit in addi. incipien. super quibusdam, quòd concessio facta per principem de nouo pedagio in loco grauato pedagiis hoc tacito per impetrantem est subreptitia, & non valet, quia si princeps sciuisset locum iam esse oneratum, non concessisset, vel non ita de leui. cap. postulasti. de rescript. Et etiam rex potest prohibere, prout facit Ludo. 12. in sua ordina. ne quis in suo regno indebitas exactiones faciat, alioqui ad duplum exigentem puniri voluit, & ibi dixi rationem propter timorem con

rem conspirationis, metus, & compulsionis. Nam talis impositio posset inducere perturbationem vel diminutionem collectarum (quas talias vocã.) & etiam quia interest regis subiectos habere locupletes. § fi. insti. quibus ma. non licet, etiam eius interest dictos subditos liberos esse & Francos, iuxta nominis allusionem, sic consuluit Iason cons. 81. cõmunitas. col. 4. nu. 5. in 3. vol. quia ista impositio est de iure regaliorum, vt in vsib. feud. quę sint regalia, etiam si baro vel alius dominus indigeat, tamen ob hoc plus solito grauare subditos nõ poterit. Floria. in l. si filia. in princ. ff. famil. hercis. ideo consuetudo vel præscriptio non iuuat comites, vel alios dominos: quia quando Baro vel alius potens vsus est aliquo iure prætenso super non potentem, & maximè quando arrestat, vel arrestari & ignorari facit, sine causę cognitione, pręsumitur extorsio, & violentia, vel clãdestinitas. l. si §. pen. ff. quod metus causa, hoc expresse tenet Guido Papæ in cons. 65. viso themate, coll. 1. allegando. Inn. in c. bonæ. 2. de postul. præl. & Ioan. Fab. in l. si certis annis. C. de pact. & §. æque, q. 3. circa finem, versic. illud autem. nota instituit. de actio. & tunc non sufficit præscriptio, vel consuetudo longissima, etiam quinquagenta annorum quia est violenta, vt dixi, & sic non debet manuteneri in illa possessione, quæ est irrationabilis, & inductiua esset peccati, quia abesset bona fides cap. vigilanti. & c. fi. de præscript. in authent. vt nulli iudicum, in princ. collatio. 9. & ideo requiritur præscriptio centum annorum, Guido Papæ cons. 150. viso ad plenum, col. 2. & seq. quod est notandum contra dominos locorum multa iura super subditos sibi vsurpantes, vt in his vsurpatis per iudices manutenere non debeant. [Vide Lucam in l. viros. col. vlt. C. de diuersis offic. lib. 12.]

Articulus quartus.

Item excommunicamus & anathematisamus omnes falsarios, [a] bullarum, [b]

a Omnes falsarios. Tria in falso iura requirunt, primo dolum. l. 1. in princ. ff. ad legem Cornel. de fal. §. item lex Cornel. insti. de publi. iudic. gl. in c. ad falsariorum. de cri. fal. c. homines. & seq. 22. q. 2. Secundò mutationem veritatis. text. in auth. de instr. cautela. & fide. in prin. & l. quid si falsum. ff. de fal. Tertiò requirunt, vt falsum alteri noceat. gl. sing. in l. damus. & ibi addidi. C. ad le. Cornel. de fal. decis. Neapolit. q. vlt. Lanfranc. in rep. c. quoniam. in verb. testium depositiones. col. 6. in magno vol. de prob. & sic patet, quid sit falsum, nam est immutatio veritatis dolo facta, & sic falsarij illi dicuntur quo ad hũc text. qui dolo immutauerunt veritatem in literis apostolicis, & illi sunt excommunicati, nec possunt ab alio quã à Papa (nisi in mortis articulo) absolui, siue sint laici, siue clerici. c. ad falsariorũ, de cri. fal. vbi vult propter hoc falsum, clericos esse degradandos, & curiæ seculari tradendos. Hodie per legem regni pœna falsi, etiam extra literas apostolicas, est mors, quando falsum commissum est in iudicio, siue per notarios, siue per testes, & sic ordinatum extitit per christianiss. d. nost. regem Franciscum, ad tollendas omnes falsitates, & ad inducendum terrorem deponere falsum volentibus, vt dixi in dicta ordinat.

b Bullarum. Bulla aurea erat olim insigne triumphantium, quam in triumpho Romani præ se gerebant, inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima, hinc deductus mos apud Romanos fuit, vt prætexta (quæ magistratuum erat) & bulla in vsum nobilium puerorũ vsurparetur ad omen, & vota conciliandæ virtutis, ei similis cui primis in annis munera ista cesserunt, & hęc bulla teste Macrob. in Saturnal. erat rotunda in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant à collo, vt bullam inspicientes ita demum se homines esse cogitarent, si corde præstarent. Romani deposita adolescentia eam exuebant, à cuius rei specie quidam tumor aquæ, quæ cito nascitur, repenteque decidit, vocatur, homo etiam bulla est, quia vita hominis similis bullæ fluxa videlicet & caduca. *Bulla quæ dicatur.*

Bullæ etiam dicuntur ornamenta, quibus singula decorantur. Calphur. in Buc. Alternat vitreas lateralis cingula bullas. Hodie verò, quia literæ Roma. Pontif. ornantur plumbo. Ideo illæ literæ sic plumbo decoratæ dicuntur bullæ. Nam plumbum in literis pendens vocatur etiam bulla. capit. licèt, ibi vt falsa bulla falsis literis apponatur, de crimi. fals. gloss. in reg. cancel. 14. & Papa eo vtitur bulla plumbea, non aurea, vel argentea, ne propter pretiosum metallum detur occasio furandi. gloss. in verb. aurea bulla. in clem. vna. in fi. de iureiur. vbi dicit Imperatorem vti bulla aurea posse.

Seu literarum Apostolicarum [c] & supplicationum [d] gratiam vel iustitiam [e] cõcernentium per Romanum Pontificem vel vicecancellarium seu gerentes vices eorum, aut officium vicecancellarij S.R.E. de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum, aut sub nomine [f] eiusdem Romani Pontificis seu vicecancellarij, aut gerentium vicem prædictorum, signantes supplicationes, easdem extendentes [g] capitulum ad falsariorum cum omnibus pœnis in eo contentis ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datatas sine nostra aut datarij nostri licentia.

c Apostolicarum. Et sic committens falsum in bullis Papæ est excommunicatus: sic is qui in aliis literis apostolicis. Nam multæ sunt, non tamen procedit in literis legati, vel delegati Papæ. Panorm. in c. olim. de rescript. licet debeat puniri, non tamen excommunicatur hic, quia dicitur hic falsarios literarum apostolicarum. Ergo si falsum aliquis fecerit, in literis regiis, vel aliis punitur, non tamen est excommunicatus. c. ad audientiam. de crim. fals. & quando agitur de falso facto super magno sigillo regis, solus cancellarius in Francia cognoscit, teste d. Ruseo. in 17. priuilegio iuris regalio. In magno tamen

tamen consilio fuit hoc anno 1536. in mense Februario. prolatum arrestum, pro quodam clerico, qui in regis sigillum falsum commiserat, & in secretarij signum, vt gaudere posset adhuc priuilegio clericali, quamuis esset coniugatus. Et falsum dicitur etiã quis committere, quando quis plumbum vnius bullæ mutat, & alteri applicat, vel quando filum, & aliis modis, de quibus in cap. licet, de crimi. fals. Imo si aliquis hodie addat vnam literam literis Apostolicis, aut vnum punctum, vel corrigat extra officiales curiæ Roma. est excommunicatus, nec potest absolui ab alio quàm à Papa. Hostiẽ. in sum. de crimi. fals. §. qualiter committantur, vers. sed hodie, & falsare lo fiat, est falsare literas apostolicas, & propriissimè, sicut illud in quo tota consistit virtus, & substantia, Verba sunt collecta in cap. ad falsariorum. col. 1. de crimi. fals. vide Pan. in c. ex parte. de fid. instrum. vbi concludit quod in bulla vel aliis literis apostolicis defectus vnius literæ non vitiat, vt si quis impetret ecclesiam sancti Pancratij, & in bulla dicatur sancti Paneratij, non minus dicitur valere, quod est notandum, quia sæpius de hoc vidi dubitari.

d Et supplicationum. Quas vocamus signaturas, per quas Papæ supplicamus, vt conferat beneficiũ, dispenset, vel aliud faciat, & cõmunius incipiunt, Beatissime pater, &c. vel pater sancte, vel dignetur S V. & expediuntur in papyro. [Dixi in mea praxi beneficiaria.] Bulla in pergameno, & in hac supplicatione non apponitur plumbũ. In bulla sic nõ procedit quod hìc dicitur, quandò quis impetraret literas etiam à Papa suggesta falsitate, vel tacita veritate, quia talis non est excõmunicatus, per hæc verba bullæ huius, sed cõmodo literarũ carere debet. c. sedes. c. ex tenore. & c. super literis, de rescriptis. quia veras literas impetrat, licet falsum dicat, nec talis propriè dicitur falsarius, ideo hac pœna non coercebitur, nec timeat sacerdos istum absoluere.

e Gratiam vel iustitiam. Illa rescripta dicuntur cõtinere gratiam, quando Papa confert beneficiũ, seu mandat conferri, vel concedit illud ad quod de iure non tenebatur nota in c. gratia. de rescript. in 6. dixi in gl. gratiam. in forma mandati in concorda. in additionibus nouis, quæ sint literæ gratiæ.

Iustitiam verò continere dicuntur, quando concessa continẽt iustum & honestum. Nam illa verba sonant petita & concessa continere ius commune. Cald. cons. vlt. rub. de rescr. Idem si dicatur in supplicatione, aduersarios indebitè contradicere, quia denotat, quod supplicans petit iustitiam, vt ex forma commissionis apparet. Barb. in rub. de rescript. col. 2. & aliæ regulariter literæ quę ad lites impetrãtur. Doct. in c. super literis, & c. postulasti. de rescrip. Rescripta etiam gratiosa possunt continere iustitiam, vt si promoto sine beneficio dentur literæ cũ secundum apostolum, vel in forma communi vocatæ, & hæ iustitiæ vocantur, quia iustum est prouideri ordinato sine beneficio, ne in opprobrium cleri mendicet. c. diaconi. in 5. dist. 93. & c. cum secundum. de præbend.

f Aut sub nomine. Et sic signantes supplicationes nomine Papæ vel vicecancellarij, aut gerentis vicẽ, sunt excommunicati vt hìc, quia cum debeant signari à Papa, vel mandato eius ab alio, si non fiat, falsum dicitur, ideo punitur sic faciens vt falsarius, & excommunicantur hìc, & tales non possunt ab alio absolui, quàm à Papa.

g Extendentes. Mutans supplicationem, quam dicimus signaturam, vel falsificans eam à Papa seu eius mandato signatam, sine licentia eiusdem pontificis est excommunicatus, & debet puniri omnibus pœnis contentis in d. c. ad falsariorum. de crim. fals. Nam hodie propter dulcedinem beneficiorũ sæpius fabricatur in beneficialibus falsum, vt quotidie video agitari in palatio, & plus in illa materia quàm in alia. Deberent ergo iudices, maxime Do. Senatores, tollere acriter tales puniendo vt cederet cæteris in exemplum, ideo prohibetur hìc. Olim excõmunicabatur, qui literas ab aliis quàm à Papæ officialibus recipiebat. c. dura. de crimi. fal. sed glos. & doct. dicunt illud c. non seruari in curia. *Falsum in beneficiis sæpius cõmittitur.*

Item in eis qui falsam Regis Franciæ cudunt vel fabricant monetam, & qui extra regnum prædictũ eam emunt, & in regno exponunt, nam excommunicati sunt, & absolutio Papæ reseruatur, in extrau. vna de cri. fal. in extraua. Ioan. 22. sed non est de casibus reseruatis in cœna domini, vt vides hic.

Articulus quintus.

Item excommunicamus & anathematisamus omnes illos [a] qui equos [b] arma [c],

a Omnes illos. Alia hic excommunicatio profertur contra ferentes arma ad Sarracenos, vel alia quibus possunt oppugnare Christianos, ita prohibuit concilium Lateran. vt patet in c. ita quorundam, de Iudæis. & ratio est propter finem tuendam, cuius Papa tanquam Christi vicarius est caput. c. 1. de translat. episco. alia ratio ponitur in extraua. prima, de Iudæis in communibus: quia Christiani opprobrium Christo illatum in terra hæreditatis suæ: totis viribus vindicare debent, & tamen potius iniuriatoribus fauent, & degenerantes miserabiliter à statu fidelium famæ propriæ immemores, & salutis obliti, inimicis crucis Christi contra ipsius negotium hæc faciunt. d. extrauag.

b Equos. Siue sint in cursu velocissimi, siue veredi, id est vehentes redam. l. 1. C. de cursu public. lib. 12. Siue alij, cum hic generaliter loquatur. & de natura equorum qui præsagiũt pugnam, & amissos lugẽt dominos, lachrymasque interdum desiderio fundunt. Licet videre per Plinium lib 8. cap. 42. vbi narrat de equo Bucephalo Alexandri, qui regio instructus ornatu neminem alium quàm Alexandrũ recepit in sedem, alios passim reiiciens, cui defuncto rex duxit exequias vrbemque tumulo circundedit nomine eius. Aliaque ibi mira de equis citãtur, quæ videri possunt, & quòd hinnitum illius, qui contra eum vult pugnare, cognoscit, teste Aristotel. in lib. de natur animal 8. cap. 24. & quomodo boni equi dignoscantur tradit Virgil. in Georg. Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga. & Pet. de Crescentiis in lib. de commodis ruralium. 9. vbi etiam tradit infirmitates equorum, & curam illorum. Quatuor in equo esse inspicienda tradit Isidorus, in lib. Etymolog. 12. cap. 1. quæ prosequere, vt ibidem

vt ibidem per eum.

c *Arma.* Quorum appellatione hic comprehenduntur nedum arma offensibilia cuiuscunque generis, sed etiam defensionis, vt pote scuta, cassis, galeæ, loricæ, platæ, diploides, & similia, gloss. in extrauag. Quorundam de Iudę. in extrauag. Ioan. 22. facit l. 3. §. armis. ff. de vi & vi armata. etiam fustes & lapides machinarum non ædificiorum hic prohibētur, cum etiam armorum appellatione veniant. l. armorum. & ibi dixi. ff. de verb. signif. & etiam quia per ea oppugnantur Christiani, igitur venient armorum appellatione, licet aliàs contrà, vt dixi in d. l. armorum.

Notandum est quòd nobiles & alij qui possunt portare arma non possunt ea portare in Palatio. Baldus in §. si quis rusticus, de pace tenend. eius viola. hodie in locis vbi litigatur, & sic coram iudicibus non possunt portari arma. text. in l. qui dolo. §. itē qui cum telo. ff. ad legem Iuliam. de vi public. Bartol. in l prima, illo tit. & seruatur in hoc senatu & aliis, vt nullus intrare audeat cum armis locum quē Parquetum vocant.

Ferrum, a filum ferri, stannum, calybem b, omniaque alia metallorum genera c atque bellica instrumenta, d lignamina e, canabum,

a *Ferrum.* Factum, siue infectum. l 2. C. quæ res ex porta. non deb. quod est intelligendum quando ad offensionem vel defensionem conferre posset, secus si de alio, vt gladij ad incidendum pennas, vel panem, nisi tot portarentur quòd possent in aliud genus armorum conuerti. Siluest. in sua sum. in ver. excommunicatio 7. q. 21. & quia est eadem ratio & conditio omnium particularium, ideo inde finita equipollet vniuersali. teste Dy. in proœ. reg. 6. in 2. q.

b *Calybem.* Calybes populi sunt in ponto iuxta Termodontem flumium vt Plinius & Strabo testātur: hi nudi ferrū effodiūt. Vergil. India mittit ebur, molles sua thura sabei, at calibes nudi ferrū. aliquando verò ponitur ꝓ ipsa ferri materia, vt hic, vel pro istrumento ex calybe facto. Virgil. vulnificósque calibs, & Luca. calybem frenósque momordit.

c *Metallorum genera.* Quæ sunt septem, videlicet aurum, argentum, electrum, æs, stannum, plumbum, & quod domat omnia ferrum. teste Isido. lib. 16. etymolog. cap. 16. & seq. & Lu. de pēna in rub. C. de metal. lib. 11. & dicitur à metello, quod est scrutor, siue inquiro, quòd spes sit vna vena iuuenta, alterius inquirendæ & inueniendæ. Plinius author est lib. 33.

d *Bellica instrumenta.* Ergo quæcunque bellica instrumenta hic prohibet, siue sint bōbardæ, siue colubrinæ, balistæ, arcubalistæ, spingardæ, siue alia tormentorum genera, quorum meminit Crapal. lib. 2. de partibus ædium.

e *Lignamina.* Exponit gl. in. d. extrauag. vna de Iudæis, esse ligna galearum, vel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri possunt. d. c. ita quorundam & cōprehenduntur omnia ligna quibus fieri possunt naues, galeæ, & machinæ offensiuæ, vel defensiuæ, secus si ad comburendem, glo. ibi.

Funes, & alia prohibita deferunt f Saracenis, Turcis, & aliis Christiani nominis inimicis quibus Christianos impugnant, g non obstan. quibusuis priuilegiis h & cōcessionibus quibuscūque principibus aut dominis, seu priuatis personis, per nos & sedem prædictam hactenus forsan concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari i.

f *Deferunt.* Siue patronus nauis fieri, & scienter deferat, siue mercator, qui ad Turcas conducit illa arma sunt hic ambo excommunicati, etiam si mercator non iret, sed mitteret. tex. in c. significauit, de Iudæ. quia est eadem ratio prohibitionis, & qui per alium facit, ipse facere videtur, per regulam iuris. Secus, si patronus fuerit ignorans. Item etiam non procedit, quando causa necessitatis Christianus vēderet ensem suū Turcis propter famem, aut aliam necessitatem, tunc non est excommunicatus. Nam prohibetur deferri causa venditionis, vel alienationis, sed hic non deferebatur ea causa, sed tuitionis corporis. Ideo posteà necessitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum. c. si quis propter. de furtis.

g *Impugnant.* Seu impugnare possunt idem iudicatur hic de potentia, sicut de actu, dicitur in simili in proœm. insti. de Augusto, qui dicitur, eo quòd auget, vel augere debet. Et idem in matrimonio dicit ibi glo. in verbo Augustus. Multa similia adducere possem, nisi breuitatem quærerem.

h *Non obstant priuilegiis.* Non derogatur hic priuilegiis Venetorum, qui a Papa Martino habent priuilegium deferēdi merces, & victum ad Saracenos, sed arma, vel alia supra prohibita deferendi non vidi eisdem concessum priuilegium, & si esset, hic tollitur, de hac clausula vide tex. in c. clericis, in fin. de immunita. ecclesiarum. in 6.

i *Suffragari.* Et sic non obstante priuilegio excommunicantur hic deferentes res prohibitas ad Saracenos, sed lex ciuilis capitis penam eisdem cum bonorum proscriptione imponit. l. 2. C. quæ res exporta. non debeat. vbi dicitur: Perniciosum namque Roma. Imperio & proditioni proximum est, barbaros (quos indigere conuenit telis) eos vt validiores reddantur instruere. Eadem pœna statuitur aduersus eos qui docent barbaros & Turcas facere naues l. fi. C. de pœ. Et notādū est quòd supra expressa ad eosdem prohibentur deferri omni tempore, siue pacis, siue belli. tex. & ibi pōderat Panor. in cap. significauit. de Iudæ. victualia verò & merces prohibētur ad Saracenos deferri tantùm tempore belli, ac omne consilium impendi, & aliud subsidium. cap. quod olim, de Iudæ. [nisi pro captiuis redimendis: nam merces & victualia, etiam tempore belli non prohibentur: secus in armis. Doct. in c. significauit, de Iud. Sum. angel in verbo excommunicatio, 5. in 21. causa. Et Capyt. in decis Neapo. q. 150.] Fallit in Soldano ad quem omni tempore prohibentur etiā victualia deferri, quia ille solus occupat terram sanctam, ideo ecclesia contra eum bellum videtur habere perpetuum, si tamen Turca possederit, idem

Pœnæ deferentium arma ad Saracenos. dicam. De iure canonico iis qui iſta prohibita deferunt, aliæ pœnæ imponuntur. Prima eſt excommunicatio vt hic. Secunda quòd ab alio, quàm à Papa abſolui non poſſunt, vel de eius ſpeciali mandato quod de facili non præbet teſte Panor. in d. c. quod olim. in fin. Tertia, quod ſerui efficiuntur capientiũ etiam ſi Chriſtiani fuerint, contra ea quæ dicit Bar. in l. hoſtes ff. de captiuis. & dict. Boeri. in §. 1. de conſuetu. iuris ſtatus perſo. in conſuetu. biturig. vbi dicit iura ſeruitutis & captiuitatis inter Chriſtianos locum non habere, ſed ſpeciale eſt in hoc caſu. Quarta, ſunt infames & ſic omnibus pœnis, quibus infames affliguntur, hi puniri debent. Quinta, ſunt inteſtabiles, tam actiuè quàm paſſiuè: quia nec ipſi de bonis ſuis diſponere poſſunt, nec aliquis eis relinquere, vel aliqua legata facere, vel donationes. Sexta, ad ſuccedẽdum ſunt inhabiles, tam ab inteſtato quàm ex teſtamento. Septima, ad publica non poſſunt admitti officia, vt ibidem habetur. Octaua, Omnes actus legitimi ſunt eiſdem interdicti, de quibus in regula actus legitimi, de reg. in ſexto. Nona, Omnia bona eorum ſunt confiſcata. Vltimò, quia diebus dominicis publicè excommunicati nũciari debẽt, Hæ pœnæ deſcribũtur in extrauag. prima, de Iudæ. in communibus. Aliàs quilibet videre poterit per diſcurſum iuris & hic addere.

Articul. 6. Item excommunicamus & anathematizamus omnes impedientes ſeu inuadentes victualia [a] ſeu alia ad vſum Ro. curiæ neceſſaria, adducentes, vel qui ne ad Romanam curiam adducantur, vel deferãtur impediunt ſeu perturbant, vel qui talia faciunt vel defendunt, cuiuſcũque fuerint ordinis, [b] præeminẽtiæ, [c] conditionis [d] & ſtatus [e], etiam ſi põtificali, regali, reginali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate.

a Victualia. Victus & victualium appellatione cõtinẽtur, quæ eſui, & potui, cultui quoque corporis, quæque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtẽ quoque victus habere vicem Labeo ait, cætera quoque quibus viuendi curandíve gratia corporis noſtri vtimur, ea appellatione ſignificantur. l. verbo victus. & ſeq. & ibi dixi. ff. de verb. ſig. & ideo poſtea declaratur in tex. ſeu alia &c.

b Ordinis. Siue ſint proceres, ſiue decuriones, ſenatores, ſcabini, vel alij ſimiles. l. 1. §. ſed & ſi ſeruus, in glo. ordinum. ff. de ven. inſpicien. vel ordinis intellige ſiue maioris, ſiue minoris, ſiue fuerit clericus primæ tonſuræ, ſiue acolytus, ſiue ſubdiaconus, diaconus, vel presbyter, vel alterius ordinis, quos tradit Hoſtien. in ſum. de ordina. ab epiſcopo qui renunc. epiſcop. § 1. vbi dicit nouem eſſe ordines clericorum, ſicut ſunt nouem ordines angelorum, Præpoſ. in c. cleros. 21 diſt.

c Præeminentiæ. Eccleſiaſticæ vel mundanæ, etiã ſi Imperiali præfulgeat dignitate, gloſ. quibuſcunque in clem. 1. de Iud. &. hoc declarat infrà, & forte hic imperator non eſt expreſſus, ne arbitretur Papã iſtud facere in odium ſuum, ſed dignitatem regalem expreſsit, quia plures ſunt reges, & vnus Imperator, ideo noluit eum nominare per no. in cap. cum omnes. de conſti.

d Conditionis. Siue ſit laicus, vel clericus, ex vi verborum hoc declaratur, per glo. in verbo, cõditionis, in extrauagan. ad reprimendam, quomodo in læſæ maieſt. crimine procedat. ſiue fuerit maſculus, vel fœmina, maior, vel minor, dummodo doli capax. c. 1. de deli. puero. §. pupillus, inſti. de inutil. ſtipula. Idẽ dicitur, in cap. fundamenta, in fin. de elec. in 6. ſiue fuerit miles, ſiue, non: ſiue diues, ſiue pauper: ſiue magnus, ſiue nõ, glo. in verb. conditionis. l. præſenti, in prin. C. de his qui ad eccleſi. confugi.

e Status. Nobilis, ſiue vilis: ſeruus vel ingenuus. gl. in ver. ſtatus, in extrauag. ad reprimendam. Et tres ſunt mũdi ſtatus. Eccleſiaſticorum, nobilium & plebeiorum. Et quãdo rex vult habere collectas, mandat gentibus trium ſtatuum, vt imponãt eas, & quo modo conuocentur tradit, d. Chaſſa. in prœm. conſuetu. Burgund. in glo. *Les gens des trois eſtats.* de literis ſtatus ſcribit Benedictus in repe. c. Raynu. in vebo teſtamentum. 1. nu. 22. de teſta. Ego ipſe ſcripſi in illa ordinatione regia prohibẽte literas ſtatꝰ dari.

Item [a] excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad ſedem apoſtolicam venientes & recedentes [b] ab eadem necnon omnes illos qui iuriſdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes, in eadem curia morantes temeritate propria rapiunt, ſpoliant, & detinẽt aut propoſito deliberato verberare, mutilare vel interficere præſumunt, & qui talia fieri faciunt, ſeu mandant. *Articul. 7.*

a Item excommunicamus. Probatur in c. ſi quis Romipetas. 24. q. 3.

b Recedentes. Priuilegium datum ad eundum, cenſetur datum ad recedendum, & ad morandum. cap. quia diuerſitatem. de conceſsione præbend. cap. ſtatutum. §. præferendo, de reſcriptis in ſexto, dixi plene in prin. ſcho. in authent. habita. C. ne fil. pro patre. Idem dico in ſaluo conductu. in prac. mea rub. de ſecuritate & ſic excommunicantur primò hi qui rapiunt venientes ad ſedem apoſtol. propria temeritate, ſecus ergo ſi iuſte, vt pote, ſi veniẽs ad ſedem apoſt. aliquem occideret, & iudex eum caperet, non incideret in hanc excommunicationẽ, quia non facit temere. l. cum quem. ff. de iud. c. cũ qui. de præb. in 6. Secundo qui rapiunt, propria temeritate à curia Rom. diſcedẽtes. Tertio illi, qui iuriſdictionem nõ habent, tamẽ capiũt morãtes in curia Ro. Quarto qui prædictos ſpoliant. Quinto qui eos detinet. 6. qui eos verberant. 7. qui eos mutilãt. 8. qui eos interficiunt. 9. qui hæc, vel alterum iſtorum fieri faciunt, vel mandant. Nona tu presbyter, & horum abſoluas neminem.

Item excommunicamus [c] & anathematizamus omnes temere mutilantes, verberantes *Articul. 8.*

rantes, vulnerantes, interficientes, capiẽtes incarcerantes, & detinentes patriarchas, archiepiſcopos, & epiſcopos, eorumque mandatores.

c *Item excommunicamus*. Probatur in clemen.1.de pœnis quòd ſi quis verberauerit epiſcopum, vel occiderit, tenetur vt hic dicitur, quod eſt intelligendũ quando temere, vt hic, & in d.clemen.dicitur, ſuadente diabolo, vt in cap. ſi quis ſuadente. 17.q.4. ſecus ſi ignoranter, quia inuenit eum laruatum, vel de nocte ſine lumine, tunc ſi præfectus vigilum, vel ſeruientes eum capiant, non ſunt excommunicati, vt hic, quia epiſcoporum eſt deo ſeruire, & dei perſonam induere, & non diaboli, qui in multas ſe trãſfert figuras. no.in c.cum ad decorem, de vita & honeſt.cleric.

Secundo etiam non procedit, quando aliquis ſe defendendo percuſſit epiſcopum, quia tunc non dicitur facere iniurioſe, vel temere: vt dicitur in cap. eũ qui, de præb.in 6.ſicut dixi de ſcholaribus in auth. habita. C.ne filius pro patre. vbi prohibet fieri aliquam iniuriam ſcholaribus ſine cauſa, ex cauſa nõ, videlicet ſi ſcholares aggrediantur aliquem, ille poterit ſe defendere, etiam contra ſcholarem & epiſcopum & quemuis alium, & no.in l.vt vim.ff.de iuſtit. & iure.

Mandatores intellige ſi effectus fuerit ſecutus, id eſt ſi ex illo mãdato fuerit verberatus epiſcopus vel occiſus, alioqui non: quia verba debent intelligi cum effectu.l.1 ff. quod quiſque iuris. gloſ. & doc. plenius declarant in d. clemen.1. Et ſic excommunicantur hic mutilãtes patriarchas, archiepiſcopos vel epiſcopos. Iſti ordines declarantur in cap.cleros 21.diſt. Secundo, vulnerantes eoſdem, vel illorum alterum. Tertio, interficientes Quarto, capiẽtes. Quinto, incarcerantes eoſdẽ. Sexto, detinentes prædictos Septimo, mandatores. Octauum addit d.clemen.1. de pœnis qui bannierit epiſcopum, vt eo ipſo ſit excommunicatus, & non poſſit abſolui ab alio quàm à Papa, niſi in mortis articulo. Nonum etiam addit in eo qui facta contra has perſonas rata habet. Nam etiam eſt excommunicatus, qui ratam habet percuſſionem clerici ſuo nomine factam. text.in capit. cum quis, de ſenten. excom. in 6. Decimum, ille qui facienti fuerit ſocius. Vndecimum, qui dederit conſilium vel fauorem. Duodecimum, qui ſciẽter defenderit illos ſceleſtos. Et ſeptem pœnæ hos circũdant, quarum prima eſt quia offendens patriarchas, archiepiſcopos vel epiſcopos eſt ipſo facto excõmunicatus. d. clem.1. Secunda eſt, quia abſolutio reſeruatur ſoli Roma.põtifici. Tertia, quia priuatur omnibus beneficiis ſpiritualibus & tẽporalibus, ac feudis, emphiteoſi, & locationibus quæ tenebat ab illa eccleſia cuius pontificem offendit, ſiue locatio ei fuerit facta ad longum tempus vel ad modicũ, cũ d.clemen. indiſtincte loquatur, vt no. ibi doct. Et ſi duo epiſcopatus eſſent vniti vt Valen. & Dien. priuatur beneficiis & officiis, quæ tenet ab vtraque eccleſia. Quarta, quòd ad hanc priuationem non eſt neceſſaria hominis ſentẽtia priuatoria ſed declaratoria tantum ſuper huiuſmodi crimine ſacrilegij, cum ipſo iure ſit priuatus .cap. cum ſecundum leges, de hæret.in 6. Quinta, quòd filij delinquentis per lineam maſculinam deſcendentes vſque ad ſecundam generationem inhabilitantur ad obtinendũ beneficia eccleſiaſtica in illa diœceſi cui præerat pontifex offenſus. Sexta pœna, quia terra offendentis epiſcopum eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico & etiam locus in quo epiſcopus detinetur captiuus vt in d.clem.1.dicitur. Septima quòd publicandus eſt excommunicatus per omnes eccleſias, ciuitates & diœceſes. Vltima quod non debet abſolui niſi ſatisfecerit, vel donec cauerit de ſoluendo pœnam infligendam, & de ſupplendo pænitentiam iniuctã, has pœnas tradunt doc.in d. cle.maximè Bonifa. de Vital.num.70. Quid in verberante vel occidente cardinalem? hic non exprimitur ſed eſt excommunicatus hoc faciens & abſolutio Papæ reſeruatur ac aliæ pœnæ imponuntur in c.fœlicis, de pœnis, lib.6. Imo idem in verberante vel iniiciente aliàs manus violentas in quemcunque clericum, etiam primæ tonſuræ.c.ſi quis ſuadente.17.q.4.non tamen excõmunicatur hic, ſed à iure, nec poteſt abſolui niſi à Papa, vel à legato, vel in mortis articulo.c.quamuis de ſente.excommuni.dixi hoc anno interpretando d.c.ſi quis ſuadente.

Item excommunicamus a & anathematizamus omnes illos qui per ſe vel alium ſeu alias quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad Rom.curiam ſuper eorum cauſis & negotiis recurrentes b illaque in eadem curia proſequentes, aut procurantes, negociorúmque geſtores, aduocatos, procuratores ipſorum, vel etiam auditores, ſeu iudices ſuper dictis cauſis ſeu negociis deputatos, occaſione cauſarum vel negociorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant, ac illos qui ne aliquas literas apoſtolicas etiam in forma breuis tam gratiam quàm iuſtitiam concernentes, etiam citationes, monitoria & exequutoriales quæ à ſede apoſtolica emanarunt, & pro tempore emanabunt, ſine eorum beneplacito & examine, executioni demandent, inhibent ac notarios, executores vel ſubexecutores literarũ monitorialium & citationum ac executorialium huiuſmodi capiunt incarcerant, & detinent, vel capi, incarcerari, detineri faciunt. *Artic.9.*

a *Item excommunicamus*. In cle.multorum, de pœnis, ex cõmunicatur perſona eccleſiaſtica, quæ procurat vt eccleſiaſticus capiatur, & detineatur à ſæculari poteſtate, ſi ad ſedem apoſtolicam vadat, citatus ab homine vel à iure, aut vt ſuo renũciet beneficio, vt ſi procuret detineri, ne ad d.ſedem apoſtolicã

vadat, hic tamẽ excõmunicatur quicunque tã laicus quã clericus impediẽs aliquẽ clericum, vel laicũ habere recursum ad cur. Ro. nec est illa constitutio superflua, quia hic excommunicatur tantũ d. in c. cle. aliæ pœnę infliguntur, ratio tamen ponitur, in d. cle. quia hic excessus tendit ad denigrationem honoris Rom. eccl. & ad inquietationem & perturbationẽ status & ordinis clericalis, qui debet esse prosper & quietus, & etiam indecorum est filiis pereuntibus vel multum oppressis optata matris vbera denegari, videlicet sedis apostelicæ. c. fundamẽta, de elect. in 6. & cum Papæ tribunal sit maius quocunque alio temporali, ideo debet ei cedere. l. contra. §. 1. ff. de re iud. Imò impedientes subditos regis Franciæ ne ad regem eant, punirentur crimine læsæ maiestatis teste Luca de penna, in l. vna, col. 10. cum seq. C. vt nemo ad suum patro. suscipiat. dixi in materia euocationis in repet. l. quod iussit. no. 2. ff. de re iud. facit c. quia plærique, de officio ordi. in 6.

b *Recurrentes.* Fundatur in c. quoniam, de immuni. ecclesiarum, in 6. vbi impedientes aliquem corã iudice ecclesiastico litigare, aut literas apostolicas impetrare in causis ad forum ecclesiæ spectantibus, de iure, vel de antiqua consuetudine, sunt ipso iure excommunicati. Idem si procurant, vt desistat litigare coram ecclesiastico. Et nota casus sequentes. Primus est in his qui mutilant recurrẽtes per se vel alium ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis. Nam iniuria dicitur inferri, quando iurisdictio alicuius turbatur, vel impeditur. d. c. quoniã, & ibi Perus. no. & sic comprehenduntur hic quicũque impedientes, siue clerici, religiosi, seculares, siue laici, siue habentes iurisdictionem, siue non, cùm hoc generaliter loquatur, & religiosi ad hoc solent habere statuta, & tamen aliquando vt aufugiãt suorum superiorum pœnas, ad iudices vel magistratus laicos confugiunt. Secundo qui impedit procuratores, negotiorũ gestores, aduocatos ipsorum, vel etiã auditores, seu iudices super dictis causis seu negociis deputatos &c. probatur hic cum dicit aut procuratores &c. Tertiò qui prædictos recurrentes, aut procuratores ipsorum, & alios hic descriptos occasione causarum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt seu bonis spoliant, ibi occasione causarum &c. Quarto qui impedit prosequentes litẽ, vel negocium in curia Roma. vt hic dicitur. In eadẽ curia prosequentes. intellige quando iure prosequitur. glo. in verbo, prosequentes. §. 1. de mãda. aposto. in concorda. Nam si Italus conueniret Gallum Romæ non haberet locum quod hic dicitur per rub. de causis, in concorda. vbi omnes & singulæ causæ exceptis maioribus in iure expresis apud illos iudices in partibus, qui de iure vel de cõsuetudine præscripta vel priuilegio illarum cognitionem habent terminari, & finiri debent. & sic Galli possunt dicere, nos legem habemus contrariam cui non derogatur, nec derogari per vnum posset. Quinto qui inhibent literas Apostolicas gratiam vel iustitiam cõcernentes, sine eorum beneplacito & examine executioni demãdari, ibi ac illos qui &c. & hoc probatur in capitul. quoniam. de immunita. eccle. lib. sexto. & super hoc extat bulla Leonis decimi cuius tenor talis est:

Leo Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In supremo Apostolicæ sedis folio meritis licet imparibus constituti, ad ea libenter intẽdimus, per quæ debitus honor & reuerẽtia dictæ sedi à subditis & inferioribus, præsertim Põtificali dignitate præditis impendantur, & si quid peruerse aut minus recte per eosdem inferiores factũ aut gestũ reperiatur, quod in dictæ sedis depressionem ac malũ exemplũ & scandalum plurimorũ cedat, id per nostræ prouidentiæ ministerium reuocetur, & ad debitam normam reducatur, ne membra à capite (cui obedientiam debitam & deuotam præstare tenentur) discordare videantur. Sane licet fœlicis recordationis Bonifacius Papa Nonus prædecessor noster, ad quem fide dignorum ralatione peruenerat, quòd certi Prælati quibus piæ memorię Vrbanus Papa Sextus etiam prædecessor noster cõcesserat, vt in eorum Ciuitatibus & Diœcesibus executio literarum Apostolicarum fieri non possit, nisi literę ipsæ Prælatis ipsis aut eorum officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent, & eorundem Prælatorum officiales in consuetudinem deduxerant, aliqui verò prætextu statutorum Prouincialium seu Synodalium etiã seruabãt, quòd nullus literas Apostolicas huiusmodi exequi auderet nisi postquam Prælati seu officiales ipsi per suas literas (quas vidimus nuncupabant) mandarent, & concederẽt, vt iudices in ipsis literis Apostolicis deputati & sine licẽtia vel consensu quorũcunque Prælatorum, vel superiorum, aut officialium eorũdem literas Apostolicas exequi possent, & deberent. Tamen nuper in publica signatura coram nobis nonnullæ supplicationes propositæ fuerunt, continẽtes quòd in Toletan. & Carthaginen. ecclesiis sub colore falsitatis obuiandi editæ fuerant constitutiones Synodales, quibus caueri dicebatur, vt Tabelliones & Notarij, etiã à partibus requisiti literas Apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illæ prius per Archiepiscopum Toletan. & episcopum Carthaginen. pro tempore existentes aut eorum officiales examinatæ forent, à nobisque earundem Constitutionum confirmatio peteretur. Nos petitionẽ huiusmodi vti ratione carentem, cum Romani Põtificis gesta per inferiores & sibi subditos sine eius speciali licentia examinari non debeant indecens & absurdum quinimo temerarium esse censentes, quod aliquis quauis occasione literas Apostolicas sine Romani Pontificis speciali commisione, examinare velle præsumat. Propterea supplicationes ipsas prout meritò reiiciendæ erãt, reiecimus: & coram nobis lacerari fecimus, ac constitutiones edentium temeritatem tali castigatione reprimere, ac super his tale remediũ adhibere volentes, vt aliis in posterum comittẽdi similia aditus pręcludatur. Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine literas Bonifacij prædecessoris nostri huiusmodi tenore præsentiũ approbamus & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere illasque inuiolabiliter obseruari debere decernimus, necnon quascunque Constitutiones Synodales, tam in dictis Toletan. Carthagenen. quàm qui-

Bulla Leonis. 10

quibuſuis aliis eccleſiis per vniuerſum orbem conſtitutis ſuper iis factas, motu, ſcientia, auctoritate, & poteſtate prædictis, caſſamus, & annullamus, ac ſtatuimus, & ordinamus, quod iudices & executores in literis Apoſtolicis pro tẽpore deputati, ac notarij & tabelliones ſuper his requiſiti, literas ipſas Apoſtolicas, ſine alicuius perſonæ cuiuſcunque eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis fuerint, licentia vel conſenſu, exequi poſſint & debeant. Et inſuper vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Primatib⁹ Epiſcopis, & aliis prælatis, & perſonis eccleſiaſtis, necnon dilectis filiis Communitatibus ciuitatum, & vniuerſitatibus, Caſtrorum, oppidorum, terrarũ, & locorum ſub interdicti, ſingularibus verò perſonis eorum ſecularibus, ſub excommunicationis, & anathematis pœnis, quas eo ipſo ſi contrafecerint abſque alia declaratione incurrant, & à quibus, non niſi à nobis vel ſuperioribus noſtris Roman. Pontificibus canonice intrantibus, præter quàm in mortis articulo conſtituti & debita ſatisfactione præmiſſa, abſolui, & interdicti huiuſmodi relaxationem obtinere poſſint, in virtute ſanctę obedientiæ, diſtricte præcipiendo mandamus, ne iudices, & executores literarũ apoſtolicarum, ac notarios & tabelliones ſuper his requiſitos, quominus literas apoſtolicas huiuſmodi exequi poſſint, quoquomodo impedire præſumant, ac eos qui executionem literarum huiuſmodi impedientibus auxilium, conſilium, vel fauorem quouiſmodo, directe vel indirecte, publice vel occulte, præſtare præſumpſerint, etiam ſi Patriarchali, Primitiali, Epiſcopali, & quauis alia eccleſiaſtica vel mundana, etiam Imperiali, Regalæ Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgeant dignitate eidem excommunicationis & anathematis ſententiæ, à qua non niſi vt præfertur abſolui poſſint, ſubiacere, ac Ciuitates, Terras, Caſtra, oppida, & loca prædicta, ad quæ inobedientes & contrafacientes declinare, & in quibus moram trahere contigerit, eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, tamdiu firmiter obſeruando, donec compuncti corde, huiuſmodi interdicti relaxationem, debita ſatisfactione præmiſſa meruerint obtinere, ac ibidem permanſerint, & per triduum poſt eorum inde deceſſum. Motu, ſciẽtia, auctoritate, & poteſtatis plenitudine ſimilibus decernimus, ac ſub dictis pœnis etiam mandamus illis in quorum libris, Conſtitutiones, Synodales & Prouinciales huiuſmodi deſcriptæ reperiuntur, ita deleri & caſſari faciant, vt amplius legi non poſſint, non obſtantibus præmiſsis ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, necnõ omnibus illis quæ idem Bonifacius prædeceſſor in ſuis literis voluit non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Primatibus, Epiſcopis, & aliis perſonis præfatis, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, vt interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenã & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non inſertis effectus eorum impediri valeant, quomodolibet vel differri, & de quibus quoruncumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſit in noſtris literis ſpecialis mentio habenda, quæ quoad hoc cuiquam nolumus aliquatenus ſuffragari. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus illas in Cancellaria Apoſtolica & valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorũ de vrbe noſtra affigi, vt ij, quos huiuſmodi literę concernunt, quod ad ipſos non peruenerint, aut illas ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare: cum nõ ſit veriſimile quo ad ipſos remanere incognitum, quod tã patenter fuerit publicatum. Verùm quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca in quibus expediens fuerit illas deferre. Volumus & dicta auctoritate decernimus, quòd illarum tranſumpto manu publici notarij inde rogati ſubſcripto & ſigillo alicuius prælati ſeu alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munito, ea prorſus fides indubia in iudicio & extrà aut aliàs vbilibet adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi illæ eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, caſſationis, annullationis, ſtatuti, ordinationis, mandati, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo, decimo octauo Kalendas Martij, Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Albergatus.

Lecta & publicata fuit retroſcripta Bulla, ſiue cõſtitutio Romæ, in Cancellaria Apoſtolica, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo, Decimonono menſis Iunij, Pontificatus Sãctiſſimi in Chriſto Patris domini noſtri Leonis, diuina prouidentia Papæ Decimi, anno ſeptimo.

Sexto qui notarios executores vel ſubexecutores literarum monitorialium & citationum ac executorialium huiuſmodi capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi, incarcerari, ſeu detineri faciunt. Septimo, qui impediunt ne literis ſedis apoſtolicæ ſine beneplacito vel aſſenſu, vel certo precio non ſoluto pareatur per literas, vel aliàs, ibi necnon qui, &c. Vidi in Seneſchalia Nemauſen. impetrari literas ne clericus laicum, contra quas clamat Maleret. in tract. de electione, fol. 33. verſicul. ſed aduerte. Octauo, qui tabelliones impediunt, vel notarios ſuper huiuſmodi literarum & proceſſuum executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut facta parti cuius intereſt, tradere, ibi, néve tabelliões, &c. Nonò, qui ſub quibuſuis pœnis prohibent, ne pro negociis in curia proſequendis, ſeu gratiis impetrãdis ad Rom. curiam eatur, ſeu recurſus ad eam habeatur, vel gratia ab eadem impetretur, ſeu impetratis vtatur, ibi, qui ne ſub quibuſuis pœnis. Decimò qui à Ro. Pontificis obedientia ſe ſubtrahere, ſeu quomodolibet recedere præſumunt, ibi, quive animarum, &c.

Necnon qui ne literis & mādatis sedis prædictæ & legatorum ac nunciorum & iudicum delegatorum eiusdem similiter gratiam vel iustitiam concernentibus decretisque super illis & rebus iudicatis, processibus & executorialibus, non nisi habito primum eorum beneplacito & assensu pareatur per eorū literas executoriales vel alias nuncupatas, & certo pretio soluto, néve tabelliones & notarij super huiusmodi literarum & processuum executione instrumenta vel acta conficere, au facta parti cuius interest, tradere debeant, qui ne sub quibusuis pœnis quibuscunque personis in genere vel in specie, ne pro quibusuis eorum negociis prosequendis seu gratiis impetrandis, ad Rom. curiam accedāt, aut recursum habeant, seu gratias ipsas à sede apostolica impetrēt, aut impetratis vtantur directe vel indirecte etiam sub grauissimis pœnis prohibere, statuere, seu mādare, quive in animarum earūdē periculū se à nostra & Rom. Pontifi. pro tempore existentis obedientiā pertinaciter subtrahere seu quomodolibet recedere præsumunt, quive ex eorum officio, vel ad instātiam quorumcunque personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, & collegia ecclesiarum quarūcunque coram se ac eorū tribunal, audientiam, cancellarium, cōsilium vel parlamentum, præter iuris communis dispositionem trahunt, ac trahi faciunt vel procurant directè, vel indirectè quouis quæsito colore, necnon qui statuta, ordinationes, cōstitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere vel in specie ex quauis causa & quouis quæsito colore etiam sub prætextu literarū apostolicarū in vsu nō receptarū seu reuocatorū hactenus fecerūt, ordinarūt, seu publicarūt, aut faciēt ordinabunt, vel publicabunt in futurum, per quas & quæ libertas ecclesiastica tollitur seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouismodo restringitur, seu nostris & dictæ sedis iuribus quomodolibet tacitè vel expresè præiudicatur. Quive iurisdictiones seu fructus, redditus & prouētus ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorū & aliorū beneficiorum ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes vsurpant, vel surripiunt, seu quauis occasione vel causa sine Rom. Pontificis expressa licentia sequestrāt aut collectas, decimas, tallias, præstantias, & alia onera clericis prælatis, & aliis personis ecclesiasticis ac eorum & ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis illorum fructibus, redditibus & prouentibus huiusmodi absque simili Roma. Pontifi. speciali & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut à sponte etiam dantibus & consentientibus recipiunt. Necnon qui per se vel alium seu alios directè vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, suffragium, palam vel occultè præstare nō verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali aut regali præfulgeāt dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus, quicūque etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, & terris quo quomodo præsidentes fuerint, aut quauis etiam pontificali dignitate præfulgeant, innouamusque decreta super his tam per sacros canones & concilia generalia, quàm etiam in Lateranensi concilio [a] nouissimè celebrato, edita, etiam cum interdicti ecclesiastici ac aliis censuris & pœnis in eis contentis.

Vndecimò, qui trahunt, aut trahi faciunt, seu ꝑcurant personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, vel collegia ecclesiarum coram se ad eorum tribunal, præter iuris dispositionem, vel concordatorum directè vel indirectè, ibi qui ne ex eorum officio, &c. Duodecimò qui statuta, constitutiones vel ordinationes fecerunt, per quas libertas ecclesiastica tollitur seu in aliquo læditur, vel deprimitur, vel aliàs quouismodo restringitur. De hoc dixi in gl. concord. rub. de firma & irreuoc. cōcor. stabilit. §. & cum omnium. alibi plenius scripsi. Decimotertio qui faciunt statuta, seu fecerunt iuribus sedis apostolicæ quomodolibet præiudicantia. Decimoquarto, sunt excommunicati qui iurisdictiones vsurpāt, vsusfructus, reditus, & prouentus ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes, vel surripiunt, seu sine expressa licentia Papæ sequestrant, ibi, quive iurisdictiones. Decimoquinto, qui collectas decimas, & alia onera clericis, prælatis & aliis

personis ecclesiasticis, ac bonis ecclesiarum vel monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum imponunt, & exigunt, aut à sponte etiam dantibus recipiũt. Ista probantur in c. nõ minus, in c. aduersus. de immunita. eccl. & expressiꝰ in c. 1. & in c. 3. illo tit. in. 6. [Quia sacerdotes pro omnibus solẽt orare quorũ eleemosinas & oblationes accipiũt, qua fronte præsumunt laici oblationes quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel ipsi concredere, vel aliis concedere. cap. quia. 10. quæst. 1. nisi episcopus & clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint, vtabsque exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi laicorum nõ suppetunt subsidia per ecclesias æstiment conferenda. d. cap. non minus.] Decimosextò, qui prædicta facere, vel exequi non verentur per se, vel alium. ibi necnon qui per se, &c. Decimoseptimò, qui auxiliũ consilium, vel fauorem, seu votum, vel suffragium palam vel occultè, præstare non verentur, etiam hic excommunicantur, cuiuscunque dignitatis, ordinis, præeminentiæve sint, & sic summatim est elucidatus hic articulus.

4 *In Lateranensi concilio.* Tenor Lateranen. concilij contra surripientes vel sequestrantes fructus beneficiorum ecclesiasticorum, aut super illis vel personis seu bonis ecclesiasticis, decimas, collectas præstantias, & alia huiusmodi onera imponentes qui continetur in bulla. reformationis, lecta in nona sessione concilij Lateranen. de quo fit mentio hic.

Leo Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio supernæ dispositionis arbitrio, &c. Et cum fructuum ecclesiarum cathedralium & metropolitanarum, monasteriorumque & aliorum quorũcũque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio & administratio ad nos & Rom. Pontif. pro tempore existentem, & illos etiam qui eiusmodi ecclesias monasteria & beneficia, iure, & canonicè obtinent solum pertineant seculares q[illegible] principes omni etiã diuino iure id prohibente de dictis ecclesiis, monasteriis ac beneficiis intromittere se nullatenus debeant. Statuimus & ordinamus vt fructus, redditus & prouentus ecclesiarum, monasteriorũ ac beneficiorum per seculares vllos principes, etiam si Imperator, Reges Reginæve seu Respub. vel potẽtatꝰ fuerint, aut per eorũ officiales, seu iudices etiam ecclesiasticos, vel quascũque alias personas publicas vel priuatas de eorũdẽ Imperatoris, regũ, reginarũmve, ac principum rerum que publicarum, vel potentatuum mandato sequestrari occuparive aut aliquo modo detineri, ipsique huiusmodi ecclesias, monasteria ac beneficia ob inentes, sub prætextu fabricæ instaurationisque, sine Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, aut eleemosynarum, seu quouis alio colore, aut fuco impediri non debeant, quominus de illis vt antea liberè ac sine impedimẽto disponere valeant.

Et si sequestrati fuerint, occupative, aut detenti integrè, liberéque, ac sine exceptione vel mora prælatis, ad quos de iure legitiméque spectat, restituantur: de quibus si dissipati nusquàm reperiri possint eorum iusta æstimatione facta, dictis prælatis satisfieri volumus per eos qui dictas sequestrationes applicationes, dissipationésque fecerint, aut fieri mandauerint, sub pœna excommunicationis, aut interdicti ecclesiastici talium principum, terris, & dominio eo ipso incurrendis. Et vt eorum ac eisdem subiectorum bona vbicunque reperta, si moniti parere noluerint, capi & retineri possint. Ipsi verò contrafacientes tam supradictis pœnis quàm priuationis feudorum & priuilegiorum, quæ à nobis & Roma. vel aliis ecclesiis nunc & pro tempore obtinuerint, & aliis contra violatores & oppressores libertatis ecclesiasticæ etiam per extrauagantes & alias constitutiones etiam incognitas, & forsan in vsu non existentes impositi subiaceant. Quarum omnium tenores pro expressis & insertis habentes innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur habere decernimus & declaramus, ac secundum eas per quoscunque iudices etiam Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardina. sublata & adempta eis aliter iudicandi declarandique potestate sententiari, iudicari & interpretari debere volumus atque mandamus. Et cum à iure tã diuino quàm humano laicis Potestas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes & singulas constitutiones fœlicis record. Bonifacij Papæ 8. etiam prædecessoris nostri quæ incipit, Fœlicis. & Clemen. 5. quæ incipit, Si quis suadente. necnon quascunque alias apostolicas sanctiones in fauorem libertatis ecclesiasticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas, & pœnis etiam contra talia præsumen. in bulla quæ legitur in cœna Domini contentis in suo robore permansuris.

Et cùm in Lateranen. pariter ac conciliis generalibus sub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ & alij potentatus quicunque regnis prouinciis, ciuitatibus ac terris quoquomodo præsidentes collectas, decimas & alia huiusmodi onera clericis, prælatis, & aliis quibuscunque personis ecclesiasticis, imponant, exigantque, néve à spõte etiã dantibus & consentientibus, etiam recipiant atque in præmissis, auxilium, fauorem, consiliúmve, palã vel occultè præstantes, in excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incidant, & ipsæ quoque respublicæ, communitates & vniuersitates, circa hoc quomodolibet delinquentes ecclesiastico eo ipso subiiciantur interdicto, prælati etiam præmissis absque Rom. Pont. expressa licentia, vltro consentien. excommunicationis & depositionis pœnam ipso facto incurrant, statuimus & ordinamus vt de cætero talia præsumentes etiam si (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra supradictas pœnas, quas contrauenientes eo ipso incurrere volumus, innouamus ad omnes actus legitimos inhabiles & intestabiles habeantur.

Et cum secundum leges ciuiles & sacrorum canonum censuras, &c.

Datum Romæ in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solẽniter celebrata anno in-

carnationis dominicæ 1514.3.Non. Maij, Pontificatus nostri anno 2.

Articulus decimus. Item excommunicamus [a] & anathematisamus omnes & singulos cancellarios, vicecancellarios,& cōsiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque regum & principum ac pręsidentes cancellariarū & consiliorum,ac parlamentorum,necnō procuratores generales eorundem,vel aliorum principum secularium, etiam si imperiali,regali, ducali vel alia quacunque præfulgeant dignitate necnon archiepiscopos,episcopos,abbates,cōmendatarios, eorūque vicarios, & officiales, q per se vel per aliū seu alios quarūcunque exēptionū vel aliarum gratiarum & literarum apostolicarum,necnon decimarum ac beneficiales ac alias spirituales & spiritualibus annexas causas ab auditoribus & commissariis nostris (vt eorum verbis vtamur) auocant,ac executiones monitoriorum, citationum,inhibitionum sequestrorū executorialium,& aliarum literarum apostolicarum,tam gratiam quàm iustitiam concernentium à nobis,necnon camerario & præsidentibus cameræ apostolicæ, ac auditoribus & commissariis apostolicis in eisdem causis pro tempore emanatarum, illarumque cursum & audientiam ac personas,capitula,conuentus,& collegia, causas ipsas prosequi volentes auctoritate laicali impediunt,& se de illarum cognitione tanquàm iudices intromittere, ac partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt,ad reuocandum,seu reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas,&ad faciēdū eos contra quos tales inhibitiones emanarunt à censuris & pœnis in illis contentis absolui,ordinant vel compellūt,vel aliàs executionem literarum apostolicarum, vel executorialium,etiam sub prætextu violētiæ prohibendæ impediunt:declarantes [b] nihilominus,ac protestantes prout tenore præsentiū declaramus,ac expresse protestamur,absolutionem hodie vel aliàs etiā solenniter per nos faciendam præfatos suprà nominatos,& qualificatos,ac cancellarios, vicecancellarios,cōsiliarios, & procuratores,ac alios excommunicatos prædictos,nisi prius statuta,ordinationes,constitutiones,pragmaticas,& decreta huiusmodi publice reuocauerint,& ex archiuis seu capitularibus locis aut libris in quibus annotata reperiuntur,deleri & cassari, ac nos de reuocatione & cassatione huiusmodi certiores fecerint,& aliàs à præmissis,cū vero proposito vlterius similia non committendi destiterint,comprehendere,nec illis aliter suffragaturam fore,ac in præmissis omnibus & singulis ac aliis quibuscunque iuribus sedis apostolicæ ac S. R. E vndecunque & quomodolibet quæsitis seu quærēdis per quoscunque actus contrarios aut quomodolibet præiudicantes tacitos, vel expressos à nobis vel à sede apostolica quomodolibet factos aut faciendos, aut quemcunque temporis vel tollerantiam, fluxum seu patientiam nostram vllatenus præiudicari debere, aut quomodolibet posse.

a *Excommunicamus.* Quinque casus hic tradūtur Primus,excommunicantur Reges, Archiepiscopi, Senatores vel alij officiales, qui ab auditoribus & aliis commissariis Papæ causas decimarum beneficiales vel alias spirituales euocāt,quia superioris est euocare, & non inferioris.l.iudicium soluitur.ff. de iudi.c.vt nostrum,de appel.plenè dixi in repet. l. q iussit,in 2.not.ff.de re iud.Secundus casus est, quòd impedientes citationes,monitiones,vel literas Apostolicas exequi,tam gratiam quàm iustitiam concernentes,sunt excommunicati:de hoc suprà dictū extitit artic.præceden.Potest enim iudex suam iurisdictionem etiam pœnali iudicio defendere.l.vna ff.si quis ius dicen. non obtemp. Tertius casus, qui impediunt personas volentes prosequi causas in curia Ro.vt etiam suprà dictum fuit. Quartus casus, qui partes actrices,quæ illas committi fecerunt causas,à sede apostolica reuocare faciunt citationes, vel inhibitiones,seu alias literas apostolicas, vt solent quidā iudices seculares facere, vt expertus sum aliquando.

Quintus qui compellunt iudicem seu partem à censuris absoluere,& pœnis in illis contentis liberare:superiores enim volunt dici iudicibus ecclesiasticis,ideo peccant, vt hic habetur, & excommunicātur hic ore proprio Papæ.

b *Declarantes.* Hic versiculus,declarantes,vult absolutionem prædictis personis faciendam etiam per Papam non valere,nisi illi qui statuta contra libertates ecclesiæ fecerint illa reuocauerint: Secundò requiritur quod publice reuocauerint,quod declaraui suprà quando dicatur.Tertiò quòd illa statuta seu ordinationes deleat & casset. Quartò quòd de illa cassatione & reuocatione certiorem faciant papam

papam, alioqui paria sunt eam esse & nō apparere. l.duo sunt.ff.de testam.tutel. Quinto quòd ab illis cum vero proposito similia non committendi non destiterint, aliàs potest absolui. & de istis debet inquirere presbyter, & si ista non concurrant, non absoluat.

Artic.11. Item excommunicamus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes, seu capiētes & detinentes, seu deprædantes Romipetas [a] & peregrinos, ad vrbem, causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa, & in his dātes auxilium, consilium vel fauorem,

a *Romipetas.* Quia quibuslibet oppressis, ecclesia tenetur contra improborum violētias protectionis & defensionis auxiliū impartiri. 87.dist.quasi per totum. ideo statuitur hic aduersus mutilantes illos qui Romam accedunt, causa peregrinationis excommunicatio, & non possunt absolui ab alio quàm à papa, ita excommunicantur vulnerantes dictos peregrinantes, & interficientes, capientes, detinentes, deprædantes, & consilium, auxilium vel fauorem his malignis præstantes contra peregrinos. probatur in c.si quis Romipetas.24.q.1.vbi dicit Ioan. de Turre crema. merito excommunicātur hi, tū quia Deum offendunt, qui in sanctis suis gloriatur, vt dicit Dauid, Gloriosus Deus in sanctis suis. tum quia hi impedientes, & alij charitatis vinculum rumpūt, & deuotionem ad sanctos minuunt, ideo dicit pulcher text. in c. illi ibidē, illi qui peregrinos, vel oratores, cuiuscūque sancti, siue clericos, siue monachos, fœminas, aut inermes pauperes deprædati fuerint vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerint, anathematis vinculo feriātur, nisi digne emēdauerint. deinde subiicit text. ibi Pax vera illa, quā treugam Dei dicimus, fideliter obseruetur: qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur. & ibi dicit Ioan. de Turre crema. Nota quòd quædam sunt personæ, quibus perpetuò, treugæ canonicæ obseruandæ sunt, sicut sūt presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes & redeuntes, & in agricultura existētes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum: habent enim rustici priuilegium, quandiu steterint in agricultura, sicut milites, donec militant: sic clerici, & monachi, ac conuersi, donec in ecclesiis canonicè & regulariter, viuunt. Item legati, quamdiu sunt in legatione. Item Romipetæ, & oratoria visitantes. hæc ille. Item accedentes ad sepulchrū domini, licet sint excommunicati, si sine licentia Papæ iuerint, & eius absolutio reseruatur Papæ, vel eius pœnitentiario maiori, teste Florent in 3.par. summæ tit.24.c.30. in fin. vbi dicit se reperisse hunc casum in libro summi pœnitentiarij.

Artic.12. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se, vel alium, seu alios directè vel indirectè sub quocunque titulo vel colore occupant, detinent, vel hostiliter destruunt, seu inuadunt, aut occupare, detinere vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumunt, in totum vel in partem Almam vrbem, regna Sicilæ seu Trinacriæ, insulas Sardiniæ, & Corcicæ, terras citra Pharum patrimonium beati Petri, in Tuscia ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinen. Marchiæ, Anconitanæ, Macæ, Trebatię, Romādiolę, Campaniæ, & Maritimæ prouincias, illarū que terras, & loca ac terras specialis comissionis, Arnulphorū ciuitatesque [b] nostras Bononiā, Ferrariam, Regium, Mutinā, Fauentiam, Imolam, Forliuium, Rauennam, Ceruiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusiam, Auenionem, Ciuitatem castelli, Tudertum, Camerinum, & alias ciuitates, terras, & loca vel iura ad ipsam Roman. ecclesiam spectantia, & pertinentia, & adhærentes ac fautores, & defensores eorum, seu in his dantes, auxiliumconsiliū vel fauorem.

Item excommunicamus & anathematizamus omnes sanctorum reliquiarum & ornamentorum ecclesiasticorum quorūcunque calicum, crucum candelabrorum, thuribulorum, vasorum agentorum & aureorum, vestium sacrarum ad diuinū cultum & vsum deputatarum, ex basilicis & ecclesiis tam vrbis, quàm extra illius mœnia consistentibus, & aliarum quarumcunque rerum in ipsa vrbe tēpore illius directionis, vsque in præsentē diē nequiter ablatarū ablatores & illos occupatores, ac quoscūque alios ad quorū manus res ipsæ quocunque titulo & ex quauis causa scienter peruenerint, & existant, cuiuscunque fuerint ordinis vel præementiæ, conditionis, ac status, etiam si pōtificali, regali, reginali, aut alia quauis ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, nisi restituerint res ablatas huiusmodi eorum veris dominis: si eorum notitiam habuerint, vel cum ipsis dominis desuper amicabiliter concordauerint, seu si eosdem dominos ignorauerint, nisi res ipsas ad manus personarum, ad hoc per nos deputatarum, consignauerint, realiter, & cū effectu. Artic.13.

b *Ciuitatesque.* Istæ ciuitates hic nominatæ, dicuntur ecclesiæ, tam quo ad temporalem iurisdictionem

nẽ, quàm spiritualem, ideo excommunicantur illi, qui eas occupant. Et an sit necesse ecclesiam habere temporalia. Quod sic cõcludit Benedict. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 268. & sequen. de testa. dicens spiritussancti ordinatione actum esse, quòd ecclesia abundaret, cum pauci tantæ perfectionis inuenirentur, qui sine adminiculo temporalium onera ecclesiastica susciperent, ex quo peribat magna pars fidelium, nõ stantibus ministris, qui sacramenta spiritualia administrarent, facit gl. in cap. clericus. 12. quæst. 1. & etiam temporalem iurisdictionem potest habere, vt ibi plene licet videre per eum qui alios allegat, ideo eos missos facio, sed vide tex. in c. valide. 94. distin. & c. relatum. 10. q. 3. hæc vasa non debent alienari, etiam cum consensu ecclesiasticorum, nisi pro famis & captiuorum redemptione. l. sancimus. 1. C. de sacrosanct. eccles. dixi in compẽdio super alienatione rerum ecclesiasticarũ, in quo etiam elucidaui. c. sine exceptione. 12. q. 2. vbi hanc materiam tractaui summatim.

[a] Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & indulgẽtiis, ac literis Apostolicis generalibus, vel specialibus eis, vel eorum alicui, vel aliquibus cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, etiam si (vt præmittitur) Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis alia ecclesiastica, vel mũdana perfulgeant dignitate à prædicta sede, sub quauis forma vel tenore concessis, quòd excommunicari vel anathematisari, non possint per literas Apostolicas, nõ faciẽtes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus, eorum mentionẽ, necnon consuetudinibus & obseruãtiis scriptis & nõ scriptis & aliis contrariis quibuscũque per quæ contra nostros processus huiusmodi ac sententias quominus includantur in eis se iuuare valeant, vel tueri: & quæ quo ad hoc penitus tollimus, & omnino reuocamus [b]. Et à quibus [c] quidem sentẽtiis nullus per alium quàm per Romanum pontificem,

a *Non obstantibus.* De his non obstan. dixi in gloss. concordato. in verb. non obstantibus. & in extrauag ad reprimendum, in verb. non obstantibus, quomodo in crimi. læsæ maiesta.

b *Reuocamus.* Hic tolluntur priuilegia, per quæ impediretur hæc excommunicatio, nam Roman. Pontif. non potest aliquem ita priuilegiis ditare, vt non sit sibi subiectus, vel ne possit eum excommunicare. Ioan. Andr. in c. cum istantia, in fi. de cẽsib. quod est intelligendum quo ad spiritualia, vnde non posset facere Papa, quòd prælatus vel alius clericus nõ sit sibi subiectus, nec ecclesiam vnã eximere à subiectione sedis apostolicæ, quia esset acephalus, quod non permittitur. c. nulla. 93 dist. Sed posset indulgere subiecto in temporalibus, vt non possit conueniri coram se ratione temporalitatis, sed coram alio iudice seculari. Fel. in. cap. cum non liceat. in fin. de præscript.

c *Et à quibus.* Nota, quòd nullus præter Rom. Pontif. potest in his casibus absoluere, nec etiam legatus nisi super his specialem haberet potestatem. Quæro quid faciet presbyter, si aliquis confessus fuerit multa peccata eidem, de quibus potest absoluere, & vnum de quo non potest absoluere? Respond. quidem quòd de illis, de quibus potest absoluere, absoluat, de aliis remittat ad superiorem: tamẽ quia Deus non nouit opus imperfectum. c. sunt plures. de pœni. dist. 3. non debet absoluere, nisi prius fuerit absolutus à reseruatis per superiorem, vel eidem fuerit commissum, vt etiam à reseruatis absoluat, & istud est tutius. Adrian. de Traiecto. in 4. sententia. distin. 17. de confes. 4. quæst. versic. sed dubium. nam non valet confessio, quando quis partem peccatorum confitetur vni, partem alteri. tex. in c. consideret. de pœnitent. dist. 5. circa fin. quod facit contra hypocritas vt iusti videantur, qui sic faciunt. Nã postquam prima non valuit, quia non facta. in charitate, nec in statu gratiæ, ergo de integro tenebitur omnia peccata confiteri. cap. omnis vtriusque sexus, ibi omnia, & ibi sacerdotis, & ibi dixi, de pœnit. & remiss.

Nisi in [a] mortis [b] articulo [c] constitutus absolui possit. Nec etiam [d] tunc, nisi de stãdo sanctæ Rom. ecclesiæ mandato, satisfactione, & sufficienti cautione præstitis, etiã prætextu confessionalium, seu quarumuis facultatum [e], verbo, literis, au quauis alia scriptura, etiã in qua quod sola signatura sufficeret concessũ, & quæuis derogatoriarũ derogatoriè fortiores & efficaciores, ac insolitæ clausulæ apparerent quibusuis personis cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut status fuerint, etiam si vt præmittitur, potificali, imperiali, regali, reginali. vel quauis alia præfulgeãt dignitate religiosis & secularibus vtriusque sexus, capitulis, collegiis, conuentibus, ordinibus, etiam mendicantium & militiarum, hospitalibus, confratriis, vniuersitatibus concessarum à nobis, vel à prædicta sede & quas concedi contingeret quomodolibet in futurũ. Illos autẽ [f] qui cõtra tenorẽ pręsentiũ talibus, vel eorũ alicui, ceu aliq̃bus absolutionis hoc beneficiũ impẽdere de facto pręsũpserint

ſerint, excommunicationis & anathematis ſententia innodamus, eíſque prædicationis, electionis, administrationis ſacramentorum, & audiendi confeſsiones officia interdicimus, prædicentes & declarantes aperte trangreſſoribus & contemptoribus prædictis nos grauius contra eos ſpiritualiter & temporaliter prout expedire cognouerimus poceſſuros. Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo vel aliàs nullius ſit roboris vel momenti. Vt autem huiuſmodi noſtri proceſſus ad communẽ omnium noticiam deducantur, cartas ſeu membranas proceſſus cõtinentes eoſdem in valuis baſilicarum principis apoſtolorum, & S. Ioannis Lateranẽſis de vrbe affigi ſeu appendi faciemus, quę proceſſus ipſos quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabũt, vt ij quos proceſſus huiuſmodi contingunt, quòd ad ipſos non peruenerint, aut ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætẽdere ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile quoad ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur,

a *Niſi in.* Hic eſt vnus caſus in quo poteſt abſoluere presbyter hos ſceleſtos videlicet in mortis articulo, & tunc per ſuum curatum vel vicarium poterit abſolui, ſi copiã illius habeat, aliàs à quocũque presbytero. text. & ibi gloſ. in cap. paſtoralis. §. fin. de offic. ordin. text. in cap. nuper, de ſent. excom. Cardina. in cle. 1. §. pen. de hæret. & in ſumma Silueſtrina, in verbo confeſſor, primo, in fine. & in eodem verbo in 3. nu. 6. Etiam abſoluit in mortis articulo presbyter in c. non dubium, in c. quod de his, c. quãuis, de ſenten. excommunica. & cap. eos, eo. tit. in 6. extrauag. 1. de ſepult. in communibus & clemen. 1. §. verum, de hæreti. & extrauag. vna, ne ſede vacan. in eiſdẽ communibus & cle. 1. §. ſi. de pœniten. & c. fundamenta. in fi. de elect. in 6. c. ſi quis ſuadente. 17 q. 4. extra. ſuſcepti, in fine, de maiori. & obedien. & regulariter in omnibus, etiam enormibus, in cauſa mortis abſoluere poteſt etiã ſimplex ſacerdos, teſte Thoma. in 4. ſenten. diſt. 18. & 20.

b *Mortis.* Scilicet naturalis, cum mortis appellatione veniat mors naturalis. l. ex ea. §. inſulam. ff. de verbo. obliga. l. cum pater. §. hæreditatem, de lega. 2. Et ſic cõſtitutio volẽs, vt quis puniatur morte debet intelligi de naturali, videlicet vt anima ſeparetur à corpore, cũ mors dicatur animæ & corporis diſſolutio. glo. & ibi Bal. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. vna. C. de his qui ante aper tas tab. Barb. in repe. c. Rainaldus. col. 6. & ſeq. de teſta. vbi appellatione mortis dicit venire tam mortem naturalem, quàm violentam, & aliam quocunque modo prouenientem: ſecus ſi lex dicat capite puniatur, vel pœna capitali, quia tunc intelligetur de pœna exilij, niſi aliter declaratum fuerit: glo in l. tranſigere. C. de tranſact. tex. in l. edicto. §. Rei autem capitalis. ff. de bono. poſſeſſ. Angel. in tracta. de maleſi. in gloſ. & ibi. caput. verſi. quid ſi ſtatutum dicat, non ergo hic intelligimus de morte æterna, vel ſpirituali, ciuili, ſeculari, vel effectuali, de quibus per Archidia. in c. placuit. 2. quæſt. 7. & Lucam de penna in l. 1. col. 8. C. de deſerto. lib. 12.

c *Articulo.* Non tantum infirmæ valetudinis cauſa, ſed periculi etiam propinquæ mortis. ab hoſte, vel à prædonibus, vel ab hominis potẽtis crudelitate, aut odio, aut nauigationis ineundæ, aut per inſidioſa loca iturus, aut ætate confectus, hæc enim omnia inſtans periculum demonſtrant. tex. in l. 3. cum ſeq. ff. de dona. cau. mor. Idem ſi mulier prægnans ſit prope partum, quia ſolent multæ in partu mori. Ideo in articulo mortis dicitur, & eo caſu abſolui poteſt. Hoſtien. & Pan. in c. paſtoralis. col. 2. de offi. ordi. vbi dicit Panor. longum eſſe omnes caſus percurrere, ſed tantum debet conſiderari, an mortis articulus veriſimile immineat, & tunc presbyter abſoluat in his caſibus, alioqui non. Ioan. And. Ancha. & alij, in c. de his. de ſent. excom. Idem ſi ad mortem fuerit per iudicem, vel alium habentem poteſtatem damnatus, cle. 1. de pœni. & remiſsio. Idem de alio periculo probabili, quod iudicio boni viri relinquitur, vt in ſumma Silueſtrina. in verbo, abſolutio. 1. nu. 7. patet. Et hic articulus mortis ſemper excipitur. c. non dubium, de ſent. excom. gloſ. expreſſa in c. 1. §. ſi vero. in verb. articulo. de elect. in prag.

d *Nec etiam.* Nota quòd ſacerdos in mortis articulo non debet abſoluere, niſi pœnitens ſatisfecerit vel cautionem præſtiterit de ſtando mandato eccleſiæ, ſi non ſit facultas ſatisfaciendi. glo. in clemen. 1. §. pen. de hæreti. & iuribus ſupra allegatis. & ſi aliàs abſoluat, non valet abſolutio facta per eũ, imo preſbiter erit excommunicatus, vt infra patet. glo. in extrauang. ſuſcepti, Ioh. 22. Rub. de maior. Et tunc ceſſante periculo, debet viſitare Papã, ſuſcepturus mãdatũ ab eo, non tamen petet iterum abſolui ab eodem, ſed narrabit Papæ, qualiter propter impedimentum obtinuit abſolutionem ab inferiore, & q pro ſatisfactione eſt paratus ſubire mandatum apoſtolicum, vt probatur, in cap. ea noſcitur. in fi. de ſenten. excomm. Panor. in d. cap. de his. Si tamen ceſſante impedimento non accedat ad Papam, dũ cõmode poteſt, incontinenti recidit in eandem excõmunicationem. cap. eos. de ſenten. excommunica. in 6. Et ideo dicunt doctores, quòd nõ ſufficeret ire Romam, niſi ſe pręſentaret Papæ, quia ibi dicitur eccleſia Romana vbi eſt Papa. c. ſcire. 7. q. 1. vel mortuo Papa pœnitentiario maiori, q. abſoluere poteſt. cle. ne Romani. de elect. §. 1.

e *Quarumuis facultatum.* De hoc patet in literis Sixti, infrà deſcriptis. Sixtus epiſcopus &c. ad futuram rei memoriam, & infra. Et præmiſſis & alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate & deliberatione auctoritate apoſtolica tenore præ Bulla Sixti

præsentium statuimus, & ordinamus, quòd de cætero pætextu facultatum huiusmodi cōcessarum à nobis, vel auctoritate nostra. Et quas concedi quomodolibet continget in posterum, verbo, literis, aut quauis alia scriptura, etiam cum clausula quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ, nullus confessorum eorūdem quempiam cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis existat, & quacūque ecclesiastica etiam episcopali, vel maiori aut mundana, etiā regali, & maiori dignitate præfulgeat, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis, interdicti ab eadem sede impositi, seu hæresis, postquàm fuerint de ea sententialiter condēnati, delati, seu publicè diffamati, conspirationis in personam, aut statum Rom. pōtif. seu cuiusuis offensæ inobedientiæ, aut rebellionis eiusdem pont. vel dictæ sedis, mutilationis membrorum vel occisionis cuiuscunque in sacris ordinibus constituti, offensæ personalis in episcopum, seu alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Rom. eccle. mediate, vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarū, seu quoruncunque ad Romanam curiam venientium prohibitionem, deuolutionem causarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum, realium vel personalium, ecclesiis vel ecclesiastieis personis, simoniæ super ordinibus, vel beneficiis consequendis in dicta curia, vel extra eam contractæ, criminū quomodolibet reus foret. Et generaliter in casibus contentis in literis, quæ consueuerunt in die cœnæ domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per eos amissa peregrinationis vltra marinæ, & visitationis liminum apostolorum Petri & Pauli, Iacobi in Compostella, & castitatis, ac religionis vota, nisi speciali licētia, & certa scientia nostra, de qua demum constare censetur, cū signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit, nos ex certa scientia & de speciali gratia id concedere, cum derogatione præsentis constitutionis illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantes, vel in articulo mortis constitutum & tunc in casibus, in quibus satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel idonea præstita cautione, commutare præsumant. Et si aliqui cōfessorum prædictorum contra præsentem constitutionem, quemquam absoluere, aut excepta vota prædicta commutare attentauerint, absolutio & cōmutatio huiusmodi nullius sit roboris, vel momēti. Et contra facientes eo ipso excommunicationis sententententiam incurrant, à qua (nisi in mortis articulo constituti) ab aliquo quàm à Roma. pontifice absolui nō possint. Nō obstantibus literis & constitutionibus huiusmodi & ordinationibus &c. Et ne aliquis de præsentibus ignorantiā valeat allegare, mādamus eas in cācellaria apostolica & audiētia literarū contradictarum legi, & publicari, ac inter extrauagātes alias apostolicas cōstitutiones in quaterno dictæ cācelllariæ describi &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1479. 3. Kal. Ianuarij: Pontificatus nostri anno 2.

f Illo autem. Nota pœnas presbyterorum absoluētium in his casibus delinquentes. *Pœna cōtra Presbyteros absoluentes in casibus prohibitis.*

Prima, quia presbyter est excommunicatus & anathematizatus proprio ore Papæ, vt hic dicit, nec potest ab alio absolui, quam à Papa, quia eius est soluere, cuius est ligare. l. si puellæ. ff. de spon.

Secunda est quia interdicitur ei officium prædicationis, licet sit valde priuilegiatum, vt dicitur, in cap. inter cætera, de offic. ordin. & dixi in glo. prædicationis. §. 1. de collat. in concorda. vbi dixi quòd in peccato mortali existens non debet prædicare.

Tertia prohibetur eidē officium lectionis. Ideo si esset theologus, qui legere haberet virtute suæ præbendæ theologalis, aut aliàs prohibetur eidem lectio: excommunicati enim non debent communicare cum aliis, ne alios inficiant. cap. excommunicatos. 11. q. 3. & si lectores boni esse debent, vt alios ad bonum instruant.

Quarta administratio sacramentorum, nam sacramenta non debet ministrare excommunicatus, c. à nobis, & ibi doct. de sententia excommuni. c. si celebrat, de cle. excommuni. ministran.

Quinta facultas audiendi confessiones interdicitur, quia per quæ quis peccat, per hæc debet torqueri. c. postulastis. de cleri. excommuni. ministra. vbi dixi.

Sexta comminatur hic eis Papa pœnam spiritualem & temporalem,

Septima pœna est, quia absolutio non valet, ideo dicit Dauid psal. 113. manus habent, scilicet presbyteri, sed non palpabunt confitentes in his casibus. & Ecclesiastici, 1. c. væ manibus malefacientibus. & Esaię 1. c. cum extenderitis manus vestras, dicit dominus, auertam oculos meos à vobis, cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.

Octaua vltra hic positas est quia hic excommunicatus presbyter est exclusus à regno cœlorum, nisi absoluatur à Papa. c. nemo. 11. q. 3. c. quodcūque. 24. q. 1. Nona, si iste sacerdos sic excommunicatus se ingerat diuinis, efficitur irregularis. c. 1. & per totum, de cleri. excom. ministran.

Decima, non potest cum aliis participare, vel communionem habere, nam toties peccat mortaliter, quoties alios vitare contemnit, vel cum aliis in ecclesia orat, c. illud, de cleric. excommunic. minist. c. quoniam. 10. q. 5. [Imò communicans cū hoc excommunicato in diuinis incurrit minorem excommunicationem. text. singularis c. significauit. de senten. excom. secundum Feli. in cap. excommunicamus 1. col. 3. de hæretic.] Panor. in c. nulli. & c. à nobis. de senten. excommunic.

Vndecima, non potest esse iudex. c. ab probandū, de re iudi. nec aduocatus. c. decernimus, de senten. excommuni. in 6. nec testis. vt ibi, nec actor. c. intelleximus. de iud. nisi fuerit prius absolutus.

Vltima, quia hæc excommunicatio priuat excommunicatum suffragiis ecclesiæ, quæ saltem ad quatuor prosunt, teste beato Thoma in 4. senten. dist. 22 quem refert Io. dè selua. in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 4 vbi alia excommunicatis prohibita tradit. Notent sacerdotes has pœnas, & in his casibus

bus delinquentes non abſoluant, alioqui damnationem incurrunt.

Verum vt præſentes. Mandat Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis, vt has literas ſemel ſaltem in anno publicent, in eccleſiis ſuis, dum multitudo populi ad diuina conuenerit audienda, & declarent. Verumenimuerò, quia hæc per Epiſcopos, vel alios ordinarios declarata non vidi, imò pluries ſuper his interrogatus fui: ideo quantum ad me attinet, hanc bullam palam facere, & elucidationes breues, quatenus concernunt materiam inſerere volui, ſuper quibus bone Lector, æqui boníque conſulas, & errata corrigas: gratanter enim accipimus, quando ab alio quicquam addiſcere valemus, inſtar Auguſtini, qui etiam ab anniculo erat paratus doceri. cap. ſic viue. 16 q. 1. Super his autem omnibus Deo gratias ago, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat per ſecula. Amen.

Verùm vt præſentes literæ ac omnia & ſingula in eis contenta eo fiant notiora, quo in pleriſque ciuitatibus & locis fuerint publicata venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac locorum ordinariis vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus per ſe vel alium, ſeu alios pręſentes literas, poſtquam eas receperint, ſeu earũ habuerint notitiam, ſaltem ſemel in anno, aut pluries, prout expedire viderint in eccleſiis ſuis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolenniter publicent, ad Chriſti fidelium mentes deducãt, nuncient, & declarent. Decernentes earũdem præſentium, tranſumptis etiam impreſſis manu notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius iudicis ordinarij Rom. cur. munitis, eandem prorſus fidem in iudicio & extra vbilibet adhibẽdam fore, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę excommunicationis, extenſionis, reuocationis, innodationis, interdicti, innouationis, proteſtationis, declarationis, commiſſionis, mandati, voluntatis & decretorum infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ, 1536. Idus April. Pontificatus noſtri, anno ſecundo.

Anno à Natiuitate Domini 1536. Inditione 8. die verò 13. menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli, diuina prouidentia Papæ 3. Anno ſecundo, retroſcriptæ literæ Apoſtolicę affixæ & publicatæ fuerunt in Sancti Ioannis Lateranenſ. ac principis Apoſtolorum de vrbe Baſilicarum, valuis ſeu portis, dimiſſis ibidem per aliquod temporis interuallum affixis per nos Thomam Roger & Franciſcum de Croſa prælibati S. D. N. Papæ Curſores. Petrus Cornuti magiſter curſor.

BVLLA.

IEIVNIORVM, ET SVPPLICATIONVM PRO PACE, ET GRATIARVM PROVIDE A S. D. N. PLENISSIME CONCESSARUM,

Cum interpretationibus Domini Petri Rebuffi, Iurium Doctoris & Comitis, in vniuersitate Parisiensi publici professoris, in Senatúque supremo ibidem Patroni.

Paulus Episcopus Seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.



QVo in statu respublica Christiana constituta sit, & quæ pericula extremæ calamitatis immineant, satis ab omnibus cognosci arbitramur. Nõ enim solũ vno malo premimur, sed multis externis, & internis mixtis. Hinc enim perpetuus Christiani nominis hostis nostris imperiis ac regnis ditatus, & potentior ac vicinior iã factus, reliquiis afflictę Christianitatis inhiãs, dissensiones nostrorũ principũ lætus aspicit. Neq; aspicit solũ, sed fouet, & ad suũ lucrũ vertit. Habet namque domesticum exemplum occupati hoc astu & via per maiores suos, Orientalis Imperij, quod tunc Græci eodem quo nunc nos laboramus morbo, hæresibus & intestinis bellis laborabant. Illinc verò nos, quamuis ex tanto Christianorum populorum numero pauci admodum relicti, tamen hoc non valente, tenues virium nostrarum reliquias assiduè inter nos consumimus, & paratiores ad prædam reddimus, miscendóque omnia, ac Deum magis ac magis in dies offendendo, omnem operam damus, vt pericula ipsa satis per se ceruicibus nostris imminentia maturentur & augeantur. Quorum malorum omnium radix & principium quoniam est discordia, ideo nos vsque ab initio nostri Pontificatus hoc per Dei gratiam præuidentes, rectum iter tenere & æquum patrem nos omnibus præbere studuimus.

Nota specialia quæ in hac Bulla conceduntur.

PRimum est quòd quamuis quilibet teneatur suo confiteri Sacerdoti cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitentia & remissione, hic tamen datur facultas cuilibet eligendi confessorem. Debet tamen eligi idoneus, scilicet qui catholicus sit, non hæreticus, & qui gratiam sedis Apostolicæ habeat. cap. Veniens. de præscriptio. vbi gl. dicit per hos excludi excommunicatos, suspensos & interdictos, vt nõ possint eos eligere. Is presbyter electus diligẽter peccata confitentis audire debet dicto c. omnis.

Secundum speciale est, quod licet is qui ligandi potestatem non habeat nec soluendi c. verbum. de pœniten. dist. 1. tamen is presbyter electus ratione huius Bullæ absoluendi potestatem habet, vt hic.

Tertium quamuis quædam crimina reseruata sint absolutioni Papę, vt quando quis verberat clericum atrociter c. si quis suadente. 17. q. 4. Hic tamẽ simplex sacerdos poterit absoluere etiam de Papæ reseruatis, multo fortius de reseruatis episcopis.

Quartum quòd de casibus in Bulla cœnæ Domini reseruatis nullus præter Papam absoluere possit, vt pote hæreticos, defensores, fautores, receptatores, & eis credentes, nec piratas seu receptatores, auxilium, consilium vel fauorem eis præstantes, imponentes noua vectigalia, falsarios Bullarum, nec eos qui equos, arma, ferrum, vel alia metallorũ genera ad Turcas deferunt, nec impediẽtes victualia Romam deferri, nec qui venientes peregrinos Romam, vel ibi commorantes offendunt, detinentes Cardinales, vel eos verberantes. Archiepiscopos vel Episcopos eorumque mandatores, qui impediũt cursum literarum Apostolicarum & executionem, qui libertatem ecclesiasticam tollunt seu deprimunt, qui fructus & prouentus beneficiorum ecclesiasticorum vsurpant sine causa, qui collectas viris ecclesiasticis imponunt ac decimas, qui spirituales causas à iudicibus ecclesiasticis euocant, & executionem literarum impediunt, qui terras ecclesiæ inuadunt seu retinent: & presbyter qui absoluit in his casibus nisi in articulo mortis, nec tũc nisi de stando Romanæ ecclesiæ mandato satisfactione & sufficienti cautione præstitis, etiam prætextu qua

textu quaruncunque literarum, est excommunicatus, nec potest ab alio absolui quàm à Papa: & aliis duodecim pœnis affligitur quas in fine Bullæ cœnæ Domini scripsi. Tamen hic datur sacerdotibus plena facultas, etiam in his casibus absoluendi. Vide textum in extrauagan.etsi dominici, de pœniten.& remiss.in extrauag.communibus.

Quintum quòd iste electus presbyter poterit absoluere à censuris incursos propter hoc delictũ, nempe symoniacus excommunicatus est c. insinuatum.de Simonia, & hæreticus c.cum ex iniuncto. de hæret. & hæreticus quia cui conceditur antecedens, & consequẽs.l.ad rem legatam. ff.de procurat. Requiritur tamen quòd emendet: quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, per regulam iuris. Peccatum. & hoc vult dicere Bulla, ibi, præuia tamen emendatione cum pœnitentia. Et sic oportet quòd sacerdos imponat pœnitentiam pro qualitate delicti cap. Deus qui.de pœnitentia. & remissione & ibi.

Sextum quòd vota regulariter implenda sint, vt infra de voto & voti redemptione, & illud, Vouete & reddite Deo. Tamen hic datur facultas commutandi vota omnia, duobus exceptis, in alia pietatis opera.

Septimum, quòd gratis & sine quęstu aliquo ista conceduntur, & sic quilibet eas obtinere potest.

Et quia in concedendis indulgentiis quinque requiruntur, ea præfabor.

Primò requiritur potestas ligandi & soluendi, siuę authoritas concedendi, quæ ante promotionẽ non datur. Lucæ 12.cap. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Ergo super qua familia est constitutus, potest concedere Indulgentias, & sic subditis tantùm prosunt. cap.quod ante de pœniten.& remis.In eo qui potestatem habet requiruntur sequentia. Primum volũtas syncera & sancta, vt ad bonum finem, vt hic nõ per pecuniam. Secundum iusta causa, ibi fidelis & prudens, quia dispensatio est cap.& si illa.q.7. Tertium promotio. Quartum, vt iurisdictionem in illos habeat. Quintum communio sanctæ matris Ecclesiæ. Vnde hæreticus non posset ista concedere, nec excommunicatus. Vltimum quod non excedat metas suæ potestatis.dict. cap. cum ex eo. de pœniten.& remiss.

Secundò idoneitas requiritur in recipiente: nam actus actiuorum sunt in patiente bene dispositio. Thesaurus ecclesiæ membris illius conceditur cap. nihil.11.q.3. Sanctum canibus non datur, c. in mandatis. 43. dist. & sic idoneitas requiritur. Primo ratione subiectionis, dicto cap.quod autem. Secundò vt credat concedentem habere talem potestatem. Tertiò ratione contritionis, quia contritus esse debet. Quartò ratione implementi actus: & hoc dicit inferius, ibi, qui præmissa adimpleuerint.

Tertiò requiritur pietas, & honor Dei, debent omnes indulgentiæ ad honorem Dei, & fidei exaltationem & augmentum concedi, dicto c.quod autem. & Gerson in suo tractatu de Indulgentiis.

Quartò vtilitas in opere cui datur, & ad honorem Dei: vt qui visitauerit templum, lucretur centum dies Indulgentiarum. Nempe, quicunque honorificauerit me, honorificabit eũ pater meus.& gl. in extrauag.1.de pœniten.in communibus.

Quintò congruitas in tempore per glossam in dicta extrauag.prima. Sexagenarius & vltra iuit Massiliam ad conciliandos Imperatorem, & Franciæ Regem, & fœdus temporale decem annorum iniuit inter prędictos, licet ante tempus expiratum, fœdus ruptum fuerit. Ecce quomodo summis conatibus studuit se patrem præbere.

Neque aliquid, inquã, omissimus quantum in nobis fuit: quod ad pacẽ inter Principes Christianos conciliandam attineret à qua re etsi labores nostri toties ante hac incassum suscepti deterrere nos poterant, volentes tamen cum Apostolo Paulo perseuerare, dum licet, in omni patientia & doctrina, nouissimè intelligẽtes Christianos exercitus in hyberna deductos esse, statim nostrum & apostolicæ sedis legatum de latere, ad charissimos in Christo filios nostros Carolum quintum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, & Franciscum Francorum Regem Christianissimum iterum pro pace misimus. Verum quum omne datum optimum, desursum proficiscatur à patre luminum, & pax speciale donum sit Dei:

Pacem non habemus propter sex causas: prima quia non puniuntur maleficia. Eccles. 8. Secunda abundantia temporalium, Gen.3.& Hier. 9. Tertia, quia non occupamur in pugna contra demones, ad Ephes. 6. non est nobis colluctatio aduersus carnẽ. Quarta, quia damna belli non consideramus, in quo anima & corpus perditur, Hiere. 40. Fortis incidit in fortem, & ambo pariter ceciderunt. Quinta, non consideramus dubium belli euẽtum. 2. Reg. 11. Varius euentus belli. Sexta quia præcepta Dei non seruamus, nec decimas soluimus. Hie. 3.& Esa. 48. Vtinam attendisses ad mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. gloss. in c.ad apostolicæ.in verb.pacem.de re iudic.

Eam desuper petendam & orandam censentes, ac considerãtes quod ad vnius preces diuina prouidentia non concedit, id eam aliquando multiplicatis intercessoribus largiri, & quod per prophetam cõqueritur, quod nemo eius iræ precibus & orationibus se opponeret, necnon edocti in sacris literis patres nostros ieiunio & fletu ac orationibus diu pura fide & syncera charitate factis, Dei iram sæpius placasse, & pro dissidio concordiam, pro bello pacem, & victoriam impetrasse. Idcirco cùm

multum valeat oratio ecclesiæ assidua, omnes vtriusque sexus fideles tam in alma vrbe nostra, quàm in quibuscunque regnis, dominiis, prouinciis, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis, per vniuersum orbem constitutos requirimus & hortamur in domino, vt ad eundem dominum nostrum se conuertendo,

Ad obtinendas has indulgentias septem requiruntur. Primum, publicatio, Secundum præparatio orationibus & erogationibus eleemosynarum, Tertium ieiunent saltem die sabbati, nisi sint impediti iusto impedimento, Quartum quòd procuret à quarta feria vsque ad sabbatũ exonerare conscientiam. Si tamen non confessus fuerit, quia dicit procurantes non perficientes, ob id poterit etiam confiteri die dominico. Quintum quòd si die sabbati ieiunium sit, arctiori victu fiat. Sextum quod die dominico suscipiat sacrum corporis Christi sacramentum, si tamen vomitum haberet, poterit lucrari. Septimum orate pro calamitatibus, vt eas Deus auferat, & pacem inter Christianos componat. Hæc probantur in textu sequenti.

Postquam ex publicatione per ordinarios locorum facienda præsentium notitiam habuerint, quarta ac sexta feriis immediatè sequentibus, orationibus, & eleemosynarum erogationibus vacent, & qui ætatis legitimæ fuerint, nisi iusto impedimento teneantur, saltem die sabbati sequenti etiam ieiunent, interim cordis cõtritione & oris confessione suam consciẽtiam exonerare omni studio procurantes. Et si ipsa die sabbati aliàs ieiunium ab ecclesia indictum fuerit, illud aliquanto arctiore victus ratione, & cibi potúsque abstinentia quàm ecclesię ritus communiter consueuit, pro cuiusque tamẽ viribus obseruent. Vtque Deum sibi magis propitiũ reddant, die dominica, dictam diem sabbati immediatè sequenti sacratissimum corporis Christi sacramẽtum deuote percipiant, Deúm ex intimo cordis exorantes, vt calamitates populi sui pretioso filij sui sanguine redempti, tandem miseratus toti orbi Christiano pacem, vnitatem, & concordiam largiri dignetur, vt sic eius fideles ab omnibus aduersitatibus liberati, & in tranquillitate constituti diuinæ maiestati eius deuotum exhibeant famulatum. Vt autem dictum sacramentũ tranquilliori conscientia recipere valeant, nec ab hoc ex absolutionis difficultate retrahantur, atque etiam vt eorum oratio quãto puriori animo, tanto ad impetrandam misericordiam & gratiam diuinę bonitatis sit acceptior, omnibus & singulis Christi fidelibus supradictis, vt confessores sibi eligere valeant, presbyteros seculares, vel cuiusuis ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis,

Si consideremus legem naturæ dicemus, ab ea etiam confessionem emanasse, proinde & nũc quoque necessarium fuisse (naturæ enim dictat ratio, & vrget conscientia, vt quisque confiteatur se peccatorem esse,) quam Deus voluit exigere de Adam, quando clamauit, vbi esset. Sciebat namque Deus vbi esset, sed extorquere confessionem ab eo cupiebat, Genes. 3.

Idem voluit dominus à Cain qui fratrem interfecerat suum, sed is confiteri parricidium noluit: quamobrem maledictus fuit, Gen. 4. sed interna hic tantum requirebatur.

Postea in lege Mosaica triplex reperitur confessio. Quędam generalis, quam sacerdos faciebat pro peccatis totius populi, eamq; præcepit Deus Leui. 16. ibi, cõfiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & ista solet fieri etiam nunc in quatuor festis solennibus in aliquibus Franciæ locis. Altera non erat vocalis, sed facto exhibebatur, quia pro peccati qualitate sacrificia offerebantur. Leuit. 4. & Zac. 6. c. Vnde cum sacrificium offerebatur, deprehendebat sacerdos, quo genere esset offerens maculatus, & sic facto confitebatur peccatum. Numer. 5. Leuit. 13. & seq. Vbi ponitur hostia quæ fiebat in leprosis, qui quatuor signa habebant lepræ, in capillis, in cute, vestitu, & in domo, quæ figuræ erant huius lepręquam contrahit anima ex peccatis, & Iosuæ 3. c. da gloriam Deo & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Postquam ergo in veteri testamento confessio facto sacerdotibus fiebat pro munerum qualitate, ita & vocalis confessio nunc fieri debet ad peccatorum remissionem.

Cum igitur ex lege naturæ confessio in corde erat, ex lege Mosaica in corde & opere, ob id in lege euangelica quę perfectior est, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Ioan. 1. & Matth. 6. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisæorum. Vnde antequam Christus veniret mediator Dei & hominum, non est mirum si nõ fiebat perfecta confessio, quia nulla erat perfecta reconciliatio. Sed nunc cum sumus in lege perfecta, confessio perfecta fieri Deo & homini eius vices in hac parte gerenti, debet. Quod probatur lege noua. Matthæi 3. c. vbi homines euntes ad Ioannem, ab eo baptisabantur, cõfitentes peccata sua, & sic illi confitebantur, alioqui ad baptismum eos non admisisset. Marci 1. c. Idem dicit Iacobus c. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, & Iob 19. cap. Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Sic Salomon Ecclesiast. 4. c. in fi. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. Ergo peccator debet

tor debet se subiicere alicui homini,& sic confessori,cum prohibeat omni,ergo alicui ignaro,vel Dei inimico vel laico,non,sed alteri idoneo.Sic & quãuis in veteri testamento non esset vocalis instituta, tamen hodie est necessaria.c.fi.de pœnit.dist. 1. Sed cum in veteri testamento claues cœli nondũ essent hominibus datæ, frustra ergo confessus quis hominibus fuisset. Sed cum Christus tradiderit claues hominibus. Ioan.20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, voluit vt vocalis confessio hominibus fieret, aliàs frustra datæ eis essent, sed Deus nihil facit frustra,nec sacerdotes remittunt non cõfitentibus eis. Ergo illis est confessio facienda. cap. quis aliquando.& c.agite.de pœn.dist.1. Vbi etiam nec pœnitentia imponi posset sine confessione, sicut nec medicus pharmacũ sine inquisitione morbi.Nam si postquam soluisset Lazarum,dixit Apostolis vt illum soluerent,& leprosis iussit, ostendite vos sacerdotibus, multo fortius voluit vt per confessionem homines se ostenderent sacerdotibus,& illis confiterẽtur peccata sua. Nempe diuus Petrus Matt.c.18.ait,quoties remittam fratri meo, septies? Christus ait,non solùm septies,sed & septuagies septies,ergo petas,remittere debet,ac alij sacerdotes.

Aduertendum est tamen, quòd antequam quis ad confessionem accedat, debet accuratè euoluere librum suæ conscientiæ,atque in eo peccata sua recolere,vt possit illa demum coram sacerdote commemorare. Dauid Psal. 37. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. & Esaiæ 38.Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.& Hierem.2.Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. quidnam est vallis nisi conscientia? Et talis debet esse meditatio & diligẽtia,qualem quis adhiberet in re maximè seria. Vnde cogitet tempus, videlicet singulos menses, hebdomadas,dies,deinde postea loca pingat in quibus est conuersatus,quid vbique fecerit,& personas insuper cum quibus versatus est, recensere debet, & cogitare quidnam cum illis egerit.Recenseat quomodo offendit in quinque sensibus, posteà aduolet ad peccata mortalia, & super singulis cogitet qualiter offenderit,ac demum super præceptis decalogi, ac super fidei articulis, si fuerit in eis constans,nam dubius in fide,infidelis est.c.4. de hæreticis. Et deinde septem opera misericordiæ euoluat, an compleuerit, an reus illorum sit, vel septem sacramentorum ecclesiasticorum,quibus euolutis videbit quantum offenderit.Non tamẽ debet immorari cogitando multum super peccatis iræ aut odij & carnis,quia facilè super his noua posset oriri tentatio,teste Eckio in lib.de sacramen. Homil.44.Et ita concludimus vocalem cõfessionem,quam quidam auricularem vocant, necessariam esse. Et ita tenet vniuersalis ecclesia cap. fi. de pœnit. distin. 1. Et contrarium tenere est hæreticum. Quæ ecclesia errare non potest, quia Christus orauit pro ea: nec hoc iugum imposuisset nobis, si hoc Christus non præcepisset Apostolis, qui postea per manus nobis tradiderunt. Et multa alia Deus fecit & præcepit, quæ non sunt in Euangelio scripta, sed sufficit ab Apostolis esse tradita quibus claues datæ erant.

Eos & eorum quemlibet à quibuscunque eorum peccatis,criminibus & delictis quantumcunque grauibus & enormibus, etiam sedi apostolicæ reseruatis, etiam in bulla quæ in die cœnæ Domini legi consueuit, contentis, & à censuris propterea incursis.

Nota differentias inter excommunicationem maiorem & minorem. Prima quia maior à communione hominum reiicit, minor à receptione sacramentorum.c.2.de except. Secunda à maiori absoluit is qui excommunicauit.c.nuper: & c.si concubinæ. de sentent. excom. à minori etiam alius & simplex sacerdos cui aliter cõfiteri potest.quia eius est soluere,cuius est ligare.l.si voluntate.ff.de sponsa. Tertia celebrans excommunicatus maiori excommunicatione,est irregularis.c.latores. & c. postulastis. de cleri. excom. Secus in excommunicato minori,licet peccet.c.fi.de cleri.excommu.Quarta non repellit minor excommunicatio ab agendo. Secut in maiori. c. intelleximus. de iudiciis. Et sic potest esse testis excommunicatus minori. c. decernimus.de sent.excomm.in 6.Quinta excommunicati maiori eligere non possunt.secus in minori detenti c.fi.de clericis excom.c.cum dilectus.de consue.c.cum inter,de elect.Sexta communicans cum excommunicato maiori est excommunicatus, & peccat. c.2. de exceptionib. Secus in minori. Nam communicans cum excommunicato minori excommunicatione non contrahit labem etiam minoris excommunicationis.

Aliæ differentiæ colligi possunt ex his quæ scripsi in rub.de excommunicat.vitandis. Ibi sexaginta pœnas excommunicatis congessi.

Præuia tamen emendatione cum pœnitentia & debita satisfactione hac vice duntaxat absoluere, ac pro commissis sibi pœnitentiam salutarem iniungere, ac vota quæcunque per eos emissa,castitatis & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, facultatem dicta authoritate apostolica impartimur. Et insuper vt eosdem Christi fideles etiam præmiis cœlestibus ad hoc inuitemus, omnibus & singulis Christi fidelibus supradictis qui præmissa adimpleuerint, ac processionem desuper indicendã & ordinandam in oratione & absque strepitu ac contentione secuti, aut qui aduersa valetudine, seu alio legitimo impedimento detenti,huiusmodi processioni interesse nequeuntes, eleemosynam iuxta eorum deuotionem alicui pauperi Christi eis bene viso piè elargiti fuerint, vel si indigentes existant, quinquies orationem

dominicam & toties salutationem angelicam pro pace & fœlici statu militantis ecclesiæ, orantes deuotè recitauerint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi plenissimam peccatorum suorum remissionem in domino concedimus & elargimur.

Casus Episcopis reseruari his versibus comprehendi possunt.

Virginis intactæ, pueri & stuprator adibit
Pontificem, occisor, cleri percussor, adulter,
Virgineum soluens votum, blasphemus, & omnis
Sacrilegus, propriæ prolis fœdator iniquus,
Sortilegus, sectæ falsi sectator & ignis.
Qui clandestinè vxori se fœdere iungit.
Hæc sunt Pontificis, vel quæ seruauerit ipse.

Primus est casus in deflorante virginem. c. 2. de adult. Secundus in concubitore pueri. Tertius in homicida, vt in rub. de homicid. Quartus in clerici percussore. c. si quis suadente. 17. q. 4. & in rub. de cler. percussore. Quintus in adultero, vt in rub. de adul. Sextus in soluente votum virgineũ & corrumpente moniales. Idem in soluente aliud votum. c. 1. de voto. Septimus in blasphemo. in c. 2. de maledicis. Octauus omnis sacrilegus, siue de sacro siue de non sacro. Nonus cognoscens consanguineam. Decimus sortilegus. in rubr. de sortileg. Vndecimus in sectatore sectæ, id est in hæretico. c. ad abolendam. de hæret. Duodecimus falsarius, vt in rub. de falsis. Decimustertius ignis sectator, id est incendiarius. in rub. de rapto. & incend. & c. si quis pessimam. 24. q. 5. Quartus decimus clandestinum matrimonium contrahens in rub. de clande. desp. Vltimus casus est quando episcopus sibi reseruauerit.

Quia remittuntur pœnæ iniunctæ tam pro mortalibus quàm venialibus, & iniungendæ seu quæ potuerunt iniungi, teste Adriano in 4. sent. rub. de clauibus. § sed ex hoc petas. vers. pro intellectu. Et intelligitur à Deo plena remissio, prout clauium potestas se extendit, gl. in extraua. 7. in verb. plenissimam. de pœniten. in communibus.

Indulgentiæ concessæ sunt vsque ad quinquennium, à quo tempore computetur, an à data an à publicatione. Certum est quod indulgentiæ concessæ valent à tempore datæ. c. capitulum. de rescr. & ab illo tempore ius est quæsitum illi loco cui concessę sunt, & ab illo tempore patiatur facultas capacibus ad lucrandum illas. Sed quantum ad eos qui lucrari volunt, incipiunt in eis efficaciam habere, quam primum eis præsentantur & notificantur. Ideo istud quinquenniũ computatur à die quo exhibitæ sunt literæ, quæ debent exhiberi episcopo. c. cum ex eo. de pœn. & remis. Nam antequam publicentur, non possunt lucrari. clem. 2. de pœnit. & remis. quia populus eas ignorat, & in concernentibus animam requiritur scientia & acceptio. arg. c. gratia. de rescr. in 6. & receptio literarum. c. audita. de restit. spol. Et quando priuilegium datur populo, ipsum publicè insinuandum & publicandum est arg. l. nam ita. ff. de adopt. c. vt officium. §. compescendi. de hæreticis. Bonifacius in d. clem. 2. nu. 16. Ideo hoc quinquennium non computabitur nisi à die insinuationis seu exhibitionis.

Et vt hæc omnia ad multorum vtilitatem peruenire valeant, simul & misericors dominus pluribus exoretur, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis ecclesiarum prælatis, vt quam primũ præsentes literæ ad eorum manus peruenerint, eas siue earum trãsumptum manu alicuius prælati seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ subscriptum, vbique per eorum prouincias diœceses vel ecclesias, absque vlla fraude vel quæstu cum gratiis, concessionibus, facultatibus & indulgentiis suis, gratis publicari faciãt in virtute sanctæ obedientię præcipiendo mandamus, constitutionibus & ordinationib. apostolicis & aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Præsentibus postquam in vrbe ac ciuitatibus & diœcesib. prædictis publicatæ fuerint, aut ad supradictorum Christi fidelium aures peruenerint, & quartæ ac sextæ feriæ ac dominica dies, pręfati elapsi fuerint, minimè valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis domini 1543. 5. Id. decemb. pontificatus nostri anno x.

Blo. El. Fulginen. *B. Motta.*

ADDIT.



ADDITIONES AD REGVLAS CANCELLARIAE à Petro Rebuffo inceptas Anno 1540.

REGVLA I.



REGVLA diffinitur in l.1.ff.de regulis iuris.vbi Decius & alij multa scribunt. De hoc tu illos, si lubet, videto. Et dicitur regula, eo quod regat, vel quod distortũ prauúmq; corrigat, vel quod normam recte viuendi prębeat. Et quod sit recta, quasi recticula, Lucas de Penna. in l.Diuæ.col.1.C.de decur.lib.10. vbi tradit quot modis capiatur regula, post Archid.in ca.regula.3. distinct. Et quia culpa est ignorare iuris regulas, teste Ludo.Roma.in l.quod te.ff.si cert.pet. quia ab omnibus leges sciri debẽt.l.leges. C.de legib.ideo oportet vt hæ regulæ sciantur. Nam habent vim legis, & sunt seruandæ, viuente earum cõditore, vbi non sunt contrariæ decretis sanctorum conciliorum institutionis. 25.q.2.cap.1.de constitu.Aufrer. decis.Tholos.c.445. In Francia tamen si sint cõtrariæ concordatis, istas regulas non seruamus. Quia vnus non potest cõcordatis derogare, cùm sint inita inter Papam, & sedem Apostolicam ex vna, & Regem ac Regnum ex altera: & cum vim contractus habeant, vt patet in rub.de firma & irreuocab. concorda.stabili.scripsi in præfat.ad rub.de collatio.in concord. Etiam alię multę sunt, quę nõ sunt in hoc regno receptę, quas infra in qualibet regula notabo. Ob id vt quilibet sciret, quæ sunt regulæ, quæ in forensi iudicio seruãtur, & quæ non, eas annotare volui. Tu bone lector, boni consules, & omissa supplebis. infinita potuissem hîc scribere: sed multa in concord.Franciæ scripsi, quæ hic repetere nolui: frequentius ad illa videnda incito, ne per longas ambages te remorer ac suspendã. Multa etiam tum vtilia tum necessaria ibi omisi, quæ hic scribam: quia melius hic conueniunt. Postquã hæc glossemata cõpleuissem superuenerũt ad me commentaria doctissimi & reuerẽdi patris D. Gomesij super his regulis, quæ si prius vidissem, non in vanum post eum laborassem, cum satis supérque super his descripserit. Sed multa dixi, quæ ipse non attigit, in forensi iudicio valde vtilia, vt legenti patebit: sed retraham manum, alibíque ista dicam.

Ordinationes.

Ordinationes. Dupliciter hoc verbũ sumi potest, generaliter & specialiter. Generaliter omne id, quod est ordinatum & factum ab aliquo, potest dici ordinatio. Vnde text.in c.1.de schisma.dicit, ordinationes ab hæreticis factas irritas esse. & 9.q.1. cap.ordinationes. Vnde sanctiones siue statuta, vel regulæ: eo quia in ordinem rediguntur, dici possunt ordinationes vt hic, & in ordina. Franciæ. Et specialiter ordinatio dicitur, quando quis ad ordines promotus est, dicitur ordinatus. d.ca.ordinationes.ca.sanctorum.70.distinct.& in rub. de ordinatis à non suo episcopo. & in rub. de temp.ordinando.per totum.

Et constitutiones.

Constitutio est, quod tantum Rex, vel Imperator constituit.c.constitutio.2.distinct.scripsi in rub.de constit.in concord. post doct.in rub.de constit.in decretalib.& in 6.

Aduertendum est quod mali mores optimis ferendis legibus & cõstitutionibus sæpe causam dederunt. Quia vbi perperam viuitur multiplicibus edundis Regibus magna datur occasio, inde apud Æginetas cautum est, vt qui nouæ condendæ legis causam daret, inuisus omnibus & execrabilis fieret. Sic apud Indos, si quis aliquid perniciosi inuenisset, nisi protinus remedio succurreret, morte plectebatur. teste Alex.lib.6. genial.c.14. vbi dicit leges & constitutiones breues esse debere, velut monita oraculorũ diuinitus missa: vt paucis iubeant, non pluribus disputent: suadeantq; magis quàm comminentur, aut pœnam imponant, quas Plato iussit esse quàm paucissimas. Nam si suo iure fungantur magistratus, nihil opus esse multiplici lege putauit. Vbi verò eorum improbitate aliò detorquentur, ex legum multitudine perniciem afferri dicebat. Licet sint quidam magis in legibus condendis faciles, quàm in gratiis concedendis, & non habito consilio, contra Alexand.Mamm. Imperatorem, qui nullam cõstitutionem sacrauit sine viginti iurisperitis, & aliis quinquaginta doctissimis, disertissimísque viris. Et id quidem ita faciebat, vt per sententias singulorum iretur, ac scriberetur quidnam quisque dixisset, dato prius spatio ad inquirendum, cogitandúmque priusquam dicerent, ne de rebus arduis ex tempore respondere cogerentur, teste Ayma.Riual.in histo.iur.ciuil. de Alexan.Mammea. Et hæ sic cõditæ sunt perpetuæ: sed aliæ leuiter conditæ, leuiter recedunt, & cum suo authore extingũtur, & in fauillas conuertũtur.

Nota sing.dictum Bald.in consil.464. Quædam scriptura.in fi.vol.1. quod tantum distant sacri canones à legibus mundi, quantum distat perpetuũ à corruptibili: & tantò altiores sunt canones legibus, quantò cæli gubernacula distant à mortalibus, hæc ille.

Ioan.22. Pontifex maximus, & Caturcen.natione, primus fuit, qui regulas cancellariæ in scripta redegit, nam alij pontifices ante eum, consuetudine quadam seu stylo vtebantur, vt plenius scribit d.Gomes.in procem.harum reg.q.1.sed Nicolaus 5. Pontifex maximus ad hunc statum & ordinem reduxit, vt in fine patet.

Quamobrem inuentæ sunt, vt officiales cancellariæ per eas in literis expediendis instruantur, & quid seruare & agere in illis debeãt, teste Gomes. in q.2.procem.reg.cancella.

Cancellariæ sanctissimi domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij.

Cancellariæ. Dicuntur cancellariæ: quia in can-

cellaria fiunt, corriguntur, & publicãtur, & in cancellaria maximè seruandæ sunt. non cancellariæ, id est iustitiæ. quia plures sunt regulæ gratiæ, & de gratiis & beneficiis statutę, quàm de iustitia, quamuis glo. hic contra teneat: hoc tamen pertinacibus relinquo, cùm sit pauci emolumenti. vide tamen Fel. de regul. cancel. in c.2. col. pen. de rescrip. Quidam referunt cancellariam fuisse in esse productã tempore Lucij tertij, per text. in ca. ad hæc. de rescript. sed quia parum refert inquirat alius.

Sanctissimus.

Sanctissimus. Quis enim sanctissimũ illum dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? ca. non nos. 40. dist. Et intellige quod est sanctissimus nomine & qualitate. Sed interdum persona criminibus & affectionibus multis perturbatur maximè erga consanguineos: & interdum caro & sanguis plura reuelat ei, quàm spiritus sanctus. quia homo est. Dixi in prooemio concor. in verbo sanctissimo, quod hoc nomen conuenit Papæ tanquã præcellenti. ad Hebr. c.7. talis enim decebat, vt nobis esset Põtifex, sanctus, innocens, impolutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Primo pontifex debet esse, qui pontem faciat ad paradisum, per bonam operationem. debet esse innocens per perfectam intentionem. Impolutus per castã conditionem. Segregatus à peccatoribus per singularem conuersationem. Excelsior cœlis factus, per æternorum contemplationem. Ergo Papa sanctus debet esse, tum quia sanctã vitã seruare fide professus: tum quia sanctũ officiũ exequitur. Adhæc, quia sanctum membrum sancti capitis Christi efficitur. Tum quia à sancta ecclesia nutritur, & sancto spiritu suggerente domino famulatur. Et præcipitur Leuitici c.19. sancti estote: quia ego sanctus sum. Vide quindecim conditiones sanctorum per Berco. in verb. sanctus. & in c. tenere. 31. dist. vbi Archidiac. exponit sanctum pro mundo.

In Christo pater.

In Christo pater. Non dicitur ergo Papa hìc simpliciter pater, fortè ad tollendũ sinistram suspitionem quæ posset in mentibus hominũ generari, vt haberet filios. quia eos in Christo habet. Nam omnes filij Dei estis per fidẽ, ad Galat. c.3. non per geniturã. Sicut enim mula nõ generat, nisi miraculosè: ita nec Papa. Et dicitur pater patrũ glo. in proœ. clem. in verb. Papa. Et dixi abundãtius in proœm. cõcord. in verbo patri. Et in forma mãdati, in verbo dilectis filiis, & quot modis quis vocetur pater, scripsi inter scholasticorũ priuilegia, priuilegio 67.

Et dominus noster, dominus, &c. diuina prouidentia Papa, &c. Suorum prædecessorum vestigiis inhærendo, normã & ordinem gerendis dare volens in crastinum assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem, videlicet die 20. mensis Nouemb. Anni Domini 1523.

Dominus. Scripsi de domino, in proœm. Concord. in verb. dominus, hic non repetam.

Normam & ordinem. Et sic nõ adhibet in his regulis formam substantialem regulariter, vt infrà dicetur.

Rebus gerendis. Nam ad futura extenditur lex, non ad præterita, vt plurimum cap. fin. vbi plenè Feli. de constit.

In crastinum assumptionis. Hoc dicit, secundum quosdam, vt tollat non esse factas in conclaui, in quo eligitur, dicit Zochus hic, quòd ibi multæ fiunt promissiones, Deus scit, illis relinquo, sed illæ promissiones factæ præ nimio gaudio, non valent, quia tunc est extra mentem ca. Vnusquisque 22. quæst. 4. facit glo. in §. serui. de liberti. in institu. Sed mundano more loquitur, quia vir prudẽs propter mala sibi obuenientia non irascitur: nec etiam ex bonis fortunæ multum congratulatur, nisi in Deo, vt in cãtico Virginis Mariæ dicitur, Et exultauit spiritus meus in Deo, &c.

Reseruationes, cõstitutiones, & regulas infrascriptas fecit, quas etiam ex tunc suo tempore duraturas obseruari voluit, & quas nos Hippolytus sancti Laurentij in Damaso diaconus, Cardinalis sanctæ Romanæ ecclesiæ, Vicecancellarius, die Iouis quinta mẽsis Nouembris anni prædicti in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Fecit. Per se vel alium. Nam cùm tot sit negotiis implicitus, committit alicui vt hoc faciat: tamen ipse facere censetur. regula, qui per alium. de regu. iur. in 6. etiam proprie, dicit l. certe. ff. de precar.

Ex tunc. Intelligit à publicatione scientes ligari statim: ignorantes non, nisi post duos menses, ca. 1. de concess. præb. glo. in ca. cum singula. & ibi Domi. de præb. lib. 6. vide quæ dixi in verb. publicationem. in §. præfato. 1. de colla. in concorda.

Suo tempore. Quia suis successoribus nullum potuit in hac parte præiudicium generari, pari post eum, imò eadem potestate functuris. text. in ca. innotuit. de elect. plura dixi in præfa. ad rubric. de colla. super hoc vide quæ ibi scripsi. & sic istæ regulæ cancellariæ mortuo Papa expirant. vnde ordinarius poterit conferre beneficia reseruata, antequam Papa nouiter creatus alias regulas publicet, vt consuluit Domi. consil. 93. quia hoc Papa vult per hoc verbum, suo tempore.

Diaconus, Cardinalis. Nota quòd Cardinalium alij sunt episcopi, & sunt sex. Alij sunt presbyteri, & sunt 27. singulis vrbis ecclesiis assignati. Alij diaconi vt hic, & sunt 19. & olim erat presbyter Cardinalis, vt licet videre in prouinciali. in princip. & Barba. in ca. præsentia. col. 3. nu. 5. de probationib.

Vicecancellarius. Olim vocabatur cãcellarius, & volebat se instar Luciferi, æquare Papæ. Quamobrem fuit capite minutus, vt licet videre per Cardinalem. in Cle. 2. §. eo ipso. q. 4. de elect. hæc tamen non recipitur: sed eo ipso vocari cancellariũ dicũt, quod solus Põtifex in ecclesia vocetur cãcellarius, nõ potuit alius cãcellarius esse: ne duo capita essẽt.

hæc

hæc tradit Gomeſ.in q.1.in fin.huius proœmij poſt Philip.Probum in ca.is cui.de ſent.excom.in 6.

Imprimis reſeruationes fecit ſimiles illis, quæ in conſtitutione Fel.Re.Benedicti Papæ X I I.quæ incipit, Ad regimẽ &c. continentur:& illas locum habere voluit, etiam ſi officiales in ead.cõſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ ſedis officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quoad beneficia quæ tempore quo officiales erant, obtinuerant.

*Imprimis,&c.*Ibi,ad regimen.eſt extrauagans in communibus.rub.de præben. vbi reſeruantur beneficia curialium:intellige,vbicunque decedant ſi fuerint legati Papæ,vel nũcij,ſeu rectores, vel theſaurarij?ſecus ergo in aliis beneficiis curialiũ, quia non ſunt reſeruata per d.extrauagan. Ad regimen. niſi vacent in curia, vel in loco proximo per duas diætas.ita exprimitur in d.extraug. Ad regimen. Et ſic intellexit Domi.conſi.92.in cauſa.col.2.

Etiam ſi dicti officiales. In eadem conſtitutione, Ad regimen,expreſſi Apoſtolicæ ſedis officiales ſi ante obitum eorũ eſſe deſierint, quo ad beneficia, quæ tempore quo officiales erãt,obtinuerãt. Nam iſta beneficia debẽt venire ad officiales nouos, qui de præſenti Papæ ſeruiunt. Et quamuis officiales Papæ, ſi deſinant eſſe officiales, & familiares non gaudeant priuilegiis.l.2.§.plane.ff.de iudic.quia finita cauſa priuilegij,ceſſat priuilegiũ. l.hi.& l.ſeq. ff.ex quibus cauſ.maio. ſcripſi in priuil.166. inter ſcholaſt.priuilegia.tamen hîc officia,ſeu beneficia illorum vult eſſe reſeruata, quia ſemel affectum, ſemper durat,niſi liberetur.c.ſi Apoſtolicę.de præbend.in 6.quod eſt verũ in beneficiis obtentis tempore ſeruitij:ſecus in aliis.Peruſi.in c.ſtatutum.col. 2.de præben.in 6.vbi etiam dicit non procedere in beneficiis patronatis ſub patrono laico.

Nota,quod decretũ Papæ in reſeruatione appoſitum,nedum titulũ afficit,& annullat:ſed etiã poſſeſſionem.arg.c.ſi eo tempore. de electio.in 6.c.vt noſtrum.de appellat.& poſſeſſio cõtra reſeruationem Papæ obtenta,caret omni effectu & iuris adminiculo,ſine quo in beneficialibus poſſeſsio non procedit.Rota deciſ.16. ſi contra agentẽ. in nouis, concludit reſtitutionem eſſe negandam ſpoliato, cùm nullam poſſeſsionem haberet. vide ibi fuſius & in deciſ.23.ibidem.& in §.1.de firma.& irreuoca. concorda.ſtabilita.in concordat.quæ ibi ſcripſi.

Ac reſeruauit beneficia,quæ per cõſtitutionem piæ memoriæ Ioannis Papæ XXII. quę incipit, execrabilis. vacant, vel vacare contigerit.

Eſt ſecunda pars huius regulæ,in qua reſeruantur beneficia iam per extrauag.execrabilis. reſeruata, de qua extrauagan. infrà aliqua ſcribam. Et nota quod ſicut iura diſponentia de beneficiis,trahuntur ad officia ſecularia,vt ſentit Barto.in l.2.§. data.ff.de optio.lega.Lucas de penna in l.annonas. C.de eroga.militar.anno.lib.12.Ioã.Lupus expreſſim in repeti.c.per veſtras.in princ.nu.6.de donat. inter virum & vxorem.Ita & iura loquentia de officiis,trahuntur, ſi eadem ratio hoc dictet. Et niſi contrarium ſit ſtatutum ad beneficia, vt dicam infrà de annatis,in regula.

REGVLA II.

Item reſeruauit generaliter omnes Eccleſias Patriarchales,Primatiales, Archiepiſcopales,Epiſcopales.

Prima reſeruatio huius text.eſt quod eccleſiæ Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales ſedi Apoſtolicæ reſeruãtur: hodie in hoc Franciæ Regno nominatio ſpectat in iſtis ad Regẽ.Et illarũ prouiſio pertinet ad Papã ad Regis nominationem:vt eſt in rub.de regia ad præla.nomina. facien.§.1. vbi abundantius ſcripſi. Patriarchæ verò,cum nõ ſint in regno Franciæ, nominatio ad regem non pertinet:ſed ad Papam prouiſio. & hi poſt Apoſtolicum primum tenent locum.ca. cleros.21.diſtinct. Et ſunt quatuor inſtar euangeliſtarum.c.antiqua.de priuileg.

Nec non omnia monaſteria virorum, valorem ducentorũ Florenorũ auri communi æſtimatione excedẽtia. Et voluit ꝙ exceſſus huiuſmodi in literis exprimatur.

Secundo reſeruat omnia monaſteria virorũ valorem ducentorum aureorum excedentia. hæc eſt ſublata in regno Franciæ per concordata generaliter loquẽtia.Et quatenus vult ꝙ exceſſus exprimatur in literis, non ſeruatur etiam in hoc regno, in quo habemus conſuetudinem exprimendi, cuius fructus non excedunt ſummã viginti quatuor ducatorum auri de camera, ſecundum communem æſtimationem,quamuis multo plus valeat, & excedat mille libras.vt ſcribo plenius infrà in regula de vero valore exprimendo.

Nota tamen, ꝙ ſi Cardinalis impetraret vnum ex iſtis beneficiis, verum valorẽ etiam in Francia exprimere tenetur,& hoc propter conſtitutionem concilij Lateranen. editum anno 2.Leonis X.qua cauetur quod de cætero Cardinalibus non cõmendentur aut conferantur beneficia,quorum fructus ducentorum ducatorum auri de camera, ſecundũ communem æſtimationem, valorem annuum nõ cõſtituunt vel attingunt, vt pauperibus prouideatur.& quia minoribus minora decent, & maioribus maiora,teſte Caſſado.in deciſ.2.de præbend.& ſic ordinarius non poſſet hæc minora beneficia Cardinali conferre.

Reſeruauit dignitates, poſt pontificales, maiores in cathedralibus etiã metropolitanis,& principales in collegiatis.

Tertia pars eſt. nã ſuæ diſpoſitioni reſeruat dignitates maiores,poſt Pontificales, in eccleſiis cathedralibus & metropolitanis, ac dignitates principales in collegiatis, quæ reſeruatio etiã eſt ſublata per cõcordata,cũ omnes reſeruationes ibidẽ ſint ſublatæ:

ſublatæ:vt ibi abundantius ſcripſi: excipiendo tamen aliquas,& ſic hę dignitates,cùm hîc reſeruentur,ſolent in literis expectatiuis excipi de ſtilo: nõ tamen in mandatis Franciæ,niſi dignitas electiua, vt poteſt videri in forma manda.in cõcorda.Franciæ.Sed quæ dicitur dignitas maior poſt pontificalem? Reſpon.hoc cognoſcitur ex fundationibus eccleſiarũ,& ex cõſuetudinibus earũ, quia ſi decanus ſtatim poſt epiſcopum incedat, decanatus erit dignitas maior,ſi Archidiaconus hoc faciat,idẽ dicendũ erit.Rota,deciſ.173.de theſauraria.in nouis.

Item principales dignitates ſunt in collegiatis, ſicut prædixi.Is enim qui primum locum in collegiata habet,dicitur habere principalem dignitatẽ, quaſi primam & præcipuã in eccleſia Ioã.Andr.& Peruſinus in c.deliberatione.de offic.legat. in 6.ſicut in collegiis ſcholaſticorum licet videre. Et ſic patet,quod ſi non eſſet niſi vna, non cenſeretur reſeruata:tum ꝗ maioritas,ſeu principalitas,non poteſt demonſtrari,vbi eſt vna tantùm dignitas. Clemen.& ſi principalis,de reſcript.tum quia nõ præſumitur voluiſſe priuare vna dignitate.arg. l.Illicitas.§.Illicita miniſteria.ff.de offic.præſidis. gloſ.in Clem.1.de præbend.ſcripſi in gloſ.pro expreſſis.in forma manda.& expreſſim conſuluit Domi.conſi. 36.Caſus talis.col.2.

Item per dictam clauſulam non tollitur reſeruatio recti beneficij,& pro certa perſona reſeruati, quia Papa non intendit illi præiudicare.arg.c.cauſam.& ibi dicitur,de reſcript. & c.quamuis.eo.tit. lib.6,ſic expreſſim conſuluit Domi.conſil.12. Vtrũ ille.col.2. vbi generales non obſtantias dicit nunquam alteri præiudicare: niſi ſpecialiter exprimatur per c.cùm olim.de conſuetud.

Item beneficia in iure patronatus conſiſtentia, non debentur per expectatiuas & reſeruationes generales, quia non eſt veriſimile quod Papa voluerit derogare,niſi hoc expreſſerit.glo.& Doct.in ca.2.de præbend.in 6.ſequitur Ioan.Staphileus in tract.de literis gratiæ.fol.54.verſi.3.an ſit locus,&c. poſt Lapum allega.96.Beneficia.

Ac dignitates conuentuales quorumcunque ordinum: ſed nõ militiarum, nec non ſuorum.

Quarta,dignitates cõuentuales quorumcũque ordinum reſeruantur.Sed in concordatis tit.de regia.ad prælatur.nomina.facienda. §.Monaſteriis. ſpectat nominatio ad Regem, ſi ſit prioratus conuẽtualis,vt ibidẽ dicitur: alioqui collatio, vel electio,ad illos,ad quos ex fundatione ſpectare debet in hoc Franciæ regno pertinebit, & conuentualis dicitur dignitas à conuentu, cui habens dignitatẽ præeſt,& ex communi vſu loquendi eccleſia religioſorum dicitur conuentualis,teſte Panor.in cap. edoceri.& ca.capitulum.de reſcript. & ca.cùm eccleſia.de cauſa poſſeſſ.

Item militiæ ſancti Ioãnis Hieroſolymitani vel aliæ,quas cõmendarias vocamus, non reſeruantur hic:ſed ſunt in diſpoſitione magni prioris illius ordinis,per verbum in hac regula poſitũ:ibi, ſed non militiarũ.Et ſic beneficia,quæ habent milites ſancti Ioannis Hieroſolymitani nõ ſunt reſeruata hîc: quia nõ poſsũt cõferri,niſi militibus illius ordinis.

Item non comprehenduntur in his reſeruationibus generalibus beneficia manualia,quia Papa intelligit reſeruare perpetua. arg.c.præcepta.55.diſt. Calde.in tit.de præb.conſil.26.an in reſeruationibus,nec alia,de quibus ſcripſit Ioan. Staphileus in tract.de literis gratiæ.in 9.forma.fol.26.

Et Cardinalium familiarium beneficia.

Quinto Papa reſeruat beneficia ſuorum familiarium,& beneficia familiarium Cardinalium, & eſt de receptis in regno Franciæ, vt ſupra ſcripſi in prima reſeruatione.Et quidem non parum eruditi dicebant legatum habere curiam,quod vltra Herculis colũnas reieci,dũ legatus vellet cõferre, quibus vellet omnia beneficia,quæ vacabãt iuxta eũ, dicens habere curiã:quod nõ eſt verum. nam ſolus Papa habet curiam quoad hoc vt nullus beneficia in curia conferre poſſit.iuxta c.2.de præbend. in 6.

Intellige reſeruari beneficia hic expreſſa, totiẽs quotiens vacabunt.quia per viã legis hic reſeruantur:ſecus ſi Papa ſuæ collationi reſeruaret vnã dignitatem,quia tũc ſi ſemel prouidere intelligeretur extincta reſeruatio.argu.l.boues. §.hoc ſermone.ff.de verb.ſign.c.non poteſt. de præb.in 6.ſecus ſi commendaret,vt conſuluit Roma. conſil.350.in caſu.col.2.

Notandum autem eſt,ꝗ duæ ſunt ſpecies reſeruationum,quædam ſunt generales beneficiorum, quãdo Papa reſeruat omnia talia beneficia, vt hîc, & in extrauagan.Execrabilis.titulo de præbendis, in extrauaganti Ioannis 22.

Quædam verò ſunt ſpeciales:& iſtæ quædã ſunt ſpeciales quoad certum corpus beneficiorum:non tamen pro certa perſona, vt quando reſeruatur tale beneficium collationi Papæ,vt in ca.cum olim. de re iudica.ca.ſi eo tempore.de electio. in 6.vide Domi.conſil.30.Bonifacius.

Aliæ ſunt ſpeciales ſuper certo corpore beneficij,& ſpecialiter pro certa perſona: vt,reſeruamus collationi noſtræ beneficium ſancti Geneſij monialium pro Ioanne Limano,&c.vt in c.dudum.de præben.in 6.& c.executor. de conceſſ.præben.illo libro.Vnde per clauſulam poſitam in impetrationibus,vel aliis literis Apoſtolicis, etiam ſi generaliter vel ſpecialiter reſeruatum eſſet, non tollitur reſeruatio quãdo vacat in curia.quia in illa requiritur ſpecialis & expreſſa mentio,ca.2. de præben. in 6.interdum reſeruantur beneficia, quæ quis obtinet in fauorem alicuius. Et tunc ſiue iuſtè obtineat,ſiue iniuſtè,niſi fuerit intruſus, vel violentus, reſeruata cenſentur,teſte Collecta.in c.eccleſiam. col.6.nu.20.de ſortileg.quia in dubio fit interpretatio pro ſede Apoſtolica. Clemen.1. vt lite pend.

REGVLA III.

Item reſeruauit generaliter omnes dignitates maiores poſt Pontificales in cathedralibus ac metropolitanis: ac principales

pales in collegiatis ecclesiis, valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes, nec non prioratus, præposituras, præpositatus, ac alias dignitates cõuentuales, & preceptorias generales ordinum quorũcunque : sed nõ militiarum.

Hîc repetit reseruationes supra factas : & addit aliam reseruationem, videlicet dignitates principales in collegiatis ecclesiis, valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes.

Ac quæcũque beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes : & sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentium nunc, & qui erunt suo tempore, Cardinalium familiares, continui commensales.

Et sic familiares Papæ dicuntur, qui cum Papa commorantur, & continui commensales sunt. Et familiares Cardinaliũ, qui cum Cardinalibus degunt, & continui commẽsales eorum sunt. c. licet. vbi Archid. de priuil. c. fi. de verb. signif. & Cle. vlt. de celebra. missa. & requiritur ad minimum quod quatuor menses fuerint continui commensales, vt habetur in regula 32. in fi. Nota, quod Papa & Cardinales, instar Christi, non vocant seruientes suos seruos, sed familiares & amicos : nam Christus in Euangelio ait, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Paul. Castren. consil. 340. Præmissis. col. 1. vol. 1.

Sunt tamen quidã qui familiaritatis literas habent : non tamen eis dantur priuilegia familiariũ: nisi exerceant officia propter quæ illæ literæ conceduntur. & ita declarauit Innoc. V. in extrauag. ad futuram rei memoriam, quam notat Feli. in c. Insinuante. col. 2. in glos. familiares. de offic. deleg. & sequitur Cassado. in decis. 1. de verb. significa. Et illi soli capellani Papæ gaudent priuilegiis capellanorum, qui sunt in prosecutione officiorum & negociorum à sede Apostolica eis commissorum, teste Cardi. in consil. 126. Vacarunt. col. penul. num. 11. Imò familiares Papæ per literas facti, instar familiarium descriptas in rotulo, non nocent [illegible] familiaribus. Feli. in d. ca. Insinuante. num. 5. & [illegible] onũ esset quod isti familiares declararẽtur in vna regula cãcellariæ, vel alibi. quia infinitæ fraudes super hoc fiunt. Et episcopus non dicitur familiaris Cardinalis de stilo curiæ Romanæ.

Effectus familiaritatis, quos scripsi in §. 1. rubr. *des adiornemens*, in stilo Bituricen. adde hîc.

Obtinent.

Sed dubitatur, si nunc obtineant vnum beneficium, quod postea dimiserunt, & optauerũt aliud, vtrum dimissum sit reseruatum: an illud optatum. respond. quod optatum. & hoc per verba sequentia declaratur, quod firmat Cardin. consil. 126. Vacarunt. in fin. aliàs sequeretur, si dimissa essent reseruata, quod omnia beneficia, quæ obtinerent familiares, essent reseruata idiotis, vt hîc subiicit.

Et in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durante.

Et sic cessante familiaritate, cessat reseruatio. Et priuilegia data familiaribus cessant, cessante causa priuilegij. l. 2. §. plane. ff. de iudic. Et famuli scholasticorum non gaudent priuilegiis scholasticorum, quando non sunt in seruitio illorũ, vt plene scripsi in scholastic. priuileg. 166. Intellige de iure : sed per verba sequẽtia beneficia semel affecta, semper permanẽt, vt sequitur. vide infra in regula 32. Et quando quis expressit se familiarem, qui talis non erat, an vitietur, & quando, impetratio, docet Cassad. in decis. 10. de præbend.

Ac in quibus, seu ad quę ius eis cõpetit, aut cõpetierit, etiã si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinaliũ eorundẽ, vel alias recesserint, ac Fe. Re. Pauli II. & Innocẽtij VIII. Romano. Põtifi. prædecessorũ suorum vestigiis inhærẽdo, declarauit dignitates, quæ in cathedralibus, vel metropolitanis, post pontificales non maiores existunt. Et quæ ex Apostolicę sedis indulgẽtia, vel ordinaria authoritate, aut consuedine præscripta, vel alias quouismodo in collegiatis ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

REGVLA IIII.

Item reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcũque collectorum & vnicorum in quacunque ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint sub collectorũ fructuũ & prouentuum cameræ Apostolicæ debitorũ. Illa videlicet beneficia duntaxat, quę durãte eorũ officio, obtinuerint, ac in quibus seu ad quæ ius tunc eis competierint.

Hæc reseruatio per prędicta nõ seruatur in hoc regno Franciæ : imò corrigitur per prædicta concordata, & per pragmaticam sanctionem olim in concil. Basilien. editam.

Notãdum est quod istæ reseruationes sunt strictè interpretandę: quia iuri alterius pręiudicant. ca. si eo tempore. de elect. in 6. sic concludit Domi. consi. 92. in causa canonicatus. col. 3.

Tenendum est menti. quod Ioannes 22. concessit Auenione, ac expressè inhibuit omnibus iudicibus ordinariis & delegatis, ac inquisitoribus hæreticę prauitatis, ne cõtra sedis Apostolicę officiales, vel nũcios, vel ipsorũ aliquẽ, quauis occasione, vel causa, absq; dictę sedis licẽtia speciali, procedere, aut in eos, vel eorũ aliquem excõmunicationis

vel

vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare præsumant quoquo modo. Voluit tamen ordinarios & inquisitores super his, quæ negociũ tangunt fidei, vel rem publicam, vel priuatam, si quid per officiales indebitè forsan attentatum existeret, se plenius informare: ídque postea Papæ significare, vt de opportuno remedio prouideat. Quod priuilegium postea Auenione confirmauit Papa Clemens Kalend. Iul. anno sui Pontificatus octauo, extendítque illud ad capellanos dictæ sedis & scriptores, ac familiares & officiales Papæ, ac dictæ sedis. Et ego vidi diploma concessionis. vide alia priuilegia in c. felicis. de pœnis. in 6. & ca. licet. de priuileg. ibidem. c. fi. de verb. signific. ibid.

REGVLA V.

Item reseruauit omnia & singula beneficia ecclesiastica quorumcunque curialium, quos dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere cõtigerit, & in quouis loco quantumcunque etiam à dicta curia remoto.

REGVLA VI.

Item reseruauit generaliter idẽ Dom. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia cubiculariorum & cursorum suorum:

Hæc reseruatio est approbata in corpore iuris, per text. in c. præsenti. de præbend. in 6. tamen non seruatur si non decedant in curia, vel in loco proximo per duas dietas, vt supra dixi, & idem in regula sexta dicas, quamuis durent in seruitio. vide Bonifac. in Clem. vna num. 37. de celebra. missa.

Imò etiam solet Rex iure regali concedere beneficia, quæ vacant iure regaliorum, etiam si familiaris Papæ illud habeat, & in curia Romana decedat. Ita fuit dictũ pro collatione facta à Rege contra promissum per Papam anno 1344. die 12. Maij.

REGVLA VII.

Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscunque canonicatus & præbendas ac dignitates, personatus, & officia in principis Apostolorũ sancti Ioannis Lateranen. ac beatæ Mariæ maiore de vrbe ecclesiis: nec non ad collationem, prouisionẽ, & præsentationem, seu quãuis aliam dispositionem sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium à Romana curia absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, & ipsorum Cardinalium titulorum spectantia, quãdiu absentia sua durauerit, canonicatus & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, vel officia, cæteráque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura vacantia, & antea vacatura tam in eadem vrbe, quàm in ecclesiis, ciuitatibus, & diœcesibus dictorum episcopatuum consistentia, ac decreuit irritum, &c.

Reseruatio hæc recipitur in Francia quoad beneficia vrbis: secus si in Franciæ diœcesibus existant, quia tunc hæc regula non habet locum per concordata.

REGVLA VIII.

Item voluit idem Dom. noster Papa, quod concessa per Clementem prædecessorem suum, & de eius mandato expediantur in forma, rationi congruit, sub die coronationis suæ, vt moris est, & idẽ quo ad concessa per felicis recordationis Leonem Papam decimum, & Adrianum Papam sextum etiam prædecessores suos, ad sex menses duntaxat, ab ipsa die coronationis incipiendos, obseruari voluit.

Vult ergo Papa, quod si prædecessor concesserit gratiam per signaturam tantùm expediendo, quod ipse expediet bullas, quæ sic expediri solent: Paulus, &c. Rationi cõgruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum plenũ consequãtur effectum, &c. Et vult hìc vt expediãtur, non solum si concessæ fuerint ab immediato prædecessore, videlicet à Clemente: sed etiam à mediato, videlicet à Leone, vel Adriano, dummodo intra sex menses à die coronationis suæ veniãt ad eum: vidi etiam super hoc dispensari post annũ: & quandocunque Papa vult, hoc potest expedire, postquam est honestum, & æquum, sed ideo hìc addit sex menses, quia per regulam cancellariæ, bullæ debent expediri intra sex menses. Et hoc rescriptum vidi etiam impetrari semper permutatione facta tempore prædecessoris, idem in Episcopatu: tamen addita erant ista verba, rationi congruit & cõuenit honestati & æquitati, vt ea, quæ de Romani Pontificis prouidentia etiam benignitate præsertim in prouisione ecclesiarum cathedraliũ processerint, licet eius superueniẽte obitu, literæ Apostolicæ confectæ non sint, super illis plenum sortiantur effectũ. Dudum siquidẽ bonæ memo. &c. Et regulariter in omnibus gratiis, quæ fuerint concessæ per prædecessorem, solet Papa axpedire per hanc clausulam, rationi congruit, &c. & vidi interdum addita hæc verba, rationi congruit, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia in prosequendo desideria iusta petentium processerunt, &c. Et sic per hæc verba Romanus Pontifex nollet expedire dispensationem ad quatuor, vel aliud quod iustum non habet desiderium: quia iustum desiderium petentium expedire vult, non iniustum. Et facit l. iustum est desiderium. Cod. de edendo. Et per hoc dicerem quòd si primùm bulla fuit expedita tempore prædecessoris: tamen nõ fuit plenè expedita, quòd

quòd adhuc poterit expediri, quia eadem ratio & æquitas versatur in vno, sicut in alio. quia quoties vitiosè expeditæ sunt, pro non expeditis haberi debent.l.quoties. ff.qui satisdare cogan.secus si semel fuerint expeditæ, & cum omnibus clausulis necessariis.

Et per hoc infertur, cùm rationi & honestati sit congruum, quia ius iam erat illi quæsitum per concessionem.glos.in cle.dudum.in gl.verb.de sepult. Papa non debet hoc denegare, & si hoc faceret, cōtra rationem honestatémque faceret, & sic peccaret.per l.vnam. C.ne fiscus rem, quam vendic. euinc.lib.10. vbi sunt ista verba, retractare fiscum quod semel vendidit, æquitatis honestatísque ratio non patitur. Vbi dicit Lucas de Penna, quod lex, seu legis ratio, debet super æquitate & honestate fundari. c.erit autem lex 4.dist.honestas enim detrahit legū rigori. imò hic honestatis semper censetur exceptū.l.quod ex liberta. C.de operis liberto.vbi dicit pulchrè Bald.quod dominus nō potest cogere libertam vt veniat ad saltandum in domo patroni, nec nobilis potest cogere rusticam subditam ad turpia, aliàs amittit ius superioritatis. plura cumulat Decius in l.semper in contractibus. ff. de reg.iur.vide quæ scripsi super his literis, & alus in forma manda.in verb.gratiam.

REGVLA IX.

Item declarauit omniū & singularum ecclesiarum cathedralium, & monasteriorum prouisiones, quas præfati prædecessores sui ordinationi, & dispositioni eorum: necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica, quæ dicti prædecessores etiā præfatæ dispositioni cum interpositione decreti reseruauerant, quæ quidem ecclesiæ, & monasteria, necnō sit reseruata beneficia, tempore obitus eorūdem prædecessorum vacabant: aut ecclesiæ, vel monasteria huiusmodi sic cōmodata, vel eis administratores deputati nō fuissent, etiā tunc vacassent remāsisse, & remanere per huiusmodi reseruationem, & decretum affecta, nullúsque de illis, præter Romanū Pontificem, ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, siue posse quoquomodo: decernens irritum & inane, si secus de illis attentatum forsan erat, tunc vel in posterum contigerit attentari.

Reseruat suæ dispositioni beneficia, quæ vacabant, vel erant reseruata tempore obitus sui prędecessoris, quas reseruationes intelligimus in Francia, vt suprà dixi, & vt scribitur in ca.2.& 3.si apostolica.de præben.in 6.

Nota tamen quod licet nullus, possit conferre illa beneficia, quæ semel Papa contulit inhabili, vt hic, quia sunt Papæ reseruata, c.vt nostrum, de ap-pel.Ioan.Andr.in ca.quod sicut.de elect. tamen in Francia hæc reseruatio est reprobata. & si beneficium vacet in curia.est reseruatum Papæ, vt nullus intra mensem possit conferre: post mensem sic, cap.2. de præbend.in 6. Si tamen Papa contulerit alicui non curiali, ante acceptationem factam, vacat semper in curia.& alij in d.cap.2. Secus si semel acceptauerit. quia tunc non dicitur in curia vacare si acceptans extra eam sit, etiam si sit inhabilis. Ioan. de Selua in tractat.de benefic. in 3. parte.quæst.72.vide Panor.& Ioan.And.in cap.inter dilectos.in fin.de excessib.præl. quia postquam ille acceptauit, amplius non vacant. ergo non dicuntur in curia vacare.

REGVLA X.

Item prædictus dominus noster, omnes & singulas ab ipsis prædecessoribus suis, infra annum, ante diem obitus eorū, concessas gratiæ, vel iustitiæ literas, temporibus debitis earum executoribus non pręsentatas omnino reualidauit, & in statum pristinum, in quo videlicet ante fuerant, & eos pro quibus erāt obtentæ, quoad hoc plenariè restituit, ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis subdelegandos perinde ad ipsarum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi temporibus prædictis inchoata fuisset.

Quando executio gratiæ facta est, res nō est integra. & sic non expirant literæ. l.mandatum. C. mand.sic vult hic Papa, quod quando quis impetrauit literas gratiæ vel iustitiæ à suo prædecessore, & nondum est elapsus annus, tunc vult vt illarū executio fieri possit ac si executio inchoata id temporis fuisset, & per hanc regulam patet, quod si per eundem Clementem concessum fuerit mandatum de prouidendo executoribus deputatis, & ante annum mortuus fuerit Papa Clemens, q. licet præsentatum non fuerit, tamen valebit: & eorū executores poterunt ad executionē procedere, recusante vel negligente collatore, per hanc regulā. vide quæ scripsi in glo.cōcor.in §.1.de mand.Apostol.in verb.sui pontificatus.facit pro ista regula. c. si autē.& c.plerūque.de rescr.vbi rescripta iustitiæ non exequuta intra annū, non valent post annum.

REGVLA XI.

Item reuocauit quascunque expectatiuas & collationes, mutationes, ac reualidationes, & extensiones, eas quomodolibet concernentes, etiam si qui per eas in canonicos sub expectatione prębēdæ, vel portionū creati aut recepti fuissent. Necnon aliàs quàm super quibus per cancel-

lariam apostolicam literæ in forma expediri consueuerunt. Reseruationes etiam mentales, perinde ac si nō emanassent, de quibusuis etiā patriarchalibus, metropolitanis, & aliis cathedralibus ecclesiis, ac monasteriis, & beneficiis vacaturis cum prouisionibus, & cōmendis aliisq; dispositionibus, seu de promouendo & cōmendando, aliasq; disponendo mādatis, & extensionibus inde secutis. Necnon absque cōsensu coadiutorias, seu coadiutorū deputationes, etiam cum successione, per dictum Clementem & alios Romanos Pontifices suos prædecessores, in fauorē quorumcunque & quibuscūque, etiam sanctę Romanę ecclesię Cardinalibus: & sub quibusuis verborū formis, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine seu consistorialiter cōcessas & factas, ac facultates nominandi, reseruandi, conferendi, cōmendandi, & aliàs disponendi, quæ ab eisdem prædecessoribus emanarunt, illarumq; vigore factas nominationes, & reseruationes, quoad ea in quibus nondum verè, nō autem per decretū in illis appositum, sunt sortitę effectū, nec alicui quascūque declarationes aut præseruationes, vel extunc, prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiuas & reualidatiuas clausulas, vel adiectiones, etiā si in eis decretū esset, illas ex tunc effectū sortitas esse, & ius in requisitum fore, aduersus reuocationē huiusmodi, in aliquo suffragari, ac tenores & formas omnium præmissorum pro expressis habere voluit.

Hîc annullat omnes gratias expectatiuas, etiam si qui per eas in canonicos sub expectatione præbendæ recepti fuissent. probatur in c.pen. de præb. in 6. & c.pen. & vlt. de cōces. præb. illo lib. vide decem formas expectatiuarum per Io. Staphil. in suo tract. de literis gratiæ. in princ. Et sic licet mandatum per mortem non extinguatur, vt probaui plenè in §.1. in gloss. verb. sui pontificatus. de mand. Apost. in concorda. tamen Papa potest reuocare, vt hîc. & hoc probatur in c. si gratiosè. de rescript. in 6. vbi gratia ad beneplacitum sedis Apostolicæ, non extinguitur per mortem: nisi fuerit reuocata per Papam: sic nec mandatum: tamen istam reuocationem tenetur quis probare: cùm ea, quæ facti sunt non præsumantur. Dicunt tamen quidā hanc reuocationem non obesse Gallis habentibus mandata, cum fiat in præiudicium Concordatorū, quæ fuere edita in totius regni vtilitatem: & ne res iudiciaria Romæ exhauriatur, vt patet in procæ. dictorum concordatorum. ergo, &c. Tamen nō est præiudicium vt no prouideatur mandatariis. & ista regula fortè posset intelligi si post annū, regula proxima si ante annum obitus Papæ concessæ fuerint literæ. Nota tamen quòd Papa reuocat expectatiuas, quæ non sortitæ sunt effectum, id est quādo in vim illarum alicui non est prouisum. & plus prodest ista reuocatio, quàm mors mandantis. Nam per mortem cōcedentis non reuocantur expectatiuæ, quando præsentata erat bulla executori, & fulminatus processus. quia tunc non dicitur res amplius integra: sed fallit quando expresè reuocatur, vt hîc text. in c. si is cui. & c.pen. & fi. de præben. & c. vlt. de conceß. præb. illo lib. Et hanc fulminationem processus, nō potest executor facere, ante literarū executorialium receptionem: etiam si bullam gratiosam recepisset, text. in ca. cum teneamur, ibi, mandatum nostrum in alicuius prouisione receperis. de præbend. c. susceptum. de rescript. in c. super eo. & c. vt debitus. de appel. dom. de Rota decis. 459. circa tertium in nouis. Item reualidationes vocat hic, literas de perinde valere, quæ validant gratiam, vt not. Cassador. decis. 33. super reg. cancel. & do. Gomes. q. 7. in reg. de non iudicand. iuxta formam supplicationis.

REGVLA DVODECIMA

De reuocatione vnionum.

Item rationabilibus suadētibus causis ipse dominus noster omnes vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismēbrationes etiam perpetuas de quibusuis Cathedralibus, necnon aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus officiis, ac locis & beneficiis ecclesiasticis per cessum, vel decessum, aut quamuis aliam dimissionem, seu amisionē qualiacūque fuerint inuicem, vel aliis ecclesiis monasteriis, mensis, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, & piis, ac aliis locis, vniuersitatibus etiam studiorum generaliū, & collegiis etiam in fauorem sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, seu ecclesiis, monasteriis, & beneficiis per eos obtentis, quomodolibet apostolica vel alia quauis auctoritate factas, quæ suū sortitę non sunt effectum, ac quæcūque cōcessiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, & incorporationibus, ac aliis pręmissis taliter faciendis, reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusq; decreuit existere firmitatis: nec alicui quascunque clausulas, vel adiectiones in, quibusuis apostolicis, etiā quæ motu proprio, aut ex certa scientia,

etiam cõsistorialiter processerant,& emanauerant literis: etiam si in eis decretum esset,illas ex tũc effectum sortitas esse, aut ius quæsitum fore, quomodolibet cõtentas,aduersus reuocationem, cassationem, & irritationem huiusmodi,voluit aliquatenus suffragari.

Hic reuocat vniones,quæ non sunt sortitæ effectum.Intellige quando auctoritate Papæ erant faciendæ.quia Papa mandauerat iudici in partibus, quod si de narratis constaret,q̃ vniret:si id temporis Papa moriatur, reuocat hic Papa illas vniones faciendas,& factas quæ non sunt effectum sortitæ: secus de faciendis,vel factis auctoritate ordinaria. Et quia de vnione loquimur hic,pauca de ea subiungam,à definitione incipiendo.

Aliud est rescriptum vnionis,& est id in quo Papa vnum beneficium alteri annectit & adiungit. Vnde sic definirem vnionem, Vnio,est duorum vel pluriũ beneficiorũ ab episcopo vel alio superiore legitimè facta annexio. Primò dico, q̃ est duorum annexio,probatur in ca.1.ibi,vt idem esset episcopus vtriusque.ne sede vacante,&c.

Item dico,vel plurium,quia interdum plura annectuntur vni,vt in c.exposuisti.de præbendis.

Postea dicitur beneficiorum: quia est terminus generalis vt comprehendat dignitates, personatus, officia tam maiora quàm minora: & sic omnia beneficia.vt in c.postulasti.de rescript. & c.1.de regu. iur.in 6.siue sint parrochiales ecclesiæ,siue præbendæ.c.extirpandæ.§.qui verò.de præb.siue sit regulare,siue seculare.c.2.de religios.domi.& cle.ne in agro.§.ad hoc.de statu monach.

Etiam vniri possunt duo episcopatus in vnum. ca.decimas.& seq.16.q.1. vnde iura loquentia de vnione non distingũt de qualitate: sed simpliciter dicunt vnam ecclesiam vniri alteri posse.c.sicut de excessib.præla.clem.fi.de reb.eccles.non alienan.& episcopatus Dien. & Valẽ.vniti sunt in Delphinatu:& vnus est in illis duobus episcopatibus præsul.

Præterea in definitione dicitur, ab episcopo, quia sicut vnire episcopatus,atque potestati subiicere alienæ, ad summum pontificem pertinere dignoscitur: ita episcopi est ecclesiarũ suæ diœcesis vnio,& subiectio earũdem c.sicut vnire.de excessib.prælat. cap.quod translationem. de offic.lega.

Ad hęc in definitione dicitur, vel alio superiore,ad declarandum à quo possit fieri vnio.nam vt prędixi,Papa potest vnire tam episcopatus, quàm alia beneficia, & sic omnia beneficia tam maiora, quàm minora.c.decimas.c.& temporis qualitas. & seq.16.q.1.quia habet ipse plenariam potestatem in beneficialibus.c.2.de pręb.in 6.& cle.1.vt lit.pend.

Item legatus de latere vnire potest: quia omnia potest quæ episcopus in sua diœcesi. Spec.in tit.de leg. §.nunc ostẽdendum.vers.89. ibi legatus igitur. & quia est maior episcopo in prouincia sibi decreta.c.1.de offic.leg.in 6.Do. de Rota decis.58.legatus.& decis.118.secundum maiorem.in no.& decis. 459.nota secundum maiorem.in antiq. Guido Papæ in consil.134.Circa processum. in 2.quæst.

Fallit in episcopatibus,quos nõ potest vnire legatus.ca.quod ad translationem.de offic.leg.

Fallit etiam in præiudicium episcopi, videlicet in totum eximendo à iurisdictione & subiectione episcopi:sed licet collationem conferat, vniendo: tamen vnio valebit, dummodo non conferat subiectionem,obedientiam,correctionem, vel aliàs à iurisdictione episcopi non eximat.c.fin.de confir. vtil.vbi Deci.dicit hanc esse magis cõmunem opinionem, & secundum istam collegium Papiense consuluisse.sic tenent Do.de Rota decis.459.nota secundum maiorem,in antiq.

Item fallit,quando ecclesia esset sub iure patronatus laici.glo. & doct.in c.nobis. & ca.cum dilectus.de iure patronatus.

Postremò non procedit, quando vellet ecclesiã in qua est collegium clericorum seculariũ, cõuentũ religiosum facere. quia non potest alterare statũ ecclesiæ. c.penul. de eccles. ædific.Feder.de Senis cons.195.in Christi,&c.factum ita se.& c.plenè. Petrus Perus.in tract.de vnio.eccles.c.4.

Quamuis istam quæstionem dubiam & indecisam relinquat,Ioan.Baptist.Caccialup. in tracta.de vnio.art.3.vbi solum recitat Doctorũ opiniones,& postea dicit istam quæstionẽ satis dubiam, sed per prædictas limitationes quæstio videtur satis clara, & non dubia.& ad fundamenta in contrarium per Doctores adducta.Respondet Ioan.Brunel.in tracta.de dignitate.lega.conclus.13.

Archiepiscopus etiam in diœcesi potest vnire, cùm in ea tantam potestatem habeat,sicut episcopus.teste Specul.in d.tit.de lega. §.nunc ostendendum.versic.legatus igitur, quem refert & sequitur Ioan.Caccialup.in suo tracta.de vnio.art.3.q.4.

Sed beneficia pertinentia ad collationẽ sui suffraganei vnire non potest. text.in ca.sicut vnire.in fi.de excessib.prael.

Item in definitione dicitur,ab episcopo.quia ab inferiore ab episcopo vnio fieri non potest, vnde priores,vel abbates non possunt vnire.glo.in d.cle. fin.text.iũcta glo.in verb.ordinarios.cle.ne in agro, §.ad hæc.de statu monacho.vbi dicit glo.non procedere,quando præscripserunt inferiora vnire beneficia,non episcopatus:sed requiritur titulus: vel tantum tempus,cuius memoria non sit in contrarium.probat Petrus Perus.in d.tract.vnio.eccles.c. quarto. vers.sed circa hoc.Roman.consi.275. quo ad primum. Alex.cons.70. in causa.col.1. volu.3.& cons.101.circa.col.1.vol.6.

Sed vna ecclesia potest præscribere alteram tanquam vnitã, etiam per illud tempus. quia tunc nõ præscribitur ecclesia vnita:nisi quo ad proprietatẽ: & non quo ad titulum:quod potest fieri. c.auditis. de præscript.& ca.cura. de iure patro.Perus.in d. tract.vnio.c.4.& Caccialup. in eodem tract.artic. 3.in fi.Oldra.consi.296. Felin.in c.causam. col.2.de præscrip.Rota decis.205.Nota quòd vbi.in antiq.& tunc sufficit probare tempus, etiã sine causa vnionis. Rota decis.375. Nota quòd vbi.in antiq. quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur esse solenniter acta.l.quæcunque.ff.de publicia.

Poterit tamen capitulũ ſede vacãte auctoritatẽ vnioni præſtare, dũmodo per eam nihil iuri detrahatur epiſcopali: aliàs ſecus. quia ea, quæ ſunt iuriſdictionis, ad capitulũ ſede vacãte trãſeũt. c. vno. de maior. & obed. Io. Frãc. de Paninis in tract. de offic. & poteſta. capituli, ſede vacãte. in 2. part. q. 3. col. pe. Idem in vicario epiſcopi, ſi hoc cõmiſſum fuerit ab epiſcopo, teſte Peruſ. in prædicto tract. c. 4. in fi. & qui vnionẽ facere poſſunt, eam ex cauſis quibus fieri poteſt diſſoluere poſſunt, per regulam l. is po teſt. ff. de acq. hære. & l. 3. de re iud. c. 1. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. illo titu. hoc expreſsè docet Caccialup. in ſuo tract. vnio. art. 9. & Peruſ. de trac. de reuocatione vnionis. vbi plene ſcribit. vide eũ ſi non graueris. & Deciũ conſ. 233. viſo. col. 3. & 275. viſo. Notandũ eſt, quod vnio ſine cauſa fieri non debet: & ex cauſa falſa facta, ſeruata forma iuris, valet: ſed venit reuocanda. Rota deciſ. 59. vnio. in nouis, & deciſ. 168. & ſeq. & 511. in antiq. Quod eſt verũ quãdo facta eſſet ab ordinario: ſecus ſi per reſcriptum Papæ, quia tũc ſubreptio ipſo iure vitiaret reſcriptũ, & vnionẽ teſte Nicol. Milio. in verb. vnio. 1. & Feli. in c. poſtulaſti. col. 7. verſ. poteſt. etiã inferri. de reſcrip. & ſic deciſum fuit in Rota. vt refert Caſſad. in deciſ. ſuper reg. cancel. rub. de vnionib. deciſ. 1. Et duæ ſunt, ad quas aliæ reducuntur, cauſæ videlicet euidens neceſsitas, & vtilitas. c. expoſuiſti. de præb. Guido Papæ cõſ. 134. circa, q. 1. Et facta ſine cauſa, non valet. quia eſt contra ius, volẽs quod quælibet eccleſia ſuũ rectorẽ habere debeat. c. cum nõ ignores. de præb. Oldra. conſ. 260. quod vnio. Card. cõſ. 96. Papa vniuit. Ripa lib. 2. Reſpon. in c. 1. & ſi vnionis. Dec. conſ. 233. viſo. Neceſſitas eſt, vt ſi duæ eccleſiæ ſunt pauperes, quæ ad victũ duorũ non ſufficiunt. c. vnio. 10. q. 3. c. poſtquam. 16. q. 1. clem. ne in agro. §. adhæc. de ſtatu monach. Et quando dicatur pauper, declarat glo. in c. clericus. 21. q. 1. Idem ſi ſit deſtructa per hoſtes, vel deſolata. c. 2. de religioſ. domib. vel propter populi decrementum. c. ad audientiam. & c. fi. de eccleſiis ædificand. & quando eccleſiæ ſunt vicinæ, & populus mortuus eſt, & nunc ſunt pauci. c. & tẽporis. 16. q. 1. Vtilitas eſt quando propter tenuitatẽ fructuũ non inueniuntur idonei ad deſeruiẽdum illi beneficio, vel eccleſiæ cathedrali. Panor. & alij in d. c. expoſuiſti. & c. 1. ibi, ne plus fauiſſe perſonæ quàm eccleſiæ videremur, & c. ne ſede vacãte. Ergo cum cauſa tenetur epiſcopus hanc vnionem facere: & ſi recuſaret, poſſet adiri ſuperior. c. nullus. de iure patron. Petrus de Peruſ. expreſsè ita tradit in d. tract. c. 3. & 10. & Cacciapul. art. 5. Et quamuis ſit cauſa: tamẽ non poteſt fieri vnio ab epiſcopo, ſine conſenſu capituli eccleſiæ cathedralis. quia vnio alienatio eſt in qua conſenſus interuenire debet text. in cle. vlt. de reb. eccle. non alien. & cle. ne in agro. §. ad hæc. de ſtatu monach. Bal. conſ. 1. vol. 1. Domi. conſ. 87. Apparet. in 1. q. & in 2. q. dicit an interueniſſe præſumatur & cui incumbat onus probandi vide Alex. conſ. 219. ponderatis. col. 1 & ſeq. in 6. volu. & poterunt conſentire etiã ſi aliquod cõmodum ſentirẽt. Rota deciſ. 859. Præpoſituræ. in antiq. & deciſ. 4. de rerum permut. Old. cõſ. 182. licet. Et ſi nollet conſentire, cauſa exiſtente, poſſet compelli: imò ipſis inuitis à Papa fieri poſſet. per c. cum dilectus. & ibi not. de his, quæ vi me uſve cauſ. fiunt. Innoc. in c. in Lateranen. de præben. Aliàs, ſi cauſa non ſubeſſet, vnius contradictio vitiaret, teſte Caccialup. in d. tract. vnio. art. 6 in princ. & iſta cauſa eſt probanda. Oldra. conſ. 261. in vnione. & conſ. ſeq. Et quomodo ſit probanda, conſ. 296. de iure. & Alex. cõſi. 70. in cauſa. col. 1. vol. 3. & conſ. 101. circa. in 6. volu. Dec. conſ. 233. viſo tenore. col. 2. Imò requiritur conſenſus patroni. c. ſuggeſtũ. de iure patro. Card. conſ. 96. Papa. in 2. q. & in deciſ. Rotæ, in ſecunda cauſa in vltimis Thomæ Faſtoli. & in octaua cauſa. 2. dubio. ibid. Soci. conſ. 1. nu. 6. in 3. vol. Deci. cõſ. 148. Reuerende. col. 1. & illorũ quorum intereſt, & quod illis vocatis fiat. d. cle. ne in agro. §. adhæc. & tradunt Decius in d. c. ſicut vnire. & Petr. de Peruſ. in d. ſuo tract. c. 5. quod eſt verũ, ſi non fiat à Papa: quia ille hoc poteſt facere, etiã inuito epiſcopo, c. 2. de relig. do. Ripa lib. 2. reſpon. c. 18. nihil proponitur. Non requiritur tamen conſenſus rectoris: ſed ei ad ſuam vitam non præiudicatur. cle. vlt. de reb. eccleſ. non alien. nec eſt eidẽ inſinuãda dicta vnio, poſtquam nõ præiudicat niſi vt ignorantiam non poſsit prætendere ad hoc vt permutare, vel aliàs reſignare iſtud beneficiũ nõ poſſit. c. ad hoc. de poſtula. præla. Ioan. Gallus in quæſtio. per areſta. q. 134. & ſeq. Rota deciſ. 160. Nota quod beneficiũ. in antiq. & deciſ. 1. rub. de rerum permu. Oldra. conſ. 257. factum. Et per vnionem factam per Papam, vel legatũ non præiudicatur epiſcopo in iuribus ſuis, videlicet in viſitatione, ſubiectione & aliis iuribus, c. cum dilectus. vbi glo. quod metus cauſa. gloſ. in cle. fi. de reb. eccleſ. ſecus in collatione, & aliis iuribus, quę ſalua eſſe nõ poſſunt, valida exiſtẽte vnione, quia illis cenſetur derogatũ, propter repugnantiam, Caccialup. in tract. vnio. art. 8. q. 16. Secus ergo ſi fieret vnio ab epiſcopo: quia tunc videretur iura tantùm ſua remittere, cap. paſtoralis. de dona. Card. in d. cle. vlt. Peruſ. in d. tract. de vnio. c. 1. vbi dicit, quod epiſcopus, in cuius diœceſi eſt eccleſia vnita, adhuc iuriſdictionem in illa habebit & iura epiſcopalia. de quibus in c. conquerente de offi. ordi. Vnde ſolet Papa in reſcripto vnionis ſcribere poſt narrationem factã, Nos igitur ſuper hoc prouidere volẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, dictam parrochialem eccleſiam, cũ omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidẽ monaſterio auctoritate apoſtolica in perpetuum incorporauimus, annexuimus, & vniuimus: ita quod cedẽte, vel decedente rectore dictæ eccleſiæ, qui nunc eſt, vel aliàs eccleſiam ipſam quomodolibet dimittente, liceat abbatiſſæ, pro tempore exiſtẽti, & dilectis in Chriſto filiabus, conuentui dicti monaſterij, per ſe vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionẽ parrochialis eccleſiæ, iuriumque & pertinentiarũ prædictorum auctoritate propria apprehendere, & tenere fructuſque, reditus, & prouentus ad iura vniuerſa eiuſdem eccleſiæ in monaſterij & eccleſiæ prædictorum vtilitatem conuertere: reſeruata tamen de fructibus, reditibus, prouẽtibus, iuribus & obuentionibus huiuſmodi pro perpetuo vicario in ea

inſtituendo

instituendo congrua portione, ex qua idem vicarius cõmode sustentari valeat, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera supportare, dispositioni apostolicæ reseruamus districtius inhibentes fratri nostro episcopo N. ac illi, vel illis, ad quẽ, vel quos collatio, prouisio, pręsentatio, seu alia quæuis dispositio pertinet cõmuniter vel diuisim: ne de huiusmodi parrochiali ecclesia disponere quoquomodo pręsumẽs ac decernẽtes ex nũc irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorãter cõtigerit attentari, non obstant. &c. Hic cõcedit Papa, ꝙ auctoritate propria possint possessionem recipere, quod non possent facere, nisi concederetur. per text. in c. pastoralis. de priuil. Ripa. lib. 2. Respon. ca. 18. nihil.

Vltimò cognoscitur an vnio sit perpetua, quãdo hoc dicitur in vnione. solet enim Papa dicere in prin. literarum, Paulus, &c. ad perpetuã rei memoriam, vel in perpetuũ vniuimus: & hoc etiam solẽt alij dicere quando volunt esse perpetuam. d. §. qui verò. c. extirpandæ. de præb. vel quando ad beneplacitum sedis fit. c. si gratiose. de rescrip. lib. 6.

Aut quando fuit facta cõtemplatione ecclesiæ. c. 1. ne sede vacante. secus si fiat cõtemplatione personæ. quia tunc mortua persona, cuius contẽplatione fuit facta, extinguetur. c. quoniam abbas. de offic. deleg. Et hodie in hoc regno Franciæ non potest fieri vnio in fauorem personæ. quia sapit reseruationem quæ est in Francia prohibita, ne per indirectum fiat, quod directè fieri nõ potest; hoc expresse docet glo. in §. fi. de reserua. in pragm. aliàs quotidie fieret fraus isti prohibitioni reseruationũ: & fierent per indirectum, quod non est permittendum. Et quãuis Papa possit dispensare, vt quis duo habeat beneficia. c. de multa. de præb. tamẽ nõ potest vnire. vt dicit ibi, gloss. pro hoc fuisse prolatum Arestum pro cura sancti Ioãnis in Grauia. in dubio facta censetur contemplatione ecclesiæ, non personæ. d. c. 1. Perus. in d. tract. c. vlt. Et quot modis fiat vnio scribit glos. & Dec. in c. & tẽporis. 16. q. 1. & in c. 1. ne sede vacãte. & Perus. in d. tract. c. 1. Et an dissoluta vnione per obitũ, remaneat reseruatio scribit Cassador. decis. 2. facta erat super regulis cãcel. rub. de vnio. quod non. vide plenè ibi. & si adesset, eam Galli non seruarẽt. Item subreptio vitiat vnionẽ ipso iure. Calder. cons. vlti. de reb. eccles. nõ aliena. sequitur Ripa lib. 2. respõso. de rescript. c. 10. & si vnionis. & statuit Alex. Papa, vt nõ fieret vnio ad indignius, videlicet vt parrochialis vniatur capellæ: sed capellania parrochiali vniri potest. Insuper omnes vniones, quæ non fuerũt sortitę effectũ, reuocantur. in regu. cancel. 11. & hodie in concilio Tridentino, siue fuerint sortitæ, siue non, si à quadraginta annis factæ fuerint: quod statutum si seruetur, videbimus multos seculares apostatas, nunc nudos & destitutos beneficiis.

Pręterea, quæ in vnionibus requirãt, exprimitur in reg. cancel. Inno. 21. quam inferius describam.

REGVLA XIII.

Item reuocauit quascunque facultates concessas quibusuis patriarchis, Archiepiscopis, episcopis, ac aliis prælatis & personis: necnon apostolicæ sedis nunciis, ac fructuum, & prouentuum cameræ apostolicæ debitorũ collectoribus de dispensando cum quibusuis personis, super matrimonio contracto, vel cõtrahendo in gradu prohibito, ac super natalium & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis insimul retinẽdis: necnon de notariis publicis creandis: ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, & aliàs à præmissis officia ipsorum nunciorũ & collectorũ directè non concernentes. Necnon facultates & indulta quibusuis Cardinalibus, aut aliis personis, de quibusuis beneficiis ecclesiasticis certarum ciuitatum, & diœcesum, in quibus ipsi non erant, nec vnquam fuerãt veri ordinarij collatores: sed de ipsorum ordinariorum consensu, aut etiam sine eorum consensu, seu sede episcopali, vel etiam Archiepiscopali vacante, disponendi, aut vicarios perpetuos, seu temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus, aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel cõmandarent, deputandi aut ipsi vicarij per quoscunque Romanos põtifices prędecessores suos deputati fuissent, etiam perinde ac si veri, & non ficti inibi ordinarij collatores essent; ac etiam cum decreto, quod dispositiones de eisdẽ beneficiis absque eorũdem Cardinalium vel personarum consensu, etiam per sedẽ apostolicam pro tempore factæ, nullius essent roboris, quomodolibet concessa, etiam si in literis desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ, reintegratoriæ, & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quod omnia, in quibus facultates ipsæ nõ sunt sortitæ, sedi legati de latere competens, sit concessa potestas, decernens irritum, &c.

Ista regula tollit dubiũ scriptum per Docto. an per mortẽ Papæ expirent facultates per eum concessæ, & hęc tollit expresè ad remouẽdũ illud dubiũ quod deciditur in c. fin. de cõcessio. præb. in 6.

Patriarchis. Quis dicatur patriarcha declarat text. in c. cleros. 21. dist. scripsi quã potestatem habeat supra episcopos, in §. si quis verò. de colla. in concorda.

Archiepiscopis, Episcopis ac aliis prælatis, & personis. Ista vocabula declaraui in d. §. si quis verò. de colla. in concorda. post text. & præpos. in dicto cap. cleros. 21. distinct.

Necnon Apostolicis sedis nunciis ac fructuũ ac prouentuum cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus. Hos duos expressim nominat. quia his solet dare amplas facultates, maximè collectoribus: & quas postea declarat.

De dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito. Quædam est prohibitio à lege diuina de contrahendo matrimonium. & in illis personis prohibitis Papa sine magna causa non dispenset. vt Leuit. 18. & Deutero. 17. & cùm rege Angliæ fuit dispensatum vt vxorem fratris sui defuncti ducere posset, vt scribit Aegid. de Bella Mera consi. 28. licèt eam, sine iudicio ecclesiæ, postea reliquerit, sed transeat cum cæteris erroribus suis. vide pro hac dispensatione Ancha. in consi. 373. & Anto. Rozellũ in tract. de potesta. Papæ fol. 33. col. 3. & Tostatũ super ca. 18. princ. reg. q. 155. & Doct. in c. literas. de restit. spolia.

Altera verò est prohibitio à lege canonica, & in illis gradibus sicut Papa prohibuit, ita potest dispensare & dare potestatẽ dispensandi, vt hic probatur in c. quod dilectio. de consang. & affinita.

Ac super natalium, & ætatis defectibus. Istas duas facultates infra abundantius habes descriptas, videlicet de dispensando super defectu natalium, vtpote cum bastardis, vt possint promoueri, & beneficia obtinere. c. 1. de filiis presbytero. in 6. & super defectu ætatis, non obstante ætatis defectu, quod beneficiũ curatũ obtinere & retinere possit contra c. cũ in cũctis. §. inferiora. de elec. & c. super inordinata. de præbend. scripsi. infrà in regula 51. & seq.

Et de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis insimul retinendis. Quæ sint beneficia incompatibilia declarat gloss. & Doct. in ca. gratia. de rescript. in 6. & infrà abundantius scribo in regula 54.

Necnon de notariis publicis creandis. Papa solet creare comites, quos Palatinos vocat, quibus solet dare potestatem creandi notarios, intellige apostolicos, de quibus alibi abunde scripsi.

Ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficiis ecclesiasticis. Vt in ca. Is, cui. de præbend. in 6.

Et alias à præmissis officia ipsorum nunciorũ & collectorum directè non concernentes. Est limitatio à prędictis, quod Papa non reuocat facultates tangentes officia collectorum & iudiciorum: sed facultates non tangentes officia illorum.

Necnon facultates & indulta. Reuocat indulta, concessa Cardinalibus, vt nullus possit beneficia ad suam dispositionem pertinẽtia conferre: quando ipsi in illis non erant veri ordinarij collatores, nec vnquã fuerant. vnde nõ reuocat in his, quę iure ordinario cõferunt, tanquã episcopi, Abbates; seu aliàs tanquam veri collatores, quod est notandum.

Aut vicarios perpetuos seu tẽporales, qui etiã eisdẽ Cardinalibus aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel commendarent. Vide Boër. q. 347. & Paris. consil. 80. in 4. vol.

Ecce hîc quod quãuis episcopus & alius collator possit creare vicariũ, vel vicarios ad conferendum beneficia. ca. fi. de offic. vicar. in 6. tamẽ iste vicarius, vel vicarij nõ poterũt cõferre episcopo, qui illud creauit, quia ibi ipsi per se nõ potest conferre, nec potestatẽ cõferendi dare. c. fi. de institutio. ob id solẽt aliqui ambitiosi episcopi, vel Abbates, omnia beneficia deglutire, cupientes à Rom. Põtifice hoc impetrare, vt vicarios habeant, qui illis, qui crearunt eos possint cõferre, vt hic & tũc hoc poterũt vicarij auctoritate Apostolica, & non ordinaria: ne vnus cõferat sibi ipsi, cõtra dictũ c. fi. de insti. & c. p vestras. de iure patro. vidi tamẽ istos vicariatus tãquã reipublicæ pestilẽtes reprobari p senatũ Paris.

Notandũ est, quod episcopus solet creare officialẽ, vt iustitiã nomine episcopi exercere possit, & tunc potest in criminalibus cognoscere: nisi specialiter eidẽ cõmissum sit. c. 2. de offi. vica. in 6. Nec potest cognoscere de causa cõmissa episcopo, quãuis episcopus cõmiserit eidem causas præsentes & futuras, quia episcopus nõ habebat iurisdictionem id tẽporis quo cõmittebat. Ideo delegare nõ poterat. arg. ca. 1. de offi. vicar. in 6. Rota decis. 157. Nota quod vbi episcopus. in antiq. etiã si diceret, auctoritate ordinaria, vel delegata mihi cõpetentes, vel cõpetituras. arg. l. nõ potes videri. ff. de iudic. quia iurisdictio nondũ cõpetens cõmitti nõ potest. arg. c. Romana, de offic. ord. in 6. sic concludunt Do. de Rota decis. 3. incip. Episcopus. rub de offi. vicar. Sed bene poterit officialis, siue vicarius ex officio vel ad instantiam requirentis, cogere patronum ecclesiasticum ad assignandum congruam portionem vicario. Fuit decisum Tholosæ, vt refert Aufre. in decis. Tholosa. quæst. 148. & q. seq. plus dicens in Francia iudices regios hoc vsurpasse, & in quibus consistat administratio in temporalibus, & in spiritualibus, pulchre scribit Bald. consil. 477. præmittendum. col. 1. in 4. volu.

Item vicariũ, qui vires suas gerat eo absente, vel præsente, creat episcopus, vt per totũ titulũ de offi. vica. Et quãuis olim, quãdo prælatus se absentabat ab ecclesia, teneretur cõstituere procuratorem. c. fi. de voto. tamen hodie tenetur constituere officialem & vicarium, hoc probatur per d. c. fi. in arg. & per §. teneantur. de colla. in concord. vbi scripsi.

Et is vicarius, sine speciali cõcessione, beneficia cõferre nõ poterit. c. fi. de offi. vicar. in 6. quia in generali cõcessione nõ veniũt ea, quæ non esset verisimiliter quis cõcessurus, vt ibidẽ dicitur, & quia lex magis cõfidit de prælato, cuius oues sunt propriæ, quàm. de vicario, qui dicitur mercenarius, cuius oues nõ sunt propriæ. Ioã. 10. Claud. de Seycello, in speculo feudo. qui feud. dare possunt. §. 2. principaliter. col. 9. Et quia cõferre, donare est. cap. relatũ. in glo. de præbẽ. & in generali mandato non venit, vt quis donare possit. l. filiusfam. ff. de dona.

Donare enim est perdere, d. l. filiusfa. ff. de dona. & in dubio quis non videtur velle iactare suum. l. cùm de indebito. ff. de probatio.

Non valebit tamen si committat vicario in specie collationem certi beneficij: secus si in genere omnium beneficiorum, ne detur via ad vacatura, contra ca. 2. & 3. de concessi. pręben. in 6. & pro hoc

est tex.

est tex.in c.constitutus.de concess.præben.

Item hoc est decisum in legato in cap. deliberatione.§. prohibemus. de offi. lega. in 6. vbi legatus non potest committere alicui facultatem recipiendi resignationem talis beneficij. Et eadem ratio videtur in episcopo.ergo idem ius.l.illud.ff.ad legem Aquil.Sed Do.de Rota decis. 397. Si episcopus, in no.concludunt episcopum posse committere vicario generali potestatem recipiendi resignationem certi beneficij, & conferendi rectæ personæ, quia tunc cessat ratio captandæ mortis. de Rota decis. 5. rub. de concessio. præbendæ, & hoc quando simul & semel darentur ambæ potestates:secus si separatim.c.ad quæst.de rerum permutat.& idem repetũt iidem Do. de Rota decis. 288. Nota quod episcopus, in antiq. quod episcopus suo vicario generali dare potest potestatem conferendi beneficia vacatura,& recipiendi resignationem : non tamẽ potest committere singulari personæ, & de singulari beneficio.dicto §.prohibemus.& ita fuit obtentum.

Item vicarius episcopi habens potestatem recipiendi resignationem beneficiorum causa permutationis,non potest beneficia sic resignata conferre, cùm speciale mandatum requiratur in collatione. d.c.fi.de offi.vicar.in 6.Ideo debet in vicariatu inseri,dedit facultatem recipiendi resignationes, & beneficia resignata conferendi,c.dudum.de præb.in 6. Rota decis.43. Nota quod vicarius.in antiq. vbi dicit istam opinionem teneri communiter in Rota. sequitur de selua,in tract.de benefi.in 2.parte,q.14. Et si data esset facultas recipiendi resignationes,eas recipere posset, sed non conferre, teste Calder.in consil. 3. an renunciatio. rubr. de renuncia. Imò si aliquis possit conferre beneficium situm in diœcesi alterius episcopi ex priuilegio,vel consuetudine: tamen non poterit resignationem illius recipere per gl.& ibi Card.in Clem.vna q. 7. de rerum permuta. Ideò debebit fieri in manibus eius, cuius in diœcesi beneficium est situm, vt expressè tradunt Do.de Rota,decis. 398. Si aliquis episcopus. in not. facit decis. 218. Nota quod cui. in antiq. facit gloss. in verb.locorum. Cle.vnic. de supplend. negli.præla.

Item episcopus potest vicario generali dare potestatem conferendi beneficia : certæ verò alteri personæ, quam non constituit vicarium, non potest,ne fiat fraus concilio Lateran.& ne detur via ad vacatura.c.2.& c.constitutus.de concessio. præben. sic consuluit Oldrad. consil. 77. quod episcopus. per dict.cap.fi. per tex.sing.in cap.statutum.de præbend. in 6. Quod est verum in vacaturis : secus in vacante beneficio, cuius collationem committere certę personæ, sine generali potestate & vicariatu, potest,quia cessat ratio prohibitionis concilij generalis, Rota in decis.327. Nota quod licet, in antiq. Ioan.de Selua in tract.de benefic.in 2.parte.q.21.

Poterit etiam vicarius generalis,habens potestatem conferendi beneficia,conferre dignitates,quia appellatione beneficiorum etiam veniunt dignitates,cùm non sit materia ambitiosa.gl.c.1.de reg.iur. in 6.& Clem.auditor de rescript. c.tua. de verb. signifi.Rota decis.437.Nota vtrum,in antiq.& decis. 2.rub.de offi.vicar.Panor.in c.fi.de concessio. præb. in 2.nota. Tutius est tamen in vicariatu exprimere dignitates, & etiam quod possit commendare, licet in mandato non sit expressum,quia plus est conferre,quàm commendare.c.Nemo.de elect. in 6. & cui plus conceditur,& minus concedi censetur,per reg. iur. tutius est etiam exprimere, & ego vidi exprimi.

Item collatio facta extra diœcesim ab episcopo valet,licet à vicario in diœcesi eodem die fiat,quia est facta à maiori. & ideo præualet, cap. si à sede.de præb.& quia maior est potestas episcopi, quàm sui vicarij.c.dudum,de præb. in 6. & quia censetur reuocatus vicarius quo ad illam collationem. sicut in domino non tractante causam,vt censeatur quo ad hoc reuocare procuratorem. c. si quem.de procur.in 6.Et per cognitionem , quam facit delegatus videtur reuocare subdelegatum. c.intimasti. de appella.Archi.in c.quamuis.de offi.deleg.in 6.sic & in ordinario conferente consuluit Cald.consil.2.an collatio.sub rub.de offi.vicarij.

Item vicarius generalis, licet nõ possit conferre, nisi expressè fuerit ei concessa conferendi potestas. d.c.fi. poterit tamen pręsentatos à patronis instituere.per text.no. in c.ex frequẽtibus.de instit.secundũ Rom.sing.601.tu scis quod fundatores,& Pan.in d. c.ex frequentibus.ac Ioan. de Selua in tract. de benefi.in 3.part.q.14.Ro.decis.43.Nota quod vicarius. in antiq.& de Bella mera.decis.93.licet vicarius.

Sed ego dicerem contrarium,quia institutio non potest fieri,nisi canonice fiat,& iuris vel consuetudinis auctoritate.c. penult.de institu. & c.1. de reg. iur. in 6. sed quando non est vicario data nisi certa potestas,non potest illam excedere, alioqui contra mandatum faceret, & non valeret ab eo gestum. c. cum dilecta.de rescript.forma enim mandati est diligenter obseruanda.l.diligenter.ff.de manda.Si ergo est vicarius constitutus generaliter, & non est data potestas instituendi, sine potestate non instituit. nam verbum conferre comprehendit etiam institutionem.rub.vt ecclesiastica beneficia siue diuina,conferantur,& scripsi in §.statuimus.1.de colla.in concorda. & quamuis non sit libera institutio: tamen alia ratio text.habet locum,quod in generali mandato,&c.

Nec refragatur tex.in d.c.ex frequentibus. nam dicit posse fieri ab officialibus episcopi, qui hoc de iure possunt,vt pote ab illis, cui est data potestas & non ab aliis per illud relatiuum qui, quod restringit,vt per Bar.in l.omnes populi.ff.de iust.& iure.

Non obest quod institutio est necessaria dispositio.Nam resp.esto sane:tamen non potest instituere is,qui non habet potestatem,& cum hic vicarius in hoc non habeat potestatem,sed limitatam, non extendetur.arg.l.in agris.ff.de acq. rer. domi. Et quia etiam institutio sapit donationem, quam vicarius facere,sine speciali mandato,non potest.d.c.fi.

Item institutio & destitutio pertinet ad episcopum. c. cum ex iniuncto. de hæretic. & sic non ad vicarium:nisi eidem committatur,&sic vicarius nõ potest priuare quem beneficio : nisi sibi expressè fuerit commissum,vt consuluit Anchara.consil.60.

duplici. potest tamen declarare possidentem beneficium, non habere iustum titulum in beneficio, cũ per modum actionis hoc petatur, vt expressim cõsuluit Bald.consi.478.Pręmittendum.in col.2.in 4. vol.Sed an possit monere beneficiales, vt ostendant titulum, scribit Anchar.consil.60.

Item non valet instrumentum vicariatus, in quo non reperiũtur testes descripti: aliàs possent episcopi cum secretario instrumentum vicariatus facere, & sic fraudare vel nominatos, vel Apostolicos, quod non est permittendum. c. sedes. de rescript. Ita fuit prolatum arestum, anno 1519. die 29. Iulij. Solent enim collatores literas destinare ad aliquos, & dicere si vacent beneficia Paris. poteritis ea conferre: sed vellem vt conferretis talibus: & te inuenies vicariũ, si conferat tali inuenietur vicariatus, si verò non contulerit illi pro quo mandauit episcopus, nõ tradet vicariatum isti. Igitur abusus tolli debent, & vicariatus in curiis registrari, aliàs quod non detur fides istis falsis instans sic communiter fabricatis.

Item habens potestatem conferendi & substituendi, cum simili potestate: si substituat postea non expresso quod dat specialiter potestatem conferendi, valet: quia secunda censetur specialis, habita relatione ad primam iuxta l. ait prætor. §.1.ff. de re iud. vbi paria sunt exprimere certum, vel se ad certum referre, & pro hoc videtur text. in c. tibi, qui. de rescrip. in 6. & ibi Alex. de Antilla declarat. quia substitutio facta per vicarium debet intelligi & cõtinere quod in prima vicarij potestate continebatur. l. asse toto. ff. de hæred. instituen.

Item specialiter dicitur data potestas, quando expressa collationis, vel prouisionis, seu dispositionis beneficiorum facta est in vicariatu mentio: aliàs non. cùm illud dicatur specialiter concessum, quod est à generalitate verborum abstractũ. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. c. qui ad agẽdum. de procura. in 6 gl. & ibi Imol. nu. 12. in Cle. 1. de iud. Alex. de Imol. cons. 134. Præuiso. nu. 2. in 1. vol. & cõs. 7. videretur. col. 2. in 4. vol. & cons. 122. viso, ac cons. seq. in eo. vol. & cons. 95. diligenter. col. 1. in 5. vol. quod est repetitum cons. 63. diligenter. in 6. vol. vbi facit differentiam inter specialiter & singulariter. ac in cons. 155. videretur. col. 2. in 6. vol. & cons. 189. viso statuto. col. 2. in 7. vol. & Barb. cons. 25 scribitur. col. 9. vol. 1. & cõs. 37. Illud. col. 8. ibid. & cõs. 48. Illud. col. 4. ibid. & cons. 15. Præclare. col. 7. vol. 2. plene Andr. Tiraq. in tract. de leg. cõnubial. in gl. in verb. expres.

Item etiam procedit in vicariis Papæ, vt non possint cõferre, nisi eisdem data sit à Papa potestas, quia limitata potestas extendi non potest. d. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. Feli. in c. cum ordinem. col. 4. vers. limitata. de rescript.

Et quamuis d. c. fi. de offi. vic. in 6. loquatur in vicario episcopi: tamẽ quia est eadem ratio in vicario Papæ, ergo eadẽ erit iuris decis. l. Illud. ff. ad l. Aquil.

Etiã si esset vicarius Cardinalis, quia ad hoc non dicitur habere potestatẽ, nisi sit legatus. c. 1. de offi. lega. li. 6 hoc tenet expressim Bal. in l. aliquando. q. penult. ff. de offi. procons. & leg. quem sequitur Catelian. Cotta, in 2. parte memoral. in verb. vicarius.

Quamuis contrarium teneat Barba. in tract. de præstan. Cardin. in prælud. secundæ partis. per text. in l. vicarius. ff. de legatio. vbi vicarius dicitur legatus. & legatus conferre beneficia potest, ergo & Cardinalis vicarius. Resp. quod ille text. probat cõtrarium sic dicens, qui est vicarius alieni muneris, voluntate sua datus, cogitur legationem suscipere: nõ tamen est legatus antequam suscipiat, & sic nõ omnis vicarius est legatus, per illum text. Et diuersitas nominum rerum diuersitatem inducit. l. si idem. C. de codicil. tanquam legatus non potest, quia non est legatus: tanquam vicarius etiam non potest, quia ei non data est potestas, tanquam Cardinalis non reperitur quòd habeat potestatem conferendi antequam sibi detur, ergo nullo modo potest conferre si non sit nisi vicarius constitutus.

Nec refragatur secundũ, quod Cardinalis quando constituitur legatus, sicut gaudet prærogatiua honoris vltra alios. c. 1. de offi. leg. in 6. ita & quando Cardinalis constituitur vicarius, transeat honor in Cardinalem vicariũ, ratione sui Cardinalatus: sed quod ex hoc habeat potestatem conferendi, nullo iure cauetur, vt prædixi: licet sit honorandus.

Nec obest tertium, quod conferre beneficia magis sibi competit gratia honoris, & prærogatiuæ, quàm legationis, dict. c. 1. ergo quando est vicarius, Cardinalis habet illam prærogatiuam honoris. ergo poterit conferre. Resp. quod Cardinalis, eo quòd est Cardinalis, non habet illam potestatem beneficia conferendi: sicut quando est vicarius, nisi sibi committatur, sed statim quod est legatus à latere, sic d. c. 1. & per hoc puto Cardinalem constitutum vicarium siue à Papa siue ab alio non posse conferre beneficia, nisi sibi expressè commissum fuerit, & hoc adulationis forte gratia sustinuit Barba. in d. tracta. de præstan. Cardinalium. in prælud. secundæ partis.

Idem puto in vicario generali Archiepiscopi, vel alterius prælati: cùm sit eadem ratio text. & quãuis expresserit vicarium episcopi, noluit vicarios aliorum collatorum excludere. cùm à ratione incipiat ille text. in d. c. fi. de offi. vicarij in 6.

Idem si sit vicarius capituli, & quia etiam nõ potest conferre, cum in illo habeant etiam locum duæ rationes expressæ in d. c. fi. & quia vicarius est.

Idem in procuratore generali laici, vt non possit præsentare, nisi expressa detur eidem præsentandi potestas. Panor. in c. fi. de concessio. præb. vbi dicit quòd laicus non potest constituere vicarium: sed si necesse habeat proficisci lõga absentia: poterit procuratorem omnium bonorum constituere, cui pręsentandi potestatem concederet, hanc opinionem ibidem sequitur Imol. & alij, & Paul. de Citad. in tract. de iure patro. in 6. parte. quæst. 41. & q. seq. dicit patronum ecclesiasticum debere constituere vicarium generalem ad omnia, & etiam ad præsentationes faciendas. Philip. probus in c. 1. de offi. vica. in addi. ad Ioan. Monach.

Item vicarius alium constituere non potest. cap. clericos. de offi. vic. nisi fuerit ei data potestas substituendi alium, tum quia personæ industria eligi solet, quæ in diuersis est diuersa. l. inter artifices. ff. de solu. l. si non sortem. §. libertus. de condict. indeb.

istius est

istius est sententiæ Bald. in maga. in verb. vicarius. 94. allegat Hostien. in d. c. clericos. nisi ex maxima causa, & non frequenter, vt consuluit Bertrand. consil. 7. ex literis. col. 3. nu. 5. in 1. vol. secundum nou. impressio.

Item per constitutionem secundi vicarij videtur reuocatus primus, sicut per constitutionem secundi procuratoris. l. si quis cum procuratorio. §. fin. ff. de procurato. & Cardin. & Barba. in c. volentes. de offic. lega. licet Panor. ibi teneat contrarium, & in c. non iniustè. not. 4. de procura. ac Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 2. parte. q. 14.

Ex quo infertur quod collatio beneficij ecclesiastici facta per primum reuocatum, non valet, si facta erat intimatio, & notificatio alterius vicarij creati: aliàs valet per l. si fortè. ff. de offic. præsid. Roma. sing. 57. fuit quæstio Romæ. & sing. 656. quod. l. si fortè. Bertach. in tract. de episcopo in 7. parte. lib. 4. q. 21. Deci. consil. 395. In causa. col. 1.

Etiam est notandum, quod vicarius episcopi excommunicati, non potest conferre: sicut nec episcopus excommunicatus. text. in cap. 1. de offi. vica. in 6. quia episcopo suspenso, suspensa est iurisdictio vicarij, per gl. & Dec. ibi scripsi in repeti. c. postulastis. in 2. no. de cleric. excom. ministrante.

Vltimo sciendum est, quod vicarius generalis episcopi vel alterius, potest conferre beneficia etiã extra diœcesim. gl. in cap. nouit. de offic. lega. Rota decis. vlt. de offic. vicar. quia conferre est iurisdictionis voluntariæ: quod etiam extra territorium fieri potest. l. 2. ff. de offic. procon. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 40.

Fallit in beneficiis vacantibus in curia. c. statutum. de præbend. in 6. vbi si Papa non conferat beneficia in curia vacantia intra mensem, post mensem ordinarius, vel eius vicarius poterit, in diœcesi tamen existens, & non extra, & hoc est statutum ne collatores creent vicarios Romæ, & collationem Papæ auferãt; & quia de iure speciali competit, vt asserit Roma. sing. 48. tu habes. dixi in d. c. statutum.

Secundò fallit, quando esset limitata potestas vicarij: quia potestas limitata nõ extẽditur. l. in agris, ff. de acq. rerum dom. & licet insula acquiratur illis, qui habent prędia in ripa proxima. § Insula. insti. de rerum diuisio. tamen non habet locum in agris limitatis, quia tunc occupantis fit. l. ait prætor. §. Insula. ff. de fluminib. Et potestas data domino in causis vassallorum, non egreditur controuersias fundatas Panor. in c. cæterum. de iudiciis. Felin. in c. cum ordinem. col. 5. num. 6. de rescript. vnde si vicarius sit creatus cum potestate conferendi beneficia in sua diœcesi, non poterit extra, vt dico infra.

Item quando alicui conceditur facultas limitata, excedens limites, non facit etiam id quod sibi concessum est: sed aliud. l. sed si ante. ff. ad Trebel. l. si communem. §. 1. quemadmodum seruit. amitta. l. si pupillorum. §. si prætor. de rebus eorum. Albert. in tract. de augmento. conclus. 8. limita. 1.

Item fines mandati sunt diligenter obseruandi: aliàs si aliquid fiat vltra mandatum, non valet. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. de rescript.

Item quamuis maritus pro vxore agere possit: tamen si sit constitutus procurator in aliquibus, ad alia agere pro vxore non potest. l. maritus. C. de procura. sic dicendum de vicario. Vt autem materia sit omnibus nota, facio casus sequentes.

Primus est, vicarius constitutus ad conferendum beneficia diœcesis Paris. poterit: tã in diœcesi, quã alibi conferre, siue constitutus sit generaliter, siue indefinitè. gloss. in d. c. nouit. de offic. legat. & suprà dixi.

Secundus casus, vicarius constitutus ad conferendum beneficia Aurelianen. diœcesi vacantia Paris. non poterit conferre Aureliæ. quia ibi non vacant, & ad hoc non est constitutus: & sua potestas est limitata. no. in c. pro illorum. de præb.

Tertius casus vicarius constitutus vt conferat omnia beneficia diœcesi Lemouiten. in ciuitate tamen & diœcesi: non poterit extra diœcesim conferre, quia sua potestas est limitata vt in diœcesi: id est intra diœcesim: ergo non extra. text. in l. 1. §. in publico. ff. de flumini. & dictiones in, & intra, ęquiparantur. in l. 1. §. si intra. de successo. edict. ff. l. 2. de verbo. significat.

Quartus casus, vicarius constitutus vt possit cõferre beneficia quamdiu episcopum abesse contigerit, non poterit conferre quando episcopus erit præsens. cap. si delegatus. de offi. delega. in 6. cap. antiqua. de priuileg. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte. q. 14. col. penult. vide tamen Paul. in l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de instito. actio. Quia nõ censetur constitutus in præsentia: nam inclusio vnius est exclusio alterius. l. cum prætor. de iudi. ff. Ideo eum, qui habebit collationem à tali vicario, oportebit probare episcopum fuisse absentem: tum quòd sit intentionis suæ fundamentum: tum quòd præsumatur episcopus præsens, per totum titulum de cleri. non residen. vbi debent residere in episcopatu.

Quintus casus, si data sit potestas vicario conferendi beneficia affecta graduatis & nominatis, vel vacantia in mensibus illis præstitutis, non poterit alia beneficia conferre, cùm non debeat fines mandati & vicariatus excedere. cap. cui de non sacerdotali. de præb. in 6. Et data potestas vicario vt conferat beneficia spectantia ad collationem episcopi, non extendetur ad beneficia, quæ auctoritate Apostolica conferre posset episcopus: vtpote propter negligentiam regularium prælatorum. Cle. vnic. de suppi en. negli. præl. Ideo in vicariatus instrumẽto debet scribi, quod non solum beneficia conferre possit, quæ nos iure ordinario conferre possemus: sed etiam omnia illa, quæ iure deuoluto authoritate Apostolica, vel quauis alia potestate à iure communi, vel speciali, quod est bene notandum.

Vltimus casus est, quod gesta per vicarium & collationes factæ per eum non valent, si de eius nõ constet mandato. hoc expressum tradit Bertach. in tract. de episcopo, in 7. parte quarti libri. quæst. 8. Gesta delegati: de quo Barto. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. & Doct. in c. pastoralis. de rescript.

Et tunc solet vicarius condemnari ad omnia damna, & expensas partis, cui contulit beneficium, qui eam decepit. ita vidi seruari in practica.

REGV

REGVLA XIIII.

Item reuocauit quascunque facultates, & literas desuper confectas, per quas quicunque sui prædecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum ecclesiasticorum de iure, vel consuetudine habentibus: & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel alia dignitate (non tamen Cardinalatus honore fungentibus) quauis consideratione, vel intuitu, seu etiam motu proprio, & ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant, vt quandiu viuerent, vel suis ecclesiis, seu monasteriis præessent, aut ad aliud tempus de beneficiis ecclesiasticis generaliter reseruatis, seu affectis ad eorum collationem, prouisionẽ, præsentationem, electionem, aut quáuis aliam dispositionem communiter, vel diuisim spectantibus, disponere liberè & licitè valerent: aut etiam ad id per eosdem prædecessores vicarij perpetui, vel ad tempus constituti forent.

Reuocat facultates & indulta concessa quibuscunque personis exceptis Cardinalibus, per quæ possent liberè disponere de beneficiis ecclesiasticis generaliter reseruatis, seu affectis ad eorum prouisionem spectantibus. vnde oportet vt denuo concedatur, aliàs prima concessio nullius est momẽti.

REGVLA XV.

De dictionibus numeralibus.

Item vt in Apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, statuit, & ordinauit, quod in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Kalend. Nonas, & Idus immediatè poni consueuerunt per literas, & syllabas, extense scribantur: & illæ ex præfatis literis, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad bullarium nullatenus mittantur.

Hic statuit quod dictiones numerales extensè scribantur, vt in literis apostolicis plenior committendi falsum tollatur occasio: vt, tertio idus, sexto nonas, nono calendas, non abreuiatè, vt 3. idus 6. calen. & quod istæ dictiones ponantur ante, & non post: vt tertio calen. non, calen. tertio: & si sic vltimo inuenirentur, essent contra stylum. cap. quàm graui. de crimi. falsi. & præsumerentur falsæ. & ideo non valerent: quia contra stylum.

Notandum est, quod si iure, vt hic vel consuetudine caueatur, quòd scriptura extensè ponatur, tunc non sufficiunt abbreuiaturæ, aliàs secus. vnde thesaurarij solent extensè scribere prima, centum, vel aliam summam, & posteà abreuiatè: vt C. vel quinquaginta, per L. & ista est communis sententia docto. in authen. quod sine. C. de testam. & Imol. in l. quoties. § 1. ff. de hæred. instit. & sic bulla sic expedita non valebit per prædicta, licet hic non annulletur expresè: sed quia est facta contra hanc regulam. Et non dubium est, quod ea quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur. l. non dubium. C. de legib. & etiam hic vult vt non remittatur ad bullariũ. ergo vult quod non expediatur, & sic non valere. Alber. Brunus in tract. de forma & solennitate actus in rub. ex quibus consistat forma, &c. fol. 26. col. 3. versi. sed an illud. quia non habet formam scripturæ, quando est abbreuiata: nec dici potest scriptura extensa secundum eum. Et ista regula potest habere locum tam in literis apostolicis gratiæ, quàm iustitiæ, cùm simpliciter loquatur de illis, & generaliter. tamen facilius committitur falsitas in literis gratiæ, quàm iustitiæ: potest tamen & in his falsum committi. ob id, ista regula tunc habebit locum. Et quamuis hæc regula loquatur de literis apostolicis, & sic non habeat locum in literis & collationibus ordinariorum: tamen vt crimen falsi vitetur, bonum esset quod etiam in collationibus beneficiorum ab ordinariis factus seruaretur, & quòd extensè ponerentur annus & dies. Et idem in vniuersitatibus Franciæ, vt in nominationibus hæc etiam extensè scriberentur. An sufficiat scribere primam literam nominis, vel cognominis impetrantis, vel rei, aut iudicis, describit Fel. in cap. cum accessissent. in princ. de constitu. & Ripa. in c. cum M. Ferra. in 2. nota de constitutionib.

REGVLA XVI.

Item voluit, quod de concurrentibus, super vacantibus, seu recto modo vacaturis beneficiis, illis quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus: aliàs graduati, non graduatis: & inter graduatos, magis graduati: aut inter æqualiter graduatos, prius graduati, necnon colorato titulo possessores, nõ possessoribus, ac inter personas alias in curia præsentes, absentibus ab ea, ac inter præsentes, non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes, & cæteris partibus, oriundus non oriundo: & diœcesanus nõ diœcesano. in reliquis vero singuli, qui prius apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint, aliis in ipsorum de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione, præferantur.

Hic ponuntur plures qualitates super concurrẽtibus in data. Prima est quod pluribus eiusdẽ datæ existentibus,

existentibus, is præferendus est, qui habet clausulam motu proprio, cæteris non habentibus. & hoc est iuri conforme. quia hæc regula motus proprij auget gratiam, vt plenè scripsi in forma mand. in verb. motu proprio. in concord. siue ponatur in literis ad vacatura beneficia, vt in mandatis: siue ad vacantia, vt in impetrationibus. Nam si plures eodem die impetrauerint, & in vna sit hæc clausula, is præferetur, & Iste motus proprius cæteras prærogatiuas vincit, vt hic, quia præponitur. & hoc etiam firmat Cassador. in decis. 14. in fi. rub de præbend.

Secunda qualitas est, vt graduati non graduatis præferantur. c. de multa. de præb. & in concord. in §. statuimus 1. de colla. Et quid si quis dicat se doctorem & non sit, an valeat gratia? vide Cassad. decis. 7. de concess. præb.

Tertia, quòd inter graduatos magis graduati, vtpote si vnus sit doctor, præferetur licentiato. quia maior minori præferri debet, & constitutus in maiori dignitate alteri existenti in minori: scripsi in §. statuimus. 1. de colla. vbi dixi doctorem in vtroque, doctori in altero præferendum.

Quarta, quòd inter æqualiter graduatos prius graduati præferuntur, qui enim prior est tempore, potior est in iure, regula qui prior, & scripsi in gloss. concord. in d. §. statuimus. 1. & in tract. no. quæst. 21. num. 43.

Quinta qualitas, vltra tex. quod si omnes in omnibus concurrant, legentes, non legentibus præferantur, vt dixi in d. §. statuimus 1. de coll. in concor. per text. in l. 2. C. vt dignita. ordo seruetur. lib. 12. & in tract. nominatio. scripsi. q. 21. num. 48.

Sexta qualitas etiam est vltra text. quod inter nõ graduatos, actu studentes, non studentibus præferuntur, & scholastici, non scholasticis. l. 1. C. vt dignit. ordo seruetur. lib. 12.

Septima qualitas in tex. posita, est quod possessores, non possessoribus. c. si à sede de præb. in 6. beati qui tenent, dicit gl. in §. si tres. de pace tenenda.

Octaua qualitas text. est quod præsentes in curia absentibus præferuntur: sicut in quotidianis distributionibus dicimus in cap. vno de cleric. non resident. in 6. Vnde si episcopus contulit alicui existenti in curia. & Papa alteri existenti extra: is, qui erat in curia pręferetur. & hic intelligi debet de curia Romana, non de alia curia. sed ista videtur contraria infra descriptis, videlicet quod bonus præferatur. nam curiales instar vulpium sunt astuti, & fallaces. & ob id non debent bonis & simplicibus pręferri: sed transeant cum vulpina simplicitate.

Nona qualitas inter præsentes, non beneficiati, beneficiatis: sed hodie omni habenti datur. Et quod pauperes præferri debeant beneficiatis, est text. in c. cùm adeo. vbi docto. de rescrip. c. quia intantum. & c. cum secundum. de præbend. Fallit quando ecclesia esset debitis onerata: tunc diues pauperi præferendus esset: & beneficiatus beneficiato. Panor. & Perus. in c. constitutis. de appe. Felin. in c. cum adeo. col. 7. & cap. postulasti. col. 9. de rescrip. Roch. de Curte in verb. honorificum. q. 19. de iure patro. Itẽ hic plus dicit, præferendum esse magis beneficiatum, minus beneficiato: vt is, qui non habet nisi quinquaginta in beneficiis, præfertur illi qui centum habet. gl. in verb. numerum. in §. item quod vniuersitates. de colla. in pragma.

Decima qualitas inter absentes, oriundus, non oriundo præfertur, & diœcesanus, non diœcesano. c. neminem. 70. dist. 50. l. in ecclesiis. C. de episc. & cleric.

Vndecima & præcipua qualitas est, quod bonus malo præferri debet: vt prætulit Dauid, videlicet bonitatem, disciplinam, & scientiam petendo.

Duodecima, doctus ignaro præferri debet. c. cũ ex eo. de elect. in 6. Doct. in cap. cum nostris. de concess. præb.

Decimatertia est, vt ille debeat præferri qui habet signaturam per fiat, illi qui habet eam per concessum, vt scripsi in reg. 34. infrà.

Vltima, qui prius literas collatoribus præsentauerint. c. duobus. de rescript. in 6. vbi aliæ qualitates describuntur. Vide ibi, quia loquitur tantum de literis ad vacatura beneficia, non ad vacantia: sed extenditur per istum text. & sic inspiciendæ sunt qualitates prædictæ ante istam, cũ in fine ponatur.

REGVLA XVII.

Item ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis & declarationibus habendis in causis plerunque fiunt suggestiones, iustitia postponatur. Idem dominus noster decreuit & declarauit suæ intentionis fore quod deinceps per quamcunque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas, pro commissionibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiam si motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Papa in dubio non est intentionis, vt velit ius quæsitum alicui tollere. Ratio ponitur in principio, ne per varias suggestiones, iustitia postponatur, quę plerunque fiunt pro commissionibus seu mandatis & declarationibus habendis in causis. & ista regula est iuri diuino conformis, & conueniens. Nã Achab Rex, qui vineam Nabot accepit, volens etiam meliorem dare pro ea, vel argenti pretium, audiuit à Domino, In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabot, lambent quoque sanguinem tuum. 3. Reg. 21. dixi in tract. congruæ portio. in fin. Est etiã iuri humano consentanea, vt inferius multis probabo exemplis.

Et sic per istum textum iudices debent securè procedere, quòd non obstante rescripto Papæ, non dubitent ius partibus reddere. Quia si Papa contulerit duobus, & declaret postea quod intendit & intendebat isti secundo conferre, & non primo, ea declaratione non obstante, iudicabitur pro primo: & ita iudicauit magnum consilium super prioratu

prioratu sancti Martini de campis Paris. Quia per importunitatem, & suggestionem impetrantur plerunque istæ declarationes. sic consuluit Francisq. consil.142.habita.col.7.

Secundò hîc statuitur per quamcunque signaturam, seu aliam concesßionem, siue in literis iustitię, siue gratiæ, non intendit Papa ius tertij tollere. Tum, ne vnde iura nascuntur, iniuriæ nasci videantur. l.meminerint. C.vnde vj. Tum, quia omnibus subditis æqualis defensio iuris est debita. l. capitalium. §.ad statuas.ff.de pœnis. Et quia apud eum nō debet esse acceptio personarum. c. nouit, de iudic. & illam semper solitus est reseruare cautelam, vt de illis ita proueniat commodum, quod aliis non immineat detrimentum. c. vno, de concesßio.præb. in extra.Ioan.22.

Tertiò non intendit Papa ius quæsitum tollere per quascunque literas Apostolicas, siue gratiæ. vnde si conferat non obstante quacunque collatione, intelligitur de inualida, non de valida, ne ius quæsitum tollat. Feli.& alij in c. causam. de rescript. & sic per hoc verbum, literas, habet locum hæc regula tam ante litem cœptam, quàm postea. decis. Cassiod.39.super regu.cancell. Ita vt etiam non videatur velle tollere possesßionem acquisitam sicut nec ius quæsitum. tum quòd possesßio iuris fit. l. j. vbi Bart. diffinit, esse ius insistendi, &c.ff.de acquir.possess. Feli.in rubr.de rescript.col.3. Panor. in c. dudū. notab.1.de priuileg. tum etiam, quia princeps non intendit possessoribus pręiudicare.l.fi.C.si per vim. & c.cum nostris.de conces.præb. Oldra. consi.268. q.& Soc.in consil.15.in causa.nu.4. in 3. vol. col. penult.& consil.120.memini.col.6.nu.8.ibid.

Quartò vult hîc Papa quòd per quascunque cōmisßiones, vel mandata, aut per declarationes, non tollatur ius tertij: vnde mandatum secundum non tollit primum, etiam si in eo sit apposita clausula anteferri: nisi Papa derogauerit huic regulæ.text.in c.pen.de concesßio.præbend. in vj. & cap. quodam per literas.eod.lib.6. quod vix in Francia reciperetur. quia habemus formam præstitutam. facit quod consuluit. Card.consil. 136. factum sic se habet, vacantibus.col.j.

Quintò etiam patet hîc, quod per clausulam, motu proprio: vel per clausulam, ex certa scientia, non intendit Papa ius tertij tollere, etiam per vtrāque: nec per eas clausulas dicitur apparere de mente principis, quod illud ius velit tollere. Clem. per literas.de præben. Card.consi.96.Papa.in fi. & cons. 136.præmitto.col.vlt.num.24.ac consil.141.videtur. col.pen.num.9.vbi dicit verba rescripti potius impropri anda quàm tertio præiudicetur. Dec. consil. 468.superiori anno.num.20.& seq. ac consi.544. serenisßimus. col. vlt. vbi concludit feudi concesßionem ab Imperatore factam, non valere in præiudicium agnatorum, quibus iam erat ius quæsitum. Nam ea importunitate, qua fuit concesßio facta: fuit & illa clausula adhibita, & ideo non valet, vt dicunt in simili Docto. de renunciante exceptioni non numeratæ pecuniæ. in l.si ex cautione.C.de nō numerata pecu. Feli.in c.si cautio.de fide instr. Dec. cons.520.in causa. quamuis hęc clausula motus proprij, multos habeat effectus, quos abundè scripsi in gl.concord.in forma mand.in verb. motu proprio. Idem dicerem si apponeretur clausula ex certa sciētia, vel de plenitudine potestatis, per rationes prædictas. etiam si diceret quod vult vt retrotrahatur.

Item donatio facta à principe intelligitur sine præiudicio tertij, vnde si donauerit terras alicui, ille tenebitur soluere, & collectas ciuitati dari solitas. vt consuluit Alexan.consil.125.viso titulo. in 2. vol. & consil.35.viso processu.col.3.in 4.vol. & consi.23. viso.col. pen. in 5. vol. nec censetur princeps velle tollere gratias, quæ sortitæ sunt effectum.c.fi.de cōcesßio.præb. in 6. Paul.Castr. consi. 340. præmissis. col.pen.in 1.vol.

Sextò in commisßione quantumcunque generali nunquam censetur concessum, quod posßit tolli ius tertij. Et ideo vicarius imperialis, vel vicerex, ex quacunque generali potestate hoc non potest, & si attentaret, cùm in hoc sit priuata persona. l. 3. ff. de offic.præsid. poterit illi resisti. argum. l. defensionis facultas.& l.prohibitum.C.de iure fisci.lib.10. Cuma.consil.158.visis.in 1.q.& hoc aliquando allegaui contra quenquam proregē, qui me grauate postea respexit. ob id potest appellari ad parlamentum. Imò non valet declaratio Papæ, vel regis in præiudicium tertij. Aneh.consi.398.Præmitto.in fi.

Septimò remisßiones delictorum, quas gratias vocamus, quę fiunt à principe, nunquam trahuntur ad remittendum pœnam parti applicatam, vel applicandam. argum.c. quamuis. de rescript.in 6. Fel. in c.super eo.de offi.deleg. Ias.in l.venia.C.de in ius vocando. Decius consi. 520. in causa. Ob id solet princeps in gratia exprimere ista verba, *Quittons, remettons, & pardonnons, le faict & cas dessus dict, auec toute peine, amende, & offense corporelle, criminelle & ciuile, en quoy pour occasion dudict cas, il pourroit estre encouru enuers nous, & enuers iustice, &c. satisfaction faicte a partie ciuilement tant seulement, si faicte n'est, &c.* De hoc scripsi in ordin.reg.rub. de gratiis.

Octauò legitimatus à principe, quamuis posßit succedere patri: tamen si legitimetur post mortem patris, illi non succedit, quia ius quæsitum princeps non intendit tollere. Bart. Ias.& alij in l.Gallus.§. & quid si tantùm.ff.de lib. & posth. Francis. qui. cons. 138.habita.& Cuman.cons.168.Reuerendus.col.2.

Nono vassallus negans feudum, & vt dicunt, *desauouant son seigneur*, perdit feudum.§.vassallus.in 2. si de feudo defuncti contentio fuerit inter dom. & agnat. vassalli, nisi in quibusdam casibus descriptis à Boco.in §.13.& seq.de consue. feud.in consue. Bitur. Et si impetrauerit literas regias, vt eo non obstante non priuetur feudo, illæ literæ non comprobabuntur nec interinabuntur, quia inciuiles. Nam rex non videtur velle tollere ius quæsitum per negationem, & vt vulgo dicam. *desaueu*. c.1.de reb.eccles.non alienan.in 6.quod est no. quia vidi in causa ardua dubitari.& dicunt quidam interuenisse Arestū ad vtilitatem do. Ioānis Bertou doctoris in medicina, contra Sangum præpositum Syluanensem.

Decimò ista regula, dummodo ius alteri quæsitum, &c. præseruat habentes ius in re: sed derogat habentibus ius ad rem: vnde si mandatarius vacans

beneficium

beneficium in vim sui mandati acceptauerit, & antequam sibi prouisum fuerit Papa alteri conferat, valebit collatio:non erit subreptitia impetratio, licet de acceptatione non fecerit mentionem. do. de Rota decis 244.licet de more.in nouis.Calder.cōs. 8.in fi.rub.de rescript.Roman.cons.256. Quod nō habet locum in hoc Franciæ regno, prætextu ordinationis regiæ, volentis Papæ præuentionem non habere locum,post mandatarij acceptionem & per text.in §.declarantes.vbi scripsi in verb.iure præuētionis.de mand.apost.in concor.

Vndecimò iuri in re, ꝙ quis habet ex electione vel collatione,non videtur Papa derogare: secus in iure ad rem,quod habuit ex acceptatione:quia postea iterum non præstaretur,vel non eligeretur; sed bene iterum poterit beneficium in vim suæ gratiæ acceptare.teste dom.Gomes.hic in 2.q. fallit in subrogatione,per quam etiam non videtur tolli ius ad rem ex acceptatione proueniens,vt consuluit Aegid.Bellam in cons.35.vtrum.in fi.& Ioan. de Selua. in tract.de benef.in 3.part.q.11.in 25.qualitate.

Duodecimò,priuilegium motu proprio concessum,extenditur ad litem pendentem,etiam si de ea non fuerat facta mentio glo.singul.in l. qui autem. ff qui satisd. cogant. quod est verū si nulli afferat præiudicium,aliàs contra,quia iuri tertij nō videtur princeps voluisse præiudicare, vt hic. & hoc dicit Spec. in tit.de dispensatio.§.qualiter.vers. diximus ergo.Refert Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. rub.de effectu & vi clausularum.fol.85.vers.secundo,& c.principaliter.

Decimotertiò hæc clausula etiam intelligitur in concessione facta minori,vel militi. l. impuberi. ff. de administ.tut.Ias.in l.beneficium.col.4 nu. 20. ff. de constit.princip.etiam si cōcessio fuerit facta piæ causæ.Alex.in l.pactū quod dotali.col.2. C. de pac. Gomes.in hac regul.quæst.1.

Fallit quando de voluntate concedentis constaret,quòd vellet præiudicare tertio,l.2.§. merito. ff. ne quid in loco public.fiat, vbi quod princeps non solet concedere,si cōcesserit valet:sed facile hoc nō concedit princeps l.2. de nata.resti. ergo si concedat videtur valere,& hoc consuluit Paul,Castren. cons. 178.donatio.col.2.part.1.

Et tunc tertio præiudicabitur,in illis casibus, in quibus de iure potest,de quibus no.doctor.in c.quæ in ecclesiarum.de constit. & scribūt maximè in beneficialibus,in quibus Papa habet plenaria & potestatem,c.2.de præb.in c. cum dilectus, in verb. nec iuri.de consue.& gl.huius reg.cācel.ita firmat. Ego tamen putarē contra quia licet in illis habeat plenariam potestatem conferendi, vniendi, diuidendi,& aliàs disponendi:tamen ius parti quæsitum tollere non potest.vt plenè scripsi in tract.nomina.q.21. nā quæ iustitia potest esse vt alicui tollatur beneficium tot laboribus acquisitūm,sine causa?c.super hoc,de renun.sic decidit Card.Zaba.cons.142.pūctus quest. col.2.num.3.& seq. In leuibus fortè & paruis tolleratur fortè talis derogatio præiudicij tertij in magnis verò non per gl.in d.l.2.§.si quis à principe. & l scio.ff.de in integ. rest. & in l. sed cum ab hærede. ff.ad Trebel.quam notat additio an Panor. in cap. suggestum,de dec.& Ias.in l.beneficium,col.4 ff.de constit.princip.facit glo. in c. cum olim. in verbo, præiudicium de consuetu.Card.in c.mandatum.7. no.de rescrip.

Tamen quando Papa,vel princeps tollit ius quęsitum alteri de plenitudine potestatis, tenetur sibi, de simili beneficio prouidere, vel de æquiualenti bono.per glo.& ibi Bal,in c.vno.de alaudiis,col.5.n. 21,in feud.gl.in l.si locus,§.fi.ff.quemad.seru,amitt.

Secundò fallit quando papa contraxisset cū parte,recipiendo multam pecuniam pro bulla, seu cōpositione,tunc poterit addere clausulam in signatura,placet quatenus tollatur ius quæsitum & tunc si fuerit ius quæsitum per ius positiuum papa derogabit:secus si per ius gentium.gl.sing.in l.2.C. de precib.Impera. offerend.l.itē verberatum.de rei vend. Quod intelligerem verum,de iure quæsito pontifici:sed alteri tertio vt in Francia,ex hac causa in forēsi iudicio sustineretur,quamuis hoc expresse scribat Ioan.Staphil.in tract.de lit.iusti.fol.162.vers. insuper inter alias.rub.de lit.iustitiæ.

Tertiò fallit,quoad ius quærendum spe non approbata.Angel.cons.264.do.Papa.Vnde potest derogare regul.de viginti diebus,quāuis possit esse præiudicium illius,qui habebit collationem per obitū. arg.l.qui autem.ff.quæ in fraud credit. & idem de legato conclusi in gl.Concor.in §.præfatique graduati.in verb. vacare. de colla. Itaque Papa tunc à iure quærendo potest etiam sine causa excludere. Bal.in l.2.C.de iur.& fact.igno.vt refert Carol.Ruinus cons.70.Quia id.in 5.vol.vbi dicit,quod si spes esset approbata,vt pote quia aliquis est proximior alicuius,non poterit Papa auferre successionem illius quominus proximior succedat,vt dicā inferius in rescripto legitimatio.

Item valet concessio principis,vt quis possit molendinum construere in flumine publico,licet alteri molendino præiudicetur.Bal.cons.71.casus talis est.in 1.vol.docto.in l.quominus.ff.de fluminib. Itē valet gratia facta delinquēti,licet bona alioqui fuissent acquirenda alicui Baroni, vel Duci; vt tenet Ioan.Gallus.in quæstio.per aresta.q.254. sed ego nō inueni in libro meo.Licet hoc referat Imbertus in instit.Forensi. pag.62.lib.1.sed pro hac sententia est tex.in c.cum secundū leges.de hæret.in 6.doct. plenè in l.seruus.vbi etiam addidi.C.de pact.

Quartò limita quādo aliàs cōcessio nihil operaretur.Calder.in disputa.incipien.Dom.Papa.col.12. Vnde si Papa mandat duas ecclesias vniri, intelligitur etiam cum præiudicio tertij. sequitur Fel. in c. super eo.de offi. deleg. Intellige in his, quæ arbitraria sunt principi, & manualia, secus in aliis, vt not.Alcia.in tract.de præsump.reg.3.præsump.11. per.illud,quod not.Abbas,Panor. cons. 84. illud in summa.vol.1.vbi valet rescriptum principis,ex certa scientia confirmans donationem non insinuatā, & tenet etiam in præiudicium filiorum,quibus erat ius quæsitum spe probabili quia ista solennitas est introducta de mero iure posito,quod est principi arbitrarium,& istud est notandum pro ordinatione nouissima Franciæ,quæ vult non valere donationes sine insinuatione.

Quintò quando Papa facit mentionẽ de iure hic videtur intellexisse de iure perpetuò duraturo:non autem de duraturo ad tempus.quia isti bene intendit derogare.l.pro parte.§.versum.ff.de in rem vers vbi gloss.allegat alia iura similia.

Sextò,ex causa publicæ vtilitatis.l.itẽ si verberatum.§.1.ff.de rei vend.& l.Lucius.de euict.Bart.in l.fi.C.si contra ius.Paul.Castren.cons.178.donatio.col.1.in 1.part facit l.si quis in graui.§.vtrum.ff.de Senatuscons.Sylla.doct.in l.conuentionũ.ff.de pact.

Septimò,quando ex voluntate principis res fuit alicui quæsita,& ipse fuit causa quærendi,tunc sola voluntate potest auferre:sicut sola voluntate illi acquirere voluit.quia omnis res per quascũque causas nascitur per eas & dissoluitur.reg.1.de reg.iur.in decretal.Vnde inferunt doct.ꝙ dominiũ acquisitũ ex præscriptione auferre potest.Angel.in l.Lucius.ff.de euictionib.Bald.in l.fi.col.2.C.sentẽt rescindi nõ posse:sic consuluit Francisq.cons.138.habita.col.2.nu.5.alibi de hoc scribo an verum sit.

Octauò,de absoluta potestate,ius tertij princeps tollere potest,etiam si agatur de graui præiudicio.gl.& doct.in l.fin.C.si cõtra ius,&c.& doct.in l.quoties.C.de precib.imp.offeren.Inno.& alij in capit.quæ in ecclesiarum.de const.refert Francisq.cons.174.in causa,col.2.nu.9.Sed ista potestas absoluta est potestas tyrannica,quæ verius diabolica dici potest procedit enim à potestate iniuriosa,& quæ est contra legem diuinam,de qua superius dixi,de Nabot loquens. Estque contra legem naturalem,ciuilem & canonicam.

Nonò,ius quæsitum purè Papa hic tollere non intendit:secus de iure conditionali,& in pendenti existẽte,l.si ita scripsisset.ff.de leg.2.hoc expressum tradit Ludo.Roma.cõs.256.Approbo.in fi.quem sequitur Fel.in c.super literis.col.7.num.11.in 5.regu.de rescrip.quia est ius quærendum,non verè quæsitum.

Vltimò,hic etiam ampliat Papa,quod etiã si cõcesserit ante litẽ motã,siue postea:siue ab eo emanauerit,siue ab altero de mãdato eius,quia postquã ipse non vult ius quæsitum tollere,ipse videlicet magister & dominus,multo minus vult vt alius tollat suo mandato:quia non dat pleniorem potestatem,quàm habeat,& sibi retineat.c.dudum.de præb.in 6.multa alia hic pertractarem:sed breuis esse cupio & per ista alia decidi poterunt.

REGVLA XVIII.

Ista regula multas doctorũ opiniones tollit scriptas in c.super inordinata.de præb.& in hac quiescẽdum est videlicet quod infãtes nullum beneficium habere possint absque Papę dispensatione.Card.Alexander in c.de his.28.dist. Post septem annos recepta prima tonsura,beneficia simplicia,quæ in nomen rectoriæ non sonant habere possunt,si maturitatem consilij non exigant.c.2.de æta.& qualit.c.si eo tempore,de rescript.in 6.nisi certum haberent ordinem annexum,cap.ei cui prouideri.de præbẽd.libro sexto.

Ad canonicatus ecclesiarum collegiatarum post decem annos habiles sunt:& post quatuordecim annos etiam ad præbendas ecclesiæ metropolitanæ vel cathedralis:licet Anchar.in c.ex insinuatiẽo.de simo.dicat Impuberes posse esse canonicos in ecclesia cathedrali.quamuis contrariũ dicat Panorm.in cap.præterea.de ætate & quali.cuius opinio approbatur hic.& sic requiruntur quatuordecim anni completi:nec sufficeret attingere,vt in l.qua ætate.ff.de testã.cap.cùm in cũctis.§.inferiora.de elect.postquam hic est expressum,& hoc fuit prius ordinatum per Gregorium XI.vt in decis.Rotæ continetur,decis.324.supposita.in nouis.Aegid,de Bellamera.decis.227.supposita.Solet tamen dispensari ad canonicatus & præbendas in cathedralibus etiã metropolitanis,ac in collegiatis ecclesiis,cum constitutis in octauo anno.vide text.& ibi doctores,in cap.ex eo.de electionib.in 6.& Imol.in clement.fin.de ætate & qualit.de omnibus ætatibus vide quæ scripsi in tractat.de pacif.posses.num.174.& sequen.limita.4.

Nota tamen ex hac regula,quod mandata impetrata per minores,non valent,si non fiat expressa mentio ætatis,per hanc regulam,etiam si in mandato de prouidendo fuerit clausula,pro expressis habentes,&c.quod est notandum,quia hic annullat illa mandata.intellige ad præbendas,& canonicatus ecclesiæ cathedralis,vel collegiatæ:cùm hic requiratur specialis & expressa mentio,quæ non dicitur per illam clausulam,pro expressis habentes,&c.vt not.Bart.in l.1.ff.de vulg.dixi in glos.pro expressis.in forma manda.Nec in vim huius mandati debet isti minori prouideri de his canonicatibus & præbendis:de aliis beneficiis secus,si ad illa sit habilis.quia in mandato Papa non habet ætatem pro expressa:sed solum beneficia & eorum valorem & dispensationes:ergo alia exprimi debent,nisi tollantur per clausulam motu proprio,vt dixi ibidem.

Idem est si minor impetret præbendam in ecclesia nostræ dominæ Paris.vacantem:nisi suam exprimat ætatem,etiam impetratio non valebit.quod est notandum.

REGVLA XIX.

Item voluit,quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium,siue simpliciter,siue ex causa permutationis,& postea infra viginti dies,à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos,de ipsa infirmitate decesserit:ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam,collatio huiusmodi nulla sit,ipsumque beneficiũ per obitum vacare censeatur.

Si quis.

Comprehendit fœminas sic resignantes,cùm hac appellatione,si quis,fœminæ comprehendantur.l.1 ff.de verb.signif.vbi abundantius dixi.gloss.in cap.generali.de elect.lib.6.Et quia hęc regula est ad fraudes euitandas introducta,ne is qui non potest beneficium tenere,de illo testetur resignando.nam de iure non succeditur in beneficiis iure consanguinitatis.cap.1.de præbend.& hoc etiam tendit in præ-

iudicium

iudicium expectantium mandatariorũ, vel nominatorum. igitur debet restringi. Imò etiam in Papa habere locum hanc regulam voluit Gomesius in commentariis huius regulæ, quæst. 1. cui assentio si non fuit dispensatum, quia tũc Papa noluit seipsum obligare. Sed non discutio, quia rarum est. In Cardinalibus resignantibus aliquod beneficiũ, fateor habere locum. cùm in generali dispositione concernẽte animæ salutem & bonum publicum Cardinales comprehendantur. Geminia. in cap. si propter. de rescript. & Gomes. hic q. 3. Et hanc regulam seruari in episcopatibus & abbatiis ac prioratibus electiuis quorum nominatio ad Regẽ in hoc regno pertinet conclusi in §. 1. in verb. dispendiosè. de regia ad prælaturas nominatione facien. in concorda.

In infirmitate constitutus.

Ex hoc textu colligenda sunt requisita, antequã ista regula locum habeat. Primò enim requiritur, quòd aliquis sit in infirmitate constitutus, ibi constitutus. Ergo si esset sanus, licet moriatur postea fato quodã, non habebit locum hæc regula. Facit c. de his, qui. de sepult. vbi si quis in infirmitate constitut⁹, & sua donet monasterio, parrochialis ecclesia canonicam portionem habere debet: secus si sanus donauerit: nisi præstiterit consensum resignationi post infirmitatem, vt declarauit Papa Paulus in fine regularum suarum. Quia paria sunt resignare, vel præstare resignationi consensum. Doct. in Clẽ. vna, de renunc. Vnde si quis sanus resignet, & post datam supplicationis in infirmitatem incidens consentiat, si à die istius consensus non vixerit 20. dies, beneficium per obitum vacabit, vt est videre in regula Pauli. Et est bona declaratio quam probat iste textus, & Francis. Marcus ita docet quæst. 284. in 1. parte. Ideo qui dicit infirmitatem, eam probare debet, sicut qui dolũ allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Nisi resigãs statim post resignationẽ mortuus fuerit, quia tunc præsumitur, quòd ante fuerit infirmus: & hoc residet in arbitrio iudicis discutere, quando statim, vel non. l. vna, C. de emenda. seruo. per glo. ibi.

Intellige, siue fuerit tempore resignationis leuis febricula, vel vetus quartana, seu alia grauis aut dura infirmitas. Nam sufficit per hunc textum quod moriatur ex illa infirmitate. Nam aliquando in principio leuis adest infirmitas, & postea sensim, si eidẽ non occuratur, fit grauis, licet aliquando differant in alia materia. l. quæsitum. ff. de re iud. l. 2. ff. si quis cautio. Intellige de infirmitate corporis quæ carnẽ & corpus grauat, & postea dissoluit. nam de hac loquitur d. l. quæsitum. ff. de re iud. c. nisi cum pridem, de renunc. cap. cum infirmitas. de pœnitent. & remiss. vbi Panor scribit sex causas, ex quibus infirmitates solent hominibus euenire: & in quibus profit tradit Benedictus in reper. cap. Raynutius, in verb. mortuo. nu. 1. de testa. fen. de infirmitate animi quæ est in furioso, prodigo, auaro, & aliis descriptis in l. 1. & seq. ff. de ædil. edicto. De hac nõ intelligitur hæc regula, sed de vtraque infirmitate. Vide per tex. & doct. in l. 2. de test. quia resignatio ab his facta nõ valet, nec alij actus. Ergo beneficium non vacabit nisi per obitum. l. in negociis. ff. de regul. iur. capitul. 1. & capitul. si quis insaniens. 15. quæst. 1. & quando loquimur de infirmitate intelligimus de infirmitate corporis. c. cũ infirmitas. de pœnit. & remissio. Nec etiam intelligitur de sene, qui propriè non dicitur infirmus: & cui non conueniunt verba, nec dispositio. c. indẽnitatibus. §. supradicta. de elect. in 6 Et lata est differentia inter senes & infirmos: nam quandoque videmus senes ita penè robustos vt iuuenes, maximè qui in castitate vixerunt. Nam hircosos (vt ita dicam) senes ferè valetudinarios cernimus. Ob id dicerem quòd si senex nulla valetudine extranea detentus, sed senectute tantum resignauerit, licet postea ex superueniente infirmitate obierit intra 20. dies, non habebit locum hæc regula: sed resignatio valebit quamuis contrarium videatur tenere glo. in prag. sanct. in §. Itẽ quod omnia. in verb. permutationis. quam literam scribit more suo Ioã. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte, quæst. 18. Et sic dicerem non habere locum in sano renunciante metu pestis instantis: nec in eo qui volebat inire duellum cum alio, vel in volente ingredi mare, aut bellum: quia non sunt constituti in infirmitate, vt text. dixit.

Resignauerit.

Secundo ergo requiritur quòd is infimus resignauerit: nam si resignare promiserit, non procederet regula: quia aliud est promittere resignare, aliud resignare, argu. l. aliud. ff. de reg. iur. Dec. consil. 502. habet locum in cedẽte commode per decis. 32. Paschasius, per Cassador. quia dixi hodie vacare beneficia per commendatarij mortem, sicut per obitum eius qui in titulum habet, in tract. de pacific. possessor. in 5. amplia. nu. 35. & seq. Præpositus in cap. cum autem col. 6. dist. 44. vers. restat dubitatio, & habet locum in quacunque resignatione, siue fuerit facta reseruatis fructibus, siue non: cum semper dicatur resignare & cui adaptantur verba, & dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect.

Item si quis resignasset coram ordinario in causa permutationis, & postea coram Papa simpliciter: si primo fuerit facta resignatio ab infirmo coram ordinario, & ab ordinario admissa, valebit, si viuat vltra viginti dies. Si verò moriatur intra, non valebit collatio facta ab ordinario per istam regulam. Si verò fiat à Papa etiam non valebit interim, quia non vacabat beneficium: & sic non potest Papa illud conferre: & ita fuit iudicatum, vt dico in §. volumus. in glo. vlt. de colla. in Concordatis, vbi vide alia.

Aliquod beneficium.

Tertio requiritur quòd resignauerit beneficium ibi, beneficium, quod large intelligitur, vt comprehendat etiam dignitates, per gl. in regula 1. de reg. iur. in 6. & in Clem. auditor. de rescrip. & quæcumque alia beneficia ecclesiastica. siue regularia, siue secularia, cũ text. hic loquat᷑ simpliciter: atque officia ecclesiastica, & capellas & capellaneas. glo. in cle. 2. de decim. Felin. in c. postulasti. de rescr. in tractat. nominat. q. 6. Intellige, si vnum resignauerit, siue plura

argu.l.3 §.1.ff.de nego.gest.& scripsi in §.præfatique graduati.in verb.nominationis.de colla.in Cõcord.

Non ergo haberet locum in officio prophano resignato coram Rege:quia tunc oportet quod 40. dies viuat resignans ex statutis Regni Franciæ, & eius communi obseruantia. Vnde quando officij regij admittitur resignatio, solet Rex in literis excipere, dũmodo resignans infirmus nõ sit, & viuat per 40.dies, vt habetur in decisi.Francis.Marci 284. Intellige quando resignans ius habebat in illo beneficio:alioqui contrà. Vnde si beneficium vnitum quis resignauerit quod possidebat:sed erat vnitum in ei⁹ vita vt potest fieri etiam eo non consentiẽte. Clem. vlt.de reb.eccle.non alien. licet moriatur ante 20. dies non censetur vacare per obitum, per hanc regulam, nec alio modo:sed vnio sortietur effectum.

Idem dicerem, si aliquis infirmus resignaret beneficium alterius: nam licet ipse moriatur ante 20. dies, illud beneficium non vacabit per eius mortẽ. Nam beneficium quod quis habet, sine suo facto auelli à se non potest.l.id quod nostrũ.ff.de reg. iur. quia non potuit resignare quod non habebat.l. si vniuersæ.C.de legat.§.seruus.Instit.de capit. dimin. Requiritur ergo quòd is qui resignat, ius potentius habeat. Et sic dixi, quòd si ex tribus collitigantibus vnus in infirmitate constitutus resignauerit, & moriatur beneficium quoad alios collitigantes non vacabit per obitum, nec erit noua opus impetratione. Secus si ius potentius haberet quia tunc etiam haberet locum regula:vt pote si non leuatis bullis quis resignaret ius prętensum, tunc ista regula procedet. Nam qui ius ad beneficium habet, ipsum beneficiũ censetur habere.l.qui actionẽ.ff.de reg. iur. & quia rationes huius textus habent locum in isto, ergo & decisio.

Siue simpliciter, siue ex causa permutationis,

Quarto etiam procedit in quacunque resignatione siue simpliciter facta fuerit, siue ex causa permutationis. Is tamen qui habuit ex causa permutationis, secundum quosdam, si superuiuat, recuperabit beneficiũ infirmo collatum ratione permutationis, & alterum beneficium vacabit per mortem illius qui decessit:& fortè iste permutans carebit vtroque quia non est iuris concessione vsus. Clem. vna, de rer.permuta.& in fraudem fecit istã permutationẽ, vt pinguius beneficium haberet. Ideo dolus & fraus non debent ei patrocinari.cap.sedes.& cap. ex tenore.de rescrip.& quia debebat cogitare istum mori posse ante 20.dies, & posse suum dimittere beneficium, posuit se in necessitate. Eidem ergo non est subueniendum.l.si fideiussor.§.1.in fi. ff.qui satisdate cogantur. Et pro hoc est tex.formalis in cap.2. in fin.de renun.in 6.ibi, & idem renuntians habita omnino careat & ambita. Intellige, quòd beneficium illius qui obiit facta permutatione, ante 20. dies, vacabit per obitum illius:& de hoc non est dubium. Sed beneficium resignatum per sanum, etiam vacabit per resignationem, quòd hic annullatur collatio infirmi. Et vult text.quod per obitum censeatur vacare:& non potest valere permutatio ex vna parte. l.1.ff.de rerum permutatione.& inferius dicetur, quod est notandum.

Secundo intellige istam regulam habere locum siue permutatio fuerit facta de æqualibus beneficiis, siue de inæqualibus:cũ text. loquatur indistinctè de permutatione, ergo de omni permutatione, vt not.Hostiẽsis in sum.de rer.perm.& doct.in rubr illius titul.per l.de pretio.ff.de publ. in rem act. Et si voluisset hic Papa de permutatione tantùm loqui ad beneficia ęqualia, dixisset, iuxta cap.ad audientiã. de dec. Et eadem ratio procedit ad inæqualia, quia videtur testari de beneficio: & priuat ordinarium sua collatione, & nominatos atque alios expectantes: nempe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianensi, quod permutat cum altero beneficio sito in episcopatu Pariẽsi, & postea moritur ante 20.dies. Si nõ esset hæc regula nominati Aurelianen.essent priuati illo beneficio. Quia beneficia causa permutationis vacantia, non debẽtur eis.§.volumus.de colla.in concorda.

Nec refragatur quòd hæc regula extracta sit à visceribus c.2. de renunc.in 6.& sic debet intelligi secundum illud:quia respond.illum text.esse factum, vt obuiaretur fraudibus, quæ fiebant expectantibus per istas fraudulentas permutationes. Iste verò text. est factus ad obuiandum fraudibus quæ fiebant ordinariis & expectantibus, ne quis testetur de beneficiis, & ne in illis sit successio, iuxta cap.1.de prębẽd. à quo dicerem potius hanc regulam elicitam. & ad obuiandum malitiis eorum, qui suadent infirmis vt beneficia sua resignent, vt dixi in tractatu nomination.q.17.nu.55.

Item dicatur, cesset fraus, quando sunt æqualia. Respond.non est licita successio vt dixi. Et quando sunt plures rationes, vna cessante non cessat dispositio.§.affinitatis.de nuptiis, in institut. Nec obstat quòd hæc decisio est odiosa, vt sic restringenda.l. cum quidam.ff.de liber.& posth. Respond. Imò est fauorabilis, quia iuri conformis, & facta ad vitãdas fraudes. Et miror quòd D.Gomesius teneat contrarium super hac regula, q.19.dicens esse odiosam: & in aliis fermè quæstionibus supr.dixit esse fauorabilem:quia concernit animæ vtilitatem, & bonũ publicum:hoc in q.1.3.5.& 6.ac plenius q. 17. & sic valde fuit sibi contrarius in hac regula.

Et postea infra 20 dies.

Quarto requiritur, quòd resignans moriatur infra 20.dies:si post, non habet locum regula:& mors dicitur hic, quando anima separatur à corpore. l. si mater. C. de institu. & substitu. Quomodo mors probetur tradit Alex.consi.25.in 5. vol. Et hic capitur dies pro die naturali 24. horarum, prout more Romano sumitur & communiter.l.more.ff. de fer. Scripsi in l.2.ff.de verb.sign.

A die per ipsum resignantem præstãdi consensus computandos.

Quinto computantur isti 20.dies à die consensus præstandi. Hoc addidit Paulus tertius, & sic computatur. Nam si quis resignauerit Calendis Ianuarij 21.die, censetur vixisse 20.dies:& si vixerit post resignationem

gnationem per 20. dies, à die tamen consensus, per decemocto dies, non censetur superuixisse: ita quod beneficium vacabit per mortem. Et intellige siue consensus fuerit præstitutus per procuratorem, siue per resignantem, nec sufficeret consensus præstitutus per constitutionem procuratoris, sed requiritur quòd cõsensus præstetur vbi fit resignatio. Et si quis bis resignauerit, sufficit quod viuat 20. dies à die cõsensus præstiti primæ resignationi: quia illa valet, altera non: & ob primam resignationem nullum habebat amplius ius resignans. Ideo iterum resignare non poterat. cap. In præsentia, cum aliis multis, de renunc. cap. inter, de præben. nec secunda resignatio inutilis impediet primam vtilem, iuxta not. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum pet. cap. ex tenore. de rescript. Imò si quis primò resignauerit ante procuratorium & postea tempore consensus procuratorium fuerit, non valet collatio, nisi denuo confeatur, quia pars non potest ratificando cõferre: ideo opus esset nouo conferentis consensu: quia in partis non est potestate ratificare collationem nullam: sed requiritur consensus conferentis & resignantis. Vide quæ dico infrà in reg. de publican. resignantib. Et sufficit quòd sit infirmus vel tempore quo constituit procuratorẽ ad resignandum, vel si id tempo ris erat sanus, & tempore consensus præstiti erat infirmus, habebit locum hæc regula, cùm hæc duo tempora hic considerentur, videlicet resignationis & præstandi consensus. Et oportet quod his duobus temporibus sanus sit, sicut de testamento & hærede dicimus in §. in extraneis. Instit. de hæred. qualitat. Bald. in cap. constitutus. de rescript. Nam qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. Ista qualitas est iuncta verbo ergo debet intelligi vel de tempore resignationis, vel de tempore consensus, vt hic patet. Hodie de stilo curiarum Franciæ, illi 20. dies computãtur à die admissæ resignationis, & hoc in fauorem tam ordinariorum graduatorum, quàm nominatorum: & sic fuit sæpius in perlamentis Galliæ iudicatum. teste Boer. q. 348. Quæritur. Ex quo infertur, quòd dies consensus non computatur in termino viginti dierum, & hoc probatur per dictionẽ à, quæ separationem & expulsionem denotat, per glo. in l. datio. ff. de actio. empti. & c. statutũ. de præbend. in 6. Vnde si quis resignaret. Calend. Iulij, & vixerit vsque ad vigesimum diem, quòd adhuc habebit locum hæc regula, vt censeatur per obitũ vacare, quod est notandum.

De ipsa infirmitate decesserit.

Sexto requiritur quod resignans de ipsa infirmitate decesserit: aliàs si fato quodam moreretur, non habet locum hæc regula, ibi, de ipsa infirmitate decesserit. & hoc dicit glo. hic. & Fr. Mar. q 85. in decis. Delphin. par. 1. Et dicitur tamen mori ex infirmitate, etiã si febris, ratione illius superuenerit, vel aliud acciderit ex ipsa infirmitate: secus si extra prouenerit. c. 2. de cler. percuss. & c. cõtinebatur. de homicid. Adde l. aluminæ. ff. adim. legat. Facit. c. de his, de sepult. Vnde si aliquis in infirmitate constitutus resignauerit, & postea aliquis eum gladio occiderit, non habebit locum ista regula, quia non decessit ex ipsa infirmitate, per text. in l. Itẽ Mela. §. Celsus scribit. ff. ad legem Aquil. & Soci. in repet. c. ad audientiam. in 7. q. princ. in 35. q. de homicid. Et liberatio facta per abbatissam infirmam nõ valet, si de infirmitate decesserit; teste Mattheo de afflictis in decis. Neapolit. q. 168. vtrum quietatio. Relinquitur igitur arbitrio medicorum quando ex ipsa infirmitate decesserit. Bartol. in l. si in rixa. ff. ad legem Corneliam de sicar. Plenè scripsi in repet. l. diuus. ff. de senatusconsulto Sillania. Et quia nunquam bene reconualuit, præsumitur ex infirmitate illa decessisse, quo ad hanc regulam: secus quo ad puniendum delinquentem pœna legis Corneliæ de sicar. Felin. in ca. presbyterum. de homicid. & Hippolyt. cõs. 7. Quotuplex sit mors, vide per Lucam de Pen. in l. 1. col. 8. C. de desertor. lib. 12. & Car. in Clem. 1. vt lite pendente.

Ac ipsum beneficiũ quauis authoritate conferatur per resignationem sic factam.

Septimo requiritur, quod ista resignatio sit admissa vel per Papam, vel legatum ordinarium, vel alium, vt ex his verbis constat. Et in regestris curiæ Parisiens. habetur, quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficiũ vbicunque, etiam si in curia Romana, & extra. & sic conuenit huic declarationi per Papam Paulum editæ, in dictis verbis.

Ex hoc patet habere locum coram ordinario, vt plenè scripsi in tract. nominatio. q. 17. nam si aliquis infirmus resignauerit coram eo beneficium, vel simpliciter, vel causa permutationis: & postea resignans moriatur ante 20. dies, illud beneficium poterit iterum conferre ordinarius. Quia de nouo vacat, per hanc regulam. & quotiescunque vacat ordinarius potest illud conferre. Imo duo iura concurrunt in eum, videlicet vt conferat & quando vacat per resignationem, & quando per non promotionẽ, vel per obitum; aut aliàs. & sic censetur habere vim duarum personarum. l. si consul. ff. de adopt. & sicut alter conferre illud beneficiũ potuisset, ita & hic. quia quando duo iura competunt vni sublato vno alterum remanet illæsum. l. si domus. vbi Bartol. ff. de seruitu. vrba. prædia. l. quoties duplici. de regul. iur. nec refragatur quod variatio sit prohibita, maximè collatoribus. Cle. vna, de renũcia. respon. verum esse contra ius, & in malum: sed iure permittẽte, licet. Imo magnæ prudentiæ est si reuocaueris id quod malè egeris. c. magnæ. 22. q. 4.

Nec prima collatio potest impedire secundam: quia prima nulla effecta est huius regulæ auctoritate, & sic quod est nullum, non potest impedire secũdam collationem. Doct. in c. ex tenore. de rescript.

Et hoc casu duobus poterit idem beneficium cõferri: quia bis vacauit per resignationem, videlicet & per mortem, nec est diuidere beneficium conferẽdo duobus, quando diuerso tempore. cap. tuæ, de præbend. scripsi in gloss. concorda. in verb. vni. §. 1. de collat.

Imo collator si non conferret istud beneficiũ sic nunc per mortem vacans,puniretur, vt dicitur in cap.demulta.de prębend.ergo potest & debet illud confer re,vt plenè scripsi in tract. nominatio. q. 17. num.5.ibi vide, si non graueris. Nec est verisimile quod Papa voluerit in vno loco per hanc regul prouidere,videlicet Romæ: & adscribere sibi legem, & non aliis.Imò puto,quod omnem fraudem, per hanc regulam voluit excludere, quæ fit resignando præcipuè in fauorem.nam quodammodo videtur fieri testamentum de beneficio, quod est perniciosum.& ita in rota conclusum,vt refert Do.Cassado. in decisio.31.sæpius in decis. super regulis cancellariæ ita iudicatum fuisse,& Do.Gomf.in hac regul. q.26.& ego etiam dixi,sic in Francia fuisse iudicatũ in dict.quæst.17.

Et si vno die fuerit facta collatio per Papam cum derogatione huius regulæ & eodem die per obitũ ab ordinario,Papæ collatio præsumitur prius facta tam ratione prærogatiuæ.c.si à sede. de præbend.in 6. quàm etiam resignationis, vt fuit decisum in hoc senatu anno 1524.die 24.Decēbris.& valebit, p ea quę notat Felin.in c.in nostra, corolario 18. & in c.capitulum.de rescript.

Etiam non habet hæc clausula locum si collatum fuerit beneficium per priuationem,licet is,qui priuatus sit,esset id temporis in infirmitate cōstitutus. nam hęc verba non conueniũt,& sic nec dispositio, cap.indēnitatibus.§.supradicta.de elect. in 6.& iste text.dicit per resignationem conferatur.Alia est vacatio per resignationem,alia per priuationem.cap. susceptum.de rescrip.in 5.cap.cum in illis.§.1.& seq. de præb.ibidem.& cessant rationes propter quas est inducta clausula,ergo cessabit & ipsa regula.

Collatio huiusmodi nulla sit.

Et sic collatio facta per resignationem, est nulla. Quod igitur nullũ est,nullum producet effectum. Vnde vidi dubitari an hæc collatio facta ei, qui habet duo beneficia,faciat ea vacare. per text. in Cle. si plures de prębend.respon.quod non postquam est nulla,nullum effectum producet.vulgata regula,nō præstat impedimentum,&c.Si tamen in vim ipsius collationis adipisceretur possessionem illius tertij pacificam,vacarent duo alia,vt ibi, Sed cum nulla sit collatio, ea non præbet coloratum titulũ. Ideo si per triennium non possederit non iuuabitur beneficio de pacific. possess. vt abunde scripsi in tracta. eod.de pacific.poss.in concorda.

Ipsumque beneficiũ nihilominus per obitum censeatur vacare.

Addit præterea iste text.quod non solum collatio per resignationem facta,nulla est:sed etiam beneficiũ censebitur vacare per obitum,& poterit cōferri tanquam per mortē vacans,etiam ab eodē collatore, qui contulerat per resignationem, quia diuerso iure vacat,nec iste tex.distinguit an ab vno & eodem,vel à pluribus.Ex quo patet quod actus factus per infirmum in præiudicium tertij,non valet. Vnde emancipatio facta à patre de filia,vt testetur: non valet in præiudicium illorũ,ad quos hæreditas deuoluebatur.Ancha.consil.430.fuisset.quia in fraudem censetur fieri.Plura adducit Bened.in repet. c. Raynutius.in verb.in extremis.num.23.& seq.de testam. & plene Barba.in cap.in præsentia.nu.38. de probatio. nam censetur fieri in fraudem, & præiudicium illius,ad quem beneficium,vel res debet venire post mortem,cui fraudi hic resistitur etiā quia is,qui est graui infirmitate detentus facile resignat. Et hoc videtur ab eo donari:quia postquam nō potest illud beneficium habere vult vt alius post mortem habeat,& sic videtur testari de beneficio, vel causa mortis donare.l.1.& seq.ff.de dona.causa mor. nam si hic non resignasset,vacasset beneficium per mortem,ita etiam vacabit,quia resignatio pro non facta habetur,per hanc regulam docet Ioan.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte quæst.46.

Tenetur tamen hic resignans,si in fauorem certæ personæ resignet,& ipsa sit inhabilis, & ei conferatur ad interesse illi ecclesiæ,& in conscientia, vtabũ de docui in repet. cap. postulasti. in glo. de clerico excom.ministr.

Secundo ex ista regula concludit Ludo. Roma. consi.342.quo ad primum.colum.1. quod licet nulla sit collatio per istum text.tamen resignatio valebit: quia non annullatur hic,& sic beneficium resignatum in curia.etiam si non sit derogatum huic regulæ, non poterit alteri conferri ratione reseruationis:quæ tamen in hoc regno nō habet locum, vt supra dixi:si verò esset resignatum corā ordinario, tunc nulla esset reseruatio. Ideo ordinarius poterit postea per mortē conferre,vt etiam concludit Gomes.q.33.

Tertio patet hic collationem generaliter accipi etiam pro institutione & alia prouisione. per text. in cap.vnico.vt ecclesiastica beneficia sine diminu. conferantur,scripsi in §.statuimus.ij.in glos. conferantur.de colla in concorda.& in §.1. de manda. Aposto.in concorda.gl.collationem. vbi scripsi præsentationem largè dici collationem. Barba. in cap. abbatem.de rescript.col.penul.sed hic expressit verbum collationis, quia solita est sæpius fieri quam præsentatio.& plura alia adducerem & comprobarem:nisi Do.Probus plenè hæc deduxisset in addi. ad Ioan.Monach.in cap.cum in illis.de testa.vbi respondet Decio contrarium consulenti cons.224.adde hic regulam in fine positam huic conformem.

Quarto patet quod hic vacat per obitum fictione istius regulæ,non verè:quia verbum, censeatur, positum in hac regula,denotat fictionem. per text. in c.1.& cap.16.qui de procur.in 6.& cap. 1. de arbitris.vide quæ scripsi in regula de publicand. resig. in verb.non per resignationem. Ex quo infertur ꝙ vbi beneficium vacans per obitum tantum debetur,non debebitur sic vacans, per hanc regul. vt in regula de impetrantibus per obitum,familia.Cardinalium, etiam si clausula,quouismodo esset inscripta,quæ veram vacationem & non fictam videtur comprehendere.argu.l.3.§. hæc autem verba. ff. de nego.gest.Si tamen aliquis impetraret beneficiũ sic vacans per obitum simpliciter non debebitur ei nisi qualitates expresserit, & Papæ narrauerit. Quod est verũ,quando esset alius impetrans:secus si esset, solus

ſolus.Not.Lapus allega.89.colum.6. verſi. item decreta.& Felin.in c.in noſtra. corrella. 17. de reſcrip. Alia ponit Gom.ſuper hãc regulã,quę licet videre.

REGVLA XX.

Quòd qui intelligat idioma.

Item voluit, quòd ſi contingat ipſum alicui perſonæ de parrochiali eccleſia prouidere,ſeu mandare prouideri, vel gratiã expectatiuam concedere:niſi dicta perſona intelligat,& intelligẽter loquatur idioma loci,vbi eccleſia huiuſmodi conſiſtit, prouiſio,ſeu mandatum,& gratia deſuper quoad parrochialem eccleſiam nullius ſit roboris vel momenti.

Statuit hæc regula quòd prouiſio non valeat,vel gratia de parrochiali eccleſia facta ei,qui nõ loquitur vel intelligit idioma patriæ,etiam ſi in ea Papa diceret pro expreſſis habẽt.&c.de qua clauſu.ſcripſi in glo. concorda.in verb. pro expreſſis. in forma manda.& fundatur Ezechiel.3.cap.in princ.ibi,non enim ad populum profundi ſermonis,& ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Iſrael,quorum non poſſis audire ſermones,&c.quia Papa intendit vnicuique in ſua patria prouidere,vt dicit tex.in c.bonę.2. circa finem.de elect.quod nec vellemus ei præficere alienum,facit cap.nullus.61.diſt.l.in eccleſiis.C. de epiſcop.& cleric.cap.fi.de cleric.peregri.ca. ſanctorum.70.diſt.& ſic expreſsio nationis requiritur in literis gratiæ,aliàs ſunt ſubreptitię per ſupradicta.

Ratio eſt quia curatus qui eccleſiæ parrochiali præficitur,tenetur audire cõfeſſionem ſuorum parochianorum, & illis pœnitẽtiam pro qualitate peccati iniungere.c.omnis vtriuſque ſexus. de pœnitẽ. & remiſſ.extr.& tenetur eos docere, & ad bonum incitare ac prædicare.c.inter.de offic.ord.& cap. ecce. diſt.9. & qui non intelligeret idioma illorum, hoc non poſſet facere:ob id prohibet iſte text.alioqui teneretur alium habere,qui intelligeretur. cap. quoniam. de offic. ord. ideo non ſolet in hoc regno exteris prouideri:nec quidem per Papam, nec ſi mãdetur prouideri.Imò ſi extero mãdet᷑ prouideri,nõ poterit cõferri in vim mãdati eccleſia parrochalis per hũc tex.& ſic nõ recipit᷑ diſpenſatio Papæ in Francia contra iſtã regulã,quæ eſt iuris diuini etiã ratione priuilegij dati regi Frãciæ,vt nullus alienigena,ſine literis naturalitatis poſſit in regno beneficia obtinere,quamuis in patria obedientię huic regulæ diſpenſare ſoleat Papa.Imò inter Dei maledictiones reputatur habere hominem ex aliena gente,qui non intelligatur.nam Deutero.28. cap. dicitur,adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo,& de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu,cuius linguam intelligere non poſſis,&c.& Hiere.5.c.idem dicitur.

Nota tamen quod in Francia nec ordinarius,nec legatus poſſet alienigenæ conferre,qui ſi conferant illud beneficium à regnicola impetrari poterit,quod eſt notandum,& hoc priuilegium regni non ſolum prohibet extero habere eccleſiam parrochialem,de qua hæc regula loquitur?ſed etiam alia quæcunque beneficia ac alia bona etiam ſi illi fuiſſent Cardinales,ſine regis beneplacito, obtinere non poſſent, quãuis Do.Gomeſ.hic.q.2.volens Cardinalibus fauere,multa pro ipſis adduxerit:tamen in Frãcia ſeruatur quod dixi.

Niſi dicta perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci,vbi huiuſmodi eccleſia conſiſtit,prouiſio ſeu mandatũ,& gratia deſuper, quoad parrochialẽ eccleſiã,nullius ſint roboris vel momẽti.

Et ſic requiruntur ſequentia. Primò, quod Papa conferat:ibi,ipſum.nam hic per excellentiam intelligitur.§.ſed ius quidem ciuile.Inſtitu.de iure naturali.Idem tamen in alio,cùm ſit eadem ratio, vt ſuprà dixi. idem tamen dixi in quolibet alio præſentante,inſtituente,conferente,vel eligente:cum verbum prouiſionis,ſit generale.glo.in clement.fin. de elect.ſcripſi in verbo prouiſionem.in §. præfatique ordinarij.de colla.in concord.& ratio quæ eſt in Papa,in aliis habet etiam locum,cum à iure hoc exprimatur.quod dicitur in regula vt ſuprà dixi. & idem puto ſi Papa commendet,cũ eadem ſit ratio in iſta regula, & prouiſio etiam poteſt comprehendere commendam,quia prouiſio dicitur de beneficio commendato.Do. & Peruſ. in cap. nemo. de elect. lib.6.nam commenda eſt verus titulus, vt ſcripſi in tract.de pacifi.poſſeſſorib.

Secundò requiritur beneficium conferri perſonę neſcienti loqui idiomate patriæ,ibi,loqui ſciat,&c. & intelligitur loqui, quando loquendo intelligitur à populo, vt prædicare poſſit. capitul. quoniam. de offic.ordin. vt hic dicitur intelligibiliter loquatur.& ſic quamuis taliter loquatur quædam verba, vt intelligat,ſed non omnino:tamen non habet locum hæc regula.

Tertiò requiritur quod intelligat, ibi, intelligat, ſcilicet perfectè.nam ſi quædam verba patriæ intelligeret,haberet locum regula,cùm non dicatur intelligere.arg.l.diſceretis. C.qui teſta.facere poſſunt. Et ſic poſſet Papa,non obſtante iſta regula vnire capitulo eccleſiæ parrochialem eccleſiam.licet illi de capitulo non loquerentur idiomate patriæ illius beneficij,quia ſufficeret præficere vicarium perpetuũ, qui intelligeret:& ita poſſet intelligi iſte text. nam ſufficit quod immediata perſona intelligat.& ideo conſului, vnionem factam de eccleſia parrochiali conuentui monialium,non annullari per hanc regulam:licet ipſæ non loquantur,nec intelligant idioma patriæ,quia ſufficiet præficere vicarium perpetuum,qui intelligeret.quamuis do.Gomeſ.hic,q. 2. dicat hic non comprehendi. bene tamen quæſt. 11. confitetur vicarium perpetuum debere intelligere, & loqui idiomate patriæ, quod veriſſimum arbitror, Imò etiam requiritur quod intelligat & loquatur Latinè ſufficienter, aliàs, quomodo poſſet Euangelium prædicare ignarus? Ideo epiſcopus ignorans donatum deponitur.cap. fin. de ætate & qualita.& parum habetur mentio in Gallia, ſi ſciat legere & cantare vt dicit Domi.& Peruſ. in.c. ſi pauper clericus.de præbend.

Quartò requiritur q, illa ecclesia sit parrochialis. ergo non haberet locum in præbenda & beneficio simplici: sed in Francia idem in omni beneficio ratione priuilegij.

Quintò requiritur quod loquatur idiomate loci in quo est ecclesia, & illud intelligat: nec sufficeret intelligere idioma vicinum loco beneficij, vel loqui: sed oportet quod loquatur & intelligat idioma loci beneficij. Et per hoc respondi, quod aliquis de Mõtepessul. potest habere beneficium in Vasconia: quia intelligit idioma, & loqui potest ntelligibiliter idioma. Idẽ dicerẽ in Petragoricẽ, prouĩcia, Aluernia, Lemouicen. & Rutenen. quia idioma conuenit in multis, & qui vnũ intelligit, vel loquitur, alia loqui potest. quod est notandum. Et sic Gallus poterit etiam habere beneficiũ in Normania, Picardia Burgundia, & Senomania, ac in patria Borboniæ, quia multum conuenit idioma, ideo qui loquitur & intelligit vnũ, aliud paruo negocio, loqui poterit quamuis do. Gomes. q. 10 videatur contrarium tenere: sed nesciebat conuenientiam idiomatum.

Primò fallit hæc regula, quando Papa expresse dispensaret.

Secundò fallit, etiam si Papa dispensasset per rescriptum perinde valere, dũmodo in eo sint expressa illa quæ exprimi debent, de quo plenè Cassado, in decis. super reg. cancel, decis. 33. Lata fuit sententia, quem sequitur Gomes. quest. 7. super hac regula. Ea dispensatio sic solet dicere, quod vt asseris, idioma illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquuntur nõ bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis. Nos enim tecum vt ecclesiam prædictam habeas, &c. dispensamus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica per præsentes cõcedimus, prouiso, &c. Gomes. quæst. 14.

REGVLA XXI.

De impetratione beneficij viuentis.

Item si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis, vacante prouideri: & postea per obitum eius vacet, prouisio, & quæuis alia dispositio, dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo faciẽda, nullius sint roboris, vel momenti.

De impetrante beneficium viuentis hæc loquitur regula. & est conformis cap. 1. de concess. præb. vbi sic dicitur, qui in viuorum sacerdotum loco ponuntur hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pellendi: qui se passi sunt successores viuis sacerdotibus adhiberi. vbi Panormit. dicit, quòd si aliquis occupauit beneficium viuentis, & postea illud impetrauerit à Papa cum vacaret, non habita mentione primæ occupationis non valet collatio, tanquàm subreptitia. quod facit contra nobiles, qui per potentiam occupant beneficia, & postea ea impetrant, vt impetratio non valeat: quia si Papa sciuisset illã occupationem illi scelesto non contulisset, vel non ita de leui. cap. postulasti. de rescript. vide Ioan. Dayma. in prœm. concordat. fol. 92. & quæ dixi in non prœm. in verb. facti. & quæ addidi ad Panor. in ca. 1. de concess. præbend. Bertrand. cons. 19. ex themata. in 2. vol. secundum nouam impressionem.

Fallit, quando peterem mihi conferri beneficiũ per resignationem, & postea resignans moriatur, valebit collatio. d. c. 1. de concess. præb. quia tunc cessant rationes huius regulæ. Si tamen quis sæpius impetrauerit beneficium in vita & postea post mortẽ, non valebit ista collatio post mortem ratione ambitionis, & etiam quia beneficium viuentis impetrauit. quia antequam esset de morte certus impetrare non debebat, vt consulit Deci. cons. 398. in causa domini. circa finem. & in l. fi. col. 5. C. de pact.

REGVLA XXII.

De vnionibus.

Item voluit, quod petentes.

Et sic primo requiritur, quod quis petat vnionẽ fieri, ibi, petentes. ergo non haberet locum si ex certa scientia & motu & proprio fieret, sumendo argumentum à contrario, quod est in iure validum. l. 1. ff. de offic. eius, capitul. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.

Beneficia.

Quorum appellatione veniunt omnia beneficia tam maiora, quàm minora, glos. in cap. 1. de reg. iur. in 6. cum hic simpliciter loquatur, & vniones sint odiosæ. doctor, in clem. fi. de rebus eccle. non alien.

Ecclesiastica.

Et sic non habet locum in temporalibus, vt sunt feuda, c. fœlicis. de pœnis. in sexto. scripsi in tract. nominatio. quamus Imperator aliquando vniat duas dignitates, vt in §. illud. in authẽt. vt iudices sine quo quo suffra. colla. 2.

Aliis vniri.

Et sic ecclesiastica ecclesiasticis vniri debent, & temporalia temporalibus, cap. fin. de rerũ permut.

Teneantur exprimere verum.

Et sic aliud est requisitum, quod verus valor exprimatur, nec in Francia sufficeret sic exprimere cuius fructus 24. ducatorum auri, &c. quando nõ esset verus valor.

Annuum valorem.

Et sic nõ tenetur exprimere valorem vnius diei, vel mensis, vel duorum: sed annuum valorem, id est quantũ in anno valet, & si pluris sit vno anno, quàm alio, debet exprimere vt sequitur.

Secundum communem æstimationem.

Vult hæc regula, quod exprimatur secundum cõmunem æstimationem, & non secundum sterilitatem. l. pretia rerum. §. fi. ff. ad leg. Falcid. plenè scripsi in repe. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferuntur.

Tam beneficij vniendi, quàm illius cui vniri petitur.

Item debet exprimi valor tam beneficii vniendi, quàm eius ad quod vnio fieri debet. nam cum vnio fiat ex causa necessitatis, vt suprà dixi in regula 12. si cesset necessitas fieri non debet vel ex aliis causis expressis. ibi, quamobrem vt hoc sciatur, vult quod fiat hæc expressio.

Alioqui vnio non valeat.

Ipso iure. quia forma data est, quæ si non seruatur actus est nullus. c. cum dilecta. de rescript. & beneficium sic vnitum potest impetrari.

Imò facta sine hac forma, non posset, præscribi, nisi per tempus cuius memoria non est in contrariũ Oldra. consi. 296. de iure. vide. Maleretum in tract. de elect. fol. 25.

Et semper in vnionibus commissio fiat ad partes.

Item requiritur, quòd commissio & verificatio fiat in illis locis vbi vnio fieri debet. & ista est practica faciendi vniones. nam veritas melius scitur per vicinos, quàm alios. l. 1. ibi, æstimatione circuncolentium. ff. de flumi. Anch. in clem. vna. no. primo. de concess. præbend. bonus tex. in cap. quanto. extrà, de præsumpt.

Vocatis quorum interest.

Et sic vnio non debet fieri sine consensu patroni. vide Petrum de Perus. in tract. de vnionib. in cap. quinto. Et aliis vocatis, qui interesse prætẽdere poterunt. nam. vnio non fit de ecclesia parrochiali ad simplicem, & sic ad minus dignum: poterit tamẽ de iure vniri ecclesia parrochialis præbendæ ecclesiæ cathedralis. cap. extirpandæ. §. quæ verò de præb. quia canonicatus ecclesiæ cathedralis dicitur esse dignior parochiali. cap. super eo. de præbend. in 6. magnus enim est honor esse canonicũ ecclesiæ cathedralis. do. de Rota. deci. 136. voluerunt. in nouis.

Et idem voluit obseruari in confirmationibus vnionum factarum.

Et sic non valet confirmatio vnionis, nisi ista supradicta interueniant. quod est no. Reliqua de vnionibus supplebis ex his, quæ supr. in. regula 12. & ibi allegaui illos, qui abundantius materiam pertractãt Et intellige nullam confirmationem vnionis, quãuis gloss. in hac regula teneat contrarium: tum quia text. voluit idem esse in confirmationibus. cum nõ esset idem. per l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruitu. vrba. prædio. quia dictio idem significat eandem in pluribus censuram. gl. in l. cum hi. §. si vni. ff. de transact. iuncta gl. idem, scilicet per omnia. §. sed si ex testamento. in fi. de satisda. tuto. l. si ante. ff. solu. matri. & hic vers. ad omnia referri debet, prout plenè scripsi in repet. l. vnicæ. in glo. & non ex quibusdam. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. idem potest tripliciter dici, in genere; in specie, & in numero.

REGVLA XXII. aliàs. XXIII.

De mendicantibus.

Est extrauagans inter communes sub rubr. de regula. per quam religiosi mendicantes sub excommunicationis pœna, quam ipso facta incurrunt tam recepti quàm recipientes, quacunque licentia non obstante, prohibentur ad religionem non mendicãtium conuolare: & nihilominus secus facta non teneant, & nullius existant efficaciæ, vel momenti. Excipitur religio Catur. ad quam trãsire possunt. quia est strictior, & ratio huius regulæ est: quia religio mendicantium est perfectior omni religione non mendicante. quia quanto arctior est paupertas, tanto essentialiter est perfectior religio: teste Florent. in 3. parte summæ. in tit. 16. c. 4. de transeuntibus de vna religione in alia, vbi limitat, quando Papa dispensaret, & quando esset religione priuatus, fortè propter delictum: tunc posset, aliàs nõ. quod est notandum.

Item de clericis extra tempora à iure statuta.

Nota, quòd quis dicitur malè promotus multis modis. Primò, quoniam est promotus extra tempora à iure statuta. vt pote extra quatuor tempora c. 3. de temp. ordinan.

Statuta tempora à iure sunt, vt minores ordines dominicis & aliis festis diebus conferantur. c. de eo. de temp. ord. & consecratio virginum. c. 1. illo tit.

Episcopi tantùm die dominico cõsecrari possunt qua de causa tradit text. in cap. quod die. 75. dist. sed consecrationes ecclesiarum omnibus diebus fieri possunt. & c. 2 de consecra. eccles. vel altaris.

Prima verò tonsura quolibet die conferri potest cùm iura certum diem de ea non exprimant. & sic seruatur de generali consuetudine, testib. Host. Io. And. & Card. in c. penult. de tempo. ordina. per. cap. cùm contingat. de æta. & qualitat.

Et minores ordines quando, & vbi libitum fuerit dantur, vsque ad subdiaconatum: diaconi verò nunquam, nisi in publica ordinatione. c. quando. 75. distin. & ordines sacri solent in maiori ecclesia conferri. glos. in c. ordinationes. 75. dist. de consuetudine episcopi conferunt vbi volũt. teste Floren. in d. 3. parte. c. 14. c. 16. §. 17. non debet tamen episcopus generalem ordinationem de his minoribus facere id o vnum aut duos ordinare potest, nõ quin plures ordinare possit: sed caueat ne generalem ordinationem faciat sicut in quatuor tẽporib⁹. c. de eo. & ibi Doct. de tempo. ordi. Præposit. in c. ꝗ à patribus 75. dist. Sed ordines sacri videlicet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus nõ, nisi quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante dominicam de passione conferri non debent. c. 3. de tempo. ordin. c. quoniam in fi. & c. fin. 75 dist.

Sed quare his temporibus, & non aliis, Præposit. in c. quoniam. §. cæterum. 75. distin. respon. quia sacerdotes & alij clerici locum in ecclesia obtinent, quem Leuitæ in populo Israelitico obtinuerũt, quos vt libro Numerorum legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto dum primogenita Aegyptiorum interficerentur, custodiuit. primogenita

genita enim quasi primitiæ sunt. vnde quasi primitias Domini offerimus, cùm aliquos ad sacros ordines damus: conueniens ergo est vt pro primitiis tẽporum, scilicet quatuor temporibus primitias hominum offeramus, hæc ille.

Item in quatuor temporibus fiunt, vt quatuor tẽporibus ordinati exornentur, & sub quatuor euangeliis seruire Christo & ecclesiæ moneantur: in vere, vt virtutibus floreant: in æstate, vt fructu offerant: in autũno, vt fructus operũ metant: in hyeme, vt fructus collectos cõseruẽt in horreo, vt eis in Domino fruantur, & in sabbato potius, quàm in aliis diebus, eo quod illa dies spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur. cap. quod à patribus. 75. dist. vel sabbatum notat requiem. & ordinati ad sacros, transeunt ad requiẽ ordinis clericalis, de labore secularium negotiorum. c. fornicari. 88. dist. & Paulus ad Timot. nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. cap. 1. & per totum, ne clerici monachi nego. secula. se immisceant. sed in minoribus non transeunt ad requirem: quia possunt ad seculum redire. glos. & Doct. in c. literas. in fi. de temp. ordin. quod limitabat quidam in presbyteris Petrago. & limouic. qui instar rusticorum per totam vitam laborant, nec requiem habent, nisi in lecto. Papa tamen quolibet tempore ordines etiã sacros conferre potest. c. 1. de temp. ordin. & ibi Host. in summa, sicut quolibet tempore pallio vtitur. c. ad honorem. de vsu pallij. quia hoc est de iure positiuo, à quo est absolutus. c. proposuit. de conces. præb.

Item hoc concedere potest ex speciali gratia episcopo, vt ordines etiam extra quatuor tempora conferre possit. Doct. in d. c. 1. & datur dispensatio per breue, existẽti in 22. vel circa, ætatis anno, etiã in diaconatus ordine cõstituto, vt promoueatur ad sacerdotinm die dominico, vel festiuo, etiam extra tempora à iure statuta, de quibus supra dixi, dummodo aliud canonicum non existat, super quo sua & antistitis eligendi conscientia oneratur in secularibus. sed cum religiosis detestatur in 21. anno etiam ad sacros, teste Staphileo in d. tract. de literis iustitię fol. 194. versi. datur dispensatio. Imò dicit Angel. in l. 1. C. de sent. passis, Papam solo verbo posse aliquẽ facere episcopum, vel prælatum.

Nec valet consuetudo, quod sacri ordines, conferantur extra quatuor tempora. c. 2. de tempo. ordin. Imò tam ordinans, quam ordinatus peccant mortaliter: quia violatores canonum à spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt condemnantur. cano. violatores. 25. q. 1. Floren. vbi sup. in d. 3. parte titul. 14. c. 16. §. 16.

Et quamuis de iure esset aliqua dubitatio, an ordinatus extra quatuor tempora esset ipso iure suspensus. in c. cum quidam. & c. literas. de tempo. ordin. Tamen hodie per istam extrauag. Pij. 2. ipso iure sunt suspẽsi, qui si huiusmodi suspẽsione durãte, in eisdem ordinibus sic susceptis ministrare præsumpserint, irregulares eo ipso fiunt, & à solo Papa absoluendi. c. cum quidam c. literas. de temporib. ordin. Syluester in sua sũma. in verb. irregularitas. q. 10. vitamen distinctionem, in c. consultationi. de tẽpo. ordin. & quid agendum quando aliquid omittitur de forma statuta in ordinibus, scribit Floren. in 3. parte summæ titulo. 14. cap. 16. §. 5.

Item capiens vno die plures sacros ordines, est suspensus. c. literas. & c. dilectus. de tempor. ordin. quatuor tamen minores poterit vno die assumere, dummodo non temerario ausu. c. 2. de eo, qui furtiuè ordines recepit. sed acolytatum, & alium sacrum non. Panor. & Anchar. in d. c. 2. Imò nec paruam tõsuram, & quatuor minores, non licet eodem die recipere. Anchar. in c. 3. de tempor. ordi. dicit tamẽ ibi Cardin. quod contrarium seruatur & puto consuetudinem valere, cùm non prohibeantur, nisi sacri ordines eodem die conferri.

Siue ante ætatem legitimam.

Ista ætas legitima est, vt ante septimum annum ad primam tonsuram non promoueatur. cap. fin. de tempor. ordin. in vj. Ad ordines verò minores, videlicet ad acolytatum, in 12. anno, vel in 14. cap. in singulis. 77. dist. subdiaconus verò olim non poterat ordinari, nisi esset in 21. anno. ca. de his. 28. dist. & finito 20. anno. ca. subdiaconus. 77. dist. nec refragatur d. c. in singulis. 77. dist. vbi in 14. anno subdiaconus fieri poterat. quia hoc intelligitur in 14. anno post septennium. & sic in 21. anno, vt glos. & Doct. ibi docent. hodie sufficit quod attingat decimumoctauum: quia minus hodie homines viuunt. clem. generalem. de ætate & qualitate.

Item olim diaconus, minor 25. annis, non ordinabatur. c. episcopus. 77. dist. & c. nemo, 78. dist. hodie ordines assumere potest si constitutus sit in 20. anno. d. cle. fi. de æta.

Presbyter verò olim nullo modo ordinabatur, nisi trigesimum ætatis suæ annum impleuisset. c. 1. & seq. 78. dist. hodie per d. cle. fi. sufficit attigisse 26. annũ, & cõtra nullus ordinari debet. quia dicitur ad Timoth. 1. ca. 5. nemini cito manus imposueris, neque communices alienis peccatis. Quid est manus cito imponere? nisi ante ætatis maturitatem, ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorẽ tribuere non probatis. text. in c. quis est. 78. distin.

Nota, quòd si ante tempus quis ordinatur, ordinans episcopus est suspensus à collatione ordinum. glos. & Doct. in d. clem. fi. de ætat.

Si tamen durante suspensione celebrauerit, nõ efficitur irregularis. Dom. in c. eos. de tempor. ordi. in 6. Philip. Franc. in c. 1. col. vlt. de re iud. in 6. sed peccat mortaliter, teste Floren. in 3. parte summæ titu. 14. cap. 16. §. 15.

Ordinatus verò ante tempus, est suspensus ab executione ordinis vsque ad ætatem legitimam. c. non est compos. de tempor. ordin. & c. dilectus. de æta. & qualit. ordinatio tamen tenet etiam si puer ad sacerdotium ordinaretur. Cardin. in d. clem. fi. de æta. per glos. in c. pueri. 1. q. 1. collatio tamẽ beneficij isti promoto ante septem annos, nõ tenet. Io. Andr. & Philip. Perus. in c. fi. de tempor. ordin. in 6. & sic nou iuuatur decreto de pacific. possess. cum sit inhabilis, vt scripsi in d. tract. de pacific. possessorib.

Si

Si interim celebrent, irregulares à iure non fiunt tum quòd à iure expressum non inueniatur. cap. is, qui. & ibi glos. de sentent. excom. in 6. tum quia est & suspensus à canone quo ad se tantùm & non quo ad alios, & suspensus à iure quo ad se clebrans, irregularis non efficitur. cap. fin. de cleric. excom. mi. in fi. Philip. Perus. in d. c. fi. de re iud. in 6. hodie p constitutionem Pij Papæ ij. efficiuntur irregulares, & beneficiis priuari possunt.

Super ætate tamen non potest episcopus dispensare. gloss. & Doct. in d. clem. fi. sed cum ordinatis extra tempora bene dispensat episcopus. text. & ibi Doctor. in cap. consultationi, de tempor. ordin. sed non hodie.

Aut absque dimissoriis literis, ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore.

Dimissoriæ quo ad istum text. dicũtur, quæ aliàs commendatoriæ vocantur, quæ dantur eis, qui volunt ordines ab alieno sumere episcopo. c. 1. & c. cũ nullus. de tempor. ordi. in 6. scripsi in l. dimissoriæ. ff. de verbor. significat.

Et has dimissorias poterit episcopus dare in sua diœcesi, non inferiores prælati: nisi hoc eis indultũ sit: vel nisi episcopo mortuo. quia tunc capitulum, seu is ad quem administratio spiritualium id temporis pertinet: vel episcopo in remotis agente, vicarius generalis episcopi in spiritualibus. text. in cap. cum nullus. de tempor. ordin. in 6. Io. Francisc. in tract. de offic. & potestat. capituli sede vacante. in 1. part. q. 3. & q. 8.

Et sic promoti sine dimissoriis literis ad sacros ordines, sunt suspensi ab executione ordinum. & si interim in eisdem ordinibus sic susceptis ministrẽt, eo ipso irregularitatem incurrunt, vt patet in constitutione Papæ Pij ergo non habet locum si sumeret alios non sacros: quia vnum exprimendo, alterũ negare videtur. cap. nonne. de præsumptio. l. cùm prætor. ff. de iudic. & si voluisset intelligere de omnibus ordinibus, dixisset. ca. ad audientiam. de deci. sed quia limitauit de sacris, ergo de aliis intelligere nolit. nec refragatur c. 1. de tempor. ordin. in 6. quia in suo casu intelligitur, vt ibi Doct. no. quamuis in quibuscunque ordinibus suspensionem cõtrahi scribat Syluester in sua summa. in verb. irregularitas. q. 9. per d. c. 1. sed dic vt dixi.

Etiam voluit constitutionem piæ memor. Pij Papæ ij. similiter prædecessoris sui desuper editam, & in dicto cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit, cum ad sacrorum ordinem, &c. pari modo obseruari.

Quia vidi multos super hac constitutione dubitare, ideo eam ad verbum duxi hic transcribendam Pius episcopus seruus seruorum Dei ad futurã rei memoriam. Cùm ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimitur, sacra mysteria dispensantur, & ipsorum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus grauius tãto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cùm itaq; sicut fide dignorum relatione, non nisi moleste accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta quidam ante ætatem legitimam, alioqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros ordines promoueri. Nos eorundẽ temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur: auctor, apostolica præsenti constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinauimus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissoriis literis, etiam citramontani à citramontanis, præterquam si in hoc vltimo casu, per cameram apostolicam, iuxta illius stilum ordinati fuerint, ad aliquẽ ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, ab suorũ ordinũ executione ipso iure suspensi sint. Et si, huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, præterquàm vltrà alias pœnas in tales generaliter iure inflictas, beneficiis ecclesiasticis, quæ possint iure priuari. Volumus autem quod præsens nostra constitutio in Romana curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos, alios vero vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia contradictarum, & cancellaria apostolica publicatione, & affectione, ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorũ statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & sanctorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringen. sexagesimoprimo, quintodecimo Kalend. decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

REGVLA XXV.

De moneta.

Item declarauit idem dominus noster, quod libra Turonensium paruorum, & florenus aurei de camera, pro æquali valore in concernentibus literas & camerã apostolicam computari & æstimari debeant.

De moneta vide in clem. fi. de deci. & hæc regula est valde vtilis mensulariis, siue banqueriis, vt quãdo taxantur bullæ viginti florenis, intelligatur viginti libris. quia florenus auri de camera & libra paruorũ Turonensiũ idem sunt. Et hoc in concernentibus literas & cameram apostolicam. Secus ergo quo ad alia. & ideo glo. prag. sanctio. in §. quòd si quis ex dictis. de collatio. exponit florenum ibi, pro ducato, vt excludatur à nominationibus, qui habet ducentos ducatos in beneficiis. nam hoc est odiosum excludere aliquem ab habendo beneficiũ, ob id est restringendum. & prodest ista regula, quo ad expressionem. Nam voluit Papa taxare florenum pro libra, vt maior valor exprimeretur: & vt ipse

vt ipse maiorem haberet annatam. sed consuetudo Fráciæ resistit, & huic vt arbitror, regulę dedit causam expressio quorundam impetrantium ex Gallia qui in suis impetrationibus dicebant fructus non excedere vigintiquatuor libras Turon. & quia ista moneta erat apud Romanos incognita, ob id voluit vt libra pro floreno auri accipiatur, quamuis libra non valeat nisi viginti solidos turonẽ. & quilibet solidus valet duodecim denarios, secundum cõmunẽ Franciæ æstimationem: secus de iure.

REGVLA XXVI.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad ecclesias, vel monasteria.

Item præfatus dominus noster Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quòd quæcunque concessiones, gratię, & mãdata etiam motu proprio, & cum derogatione huius constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis personis emanauerint, de prouidendo eis de quibusuis beneficiis vacaturis, per promotionem quorumcunque ad ecclesiarũ & monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis promouendorum ipsorũ præcesserint Necnon quæcunque collationes, prouisiones, ac dispositiones pro tempore faciẽdæ de præmissis ac quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus quæ per promouendos, vel assumẽdos ad quascunque prælaturas, inter illarũ vacationis & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempora, vel simpliciter, vel ex causa permutationis, vbicũque resignari, vel aliàs dimitti contigerit, cum inde secutis, pro tẽpore sint cassæ & irritæ, nullíusque roboris, vel momenti.

Vide quæ dixi in §. fin. de manda. Apostol. in concorda. & hoc vult ista regul. quod sicut nõ valet collatio beneficij viuentis, ita nec collatio beneficij illius, qui ad episcopatum, abbatiam, vel ad regimen alicuius ecclesiæ promoueri vult, si ante diem promotionis fiat: faciebat enim is, qui promouebatur ad regimina ecclesiarum, tacitas & secretas resignationes in fauorem multorum, & postea per promotionem illius nihil vacabat: ob id noluit vt valerẽt.

Istæ collationes factæ ante diem promotionis, tanquàm factæ per multorum importunitatem, nõ valent. Igitur cùm tantum prohibeat hic collationẽ ante promotionem: ergo post promotionem valebant. & sic Papa videtur quodammodo reseruare suæ dispositioni beneficia illorum, qui sic promouentur. vnde Putarem in Francia, quod si iste promouendus coram ordinario resignaret beneficia ante promotionem quod illa collatio valeret, cum omnes regulæ sapiẽtes reseruationem sint in regno Franciæ sublatæ, per rub. de reserua. in concorda.

REGVLA XXVII.

Non iudicetur iuxta formam supplicationum: sed literarum expeditarum.

Item cum ante cõfectionẽ literarũ gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinauit, idẽ dominus noster quòd iudices in Romana curia & extra eã pro tẽpore, etiã si sint sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, causarũ palatij Apostolici auditores vel quicunque alij, nõ iuxta supplicationũ signatarum, super quibusuis impetrationibus, vel concessionibus, nisi in dicta curia duntaxat sint commissiones iustitiam continentes per placet, vel per sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ: sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores, & formas iudicare debeant, decernens irritum &c. & si literæ ipsæ per præoccupationem, vel aliàs minus bene expeditæ reperiãtur, ad illorum, quorum interest instantiam ad Apostolicam cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

Ista regula tres habet partes, in prima ponitur dictum cum duabus limitationibus. in secunda, decernit irritum, in tertia, aliud dictum scribit, secunda ibi decernens. tertia ibi, & si literæ ipsæ. In prima parte statuit Papa non debere iudicari secundũ tenorem supplicationum, vel formam: sed secundũ confectionem literarum: ratio assignatur hic, quia gratia Apostolica, sine literarum concessione est informis, idem dicitur in regula. 31. vbi dicam.

Primus est, quando commissiones darentur per placet, in curia Romana. Ergo extra eam non sic iudicaretur: nisi & quando illæ commissiones iustitiã continerent.

Secundus casus, quando darentur cõmissiones signatæ per vicecancellarium, iuxta facultatem sibi super hoc concessam.

REGVLA XXVIII.

De producendis regulis cancellariæ.

Item attendens idem dominus noster Papa, quod super habendis de cancellaria Apostolica regulis, & cõstitutionibus ini-

bi

bi deſcriptis, faciliter per eos qui in Romana curia indiguerint ad ipſam cancellariam recurſus dirigi poteſt: nec conſultum foret, quod ſuper earundem regularum & conſtitutionum, quas iuxta varietatem occurrentium cauſarum & negotiorum, aliquotiens immutari conuenit, probando tenore, vel effectu teſtium, plærumque tenacem deſuper memoriam nõ habentium, depoſitionibus ſtari deberet, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod deinceps quilibet ex auditoribus cauſarum palatij Apoſtolici, & alij, etiam ſi ſanctæ Romanę eccleſiæ ſint Cardinales, in ipſa curia pro tempore deputatis auctoritate Apoſtolica iudicibus, etiam in cauſis actu pendentibus, ſuper huiuſmodi tenore vel effectu probando, duntaxat, ſtet, fidémque adhibeat ſchedulæ, ſeu ſcripturæ deſuper à duobus de maiori parte, ꝙ danda ſit à tergo ſignatæ: & etiam duobus aliis literarũ Apoſtolicarum abbreuiatoribus in ipſa cancellaria auſcultatæ: & domini vicecancellarij, ſeu dictam cancellariam regentis manu ſubſcriptæ, vt moris eſt. quicquid autem ſecus fieri contigerit nullius ſit roboris, vel momenti.

Per hanc regulam cognoſcitur quando credendum ſit regulis producendis ex cancellaria Romana, nam forma hic appoſita ſeruari debet, aliàs non creditur tranſcripto, vt hic.

REGVLA XXIX.

De ſubrogandis collitigantibus.

Item dominus noſter litium ſuccidere cupiens anfractus.

Hęc regula habet tres partes, prout tria dicta ponit. ſecunda ibi, & nihilominus, tertia ibi, quod etiã ſtrictiſsime, &c. & duæ rationes ponuntur in initio. Prima eſt, vt litium anfractus ſuccindantur, quia anfractus ſunt maximi, & tanti ſunt, vt vix par aliquis quantumcunque diues eſſe poſsit. Crede mihi, ſi poſſis componere, nunquam litiges. Ego puto, quòd Deus opt. maximus permittit lites contra aliquos magnos, vt torqueantur. nam per peſtem cum fugiant, vix torqueri poſſunt, per bellum minus, per famem nequaquam, cum ſemper habeant frumenta: ſed lites euitare non poſſunt.

Et ne noui collitigantibus aduerſarij dentur, prouidere voluit: ſtatuit, & ordinauit, quod quoties deinceps aliquem ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio collitigantem.

Secunda eſt ratio huius regulæ, quæ elicitur ex c. ſi. vt lite pendent. in 6. vbi ſi vnus collitigans moriebatur, non poterat beneficium conferri, nec de eo per electionem, aut aliàs prouideri: niſi lis finita fuiſſet, & de iure defuncti apparuiſſet. c. 1. & 2. ibidem. vbi ſunt hæc verba, Si hi contra quos ſuper dignitatibus, perſonatibus, vel aliis eccleſiaſticis beneficiis, quæ poſſident, litigatur: lite pendente cedant, vel forte decedant, ne propter nouos aduerſarios, qui malitioſè interdum petitoribus ſubrogantur, litigia in eccleſiarum diſpendium, prorogari contingat: ſtatuimus vt dignitates, perſonatus, vel beneficia huiuſmodi &c. Hic non requiritur finis litium: ſed impetratio collitigantis valet, ſi intra menſem à die ceſſionis, vel obitus impetrauerit: ita quod collitigans præfertur alteri cuicunque impetranti, dummodo impetrauerit intra menſem, & ſic omnes aliæ impetrationes factæ non valebunt, per prædictas rationes, & loquitur de impetratione facta à Papa, & ſic habes hic vnum caſum mirabilem, in quo vltimus impetrans præfertur priori contra cap. ſi eo tempore. & cap. duabus. de reſcrip. & cap. eum, cui, de præbendis. ibidem.

In iure, vel ad ius, ſi quod forſan eius aduerſario in dicto beneficio competierit, ſubrogari conceſſerit.

Et ſic habet locum hæc regula, ſiue quis ſubrogetur ad ius, ſiue in iure dummodo is, qui obiit, acceptauerit. nam ſi nominatus, antequam beneficiũ acceptet, moriatur: vel mandatarius, non poterit alius ad ius iſtius ſubrogari, quod moritur per iſtius obitum. Gomeſ. q. ſexta.

Ego intelligerem hanc regulam, quod ſi collitigans intra menſem adit, quo litigans ceſsit, vel deceſsit, petierit in ius defuncti, vel cedentis ſubrogari, quod omnibus præferatur, etiam ſi in data priores fuerint, ne noui aduerſarij collitigantibus dẽtur, & impetrationes aliorum nullius ſint momenti, dummodo intra menſem. quod ſi poſtea, non. licet gloſſator aliter intelligat. & poteſt quis lite pendente cedere. cap. per tuas. 1. in fi. de ſimo. ſic & appellatione pendente: tamen ſi poſtea pronunciatur bene iudicatum, reuocatur illa renunciatio tanquam attentatum. gloſſ. in verbo, interponi. rubr. de cauſis. in pragm. ſanctio.

Dummodo præfatus collitigans, in dicto beneficio intruſus non fuerit.

Fallit in duobus caſibus. Primus eſt quando collitigans fuiſſet intruſus, tunc non potuit aliud ius habere, quàm haberet is, in cuius locum ſubrogatus fuerat. ſed intruſus nihil iuris habebat. c. cum iamdudum. de præbend. Ergo nec iſte impetrans in locum ſuum, ſiue in principio erat intruſus, & poſtea deſierit: ſiue non. Gomeſ. q. 8.

Intruſus dicitur, qui ſine auctoritate illius ad quẽ ſpectat collatio beneficij, illud propria accipit auctoritate. c. ad aures. de exceſsib. præla. & qui nullũ habet titulum. cap. quia diuerſitatem. de conceſsio. præb. gl. in verb. metuebant. cap. bonæ. 1. de elect. & c. niſi. de renuncia. Idem in officio. l. non aliter. C.

de pala.sacra largi.lib.12. vel qui sine titulo ingerit se administrationi beneficij. Panor.in cap. cùm iam dudum.de præbendis.

Vel, qui sine canonico titulo beneficij occupat, & non intrat per ostium, nec habet canonicum ingressum.c.relatum.de iure patro. Bal.in c.nihil.co. 2.de elect.& qui sine titulo sedem inuadit intrusus est,&falsi crimine tenetur.l.eos.§.qui se pro milite. ff.de falsis.Bald.in c.pastoralis.col.1.de except.

Ex quo infertur, quod qui per vim occupat beneficium,dicitur intrusus.c.eum qui, de præb.in 6. gl.in verb.violentus.de pacific. possess. in prag. nec valebit collatio. etiam si postea impetrauerit non facta mentione illius intrusionis. d. c. cum iamdudum.Panor.& alij in c.1.de concessio.præb.

Secundo etiam vocant intrusum, qui post electionem & ante confirmationem administrat,quia ipso iure est priuatus sic administrando. c.auaritiæ. de elec.in 6.Nisi esset alius actus à superiore procedens,& hunc representans. Oldra.consil.146. factũ est tale in fi.vel nisi administrauerit ob necessitatem ecclesię,vel vtilitatem.Oldrad.consil.9.posito.Nec valet consuetudo in cõtrarium:quia est contra bonos mores.nam posset hæreticus excommunicatus & incapax sic præesse ecclesiæ. Oldra. consilio 191. nullo modo.col.1.per text.in auth.nulli iudicum.§. 1.colla.9.& ca.vlt. de consuet. quæ videtur corruptela,ac sacris canonibus inimica.ca.cùm venerabilis.de consuetu.sic consuluit Petr. Ancha. consil.51. consuetudo.vbi tamen dicit administrantem ratione consuetudinis antiquę,non priuatum,nec vllam pati debere pœnam. per gl.in d.c.cum venerabilis. quia non debet puniri, qui communi iudicio non peccat.c.inter corporalia. §. sanè.ibi.& quãuis, &c. de transl.episc.Idem si lite pendente,c.2.de in integ. restitu.Idem si post præsentationem & ante institutionem quis administrauerit, vt firmat Rocus de Curte in tract.iur.patro.in verb.honorificum. q.29.

Tertiò, qui beneficium post priuationem & depositionẽ adhuc retinet,à qua non appellauit. Inn. in c.qualiter.2 col.3.num.10.de accus. Maleretus in tract.de elect.in fi.q.17.Præpos.in c.fi.19.distinct.

Quartò, qui beneficium iniuste alteri ablatum, & omisso iuris ordine, detinet, & si habuerit collationem.c.tanta.de excessib.præla. Dom.& Præpos. in cap.propter.in fin.19.distinct.

Quintò, qui à superiore excommunicato, vel suspenso collationem habuerit, vel ab eo, qui non habebat potestatem conferendi. cap.fi.de excessib. prælat.Et ideo is,qui accipit per deuolutionem,aut aliàs collationem ab eo, quem scit non posse conferre, est intrusus. Dom.in c.fi. in fin. dist. 19. & sæpius videmus istos deuolutarios volantes ad infinitas lites,& malignitates illiqúe iniqui, ac temere litigantes odio prosequendi sunt, & mulctis magnis afficiendi.

Sextò dicunt illum qui commisit crimen dignũ depositione, dici largè intrusum: vel qui habet vicium, quo priuari beneficio potest. Glo. in c. cùm super de causa posse. dicit eos, quasi intrusos. Ioan. de Selua in tract.de benefi.q.11.nu.9.in 3. parte. Fel. in c.veniens.2.not.de accusat.extrà. Quod non videtur verum,quia interim habet titulum antequam priuetur.ergo intrusus nõ dicitur: nisi commisisset crimen per quod fuisset ipso iure priuatus, vt hæresis,& simoniæ, de quibus scribit Felin. in cap.2. de rescript.extrà.

Octauò dicunt intrusum, qui cum simplici signatura beneficij possesionem adipiscitur. allegatur extra.iniunctæ, de elect.in criminibus, quæ loquitur in dignitatibus maioribus.hoc asserit Fel.in c.in nostra.correla.2. de rescr. sed vltra eum facit l. fi.C.de offi.magistr. vers.sed sciat is.vbi,qui sine sacro rescripto peruenit ad militiam, & priuatus. sic & qui sine literis Papæ, sed habendo signaturam nõ capit sine literis Papæ.Ergo non debet priuari.Imò ex consuetudine Franciæ, nullus priuatur ex adeptione possesionis cum simplici signatura: sed in instrumento solet dici, in vim certæ prouisionis Apostolicæ,sed idem si diceretur,in vim signaturę: quia quando aliquis violentiam non commisit, licèt propria auctoritate ingrediatur beneficium: tamen non priuatur iure suo, teste Nicol. de Milis in reper.in verb. beneficium, q. 58. incipien. beneficij possesionem.Imò in curia Romana non datur priuatio illius, qui cum sola supplicatione se intrusit, sunt verba Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol.189.versic.consueuit:multo minus debent iudices Franciæ, de possessorio cognoscentes, priuare eum, qui adeptus est possesionem ex simplici signatura sua,si aliàs canonicum habet titulum.vnde in patria obedientiæ cautela est, vt non tenearis leuare bullam,vt impetres breue,supplicatione inclusa, per quod mandetur executori vt mittat te in possesionem,& tunc omnia cessabunt.

An valeant gesta per intrusum, declarat Panor. & alij in c.nihil.de ele.Dom. & Præposi.in d.c.fi.19. dist.Doct.in l.Barbarius.ff.de offi.præto.

Quæro, an intrusus sit inhabilis duntaxat ad illud beneficium cui se intrusit:an ad omnia alia?Respon. quod ad illud tantùm in quod est intrusum: Imò si impetrauerit illud, non facta mentione intrusionis,valebit impetratio vt firmat Fel. in c. postulasti.in fi.de rescrip.quem sequitur Ioan.de Selua in tract.de benefi.in 3.parte. q. 11. in 5. qualitate, & Maleretus in tract de elect. in fine.quia non incurritur inhabilitatis pœna,nisi à iure exprimatur, arg. cap. fi. vbi gloss. de iure patro, fallit quando esset à iure factus inhabilis,vt in c. quisquis. de elect. & in extrauag.execrabilis,de præb.Ioan.22.

Nec super eo contra dictum aduersarium,&c.

Secundus casus est, nisi mota fuerit lis illi, qui iã possederat pacificè beneficium per triennium,quia tunc, sicut non debet molestari quis post trienniũ, vt infra regula 36. sic iste subrogatus nõ poterit molestare possessorem triennalem.Gomes.q.16.

Et per hoc ponderatur iste text. quod non procedat, quando lis esset nomine meo mota per aliquem non habentem mandatum, etiam si esset ratificata ante obitum collitigantis per me:tamẽ ego non debeo præferri postea:tum quòd non dicor aduersarius, quia non moui litem:tum quòd iste text. requirit

requirit veram litem, non fictam: & ne detur super hoc locus fraudi. Gomes. q.3. in fine. vel quando lis esset mota in vim rescripti inualidi. Gomes. q.11.

Et nihilominus felicis recordationis Pauli 2. &c.

Tertius casus prohibet aliquem litigantem subrogari ab beneficium viuentis, quod impetrauit, de hoc multa scripsi in procem. concor. in verb. fati. & supra. in regula de imp. benefic. viuen. quæ est 21.

Quod etiam strictissimè obseruari mãdauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non trãsiuerit iudicatam processum foret.

Item voluit non valere subrogationem illus, qui impetrauit beneficium vacãs per priuationem, antequam sententia transiuerit in rem iudicatam, vt postea nõ possit petere se subrogari, & sic est quartus casus prohibitus, vide gloss. in verb. successores. in §. declarantes. de manda. Apostol. in concorda. & Gomes. q.7.

Quintus casus est, quando derogatum est isti regulæ, & Papa solet derogare petentibus quasi indifferenter, vt vidi, quod potentiori denegari deberet, per rub. C. ne liceat potentio. & d. l. vna. C. si quacunque prædi. potesta. Hocque fuit denegatũ tempore Inn. 8. Card. S. Petri ad vincula, teste Ioan. Staphileo in tract. de literis gratiæ, fol. 165. de literis iustitiæ. vnde dicit, in supplicatione debere apponi ista verba, attento quod orator non est cedente potentior &c. licet derogetur etiam pro potentiori, & fauorabilibus. tamen si non sit expressum in supplicatione quòd est potentior, non valet derogatio, per not. in cap. 1. de aliena. iud. mutandi causa facta, & l. 1. & per totum. ff. illo tit. plenè scripsi in scholasticorum priuileg. 177. vide Gomes. q.15.

Si tamen vnus collitigans habuerit sententiam pro se, quæ in rem transiuerit iudicatam, poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regulæ, quia tunc omnis præsumptio maliciæ cessat, quia non videtur quod de iure suo diffideret, vt Doct. notant in cap. 2. de aliena. iud. sed hoc casu requiritur, quod sententia lata fuerit contra omnes collitigantes: nec sufficeret quod contra vnum lata esset. quia cum illo collusio posset esse, teste Gomes. in q. 1. super hac regula.

Sextus casus quando quis petit subrogari in locum illius, qui habuerat tres sententias conformes, & antequam executioni demandatæ essent mortuus fuerit. tũc is, qui in locum illius petitur subrogari, non est necesse quod petat derogari isti regulæ, quia hic casus in ea non comprehenditur, cum lis iam sit finita. per Cle. 1. de re iudicat. & idem si finita erat per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. per tex. in c. 1. de litiscontesta. in 6. & sic cùm lis sit finita, non prefertur collitigans impetrans, etiam si huic non sit derogatum regulæ. Gomes. q.14.

Vltimus casus, quando lis esset iniuste mota cõtra mortuũ, forte triduo antequam decederet, tunc illa motio litis non inducet vitiũ litigiosi. l. 1. §. 1. ff. de litigios. plenè scribit Cassado. decis. vlt. de dolo.

Nota, quod non datur subrogatio, nec gratia si neutri, vel si nulli, vbi contra aliquem agitur de crimine, & is moritur: tunc antequam priuetur non subrogatur alius in locũ illius, quia beneficiũ non est litigiosum: sed persona accusata, & ideo poterit cedere ante sententiam priuationis. gloss. in verb. finita. in cap. vlt. vt lite pendente in 6. sed post priuationis sententiam, poterit dari subrogatio: quia post sententiam fuit de beneficio prouisum. ob id beneficium potest dici litigiosum.

Item non datur subrogatio in beneficiis consistorialibus, hoc est, in monasteriis virorum, valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentium. quia talia sunt reseruata, & de illis solet Papa prouidere consistorialiter. Ideo in illis non datur subrogatio, nisi præcesserit alia prouisio, vel commenda consistorialis. Et ita seruat stilus curiæ Romanæ, teste Staphileo in tract. de literis gratię. fol. 165. versic. & alius casus. Plus dicens, videlicet non admitti resignationes talium.

In hoc regno Franciæ non vidi hanc regulam seruari, ob id alia hic non scripsi.

REGVLA XXX.

De verisimili notitia.

Item voluit & ordinauit.

Hæc regula fuit publicata & registrata in parlamẽto Paris. anno 1493. die 2. Nouembris, & vbique in regno Franciæ recepta, & in forensi iudicio ad vnguẽ seruatur: éstque à iuris visceribus extracta, maxime ex c. 2. de conces. præb. vbi beneficia antequam vacent non debent impetrari: & nisi vacatio peruenerit ad notitiam conferentis, vel peruenire potuerit. c. quia. illo titul. c. 2. & 3. illo titul. in 6. nam collatio quæ non est verisimilis, non est credibilis, nec facta creditur. l. cùm de indebito. §. 1. ff. de prob. l. Mæuius. in prin. de lega. 2. & quod longè est à verisimili, est quędam falsitatis imago. Bald. in l. 1. col. 3. C. de seruis fugi. Feli. in c. quia verisimile. de præsumptio. verisimilitudo enim est cognata naturæ. Bal. in consi. 180. mortuo. col. 1. vol. 3.

Ratio solebat in principio huius regulæ describi ista, videlicet, vt in habendis beneficiis ecclesiasticis fraudes euitentur, seruetur conscientiæ puritas, & ambitionis via præcludatur ambitiosis, teste Gomes. super hac reg. in princ.

Et ideo non potest huic regulæ Papa dispensare, cum non possit contra naturam statuere: sicut nec ius. §. minorem. inst. de adoptionib. c. debitum. vbi Panor. in 2. no. de baptismo. nec potest facere quod quis citius veniat, quàm natura possibile sit.

Et quamuis sit solitus Papa derogare: non tamẽ recipitur eius in hoc Franciæ regno derogatio, minus legati, vel alterius, nisi in casu infra descripto.

Nec probatio contraria in hoc casu recipitur, vt in c. filij. de hæretic. in 6. etiam si quis vellet probare se per necromanticum & dæmonem allatum intra vnum diem. quia tantummodo verisimile admittetur, videlicet quod cursor eques Romam

potuit ire sex diebus ex Luteria: ex Lugduno quinque, hoc recipietur: ex Tholosa, septem tempore hiemis: sicut Paris, si inueniatur collatio præmaturè facta, tanquam non verisimilis excludetur, vt vidi in practica seruari, nec est aliqua dispositio tam generalis, quæ ad non verisimilia trahi debeat, teste Angel. consil. 249. super primo col. 2. versic. pro hac parte. & Ias. consil. 141. in ista. col. 8. versi. 6. prædicta, in 2. vol. quamuis Panor. & alij in d. c. quia verisimile. de præsumptio. dicant probationem regulariter contra verisimile admittendam, licet clariores probationes requirantur.

Quod omnes gratiæ.

Requiritur ergo in hac regula, quod sit gratia, & habet locum in quacunque gratia per istum text. omnes gratiæ, qui enim totum dicit nihil, excludit. l. à procuratore. C. manda. siue fuerit collatio, præsentatio, siue institutio, siue nominatio, vel alia quæcunque prouisio, de quibus in c. cum in illis. de præb. in 6. cum omnes gratiæ dicantur. Cle. gratiæ. de rescr. Idem requiritur quod sit gratia de beneficio: aliàs si esset gratia delinquenti facta, valeret. quia hæc regula non habet locum in illa; cum in ea hoc non inueniam statutum, nec prohibitum, etiã si gratia esset motu proprio facta. quia hæc clausula non tollit hanc ambitionem. quia præsumitur procurata: & quia facile apponeretur. Ideo vt vitetur fraus, etiam in gratia motu proprio facta procedet, teste Gomesio, q. 2. & sic non haberet locum in resignatione. quia non est gratia, cùm teneatur conferre, saltem permutanti, c. inter. de præb. c. vno de rer. permuta. in 6. & in Clem. & quia hæc regula loquitur de vacatione per obitum, vt infra dicetur.

De quibusuis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel sine cura secularibus & regularibus.

Et sic non habet locum in beneficio temporali Regis, vel Imperatoris, seu alterius principis. cùm hic in beneficiis ecclesiasticis tantùm statuatur. Bonum esset tamen quod etiam seruaretur in officiis propter magnas ambitiones currentium ante tempus. habet tamen locum hæc regula siue beneficia sint secularia, siue regularia, siue sint curata, siue nõ, vt hic dicitur: etiam comprehendit hic dignitates & officia ecclesiastica, licet hic non exprimantur nominatim: sed quia text. dicit, de quibusuis beneficiis ecclesiasticis. & appellatione beneficij ecclesiastici, & dignitates & officia ecclesiastica continentur. c. postulasti. de rescr. gl. in c. 1. de regul. iur. in 6. & in clem. auditor. de rescript. scripsi. in concord. tub. de colla. §. volumus. in verbo, beneficia. & quia est eadem ratio in dignitatibus & officiis ecclesiasticis, quæ in aliis beneficiis. ergo eadem decisio locum habebit. l. illud. ff. ad l. Aquil. & si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, &c. dicit text. in §. porrò. quæ fuit prim. causa benefic. amittendi. & in dignitatibus maior est ambitionis ratio, & votum captandæ mortis. ergo in illis habebit locum.

Per obitum quaruncunque personarum vacantibus.

Ergo non habebit locum si alio modo vacet, vtpote per priuationem. nam si scirem quẽdam archidiaconum priuandum die decima Iulij mitterem cursorem ad Papam, qui die decima priuationis mihi conferret, nõ valere collationem videtur. Sed argumentum hoc à contrario sumptum facit quod sic. & idem in alia vacatione, de quibus scripsi in §. monasteriis. in gl. vacantibus. de regia ad præla. nomina. facienda. quia non datur occasio mortis captãdæ hoc casu. Ratio diuersitatis est, quia posset quis machinari in mortem alterius, & ideo vt votũ captandę mortis auferatur, iuxta c. 2. & 3. de conces. præb. sed non in priuationem, vel in aliam vacationem. ob id in illis locum non habebit, etiam si iudex procurasset priuationem. quia priuatus potest appellare: adhuc etiam regul. non haberet loc. Gomes. hic. q. 3. distringuit. aut, inquit, impetrans per resignationem esset impetraturus per obitum, & res est expedita, quoad hanc regula: secus si non esse impetraturus, & iuramento procuratoris statur. Hæc concordia nõ habet saporem, quia omnis impetrãs est impetraturus per obitum: sicut per resignationẽ, vt est verisimile. & stare iuramẽto procuratoris, qui ignorat voluntatem domini est periculosum. Ideo ego concilio sic, quod habeat locum, nisi in illa impetratione fuerit regulæ derogatum à Papa, & ita in Forensi iudicio seruatur in Francia.

In antea fecerit.

Et sic loquitur in Papa: sed quia eadem ratio versatur in legato & ordinario, ob id etiam in illis locum habebit. Posset enim quis in mortem alterius machinari, & postea ad ordinarium currere & petere ab eo beneficium, certè vt mortis captãdæ occasio tollatur, quòd hic in Papa statuitur, & in aliis ordinariis seruabitur, per cap. 2. & 3. de conces. præbend. in 6. huius sententiæ est gl. in verbo, faciendas. §. neque. de collatio. in pragm. quam ad verbum more solito transcribit Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. quæst. 46. & idem consulendo tenuit Decius consil. 398. in causa. in fi. dicens ita fuisse iudicatum in Parlamento Delphinali, & idem consuluit de Ripa consil. siue respon. 16. regula. & in c. 2. in fin. de rescript. sic etiam fuit sæpius iudicatum in Parlamento Franciæ, vt scripsi in procem. concorda. in verb. fati. idem tenet Ias. consil. 104. circa vlt. q. in 1. vol. & Gomes. hic plenè quæst. 1.

Et ideo præuentiones Papæ non valent, nisi tantùm tempus effluxerit, quod interim vacationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiam Papæ, vt declaro in procem. concord. in verb. fati. & in §. declarantes. in verb. iure præuentionis. de manda. Aposto. etiam si in ea adiiciatur clausula generalis, & quouis alio modo vacet, etiam si per obitum, vt solet poni de stylo curiæ Romanæ, teste Cassador. in decis. 29. super regul. cancellariæ. Plus dicens in sequenti regula, procedere etiam si is, qui habebat beneficium in commendam moreretur, ex mente regulæ. & quia per obitum commentarij vacat beneficium, cum sit titulus canonicus, vt scripsi in tractat. de pacific. posses. in amplia. & Gomes. hic quæst. 4.

Nullius

Nullius roboris, vel momenti ſint.

Et ſic cùm penitus nullæ ſint collationes iſtæ præcoces, non proderunt etiam poſt triennium: tũ quia nullæ vt hic. & ſic non coloratæ, vt decretum de pacific. poſſeſ. requirit: tum etiam quia nullum momentum, nec commodum afferre poſſunt, vt hic. vide Andr. Tiraquel. de his verbis plenè ſcribentem. in interpret. l. ſi vnquam, in verb. reuertatur. in num. 81. C. de reuocand. dona. nec proceſſus in vim talium factus valebit, nec fulminatione alia opus eſt, vt not. doct. in clem. 1. de præbend. in verb. momenti.

Niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi, tantùm tẽpus effluxerit.

Et ſic computatur tempus à die obitus. vnde etiã ſi quis currat habens procuratorium ad reſignandum, computabitur tempus à die obitus, per hunc text. niſi fuerit huic derogatum regulæ. quia in hoc caſu computabitur tempus à die procuratorij: tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam iuerat: tum quia fraus ceſſat, & non datur occaſio mortis captandæ. Ad hæc, quia origo prouiſionis aſpicienda eſt. l. 3. C. ad Macedo. & ſic intelligi debet gloſſ. in d. verb. faciendas. §. neque. de coll. in pragm. & ſolent hodie curſores, qui ante diem procuratorij currere cœperant, impetrare beneficium pluribus diebus, & poſtea habebit illam impetrationem, quam voluerit: ſed hoc eſt iniquum. ideo bonũ eſſet ſtatuere, ne in vim vnius procuratorij plures valerent prouiſiones: & etiam, quia per procuratoria aliquando poſt decem annos expediuntur: bonum (vt puto) eſſet quod poſt dimidium annum non expedirentur procuratoria ad reſignãdum, quia obliuio poſteà præſumitur, quæ ſi non eſſet, procurator ſic conſtitutus reuocaretur. arg. l. peregrè. ff. de acquirend. poſſeſ.

Quòd interim vacationes ipſæ de locis in quibus perſonæ prędictę deceſſerint.

Computabitur ergo tempus ex quo deceſsit: nõ in quo valetudine prius affectus fuerit, ſi poſtea ambulauerit, vel alio vectus & tranſlatus fuerit, per iſtum text. Et ſi reperiatur impetratio & obitus eodem die, præſumetur quod mors præceſſit. & ſic valebit impetratio & collatio, quia in dubio illud pręſumitur præcedere, quod ad validitatem actus eſt neceſſarium. l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæredib. inſtit. & ibi Bald. præſumi debet, vt actus potius valeat, quàm pereat. l. quoties. ff. de reb. dubiis. hoc expreſſim decidit Caſſador. deciſ. 21. ſuper reg. cancel. Cardinalis rub. de præbend. dicens hoc verum, dummodo ſit huic regulæ derogatum. Ergo impetranti non incumbit onus probandi, quòd mors præceſſerit, teſte Gomeſ. q. 6.

Ad notitiam eiuſdem domini noſtri veriſimiliter potuerint perueniſſe.

Certum eſt, quòd ſi quis promiſerit mihi dare Tholoſæ centum, ineſt tempus quo illuc proficiſci poſſim, & antea non potero illum conuenire. tex. in l. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig. text. in l. ſi peculiũ. §. idem dicendum. de ſtatulĩber. & citatus ſine termino tenetur quàm citius poteſt comparere, reſeruato ſibi tempore, quo poſſit proficiſci. c. cùm parati, de appell. vbi Panor. in vlti. notab.

Et quamuis ante iſtam regulam collationes factę à Papa vel eius executore de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valerent, vt ſcribit Ioan. Monac. in c. ſi tibi abſenti. de præb. Rota deciſ. 172. Nota quod vbi executor in antiq. & idem eſt dicẽdum in ordinario, qui poterat conferre beneficium ſi vacat. gl. in c. 2. de elect. in 6. & Lapus alleg. 6.

Tamen hodie iſtæ collationes ſunt nullæ à quocunque factæ fuerint: tum quia hoc eſt prohibitum per hanc regulam: & concupiſcentiam neſciebam peccatum eſſe, niſi lex prohibuiſſet. c. nam concupiſcentiam. de conſtitu. idem in iſta præcoce collatione: niſi fuiſſet per hanc regulam prohibita, & ſic non eſt opus ad iura contraria reſpondere, quæ non habent locum per iſtam regulam. nam eſto quod ordinarius poſſit conferre ſi vacat, & Papa: tamen illa collatio non valebit, niſi tantum tempus effluxerit, quod collationes veriſimiliter potuerint perueniſſe ad notitiam collatorum: alioqui nunquam Papa iure præuentionis conferret, quia ſingulis diebus ordinarius conferret ſingula epiſcopatus beneficia, ſi vacarent, & poſteaquam audiret mortem alicuius, expediret collationem ab illo die mortis, & infinitæ fraudes ac falſitates, quibus obuiatur per iſtam regulam ceſſarẽt. Neceſſe eſt igitur vt ſeruetur iſta regula in quocũque collatore. Si velis multa videre de veriſimilitudine, lege Andr. Tiraq. in interp. l. ſi vnquam. in princ. C. de reuoc. dona. vbi multa more ſuo congerit. non tamen loquitur de iſta regula, quod miror, cùm omnia penè videatur perlegiſſe.

Et habet locum hæc regula, ſiue factũ fuerit per mare, ſiue per terram. nam ſi aliquis diceret ſe ex Aquiſmortuis iuiſſe Romam vno die, non eſt veriſimile, & ideo poſſet opponi hæc regula, licet aliter fieri debeat computatio per mare, quàm per terram, Docto. in l. 1. ff. ſi quis caut. Scripſi in l. in itinere. ff. de verb. ſignif.

REGVLA XXXI.

De commißionibus.

Item quod omnes & ſingulæ cauſarum commiſſiones, quas in anteà fieri contigerit obtentæ, vel occaſione conceſsionũ duntaxat apoſtolicarum de beneficiis eccleſiaſticis gratiarum, ſuper quibus apoſtolicæ literę confectę non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi nullius ſint roboris vel momenti.

Commiſsiones cauſarum à Papa factæ ſuper beneficiis per ſupplicationem, non valent: niſi literæ ſint expeditæ, id eſt bullæ confectæ. nec etiam valebunt proceſſus facti in vim illarum commiſſionum: quia dicunt ſignaturã eſſe gratiam imperfectam, dicam infra, niſi derogetur huic regulæ, vel ponatur in ſignatura, quæ literas tamen intra ter-

minum ad articulandum expedire paratus est, tunc poterit experiri: & si pars requirat, expedientur bullæ, teste Staph. in tract. de literis iustitiæ. fol. 141. & seq. vers. imprimis igitur. & sic valebit ista commissio etiam literis non cõfectis, dummodo in termino ad articulandum literas expediat secundum eum: vel sumptum bullarum producat. Rota decis. 621. in antiq. & vt Papa cogat actorem ad leuandũ bullam, solet apponere istã clausulam in d. cõmissionibus, videlicet quod interim beneficiũ ipsum, etiam quoad effectũ regulæ de subrogandis, minime censeatur litigiosum: aliàs non dabitur cõmissio in materia beneficiali, literis non confectis. & solet apponi etiam ad tollendas fraudes impetrantium beneficia per alios possessa, ratione senectutis, fortè vt gaudeant beneficio regulæ de subrogandis post senis mortem, cui obuiat ista regula: licet aliàs regulariter post citationem executam, res dicatur litigiosa. cle. fi. vt lit. pend. Pan. & alij in c. gratum. de offi. deleg. Tamen non hic ratione huius clausulæ: dicitur tamẽ beneficium litigiosum quoad actores impetrantes commissionem, tam quoad regulam de subrogãdis, arg. eorum quæ Ægidius scribit decis. 380. Si faciens cõmitti. & decis. 545. Si pendente. quàm etiam, vt actor ius suum cedere non possit etiam ante dictum terminũ ad articulandum: aliàs diceretur lite penden. cedere. & sic posset reuocari, per cle. 1. vt lit. pend. decis. Rotæ 411. lit. pend. in no. quia litis pendentia bene inducitur in pręiudicium impetrãtis, vt scribit Lud. Rom. cons. 330. circa primum. col. 1. cum cle. vt lit. pend. plenè Gom. in cõpendio vtriusque signaturę. nu. 63. & 64. de quo scripsi in commen. regulæ de idiomate. vt ad notitiam citati perueniat citatio, & simulatque impetratio ad notitiam actoris peruenit. Ergo quoad eum, lis dicitur pendere & etiã res dicetur litigiosa, vt actor teneatur postea in rescriptis de hac litis pendẽtia facere mentionem, aliàs non proderunt impetranti, nec reo nocebũt. c. causam, quæ. 2. de testib. & ibi gl. in c. dilectus. vt lit. pend Fel. in c. super literis. col. 7. vers. 6. reg. de rescrip. Staphil. vt suprà. fol. 144.

Idem in commissario mãdati seu alterius bullæ. nam istæ commissiones verbales periculosæ sunt ob id literæ expediri debent. quia interdum iudex, qui concessit negat se concessisse non ex malitia, sed ex obliuione. quamobrem commissiones verbales, quas iudices faciebant, fuere reprobatæ per Senatum Paris. anno 1533. die verò 24. Martij.

Nota diligenter, quod is cui mandatur commissio, facit processum fulminatum. nam primo dicit literas Papæ sit præsentatas fuisse integras, non rasas, nec cancellatas: sed in forma iuris, & iustitiæ, quas cum honore & reuerentia, vt docet recipimus iuxta c. si quando. de rescr. quas ad verbum describendas cum nostra commissione curauimus, Paulus &c. Et postea iste commissarius concedit literas in vim suæ commissionis si sit opus.

Hodie in regno Franciæ causa vitandi circuitũ, nisi causæ cognitio requiratur in literis gratiæ, non solet fieri processus fulminatus: sed facta præsentatione literarum gratiæ executor confert, vel facit quod mandatur ei.

Aduertẽdum est quod istæ cõmissiones per simplicem signaturam, absque bullarum expeditione conceduntur, & secundum ipsarum tenores & cormas iudicare debent commissarij. nec registrantur istæ supplicationes iustitiæ, sicut supplicationes gratiam continentes, quia non præsumitur falsitas in istis, sicut in aliis. c. pen. de cri. falsi. vnde sumptũ de registro supplicationum, signatura domini Papæ, in iudicio non facit fidem: secus si de registro bullarum extrahatur. & ita tenet curia Rom. vt testantur do. de Rota decis. 621. Nota sumptum in antiq.

Mente tenendum est, quod vna commissio non datur ad duo beneficia aduersus possessa, secus contra vnum, si expressa sint in supplicatione: quia hoc casu vna gratia censetur esse, secus in alio. arg. l. scire. ff. de verb. oblig. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. de libera. lega. nec etiam dicitur commissio, vel literæ regię ad causas motas & in futurum mouendas per c. ad hæc. de rescript.

Item non datur à Papa commissio, & data non prodesset, vt processus factus absente parte, & non citata validus fiat, & confirmetur: quia defectus citationis non solet sanari etiam refectis expensis à parte, nec confirmari potest à principe, cùm dicatur de iure diuino nullus. cle. pastoralis. de re iudica. quia contra partem inauditam nihil facere potest Papa. c. 1. de causa posse. Si tamen fuerit facta citatio, & non fuerit seruata forma, tunc potest confirmari per literas. cle. causam. in fi. de electionib. Romanus consil. 360. circa. & cons. 410. vt clarior. Rota. decis. 271. Si de mandato. in no.

Præterea defectus mandati, non solet per literas confirmari: vnde si quis impetret literas Regias, vt defectu mandati non obstante valeat processus, non verificabuntur nec interinabuntur: quia processus est nullus: l. licet. & ibi doct. C. de procura. & cap. in nostra. illo titu.

Item processus factus à procuratore reuocato, non solet confirmari per literas, quia est nullus, cũ sit factus contra voluntatem domini. c. ex parte decani. iũcta gl. de rescr. & iudex ex officio potest cõpellere procuratorem, vt exhibeat mandatum ne laboret in vanum. gl. in verb. absentia. c. de ele. in 6. Ludo. Rom. consil. 60. & cons. 170. sciebant.

Item per literas non solet infirmari contractus vtriusque partis consensu factus. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. discedere.

Nec confirmari factus ab eo, qui consensum nõ habebat, vtpote à furioso, vel pupillo: quia consensus est de iure naturali. Ideo Papa defectum consensus supplere non potest, multo minus alius princeps teste Ioan. Andr. & Panorm. in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi.

Præterea defectus iurisdictionis non solet per literas sanari, nec confirmari. quia processus est nullus, ac omnia inde secuta, non solùm ex defectu cõsensus: sed etiam propter solennitatis defectũ, quæ non potuit coram iudice alio interuenire, vt docet Pan. in c. significasti. col. pen. de for. compe. & hic defectus iurisdictionis semper allegari potest, etiã post tres sententias conformes. gloss. singul. in clement. vna. in glo. vlt. de sequest. posses. & fructuum.

Gomes.

Gomeſ.in cõpend.vtriuſq; ſignaturæ.nu.74.& ſeq.

Adhæc non ſanatur per has commiſſiones defectus ex via iniuſtitiæ.Panor.in ca.4.in fi.de re iudi. niſi ſententia fuerit nulla ex defectu ordinis, ſeu ſolennitatis poſitæ in l.prolatã.C.de ſentent. & interlocu omn.iud.& hoc refectis expenſis. quia iſta ſolennitas eſt iuris poſitiui, quam Papa ſupplere poteſt,cum ſit ſuper ius.c.propoſuit.de cõceſ.præbend.l.princeps.ff.de legibus.

Nota bonum verbum,quod in his commiſsionibus,& aliis literis iuſtitiæ, in dubio non præſumitur Papa,vel princeps concedere aliquid in præiudicium alterius,nec facere gratiam,niſi aliud exprimat.Hoc docet Staphil.in tract. de literis iuſtitiæ.fol.150.verſ.conſtat autem quod ſtilus.Plus inferens,quod quando vnus petit monitorium dari contra debitorem defuncti,cuius ipſe, qui petit eſt creditor,datur:ſed cũ clauſula, abſque præiudicio petitoris creditoris,iuxta reg.ca.qui prior.de regu. iur.in 6.& ff.ac C.qui potio.in pign.habeantur.

Adde etiam, quod poſt concluſionem in cauſa non ſolet curia Romana dare commiſsionem, niſi concluſioni illi deroget, & hoc propter regulam cancellariæ, hoc diſponentem:niſi aliquid de nouo producat.nam tunc ſi per auditorem admittantur,tacitè concluſioni derogatũ videtur. quia auditori non obſtat concluſio. Rota deciſ.5. Si poſt concluſionem.in nouis.glo.in ca.cum dilectus, in verb.decennium.de electionibus. Ioan.Staphil. in tract.de literis iuſtitiæ.fol.168.verſ.nõ datur aliqua.

Item licet commiſsiones in curia vbi ſunt conceſſæ,ſint latè interpretandæ.Innocen.in cap.ſuper literis.de reſcript.tamen non extenduntur ad ea, quæ ſunt contra,vel præter intentionem committentis.& ideo commiſsio impetrata contra vnum, eo mortuo,eſt finita: nec poterit cõueniri hæres.c. ſignificauit, de reſcript.& impetrata contra duos reos,mortuo actore,etiam extincta erit deciſ.Rotæ.103.Si impetret.in no.

Limita iſtam regulam non procedere in ſpoliato, vt etiam literis non confectis poſsit proſequi cauſam in odium ſpoliantis,& in fauorem ſpoliati.Caſſado.in deciſ.1.ſuper reg.cancella.

Secundò etiam non procedit,quando fertur abſolutoria contra impetrantem.Caſſado.in 2.deciſ. incipien.Item voluit.

Tertiò fallit, quando derogatum eſt huic regulæ,Caſſador.deciſ.3. ſuper eadem.& ſolet derogari,dummodo expeditio fiat ante terminum ad articulandum.quod poſtea præſumitur factum ſi expeditio literarum inueniatur, vt ibidem.& deciſ. 4.Innoleuit.

REGVLA XXXII.

De impetratione beneficiorum per obitum familiarium Cardinalium vacantium.

Item voluit quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis.

Iſta regula indulget Cardinalibus hoc priuilegium, quod competit tam Cardinali reſidenti in curia,quàm non reſidenti, cùm hìc loquatur generaliter:tamen reſidens in curia habet vnum ſpeciale,de quo infrà.

Item iſta regula loquitur quando beneficiũ vacat per obitũ:ſecus ergo ſi vacet per reſignationẽ, etiam ſi reſignãs moriatur intra viginti dies, dummodo fuerit regulæ derogatũ à Papa, qui potuit facere ne vacaret per obitũ, diſpenſando illi regulæ,vt plenè ſcripſi in §.præfatíque ordinarij.in glo. vacare.de colla.in concord.& iſtud expreſsim deciſum inuenio per Caſſad.in deciſ.16.vnus familiaris,rub.de præbend.habebit tamen locum ſi vacet per obitum illius,cui erat ad vitam commendatũ, vt idem concludit Caſſador.deciſ.37.Si familiaris. in eiſdem deciſionib.ſuper regu.Cancella. etiam ſi ille poſt mortem Papæ eſſet familiaris Cardinalis. idem Caſſad.deciſ.23.ibidem.

Teneatur exprimere nomen.

Oportet quod impetrans beneficium per obitũ familiaris alicuius Cardinalis vacãs, exprimat nomen Cardinalis:ſed an cognomen?Reſpond.non: quia hic non dicitur,nec ſolẽt Cardinales nomine proprio & cognomine vocari, maximè à Papa. Ideo eſt ſolo contentus nomine. cum titulus Cardinalis reddat eum certum, quod ſufficit, vt in l. certum.ff.ſi cert.pet.& quando nomen proprium ſufficiat vel non,plenè ſcribit Paul.Pariſ.in c.auditis.col.8.& ſeq.de præſcript.

Et titulum ipſius Cardinalis.

Et ſic ſolet exprimi in literis Papæ, Cappellaniam in eccleſia Senonen.quam quondã N.in ipſa perpetuus cappellanus,dum viueret obtinebat,per obitum ipſius N.qui curialis & dilecti filij noſtri Anthonij tituli ſanctæ Anaſtaſiæ presbyteri cardinalis familiaris exiſtens,de ciuitate,&c.

Et ſi ille in curia fuerit,eius ad id accedat aſſenſus:aliàs deſuper gratia ſit nulla.

Vult hìc Papa collationem beneficij vacantis per obitum familiaris cardinalis in curia exiſtentis non valerè niſi conſenſus cardinalis ad hoc accedat,magis enim fauendum eſt his, qui plenè laborant:ſicut illi,qui in curia reſident. Vnde dicit tex. non ſunt alieni à labore & puluere, qui ſigna noſtra comitantur. l.vna. Cod.de palati.ſacrar. largi. libro 12.& propter expenſas & onera quæ Cardinales ſuſtinent in eorum familia.Caſſador.deciſ. 37. ſuper reg.cancel.quæ incipit, ſi familiaris. Et quamuis aliqui cardinales extra curiam valide laborent:tamen nõ ad vtilitatem publicam: ſed frequẽter circa mulieres,& venationes, & ludos. Ideo hoc priuilegium eis non conceditur.

Et idẽ ſeruari voluit etiã ſi dicti familiares,eorũdem cardinaliũ familiares eſſe deſierint,ſeu ad aliorũ cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint,quoad beneficia, quæ familiaritate priori durante

obtinuerint,& in quibus priori ipsa familiaritate durante ius eis competierit, ita quod Cardinales, quorũ prius familiares fuerint, suum habeãt adhibere cõsensum.

Et sic Cardinaliũ consensus requiritur non solum quoad familiares,qui moriuntur in eorũ seruitio,sed etiã si desierint esse familiares, dummodo illa beneficia habuerint durante familiaritate. quia Cardinalis potuit ei conferre ex suo episcopatu. Igitur si iste moriatur,habet Cardinalis alteri familiari prouidere.Limita tamen vt sequitur.

At felicis re. Sixti IIII.Innocẽtij VIII. & Adriani VI.Roman. Pontificũ prædecessorum suorum hærendo vestigiis, declarauit præsentem constitutionem locũ non habere in illis beneficiis, quæ nõ solum ratione familiaritatis, cõtinuæ commensalitatis huiusmodi:sed etiam ratione officiorum,quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent, dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparerent.

Limitatur quod suprà statutum fuit, videlicet quod consensus cardinalis requiritur, quando cardinalis est in curia, & eius familiaris moriatur:tunc Papa non conferet sine illius cõsensu. Fallit quando illud beneficium esset generaliter reseruatũ Papæ,vel ratione officij,videlicet scriptoris:vel quia est maior dignitas in ecclesia Põtificali, tunc Papa sine alicuius cõsensu cõferet:vel quia est Papæ familiaris,vt scribit Cassado.in decis.9.de præbend.

Secundo fallit quando aliquis litigaret cum familiari alicuius cardinalis:quia tunc petendo subrogationem,non tenetur cõsensum requirere cardinalis,nec habet locum ista regula, quæ loquitur in alio casu,teste Gomes.in q.5.super reg. de subrogand.collitigantibus.

Necnon illos,quoad effectũ dictæ constitutionis, familiares eorũdem cardinalium censeri, qui ipsorum cardinalium familiares,continui commẽsales, ad minus per quatuor menses fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Hìc traditur maxima declaratio ad omnes regulas, vt illi dicantur familiares, qui fuerint per quatuor menses commensales continui. Et commensales vocat,qui sumptibus,& expẽsis cardinalis in eadem domo degunt,quasi simul mensales,& in eadem mensa degentes. & dicuntur cõuictores, quia simul viuunt,id est in eadem domo, licet non in eadẽ mensa:quia famulus nõ solet in eadẽ mensa cum domino comedere saltem in Francia.

Et pro hac decisione facit quod scripsi in scholastic.priuileg.141.vbi dixi per legem regni, scholasticos non posse conuenire suos debitores in hoc regno Franciæ, nisi studuerint prius per sex menses.Et continui dicerentur familiares, etiam si essent in studio,vt probat Calderin.conf.8. An si legatus.de offic.leg.& plenè scripsi in 23.priuilegio scholasticorum.

Requiritur tamen quod quatuor menses sint completi per illam dictionem per,l.vrbana. §.pertractare.ff.de verb.signif.

Et posuit computari menses prout in calẽdario positi sunt.nam Kalendis Ianuarij effectus fuit cõmensalis cardinalis, in Kalendis Maij, erunt lapsi quatuor menses & completi.per glo.in c.quàm sit. de elect.in 6.scripsi in glos.Concord.in verbo,post mensem in forma manda.apostol.

REGVLA XXXIII.

Item idem dominus noster ad euitandum lites & contentiones, quæ ex præcedenti sua cõstitutione exoriri possent, vestigiis prædecessorum suorum inhærẽdo, voluit,statuit,& ordinauit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorũdem cardinalium in futurum vacabunt, cessantibus apostolicis reseruationibus ad alterius cardinalis collationem,vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti constitutione non comprehendantur,quoad hoc vt in prouisionibus talium beneficiorum super expeditione literarum illius cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit,cõsensus requiri debeat: sed beneficia huiusmodi ad collationem,& quamuis aliam dispositionem Cardinalis ordinarij collatoris, vt præfertur liberè spectare censeantur, & si apud sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione huiusmodi talium beneficiorum, super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur cõsensus, si in Roman.curia præsens fuerit, ad quem eorundem collatio, vel dispositio, vt præfertur pertinere deberet.

Hìc traditur altera limitatio ad præcedentẽ regulam, videlicet quod consensus Cardinalis in curia degentis, requiratur in collatione beneficij vacantis per obitum sui familiaris, fallit quando collatio illius beneficij spectet ad alium Cardinalem:tunc collatio liberè poterit fieri ab illo:nec requiritur consensus illius Cardinalis in cuius erat seruitio,& familiaritate. quia priuilegiatus Cardinalis non debet vti priuilegio aduersus alium Cardinalem priuilegiatum.text. vbi Bartol.in authen. quas actiones.C.de sacrosanctis ecclesiis.

Insuper

Insuper vult hæc regula, quod si beneficia familiaris Cardinalis vacarunt in curia, quod requiratur consensus eius, etiamsi à Papa conferendũ esset beneficium, si ille Cardinalis præsens sit in curia, aliàs secus.

REGVLA XXXIIII.

De signatura per fiat.

Item voluit idẽ Dominus noster, quod cõcurrentibus eadem die super quocunque beneficio per fiat, & cõcessum, signaturis: ex eis, per fiat, etiam vt petitur, habens: alteri, per concessum etiam motu proprio, habenti præferatur.

Et sic est casus in quo plus valet cõcessio ad petitionem, quàm motu proprio, quod est notandũ. & per solã signaturã probari vult hîc prælationẽ. An debeat hic præferri, etiam si ille, qui habet per concessum, acceperit prius possessionẽ, vel aliam habeat qualitatem? & putarem quod sic: quia hæc signatura per fiat vincit motum proprium, qui est fortis, vt scripsi in glo. motu proprio, de colla. in concorda. fortius vincet signaturã per concessum, etiam post possessionem. ita nunc inueni decisum fuisse Romę in duabus causis, & ita interpretatum, vt refert Cassado. in decis. 14. regula. rub. de præbẽ. Aduertendum est quod Genes. 1. c. dicitur, fiat lux. & facta est. sic fuit verbum Dei, & eius nunc vicarij. Et verba Dei aliis sunt præferenda, vt hic vult Papa, & sunt magis notanda, quàm aliorum. nam per hoc verbũ fiat, statim perficitur gratia. Calder. in c. quisquis. de elect. Bal. in l. cum apud. C. de cõmuni seruo manu. facit text. in l. ait prætor. §. deinde ait. ibi hæc verba, fiat, statim & facto suo nocẽt. ff. ne quid in loco pub. ca qui bona. §. sicut. 17. q. 1. & hodie sæpius parlamenta Franciæ solent in supplicationibus vti hoc verbo, fiant. vt sæpius vidi si subiecta materia hoc patiatur, vt fiat præceptũ, &c. fiant inhibitiones, &c.

Sed ista regula videtur omnibus aliis contraria loquentibus de signaturis, quæ volunt non adhibendam fidem signaturis. ergo non facerent fidem. Respon. facit fidem quo ad bullam, non tamen vt iudicetur ex ea sola, & pro intellectu huius regulæ notanda sunt sequentia.

Primo notandum est, quod Papa maximè solet vti in beneficialibus triplici genere scripturarum. quædã vocatur signatura, altera bulla, altera breue.

Signatura est scriptura in Papyro à Papa signata vel eius delegato, absq; sigillo, partis supplicationem, Papæque concessionem breui continens.

Primo dico, quod est scriptura. nam omnis supplicatio scripta est, nec posset probare nisi per scripturam, cum ante scripturã non dicatur signaturã. quia nõ est signata, nec signari id, quod nõ est, potest. arg. l. decem. ff. de verb. oblig. Doct. in rubr. de constit. scripsi in §. 1. in verb. literas. de mãda. Apostol. in cõcorda. & sic est vnus casus in quo scriptura requiritur vltra descriptas per glo. in c. 1. de censib. in 6. licet aliàs actus tantum valeat sine scriptura, quantum cum scriptura. l. Pactum quod bona fide. C. de pact. fiunt enim scripturæ vt quod actum est per eas facilius probari possit, & sine his quidẽ valet quod actum est. l. contrahitur. ff. de pignor. ratio est quare in gratia requiritur scriptura. Quia est valde difficile testibus deponere de omnibus quæ cõtinentur in gratia, vt hîc docet Card. in procem. clem. §. sanè. q. 5. prout refert Feli. in rub. de constit. col. 4. vbi limitat in tribus casibus: Primus est in probanda qualitate gratiæ, per text. in c. auditis. de restitu. in integrum. glos. sing. in cap. duobus, de rescript. in 6. & in ca. si à sede. de præben. ibidem. vbi prioritas per testes probari potest.

Secundus casus, in foro conscientiæ potest quis vti gratia etiam sine literis. Abbas in Clem. dudũ, in fin. de sepult. post gloss. ibi.

Tertius casus est, quãdo agitur de probando tenore gratiæ cuius literæ sunt perditæ. c. cũ olim. de priuileg. text. in l. sicut iniquũ. vbi Bart. C. de fide instru. l. testiũ. in fi. C. de fide instr. alios casus scripsi in concorda. tit. de manda. apost. §. 1. in verb. literas.

Secundo dico in papyro descripta, ad differentiam bullæ. quia regulariter supplicationes & signaturæ solent in papyro describi, non pergameno: sicut bulla, & iste est curiæ Romanæ stilus, qui seruandus est. c. ex literis. de constitu.

Tertio & à Papa, vel eius delegato signata. quia signatura non dicitur, nisi signata sit. ob id enim dicta est, ꝙ signetur & subscribatur, & inferius dicetur, & scribo in l. subsignatum. ff. de verb. significa.

Quarto dicitur, absque sigillo ad differentiam breuis, quia breue decoratur sigillo ex annulo piscatoris, vt inferius dicetur in materia breuis.

Quinto in definitione dicitur, partis supplicationem cõtinens. nam solet pars dicere, beatissime pater, vel pater sancte, cũ ecclesia, &c. & solet primo supplicationem suam inserere, & postea Papa solet addere, fiat, vt petitur, vel, concessum vt petitur, & postea solent summatim describi omnes clausulæ in bulla ponendæ vt inferius apparebit.

Sexto additum est, Papæq; concessionem continens. ergo necessario signatura debet continere tria, videlicet partis supplicationem, Papę signum, & concessionem, vel sui delegati aut vicecancellarij, sed cum ipsi nomine Papæ expediant, dicitur Papæ concessio. per reg. qui per alium facit, per seipsum facere videtur.

Quare vocatur signatura? Respon. quia à Papa, vel eius commisso, signari solet. & dicitur signatura, quasi signata, id est subscripta, vt in l. subsignatum. ff. de verb. significa. & ibi scripsi. Si ergo recusetur, & non signetur, non dicitur signatura. priuatio præsupponit habitum, sicut positio. l. decem. ff. de verbo. obligat.

Item inferri potest, quod si Papa cõcedat motu proprio, absque partis supplicatione, non poterit dici signatura. quod est verum si nullam narrationẽ cõtineret, aliàs secus. nã potest esse supplicatio, & tamẽ Papa motu proprio cõcedet, vt Bal. asserit in ca. nisi. col. 1. de offic. lega. scripsi in gl. motu proprio, in forma manda. in cõcorda. & inferius dicetur: sed oportet supplicationem partis præcedere.

Item

Item cùm Papa semel signet eam, nõ debet cõcedi supplicatio duplicata, quia in vtraque requireretur signum Papæ, quod non solet poni, nisi in vna, & hæc seruari tempore Papæ Pauli III. in curia Romana solebat.

Item signatura falsa, nõ signata ab eo qui debebat signare: sed ab alio, nõ meretur dici signatura. quia denarius falsus, denarius nõ est. gl. in l. omnes. C. de hæret. l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pig. act.

Quæro, an soli signaturæ credatur? Breui respon. quod non, vt statuitur in reg. 25. cancel.

Quia quemadmodũ imbreuiatura notarij non redacta in formã instrumẽti nõ facit fidẽ, quousq; fuerit de iudicis mandato in mundum & ad longũ redacta. l. contractus. & ibi Paul. C. de fide instru. vbi plus dicit, quod si pars primo producat protocollum, vel imbreuiaturam, non sufficit ad faciendam fidem, quia non est scriptura munda, nec extensa, sed requiritur vltima scriptura extensa qua in actus ad longum deducitur. sic potest dici de signatura & bulla, vt primo bulla sit producenda, et si de ea dubitetur, ad signaturam, ex qua extracta est, tanquam ad protocollum recurramus.

Primo fallit quando fuerit approbata per librũ registri signaturarum. quia tunc facit plenam fidẽ sicut notarij protocollum. text. in authen. de tabellio. §. fin. colla. 4. & tunc habebo sumptũ, & valebit quoad probationem. nam ex stilo curiæ Rom. gratiæ Papæ possunt ex registro sumi, & aliter probari, quàm per literas bullatas, vt habetur in proœ. sexti decret. & hoc expressum docet autho. Butri. in cõsi. 49. visis literis, col. 2. & isti registro ex stilo curiæ Ro. nil addi debet: & hoc etiam voluit datarius Papę Pauli III. nec dies in eo scriptus mutari.

Secundo restringe quando alio modo fuerit approbata & aliis adminiculis fulcita: vtpote per mensularios expertos, qui deposuerunt eam bonã & secundũ stilũ curiæ Rom. factã. arg. l. instrumentum, C. de probatio. vbi creditur scripturæ priuatæ si iuuetur aliis adminiculis, & multo fortius signaturæ. Practica ergo est in Frãcia, quod si non possim obtinere bullã obstante legitimo impedimento, impetrem literas regias, per quas impedimentũ narrem, & petam mihi cõcedi, vt liceat approbare per expertes dictam signaturã, & verificare, & cõcedi solent, obstante & constante impedimento.

Tertio fallit quoad conficiendũ bullã. nam tũc signaturæ creditur, ad hoc vt bulla ex hac conficiatur: sicut ex protocollo notarij instrumentum conficitur, aliàs bulla confici non posset. nam Romæ abbreuiator solet signaturam ad verbum describere in vno libro, & si de ea dubitetur, ad illum librũ recurremus, tanquam ad originale, vt firmat Anto. de Butrio consi. 2. visis. col. 1. vbi dicit, quod quãdo aliter sumpta est minuta per vicecancellarium, & magis strictè, vel largè, quàm fuerat à Papa concessa, tunc recurrendũ est ad originale, per ca. quoniam contra. de proba. idem repetit consil. 49. visis literis. Et per hoc fuit iudicatum in hoc senatu pro signatura contra bullam. Nam in signatura erat concessio beneficij, prouiso, ꝙ non esset de collatione episcopi Pictauien. expedita erat bulla sine illa clausula: sed producta fuit signatura continens istam clausulam, prouiso ꝙ non esset, &c. & probatum, beneficium esse de collatione episcopi Pictauiensis. certè fuit iudicatum pro signatura, vt non valeat collatio, licet in bulla nihil diceretur. quia signaturæ statur quoad contenta in ea: & plus quoad hoc quàm bullæ, vt prædixi. nam signatura quoad se est gratia Papæ perfecta, vt est text. in cap. Institutionis. 25. q. 2. Rota decis. 882. nota quod vbi gratia. in antiq.

Quarto tempera, cõsentientibus partibus. nam si velint quod ex sola signatura pensio debeatur, exigi poterit, vt scripsi in tracta. de pacific. possess. nu. 137. quia quilibet potest renunciare priuilegio in fauorem suum introducto. l. pen. C. de pact.

Quamuis Prob. in ca. tibi, qui. in addi. ad Ioan. Monach. nu. 13. de rescrip. teneat contrarium, dicẽs esse scripturam priuatam, ideo non facere fidẽ nisi in cancellaria, vt super ea sumatur per officiales curiæ forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. Absurdum enim foret si hoc esset per partes remissibile. l. nemo. ff. de lega. 1. allegat. simile de excommunicatione. sicut enim excommunicatio partium conuentione tolli non potest, nisi absolutio sequatur. cap. cum desideres. de senten. excom. Ioan. Monach. in ca. quicunque. col. 2. illo tit. in 6. hæc Philip. Probus in d. c. tibi.

Ego verò dico si partes velint stare signaturæ, quod ei stetur. nam cum partes sunt cõcordes, quid ad iudicem? Quid enim aliud agit prętor, quàm vt controuersiam dirimat? l. 1. §. inde. ff. de noui operis nuncia. & iudex non supplet in his, quæ facti sunt. l. vna. C. vt quæ desunt aduoca. & istud est introductũ in merũ fauorẽ partium, & principaliter. ergo illi fauori renũtiare possunt. l. pen. C. de pact.

Item probatio imperfecta, potest reddi de consensu partium perfecta. l. fi. C. de testibus. & vni testi credi, licet aliàs non. l. Theopompus. vbi plene Bart. ff. de dote prælega. Feli. & alij in cap. veniens. de testib. etiam sine iuramento. gl. in l. 1. ff. de feriis.

Imò possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super dãnis & interesse, vt Bart. firmat in l. fi. ff. de præto. stipula. & in l. iusiurandum quod ex conuentione. in princ. ff. de iureiur. sequitur Ias. in repet. l. admonendi, col. 90. nu. 200. ff. illo titu. Et testi etiam infami, authent. si quis testibus. C. de testib. facit gloss. sing. in authent. de testib. §. & licet. in gl. & suppliciis. vbi multa addidi colla. 7. Doct. in c. causam. de testib.

Et signatura non dicitur scriptura priuata, quia est facta, secundũ eum, per officiales curiæ. ergo nõ est priuata, sed publica. Et si priuata esset, nõ signaret eam Papa, & signando videtur tacitè mandare vt literæ fiant secundũ signaturã. nam postea cancellarius scribit, per quem debeat fieri minuta postea ingrossanda, vt docet Nico. Milius in repet. in verb. gratia Apostolica. q. 36. Et quãuis esset scriptura priuata: tamen ex conuentione partiũ faceret fidẽ inter partes, vt plenè probat Ias. in d. l. Admonendi. col. 40. nu. 101. cum seq. ff. de iureiur. reprobando Inno. & alios contrarium tenentes.

Nec refragatur d. l. nemo potest. quia intelligi debet

debet de legibus introducẽtibus solẽnitatẽ, vel ius publicũ, quod per partes non posſit renunciari. ſecus ſi ius introducat aliquid in fauorẽ partiũ, tunc partes renunciare poterunt: nec obeſt allegatio facta de excõmunicato, quia excommunicatio nõ eſt in fauorem partium introducta, cum ſit medicinalis. c.1. de ſenten. excom. in 6. igitur partes hoc nõ poſſunt. ſecus in ſignatura vt poſſunt illi credere.

Quinto fallit vt probet contra ſupplicationem, qui eam dedit, ad hoc vt probetur, quod beneficiũ viuentis impetrauit, & ita ſeruat Rota, vt docet Do. Gomeſ. in q.5. in cõmenta. ſuis ſuper regulam de impetra. beneficij viuentis. & per hoc text. in l. cum pretium. C. de libera. cauſa. vbi ſtatur confeſſioni ſupplicantis in eius præiudicium.

Sexto etiã ſi mea ſignatura per fiat ſignata ſit: & tua per cõceſſum, ego præferri debeo. & illi ſignaturæ ſtatur. regula 31. cãcella. vbi abunde ſcribitur.

Septimo ſi petatur aliquem in religioſum recipi, ac ſibi de quouis eccleſiaſtico beneficio prouideri, per ſimplicem ſignaturam fiet receptio, vt patet in regula cancel. 65.

Notandum eſt, quod conceſſio facta à Papa in ſignatura, intelligitur ſecundũ partis ſupplicationem. ca. inter dilectos. §. cæterum. de fide inſtru. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interroga. actio. pulchrè Dec. conſil. 33. viſo pũcto. col. 1. & conſ. 373. viſo conſilio. col. 3. nu. 11. verſi. ſecundo præſupponendum. & Socin. conſi. 112. viſo proceſſu. col. pen. & vlt. in 4. vol. Et quando ſupplicatio eſt certa & limitata, & reſponſio ambigua, reſponſio & cõceſſio declaratur & intelligitur ſecũdum ſupplicationem. Bar. in l. ſi quis intentione. in fin. ff. de iudiciis. Ex quo infertur, quod ſi quis petat abſolui à duabus excõmunicationibus, & Papa dicat, fiat vt petitur, videtur ab illis duabus abſoluere: ſecus ſi vna tantum fuerit expreſſa. arg. c. ſedes. de reſcrip. Panor. in c. cũ pro cauſa. in glo. vlt. de ſentent. excom.

Item ſi in ſignatura petatur, quod qualitas beneficij habeatur pro expreſſa, vel aliud: & Papa ſignet, fiat vt petitur, valebit gratia, ac ſi qualitas expreſſa eſſet, vel aliud exprimendũ. Anto. de But. conſ. 2. viſis literis. col. 1. quem refert & ſequitur Feli. in ca. ſuper literis. col. 6. regula 4. nu. 9. de reſcript.

Et ſi pars narret beneficium vacaſſe certo tempore, & petat ſibi conferri, ſi Papa dicat, fiat. præſumitur facta conceſſio cum eodẽ tempore, per tex. in arg. in l. quæro. §. fi. de ædilit. edict. Bal. in l. 1. col. pen. nu. 13. C. de ædilit. actio. ſic conſuluit Soci. cõſi. 103. in caſu. col. penul. in 3. vol.

Et ſi quis porrigat principi ſupplicationẽ multa petẽdo, ſi princeps ſimpliciter reſcribat, omnia cõcedere videtur, vt conſuluit Roma. conſi. 80. cõfirmanda. Idẽ videtur decidere in ſimili caſu Alex. conſi. 84. in cauſa vertente. nu. 4. col. vlt. in 1. volu. & conſi. 94. in cauſa nu. 3. in 2. volu. & plura cumulat Hippol. conſi. 75. clementiſſimi. nu. 8. cum ſeq. ſicut quando plures poſtulant aliquid, & Papa ſimpliciter concedit, nempe omnibus concedere videtur. quia nõ eſt ratio cur vni plus quã alij cõcedat. arg. l. cum vnius. in princ. ff. de bonis aucto. iud. poſſidẽ.

Fallit quando Papa limitaſſet, vel cancellaſſet aliquam partem. tunc enim conceſſioni limitatæ ſtabitur. Panor. in d. cap. inter. col. 3. per illum text. vnde quando petitio fuit indeterminata, vtpote, quia petit ſecum diſpenſari de non promouendo, & conceſſio fuit terminata, vtpote de nõ promouendo ad duos annos, tunc conceſſio attenditur. Panor. in ca. 2. de treuga. & pace. Feli. in d. ca. ſuper literis. col. 6. nu. 10. Iaſ. in l. Gallus. §. Item credendum. nu. 10. cũ ſeq. col. 3. ff. de liber. & poſthu. Vnde etiam ſi quis petat diſpenſationem ad obtinendũ præbendam, & dignitatem in eadem eccleſia, etiã electiuam, ſi Papa cãcellat, illa verba, etiam electiuam, videtur alia concedere, & hoc cancellatũ denegare. allegatur. l. tribunus. in fi. ff. de milita. teſta. hæc nominatim concludunt Do. de Rota deciſ. 561. Cancellaria. in antiq. nam qui vnũ negat aliud concedere videtur. l. cum prętor. ff. de iudic. c. nonne. de præſumptio. Io. de Selua, in tract. de benefi. in 3. parte q. 12. in qualita. 19. nu. 33.

Secundo fallit in his, quæ debent ſpecialiter & expreſsè concedi. tunc ſi nõ ſit in ſignatura expreſſum, conceſſum non cenſetur: ſed neglectum. quia ſi Papa voluiſſet, conceſſiſſet illud. c. ad audientiã. de deci. vt ſi petatur quod ſummariè procedi poſſit, ſi Papa non dicat, audiat talis, & ſummariè procedat, non poterit ſummariè procedere, vt extat deciſ. Rotæ 379. Nota quod ſi in commiſſione, in antiq. quia ſpecialis commiſſio requiritur. Clem. ſæpe. de verb. ſignifi.

Breue Apoſtolicum, eſt ſcriptura breuis in modicis cõceſſa negotiis, in papyro deſcripta, & cera rubea, annuloq́; piſcatoris ſigillata, ac ſigno ſecretarij ſubſcripta. De breui. vide textum in l. fin. C. de conueniend. fiſci debit. lib. 10. & l. 5. de apoch. publ. l. vnã. in fi. de colleg. li. 11. & l. excellentiã: de erogat. milita. anno. lib. 12. l. placet. C. de epiſ. & cler. & in feudis, c. 5. in princi. quid ſit inueſtitura. & §. item ſi vaſſallus. ſi de inueſtitura feudi controuerſ. fuerit. vbi dicitur, breue teſtatum. Vide Budæũ in Annot. in Pandectas, in l. qui leuãdæ. ff. ad legẽ Rhodiã, de iactu. vbi vocat breuiarium: vel vocari breuis, ſeu breue poteſt. c. humanæ, in fi. 2. q. 5. Dico, Apoſtolicum, ad differentiam alterius breuis, de quo inferius. Secũdo dicitur ſcriptura, ſine qua non dicitur.

Tertio breuis dicitur, quia breuibus verbis fit, teſte Baldo in ca. 1. de controuerſia inueſtituræ, vel in breuibus materiis concedi ſolet, & breui negotium continet, vtpote ſine præfationibus: & ſic dicitur in modicis conceſſa negotiis: quia in arduis bulla vtimur. In papyro deſcripta, ad differentiam bullæ & confeſſionalis, quæ in membrano deſcribuntur. Poſtea dico, cera rubea, ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi ſigillatur.

Item dicitur annulo piſcatoris, ad differentiam aliorum ſigillorum. & vocatur hoc ſigillum annulus piſcatoris, quia Diuus Petrus, qui piſcator erat, hoc ſigillo prius vſus eſt, & ſicut ſine præfationibus & ampulis, verò vtebatur: ita & nunc pontifices ſummi, poſt eum. & Alex. 6. Pontifex id temporis maximus, multum hanc materiam breuium ampliauit, & primus ſecretariorum collegium inſtituit, teſte Gomeſio in tracta. breuium. num. 9.

Et quam

Et quamuis olim nõ concederentur breuia, nisi in materia iustitiam cõcernente: tamen hodie per breue non solum expediuntur negotia circa iustitiam: sed etiam circa gratiã, teste Gomesio in suo tract. vnde vi concedi quibusdam bibliopolis per breue, vt liceret typis mandare & imprimere consilia Ias. & aliis omnibus à Papa prohibebatur ne imprimerent, per decem annos, sub pœna excommunicationis, vt licet videre in illis Ias. consil.

Quæro quæ causæ per breue concedantur? Respon. supplicationes siue commissiones de simplici iustitia potest cancellaria sine speciali Papæ commissione cõcedere. secus in breuibus, quia per breuia causa pendens, in partibus cõmittitur, quã cancellaria non potest cõmittere, vt etiã firmat. Ægid. conclu. 46. Dom. Gomes. in tract. breuium, num. 8. & seq. vbi breuia æquiparat bullis expeditis per cameram, per ea quæ no. Card. Alex. in ca. in memoriam. col. pen. 19. dist. & ideo sicut falsa latinitas non vitiat bullam, quæ transit per cameram, quia non examinatur per diuersos officiales: ita non vitiat breuia: sicut vitiat bullam, quæ transit per cancellariam. cap. ad audientiam. 1. de rescript.

Item dispensatio potest fieri per signaturam, & habilitatio: & valet sine literarũ expeditione, cùm gratia sit perfecta per fiat, vel concessum, vt consuluit plenè Ripa lib. 2. respon. ca. 11. de iure sufficit, nec dicitur intrusus, qui duo beneficia obtinet cũ simplici signatura, si cum simplici signatura sit dispensatus: nec incidit in extrauag. execrabilis. glos. in regula cãcella. 53. Scripsi in repe. c. postulastis. in glo. retinere. de cleri. excõ. min. vbi in conscientiæ foro, dixi tantum prodesse signaturã, quantũ bullam, ibi vide. Imò Alex. Papa 6. statuit quod nõ daretur priuatio illius, qui cũ sola signatura se intrusit, nec in regno reciperetur. Dispẽsatio verò & habilitatio non fiunt ex stilo curiæ Ro. per breue, & hæc prohibuit Alex. Papa VI. qui breuia instituit & ampliauit, vt in suis regulis quilibet videre potest. Aliquando tamen ad duos menses, ad duas dignitates in eadem ecclesia: & ad quatuor mẽses ad duos canonicatus & præbendas dispensatur, vt no. Staphil. in eod. tracta. versi. insuper conceditur. Et etiam per breue dispensatur secundum eum cum homicida, & habilitatur.

Item dispensatio de non promouendo per annum ex sola signatura dabitur per breue ad biennium, vt in re. Papæ Alex. VI. continentur, & prorogatur ad annum etiam per breue, per bullam verò vltra, quantum Papa vult & concedit.

Item ad visitandum sanctum sepulchrũ, quando orator est præsens, conceditur per solam signaturã: si vero absens, per breue. & hoc statuit Papa Alex. in suis regulis, & quando conceditur religiosis, dicitur, de licentia superioris eorum, ne vagentur. cap. si cupis. 16. q. 1.

Item per breue non cõmittuntur appellationes extra vrbem: nisi pro pauperibus & miserabilibus. Ægid. cõclu. 44. Allegatio paupertatis. per l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mãdati. vel nisi altera pars habuerit commissionẽ per breue in partibus, tunc vt æqualitas seruetur inter partes, altera etiam habebit. arg. c. cum debet licere. & c. in iudiciis. de reg. iur. in 6. c. 1. de iudiciis. ibidem.

Item conceditur per breue facultas testandi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, vsque ad certam summã, modicã tamen: nec est componenda. quia de modicis maximè Romani, & mulieres non curant. l. scio. ff. de resti. in integr. Et religiosis. quando hæc facultas datur, statuitur certa summa arbitrio Papæ taxanda. & quod de licẽtia sui superioris testentur. arg. c. cũ ad monasteriũ. de statu. monacho. Clem. religiosus. de procura. Aegid. conclu. 247. frater. Et quando possit concedere declarat Panor. in c. cum esses. de testa. in repetit.

Item licentia vendendi res ecclesiæ, & pecuniã exponendi in euidentem ipsius ecclesiæ vtilitatẽ, solet per breue concedi, quando valor rei alienãdæ non excedit centum ducatos, aut annuus census quinque ducatorũ, supplicatione interclusa, teste Staphileo in d. tract. versi. datur per breue.

Altare portatile nõ solet dari per breue, nisi ex singulari gratia nobilibus, aut graduatis, aut aliàs dignis personis, vt celebrent in oratoriis, vel domibus. arg. text. in auth. vt in priua. dom. sacra mysteria non fiant. & prædicatores ac minores habent priuilegium, vt cum altari viatico possint celebrare sine episcopi licentia. c. in his. de priuileg.

Item licentia vescendi lacticiniis, ouis, & carnibus, per breue datur, de consilio tamen vtriusque medici animæ videlicet, & corporis. gl. & Doct. in c. fi. 82. dist. Corsetus in sing. incipien. Caro.

Licentia doctorandi non datur extra terras ecclesiæ per breue: in vrbe sic, adhibitis ad hoc duobus, vel tribus doctoribus eiusdem facultatis, teste Staphileo in d. tract. de literis gratiæ. rub. de rescriptis in forma breuium. fol. 190. versi. licẽtia, vbi tenet licentiatos haberi quo ad hæc, pro doctoribus, eo quod de proximo sunt cingendi, pro cinctis habentur. l. penul. ff. de testa. milita. & bonus text. in l. qui pœnæ. ff. de manum. quod non credo verũ, per text. quem allegat in l. nemini. C. de aduo. diuerso. iudicio. ibi doctores. & Bal. in l. anthletæ. in princ. ff. de excusa. tutor. scripsi in gloss. licentiato. §. 1. de colla. in concorda.

Ratio est, quia is, qui non est doctor non potest facere doctorem, nec sibi dissimilem facere. l. ædiles. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. Panor. in ca. cura pastoralis. in fin. de iure patro.

Indultum de fructibus recipiendis, nõ datur per breue: sed per bullam, si stet in curia Rom. vel in altero beneficiorum resideat, seu in studio generali: non tamen comprehendit hoc indultum, vt quis distributiones quotidianas recipere possit. ca. vno, de cleric. non resident. in 6. glo. d. in c. 2. priuileg. in 6. plenè scripsi in scholastico priuileg.

Item per breue datur licentia promouendi ad quoscũque ordines extra Rom. curiam, à quocunque catholico antistite, & gratiã sedis Apostolicæ habente. de quo operẽtur hæc verba declarãt glos. & Doct. in c. veniens. de præscriptio. Solet tamen addi clausula, de licentia sui ordinarij. ca. nullus. de parœciis. & hoc est introductum cõtra infames, & pessimos, qui cõmuniter cõsueuerant fugere loca

rationum.

rationum.c.cū deputati.de iud. & ad alios ordinarios confugere.ob id ſcribitur d.clauſula,c.1. & per totū tit.de tēpo.ordinan. in 6.ſed epiſcopis, & ſuperioribus in vrbe degētibus ſolet cōcedi licentia promouendi ſub ſola ſignatura, & ꝙ vno die promoueri poſſint dominico, vel feſto.nam iſtis epiſcopis ſolent deferri.ca.2.de offic.delega. in 6.cap. quia,de ſentent.excom.eod.lib.

Per breue datur facultas & diſpenſatio alicui promoto ad locū regularē,vt nō teneatur ſuſcipere habitum per alios eiuſdē ordinis geſtari ſolitū, nec profeſsionē emittere regularē, etiā ſolet prorogari ad ſex alios menſes intra tamē tempus primum ſex menſium.arg.l.ſed ſi manente. ff.de preca. & ſex vltimi computantur à fine primi ſemeſtris.arg.ca.cum ex eo.de elect.in 6.Imò etiam ſolent eidem literæ concedi, vt extra monaſterium poſsit habitare deſeruiendo eccleſiæ cum cura, vel ſine,habita tamen licentia ſui ſuperioris.c.2.de ſtatu mona.Rota.deciſ.483.Collatio.in no.

Etiam per breue,regulari certum ordinē profeſſo,datur licentia manendi in alio ordine ad quem ſine licentia ſui ſuperioris conuolauerat, & cōmittitur abſolutio ab apoſtaſia & ab aliis eccleſiaſticis cēſuris,& pœnis, quas præmiſſorū occaſione quomodolibet incurrerit, & ſuper irregularitate, quā forte contraxit celebrando, dum talibus cenſuris eſſet innodatus:nō tamē incurrit pœnas.c.2.ne cleric.vel mona.in 6.Roma conſil.341. circa primum.

Moniali etiam profeſſæ datur,cum cauſa,licentia tranſeundi ad aliud monaſterium monialium alterius ordinis,cum conſenſu ſuperiorum, & cum mutatione habitus.not. in ca.Deus,qui.de vita & honeſt.cler.quia non congruit rationi, vt homines diſparis profeſsionis & habitus,ſimul in eiſdē monaſteriis ſocientur.Clem.1.de elect.

Etiam ex iuſta concederetur cauſa per breue, vt monialis in domo patris,vel fratris,ſeu matris, extra monaſterium quoad vixerit religioſe viuere poſsit,de licentia tamen ſui ſuperioris,& ea durante.c.periculoſo. de ſtatu regul.lib.6.& iuſta cauſa eſſet ſi aliæ alium ſuſcepiſſent habitum,vel monaſterium eſſet deſtructum.

Exemptio ab ordinario ex cauſa per breue dari ſolet,teſte Staphil.in verſ.datur.in d.tracta.breuiū.

Diſpenſatur ſuper defectu oculi ad omnes etiā ſacros & presbyteratus ordines, & quod in illis etiā in altaris miniſterio miniſtrare liberè & licitè valeat,dummodo in oculo non tanta appareat deformitas,quod ex hac poſsit populo ſcādalum generari.c.2.de corpo.vitia. & quādo eſt abſens ſolet committi illius ordinario, vt diligenter aſpiciat oculum,& defectum,ſi eſt in curia, oſtendat referendario,qui poſtea refert.

Commutandorū legatorū ad piam cauſam, vt in aliam fiant,per breue facultas datur,aliàs ſine ſedis apoſtolicæ auctoritate non fit.clem. quia contigit.de relig.domi.Aufrer.deciſ.Tholoſ.26. doct. in c.nos quidem.de teſtam.

Intellige tamen quando legatum illud erit ad opus certum,tunc non ſolet commutari, vt voluntas defuncti ſeruetur:aliàs ſecus.l.in cōditionibus. ff.de condi.& demon.vltima enim voluntas debet exequi.l.vel negare.ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur,ca.vltima voluntas.13.q.2.ex cauſa tamen ſolet immutari etiam in rebus certis.

Prorogatio temporis de conſecrandis epiſcopis ſolet dari per breue ad biennium, computandum à fine trium menſium datorum de iure. ca.cum in cunctis.§.1.de elect. & hæc prorogatio in Francia dari non ſolet epiſcopis non prouiſis nec cōfirmatis à Papa:nec de non promouēdo ad ſacros ordines,teſte Staphil.in tract.de literis gratiæ. in fine, & hæc prorogatio fit aliquando per pœnitentiariū maiorē,quando ipſe primas literas conceſsit: aliàs non,teſte Gomeſ.in tracta.breuium.nu.11.& ſeq.

Vltimò datur per breue diſpenſatio ad omnes ordines & beneficia,illis,qui olim cōtraxerunt cū vnica & virgine iam defuncta:ſed cum bigamis nō ſolet Papa diſpenſare.c.acutius.& c.vlt.26.diſt.poteſt tamen Papa plenitudine poteſtatis diſpenſare cum illis:quia eſt maior Apoſtolo in poteſtate.ca. ſacroſancta.22.diſtinct.Rota deciſ.447.Quoddam factum.in no.Et ne quis in his breuibus erret,tranſcribo formam, ex qua erit facile dignoſcere breuia,poſtquam dixero quomodo dignoſcatur.

Videndū eſt quomodo cognoſcatur hoc breue ex ſequentibus. Primò ex breuitate cognoſcitur: quia ſine præfationibus,& apparatu fit:bulla verò præfationem habet vitæ & morum, & aliæ ferè literæ. Non minus tamē dicetur breue, licet multa fuerint verba pro negotij qualitate, ſicut Imperator dicit paucisſima verba,per vnam vel duas columnas,in l.cum antiquitas. Cod.de vſufruct. Sed quod in breuibus materiis concedatur, & vbi non eſt exponēda multa pecunia. Et ſic in caſibus conſcientiæ,& in abſolutionibus dari poteſt.

Tertiò non ſolet huic breui Papa ſubſcribere, ſicut ſignaturæ,ſed ſecretarius tantum.

Quartò in his ſolet fieri mētio annuli piſcatoris, & non in aliis reſcriptis, vt ſuperius ſcripſi, & vt deinceps melius dignoſcatur,formā eius ſubiicio.

Forma breuis eſt talis. Paulus Papa 3.dilecto filio ſalutem & apoſtolicam benedictionē. Cupientes cōmodis tuis quantum cum Deo poſſumus paterna benignitate conſentire, tuiſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi vt ratione decanatus eccleſiæ Pariſ.quem ſicut aſſeris,in dicta eccleſia obtines, aut cuiuſcunque alterius beneficij eccleſiaſtici curati,vel alios ſacros ordines requirentibus per te pro tempore obtenti,ad aliquem ex ſacris etiam ſubdiaconatus ordinibus ad biēnium à data præſentium computandum, vt interim te in diuinis officiis melius inſtruere poſsis, te promoueri facere minimè tenearis, nec ad id inuitus à quoquā cōpelli valeas, præſentiū de ſpeciali gratia indulgemus,prouiſo, &c.Non obſtantibus,&c. Datum ſub annulo piſcatoris,tertio idus,&c.

Effectus horum breuium apoſtolicorum eſt, vt tantam vim habeant iure confecta,& in illis materiis in quibus conficiuntur reſcripta alia, & aliæ literæ apoſtolicæ.Felin.hîc,col.vlti.& incidit in falſum,qui hoc breue corrumpit, tenetúrque pœna, cap.ad falſariorū,vt iudicauit Alexan.VI.in Con-

sistorio, prout refert Gomes. in tracta. breuium, nu. 5. vbi dicit, quēdam archiepiscopum ob hoc combustum, quod falsum in breui Papæ cōmisisset. Et hoc probatur ratione sigilli. Nam sigillū scripturam reddit authenticam. ca. 3. loco. vbi doctores, de probat. & c. 2. de fide instru. Et sic potest hoc breue derogare bullæ, si vltimò concessus fuerit, per c. 1. de constit. in 6. & probat sicut aliud rescriptum.

Aliud est breue à notariis in hoc confectum regno, & dicitur matrix scriptura notariorum, quia breui scribitur, & cū clausula, &c. de qua in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liberis & posthumis. scripsi in l. cæterorum. ff. de verbo. & rerum sign. & Galli vocant *Breuet*, quæ scriptura potest postea extendi in instrumentum authenticum.

Bulla est scriptura in pergameno descripta, & plumbo ex chordis pendente decorata, quæ si fuerit gratiæ debet esse chorda sericea. Si verò bulla iustitiæ fuerit, cum filo canabis. text. in cap. licet. & cap. quàm graui. de crimine falsi. glo. in extrauag. sedes. in verb. iustitiam. eo. titu.

Feli. in ca. postulasti. col. 3. de rescript. & si filum fuerit in totum ruptum, bulla non probat. glo. in c. nobilissimus. in glo. magna. in fi. 97. dist. quam sequitur Card. Alex. in c. in memoriā. col. vlt. 19. dist.

Et dicitur bulla tam in literis iustitiæ. c. præsentium. circa princ. ibi, sub bulla nostra transmisis. de testibus. in 6. quàm in literis gratiæ. ca. licet. & ca. quàm graui. de crimine falsi.

Fiunt etiam hodie quædam scripturæ, quæ paruæ datæ vocantur. nam dicam datario, quod beneficium vacat, vt mihi conferat, & ego petam à datario, quod mihi det datā illius diei quo mihi fuit collatum, & ipse dabit: & postea extendetur in signaturam, vel bullam. Nam, si dicam aliquē constituisse procuratorem ad resignandum in fauorem meum sub spe procuratorij mittendi, concedetur mihi parua data, & in his infinitæ committuntur fraudes, quia sic impetrantur omnia beneficia Romæ. Ideo sanctè fuit statutum per Papam Paulum III. vt impetrationes & prouisiones eo die cōsensus computentur, & non ab alio die. ob id Romæ etiam statutū fuit, vt paruæ datæ post mensem nō expediantur: etiam bonum esset statuere vt post menses procurationes ad resignandum non expedirentur: quia periculosæ sunt. nam interdum quis tradit procuratorium patruo ad resignādum, quod ipse custodit in arca: demum moritur, & alius inuenit, & resignat, ac sibi conferri facit. quod est homine bono indignum.

REGVLA XXXV.

De impetrando beneficium etiam per annum pacificè possessum.

Item idem dom. noster.

Ista regula est vtilis & seruatur in Francia. vnde impetratio iudicatur subreptitia & nulla, si nō exprimantur sequentia, quæ sunt de forma, propter clausulam decreti, vt not. Feli. in c. cum dilecta. de rescrip. & hoc est introductum ratione sequenti.

Vt improborū lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinauit, quod quicunque beneficium ecclesiasticum.

Comprehendit officiū & dignitatem ecclesiasticam. gl. in cle. auditor. de rescript. & supra scripsi: & ex ratione regulæ comprehendit impetrantem per resignationem, vel per alium modum vacandi, teste Cassado. in decis. 15. locum habet, & c. super regul. cancella.

Tunc per annum.

Nota sequentia requiri antequā hæc regula locum habere possit. Primò, quod beneficium fuerit possessum per annum integrum & completū, nec haberet locum decisio huius regulæ si possessum fuisset per decem, vel vndecim menses, cum dimidio: nisi fuerit annus cōpletus. l. 3. §. 1. ff. de minorib.

Et computatur hic annus à die quo adeptus est beneficij possessionem, & postea per annum pacificè possedit.

Immediatè præcedentem.

Secundò requiritur, quod possessum fuerit per annum immediatò præcedentem, videlicet impetrationem, vnde si nunc possederit per sex menses, & postea alius, demum primus per alios sex menses, non habebit locum hæc regula, per hoc verbum, immediatè præcedentem.

Pacificè possessum.

Tertiò requiritur, quod quis pacificè possederit, id est sine lite & controuersia, vt plenè scribo de hoc verb. pacificè. in tract. de pacific. possess.

Et quod certo modo vacare prætenditur.

Quartò quod beneficiū prætēdatur certo modo vacare: aliàs diceretur beneficium viuentis impetrare, quod est prohibitū vt suprà dixi in regula.

Deinceps impetrauerit.

Quintò requiritur quod illud beneficiū impetretur, & cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iuris.

Nomen.

Sextò in impetratione requiritur nomen, & sic nominis expresio illius, qui possederat pacificè beneficium per annum. & quamuis nihil exprimat de cognomine, tamē exprimi debet, vt certus reddatur. l. certum. ff. si certum pet. scripsi in §. teneantur de colla. in concord.

Gradum.

Septimò debet exprimi gradus possessoris beneficij, si quem habeat: aliàs non vult vt exprimatur. Et si beneficium fuerit vnitum, & per annum possessum, etiā oportet ista exprimere, & habebit locum ista regula, vt concludit Cassador. in decis. 13. vtrum obtinens. super regulis cancella. quia impetranti statuitur hæc regula, non possessori.

Et nobilitatem possessoris eiusdem.

Octauò nobilitas est exprimenda possessoris in hoc casu, si fuerit nobilis: aliàs sufficeret exprimere nomen & gradum.

Licet regulariter impetrans beneficium, non teneatur

teneatur exprimere noblitatẽ, quia nobilitas non est causa retrahendi concedentem, sed inducendi: docto.in ca.ad aures.de rescript.Ioan.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.12.

Et quot annos ipse possedit.

Nonò exprimi debet quot annis possederit beneficium. quia tres annos Papa nollet conferre, si cum colorato titulo possedisset, vt in regu.seq.non tamen haberet locum ista regula, si beneficiũ hæretici impetraretur, cum sit ipso iure priuatus. text. in c.quo iure.vbi Dom.& Alexan.8.distin.hoc expresse decisum fuit in Rota, vt refert Cassad.decis.14.super regu.cancel.

Ac specificam & determinatã, ex qua clarè poterit constare quod nullum ipsi possessori in beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere.

Decimò oportet causam exprimere specificè, non in genere, per quam pateat summo pontifici, quòd possessor nullum ius in beneficio habet alioqui impetratio non valet: quia non intendit derogare iuri alterius, vt suprà dictum extitit.

Et infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere.

Qui sex menses computãtur à die datæ literarum. Fallit tamen si propter bellum non potuisset habere literas, vel alio iusto impedimento, vt scripsi in §.1.in verb.impedimẽto, de colla.in concord.

Item si infra annum sententiæ diffinitiuæ possessor conuentus cesserit, non habebit locum hæc regula: nec si ante lapsum istorum sex mensiũ datorum ad faciendum vocari possessorẽ, vt concludit Cassad.in decis.16.Idem quod super reg.cancel.

Item istud tempus solet per Papam prorogari antequã sit elapsum: quia post lapsum, prorogari non potest.l.sed si manẽte.ff.de preca.testis est nobis Staphileus in tract.de literis gratiæ.fol.penul.

Causamq; extunc desuper, infra annũ vsque ad suam diffinitiuam inclusiuè, prosequi debeat, & teneatur.

Duodecimò debet prosequi causam vsque ad sententiam diffinitiuam à die citationis per vnum annum, nisi steterit per iudicem, vt in l.properandum.in fine. C.de iudic.vel nisi per Papam istud tempus prorogatum fuerit.vt suprà dixi.

Idem si mortuus fuerit impetrans intra annum: quia subrogato non oberit, cum non steterit per impetrãtem, vt concludit Cassador.in decis.super regul.cancell.Quo ad dictam.

Alioqui impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta nullius existant firmitatis.

Ecce hîc decretum, vt non valeant impetrationes factæ non seruata forma hîc posita: nec inde secuta: & sic in 2.instãtia poterit apponi ad annullandum primam sententiam, vt decidit Cassad.in decis.12.Obtinuit super reg. cancel.

Et idem impetrans de damnis & interesse possessorem prædictum propterea contingentibus, & satisfacere: & si possessorem ipsum iniustè, friuolè & indebitè molestare repertus extiterit.

Condemnari ergo debet is, qui ad iudicium vocauit temerè, in hac materia beneficiali, in damnis, interesse & expensis, vt hîc patet, & in rub.de pacific.possessoribus.

Quinquaginta florenos auri persoluere.

Et sic patet mulctã apostolicæ camere esse soluendam, quod est verum in terris Papæ subiectis quoad temporalem iurisdictionem, aliàs applicaretur illi, qui habet temporalẽ iurisdictionẽ in loco.

Camerę apostolicæ sit astrictus, nec alius quàm pręmissus vacationis modus, etiam per literas si neutri, aut subrogationis, vel aliàs, sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur. Illúdque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur.

REGVLA XXXVI.

Item statuit & ordinauit idem dominus noster, quod si quis quæcunque ecclesiastica beneficia, qualiacunque sint, absque simoniaco ingressu, ex quouis titulo, apostolica vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi cõfirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, per trienniũ pacifice possederit, dummodo in beneficiis huiusmodi (si dispositioni apostolicæ ex reseruatione generali in corpore iuris clausa, reseruata fuerint) se non intruserit, super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeat: necnon impetrationes quaslibet de beneficiis ipsis sic possessis factas irritas & inanes censeri debere decreuit, antiquas lites super illis notas penitus extinguẽdo.

Nihil scribam hîc, quia edidi tracta.de pacific. possesso. vbi totam huius regulæ materiã tradendo regulam cum viginti ampliationibus, & totidẽ limitationibus descripsi, omnibúsque palam feci. quamobrem si quis abundantius hanc materiam prosequi velit, ad ibi per me scripta recurrat. vide Boër.q.150.in decis.Burdega.idem dicentem.

REGVLA XXXVII.

De publicatione resignationis.

Item idem dominus noster statuit, & ordinauit, quod quicunque beneficia ecclesiastica.

Et sic hæc regula habet locum in beneficiis ecclesiasticis, de quibus in regula 1. de reg. iur. in 6. & non habet locum in beneficiis temporalibus, videlicet in feudis, licet à Papa dentur, de quibus in lib. de feudis. & in rub. de his, qui feudũ dare possunt. in vsibus feud. & hanc differentiam tradit text. in c. fœlicis. de pœnis, in 6. vide Paul. Paris. cons. 39. in 6. volu. Hæc regula fuit recepta & publicata in Senatu Paris. anno 1493. die 27. Augusti.

Ratio huius regulæ est, quod morte possessoris censeatur vacare beneficium: quia possessor censetur dominus. l. siue possidetis. vbi glo. C. de proba. Federic. cons. 13. col. 2. per l. fin. C. de rei vend. facit. l. 2. C. de proba. Feli. in c. cum venerabilis. post Panor. de except. clem. 1. & ibi Imol. vt lite penden.

Item quia hic textus generaliter loquitur, quod quæcunque beneficia ecclesiastica, &c. ergo comprehendit dignitates, officia ecclesiastica tam regularia, quàm secularia, & alia quæcunque beneficia, quæ in titulum conferuntur: non tamen dignitates episcopales, cum sint dignitatum culmina. ca. penul. de præbend. nec archiepiscopatus, nec abbatias. glo. in c. 2. de præb. in 6. vbi multa addidi.

Siue in Romana curia, siue extra.

Vnde pro hæc verba coniicere potes, quòd hæc regula habet locum tam in beneficiis resignatis in curia Romana quàm extrà, vt infrà dicetur. Et dicitur in curia Roman. vacare quando vacat vbi est Papa: quia curia Rom. ibi dicitur vbi est Papa glo. & docto. in cap. 2. de præben. in 6. vel si moriatur in loco proximo non distante vltra duas dietas. cap. præsentiũ. ibid. Et cum ista regula sit difficilis propter intricationem textus, & ideo sic legi debet regula, & intelligi, ꝙ quæcunque beneficia resignata non per resignationẽ, sed per obitum vacare censeantur, collationes quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ nullius sunt roboris, vel momenti: si resignantes illas postmodum in possessione mortui fuerint. Ergo requiruntur multa. Primum ꝙ beneficium sit resignatum in curia, vel extra. Quòd resignantes moriantur in possessione. Quòd publicata non sit resignatio intra sex menses, si in curia sit facta. Si autem extra curiam expedita fuerit, intra mẽsem publicari debet. Ergo quando est publicata intra tempus statutum, non vacabit per obitum, sed per resignationem: ideo collatio per resignationem valebit.

Quintò ꝙ possessio petita nõ fuerit ab his, quos id contigit: aliàs dicitur collationem per resignationem valere sumpto argumento à contrario, quod in iure validissimum. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.

Resignata.

Requiritur ergo in ista regula, quod beneficiũ vacet per resignationem, per hoc verbum resignationes, & verb. resignantes, infra eo. & sic non haberet locum quando beneficium vacaret per non promotionem, vel per priuationem, quia cum tex. exprimat vnum vacandi modum, alius non comprehenditur. c. susceptum, de rescrip. in 6. c. cum in illis. §. 2. de præb. ibidem. Adde verbum non per resignationem, sed per obitũ huiusmodi vacare censeantur. & intellige siue sint resignata simpliciter, siue causa permutationis, cum simpliciter iste text. loquatur. & vtraque potest dici resignatio. Sic consuluit Roma. cons. 465. in re præsenti, &c. quamuis dubitet Gomes. q. 3. & habet etiam locum in resignatione, si resignans sibi retinuerit omnes fructus quandiu viueret. quod est verum, si per resignatarij manus eos capiebat, vel capere debebat. secus si propria authoritate resignans deberet esse semper in possessione, & denominationem habere, tunc non haberet locum ista regula, vt cõcludit Gomes. q. 2. nam Papa sic conferendo, videtur huic regulæ derogare, quæ est cõtraria collationi factæ per Papam, aliàs impetratio, & Papæ prouisio esset nulla, & quia resignans non remaneret in possessione tituli, sed sui iuris tantum, quod sibi reseruabit. & ita consuluit Petr. Paul. Paris. cons. 39. An regula. in 4. vol. nam postquã erat permissa perceptio fructuũ, erat permissum resignanti in possessione manere. & sic huic regulæ derogare, quo ad hoc Papa intendebat. arg. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.

Nisi de illis factæ resignationes in eadem curia infra sex menses.

Intellige quod resignationes nõ valent, nisi publicatæ fuerint intra sex menses, quando in curia facta est resignatio. Ob id statuitur lõgius tempus in curia, quia ex omnibus partibus ad eam confluunt homines, etiã ex remotissimis regionibus, qui non possent publicare, nec bullas habere intra tam breue tempus. & facit pro hoc l. quinquaginta. ff. de excus. tut. & §. qui autem. illo tit. in Institutio.

Quæro, quid si aliquis constituit procuratores ad resignandum in fauorem Titij, retenta villæ iustitia & tali molendino, non aliter, nec aliàs Papa confert non retenta iustitia, vel sub restrictione si non excedat mediam partem, an valeat talis resignatio? Breui respondeo, quod sic. quia hoc relinquitur beneplacito Papæ, cui non placet hoc reseruare. Ergo pars nõ potest conqueri. quia cõtractus do vt facias, nõ ligat superiorem in beneficialibus. glos. & docto. in c. cum inter. 1. de elect. quia superior his conuentionibus non ligatur, sed potest admittere prout ei placet, teste Archid. in ca. 2. col. 2. de præbend. in 6. nam in omni actu semper censetur excepta auctoritas superioris. cap. venientes. de iureiuran. hoc expresse decidit Francis. Marc. in 2. parte, decis. Delphi. quæst. 131. hoc tamen esset difficile obtinere.

Fallit si intra sex menses hoc tẽpus ad tres menses prorogatũ fuerit, & hoc solet fieri in patria obedientiæ ex causa, vel ad longius tempus. arg. c. quia

diuersita

diuersitatem.de conceff.præben.l.1.ff.de iure deliberan.quod vix in patria consuetudinaria seruaretur,si resignans moreretur post sex menses, & intra tempus prorogatum.cum postquam ista regula recepta est tanquam lex regni,& sic publicata, & registrata,& nõ eius derogatio, seu prorogatio. quia per istas prorogationes nunquam fieret publicatio: & sic fraudarentur nominati,graduati, & mandatarij.Ideo non reciperetur.

Si verò extra dictam curiam factæ sint.

A quocunque,siue à legato,archiepiscopo, vel alio quocunque. quia indefinita æquipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de legat.2. etiam si ab abbate vel alio inferiore.

Infra mensem.

Sed à quo tempore computabitur iste mẽsis, & alij superiores?Respõdeo in glo.sequẽti. Sed quomodo?Prout est in Kalendario,videlicet si Kalen. Ianuarij fuerit facta collatio extra curiam, & vsq; ad Kalendas Februarij non fuerit publicata, non valebit prouisio per resignationem facta,per istum text.glos.in ca.quàm sit.de elect. in 6.scripsi abunde in forma manda.apostol.in glo.post mensem.

Extunc.

Id est,infra sex menses si in curia,vel infra mensem si extra curiam.hæc clausula in gratiæ rescripto posita gratiam magis efficacem reddit, teste Decio cons.405.videbitur.in princip.

Et computatur istud tempus à die datæ supplicationis,& non à die præstiti consensus,vt declarauit idem Papa Paulus anno 1540.die 14.Augusti, vt sequitur.quamuis contrarium teneat do.Gomes.q. 7.vide tex.in l.tali facta stipulatione.de iure dotiũ.

Sanctissimus in Christo pater, & dominus Paulus diuina prouidentia.

Papa tertius,qui in crastinum assumptionis suæ ad summi apostolatus apicem, per eius cõstitutionem statuit,& ordinauit, quod quæcunque beneficia ecclesiastica,siue in Romana curia, siue extra eam resignata, nisi de illis factæ resignationes, si in eadem curia infra sex menses,si verò extra dictam curiam factæ essent,intra mensem,extunc, vbi tũc dicta beneficia consistebant, publicatæ forent, vel possessio illorum ab eis,quos id contingebat, petita esset,si resignantes,illa postmodum in eorũdem resignatorum beneficiorũ possessione decederent, non per resignationem,sed per obitum huiusmodi vacere censerentur, collationes quoque & quæuis aliæ dispositiones, nec illis tanquã per resignationem vacantibus factæ,& inde sequutæ quæcunque nullius esset roboris,vel momenti.Et cui innotuit, quod huiusmodi statuto, & ordinatione non obstantibus,plures abusus & fraudes in resignationibus beneficiorum huiusmodi cõmittebantur, volens huiusmodi abusibus & fraudibus obuiare: & ne illorum prætextu quis iure suo frustretur,prouidere:declarauit, de cætero semestre ac mẽsem ad resignationes publicãdum per constitutionẽ prædictam statutum à die datæ supplicationis, & non à die præstiti consensus currere, & computari debere, irritum quoque, &c.decreuit.

Placet publicetur,& describatur,&c.

Lecta,&c. Romæ in cancellaria Apostolica, Anno, &c.1540. die verò sabbati decimaquarta mensis Augusti. Pont.&c. Anno sexto.

Et sic cũ supplicationi data soleat apponi, dies quo Papa prouidet, ideo isti menses computantur à die prouisionis & collationis,& sic seruatur.

Vbi dicta beneficia consistunt.

Et sic publicatio in loco beneficij fieri debet per hæc verba,tunc vt prouisio ordinario collatori sit nota,aliàs ordinarius posset conferre,& materia litigandi in beneficiis, quæ ampla per se est extenderetur.

Tum vt prouisio atque acceptatio notæ, alteri ius in ipso acceptato beneficio habere manifestent. Rom.cõs.433.Quo ad primum,& vt populus recognoscat suum pastorem, quod maximè interest.

Limitatur quando nõ posset fieri eo loci:vtpote ob periculum belli,pestis,ob insidias inimicorum, vel aliud iustum periculum, per text.in ca.vbi periculum.§.Porrò.de elect.lib.6. & ca.statuimus. de offic.delega.eod.lib.6. Clem.causam.de elect.Cle. vna,de foro compe.Cle.vna,de conceff.præben.& sic docet Roma.consil.33.quia sufficit aliquid fieri per æquipollens,quando sic nõ potuit impleri pro forma,vt plenè Albertus Brunus in tract.de forma & solennitat.actus.rubr.de potentia & effect.formæ,limita.33.scribit post Felinũ in ca.cum dilecta. col.18.nu.13.limita. 7.de rescri.& firmat Cassador. in decis.1. de dolo. Tenebitur tamen publicare in alio loco, in quo scit parrochianos illius beneficij resignati degere, teste Ripa.in tracta.de peste. in quinta specie pestis in contractibus.Itẽ bonũ esset, quod reuocationes procuratorum ad resignãdum insinuarentur & intimarẽtur ordinario loci, ad vitandum fraudes,quæ in his fiunt.

Et nota quod text.iste non dicit, quod intra ecclesiam fiat:sed vbi beneficia consistunt, & sic sufficit si fiat extra,in cœmiterio, vel in alio loco beneficij,vt concludit Dom.d.conf.75.in causa.in fin. & plenius Panor.in consil.99.Illud. col.2. vbi dicit quod si parrochia incluserint ecclesiã, potest capi possessio extra & in ecclesia dicitur fieri, quando ante eam fit. Clemen.causam.in verb.in domo.de elect.debet tamen ibi fieri, quando populus ibi adest,vel in tempore mercati aut missæ,aut prædicationis,vt inferius dicetur.

Publicatæ fuerint.

Publicatæ dicuntur resignationes, quando publicè factæ sunt, vel nuntiatæ palam & publicè in loco beneficij,vtpote in missa parrochiali, die dominico,vel festo,vel die mercati,aut nundinarum, & hoc quando est ecclesia parrochialis. gl.in verb. publicè.in Clemen.1.de sepul.& cap.1.de postula. præla.nam publicare verbum,importat vt publicatio fiat in actibus,in quibus populus loci conuenit.Dominic.dict.consil.75.in causa. col.2.probat.

Nec sufficeret coram quatuor testibus accipere possessionem,quia non dicitur publicari, nec ob

hoc publicè fieri poterit. Nam istis quatuor fortè præcipietur,vt rem secretam teneant,& tunc diceretur clandestina possessio.not.Bartol. in l.in fraudem,in princ.ff.de his,quibus vt indig.gloss. in ca. 1.de clandesti.despon.Decius in l.quo tutela. §.clã. ff.de regul.iuris.

Nec satisfactum esset rationibus regulæ, quæ sunt,vt ordinarij collatores sciant quínam teneant beneficia,& possideant in suo episcopatu,& an sint idonei nécne,quia sua interest.ca.ordinarij. de offic.ordina.in 6.& §.inquirant.de colla.in concord. & prag.vnde in beneficiis simplicibus putarẽ publicationem esse faciẽdam episcopo,licet Gomes. q.9.dicat sufficere,si fiat Romæ. quod non putarẽ satisfactum rationi huius regulæ. nam propter istã publicationem Romæ factam,non tollentur intrusiones:nec ordinarij poterunt scire vacationẽ , nec collationem.Item expectantes etiam non poterũt scire,nec nominati, aut graduati ,nec mandatarij Apostolici. Adhæc quia text.dicit publicationem faciendam in loco beneficij : & quando fieret Romæ,nõ esset in loco beneficij.Igitur nõ putarẽ valere Romæ factã,nisi in beneficiis vrbis, nõ in aliis.

Aliàs parum seruiret hæc regula, volẽs resignationẽ publicari:nam de iure testes debent interesse in adeptione possessionis:sicut in aliis actibus,aliàs non posset probari.ca.2.& cap.licet. de testib.ergo hæc regula requirens publicationem, aliquid ad ius commune addet. Et quod non dicatur publicatio coram duobus,aut tribus testibus, consuluit Panor.consi.99.saluatoris,&c. illud,& c.in 1.vol.& Dom.dicto consil.75.in causa.col.2. hoc approbat D.Arnoldus Ferro.in Comment.ad cõsuetu.Burdegal.§.vltimo.de subhasta.

Si verò beneficium consistat in ecclesia cathedrali,collegiata,vel conuentuali , possessio accipi solet in principio missę maioris,vel fine,aut in vesperis,aliàs non dicitur publicata , vt vult hæc regula.Et bonum esset quod ista possessio sic capta, registraretur, & scriberetur per scribam capituli, quod est notandum.Et satis dicitur publicata resignatio,si quis adeptus sit possessionem , & ea vtitur,& se notoriè gerit pro curato , vel beneficiato: & per æquipollens adimpletur mens regulæ, & ita tenet Gomes.q.11.

Notandũ est etiã,quod si Papa moreretur antequã bullæ potuissent expediri:& postea per longũ tẽpus vacaret sedes,& resignans moritur in possessione,quia sine bullis resignatarius nõ audet recipere fructus,tũc nõ vacaret p obitũ resignãtis,quia per ipsum resignatariũ nõ stat.ergo illi nõ est imputandũ,regula in iure ciuili.ff.de regu.iur.Auriolus in addi.ad de Mõte laudino,in c.pen. de elect.in 6.

Imò dicit Petr.de Vbalt.in tract.de succesio.ab intesta.in 2.parte,col.17.quod si Papa moriatur ante,expirat regula.ergo non tenebitur quis eam seruare.Sed ego puto cum ista sit de registratis in curiis parlamentorum regni, non extingui per mortem Papæ,cum sit facta lex regni, & fuit registrata in hoc senatu anno 1492.die 27.Augusti , & secundum eam multoties iudicatum , vt patet in præfã. ad rub.de colla.in concorda.fol.17.

Vel possessio illorum ab eis , quos id contingit, petita extiterit.

Hîc,& in registris curiæ Romanæ est alternatiua,ad veritatem cuius sufficit alteram partem esse veram.l. si hæredi plures.ff.de conditio.insti. l.si is, qui.§.vtrum.ff.de reb.dub.ca.inter cæteras. de rescrip.& hoc firmat Do.Gomes.q.15.

Sed in registris curiæ Paris.est coniunctiua , & ideo requiritur publicationem esse factam , & possessionem captam,aliàs vacat per obitum : verumtamen in forensi iudicio seruatur quod quomodocũque resignatio fuerit publicata , & possessio accepta per resignatarium sufficit, quamuis tempus hîc præstituatur , quia hoc non seruatur in praxi, dummodo capiat possessionem ante resignantis mortem,Dom.consi.85 Roma.consi.337.

Si resignantes ista, postmodum in eorundem resignatorum beneficiorum,&c.

Ista dictio,postmodum,denotat vsque ad mortem,videlicet si resignantes post resignationẽ decesserint in possessione beneficiorum , quæ resignarunt, beneficium vacabit per obitum , & non per resignationem.

Et per istum text.patet,à contrario sumendo argumentum,quod si resignans moriatur ante mensem,vel ante sex menses in possessione , beneficiũ non vacabit per obitum:sed per resignationẽ,quia hic dicit postmodum, quamuis Auriol.cõtrarium tenuerit in c.eam te.nu.267.de rescript.nam quod in vno prohibetur,in alio permittitur. ca.fin.de filiis presbytero.

Possessione.

Aliud est possidere,aliud in possessione esse. l.si quis ante.ff.de acquir.posses. nam colonus dicitur esse in possessione,licet non possideat. & qui mittuntur in possessionem causa rei seruandæ , dicuntur esse in possessione,quamuis nõ possideant. per l.3.§.creditores.ff.vti poside. & l.cum legatũ.quibus ex causis in posse.eatur. Dec.in c.consultationibus.col.2.de offic.deleg.vnde per hoc verbum,si resignans post resignationẽ semper receperit fructus,& alios actus,sicut verus curatus, fecerit,& sic moriatur,dicetur in possessione mori:& beneficiũ vacabit per obitum , etiam si resignans , tanquam conductor,fructus recipiat : quia ad hoc dicitur in possessione mori,si sic moriatur:& quia fieret huic regulæ fraus.nam resignatarius permitteret resignantem vti fructibus beneficij sic locando beneficij fructus:sed ista regula obuiat illis fraudibus, volens vt vacet per obitum.Sic consuluit Corneus consil.137.licet multas in 3.volu. alioqui verus rector ignoraretur,vel duo essent sic vno instanti,beneficij curati & rectores,contra text.in c.cum non ignores.de præben.Et quia non est petita possessio ab hoc resignãte,cùm ipse semper fuerit in possessione,ob id si in ea moriatur erit huic regulę locus, per text.in l.sicut.§.superuacuum.ff.quibus mod. pig.vel hypo.sol.& maxime hæc probatur fraus, si postea iste resignãs fecerit aliquos actus , tanquam curatus,quos non potuisset coductor, vel vicarius facere,& hoc debet maxime considerari.

Imo resignans, qui post resignationem, quam scit expeditam, remanet in detētion e beneficij, & capit fructus, nō est in conscientia tutus: nec ille in cuius fauorē resignauit, si permittat, teste Prouinc. fol. 33. versi. consultus &c. quia resignans per resignationē amisit ius capiendi fructus, cum amiserit beneficiū & possessionem illius. c. post trāslationem. §. rursus. de renunc. c. inter. de præb. & sic est malæ fidei possessor, qui fructus non facit suos. l. bonæ fidei. ff. de arq. rer. dom. gl. in c. grauis. de restit. spolia.

Et is, cui resignatum fuit etiam peccat, quando permittit resignantem vti beneficio, cum non sit pastor & verus pastor, dimittit oues mercenario, qui non seruit sicut verus pastor, & hic non seruit, vt tenetur. Et publicè vtile est, vt is, qui ius habet in beneficio, illud possideat, & ille qui non habet ius illud, non teneat. arg. c. cum nobis. de ele. c. constitutus. & c. oblatæ. de appellationib. tum propter hospitalitatem, quā tenebit verus curatus, vt tenetur: non verò eam exercebit mercenarius. c. de monachis. de pręb. tum vt oues pastorem suum agnoscāt, vt est in Euangelio, quod verum existimarem, quādo resignans clam fructus acciperet, tunc enim peccaret. Secus si tanquam conductor: quia tunc resignatarius donare videtur, vt potest, dummodo hoc fiat sine conuentione, aliàs esset symonia, nisi hoc Papa approbasset. c. cū pridem. de pactis. c. quā pio. 1. q. 2. nec inuenio prohibitam donationē inter eos: sed hoc casu vacabit beneficiū per obitū, vt dixi, & fuit pronunciatum arestū contra eū, pro quo resignatio fuerat admissa: sed ipse nō recuperat possessionem in vita resignantis, qui vocabatur Martinus Gontard, pro Gilberto de Columbe, die 13. Augusti, anno 1504. & idem arestum fuit latum pro Domino Hugone Rogier, contra Catton, anno 1508. die 15. Martij. & aliud arestum pronunciatum 7. Septembris. 1526. inter magistros Nicolaum Pondeire & Falconem de Cussi ratione præbendæ ecclesiæ Anniciensis.

Item quando resignatarius recepit possessionē, & publicauit: sed tamen resignās est semper in possessione, dico quod per obitum vacat, quia non dicitur accepisse possessionem, quando non durat: nā versum non dicitur, quando non durat versum. l. si pro patre. §. versi. ff. de in rem verso. tex. & ibi gl. in c. 3. de verb. sig. vbi non videtur fuisse posse, quæ nō durauit: sic nec possessio capta, quæ non durauit. l. 2. §. fi. quibus ex causis in posse. eatur. plenè Hippol. in l. qui falsam. nu. 5. cum seq. ff. ad leg. Cornel. de fals. facit quod dicunt Doct. in cle. fi. in princ. de vita & honesta. clerico. de eo, qui momento fert vestes bipartitas, vt puniri pœna illius tex. non debeat.

Nisi pridie mortis possessionem publicè acceperit, quia tunc, cum non posset accipere fructus, forte valebit.

Quid si resignatarius die mortis resignantis beneficij possessionē receperit, an valeat? resp. quod nō, si resignatarius non probet, ꝙ ante mortē acceperit possessionem. l. filia. ff. solu. matr. per not. per Bart. in l. 1. ō solū. §. sed vt probari. ff. de no. oper. nūcia. Fel. & Decius in c. in præsentia. nu. 12. de prob. & c. auditis. de præscr. Soc. cons. 67. nu. 7. in 3. vol.

Primo fallit hæc regula in beneficiis consistorialibus, quæ cùm in consistorio resignentur, & ipsorū resignatio ibidem recipiatur, satis dicitur publicari. argu. l. omniū. C. de testam. Gomes. quæst. 5. Sed cū non sufficiat sola publicatio, sed possessio adepta: videtur quòd in his etiam locum habeat: quia publicatio ista facta Romæ, non sufficit. Nam regula ista dicit publicationem faciendam vbi beneficia consistunt: & sic non Romæ, vt superius dixi.

Secundo si regulæ isti derogatum à Papa fuerit, quia habetur ac si non sit: tamen in hoc regno hoc esset periculosum: quia recepta & registrata est in parlamentis, & facta est ius Gallorū. Ob id vix ista derogatio reciperetur. Nam si ius ciuile receptū sit. & canonisatum in iure canonico, licet tollatur ius ciuile, non tamen tolletur in foro canonico, per gl. in l. vna. C. de colla. donatorum. lib. 10. Petr. Gerard. sing. 28. scripsi in tract. nominat. q. 5. nu. 17.

Tertio non procedit, quando resignatarius de nouo impetrasset etiam nulliter, quia non vacabat: tamen ista noua prouisio supplet omnes diligētias, & æquipollet publicationi: tum quod noua prouisio fit coram Papa, ergo coram omnibus. l. omniū. vbi Ias. & alij C. de testa. Gomes. q. 11.

Contrarium teneo ratione fraudis vitandæ. nam resignatarij semper possent sic impetrare de nouo, & illa impetratio nulla, nullū præbere potest effectum, licet aliquando declaret voluntatem: tamen hoc non sufficit, nec obstat quod fiat coram Papa, ergo publicata. Hoc est falsum, quia ista regula in resignatione facta coram Papa requirit etiam publicationem vbi beneficia consistunt. multo fortius in noua prouisione postea facta, alioquin semper fieret fraus regulæ, & nunquam esset illi locus, vt scripsi in tract. de pacific. possesso.

Item vult dicere hic Gomes. quòd sufficit si publicatio fiat intra sex menses, & possessio petita ante mortem. q. 8. ego verò puto per istum text. requiri publicationem, & possessionē esse intra sex mēses, si resignās moriatur, si verò resignans nō moriatur intra sex menses, nec intra annum, sufficiet resignatario capere possessionem, & eam publicare ante resignantis mortem, nec ista duo diuerso iure cēseri debent, & ita seruatur in Francia: sed hic statuit sex mēses, quādo vacauit in curia, eo quod si postea resignans moriatur, resignatarius est in culpa, cur non accepit possessionem, & non publicauit resignationem: ideo vacabit per obitum. & hoc probat textus, requirens resignantē in possessione decedere, & sic ista tria, vt declarat tex. ibi postmodum, &c.

Quarto fallit, quando resignatarius moreretur ante resignantem, etiā non accepta possessione, tūc beneficium vacabit per mortem cessionarij verè, & poterit per illius mortē impetrari: quia hæc regula non vult veram vacationē tollere: sed nouā fingere vult, & vbicunque veritas adest, fictio cessat. l. si filiusfa. ff. si cert. pet. l. filio. de lib. & posth. Item in isto casu non est opus fictione, cùm veritas patens sit.

Quinto fallit, quando resignans retineret bullas, & resignatarius nesciret, sibi factam esse collationē: tunc non vacabit per mortem, etiam si per decem annos retineret bullas: tum quod ignoranti nō cur-

rit tempus: tum etiam quòd ratio huius text. cesset. Dom. & Perus. in c. commissa. per illum tex. in vers. annus. de elect. in 6. Nec potest ignoranti fraus adscribi: sed quia fieret fraus regulæ. Nam sic resignantes retinerent semper bullas: ob id dicerem, istam regulam locum habere.

Sexto non procedit, si quis resignasset dignitatem, retento sibi stallo in choro, & loco in capitulo: & sic mentiatur. Nã cùm resignatarius sit in possessione illius dignitatis, non censetur resignans mori possessiones, nisi in possessione loci & stalli in choro, quę extinguuntur cũ persona, sicut canonicatus ad effectum. c. delicto. de præb. & superius scripsi.

Idem si abbas vel alius resignauerit suam abbatiam, & retinuerit sibi regimen & administrationẽ monasterij, si nouus abbas post eius mortem veniat, valebit prouisio prima, nec dicitur mortuus in possessione, postquam sibi retinuit quo ad hoc isti regulæ censetur derogatum.

Decesserit.

Et sic non habet locum si resignans post sex mẽses ducat vxorem, quia quamuis penè sepultus sit, qui habet malam vxorem: tamen beneficium non censebitur vacare per matrimonium, quo ad resignatarium, etiam si is qui contraxit illud, fuerit in possessione beneficij quousque vxorem habuerit: quia nõ dicitur decedere. l. si decesserit. ff. qui satisd. cogantur. nec dicitur obitus, licet beneficia quæ non resignauit dicantur per contractum matrimonium vacare: vt plenè scripsi in §. monasteriis. de nominatio. regia, in gloss. vacare. Nec habebit locum in morte ciuili, cum hoc verbum obitus, in ea non verificetur, vt doct. scribunt in c. susceptum. de rescript. in 6. & in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthu.

Non per resignationem: sed per obitũ huiusmodi vacare censeantur.

Per fictionem, quæ non reciperet probationem in contrarium, per gloss. in l. conficiuntur. ff. de iure codicillo. quam sequitur Barba. in repe. l. cum acutissimi. col. 3. C. de fideicom. & Felin. in c. quanto. colum. 2. de præsumptio. & sic non admitteretur volens probare, quod vacauit per resignationem, quia ista fictio pro veritate habetur, & quo ad iuris effectum, & tantum in casu fictio operatur, sicut veritas. Bar. in l. 1. §. hoc autem senatusconsulto. ff. de senatuscon. Sillania. firmat. Cassado. in decis. super regul. cancella. rub. de vnio. decis. 2. Ratio huius regulæ est, quia possessor censetur dominus per l. fi. C. de rei vendica. l. 2. de proba.

Collationes quoque, & quæuis aliæ dispositiones, de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ.

Intellige quòd collationes, institutiones, & aliæ prouisiones, hîc annullantur, per hoc verbũ, quęuis, aliæ dispositiones de qua nõ pauca scripsi in §. Præfatique ordinarij. in verbo dispositiones. de colla. in concorda. & sic comprehenditur hic commenda, vt si forte datum fuerit in commendam, & collatio capitur etiam pro commenda, vt scripsi in §. statutum. 2. de colla. in concorda. & per Gomes. q. 4.

Et secundum istam regulam fuit iudicatum pro Hugone rogier contra Guillielmum Carton, qui per resignationem beneficium obtinuerat à Papa: sed non acceperat prouisionem viuente resignante anno 1508. die 15. Martij: & idem anno 1505. die 23. Decembris, inter Martinum de Rogis, & episcopũ Ebronen. & anno 1526. die 7. Septembris, inter Nicolaum Prudhomme, & Falconem de Cussi.

Et sequutæ.

Et sic possessio recepta per resignatarium non valet, nec potest manuteneri in possessione, cum hic annulletur, & titulus, & inde secuta scilicet possessio capta, & alia, videlicet si resignatarius resignauerit alteri, & postea primus resignans in possessione moriatur, tunc resoluetur ius tam primi resignatarij, quàm secundi, per l. lex vectigali. ff. de pignorib. & inferius dicam.

Imo ex clausula, quouis modo, non poterit dicere sibi collatum per obitum: quia ista clausula cõprehendit tantum vacationem tempore datæ contingentem, & non futuram, nisi sit in rescripto, si neutri, vel nulli. cap. susceptum. de rescript. in 6. Gomes. quæstione 16.

Nullius sint roboris, vel momenti.

Patet quod quando iura requirunt, vt publicatio & notificatio alicuius actus fiat, tunc data est à iure forma, quæ si non seruatur, actus non valet. Clem. causam. in fin. de elect. ob id annullantur collationes non sic publicatæ.

Item nõ valeret impetratio interim facta de illo beneficio, licet postea resignans moreretur in possessione: tum quia non vacat adhuc: tum etiã quod beneficium quod poterit vacare, nõ potest interim conferri. c. commissa. de elect. c. si tibi. de præb. eod. lib. Ægid. Bella Mera. decis. 752. Gomes. q. 17.

Quæro, aliquis constituit procuratores ad resignãdum coram Papa suum beneficium, quod procurator resignauit, & is cum facta est prouisio non accepit possessionem per sex menses, nec alio tempore, demum resignans iterum resignat in vim cuius secundæ resignationis collatum est beneficium secũdo, & is adeptus est possessionem, postea moritur resignans, beneficium confertur per mortem, quæritur cui debeatur, & videtur quod illi est collatum per mortem per istam regulam cãcella. 34. quę vult vt beneficium censeatur vacare per mortem.

Item per primam resignationem beneficiũ amiserat resignans. c. in præsentia. de renun. etiã quoad possessionem. gl. assignari. in c. inter. de præb. nã renunciatio beneficij inducit renunciationem etiam possessionis, quæ animo amittitur. Inno. in c. super hoc. de renuncia. Panor. & Imol. in cap. solicitæ. de restitu. spolia. Calder. consil. 4. rub. de renuncia. ergo non poterat iterum resignare, alioqui præberetur materia calumniandi, & sic faciendi plures resignationes, quod non est permittendum.

Item ille, qui secundo resignat, nihil facit: tamen crimine stellionatus puniri debet. per gl. fi. in c. nulli. de reb. eccles. non alien. vt dicit Berberius in viato. suo, rubr. de crimine stelliona. in fin.

Item

Item dolus resignantis prodesset illi secundo resignando, & quando secūda resignatio valeret posset resignans semper fraudare primum, quod non est dicendum, imò illusio & variatio est in clericis maxime prohibita. Clemen. vna. de renuncia. vnde si is, qui resignauit remaneat in possessione de facto post resignationem, tenebitur ad restituendum fructus, quos percepit à die sibi intimatæ bullæ resignationis, seu collationis. quia ante bonam fidem habere poterat, quod superior noluisset admittere. Rota decis. 158. licet reus. in no.

Item si beneficium conferatur vni, & postea alij, & isti secundo tradatur possesio: tamen præfertur primus per c. capitulum. de rescrip. & c. tibi. & cap. duobus. de rescript. in 6. nec habet locum in beneficialibus. l. quotiens. C. de rei vendic. vt asserit Ias. in d. l. quotiens. col. 4. quia in beneficialibus non requiritur traditio, vel quasi, vt acquiratur ius in beneficio. c. si tibi absenti. de præb. in 6. Dy. in regula, qui prior. de reg. iur. in 6. Igitur postquam valebat. 1. resignatio vsque ad mortem, ergo secunda valere non potuit. nec refragatur quòd secunda collatio præferri debet primæ. c. illud. & c. suggestum. de iure patro. quia hoc est ibi, quia prima non fuit iure facta: sed in isto casu secus, & non minus censetur iure facta, licet primus resignans non adipiscatur possesionem in vita resignantis, quia hoc potuit facere semper: si non fecit, vacauit per obitum. & in dubio præsumitur renunciatio iure facta. c. Gonsaldus. 17. q. 2. is autem qui dicit eam non legitimā, probare habet, cap. cùm dilectus. de successio. ab intest. nec obest quod non est mortuus in possessione respon. contrarium esse verum: quia secundus resignatarius nomine primi resignantis erat in possessione, & sic videtur resignans primus in possessione decessisse.

Item si resignatarius ante sex menses resignauerit alteri, & postea primus moriatur non facta puplicatione: & post sex menses putarem secundi resignatarij iús resolui, & extingui: sicut ius primi extinguitur per hanc regulam, quia quod in vno statuitur, & in duobus habet locum. l. singularia. ff. si cert. pet. & resoluto iure primi resignantis, resoluitur ius secundi. l. lex vectigali. ff. de pigno. Ad hæc, quia prouisio vltimi est subreptitia, quia si primus resignans expressisset Papæ possesionem non captam, nec resignationem publicatam, forte non cōtulisset, vel non ita de leui. c. postulastis. de rescript. quamuis Do. Gomes. hic in 1. q. tenuerit contrariū dicens se iudicasse: tamen iudicauit contra hanc regulā ibi & inde secuta. Nec refragatur quòd de prima resignatione debeat intelligi secūdum eum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. quia hoc nō procedit in hoc casu. Nec obstat quòd superior cōsentit isti secundæ resignationi, & quando dominus consentit, tūc non habet locum l. lex vectigali. Guido Papæ in decis. Delphin. q. 575. Emphiteota. Hoc enim verum est, quando dominus sciens consentit: secus si ignorans; nec ignorans iuri suo præiudicat, nec renunciat. l. mater. ff. de inoffic. test. Vnde si in secunda resignatione essent omnia narrata, & Papa huic derogando regulæ conferret secundo, tūc crederem opinionem Gomes. procedere, aliàs non. Papa enim non videtur velle plus iuris cōferre, quàm resignans haberet, nec huic regulæ derogare, nisi hoc expresse dicat: vel nisi secundus resignatarius possessionem intra sex menses recepisset, minus valet collatio facta ad resignationem illius, qui resignauit primum beneficium per alium impetratū, quod per adeptionem secundi vacabit.

Item regula cancellat, annullat resignationes & collationes, ergo primam & secūdam, & quotquot factæ sint.

Item poterat primus accipere possesionem quādiu viuebat resignans, ergo poterat excludere secundum. Nec facit secunda resignatio, quod non vacauerit per mortem, & sic nec recredentia, nec possessorium debet isti habenti secundam resignationem adiudicari, quia omnia hic annullantur.

Item nō valet secūda collatio ratione subreptionis, & fraudulentæ resignationis. Old. cons. 324. factum. col. 3. scripsi in gl. vacantia. de colla. in §. volumus. quia Papa ius tertij nō intendit tollere. & si Papa primam resignationem factam sciuisset, isti secundo nō cōtulisset. ob id secūda collatio est nulla.

Imò pulchrè scribit Gomes. in Commentar. ad regul. de infirmis resignant. q. 40. quod si infirmus per procuratorem resignauerit in curia, & postea iterum in fauorem alterius, cum derogatione illius regulæ secundo confertur beneficium, & infirmus moritur intra viginti dies, adhuc vacabit per obitū, & secunda renunciatio, quæ est nulla, nō facit quo minus vacet per obitum. sic & hic dicemus.

Præterea collatio facta per vicarium etiam reuocatum antequam reuocationem sciuerit, valet. l. si fortè. ff. de offi. præsid. quem singularem dicit Roma. singul. 57. & Iason in l. more. col. 3. nu. 8. ff. de iurisd. om. iudicum. & Dec. consil. 295.

Nec me mouet gl. & ibi Doct. in c. ex tenore. & c. in nostra, de rescr. & ꝙ no. Old. cons. 299. quidam Hugo. vbi cōcluditur quod prima electio, seu prouisio quæ est inutilis, nō præstat impedimētū. Nec literæ primæ vllū dant impedimentum secūdis validis. Resp. verum esse, sed hoc casu prima prouisio facta erat valida, & sic secunda valere non poterat.

Item quæro, an valeat collatio facta à cancellaria post reuocationem procuratoris intimatam cameræ? breui resp. quod sic. per text. in Cle. vna de renunc. vbi resignatio facta post reuocationem non intimatam procuratori, vel illi in cuius manibus cessio est facienda, valet & dicit ibi gl. in verb. facienda. in hæc verba. quod quando mandatum est generale ad cedēdum in manibus eius, qui recipere posit, nō potest iuuare notificatio: nisi sit facta illi, qui recipit: & imputet sibi, qui debuit omnibus intimare, vel saltem procuratori. Idem tenent Bonifacius & alij in d. cle. vnic. & sic consului & obtinui in magno cons. pro Guil. Fabr. contra de Comb.

Item reuocatio eo loco fieri debet vbi negociū exercetur, alioqui non valet. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. act. sed camera est diuersū tribunal à cancellaria, & separatim, & separata loca, & officiales habent separatos & diuersos. ergo notitia facta in vno loco non ligat in alio.

Adhæc

Adhæc paria sunt munus plene intimare, & non legitimè intimare. l. veluti, ibi, vel minus plenè editum. ff. de edendo. & l. quoties. qui satisdare cogantur. & ibi multa doctor. citant. & sic intimatio illa omni carebit iuris effectu, clemen. causam. in fine, de electione.

Præterea dubitatur, an valeat collatio facta à cãcellaria, si appareat eo die reuocationem esse factã in eadem cancellaria, vel consensum à procuratore præstitum respon. sic per text. in d. clem. vna de renuncia. vbi prouisio valet facta ad resignationem procuratoris, antequam peruenerit ad notitiam illius, vel eius in cuius manibus facienda erat cessio: sed non apparet hic, quod fuerit facta notificatio reuocationis: ante prouisionem. nam potuit esse postea. ideo is, qui dicit reuocationem antea factam, oportet quod probet: allegans enim tempus illud, probare debet. l. eum actum. ff. de negoc. gest. plenè scripsi in tract. nominatio. q. 14. num. 11. & seq. si autem resignãtes post admissionem resignationis factam à Papa possent ab ea discedere, frequenter illuderetur Papa, cuius iudicium ab eorum pendere arbitrio videretur. cap. bonæ. 2. circa finem. de postula. prælat. & qui dicit aliquid reuocatum, debet hoc probare. l. cum tacitum. ff. de proba. l. sancimus. Cod. de testamen. & debet probare ante reuocatũ, vt supradictum extitit.

Si tamen fuerit facta concessio in cancellaria die prima Martij, & intimatio eodem die in eadem cãcellaria, si die secunda procurator consenserit, non valebit, cum à die consensus præstiti computetur tempus, quod non retrotrahetur, cum extrema non sint habilia, de quibus Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapionib.

Quamuis consensum retrahi dicat Roma. cons. 340. nu. 7. per l. fi. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudiciis. quia paria sunt ab initio consensum interuenire, vel ratihabitionem subsequi. regul. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. alia non prosequor, quia videre potes plenè materiam examinatam per Gomes.

REGVLA XXXVIII.

De non appellando ante diffinitiuam.

Item idem dominus noster, vt litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus & expensis, suorum prædecessorum constitutionibus & statutis inhærendo, statuit & ordinauit, quòd in causis in Romana curia pendentibus, & quas in posterum quouis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare: nec appellatio si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minimè concernente negotium principale, quod non possit per appellationẽ à diffinitiua sententia reparari: nulli**s**que causæ appellationum huiusmodi committantur, nisi in commissione exprimatur quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen tale quod in appellatione à diffinitiua non valeat reparari. Alioquin appellationes & commissiones in posterum, ac quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris vel momẽti, commissionibus appellationũ iam iudicibus pręsentatis, & exhibitis, in suo robore permansuris: in quibus, latis super eisdem sententiis secundo, vel vlterius, ab eis non liceat appellare, appellantes verò & appellationes etiam ab interlocutoriis, & grauaminibus huiusmodi suo, vel alterius nomine prosequẽtes, si succubuerint, vltra expensas & damna ad quæ resarcienda de iure condemnatus compellitur viginti florenorum auri pœna mulctetur.

Ista regula loquitur tantum de causis in Romana curia expediendis, vt ante diffinitiuam non liceat appellare. vide plura quæ huic materiæ elucidandæ adiunxi in concord. Franciæ, rub. de friuolis appellationib.

REGVLA XXXIX.

Quòd commißioni post conclusionem non stetur.

Item statuit, & ordinauit, quòd in commissionibus de iustitia, seu mandatis etiã consistorialibus per eum, de eius mandato vel autoritate, in causis in quibus conclusum existat in posterum non cedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expressè.

Vult ista regula commissiones non valere post conclusionẽ in causa, nisi fiat mentio conclusionis illi derogando. & dicitur conclusio facta, quando est renunciatum allegationibus iuris & facti. gl. & Doct. in c. cum dilectus. de fide instr. vbi non licet postea partibus aliquid dicere, vel allegare, ob id si commissio impetretur & partes aliquid dicere intendunt, opus est expressa mentione conclusionis, sicut compositionis. ca. ex multiplici. de deci. vide glo. in clem. sæpe. in verb. conclusum de verb. sign. & in materia beneficiali non fit conclusio in causa, nec in possessoria & summaria. cle. sæpe. de verb. sign. vide alia in hac materia cõclusionis per Felin. & alios in d. c. cum dilectus.

Notandũ est, quod hodie ex ordi. regia, quis nõ potest acquiescere postquam est cõclusum in causa appellationis. ob id si quis impetrat literas ad acquiescẽdũ, debet scribi hæc clausula, cõcedimus vt acquiescat, prouiso q; processus nõ fuerit visus, cõsultus, aut iudicatus. In aliis sufficiant gl. huius reg.

REGVLA XL.

De literis expediendis.

Item voluit & ordinauit, quod si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutum reuocabile, cum clausula, quod exinde pro solo nutu abbatis, vel superioris amoueri non possint literæ, quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem S. D. N. ponat in signatura quod non possint amoueri vel ad partem clausulam ipsam concedat.

Vult vt bullæ non expediantur, quod religiosi ad nutum superioris remoueri non possint: nisi in signatura hoc petitum fuerit, & concessum, vel ꝙ Papa ad partem hanc clausulam concedat. nam dicunt Do. de Rota. decis. 1. in antiq. quod monacho habenti administrationem vel prioratum ad nutũ abbatis remouibilem, nõ competit aliquod remedium in causa restitutionis. c. cum ad monasterium. §. tales. de statu monacho. c. 1. in fi. de priuile. in 6.

Si tamen Papa concesserit beneficium cum hac clausula, quod non possit amoueri, tunc ad præceptum abbatis renunciare non tenetur: nec ab illo amoueri beneficio. Archid. in c. præsenti. de officio ordin. in 6. quia quoad hoc censetur emancipatus. c. si monachus. 18. q. 1. Bald. in c. illud. de maio. & obed. ex quo infertur quod hæc clausula nõ est necessaria quando Papa confert seculari regulare, nec is secularis amoueri ad nutum poterit: quia quãdo princeps concedit aliquod beneficium, intelligitur concedere pleno iure. Bal. in l. beneficium. ff. de cõstit. princip. tamen beneficium non per hoc suam mutabit naturam, sed eo vacante reassumit ipsam, teste Anton. de Butrio. in c. porrectæ. col. 2. de cõfir. vtili. & Felin. in c. in nostra. colum. vlti. de rescript. vide octo declarationes, quas scripsi in tract. de pacific. possess. in 6. limita. num. 272. cum seq. vbi plura videbis in hac materia, si te delectat.

REGVLA XLI.

De clausulis in resignatione ponendis.

Item si committatur alicui beneficij resignationis receptio, ponatur clausula, attentè quoque prouideas, &c. & si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quòd neuter permutantiũ ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

Sciendum est quod ex ista regula elicitur duplex resignatio. vna simplex altera permutationis causa. In resignatione simplici vult Papa quod clausula ista ponatur in literis à cancellaria emanatis, attentè quoque prouideas, quod in renunciatione prædicta dolus, vis, metus, ac aliqua simoniaca prauitas nõ interueniat. quasi velit hic Papa innuere quod si vnum istorum non interuenerit, resignatio non valebit: alioqui frustra apponeretur hæc clausula, & Papa superflua non vult scribi in suis literis, vt in procem. Decretal. protestatur. vide ista in tract. de rescript. in rescripto resignationis.

Primò nominatur dolus, & intellige de dolo malo, qui est calliditas & fallacia ad fallendum & decipiendum alterum adhibita. l. 1. §. 1. ff. de dolo. & per hanc regulam patet quod Romanus Pontifex non vult renunciationem dolo factam valere à cõtrario sensu huius regulæ. & dicit gl. in c. penult. de his quæ vi metúsve causa fiunt, secundum canones, siue vi, siue metu, siue dolo aliquis renũciat rei suæ, subuenitur ei contra omnem possessorem. c. reintegranda. 3. q. 1. & 2. c. cum ecclesia, & seq. facit l. eum, qui. ff. de inoffi. testam.

Et quamuis gl. vlti. in d. c. penult. dicat, quod si dolus in spiritualibus interueniat, nõ tamen subuenitur dolum passo, licet dolus det contractui causam cap. constituit. 20. quæst. 3. vbi text. dicit, quod ingressus religionem dolo abbatis, tenetur perseuerare in religione. tamen res reddi debent hæredibus illius religiosi.

Idem in matrimonio asserit c. ex parte. 2. de conuers. coniug. quia non videtur decepti, qui meliorẽ vitam elegerunt. c. cum dilectus. quod metus causa.

Ego tamen putarem dolum dantem causam renunciationi, annullare renunciationem beneficij: quia annullat alios actus regulariter. l. & eleganter. ff. de dolo. & istum non inuenio exceptum à regula.

Ad hæc liber consensus in resignatione beneficij esse debet. c. super hoc. de renunc. sed vbi adest dolus, non est liber consensus. ergo, &c.

Item dicitur Prouerb. c. 4. filio doloso nihil erit boni. ergo renunciatio dolo facta non erit illi doloso bona: vt non accipiat fructum suæ calliditatis.

Ad hæc iura canonica abhorrent maximè vitiosum ingressum in beneficialibus c. 1. & per totũ. de eo qui mittitur in possessio. sed non posset esse alius deterior, quàm ingressus dolosus. ergo vitiat.

Conueniens est quod ait Iurisconsultus in l. 1. ff. de doli exceptio. quod ideo hanc exceptionem doli prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionẽ iuris ciuilis, contra naturalem æquitatem, prosit: sed prodesset dolus, si valeret resignatio: ergo non valebit, saltem per doli exceptionem.

Item in beneficiis maximè omnis dolus cessare debet. c. cum dilectus. de electionibus.

Sed hodie potest dici, quod habetur Hiere. c. 6. à Propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum: & sicut decipula plena auibus, sic domus collatorum plenæ sunt dolo. Hierem. 5. Vnde posset Dauid mirari plus hodie, quàm olim, dicens, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Respondens postea, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec refragatur, quod dolus non vitiat actum in spiritualibus, vtpote ingressus religionis. quia non videtur deceptus, qui ingreditur religionem dolo alterius, vel prouocatur ad bene viuendum: & ideo est dolus bonus, qui non vitiat: secus in dolo malo in beneficialibus commisso, quia prouocatur ad male viuendũ, cum aliquis dolo aufert ab eo beneficiũ, postea erit fortè resignans leno, vel armiger ad gallinas. Ob id diuersum est, quando inducitur ad Deum, vel quando deducitur, & remouetur. Bene dicerem,

dicerem, quod si dolo inducerem aliquem ad acceptandum beneficium, quod dolus non vitiaret acceptationem. quia inducitur ad seruiẽdum Deo, sed quando aliquis dolo inducitur ad renunciandũ, & se remouendum à seruitio diuino, hoc non valet, nam inter istos casus longa est, vt cuilibet patet, differentia.

Nec obstat quod dolus non vitiat matrimoniũ. c. ex parte. & c. dudum. de conuers. coniug. & bonũ est arg. de matrimonio carnis ad spirituale. c. inter. de transla. episcopo. nam resp. verum esse, quando est eadem ratio: sed diuersa est ratio in matrimonio quàm in beneficiis. Nam si per dolum quis inducatur ad matrimonium cum aliqua puella indotata, certe quis dormiendo cum ea, & per annum in quo canitur, exultate, magnoperè placet matrimonium & sic ratum habetur & approbatur: quod non est in beneficij renunciatione dolo facta, imo statim agnito dolo pœnitet renunciantem: sed dulcedine matrimonij cognita placet. etiam aliud est incitare ad habendum, vt in matrimonio, vel ad carẽdum, vt in resignatione beneficij, vt dixi. & in d. c. ex parte. & d. c. dudum. est ibi dolus bonus: secus in beneficij resignatione dolo facta. Quamobrem non valet nec iure naturali, nec prætorio, nec canonico, teste Fortunio in tract. de vltimo fine iuris. num. 335.

Vnde per istam clausulam dixi renunciationem secundam dolo resignantis factam non valere. & ideo non priuari secundum resignantem decreto, de pacific. posses. scripsi in tract. de pacific. posses.

Item si quis vi fuerit expulsus de beneficio: & postea illi renũciauerit, ideo ponitur in clausula vis. non enim vult Papa istam renunciationem vi factã approbare: quia non est verisimile quòd sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus. c. sollicitè. de restit. spolia. & sic iste qui spoliatus renunciauit, poterit intentare remedium recuperandæ possessionis. c. integranda. 3. q. 1. nec iudices regni, qui in hoc regno cognoscunt de possessorio, audiũt possidentem beneficium, donec restituta fuerit possessio isti spoliato, vt in c. super hoc. de renun. siue resignatio fuerit facta coram collatore ordinario, siue coram alio superiore, cum d. c. super hoc. & d. c. sollicitè generaliter loquantur. quamuis gl. in d. c. sollicitè. velit dicere non habere locum, quando fuerit facta coram suo iudice. quam videtur sequi Socin. in tract. fallent. reg. 378. sed gl. & doct. reprobant in d. c. sollicitè. cum renunciatio nõ possit admitti, nisi à superiore, vt Hosti. in summa de renũc. docet, Quamobrem si spoliatus renunciaret coram suo superiore in iudicio, bene valeret, vt consuluit Barba. cons. 47. Præclarè. col. vlt. vol. 2. idem intellige, si ante spoliationem renunciaret, vt dicit Lappus alleg. 23. limitãt etiã do. de Rota decis. 216 Nota quod existẽti. in antiq. per c. accepta. de rest. spol.

Nisi petitioni restitutionis cum iuramento renũciaret: quia tunc restitutionem petere non poterit, vt firmant do. de Rota. decis. 428. Nota, quod si spoliatus. in antiquis. Idem si per pactum. Rota deci. 68, Nota, quòd licet in eisdem, & Soci. in tract. fallent. regula 378. Spoliato. Nicol. Milius in repet. in verb. renunciatio. Tamen per literas regias releuari, habita iuramenti dispensatione, quia ea facilitate qua fuit inductus ad renunciandum beneficio, & ad iurandum, ob id dispensationem petat, si velit admitti: vt in simili dicit Fel. in c. si cautio. de fide instr. de renunciante exceptioni non numeratæ pecuniæ cũ iuramento. doct. in l. fi. C. de non numera. pecunia.

Præterea in hac clausula, attentè, &c. dicitur metus, quia renunciatio facta metu non tenet. c. super hoc. de renuncia. & renuncians non perdit beneficiũ. Rota decis. 203. Nota quod resignatio. in antiq. Henric. Boic. in c. quod in dubiis. de renuncia. per c. Abbas. c. ad aures. & c. seq. quod metus causa. vbi reuocatur collatio de facto, intelligit Fortun. Garsias in tract. de vltimo fine iuris, num. 275. vbi concludit tam iure naturali, quàm prætorio, & canonico nullam esse renunciationem metu factam, & quatenus de facto processerit reuocandam.

Et iudices regij in hoc regno super possessorio cognoscentes possunt isti per metum renuncianti interdicto recuperandæ agenti possessionem beneficij adiudicare, non obstãte renunciatione, si aliud canonicũ non obsistat, quia licet resignans amittat ius, verum est si sponte, secus si coactè. nam in his in quibus spontaneus consensus requiritur, ibi actus ipso iure vitiatur. gl. in c. notificasti. 33. q. 5. Panor. in c. maiores. in fi. de baptis. & c. cum iocum. de sponsalib. Alex. cons. 98. Quoniam. col. 2 vol. 3. & cons. seq. sed renunciatio spontanea & libera esse debet. d. c. super hoc. ergo non valebit quando metu facta erit: quæ enim metu gesta sunt, rata haberi non debent. l. 1. & per totũ tit. ff. quod metus causa. & quod non valeat renunciatio beneficij metu facta, tenet gl. in verb. liberè. §. ad tollendas. de elect. in pragm. vbi etiam concludit posse hoc casu agi rei vendicatione ad beneficium renunciatum: vel interdicto recuperandæ: vel frequentissimè hodie in iudiciis remedio can. redintegranda.

Item non valet etiam constitutio procuratoris facta metu ad resignandum beneficium, vt concludunt Hostiens. Panor. in d. cap. Abbas. quod metus causa. & Decius consil. 219. viso puncto, in 3. q. plenè Philip. Probus in addi. ad Ioan. Monach. in rubr. de renunc. in 6.

Tamen dom. de Rota. decis. 374. fuit dubitatum. in no. & communiter docto. in d. c. Abbas. & c. ad aures. tenent resignationem per metum factam valere. sed rescindẽdam esse officio iudicis. dicas hoc sic in forensi seruari iudicio in Francia, vt renuncians impetret literas regias, vt non obstante renũciatione sic facta per metum, recipiatur ad petendum suum beneficium: & illi conceditur, & fiunt informationes contra eum, qui metum adhibuit, & quamuis doct. in clem. multorum. de pœn. dicant speciale esse in illo casu vt resignatione facta per captionem & detẽtionem secularium potestatum, ibi sit ipso iure nulla: tamen idem seruatur in practica in illo casu: quia etiam est opus literis, & ille tex. dum dicit modo supradicto factas, potest intelligi per coactionem. vt velit dicere quod omnis renunciatio metu facta & per coactionem ipso iure sit nulla: sed cum pauci sit emolumenti, quo ad practicam huius regni aliter nunc non discutio. quia quoad

quoad effectum nulla est: Aufrer. decis. Tholo. q. 285. vidi tamen aliquando impetrari super petitorio literas à Papa de significauit. vbi Papa mandabat quod si constaret de renunciatione sic metu facta, annullaret eam, & cassaret, ac beneficium adiudicaret renuncianti iuxta clē. auditor. de rescript. Imò etiā per multa concludit renunciationē hæreditatis metu factam nullam. & ea non obstante. filiam posse hæreditatem petere. Albertus Brunus in consil. 82. super difficultate. col. 2. inter consilia feudalia.

Idem dicemus si renunciatio sit facta metu consanguineorum, vt rescindi debeat. c. sciant. de elect. in 6. facit l. 1. col. fe. ff. de liberali causa. sic expresśim conclusum fuit in Rota decis. 463. Dubitabatur. in no. vbi dicunt esse necesse probare, quod nisi dictus clericus renunciasset, fratres, vel parentes mortui fuissent in carceribus: tamen Alex. cons. 99. in casu col. 3. nu. 10. in 3. vol. talem probationem non exigit nec talē metū, vide ibi. Postremo notandum, quod dicta ecclesia sic renunciata, est restituēda renūciāti sine noua collatiōe, quādo interuenit metus, qui potuit in constantem cadere virum. d. c. Abbas. quod metus causa. sic consuluit Calder. cōs. rub. de renūc. & quando dicatur cadere, &c. declarat Deci s dict. consil. 219. viso. Probus. in rub. de renunc. in addi. ad Ioan. Monach.

Subiicitur aliud verbum in illa clausula attente, videlicet quod simoniaca prauitas non interueniat. Nā renunciatio beneficij simoniacè facta non valet etiam in præiudicium resignantis. Nec collatio tex. in c. super hoc. in gl. pecuniæ. de renuncia. Innoc. in cap. cum vniuersorum. de rer permu. Arch. in c. ordinationes. 1. q. 1. Rota decis. 236. in antiq. Geminia. cons. 125. Dubia. in 1. q. Nicol. Milius in reperto. in verb. renunciatio, q 4. vbi dicit simoniacè tunc renunciatum quando expresśim renunciatur quod alteri conferatur. per glo. in c. ex parte. 1. de offic. deleg. vbi doct. sed si nō exprimatur, licet immediatè hoc agatur, non est simoniaca, teste Innocen. in c. tua. in fi. de simonia. & sic ille, qui per simoniam resignat, non potest illud beneficium sic resignatum repetere nec ille, qui illud fuit simoniacè consecutus, retinere. glos. & docto. in c. cōstitutus. de transact. Innocē. in c. cum vniuersorum. de rerum permut. Cardi. in in d. cap. super hoc col. 2. oppos. 5. vide quæ scripsit Ioan. Nauclerus in tract. de simonia, & ibi in additio. quædam inserui. & sic patet, quòd in renunciationibus beneficiorum ista quatuor videlicet dolus, vis, metus, & simonia, debent abesse, aliàs quilibet horū actum reddit, saltem quo ad effectum, nullum.

Et si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quod neuter permutantium ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

Sicut in rebus profanis in re aliena non contrahitur propriè permutatio: sed requiritur quod dominium hinc inde transferatur. l. 1. ff. de rerum permu. vbi Pædius sic ait, nullam contrahi permutationem si res aliena detur. & ibi Ias. plura huic rei accōmoda scribit. & in §. actionum. nu. 102. Institu. de actio. & non videtur datum quod retineri non potest. l. non quocunque modo. de legat. 1.

Sic est dicendum in beneficiis, vt neutri permutantium ius quæri debeat nisi vterque ipsorum ius in suo beneficio habuerit, & non potest quis ius quod non habet in alterum transferre, c. quod autem. de iure patro. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dom. Calderin. cons. 9. de rerum permu. alioqui posset aliquis vafer & astutus bonum decipere, beneficium quod occupauit permutando cum alio, qui canonicè est suum assequutus beneficium, quod nō est permittendum, vt vides hic.

Fallit quando quis permutaret beneficium cum iure pręteso in alio beneficio, tūc valeret permutatio, etiam si alter nullū ius in illo beneficio haberet: quia iste qui ius ad beneficiū recipiebat, debebat prouidere, an ille ius haberet. per l. qui tabernas. ff. de contrahend. emp. scripsi in tract. de pacific. possess. nu. 290. & sequen.

Nota quod quando is, qui ius habebat ad suum beneficium, euicto dato, vult redire ad suum, hoc sine noua collatione non poterit. cap. si beneficia. de præbēd. in 6. plenè scripsi in tracta. de pacific. possess. in 22. amplia. num. 143. cum sequent. vbi abundantius videbis, si non graueris. & intellectum ad c. si beneficia. de præbendis in sexto.

Si tamen is, qui resignauerit permutationis causa ius habebat in beneficio resignato moriatur, & antequam ei conferretur beneficium alterius permutantis, tunc permutās habebit vtrunque, & gaudebit bona fortuna, & hoc modo solent cauti auūculi suos nepotes promouere, primum quod habebat non auferetur, & illud quod permutationis causa collatum etiam ad ipsum spectabat, cum non sit qui conqueri possit, & iusto titulo & canonicè est adeptus iuxta text. in c. 1. de reg. iur. in 6. & sic limitatur ista regula, quia non stat per istum permutantem, aliàs non procederet, vt l. in iure ciuili. ff. de regulis iuris.

Solent in resignationibus à Papa approbatis aliæ inseri clausulæ. primo regulæ de viginti diebus derogare Papa solet si petatur. de qua scripsi supra in regul.

Secundo solet derogare regulæ de verisimili notitia obitus: sed an recipiatur, dixi suprà declarando illam regulam.

Tertiò clausula solet adiici in qua derogatur iuri patronatus etiam laicorum, nisi in Francia consuetudinaria, in qua non recipitur, vt infrà dicam.

Quarto derogatur indultis Cardinalium, quibus cautum extitit, quòd in collationibus beneficiorum suorum, vel familiarium requiratur cōsensus eorū de quibus dixi suprà, in regula.

Item non potest minor 14. annis beneficium multis laboribus à parentibus acquisitum renunciare, quin si læsus fuerit illud repetere posśit. c. fin. §. si verò. de iudic. in 6. cap. ex parte M. vbi gloss. & docto. de restit. spol. hoc expressum tradit Nicol. Milius. in reperto. in verbo minor. quæst. 4. dicens renūciationem minoris duobus concurrentibus valere Primò si fiat in manibus superioris: secundo si fiat cū causæ

cognitione, cum constabit superiori quod minor velit renunciare, oportet quod inquirat an pupillo expediat,& ecclesiæ:& si de his constiterit: restitutio dabitur: aliàs secus, vt scribit Pan. in d.c. ex parte M.& Bened. in repet. capit. Raynutius. in verb. adiectæ. num. 61. de testam.& Phil. Probus in rub. de renunc. in 6. Angel. de Clauasio in Angel. in verb. renunciatio, dicit renunciationem ex tribus iudicandam illegitimam. Primo ratione personæ renunciantis, vt pote quia minor, d.c. si. aut alius, qui non potest renunciare, vt demens & furiosus. Secundò ratione personæ, in cuius manibus fit renunciatio: vt si in manu laici. cap. quod admonet.& cap. quod in dubiis. de renunc. vel in manu illius, qui eam recipere non potest, vt in manu abbatis, quia inferior episcopo permutationem approbare non potest, c. quæsitum. de rerum permut. Tertiò ratione rei dicitur renunciatio illegitima, quando illa res renunciari non potest, vt iuri sanguinis. l. ius sanguinis. ff. de regulis iuris. l. ius agnationis. de pact. sed si deceptus fuerit minor super valore beneficij permutati, an restitutionem impetrare possit, quod nõ, scribit plenè Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in cap. fin. de renunc. in sexto.

Et clausula, cura animarũ non negligatur, in quibus rescriptis soleat apponi, declarat gl. in verb. dispensantes. in cle. 1. de præb. vbi dicit a pponendã esse in dispensationibus super pluralitate, super ętate, ordine,& residentia, quod est bene notandum.

REGVLA XLII.

De supplendis defectibus.

Voluit quod si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus literæ desuper concedantur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per fiãt vt petitur supplicatio signata fuerit.

Vult Papa quod in literis cancellariæ cõ cedendis de cætero non apponatur clausul. supplentes omnes defectus in genere, nisi specialim omnes defectus exprimantur: vt pote si in alienatione rei ecclesiæ non interuenerit tractatus, vel alia solennitas requisita in c. sine exceptione. 12. q. 2. tunc poterit peti suppleri ille defectus. Alexand consil. 79. circa primum, quæst. 6. volu. 1.& hoc est introductum ad vitandam calumniam partium, qui non exprimebant Papæ eorum defectus, sed petebant apponi hanc clausulam supplentes omnes & singulos tam iuris, quàm facti,& quarumcunque solennitatum & substantialitatum omissarum defectus, si quis forsitan iuris interuenerit in eisdẽ &c. Ista clausula supplet defectus positiui non naturalis, teste Specula in tit. de legato. §. nunc ostendendum. versi. 18. Anton. de Butrio. in cap. illa. de elect. Panor.& alij in cap. 1. de transact. Panor. in cap. 1. de confirma. vtil. Decius consi. 341. viso puncto. col. 2.& consil. 516. quoniam, col. 3.& consil. 502. viso puncto. col. 5. num. 20. nec tollit defectum personæ supplicantis. cap. Cenomanensem. 57. distinct. Barba. in rubr. de rescript. in Cle. col. 8.

Et sic ista clausu. non potest supplere defectum citationis, cum sit de iure naturali, vt concludit Socin. consi. 120. Memini. col. 3. nu. 4. in 3. vol. per. cle. sæpe. de verbo. signi & Alex. d. consi. 79. nu. 19. volu. 1.

Secundus casus est quando in supplicatione apponitur, fiat vt petitur: non si apponatur per concessum vel per fiat, seu alio modo, quàm hic expresso.

Ex hac ergo regula habes, quod in specie multa valent, quæ nõ in genere, adde quæ scribo in ordina reg. 58. rub. de rescissionib. contractuum.

REGVLA XLIII.

De derogatione iuris patronatus.

Item voluit quod super quouis beneficio ecclesiastico de iure patronatus laicorum non expediantur literæ, nisi ponatur expresse, quod tale beneficium tanto tempore vacauit, quod eius collatio ad sedem Apostolicã legitimè est deuoluta: vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixum lapsum existat: aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum iuri patronatus huiusmodi derogari contigerit, si ius huiusmodi ad aliquem regem, Ducem, Marchionem, vel alium principem pertineat, & de hoc in literis prouisioni, vel mandati de prouidẽdo de dicto beneficio mentio facta nõ fuerit, non censeatur iuri huiusmodi quomodolibet fore derogatum.

An valeat collatio facta per ordinariũ de beneficio patronato, antequam fuerit facta præsentatio, si intra illud tempus non fiat, vide Dominic. & Perus. in c. 2. de præb. lib. 6.& Doct. in cap. auditis. de præscript. item Felinum in c. cũ Bertoldus. de re iudic. dixi in tract. nominatio. q. 17. nu. 12. vbi dixi valere, si patronus non conqueratur.

Notandum est, quod Papa potest iuri patronatus etiã laicorum derogare: sed non vult ob id in tribus casibus in quibus solet beneficium sub patronatu laicorum existens conferre. Primo quando tanto tẽpore vacauit beneficium patronatum, quod eius collatio ad sedem Apostolicam est legitimè deuoluta: nam tunc non est necesse derogare iuri patronatus, cùm patronus non possit postea præsentare: sed debet in collatione Papæ de iure patronatus fieri mẽtio, alioqui nõ valeret collatio, testib. Dom. consi. 50. Quæritur.& Staphil. in tracta. de literis gratiæ. rubr. de forma impetran. vbi refert Dom. nempe cùm tempus patronis datum ad præsentandum, vt si fuerit patronus laicus habet quatuor menses: patronus verò ecclesiasticus sex. ca. 1. de iure patro. in 6. postea est deuolutum ius ad superiorẽ, & id tẽporis Papa conferre, etiam poterit.

Secũdo solet Papa conferre, quando cõsensus patroni seu patronorum accesserit: tũc ne fundatores à fundandis ecclesiis retrahantur, cõsensum eorum

sequitur.

ſequitur.ca.decernimus.16.quæſt.7. vnde ſi contulerit præſentato à maiori parte valebit,quia ſecundum conſenſum patronorum,vt videtur tenere Rota in deciſ.528.Nota infra tempus in antiquis.

Tertio,quando Papa expreſsè derogat:quia niſi exprimat non videtur velle derogare iuripatronatus laicorum.gl.& Doct.in c.2. de præb.in 6. ne laici retrahantur ab eccleſiis fundandis. d.c. decernimus.16 q.7.

Fallit in iure patronatus ſiue in iure præſentandi quod quis acquiſiuit ex præſcriptione, vel conſuetudine,quia in hoc ceſſat ratio prædicta,& ſic valet gratia non facta mentione de tali iure præſentandi: Card.conſil.69.vacante.q.2. idem dicens ſi non erant veri patroni:ſed tamen erant in poſſeſſione pręſentandi: imò plus, concludit quod etiam legatus poteſt conferre talia beneficia, allegando Federi. cõſ.65.infra ſcripta.quem ſequitur Staphil.in tract. de literis gratiæ.folio 55.verſi.vnde redeundo, &c. Ego tamen tenerem etiam in his caſibus expreſſam mentionem fieri debere iuriſpatronatus, poſtquam acquiſitum eſt laico iuſpatronatus laicum de quo lex vult vt fiat mentio:nec inſpici debet acquiſitio ſeu modus acquiſitionis: ſed an ſit ius patronatus eccleſiaſticum,vel laicum c.dilectus.de offic.leg.c. cum dilectus,de iure patronat.

Item per derogationem iuriſpatronatus factam non cenſetur derogatum iuripatronatus, Regum, Ducum,Marchionum,vel aliorum principum, niſi hoc expreſsè dicatur in derogatione, quia ob reuerentiam,quã homines in eos habent plurimũ eis deferri conuenit,& eos plus aliis honorari decet:argũ c.2.de offic.delega.in 6.ea enim quę notabiliter fiũt niſi ſpecialiter notentur,videntur quaſi neglecta. l. item apud.§.Ait prætor.ff.de iniuriis. Nec verò indulto dictorum regum derogari ſolet,teſte Do.Gomeſ.in tract.manda.in forma.3.

Nota tamen perpetuo quod ſi aliquis condemnetur in pœnam delicti,vt pote quia interfecit hominem,vt illi fundet capellam: eam fundando & dotãdo,nõacquirit ius patronatus,nec ei aliquis honor debetur,probatur arg.l.ſed ſi hac.§.1.at ſi vendi tor.ff.de in iusvocan.vbi dicitur,quòd non debetur iuſpatronatus ſi libertas ſeruo detur ob domini delictum,& facit l.1.C.ſi mancipiumita veneat ne proſtituatur.l.ſi lenones.de epiſcop. audien. quia ex delicto præmium quis conſequi non debet.l.fine.ff. de negoc.geſt.l.relegatore.in fi.de interdict. & relega.ſic conſuluit Signo.conſil.83.iuſſu domini. vide derogari fundationi beneficiorum, etiam ſi in illa caueatur expreſsè quod obtinens tale beneficium teneatur perſonaliter reſidere, & eſſe ſacerdos vel quod teneatur intra annum promoueri ſed non datur de ſtilo derogatio quo ad omnes articulos fundationis, & in totum.nam poteſt eſſe qui dam articulus,cui Papa non derogaret,& hoc de ſtilo curiæ Roma.

REGVLA XLIIII.

De commendis.

Item voluit, quòd nulli ſeculari de regulari,nec religioſo de ſeculari beneficio cõmenda detur:niſi in ſignatura, vel per clauſulam:ad partem ſuper petitione commẽdæ huiuſmodi, de commenda ipſa fiat mentio.

Multa dico in tract.de pacific.poſſeſſo.amplia.5. nu.35.cum ſeq.quæ hic repetita ſuperflua forent.ibi materiam commendæ vtilem videbis.

REGVLA XLV.

De reformationibus.

Item voluit,ſtatuit,& ordinauit, quod ſuper quibuſcunque reformationibus ſignatis ſuper impetrationibus quorumcunque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum,in quibus petitur, ꝙ literæ ſuper prima data expediri poſſint: ſi ex huiuſmodi expeditione ſub tali data videatur poſſe fieri præiudicium, literæ huiuſmodi ſub ipſa prima data nullatenus expediantur, niſi reformationes huiuſmodi per fiat, & ſub prima data ſignatæ fuerint.

Hæc regula vult, quòd ſi pars petat,primas literas reformari,& de nouo conſtitui, ſeu corrigi: & quod correctio fiat ſub prima data,hoc concedetur dummodo non tendat in alicuius noui fortè impepræiudicium,vnde ſi quis impetrauerit beneficium ſimplex ſancti Iuliani de Balhanicis vbi natus ſum, & nunc vult reformare impetrationem, & ponere eccleſiam parrochialem, hoc poterit fieri ſua prima data,ſi alicui non præiudicetur, quia ſi alius impetrauerit,vel fuit collatum per ordinarium, tunc Papa non intendit tertio præiudicare.c. quãuis. de reſcript.in 6.

Et quando notarius vel datarius poſſit corrigerẽ datam vel impetrationem,& in quibus, vide per Bart.& Deciũ in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.Pã.Imol. & Felin.in c.ex literis.de fide inſtrum.

Hic ſi quis vellet tractare materiam pacti reformatiui,informatiui & transformatiui, extra oleas eſſet.ſi illorum elucidationem quæris, lege Barto. & alios in l.iuriſgentium.§.Quinimo.ff.de pact. & in l.lecta.ſi cetũ peta.ac in l.petẽs.C.de pact. & aliàs ſcripſi,diffinitionem pacti proſequens,de reformatione religioſorum ſcripſi in §.1.in glo. reformatis. de nominatio.regia,in concorda.

REGVLA XLVI.

De beneficijs in curia reſignatis.

Item voluit & ordinauit, quod ſuper reſignatione cuiuſcunque beneficij eccleſiaſtici,ſeu ceſſione iuris in eo, quam in manibus ſuis, vel in cancellaria Apoſtolica fieri contigerit,Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur:niſi reſignans,vel cedens (niſi præſens in Romana curia fuerit) per-

ſonaliter, alioquin per procuratorē ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni huiuſmodi in eadem cancellaria expreſsè conſenſerit, & iurauerit, vt moris eſt: & ſi ipſum reſignantem, vel cedentem pluries ſuper vno & eodem beneficio, in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſsiue conſentire cōtigerit, voluit ſanctitas ſua quod primus conſenſus tenere debeat, & alij in poſteriores conſenſus, ac literæ illorum prætextu etiam ſub priori data expeditæ pro tempore nullius ſint roboris, vel momenti nec literæ reſeruationis vel aſsignationis, etiam motu proprio, cuiuſuis penſionis annuæ ſuper alicuius beneficij fructibus expediri poſsint niſi de conſenſu illius, qui penſi onem prædictam perſoluere tunc habebit.

Tres habet patres: in prima dicitur, quod literæ ſuper beneficij reſignatione nullatenus expediātur niſi reſignans conſenſerit, ſi in curia præſens fuerit.

Si verò fuerit abſens, tunc per procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatum, & ſic non valeret generale procuratorium.

Item quod conſentiret extra cancellariam, vt hic in eadem cancellaria. nam dictio in, denotat intrinſecitatem glo. in Cle. cauſa. de elect.

Item requiritur quod dominus, ſeu procurator iuret, quod non interuenit dolus, vis metus, nec ſimoniæ labes, de quibus ſupra ſcripſi in reg. 41.

Secunda pars eſt ibi, & ſi ipſum reſignantem. vbi dicit ꝙ quando reſignans cōſenſerit bis, vel pluries quod primus couſenſus valet, niſi primus fuerit reuocatus, & notitia peruenerit ad eum in cuius manibus ceſsio faciēda erat: vel in manibus procuratoris antequam conſentiret vt ſcripſi ſupra in regula, per text. in Clement. vna, de renuncia.

Item ex iſta regula habemus quod literæ expeditæ ſub ſecundo conſenſu & reſignatione non valent, etiam ſi fuerint expeditæ ſub priori data ſecū di conſenſus: quia id quod metum non eſt reſignare nō poſſum. & plus iuris in alterum trāferre, quàm habeam. l. traditio. ff. de acqui. rerum dom.

Et ideo poſt triennium non iuuatur decreto de pacific. poſſeſſor. vt ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſſ.

Tertia pars eſt ibi, nec literæ. vbi vult quod literæ ſuper penſione non poſſunt expediri, nec debēt niſi is, cuius intereſt conſenſerit. ſi tamē interim moriatur reſignans, cùm ſit finita penſio, non tenetur cōſentire: nec illam penſionem remiſerit. ergo ſedi eſt facienda fides vel de morte, vel de reſignatione, alioqui bullæ non debent expediri.

An reſignatarius poſſit conferre ſimul atque ſua prouiſio facta eſt licet neſciuerit? pro hac quæſtionē facio caſus ſequentes. Primus eſt in renunciatione ſimplici, facta collatione & prouiſione à Papa ſiue reſignatarius ſciuerit, ſiue neſciuerit, putet tamen ita eſſe, & verum ſi poterit cōferre. c. tranſmiſſam. de elect. nec requiritur poſſeſsio, vt conclu dit Roch. Curtius in tract. iuris patro. in verb. ipſe, vel is. q. 11.

Secundus caſus in renunciatione facta cauſa permutationis, non poteſt reſignatarius ex vna parte conferre: niſi adimpleuerit reſignationem & permutationem ex parte ſua per illam clauſulam, non aliter nec aliàs, nec alio modo, quæ ſuſpendit actum, donec ita factum ſit, & ideo ſolent bullæ ſignificare parti reſignanti: & reſignans ſi quam cauſam habet illam allegat, quam ſi tunc nō allegat poſtea reſignatarius conferre poterit, facit glo. in verb. permutationis. in tit. de annatis, in prag.

REGVLA XLVII.

De ingreſſu religionis.

Item non dentur literæ ſuper beneficiis vacaturis per ingreſſum religionis: niſi ille præceſſerit datam deſuper petitionis.

Papa enim nō vult beneficium illius, qui religionem ingreditur infra annum probationis, alicui eſſe conferendum, niſi ad id ipſius accedat aſſenſus aut conſtet ꝙ vitam voluerit abſolutè mutare: vel profeſſionem expreſſam fecerit, ſeu ſcienter habitū receperit profeſſorum. text. in ca. beneficium. de regula. videtur innuere, quod dari poſsint literæ poſt ingreſſum. Intellige in patria obedientiæ, ſi ſciam aliquē ingreſſum eſſe religionem, ego potero impetrare per illius ingreſſum & profeſsionem: qua facta, mihi debebitur: & ipſe poterit interim reſignare, niſi in impetratione ponatur hæc clauſula, quod reſignatio cedat in commodum impetrātis &c. ſed cum hæc clauſula ſapiat reſeruationem, non valeret in regno Frāciæ vbi ſublatæ ſunt omnes reſeruationes. vide in tract. de literis gratiæ. fol. 75. & ſeq.

REGVLA XLVIII.

Non valet impetratio per modum in cancellaria exprimendum.

Item voluit quòd ſi petatur aliquod beneficium vacans per modum in cancellaria Apoſtolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ deſuper expediantur.

Notandum eſt quod ante iſtam regulam & de iure impetrans non tenetur exprimere modum vacationis, vt not. Dominicus & Peruſi. in c. ſuſceptum, de reſcript. in 6. & Lapus allega. 6. in hac ſexta. Imò non eſt neceſſe exprimere modum per quem prouidetur beneficio: nam ſi fiat ſimpliciter mentio de vacatione beneficij, includitur modus prouidendi, ita debet includi omnis vacādi modus. glo. in Clem 1. in verb. quamuis. de præbendis. & glo. in c. ſi propter. de reſcript. in 6. tamen per iſtam regulam debet exprimi vacationis modus, nec valeret ſi dicat, ꝙ certo modo vacat in literis exprimēdo, vt hic, quia multæ ſuper hoc fiebāt fraudes, & cauti practicātes nunquam exprimebant certum modum.

In ſignatura tamē poteſt dici, ꝙ maior & vberior expreſsio

expreſsio fieri poſsit,& etiam ſolet Papa vno modo vacandi expreſſo dicere,& alio quouis modo vt tradunt Doct.in cap.ſuſceptum.de reſcript.in 6.vnde vult hic, vt in ſupplicatione vnus vacandi modus exprimatur, cum plures ſint,quos ſcripſi, ſaltẽ triginta,in §.monaſteriis.in verb. vacãtibus.de nominatio.regia in cõcorda.& de iſta clauſula,& quo uis alio modo vacet,vide quæ plenè ſcripſi in glo. aliam.in forma manda.in concorda.

Aduertendum eſt tamen quod per regulam cancellariæ publicatam anno 1540.cautum eſt vt de cætero impetrantes beneficia eccleſiaſtica cuiuſcũque qualitatis per priuationem & amotionem, vel aliàs propter commiſſa crimina & exceſſus vacantia,vel vacatura,in ſupplicatione deſuper porrecta exceſſus & crimina ipſa,ac eorum qualitates,nec non modos & cauſas tales,ex quibus de iure priuatio ipſa incurſa,aut facienda cenſeatur, & ſimiliter impetrantes etiã per modũ deuolutionis beneficia tãquã certo modo vacantia,& ab aliis etiam non ſenio cõfectis,nec infirmitate aut impedimento detentis tãquam nullo,ſeu minus canonico titulo poſſeſſa,modus vacationis illorũ in ſupplicatione deſuper porrecta ſpecificè,& determinatè,ac diſpoſitiuè exprimere teneantur,vt in regula ſeq.patet.

Vltimo non eſt omittendum,quod ſi quis impetret beneficium per priuationem debet inſerere iſtã clauſulam,ne interim fortè reſignet,& cum decreto quod reſignatio cedat in fauorem impetrãtis,quod ſolet concedi poſt primam priuationis ſententiam, perraro,ante,teſte Staphileo in tracta.de literis gratiæ.fol. 64.in 1. vacationis modo,quod in hoc regno non ſeruaretur, quia illa clauſula,quod reſignatio cedat,&c.inducit reſeruationem, quæ eſt in regno ſublata, etiamlicet quis lite pẽdente poſſit reſignare.glo.finita in c.2.vt lite pendente.lib.6.& c.niſi,de renuncia.non tamẽ poterit reſignare cauſa permutationis,aliàs impetrãti prouideri poterit.Dominic. in conſil.105.q.2.

Notandum eſt quod quando impetrans commiſſionem à Papa narrat in ſupplicatione multa delicta per priuandum commiſſa,& poſtea in cõcluſione petit committi quibuſdam probis viris, vt ſi eis de præmiſsis,vel altero præmiſſorum conſtiterit,dictum N.priuent. certè Papa conſueuit delere illa verba,vel altero præmiſſorum,quia poſtquã dictus impetrãs diffamat aliquem de pluribus criminibus debet arctari ad probandum omnia, quibus illum diffamat:aliàs pœna talionis tenetur,vel ad diffamationis pœnam.text.in c.ſuper his.vbi Docto. de accuſa.c.licet Heli.de ſimo.Staphile.in d.tract.fol.166. verſi.ſecundo notandum eſt.

REGVLA XLIX.

Item voluit,ſtatuit,& ordinauit, quod quotieſcunque per ſignaturam ſuam, vel de eius mandato factam ſuper exequẽdis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatis cuiuſuis iudex detur, literæ deſuper expediãtur cũ expreſsione, quod idẽ iudex executionem faciat perſeipſum.

Hic derogatur c.quoniam abbas. de offic. delegat.vide ibi iſtam materiam pertractatam, & in l. more maiorum.ff.de iuriſd. om. iudic. & per Ioan. de Pla.in l.fi.C.vetera.lib.12.in aliis ſufficiant. glo. ſuper hac regula deſcriptæ.

REGVLA L.

De diſpenſationibus in gradibus conſanguinitatis.

Item voluit, quod in literis diſpenſationum, &c.

Aduertendum eſt quod interdum ſuper matrimonio requiritur diſpenſatio:aliquando non.Si fiat ſecundum ſtatuta iuris,non requiritur:ſi verò contra iuris prohibitionem,tũc requiritur diſpenſatio. Et interdum diſpenſatio poſtulari debet à Papa,interdum ab Imperatore,ſeu à Rege.Tunc à Papa impetrari debet,quando prohibitio ab eo facta eſt, & quando imminet peccatum,vt in gradibus conſanguinitatis,affinitatis,publicæ honeſtatis,& aliis prohibitis à iure canonico vt in c.non debet. & per totum de conſanguinita.& affinita.& infra dicetur,

Interdum facta eſt à iure ciuili prohibitio propter aliquam cauſam honeſtam,vt pote tutori prohibet ne nubat cum pupilla,vel adulta, ne ipſa circũſcribatur iure familiari ab his,qui rationes eius geſtæ tutelæ reddere compelluntur.l.libertus.in §. ſenatuſcon ff.de ritu nuptia. & tunc ſolet Imperator, vel Rex diſpenſare ſuper hoc matrimonio,vt C.de interdicto mat.l.ſi tutor,vbi ſunt hæc verba,ſi tutor vel curator pupillam,vel adultã quondã ſuam ſibi, vel filio ſuo,nullo diuino impetrato beneficio, in matrimonio collocauerit,manet infamia cõtra eũ, veluti in confeſſum de tutela,quia huiuſmodi coniunctione fraudem adminiſtrationis tegere laborauit. Ecce igitur,quod Imperator ſuper hoc diſpẽſat & interdum audiui diſpenſatum cũ magnis nobilibus in Francia,cum aliis ſine Regis diſpenſatione hodie contrahi ſolet,vt infra dico ius canonicum ſecutus.

Idem ſi magiſtratus tempore ſui officij velit nubere cum aliqua ſibi ſubiecta,quia ob timorem impreſsionis non poteſt. ob id ſolet princeps permittere.l.vna.l.ſi quacunque præditus poteſtate.

Idem ſi velit mulier nubere ante annum luctus, ratione infamiæ vitãdæ ſolet hoc impetrare,ab Imperatore,vel Rege.l.Si qua mulier.C.ad Tertul.l.1. vbi Bald.de ſecundis nuptiis.

Idem ſi mulier velit impetrare nuptias ad retentionem prioris dignitatis,vt pote quia fuit nupta ſenatori:nunc vult nubere inferiori.l.ſi.ff.de ſena.prohibetur:tamen ne matrimoniũ contrahatur per reſcriptum ſubreptitium principis non debet aliquis impetrare nuptias à principe ſub deportationis pœna,& aliis poſitis in rub.C.ſi nuptiæ ex reſcripto petantur.imò tãtum eſt rapere puellam, quantum regis beneficio poſtulare.c.nullus.36.q.2.contra quoſdam nobiles,qui mulieres inuenire neſciũt,niſi principis literis, & præceptis habeant. hæ tamen leges matrimonium prohibentes de iure canonico, ſunt correctæ.cap.penult.& cap.vlt.de ſecũd.nupt quia matrimonia hodie regũtur iure poli,non iure fori. capit..Euphemium.2.quæſt.3. Feder.conſil.36.caſu

talis. Lucas de Penna in l.fi.col.4.C.de incol.lib.10. & abunde Felin.post alios in c.1.de sponsalib.

Super aliquo gradu.

Gradus in consanguinitate vel affinitate dicitur ad similitudinem scalarum, graduum, vel aliorum locorum, quia sicut de vno gradu in gradum ascendimus, vel descendimus: ita & per gradus consanguinitatis de vna persona in aliam. l. Iurisconsultus § gradus.ff.de gradib.& est habitudo personarum, quia cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duæ inter se personæ differãt. Ioan. Andr. in declara. arbo consangui.

Aduertendum est, quod quando in statutis, vel consuetudinibus fit mentio de gradu, vt in tertio, vel in quarto gradu, seu alio, tunc fiet computatio secundum ius ciuile: tum quia recta est computatio tum quod in matrimonijs tantum coputatio canonica discrepat à iure ciuili. l. fi. vbi Doct. C. de successio. edict. Bart. consil. 224. An fratres. Albertus Brunus in tract. de statutis exclu. art. 12. q. 21. Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 86. de testam.

Fallit quando cõsuetudo vel statutum aliter disponeret. Bald. in l. vlt. in fin. C. de successo. edict. Dec cons. 444. concurrit. col. 2. cons. 563. Domino. in fi.

Secundo fallit, quando primo fuisset mentio iuris canonici, vel ageretur de computatione gradus quoad matrimonium. Iason cons. 69 statutum, in 3. volu.

Consanguinitatis.

Consanguinitas est attinentia diuersarũ personarum ex eo prouenientes, quod descẽdit ab altera, vel ambæ ab eadem, teste Ioan. Andr. in decla. arbo. cõsanguinita. vbi plus addit, quod consanguinitas dicitur à con, & sanguine, quia i communi sanguine descendunt, vbi Præpos. & alij declarant.

Notandum est quod licet olim prohibitio esset vsque ad septimum gradum, quia homines id temporis viuebant, & septimum gradum videre poterãt hodie augescente malitia populi, diminuta est & ætas, & deuotio: vt quia difficile est peruenire & videre quartum gradum: ideo vsque ad quartum hodie gradum inclusiue prohibetur quis contrahere matrimonium cum consanguineo, vel consanguinea, vt cap. non debet. de consangui. vbi aliæ describuntur rationes.

Vel affinitatis.

Affinitas est personarũ proximitas, ex coitu proueniens inter copulatum & consanguineos copulatæ & inter copulatam & consanguineos copulati. teste Io. Andr. & Præpos. in declarara. arbo. affinita.

Aut aliàs prohibito.

Multis modis prohibetur à iure matrimonium, qui his versibus continentur:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo ligamen, honestas,
Si sis affinis, vel si coire nequibis.

Hic duo exprimũtur gradus prohibiti, videlicet consanguinitatis & affinitatis, addit gloss. tertium, videlicet publicæ honestatis, de quo infra.

Quartus est ratione erroris, vt si quis putet contrahere cum Katarina, & contrahat cum Berta, & sic error personæ vitiat. Idem in errore conditionis: si contrahat cum serua & putabat contrahere cum libera. hi errores impediunt matrimonium. Error verò qualitatis, vel fortunæ non impedit matrimonium: cap. 1. 29. quæst. 1. & super hoc impedimento nõ quæritur dispẽsatio, & habita ea nõ prodest, altera parte inuita: sed partis postea errantis cõsensus interueniens matrimonium facere potest.

Quintò conditio apposita in matrimonio: vt porte, si pater filiæ consenserit: si pater nolit consentire non valet matrimonium. c. super eo. de cõdit. apposit. fallit quando à conditione recessum fuerit: vt si permittat alium accipere. cap. per tuas. de conditi. apposit.

Item si non valeant sponsalia, non teneor sponsam accipere. cap. de illis. eodem titulo, de conditio. appositis, & melius esset non contrahere, quàm cõtrahere, & ex hoc contractu capere mulierẽ, & processus infinitos ad promissam pecuniam habendam habere. Si verò conditio fuerit contra substantiam matrimonij, vitiat contractum: secus si alias fuerit illicita, quia tunc habetur pro non apposita. cap. 1. & cap. vlt. de condit. appositis. Hippol. cons. 286. & in hoc casu non vidi dispensationem postulari.

Sexto votum solenne impedit ac dirimit matrimonium, vt votum professionis religionis: vel votũ emissum in suscipiendis ordinibus sacris. & cap. vno de voto. in 6. Si verò fuerit simplex votum, vt regulariter quodlibet aliud votum, tunc impedit matrimonium: sed non dirimit. cap. meminimus. & seq. qui clerici, vel vouent. & super hoc voto continentur, solet Papa ex causa dispensare. cap. veniẽs. d. tit. qui cler. vel vouentes. & sine causa dispensatus, nõ est tutus quoad d. glo. in cap. non est de voto.

Septimò cognatio impedit matrimonium. & intellige de carnali cognatione, id est consanguinitas impedit matrimonium, nisi super ea dispensetur, vt hic non solet Papa in secundo gradu dispensare, nisi cum Regibus & Principibus, ac cum magnis nobilibus: in aliis gradibus sic, sed habita compositione, siue contractum fuerit, siue contrahendũ, siue scienter, siue ignoranter, sed hoc casu non petitur tantum compositio.

Et miratur Staphileus in d. tract. de literis iustitiæ, quod Papa recipiat pro dispensatione compositionem: quia aut est iusta causa dispensandi, & tũc dispensare debet iuxta not. in ca. bonæ, in 2. de postula. prælat. & in l. 1. §. permittitur. de aqua quotidiana & æstiua. Et iusta causa est dispensandi in gradibus prohibitis etiam à iure diuino, ob bonum pacis & quietis inter principes & homines sibi subditos. c. 2. de despon. impuber. si verò non est causa, dispẽsationem reijcere debet. sed bene multi impetrarẽt dispẽsationẽ, qui timore pecuniarũ deterriti nõ audent: alioqui si gratis, daretur materia deliquẽdi cõtra l. conuenire. ff. de pact. dotal.

Secundò cognatio spiritualis impedit matrimonium ac dirimit, vt in titulo de cognatione spirituali. & ista contrahitur per baptismum & confirmationem. c. 1. & fi. de cogna. spirituali. in 6. Nota tamen, quod

quod ad prohibitionẽ fornicationis sacerdotis cũ muliere, cuius confessionem audiuit, omnes quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt baptismate suscepti. c. omnes. 30. quæst. 1. & in hac cognatiõe spirituali viginti sunt personæ prohibitæ, quas scribit Panorm. in c. Martinus. de cogna. spirituali. tam in baptismo quàm in confirmatione.

Prohibetur primo matrimonium inter baptizatum & baptizantem: inter baptizatum & filios baptizantis inter baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam: inter parentes baptizati & vxorem baptizantis prius cognitã: inter baptizantẽ & parentes baptizantis: inter leuatum & leuantẽ: inter leuatum & filios leuantis: inter leuatum & vxorem leuãtis prius cognitam: inter parẽtes leuati & vxorẽ leuantis prius cognitã: inter leuatũ & parentes leuati. & totidem sunt personæ in confirmatione. & super his difficilius Papa dispensat: & maior est compositio, quã super consanguinitate carnali vt sæpius vidi, in cognatione vero legali, vt in adoptione, mihi soror esse cœperit, quandiu durat adoptio inter me & ipsum, nuptiæ consistere non possunt. c. vno. de cognat. legali. & super hac non vidi impetrari dispẽsationes.

Octauò crimen incestus impedit matrimonium siue dispensationem: sed non dirimit iam contractũ c. transmissæ. de eo, qui cogno. cõsag. vxoris suæ. Et an episcopus possit dispensare, scribit Panor. in c. 1. de eo qui cognos. consang. vxoris suæ.

Item si quis machinatus fuerit in mortem mariti, postea, etiam non secuto effectu, non potest vllo modo contrahere cum vxore illius. c. 1. de diuort. & per totum, de eo, qui duxit in vxor. quam polluit per adulter. vbi quando adulter dat fidem adulteræ, viuente marito eius: vel fidem facto contraxit: aut machinatus est mortem in maritum, his casibus nõ dicunt valere matrimonium postea contractum. c. 1. & per totum. 31. q. 1. ideo opus est dispensatione, quę difficulter datur, nisi ignorantibus.

Idem in aliis criminibus. no. 33. quæst. 2. cap. hoc ipsum. §. de pœnitentibus. Idem si quis interfecerit vxorem, sine spe enim coniugij, sine dispensatione remanebit. c. interfectores. 33. q. 2.

Nono cultus disparitas, vt si Christianus cum Iudæa, vel Sarracena contrahat, c. 1. & cap. caue. 28. q. 1. & in hoc casu non solet Papa dispensare nisi infidelis ad Christianismum peruenerit, vt not. doct. in c. 1. de conuersio. infidel.

Decimò vis compulsiua impedit matrimoniũ. quia vbi est vis, non est consensus. cap. cum locum. de sponsal. Et matrimonia libera esse debent. cap. Gemma. de sponsalib. ob id metus qui potest cadere in constantem virum impedit matrimonium. c. veniens. 2. de sponsal. glo. in c. Abbas. de his quæ vi metúsve causa fiunt. Ias. in l. Titia. ff. de verb. obliga. c. de illis. 2. & ca. ex literis. de despons. impuberum. nisi postea cõsenserit carnali copula. ca. insuper. qui matr. accusare possunt. Et in hoc casu non dispensat Papa: sed consensus postea superueniens cõualidat matrimonium, vt prædixi.

Vndecimò ordo sacer impedit & dirimit matrimonium, per ca. 2. qui clerici vel vouentes. minor verò non, vt ibi. & ca. qui verò. & ca. seriatim, 32. dist. Si de facto contraxerit, dipensat Papa vt vxorem teneat, & in matrimonio de facto cõtracto solet Papa dispensare, quando ex separatione graue scãdalũ oriretur. ca. quia circa. de consang. Vel quando longo tempore in eo matrimonio perseueratum fuerit, & inde suscepta est proles. c. de gradibus. 35. q. 8. ca. non debet. de consang. & affinit. Roma. cons. 307. in casu.

Duodecimò ligamen. nam ligatus cum prima, non potest cum secunda contrahere. quia nõ potest quis duas vxores habere, etiam cum dispensatione. §. affinitatis. institut. de nupt. Imò efficitur quis infamis duas habens vxores. l. eum qui. C. ad leg. Iuliam de adult.

Imò si aliquis contraxerit sponsalia per verba de præsenti, vt est solitum fieri in ressortu senatus Tholosani, & in prouincia. & postea contrahat matrimonium, etiam in facie sanctæ matris ecclesię cum altera, & eam cognoscat: tamen primæ adhærere tenetur. c. si inter. de spons. c. 1. & per tot. de spons. duorũ.

Decimotertiò, honestas quæ vocatur iustitia publicæ honestatis: nã si frater meus contraxerit sponsalia etiam de futuro, cum aliqua, eo mortuo non potero, nec alius consanguineus vsque ad quartum gradum, cum ea contrahere. tum quia non est publicè honestum: tum quia prohibitum. Mathæi ca. 12. & c. ad audientiã. c. sponsam, de sponsal. c. accessit, & cap. duo. de sponsa. impuber. semper in coniunctionibus non solùm quid liceat cõsiderãdũ est: sed & quod honestum sit. l. semper. ff. de ritu nuptiarũ.

Etiã si sponsalia sint nulla, vt pote contracta inter consanguineos. dicto cap. ad audientiã. de spõsalibus. Secus si essent nulla ratione consensus. cap. vno, de sponsal. impub. in 6. & super hoc dispẽsat Papa: & bonum esset quod episcopi possent super hoc impedimento dispensare, imò quod tolleretur, vt dicunt Doctores in c. non debet. de consanguinita.

Decimoquartò, affinitas impedit matrimonium vt declaraui suprà, in verbo, affinitatis.

Decimoquintò, si non possit coire ratione frigiditatis naturalis, vel accidentalis: quia est castratus: aut ex defectu lanceæ, aut siccitatis membri, tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere. si sit arcta, impeditur matrimonium, & dirimitur iam cõtractum ca. tertio. ca. laudabilem. & ca. fraternitatis. & per totum, de frigid. & maleficia. & Hostiensis in §. fin. in summa huius tituli. & in his nulla postulatur, nec datur dispensatio.

Et casus in quibus sponsalia soluuntur, tradit gl. in c. si quippe. 27. q. 2. scribens hos versus:

Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis, & absens
Ab honestis lapsus, fideique remißio, prorsus
Sponsos dissociant, & vota futura retractant.

Ponatur clausula si mulier rapta nõ fuerit.

Et sic Papa quotiens dispensat super consanguinitate, vel affinitate, solet adiicere hanc clausulam, dummodo mulier rapta non fuerit: quia super hoc non intendit dispensare, nisi expresßim petatur dispensatio. nam de iure ciuili raptor non potest cõtrahere matrimonium cũ rapta. l. vna. C. de raptu virgi. tex. in auth. de raptis mulieribus. col. 9.

Secus est de iure canonico, cui statur per text. in c. penulti. & fi. de raptorib. tex. in c. tria. & c. denique 36. q. 2. requiritur tamen hoc casu voluntas parentū. de sententia. Barbat. consi. vlt. quæst. fin. in 2. volum. quod in præsentia non discutio: sed dum operæpretium fuerit.

Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.

Vult dicere, quod si raptor scienter contraxit cū rapta, & petatur dispensatio à Papa, tūc apponetur clausula in quinterno posita, vt separentur ratione delicti pro tempore, quousque ad arbitrium commissarij congruam egerint pœnitentiam, c. ex literis de eo, qui cogn. consan. vxori. & postea dispensetur cum illis, & facta dispensatione, omnes pœnæ legales cessabunt, vt videtur innuere gloss. in c. de puellis. 36. quæst. 2.

REGVLA LI.

Super defectu natalium.

Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium.

Notādum est quod Papa multipliciter cùm illegitimè natis dispensat vbique existentibus, primo ad ordines. c. 1. de filiis presbyt. in 6.

Aliquando ad beneficia, vt in ca. 2. illo titu. in 6. de fil. presbyt. siue maiora, siue minora sint beneficia, & ad officia ecclesiastica, & administrationes, & si dispēsauerit, vt possit retinere beneficia, personatus & dignitates cum cura, vel sine cura, etiā si ad ea quis per electionem assumatur, si non faciat de cathedrali ecclesia mentionem, nō veniet ecclesia cathedralis: nec ad beneficia illius censebitur dispensatus: sed ad beneficia ecclesiæ collegiatæ sic, propter honorē ecclesiæ cathedralis. c. Quāuis. de præb. in 6. Rota decis. 45. Nota quod secundum aliquos in antiq. & decis. 133. Nota, quod illi, &c. ibidem. De stilo tamen curiæ Romanę est ad vitandum opinionem Archid contrariam positam in ca. cui de non sacerdotali. de præbend. in 6. quando gratia datur ad largam, vt terminis practicantium Rom. vtar, vt dicatur expressim in ea, ꝙ possit acceptare canonicatum & præbēdam in cathedrali, vel collegiata ecclesia, quod est notandum, & superius scripsi.

Quod possint succedere bonis tēporalib⁹.

Et per hoc patet, quod Papa etiam dispensat cū illegitimo, vt possit succedere in bonis temporalibus: & hoc in terris ecclesię, vbi habet temporalem iurisdictionem. In terris verò Imperij nō solet legitimare quo ad temporalia. ca. per venerabilem, qui filij sint legitimi. quamuis ibi multę sint opiniones: ista tamen seruatur in forēsi iudicio quam tenuit Bartol. in l. qui in prouincia. ff. de ritu nuptiarum. & l. 1. C. de summa trinitate. quia dispensatio est iurisdictionis. ca. 2. de constitu. in 6. & ca. per venerabilem. qui filij sint legitimi. quam quis non excercet extra territorium. l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. c. fi. de constitut. in 6. & diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Et quia Papa non exercet iurisdictionem in subditos Imperatoris: nisi in casibus exceptis, & iste nō est exceptus. in c. licet. de foro competenti. nec vult mittere falcem in messem alienam, &c. vt testatur in cap. nouit. de iudiciis.

Item in regno Franciæ non legitimat, nec dispēsat Papa quo ad temporalia: sed solus Rex Franciæ teste Ioan. Feral. in præroga. Reg. 15. & in stilo Parlamen. in 4. parte. Aresto 251. & Ioan. Gall. in quæstionib. per Aresta. q. 156.

Nec sunt adulatores qui tenent regem Frāciæ in tēporalibus in suo regno legitimare: sed qui dicunt Imperatorem hoc posse, vt Albericus in suo dictionario, in verb. legitimari.

Intellige tamen quod Papa nō poterit dispensare directè super bonis temporalibus: si tamen super matrimonio disponeret, quod tales nati essent legitimi, tunc etiā extenderetur ad temporalia. ca. cum inhibitio. de clādest. despon. c. ex tenore. & ca. quod nobis. qui filij sint legiti. plenè Antho. de Rosellis, in tract. legitimatio. in lib. 2. nu. 16.

Ponatur clausula, quod non præiudicetur illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Et sic Papa per hanc clausulam non intēdit præiudicare illis ad quos successio bonorum peruenire debet, tam de iure, quam de consuetudine. Ex hoc patet, quod non sunt citandi in concessione istius dispensationis vel legitimationis consanguinei: cū illis non fiat præiudicium per istam regulam quamuis Bart. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. dicat, quod si petatur legitimatio post mortem patris, cum fiat illis præiudicium, citari debent: secus si ante mortem illius de cuius successione agitur. l. fi. ff. de natalib. restituend. l. nā ita diuus. de adopt. l. de vnoquoque. de re iudic. ff.

Hodie in hoc regno Franciæ ex communi vsu & consuetudine nunquam in concessione rescripti solet citari aduersarius contra quem rescriptū impetratur: sed in comprobatione, seu vt practici dicūt in interinatione fit citatio, & solet Rex in legitimatione ista describere verba, Nos dictum talem, &c. de copula prædicta genitū, ad honores seculares, actusque legitimos quoslibet, quo ad tēporalia, tenore præsentium legitimationis titulo decoramus: & huiusmodi genituræ maculam, quo ad præmissa penitus abolemus, cōcedentes eidē, & tenore præsentiū cū eo dispēsantes, vt ipse tanquā hæres legitimus succedere valeat, & succedat personis quibuscunque, si de ipsarum personarum processerit voluntate, in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, in quibus succederet de consuetudine, de iure aut aliàs quouis modo, si esset de legitimo matrimonio procreatus, in quibus tamen ius non est alteri vel aliis iam quæsitum, & ea tāquam legitimus valeat iure hæreditario, vel aliàs quouis modo vendicare vel ipsi retinere seu possidere, ac de ipsis disponere tanquam successor fieri hæres legitimus, nisi alius quam defectus huiusmodi nataliū repugnet prædicto defectui, quem per præsentes abolemus, &c. soluendo tamen nobis hac vice pensionem moderatam, quocirca, &c.

Sunt igitur quatuor notandæ clausulæ in hac legitimatione potissimæ, quarũ prima est, quod rex legitimat ad honores seculares: quia spurij ad honores admitti, nisi in defectum, non debent. l. vt gradatim. §.1.ff.de munerib.& honorib.

Et sic ad temporalia tantùm legitimatio ista fiet c.per venerabilem.qui filij sint legitimi:

Secũda clausula est, q̧ succedat illis personis, quæ consentiunt legitimationi, & quæ instuunt eum: secus contra illarum voluntatem.

Tertia clausula est, quod nonpoterit succedere si aliud repugnet, quàm defectus natalium, forte ingratitudo, seu alia causa: quia non est melioris conditionis, quàm filius naturalis, & legitimus. §. aliud quoque. in auth. vt cum de appellat. cogno. coll.8.

Quarta est, quod financia solui solet Regi semel tantùm: nisi princeps remiserit.

REGVLA LII.
Super defectu ætatis.

Item quòd per quamcunque signaturã, in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat: nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis concernat: vel aliàs nihil conferat, aut operetur, & si super defectu ætatis fit dispensatio huiusmodi de duobus duntaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos, vel alia informatione, quo ad idoneitatem personæ cui dicta dispensatio conceditur.

Aduertat summus Pontifex ne dispenset cũ istis pueris ad prælaturas, vel ecclesias parrochiales: quia dispensatio est contra ius naturale, vt quis regat & præsit, qui se regere nescit.

Item dispensatio tendere debet ad vtilitatem ecclesiæ, & illius ædificationem: sed cum istis tendit ad detractionem ecclesiæ & fidelium. c. eãte. de æta. & qualita. & istis non potest assignari aliqua iusta causa dispensandi. Ideo dispensans est domino infidelis, & est stultus & amens: & tamen prudens esse debet, vt est in Euangelio. fidelis seruus & prudens quem constituit dominus &c. Ego mallẽ, istos pueros perpetuo damnare carceri, quàm cũ illis ad ista dispensare. & ego mallem fodere vineam, quàm dare dispensationem minimam.

Item ad Timoth. ca.3. dicitur, oportet esse doctorem, ergo tempore quo accipit prælaturam: nec debet haberi consideratio, quod in futurum possit esse, sed quod sit tempore, quo eidem prouidetur.

REGVLA LIII.
Super defectu natalium ex nobilibus & graduatis.

Item voluit, quod super defectu nataliũ dentur graduatis, seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quatuor, etiã si canonicatus & præbẽdæ cathedraliũ, seu collegiatarũ ecclesiarũ, & per fiat vt petitur, quatuor si petãtur, dũmodo canonicatus & præbendæ cathedraliũ ecclesiarum, vel dignitates non existant.

Quæcunque duo beneficia in eadẽ ecclesia sunt incompatibilia: cap. literas. de concessio. præbend. & ideo per adeptionem præpositoræ vacat præbenda, quam quis in eadem ecclesia obtinebat, vt consuluit Signo. consil.112. Thema sic se habet. vbi concludit impetrari posse: quia accipienda secundum videtur ipso iure renunciare, primo. l. si filius. ff. de minoribus. l. illud. de acquir. hære. l. secũda, Cod. de iure dom. impet. vide in literis gratiæ fol. 44. & 49. & 70. & text. & docto. in clem. fi. de præb. glo. in cle. gratiæ. de resc. & c. gratia. illo tit. in 6.

REGVLA LIIII.
De incompatibilibus.

Item voluit, quod super obtinendis incõpatibilibus beneficiis in theologia magistris, & in iure canonico, vel ciuili doctoribus, & in aliis cũ rigore examinis, ac in eadem theologia licentiatis, aut baccha lauriis formatis, ac magnis nobilibus, per fiat, quinquennium, & addito, vt petitur, quoad vixerint, ad duo incompatibilia: aliis vero per fiat, biennium: & addito, vt petitur triennium, ad duo: dũmodo non sint duæ dignitates maiores post pontificales seu principales, aut duę parrochiales ecclesiæ, vel tales mixtim, cũ potestate permutandi, si petatur.

Regula est negatiua, quod nulli dispensatio concedatur, vt duas ecclesias parrochiales retineat simul nec duas dignitates maiores post pontificales in cathedralibus, seu principales in collegiatis.

Fallit quando ecclesiæ parrochiales essent contiguæ & propinquæ.

Sed quæ propinquitas requiritur? Respon. tanta, vt per vnum deseruiri possit ipsis duabus cõmode.

Secundò requiritur, quod illarum fructus nõ ascendant simul vltra viginti quatuor florenos auri de camera, secundum communem æstimationem.

Fallit secũdo, quãdo dispẽsaret pro nobilibus, vel magistris in theologia, vide in tracta. de literis gratiæ. fol.47.

REGVLA LV.
De obtinendis parrochialibus ecclesiis, vel dignitatibus principalibus.

Item voluit & ordinauit, quod per quãcunque signaturam deinceps faciendam, nulli cuiusuis dignitatis, status, gradus & conditionis fuerit, detur dispensatio quòd duas parrochiales ecclesias, vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus, seu principales in collegiatis ecclesiis, vel vnam cum reliqua earum insimul retinere valeat: nisi ipsæ ecclesiæ parrochiales adeo contiguæ & inuicem propinquę

propinquæ ſint, quod ipſis per vnũ cõmodè deſeruiri poſſit, illarumque fructus, &c. inſimul vltra vigintiquatuor florenos auri de camera, ſecundum communem ęſtimationem, non valeant annuatim: & de hoc in literis diſpenſationis huiuſmodi expreſſa mentio fiat: vel niſi ſuper obtinẽdis duabus ex huiuſmodi dignitatibus, vel parrochialibus eccleſiis in ſimul, pro magnis nobilibus, magiſtris, vel bacchalauriis in theologia formatis, vel doctoribus, ſeu licẽtiatis in altero iuriũ per verb. diſpenſamus & de ſpeciali ſignatura ſufficiens habeatur, & ſuper illis parrochialibus eccleſiis, huiuſmodi ſignatura de parrochialibus mentio fiat, & ſimiliter in diſpenſationum ad incompatabilia prorogationibus obſeruetur.

Non ſeruatur in Francia, quia eſt burſalis.

Item non procedit hæc regula in caſu mixto videlicet, quando prouiſio à Papa facta eſſet, & in ea diſpenſatio, quia hæc regula loquens in ſimplici, non trahetur ad mixtum, per tex. in l.2. ff. de verbo. obliga. & ita expreſsè fuit deciſum in Rota, vt refert Caſſado in deciſionib. ſuper reg. cancellatiæ, deciſ. 35. verùm prouiſio.

Secundo diſpenſatus per ſolam ſignaturam non efficit inhabilis, iuxta extrauag. execrabilis, de pręb. in extrauag. Ioan. 22. & hoc etiam tenuit Caſſado. in deciſ. 36. Diſpenſatus ibidem.

REGVLA LVI.

Vt nulli ſuffragetur diſpenſatio, niſi literis confectis.

Item cùm conceſſiones ſuper gratiis diſpenſationum quarumcunque qubuſuis per ipſum dominum noſtrum conceſſarũ vel concedendarum per regulas cencellariæ Apoſtolicæ ſint prouidè limitatæ, licet aliquando in petitionibus ſuper huiuſmodi conceſſionibus oblatis multa ſint petita: ne quis talium conceſsionum prætextu id diſpenſatiuè tenere, aut facere præſumat, ad quod conceſsiones huiuſmodi ſe non extendunt, voluit idem dominus noſter quod nulla talis diſpenſatio cuiquam ſuffragetur, antequam ſuper ea literæ Apoſtolicæ ſint confectæ.

De iure quicunque habens eccleſiam parrochialem tenetur promoueri intra annum, aliàs vacat ipſo iure eccleſia illa, & poteſt per non promotionem impetrari c. licet canon de elect. in 6. ideo petitur diſpenſatio, vt hic in tract. de literis gratiæ, folio. 47. & folio 71.

Poterit tamen ea permutari in fine anni, cum nõ vacet niſi toto anno elapſo. c. commiſſa. de elect. in 6. Rota deciſ. 187. in antiq. Oldra conſ. 203. factum tale eſt. collata. q. 1. Roch. Curtius in tract. iuriſpa. in verb. honorificum. q. 30.

Et is cum quo permutatur, tenetur etiã intra annum promoueri. Rota deciſ. 108. Nota, ꝙ vbi, in antiq. Non habet locum in præpoſitis eccleſiæ regularis canonicorum. Fede. conſil. 85. Item non procedit in eccleſiis curatis, quæ ſunt dignitates. Fede. conſil. 86. Caſus, & c. Prior. Et ſic non habet locum in decanatibus vel archidiaconatibus. Dom. cõſ. 131. Quoniam. & conſil. ſeq.

Item non procedit, quando eccleſia parrochialis eſſet præbendæ vnita, vel alteri beneficio ſimplici. cap. ſuper eo. de præbend. in 6. Nicol. Mil. in verb. curatum. in vlt. q.

Idem ſi non habeat curam fori pœnitentialis: ſed ſolum fori contentioſi. Card. in Cle. vna, q. 2. de offic. vicar. Idem ſi duo, vel plures in parrochiali eccleſia deputentur. Oldra. conſ. 67. vide c. ſicut vna. ibi, ſed vnum tantum, dummodo ſacerdotem. 21. q. 2.

Idẽ quando nulli ſunt parrochiani. Gloſ. & doct. in d. c. licet canon. & Io de Selua in tract. de benefic. in part. 3. q. 42. Ioã. Staphil. in tract. de literis gratiæ, in 2. parte, fol. 46. quia ſi non habeat curam actu, ceſſat ratio d. c. licet canon. vt ſcribunt Anchar. & alij per illum textũ, in Clem. vnica, de offic. vicar. col. 1.

Item poteſt eam permutare in fine anni. cap. cõmiſſa. de elect. in 6. Rota deciſ. 187. in antiq. Oldrad. conſ. 203. factum tale eſt, collata. q. 1. Rochus in tract. iuriſpatronatus, in verbo, honorificum. q. 30. Et is, cum quo permutatur, tenetur intra aliũ annum etiã promoueri. Rota. deciſ. 108. Nota ꝙ vbi, in antiquis Itẽ annus cõputatur à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis, & non concurrit quandiu eſt litigioſa parrochialis eccleſia c. commiſſa. de elect. in 6.

Idẽ ſi iuſto impedimento detentus, nõ potuit promoueri. d. c. commiſſa. Idem ſi pater, vel patruus, ſeu auunculus retinuerit bullas ſui filij, vel nepotis: quia cum ignoret, non priuatur, niſi à die quo ſciuit Dom. in dict. cap. commiſſa. Io. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 52. in fin. Intelligo, ſiue is, qui reſignat, remanſerit in poſſeſſione per annum, ſeruiente reſignatario, cui commiſſa eſt & credita cura & rector dicitur. nam quia per eum ſtat quo minus poſſeſſionẽ adipiſcatur, dicerẽ vacare, ꝙ eſt notãdũ.

Item diſpenſatus ad obtinendum parrochialẽ, tenebitur promoueri in 18. anno ad ſubdiaconatũ, in 20. ad diaconatum. aliàs vacat beneficium per non promotionem. Anchar. conſ. 293. vltra alia. contrarium fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boer. in deciſ. Burdeg. q. 119. An poſſit renunciare poſt annũ, vide glo. in c. niſi. de renuncia. Ancha. conſ. 162.

Item non habet locum in epiſcopatibus & abbatiis: quia in his non inuenio hoc ſtatutum fuiſſe, cũ in iſtis expreſſa requiritur mentio. gloſ. ſingul. in c. 2. de præben. in 6. quod factum non eſt: ſed tantũ de parrochialibus eccleſiis. Et licet in Cle. ne in agro. §. cæterum. & ſeq. loquatur de prioratu cõuentuali, tamen non loquitur de abbatia. Ideo in ea non habebit locum iſte text. tum quod odioſum eſt capitul. licet canon. ideo reſtringendum. c. ſtatutum. de elect. in 6. regul. odia, de regul. iur. in 6. Adhæc per

adeptionem beneficij non vacat episcopatus. c.cum nostris. de concess. præb. sic nec abbatia.ob idetiam vacabit per nō non promotionē.Imò in episcopatu est decisum nō posse vacare sine authoritate superioris. c. quanto. de translatione episc. c. nisi cum pridem. de renunciat. Ideo iura antiqua remanebunt incorrecta in his,nempe cap.cum in cunctis.§.inferiora. de elect.vbi abbatię cōprehentuntur,teste Pano.Et ideo ibi potest priuari,si monitus nō promoueretur,& sic in episcopatibus &abbatiis requiritur monitio antequam vacent per non promotionem.

Item non habet locum in ecclesia,quam succursum vocant, quæ fundata est propter vtilitatē parrochianorum longè distantium ab ecclesia matrice. c.ad audientiā,1.de eccles.ædific. quia hæc ecclesia dicitur beneficium simplex,vt docet Decius in cap. ex parte S.not.1.de rescrip.qui allegat. Panor. in c. recolentes.in fi.de statu monach.

REGVLA LX.

De indulgentijs.

David Psal.72.ait,Existimabam vt cognoscerē, videlicet istam materiam per humanam inuestigationem,& per legem:sed hoc est labor ante me,donec intrem in sanctuarium Dei, id est, in sacram, scripturam,quæ Dicitur sacrarium,& Dei sanctuariū,in quo recondita sunt omnia sacra gesta. Et si hæc materia nō potest intelligi donec intremus sanctuarium,& per sacram scripturam intelligetur.Dicit Flor.in 1.parte,tit.10.c.3.De indulgētiis nihil habemus expresse in sacra scriptura,quāuis inducatur illud Apost.2.ad Corin.2.Sed si quid donaui vobis propter vos in persona Christi &c.

Quas non possunt concedere inferiores episcopis,etiam si sint abbates.cap.accedentibus.de excessib.prælat.possunt tamen concedere participatione bonorum operum,quæ fiunt per subditos suos quibuscunqe in gratia constitutis:dum tamē ratio aliqua moueat eos,& causa,aliàs non Episcopi nō possunt dare vltra 40.dies.cap.cum ex eo. de pœniten. & remiss. nisi in dedicatione ecclesiæ, annun. ibidē & cap.nostro,illo titulo.

Quot requiruntur ad indulgentiam consequendam?Respon.Primò ex parte concedentis requiritur auctoritas & potestas,quæ principaliter residet in summo pontifice.gloss.in extrauangant.1.de pœniten.& remiss.in communibus:& hæc potestas pendet à claue iurisdictionis & dignitatis,non ordinis.

Secūdo requiritur quod concedat subditis, alioqui non lucrabuntur,nisi episcopus concedat eis facultatem,quòd possint vti indulgentia aliorum prælatorum.Inn.in c.quod ante.de pœnit.& remiss. Potest etiam episcopus ex iusta causa concedere vt indulgentia prosit etiam venientibus ex aliena diœcesi.Angel.de Clauas.in summa Angel.in verbo indulgentia.§.11.

Tertio requiritur vt concedens habeaturisdictionem episcopalem,seu dignitatis episcopalis, vt suprà dictum est:quia sententia lata à non suo iudice non tenet. cap.at si clerici.de iudic.l.extra territorium.ff.de iurisdict.omnium iudicum.

Quinto requiritur quòd concedens sit in communione saltem præsumpta, sanctæ matris ecclesiæ,videlicet,q. non sit hæreticus vel excommunicatus.c.audiuimus.24 q.1.c.verbum.de pœnit.distin.1. quia qui non potest ligare vel absoluere,non potest indulgentias concedere.Not.in c. quod autē.de pœnit.& remiss.Calde.in cap.nostro,de pœn. & remiss.

Sexto quod concedens non excedat metas potestatis.c.cum ex eo.& cap.seq.de pœnit.& remiss.

In recipiente requiritur idoneitas.Nam actus agentium(secundum Philosophum)sunt in patiente bene dispositio.Primo requiritur quòd sit fidelis:qa thesaurus ecclesiæ non applicatur nisi ei qui est mēbrum ecclesiæ.c.nihil.11.q.3.c.si quis à catholica. 23. q.4.remanente culpa,non remittitur pœna.

Secundo requiritur quod sit subditus.dict.c. nostro. Cald.summ.Angelic. in verbo indulgentia. §. 19.Item requiritur implementū actus, propter quē indulgentiæ concedūtur,aliàs non valent.Thom.in 4.sent.distin.20.Nec obstat quòd Deus respiciat bonam voluntatem.quia verum est quantum ad augmentum gloriæ,sed non quoad accidentia,sicut est remissio pœnæ:valet tamen per accidens talis bona voluntas:quia inquantum auget gratias,per consequens & contritionem:& ita operatur ad remissionem pœnæ.summ.Angel.in verb.indulgentia.q.20.

Tertio requiritur quòd sit contritus.cap. legatur. 24.q.2.& confessus ex proposito:quia non oportet quod de facto confiteatur, & in Pascha postea vt ait Petrus de Pal.in 4.sent.dist.20.quem refert Floren. rub.de indulg.Cōmunis opinio repugnat,quia ex verbis apparet,quòd quis debet cōfiteri.Pan. in c.Omnis.& Io.And.in c.quod autem.de pœnit.& remis.Card.in Cle.vna.de reliq.& vener.sanctorum.

Quarto requiritur idoneitas fidei,videlicet,vt is qui vult lucrari indulgentias credat tantam potestatem esse apud ecclesiam:& licet non habeamus manifesta testimonia,tamen non est credendum ecclesiam errare.Henric.Boic.in c.quod autem,de pœnit & remis.

At quibus ex causis indulgentiæ cōcedēdæ sunt Respond.principaliter ratione honoris Dei. Debet enim Deus ex hoc honorari,quod potest fieri multis modis.Primodum dantur pro opere construendo vbi missæ nunc fusius celebrantur, & maiores orationes fiunt,& ideo magnificabitur Deus: & recte datur visitantibus ecclesias,existentibus in prædicationibus.Angel.in verbo,indulgentia,§.13.Item ab exaltationem fidei glo.in d.extrauag.& not.in c. ad liberandū, de Iudæis.Item quòd concedens intēdat animas fidelium prouocare ad regnum cælorū.

Quādo debent concedi?Respon.quando est vtile vel necessariū.Primo,quando est vtile ad augendā fidē,vt ex causis supradictis:vel necessariū, vt pote quia Turca aliàs inuaderet nos,vt nūc erat,tūc indulgentiæ concedendæ sunt glo.in d. extrauag. Itē vtilitas in opere:videlicet vt opus quod imponitur pro indulgentia obtinēda,sit vtile & ordinabile ad honorem Dei,& fidei exaltationem. Necattēditur in indulgētiis meritū:aliàs nō diceretur indulgētia, sed genus operis. dict.c.quod autē.de pœn.& remiss. Item requiritur congruitas temporis,vt in anno Iubileo.Nā dicit Paul.Ecce nunc tempus acceptabile.

Item

Item causa rationabilis. Nam dicitur fidelis & prudens, &c. & ideo dispensatio talis thesauri non debet fieri nisi in illis casibus, in quibus verisimiliter apparet quòd Dominus, cuius sunt huiusmodi bona consentiret, vt potestas ratione restringatur. c. illa. 11. q. 3. nec debet esse austerus, postquam dominus est liberalis. c. alligant. 26. q. 7.

Vtrum indulgentiæ pro temporalibus dari possint? Respond. non. nisi pro temporalibus ad spiritualia ordinatis, secundum Bonauenturam, quē refert Angelus de Clauas. in summa Angel. in verb. indulgentia. §. 14. Pro spiritualibus potest dari, vt dedit Innocentius 4. Pro orantibus pro Rege Franciæ. in prœmio. prag. & prædicantibus. Angel. & Syuester in verbo indulgentia.

Pœnitentia generaliter accipitur pro displicentia rei, vel actus gesti: vt si pœniteat fecisse procuratorem, reuocare quis eum poterit ante litem contestatam. l. ante litē. ff. de procurat. c. 1. & 2. de procurat. in 6. Felin. in c. ex parte decani, de rescrip. Et ista pœnitentia interdum accidit in contractibus innominatis, l. si pecuniam. ff. de condit. caus. data. aliquādo in contractibus nominatis, in quibus regulariter non admittitur pœnitētia, l. sicut. C. de act. & oblig. Bald. consi. 482. magnifici. in 1. vol. & §. porro col. 3. Quæ fuit prima causa benefic. amitti. quando gratia vtriusque inita sunt: secus si gratia vnius tantū, gloss. in l. qui ea mente. ff. de furt. Fallit in societate. Bald. consi. 169. in primis. in 3. vol. per l. actione, §. diximus. ff. pro socio. In trāsactione an habeat locum vide text. & not. in l. penult. ff. de transact. & l. quamuis. C. illo tit. In vltimis voluntatibus dic esse licitā cum voluntas it ante ambulatoria vsque ad mortē, l. 4. ff. de adimend. legat. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. glo. in verb. non valet. in cap. cùm Marthæ, de celebrat. missarum.

Quid in delictis, scribitur in d. l. qui ea mente, ff. de furt. gloss. in §. Sciat enim. & in verbo, non emendantes. in authentica, vt iudices sine quoquo suffra. In iudiciis an recipiatur, legitur in l. si conuenerit, ff. de iurisdict. om. iudic. in c. 1. de iudic. Sed cum hęc nō sit pręsentis speculationis, ad alterā me trāsfero.

Alia est pœnitentia, quæ dicitur sacramentalis, de qua hic scribitur: & hæc diffinitur per D. Augustinum in lib. de pœnitentia, sic Pœnitentia est quædā dolentis vindicta. Id est quædam assignatio pœnitentiæ, puniens in se quod dolet commisisse. cap. pœnitentia, de pœnit. dist. 3. Vnde est secundum Gregorium & Ambrosium, mala præterita plangere & plāgenda iterum non committere. cap. 1. de pœnit. dist. 3. & cap. pœnitentiam. ibidem.

Multiplex autem est pœnitentia. Quædam enim est solennis, altera publica, alia priuata. Præpos. in c. quamuis 50. distin. & colligitur ex rubr. de Pœnitē. & remiss. quæ rubrica loquitur in plurali numero.

Solennis est illa quæ solenniter imponitur ab episcopo cum presbyteris, qui culpæ modum nouerunt, pro crimine grauissimo, quod totam commouit vrbem, secundum formam cap. in capite 50. dist. cap. vlt. 26. q. 6. vbi Archid. dicit hanc pœnitentiam cogi quem subire per excommunicationem, ratione scandali: quod intulit tamen nō esse facile imponendam iuuenibus vel decrepitis. cap. pœnitētes. 50. dist. Et hæc pœnitentia non est interanda ob reuerētiam sacramenti: & ne facientes hanc pœnitentiam committant similia delicta, arbitrantes hāc esse pœnitentiam. cap. confirmandum, & seq. 50. distin. & c. reperiuntur, de pœnitent. dist. 3. Vbi probatur, quòd si iterum idem committeretur delictum, vel simile per istum pœnitentem, posset alio genere pœnitentiæ recipi: nec posset dici Deo, Cur iterum illi parcis? Nam ecclesia nemini claudit gremium, qui ad eam redeat. Ista pœnitentia non imponitur clericis. cap. alienum. & seq. 50. dist. gloss. in cap. 1. de pœnit. & remiss. Quod si aliquis egerit hanc penitentiā solennem, non potest amplius promoueri, tum ratione scandali vitandi, tum ratione dignitatis ordinum & ob timorem reincidentiæ. Præposit. in ca. placuit. per illum text. 50. dist. cap. hoc ipsum. §. de pœnitentibus. & ca. de his, 33. q. 2. glo. & doct. in c. si quis præpostera. ead. dist. 50.

Publica pœnitentia est, quam quis publicè facere debet, vt eum iniungitur peregrinatio ad limina Apostolorum, ad sanctum Iacobum, vel ad nostrā dominam de Laureto. Et hæc imponitur quando peccatum est publicum, sed non scandalosum. c. 1. c. quæsitum. vbi Panor. & cap. fin. infra eod. Et publicè peccantem publicè arguere debemus. c. sed illud 45. dist. Pro occulto tamen peccato potest imponi pœnitentia publica, & solennis, si pœnitēs velit aliàs secus. Archid. in c. fi. 26. q. 6.

Et istam potest quilibet sacerdos imponere, & fit sine solennitate: solennis non, nisi per episcopum vel à suo pœnitentiario. Præpos. in cap. pœnitentes. 50. dist. Imo prædicatores vel minores, quibus commissa est ab episcopo audiendi cōfessionem auctoritas, non possunt has pœnitentias solennes sine speciali mandato imponere: sed ad episcopum remittere debent, nisi esset consuetudo in contrarium. Archid. in c. fin. 26 q. 6. Tamen hodie non imponuntur, nisi pro pueris oppressis. Collect. in c. quæsitum in fin. infrà eodem.

Priuata pœnitentia est illa, quæ priuatim à sacerdote imponitur confitenti. Et ista quandoque est imperfecta: vt quando quis confitetur & dolet commisisse peccata: tamen non habet propositum abstinendi: & huic non debet dari corpus Christi, cum nō debeat offerri nisi verè pœnitētibus. c. quod quidam. infra eodem, de pœniten. & remissionib.

Perfecta est illa, quæ fit cum illis in confessione requisitis, & cum proposito abstinendi se à peccato. Nam licet sequatur contrarium, tamen illa pœnitētia erit perfecta, teste magistro, sententiarum, in 4. dist. 14. & requiritur cordis contritio, oris cōfessio, & operis satisfactio. c. perfecta. de pœn. dist. 1. sicut Deum tripliciter offendimus nempe delectatione cogitationis, impudentia locutionis, & superbia operationis: ita & tripliciter satisfacere opus est: nempe corde, ore & opere. Et istæ pœnitentiæ hodie sunt arbitrariæ. c. Deus qui. infra eodem. c. mensuram. vbi glo. de pœnit. dist. 1. c. tempora, 26. q. 7. Eckius in lib. de sacramentis, homilia 41. de confessione.

Aduertendum est, quòd de indulgentiis nihil expressè habemus in sacra scriptura, quāuis inducātur, & certum

& certum sit Gregorium imposuisse indulgentias septennes in stationibus Romę: quia tamen ecclesia hoc facit, & seruat, non est credendum quòd erret. Flor. in 1. parte summæ, tit. de decimis. c. 3. de indulgentiis. Tamen dicit S. Ambrosius in c. Ille rex, circa fi. de pœnit. dist. 3. quòd peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam baptismi, quia sine omni pœna sunt dona baptismi. c. sine pœnitentia. de consec. dist. 4. Donari enim dicitur, quod nullo cogente conceditur. Regula, donari. ff. de reg. iur. Deletur per sanguinem, id est per passionem Christi, & per has indulgentias, quæ habent effectum ex passione Christi. Tegitur per charitatem, hoc est, per satisfactionem pœnitentialem, & alia bona opera. c. ius potestatis. in fi. de pœnit. distin. 1. Qui agit pœnitentiam, non solum diluere peccatum lachrymis debet, sed etiam emendationibus operire & tegere delicta superiora, vt non imputetur ei peccatum.

Præmittendum est quòd ecclesia militans est vnum corpus mysticum: & dicitur vna sponsa vni sponso Iesu Christo despōsata. c. debitum. de biga. Et sicut in vno corpore multa sunt membra, ita & in hac ecclesia. c. cum singula. de præben. in 6. Et D. Paulus dicit, vnum sumus in Christo, & est vnum caput & membra. Caput Papa est membra nos omnes sumus. Ideo non licet membris à capite discedere. c. cum non liceat. de præscript.

Item quamuis omnes Apostoli æqualiter ligandi & soluendi potestatem acceperint à Christo dicente, Accipite Spiritum sanctum, & quorum remiseritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta sunt. Ioan. 20. Petrus tamen maiorem potestatem in iurisdictione recepit. Matthæi 16. cap. vbi iurisdictionem dat remittendi in cœlis. aliis verò in cœlo. in cap. 18.

Item ei dixit, Tu vocaberis Cephas, id est, caput. Et alibi ait, confirma fratres tuos. & post etiam dixit, Pasce oues meas. Et sic patet, omnes Apostolos claues habuisse ordinis. Præposit. in c. Ita dominus. col. pen. 19. dist. vt confitētibus peccata eis remitterent, sed non per modum iurisdictionis, vt de thesauro ecclesiæ impartiri possent, sicut Papa, qui claues huius thesauri habet, & indulgentibus impartiri potest, Apostolo 1. ad Cor. c. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. & c. 9. Dispensatio mihi credita est &c. Alioqui nihil prodesset, si his relinqueretur. Et Papa dedit aliis prælatis limitatiuè distribuendi facultatem vt homo. c. cum ex eo. infrà eodem.

Præterea præmittendum est, quòd peccatū meretur mortem æternam; & ex peccato duo oriuntur, pœna scilicet & culpa. Pœna est externa, si aliquis in peccato moriatur. Si tamen confiteatur, illa pœna commutatur in temporalem. c. Porro. & c. si peccatum. de pœnit. dist. 1. & istam oportet facere hic, vel in purgatorio. c. qualis. 25. dist. c. fi. de pœnit. dist. 7. nisi Papa per suas indulgentias commutet, quod potest facere interdum plenarie remittendo, vt cruce signatis. c. ad liberandum. de Iudæis. vbi Card. col. pen. vult tex. Iubilei. & in extraua. 1. de pœniten. & remiss. in communibus. Interdum ad tempus, quando dat centum vel mille dies indulgentiarum: vt in stationibus Romanis.

Secundo ex peccato oritur culpa, quæ in anima peccatoris generatur peccādo mortaliter, & diuertendo à creatore propter creaturam: & ista culpa nō potest remitti nisi à solo Deo. c. verbum. de pœni. dist. 1. & Esaiæ. c. 43. Ego solus deleo iniquitates. Indistincte ergo dicuntur indulgentiæ, quæ à pœna & culpa dantur. Clem. 2. de pœnit. & remiss.

Tertio aduertendum est, quòd quamuis hæretici voluerint sustinere quòd ex sola contritione peccatum deletur, per illam authoritatem. Quacūque hora ingemuerit peccator &c. tamen ecclesia tenet & nos tenebimus adhuc pœnam remanere: quod sic probatur: Adam, quamuis sui peccati pœnituisset, tamen adhuc pœna remanet, & pœnitētia opus est, vt habetur lib. Numer. c. 12. Maria soror Moysi, quæ murmurauit contra fratrem, & sic peccauerat, tamen adhuc leprosa remansit septem dies. Et fratres Ioseph, quamuis pœniterent dicentes, Meritò patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Gen. 42. tamen adhuc pœna illis remansit. Leuit. cap. 5. Anima quæ iurauerit & protulerit labiis suis, vt vel male quid faceret, vel bene, & non fecerit, & idipsum sermone firmauerit oblita, postea intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnum siue capram, orabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Ecce, quòd non sufficit ingemiscere, sed oportet offerre agnum, quod est pro peccatis satisfacere. Et Zacharias, quamuis incredulitatis pœnituisset, quia angelo credere noluit, adhuc tamen mutus remāsit vsque ad filij natiuitatem Lucæ 1. Et D. Paulus pœnam tulit post conuersionem, quia datus erat ei angelus Satanæ qui eum colaphisabat. Rofensis art. 21. de indulgentiis. Dauid etiam, licet peccatum ei esset remissum, lauabat per singulas noctes lectū suū lachrymis. Alioqui sequeretur quòd melioris conditionis esset ille qui perseuerasset in magnis peccatis per totam vitam, quàm religiosus, sanctus, vel alius, qui semper pœnitentiam in vita egisset, cōtra ea quæ dicit Augu. in c. si quis. de pœnit. dist. 7.

Quarto hæ indulgentiæ extrahuntur ex merito passionis, quod fuit largius ac abundantius quàm peccatum primi parentis. Nam vna gutta sanguinis sufficiebat ad mundum, immò plures mundos redimendum. Et sic hoc reponitur in thesauro, vt Papa, qui est dispensator, egentibus distribuat. & 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris autem tantum, sed totius mundi: & sic cum pro toto mundo satisfecerit, & tamen pro paucis executiuè tantùm prosit, nempe Christianis, ob id infinitus thesaurus superest illarum satisfactionum Christi. Eliciuntur & ex merito beatæ virginis, quę non peccauit: tamen multas ærumnas, & mala perpessa est, quæ non erant ad saluationem necessaria: ob id merita superabundantia in thesauro ecclesiæ remanent. Item Iob ait, pœnam suam excedere culpam. Iob. 6. c. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. In superabundantia passionum consistit superabun-

dantia satisfactionum. Idem de meritis Apostolorũ, quibus ad saluationem sufficiebat seruare mandata Dei. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata: & tamen seruauerunt nedũ mandata, sed etiam cõsilia, quæ non erant ad vitam æternam necessaria: & plura passi sunt quàm peccata eorũ meruerint, ac martyres & alij sancti. Vnde ex illorum meritis ecclesia capit, & indulget aliquibus indigentibus, & ipsi lætantur, cùm sint causa tantorum bonorum. Nã gaudium est in cœlis super vno peccatore pœnitentiã agente. Et sic isti sancti plus satisfecerunt, quàm meruerunt: non tamen plus meruerunt quàm acceperunt: & sic animo merendi tam ipsis quàm aliis sustinuerũt plus quàm debuerint, vt ait Paulus Colos. 1. Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, testẽ Florent. de indulgentiis. §. 1. Vnde meritum passionis Christi, virginis Mariæ, Apostolorũ, Martyrum iunguntur, & ex his indulgentiæ aliquando plenariæ indigentibus dantur, aliquando temporales, teste Rofensi in rubr. de indulg. art. 17. Et sic indulgentiæ remittunt obligationem dumtaxat: quia peccator ad satisfactionem & ad iniũctam pœnitẽtiam tenebatur, ita vt amplius ad eam pœnam non teneatur, nec sit obligatus: potest tamen complere pœnitentiam si velit.

Indulgentia multis modis sumitur, sed quantum attinet ad hanc materiam, est remissio pœnæ temporalis, quæ pro peccatis debetur, à Papa, vel alio potestatem habente cõcessa, teste Bolog. in suo tractatu de indulg. in princ. Pœnæ, dicit, ob id, quia sicut per baptismum omnis pœna quæ pro peccatis debetur, relaxatur merito passionis Christi, cap. paruulo. de consecr. dist. 4. Gl. super Exod. 14. super illo vers. Vnus ex eis non remansit, dicit omnia peccata esse ablata in baptismo, diabolica potestate submersa. Paul. ad Titũ 4. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti, quem effudit in nobis abunde. Ista pœna temporalis peccatorum commissorum per baptismum, per indulgentias, vt voluit Bona. dist. 19. 3.

Postea dicit, à Papa, quia claues Petro & his, qui in locum eius successerunt, datæ à Domino nostro Iesu Christo, dicendo Matth. 16. c. & cap. manet. & c. quodcunque. 22. q. 1. potestas relaxandi data est eis sine vlla exceptione. c. Deus qui. de pœnit. dist. 1. Ergo istas claues Papa accipit, & aperit, quando hoc videt faciendum. In his enim plenitudinem habet potestatis, vt in hoc cap. dicitur.

Dicit, vel ab alio, quia quilibet Cardinalis, archiepiscopus, vel episcopus potest in die dedicationis ecclesiæ annum indulgentiarum concedere in eorum episcopatibus: & legati in suis prouinciis. Aliis verò diebus non possunt vltra 40. dies concedere, vt in hoc: in quo rationes describuntur, ne videlicet claues ecclesiæ ob immensas indulgentias contẽnantur, & ne pœnitentialis satisfactio eneruetur, & vt plenitudo Papæ potestatis recognoscatur, & in honore summo remaneat.

Alij verò inferiores nullas indulgentias possunt concedere, nisi hoc habeant ex speciali priuilegio. c. accedentibus. vbi gl. de excess. præl. quia sacerdotes simplices non habent claues cum iurisdictione, nec authoritatẽ impartiendi thesaurum. Oldr. cons. 73. Quæritur. Poterit tamen Capitulum, sede vacãte, indulgentias concedere, cum succedat in omnibus, quæ sunt iurisdictionis. c. his, qui. de maiorit. quod est verum, creando vicarium, qui nomine Capituli hoc faciat, teste Ioan. Francisco in tract. de offi. & potestate Capit. sede vacante, in 1. part. q. 4. licet Ludo. Bolog. in suo trac. de indulgent. nu. 14. teneat simpliciter Capitulum indulgẽtias cõcedere posse.

Dictum c. cum ex eo, alij habent, c. cum ex ore. extra de pœnit. & remiss. diuiditur autem in 4. partes, In prima prohibet quæstoribus aliqua dicere, nisi id quod est in literis eorum expressum. In secũda parte est forma secundum quam solent concedi indulgentię. In tertia ponit quales debeant esse quęstores. In quarta pręstituit archiepiscopis & episcopis numerum certum concedendi indulgentias, vt in dedicationibus ecclesiæ vnum annum concedere possint piis actibus quadraginta dies. Quæstores autem decipientes per indulgentias puniri debent. Cle. 2. eod. tit. Sed an valeant indulgentię, si quęstor falsò asserat indulgentias datas, licet non sint? Resp. quòd non, per Clem. abusionibus. nec satisfaciendo isti falso quæstori, non consequitur quis liberationẽ. arg. l. 1. §. fi. ff. de suspect. tuto. & C. de fur. l. falsus.

Item in spiritualibus non est opinio, sed veritas, quæ est maioris potẽtiæ & virtutis. c. loci. §. his ita. 35. q. 9. Plene Oldradus cons. 76. quæritur. & Ancharanus in c. quod autẽ. in fi. sup. eo. Et si in indulgentiis simpliciter dicatur vere pœnitẽtibus & cõfessis, sufficit quòd sit contritus, & cum spe confitendi tẽpore à iure præstituto, vt tenent doct. in c. omnis. de pœnit. & remiss. & Gerson in suo opusculo de indulgentiis. in 3. consideratione. Nam fauorabilior est interpretatio, quia fieri debet in indulgentiis. gl. in clem. vna. de reliq. & vener. sanct.

Præterea quatuor requiruntur in his indulgentiis, ad hoc vt valeant. Primò potestas ligãdi & soluendi, siue auctoritas concedendi. Lucæ 12. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super, &c. Vnde non prosunt indulgentiæ, nisi proprij iudices eas concesserint, & sic tantum prosunt. c. quod autẽ. de pœnit. & remis. Et requiritur in concedẽte etiã voluntas sincera & sancta, vt concedat non per pecuniam, vel lucrum temporale, sed ad bonum finem: & hoc probat hic text. ibi, indiscretus, &c. Et ideo Papa licet tantas quantas velit, concedere possit, tamen hoc intelligi debet ex iusta causa: quia est dispensator fidelis & prudens, qui cibum dare debet in tempore. Et ista concessio est dispensatio. c. etsi illa. 1. q. 7. quæ sine causa non datur. Et sic in cõcedẽte requiritur quòd sit promotus in Papam vel episcopum. Secũdò quòd sit superior illorum, quibus concedit indulgentias. Tertiò quòd habeat iurisdictionem episcopalem. Quartò requiritur discretio concedendi. Quintò quòd sit in cõmunione sanctæ matris ecclesiæ. Vnde hæreticus, vel excommunicatus notorius non posset eas concedere. Vltimò requiritur quòd cõcedens non excedat metas suæ potestatis, vt hîc: alioqui non esset fidelis

seruus

seruus & prudens, vt est in Euangelio Luc.c.12.

Secundò requiritur idoneitas in recipiente. Nã actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, teste Philosopho: & sic thesaurus ecclesiæ non applicatur nisi illi qui est mẽbrum ecclesię.c.nihil sic debet.11.q.3.& c.si quis à catholica. 23. q. 4.c. neminẽ, & c. omnis. de pœn. dist. 2. & sic primo requiritur idoneitas ratione subiectionis. c. quod autem. Secundò ratione fidei, vt credat concedentem habere talem potestatem in ecclesia. Tertiò respectu contritionis, quia debet esse contritus tempore quo lucratur eas, licet in itinere videndo puellas, vel alias peccauerit. teste Florent. in d.tract. de indulgentiis. §.5.in fi. Quartò respectu implementi actus per quẽ indulgentiæ conceduntur vt debeat explere. Quinto vt sit fidelis. Sextò vt sit pœnitens & confessus iuxta tenorem indulgẽtiarum. Igitur oportet quòd antequam aliquis lucretur indulgentias, quòd sit à culpa liberatus per contritionem, vnde solent dari pœnitentibus & confessis.gl.in extrau.1. de pœnit. & remiss. Et quod sit fidelis. c. omnis super eod. & sic omnes fideles, licet non fuissent nati tempore datæ indulgentiarum, sunt capaces, nisi fuerit facta restrictio in concessione. Etiam is qui concessit, poterit eas lucrari, sicut is qui conficit corpus Christi, & dat fidelibus, ita conficit sibi. Et sic tanquam minister dat indulgentias, & posteà tanquam vnus fidelis lucratur. Thom. in 4.sent.20.q.art.5. Calder. in c.seq.& in d.c.fi.eod. tit. in 6. Et sicut is qui tulit legem, secũdum eam viuere debet. l. digna vox. C. de legib. ita & hic. Ioan. de Ana. in cap.fi. de raptor. Facit l. si consul. ff. de sena. & c. à collatione. de appel. in 6. Saltem oportet credat in genere, ecclesiam indulgentiam dare posse, teste Adriano in 4. sent. de clauibus, vers. sed probabile dubium, ibi, sed resecando superflua.

Tertio requiritur pietas, hoc est honor Dei, & exaltatio fidei in omnibus indulgentiis. Ista debent considerari vt tendant ad honorẽ Dei, & fidei exercitationem & augmentũ, teste Io. Gerson. in opusc. de indulgentiis, cõsideratione 9. per d.c. quod autẽ.

Quartò requiritur vtilitas in opere, & sic causa vt opus, quod imponitur pro indulgentia imponẽda sit vtile, & ad honorẽ Dei tendat: vtpotè quicunque visitauerit templum nostræ Dominæ, lucretur centum dies indulgentiarum, hoc tendit in honorẽ Dei postquã tẽdit in honorem sanctorum. Nã Deus laudatur in sanctis teste Dauide dicente, Laudate Dominum in sanctis eius. Et dicitur alibi, quicunque honorificauerit illos, honorificabit eum pater meus qui in cœlis est. Et alibi Dauid, Nimis honorati sunt amici tui Deus.

Item si concedantur indulgẽtiæ dantibus pecuniam ad ædificationẽ templi. Nam populus Israeliticus pecuniam pro ædificatione templi, potumque ac cibum latomis dabat, vt scribitur 1. Esdrę, c.3. Ex his patet, causam dandi indulgentias consistere in pietate, seu in materia piorum operum, vel religionis, seu cultus diuini, vel in alimoniam pauperum, vel in constructionem ecclesiæ aut hospitalis, vel refectione pontium. De visitatione terræ sanctæ, nostræ Dominæ, vel alterius loci pij, & sic ex prædictis iudicantur indulgentiæ validæ & discretæ: aliàs sine causa vel minus sufficienti, indiscretæ. Quia sine causa non dispensatur, & dispensator fidelis est & prudens, vt est Luc.12.

Causa etiã finalis est iusta causa & rationabilis, tendens in aliquem bonum finem, vt iam est dictũ suprà, c.non omnis. & seq. 5. q. 5. vt in laudem Dei. cle. vna de reliq. & vene. sancto. In restauratione locorum piorum, & pro animabus fidelium. Nam data est potestas in ædificationem non in destructionem. 2. ad Cor. 10. c. gl. in c. non est. de voto. & sic causa requiritur sufficiens, non ęquiualens. Quia finiti ad infinitum nulla est proportio, nec spiritualis ad temporale. c. fin. de rerum permut.

Ibi, abusiones. Nota quòd quęstores multas abusiones promittunt in suis prædicationibus, contra quas hodie est prouisum in clem. vlt. eod. tit.

Ibi, nisi apostolicas, vel nisi diœcesani episcopi literas, &c. Nota quòd quæstores non debent recipi ad prædicationem indulgentiarum, nisi habeant literas apostolicas, vel diœcesanorum. Ergo sufficit alteras habere, per istam alternatiuam: vel, ita probatur: ad cuius veritatem sufficit alteram partem esse veram. Regula, in alternatiuis, de regul. iuris. in 6. c. inter cæteras. de rescrip. l. si hæredi plures. ff. de conditionib. institutionum.

Intelligo autem, si sine suspitione sint literæ apostolicæ prædicta habere locum, & quando persona est notabilis, tunc non requiritur alia licentia episcopi, vt in prędicatoribus, & minoribus, dicũt Hostiensis & Anchar. hic, per istum text. sic eum intelligendo. Nisi episcopus ex causa interdixisset quæstori, vtpote, quia iura parrochialia impediebat vel vsurpabat. vt in c. nimis praua. de excessib. prælat. cap. his. & cap. tuarum. de priuil. Hodie non possent quęstores indulgentias prædicare, nisi episcopus literas apostolicas examinasset, ne quid fraudis committi valeat. clem. abusionibus. in princ. eod. tit. de pœnit. & remis.

Ibi, præter id, quòd in ipsis continebitur literis, collige, quòd prædicator non debet aliud proponere, quàm in suis literis habetur, vel citra earum declarationem circa factum. Nam si dati sint centum dies, nihil aliud debet promouere. Facit cap. porro, de priuileg. vbi metæ priuilegiorum transgredi nõ debent. Poterit tamen inducere populum ad deuotionem vt lucretur illas indulgentias, & effectus ac vtilitates indulgentiarum declarare: quia ista connexa sunt, & cui iurisdictio est mandata, omnia cẽsentur commissa sine quibus, &c. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. præterea. de offi. deleg. & illa quæ iuxta mandatum sunt videntur commissa. arg. l. magis puto. §. eius officio. ff. de reb. eor. Anchar. hic. Ibi formã, &c. Nota quam formam soleat sedes apostolica seruare in indulgentiis concedendis, & illam necessario tenentur seruare episcopi, & alij concedentes indulgentias. Sedes tamen apostolica aliquando hanc formam immutat, vt ego vidi.

Sed omnes stabimus ante tribunal Christi, ait D. Paulus ad Rom. 14. & hoc intelligitur in extremo iudicio. & 2. ad Cor. 5. dicitur, Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, quando

audietur illa vox, Surgite mortui, venite ad iudiciũ recepturi scilicet, prout in corpore gessimus. Dauid in Psal. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Et in Symbolo Athanasij dicitur, Qui bona egerunt, ibũt in vitam æternam, qui vero mala, &c. Et Deut. 25. pro mensura peccati erit & plagarum modus.

Ibi, seminare in terris, &c. & ibi, quoniã qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam. D. Paulus. 2. ad Corint. & ad Galat. c. vlt. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniã qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionẽ: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Quantum debet dare volens lucrari indulgentias? Respond. Si est taxatum, secundum taxationem dari dedet: si non sit taxatum, pro qualitate loci & personæ. Nam plus diues, quàm pauper dabit, & aliàs boni viri arbitrio relinqui debet. Calder. in c. seq. tit. de pœnit. & remis.

Ibidem, §. adhæc. quia per indiscretas & superfluas indulgentias & cætera, dicuntur indiscretæ, quando sunt concessæ per non habentem potestatem: vtpote consilium generale, ne sint duo capita, indulgentias concedere non potest. Card. Floren. in cle. vnic. q. 5. & seq. de reliq. & vener. sanct. facit c. significasti. de elect. Idem in cœtu Cardinalium, vacante sede. clem. ne Romani. §. sane. de ele. Idem in cap. sede vacante. quia non potest etiam omnia quæ sunt iurisdictionis. c. verum. de foro compet. Ioan. Franc. de Paninis in trac. de offi. & potest. c. sede vacante. 4. q. 1. partis. Archi. in c. 1. eo. tit. in 6.

Item episcopus electus & confirmatus, non consecratus, nec sacerdos, potest indulgentias concedere. Panor. in c. suffraganeis. de elect. cum ratione dignitatis concedantur. Card. in c. accedentibus. de excessib. præl. & d. cle. vna. de reliq. & venera. sanct. q. 7. Nam cum Papa cõcedendi potestatem episcopis, & non inferioribus concesserit, d. c. cum ex eo. ergo capitulum & alij non expressi nõ possunt hoc concedere, nec abbates vel alij. gl. in c. nostro. eo. tit. de pœni. & remis. in antiq. decretalib. Et cum in indulgentiis dicitur, verè pœnitentibus & concessis, an requiratur quod tempore indulgentiarum sit cõfessus? Et videtur, quia hoc videntur verba indulgentiæ dicere, quæ maxime sunt consideranda. Nã Papa voluisse videtur stimulare homines ad cõfessionem. Contrarium videtur dicendum, quòd sufficit esse confessum illo anno, & quòd ille habeat cõtritionem, & propositum confitendi tempore à iure determinato & tunc talis dicitur verè pœnitens & confessus si proposuerit se amplius nolle peccare. Argu. c. manifesta. de pœnit. & remis. Innocent. & Panor. in c. omnis. eod. & cum animi destinatione velit confiteri, pro confesso habetur, per gl. in c. 2. in fi. de instit. Multa tradit Fel. in c. cum adeo. de rescr. huius sententiæ est Gerson in suo opusc. de indulgentiis in 3. consideratione: quia ista est fauorabilior interpretatio secundum eum.

Item indiscretæ sunt, quando non sunt veræ, licet putentur veræ tunc: nec lucratur quis indulgentias, sed opus meritorium facit. Item quãdo ab inferiore episcopo: vtpote, quando ab abbate sunt cõcessę. c. accedentibus. de exces. ib. præla. c. 1. eo. tit. in 6.

Item potest dici indulgentia indiscreta, quando conceditur vltra quàm sit permissum. vt in c. fi. eo. tit. in 6. valebit tamen vsque ad potestatem taxatã, secundum gl. ibi. Et Archid. & gloss. in d. verbo indiscretę. quamuis Ioan. Monach. in d. c. fi. teneat cõtrarium per d. c. ibi indulgentię non obtinent, si excesserint statutum cõcilij generalis. & sic in totum non valent. Imo videtur factum ab eo, qui non habet potestatem. Idem tenent ibi Dom. & Calder. in c. seq. Ego dico non obstare illum text. quia debet exponi, si excesserint, id est, quatenus excesserint: nec debent strictè seu amarè interpretari istæ indulgentiæ, dicit gl. in verb. confessis. in clem. vna. de reliq. & venera. sanctor.

Aduertendũ est quòd ecclesia videns quod fructuosius toleratur hic pœna, quàm in futuro, cum hic sponte toleretur, ob id voluit pœnitentibus magnã iniungere pœnam, vt modicum agendum pro futuro relinquatur: minorem tamen imponere voluit, quàm crederet post vitam esse futuram: quia maiorem ponere, superuacuum erat. & ideo imposuit pro quolibet peccato mortali septem annorũ pœnitentiam. c. hoc ipsum. 33. q. 2. & c. hoc quanquã. 22. q. 1. c. prædicandũ. & c. accusasti. de accusationib. & aliquando maiorem pro grauitate criminis. Nã presbytero decẽnis pœnitentia imponitur. c. presbyter. 28. dist. Si fuerit episcopus, quindecim annis pœnitere debet. c. si quis. 30. q. 1. Si quis cognouerit monialem, decem annorum spatio pœnitere debet: & monialis totidem. c. deuotam. & c. de filia. 27. q. 1. & qui matrem verberat, vel occidit, decem annis asperè pœnitẽtiam agere debet. c. latorũ. 33. q. 2. Qui vxorem, grauius. c. admonere. 32. q. 2. Et qui occidit presbyterum, 12. annis. c. 2. suprà eod. c. non afferamus. 34. q. 1. interdum minus. c. si per negligentiam. de consecrat. dist. 2. & c. si quis per ebrietatem, ibidẽ. Et hæc septennis pœnitentia est eo imposita, quia nos inuenimus Mariam Moysi, vel Aaron sororem lepra percussam septem dies. Et dicitur Ezechiel. 3. c. Diem pro anno dabo tibi. d. c. hoc ipsum. 33. q. 2. Et quia peccata per spiritum sanctum remittuntur, vt dicitur, Quorum remiseritis peccata, &c. & septem sunt dona Spiritussancti, ergo pro quolibet peccato mortali septem annis quis pœnitere debet.

An indulgentiæ prosint animabus quæ sunt in purgatorio? Videtur quòd sic: quia quis pro mortuo satisfacere potest, & purgare animam defuncti. c. fi. de sepult. ita per indulgentias Papa de communi thesauro ecclesiæ soluit pro mortuo.

Item in Euangelio dicitur, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam: & sic potestas ecclesiæ vincit infernum, non inferiorem, vbi nulla est redemptio, sed purgatorium.

Item dictum est, quodcunque solueris super terram, & is qui est in purgatorio dicitur adhuc esse super terram, quia est in via eundi ad cælum, nõ est in meta, ergo indulgentiæ extendũtur ad eos, qui sunt in purgatorio. Imò inuenimus potestatem datam in terra ecclesiæ, in c. à nobis. 2. de sent. excom.

Præterea clauis ordinis prodest animabus existẽtibus in

tibus in purgatorio, videlicet missæ & suffragia. c. animæ defunctorum. 13. q. 3. ergo & clauis iurisdictionis proderit illis, quæ est in indulgẽtiis, propter communionem in charitate. Et huius sententiæ est Ioan. Gerson, in d. tract. de indulgen. considera. 11.

Contrariam sententiam multi tenent, maximè Aug. in c. tempori. dist. 3. quia indulgentiæ dantur ratione autoritatis, quam autoritatem non videtur habere Papa in defunctos: sed suffragia fiunt per preces ad Deum, qui habet autoritatem istos absoluendi, non Papa, cùm non sint de foro ecclesiæ.

Secundò videtur quòd Christus cõmisserit Papæ viuos tantum, dum dicit pasce oues meas.

Tertiò Christus dicit apostolis, Faciam vos piscatores hominum, ergo non mortuorum, nec mortui homines dicuntur. c. in quadam. de celebra. missar.

Quartò dicitur, Quorum remiseritis peccata: sed peccata non confitentibus non possunt remitti, ergo nec etiam indulgentiæ concedi.

Distingunt quidam, quòd si pœnitentia sit iniũcta per hominem, & is decesserit, & non potuerit complere, tunc Papa poterit de illis pœnitentiis iniunctis per hominem remittere: & si quis lucretur indulgentias pro tali, proderunt etiam ei in purgatorio, Si verò fuerit pœnitentia iniuncta per Deum, vtpote quod remanebit in purgatorio septem annos, tunc Papa non habet autoritatem absoluendi talẽ: sed deprecatiuè fieri potest per suffragia, quatenus Deus voluerit. Si autẽ quis in agone existens, dicat velle lucrari indulgentias, quæ Romam visitantibus conceduntur, & disponit quòd aliquis eat pro illo, & ipse tunc illam indulgentiam acceptat, certè proderit eidem post mortem, argum. c. licet. de voto. & c. quamquam. de vsur. lib. 6. Et si Papa concederet tam viuis quàm defunctis, tunc prodessent per modum suffragij, non autoritatis, nisi Deus approbaret. nec esset tunc Papæ ex certa sciẽtia facienti resistendum.

Ex fine d. c. Cum eo tempore, colligitur, ꝙ episcopi vltra annum indulgentiarum in dedicatione basilicarum, & templorum, dare non possunt, etiam si fuerint plures episcopi, & si fuerit archiepiscopus cum episcopis, cum sit episcopus. Idem si fuerit legatus, cum hic omnino prohibeatur, & regulariter sit episcopus, etiam quia rationes huius tex. hoc habent in eo, cum etiam dicatur ordinariam habere. c. 2. de offi. legat. lib 6. Poterit tamen, episcopo mortuo, is qui succedit alios quadraginta dies dare: tum quòd episcopus sit, & cuilibet episcopo hoc permittatur. Not. doct. in d. c. fi. eo. tit. in sexto. licet Ioã. Addr. in addit. ad Spec. eo. tit. in rubr. contra teneat. Nec expirant indulgentiæ per obitum concedẽtis, postquam inceperunt habere vires, vt tenet Dom. in c. fi. de rescript. in 6. per illum textum.

Interdum autem quis absoluitur ad cautelam, de absolutione vide quæ sequuntur.

Ad euidentiam materiæ absolutionis ad cautelam, nota quòd beneficium absolutionis ad cautelam fit ad sex fines, seu effectus.

Primò præstatur ad eius cautelam, qui dicitur excommunicatus, vtpote quando sentẽtia in eum lata teneat: firmius tamẽ & probabilius credit quòd non teneat, quàm quòd teneat. Nec enim dicendum est huic, Dimitte ius tuum, & fac te absolui, ff. de petit. hæred. l. illud.

Quandoque præstatur ad cautelam aliorum, scilicet, vt eis communicetur in sacris, & aliis, quod aliàs fieri non debet: vt quod metus causa.

Quandoque præstatur ad cautelam annexam, nempe ne lædatur propter infamiam excommunicationis prælati. argum. infrà, de sent. excom. l. cum desideres. §. sedem.

Quandoque fit ad cautelam futurorum, ne scilicet eius facta irritẽtur. vt in c. solet. de sent. excom. quandoque etiam fit ad cautelam, siue ad subuẽtionem veritatis probandæ. c. veniens, 2. in fi. de testib.

Vult ergo dicere absolutio ad cautelam, quòd primo casu de prędictis sex, ille absoluatur, vt iustitiam suam prosequi possit, & ne fortè in excommunicatione decedat. Et ita in vtroque casu prouidetur, seu cauetur. Isti in secundo casu volentibus cauetur communicare illi, qui erat excommunicatus, & sic de aliis.

An autem per tales absolutiones fiat præiudiciũ absoluto, vt per hoc videatur fateri se excommunicatum & irregularem, si fortè ante absolutionem istam celebrat? dic ꝙ non, vt not. Abbas de appel. c. ad præsentiam. & per Ioan. Andr. & Abbat. de elect. venerabilem.

Secundò quæritur, quando & in quibus casibus absolutio ad cautel. locum habeat? Et est dicendũ, quòd vbi quis dicit se excommunicatum post appellationem legitimam: aliàs secundum eum, nullus absolueretur ad cautelam, vt not. de testib. veniens. 2. in fin. & est additio.

Item si dicatur, intolerabilem errorem sententiã continere, vt no. B. in d. decret. solet. lib. 6.

Item vbi aliàs de iure excommunicatio non tenet. vt not. B. d. c. ad præsentiam. Hodie autem videtur debere dari cuilibet petent. absolutionem ad cautelã, vt no. B. de sent. excom. solet. Inn. verò not. eo. ti. in c. per tuas. hanc absolutionem ad cautelam fieri debere non solùm quando dicitur lata post appellationem, vel errorem intolerabilem continere: sed etiam quando opponitur contra aliquem, qui agit, vt tanquam excommunicatus, ab agendo repellatur. Nam & in hoc casu si petat absolutionem ad cautelam, præmissa protestatione quòd non fiat ei præiudicium, si celebrauit, scilicet, quòd ex celebratione non sit irregularis: vel etiam si petat sine protestatione, non debet sibi denegari. Secundum hoc dummodo ab ipso quo petitur absolutio, vel eius authore, vel eius subdito, dicatur excommunicatio lata. arg. de cle. excom. minist. c. apostolicę, de sentent. excom. venerabilibus.

Item si petatur à delegato Papæ secũdum Hosti. arg. de offi. deleg. prudentiam. §. sexta. Item quæritur, quid si iudex vel aduersarius petunt quòd iste confiteatur sententiam tenere antequã absoluatur: nunquid confiteri tenetur? Dicit Mo. in c. per tuas. quòd non. Nam ex confessione istius non debet aduersario crescere, vel decrescere ius. ff. si seruit. vendic. l. seruitutes. §. si qua, & hoc siue protestetur

petens absolutionem, siue non. Innocen. tamen & Host. dicunt in c. cum desideres, quòd vbicunque dubitatur probabiliter, an aliquis sit excommunicatus, potest habere locum absolutio ad cautelam. Sed in cap. solet, dicitur tunc solui, quando excommunicationis sententia dicitur nulla esse. Quot modis autem dicatur sententia nulla excommunicationis, not. Ioan. Andr. in c. præsenti. de sent. excõ. lib. 6. vbi assignantur 12. modi. Mo. tamen in d. c. solet. videtur tenere illam opinionem, quòd non ab absoluatur quis ad cautelam, nisi confiteatur excommunicatorem suum iudicem esse. In hoc tamen c. contrarium tenet, & suam gl. d. c. solent. videtur corrigere quantum ad hoc. Vbi autem certũ est sententiam excommuni. esse nullam, non habet locum absolutio ad cautelam: sed quòd talis denũcietur non esse ligatus. Sed in dubium tantùm habet locum de offic. deleg. cap. cum contingat. de sent. excom. solet. lib. 6. & ita not. Ioan. Mon. & Hostiens. Item locum habet in illo, qui dicit se exemptum, & excommunicatum ad ordinario. Cum enim in hoc casu sententia esset nulla, bene posset talis absolutio habere locum, etiamsi non ad suam cautelam: quia de ea non erat tanquam à non suo iudice prolata, in dict. cap. solet. Quamuis Mon. contra. vt in hoc casu locum non habeat absolutio ad cautelam, sed quòd exemptus prosequatur ius suum.

Sed nunquid eo ipso quòd quis dicit sententiam latam post appellationem, vel aliàs dicit sententiam nullam esse, & petit absolui, statim est ei credendum? Dic quod non secundum Mo. Sed Hostiens. c. per tuas. dicit, quòd iudex, à quo ista absolutio petitur, præmittere debet summariam causæ cognitionem de nullitate sententiæ, præsente aduersario, vel contumaciter absente, vt lite non contestata. c. quoniam. §. in aliis, & seq. Et si per confessionem aduersarij, vel alio modo appellationem probabilem nouerit præcepisse, quando aduersarius asserit frustratoriam appellationem, vel iniustam, præstabitur absolutio ad cautelam: nisi eum dicat excommunicatum pro manifesta offensa, vt in c. solet. & in no. per Mon. & Host. Quæ autem dicatur manifesta offensa, & manifesta contumacia, no. per eos. de sent. excom. in c. venerabilibus. lib. 6.

Ego Berengarius Tusculanus episcopus Viteren. consideratis omnibus quæ circa materiam istã notantur, breuiter hanc doctrinam trado. Quod vbicunque probabiliter dubitatur an quis sit excõmunicatus vel non: vt quia dicitur sententia nulla, & de hoc præsumptiones apparent, non tamen cõstat. Vel quia fama est talem esse excommunicatum, non tamen aliter constat: & tamen vult animę suæ, vel famæ consulere, vel aliquem actum exercere à quo repelleretur excommunicatus: talis potest & debet ad cautelam suã absolui. Et hoc probant prædictæ decretales, de testa. veniens. in fin. de appel. ad præsentiam. de sent. excom. venerabilibus & c. solet. lib. 6. cum similib.

Item locum habet absolutio ad cautelam non solum in iudicio, vt dictum est, sed etiam extra iudicium. de sent. excom. venerabilibus. secundum quod not. Mon. in d. c. solet. non tamen habet locum absolutio ad cautelam quoad interdicti sententias in ciuitate, castro, vel alio loco qualitercunque generaliter promulgatas vt de sen. exc. præsenti. lib. 6. Idem in suspensione.

Demum quæro, à quo hæc absolutio potest præstari. Et certè secundum B. à quolibet iudice, vt ipse notat in d. c. solet. Sed Mon. & Hostien. ab eius superiore, qui sententiam tulit. Ille enim qui est proximus, & immediatus superior, siue sit episcopus, siue archiepiscopus, siue patriarcha, potest absoluere ad cautelam. Delegatus verò à superiore, siue sit delegatus à Papa, siue ab alio cui est commissum negotium principale, vel appellationis sub illa forma, si inuenis sententiam ratam post appellationem, pronuncies esse nullam, non potest absoluere ad cautelam. Et ad hoc duplex ratio potest assignari, quia rescripta sunt stricti iuris, nec eorum forma est transgredienda. de rescript. cum delicta. & cap. nonnulli.

Secundo, quòd absolutio ad cautelam secundũ doct. non est de iure, sed de gratia, & præter ius, siue supra ius. De iure enim primò debet constare de veritate causæ appellationis, quàm absolutio fiat. de offic. deleg. c. cum contingat. & contra rationem iuris huius, & de gratia est inducta decretal. solet & decret. per tuas. Et ideo talis non est extendenda. ff. de legibus. l. quod verò. Et ratione etiam ab illo qui potest dispensare, talis extensio fiat. arg. eorum quæ not. de pœn. licet. Cùm ergo delegati non possint dispensare, siue sit delegatus Papæ, siue aliorum, ergo non poterunt absoluere ad cautelam, nisi specialiter eis fuerit commissum & expresse si obiiciatur ex aduerso d. glo. posita in c. solet. Respondetur, quòd illa gl. debet intelligi secundum determinationem dict. doctorum secundum. Mon. & Host. in Papa & in alio iudice ordinario & immediato, qui possit gratiam facere, & in talibus dispensare. Vide omnia, quæ not. Ioan. And. in decret. per tuas. Et de hoc vide de accusat. olim. Sed videtur contra expresse, de offi. deleg. prudentiam. §. 6. & contrarium tenet Innoc. de except. in c. apostolicæ. & hoc idem tenet in d. c. olim. de accusat.

Forma verò dictæ absolutionis est, secundum Mon. & Host. d. c. per tuas. & c. solet. quia citabitur aduersarius, vel iudex qui tulit sentẽtiã. arg. de app. cum specialiter: & præmittet summariam causæ cognitionem. Et posito quod habeat locum absolutio ad cautelam, iurabit excommunicatus quòd stabit mandatis ecclesiæ. Secus in alia absolutione, vel præstabit idoneam cautionem de satisfaciendo, si inuentus fuerit iustè excommunicatus. secundum Mon. & Hostiens. c. venerabili. & cap. per tuas. & c. solet. & hoc facto absoluitur. Tamen iudex, qui potest talem absolutionem dare non debet nimis se festinare, sed summariè debet de ea cognoscere. arg. c. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lite non contestata: an scilicet fuerit excommunicatus appellatus ante sentẽtiam, necne. Et si causa fuit legitime assignata in appellatione. de appel. cordi. lib. 6. Ruminare etiam quæ reddant appellationem inualidam. de appel. c. Romana. §. cum autem. & §. sequent.

ſequent. Et tunc dabit vel non dabit, ſi contra inueniet. Debet etiam iudex diligēter aduertere, an excommunicatus petat hanc abſolutionem malitioſe, ſcilicet, vt ea obtenta aduerſarius quodāmodo fruſtretur ſua intentione ſuper negotio principali: vt ſi negotium principale diutius prorogetur. Et omnibus conſideratis, iudex poterit concedere vel denegare. Caueat tamen iudex ne talem abſolutionem concedat, vel deneget odio, vel amore: prece vel pretio, ne incidat in pœnas decret. cum æterni. de re iudi. lib. 6. Nec obſtat quod dicitur in decret. ſolet, ibi, ſine contradictionis obſtaculo. Nam ibi loquitur de contractione partis, vt ibi patet expreſſa, cum dicit, quamuis in hoc aduerſarius vel excommunicator ſe opponant. ad idem de appel. qua fronte.

Vltimò quæro, an talis abſolutio poſsit impediri? Dic ꝙ ſic ſex modis. Primo, ſi petatur per procuratorem, ſecundum opin. Hoſtien. de ſenten. excom. cum deſideres. Tu dic vt infrà per Ioan. Andr. qui dicit ꝙ licet non poſsit obtinere per procuratorem: tamen poteſt per eum impetrari. arg. eorū quæ not. doct. de elect. venerabilē. cum ſimil. maximè ſi haberet ad hoc ſpeciale mandatum.

Secundo impeditur ratione iudicis à quo petitur: quod proſequere vt dictum eſt ſuprà.

Tertiò impeditur ratione ineptæ petionis, nempe quādo petitur in caſibus in quibus peti non debet. De quo dic vt ſuprà dictum eſt.

Quartò ratione formè non ſeruatæ, de quo etiā dictum eſt ſuprà. Ratione obiecti manifeſtæ offenſæ: quia tunc non pręcedente ſatisfactione, non abſoluetur. de verb. ſignific. ex parte. & ca. cum olim. Tu tamen dic, ſecundum quod dictum eſt ſuprà ſecundum Mona. & Hoſt. in §. forma. Si verò ſit cōtentio inter partes, an ſatisfieri debeat, ſtandum eſt arbitrio boni iudicis. de verb. ſigni. c. cum olim. Si verò iudex ſuper hoc dubitet, an debeat differri abſolutio quouſque ſit certus? Et dic quod non, ſecundum Mon. & Hoſt. in ca. ſolet. Imò ſtatim ſatiſfacientem vſque ad quantitatem, de qua certum eſt. De alio verò de quo dubium eſt, recepta tamen cautione competenti, non tamen idonea fiet abſolutio. arg. c. ſacro. de ſenten. excommu.

Quintò impeditur ratione temporis, vt ſi petatur tempore feriato. argu. c. fi. de fer. Ratio eſt, quia aduerſarius in ſua abſolutione debet vocari, vt diximus ſuprà: tamen hoc non credo. Ceſſant enim feriæ, vbicunque vertitur periculum animæ, quæ eſt omnibus præponenda. 12. q. 1. præcipimus. C. de ſacroſanctis eccleſ. l. ſancimus. Hoc not. Innoc. & Hoſti. de fer. ca. fin. Vtrum autem poſsit peti abſolutio ad cautelam in executioneà iure lata? Et dicendum quòd ſic, vt not. Ioan. Andr. in ca. ſolet. lib. 6. & ib, vide per eum.

REGVLA LXV.

De valore exprimendo in impetrationibus.

Valor eſt exprimendus, & hoc ſtatuit Vrbanus V. vt Clem. 1. de præbend. Ratio eſt, quia ſecundū qualitatem perſonarū beneficia ſunt conferenda: & maiores perſonæ maioribus beneficiis ſunt dotandæ. c. de multa. in fi. de præbend. extra. execrabilis. illo tit. etiam in militibus hoc procedit, vt ſtipendia pro qualitate perſonæ ſunt danda. l. vt virtutum. C. de ſtatuis & imaginib. cap. ius militare. 1. diſt. Ancha. in Cle. vnica. 2. nota. de conceſ. præben. Fallit quando motu proprio concederetur: quia tunc ampliari deberet propter illam clauſulā motus proprij. Et quia hæc regula eſt odioſa, & ſic reſtringenda, vt egregiè probat Anchar. conſil. 295. Pro clariori refert Ioan. Staphil. in tracta. de literis gratiæ. fol. 89.

REGVLA LXVI.

De clauſulis in beneficiis vacātibus ponendis.

Notādum eſt, ꝙ in literis quædam clauſulæ ponuntur ad neceſsitatem iuris, aliæ ad cautelam, teſte Spec. in tit. de iudice deleg. §. ſequitur videre. verſi. Sed nunquid poteſt: & in reſcripto tranſpoſita nō vitiat, ſed intelligi debet vbi eſſe debet, teſte Specul. in tit. de lit. conteſta. §. 1. verſ. pone peto. & de inſtrumen. editione. §. nūc autem. verſ. Item excipe, quòd talis clauſula. Panor. in c. cum M. col. 1. de conſtitu. Intellige, niſi data fuerit forma. c. cauſam. de reſcrip. Scripſi in forma mandat.

Et quælibet clauſula debet aliquid operari. ca. ſi Papa. de priuil. in 6. l. ſi quando. ff. de legat. 1. & l. in l. ff. de contrah. empt. nec debet eſſe aliquod (maximè in reſcriptis Apoſtolicis) verbum ſine miniſterio operandi. Bald. in rub. C. de contrahen. empt. q. 9. Et clauſula in fine poſita, ad omnia refertur. l. 1. C. de liber. præter. Plenè ſcripſi in repet. l. vnicæ. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt.

Clauſula, vt præferatur impetrans aliis, non tollit ius quæſitum alteri. Compoſtella & Butrius in cap. cauſam. de reſcrip.

Clauſula, amoto quolibet illicito detētore, confert iuriſdictionem contra omnes reſiſtentes, teſte Baldo in addit. ad Specu. in titu. de excu. ſent. excommu. verſ. clauſula, amoto. Franc. Curtius conſ. 3. Tamen per eam non cenſetur facta mentio de colorata poſſeſsione, teſte Card. in Clem. 1. §. 1. de præben. & Felin. in c. in noſtra. correla. 36. de reſcri. & in cap. de cætero. col. 2. de re iud. & Iaſon in l. ex pupillari. ff. de vulgar.

Dari poterunt, &c.

His verbis non ſe adſtringit ſummus potifex ad dandum: ſed ſi velit poterit: quia ſedes Apoſtolica petentibus ſolet ſe offerre liberalem, dando plumbum pro auro. text. & ibi Ioan. And. in cap. ſedes. de reſcript.

Etiam ſi illud quouis modo, &c.

In literis impetrationis beneficij ſolent hæc verba deſcribi, ſiue præmiſſo modo vacet, ſiue alio quouis modo, etiamſi ex eo quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſa reſultaret.

Seu per conſtitutionem, Execrabilis, vacet. Eſt extrauagans de præbend. inter extrauag. Ioan. 22.

Ac ſpecialiter reſeruatum inter alios litigioſum ſit. Solet addi, cuius litis ſtatum haberi volumus pro

expresso, propter textum in ca. inter monasterium. de re iudicata. vbi status litis est exprimendus. Imò solet addi, aut ex alterius cuiuscũque persona, seu per similem. D. N. vel cuiusuis alterius cessionem in Romana curia, vel extra, etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, vacaret.

Et eius collatio deuoluta fuerit, &c. Solet addi, etiamsi tanto tempore vacauisset, quod eius prouisio iuxta Lateranensis statuta concilij, aut alias canonicas sanctiones, ad sedem Apostolicam legitimè deuoluta existeret. Ista clausula est necessaria, quia interdum vacauit beneficium per annum, & vltra, & episcopo competebat collatio, qui habuit sex menses ad conferendum. cap. 2. de conces. præben. Archiepiscopus alios sex mẽses, à die tamẽ scientiæ computandos. cap. quia diuersitatem. de cõces. præbend. postea deuoluitur ad Papam: & hoc casu nunquam redit ad ordinarium, quando negligentia illius vacauit. Secus quando in curia vacauit: quia tunc si Papa intra mensem non conferat, poterit postea episcopus conferre. c. statutum. de prębend. in 6. Item additur hæc clausula, & ad sedem eandem ex quauis causa specialiter vel generaliter pertineret, ac consistorialiter fieri deberet.

REGVLA LXVII.

Qualitates beneficiorum exprimantur.

Qualitates sunt, Si beneficium sit diguitas, personatus, vel officiũ. Si cura immineat animarum, semper ista qualitas exprimenda est. c. cum in illis. de præbend. in 6. Si per electionem consueuit assumi. per text. in Cle. 1. de præbend.

REGVLA LXVIII.

De beneficio per contractum matrimonij vel aliàs vacante.

Duas habet partes hæc regula. Prior est, quòd si reseruetur beneficium alicuius per contractũ matrimonij, tunc in bulla reseruationis non debet dari alius vacationis modus de futuro, nec illud beneficium censetur reseruatum, nisi sequatur matrimonium. Quid si sequantur sponsalia per verba de præsenti, per quæ vacat beneficium, vt per glo. in ca. vno, de cleric. coniugat. idem videtur dicendum, quia largè matrimonium est.

Secunda pars est, quod si beneficium præseruetur per promotionem, vel assecutionem alterius beneficij incompatibilis, aut aliàs, vt infra, potest addi clausula vel aliàs quouis modo vacauerit, Papa vult esse reseruatum. Idem si reseruetur, si vacauerit per ingressum religionis: quia etiam potest addi, aliàs quouis modo vacet, præterquam per obitum obtinentis: ne is qui habet reseruationem, inducat mortem: quod si faceret, etiamsi esset reseruatum per mortem, non haberet. argu. l. si ab hostibus. ff. solut. matrim.

REGVLA LXIX.

De religiosis recipiendis cum clausula.

Sic vidi cõcedi, Paulus, &c. Cupientibus vitam ducere regularem, apostolicum debet adesse præsidium, vt eorum præsens propositum possint ad laudem diuini nominis adimplere. Cum itaque dilectus filius N. cupiat, sicut accepimus, in ecclesia S. Victoris, ordinis S. Augustini Parisiens. diœcesis, vnà cum dilectis filiis, Capitulo ipsius ecclesiæ, sub regulari habitu, meritum domino famulari, Nos volentes ipsius N. in huiusmodi suo laudabili proposito cõfouere, &c. mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per nos, vel alium, seu alios, eundem N. si sit idoneus, & aliud canonicum non obsistat, in eadem ecclesia sancti Victoris, si in ea non est certus canonicorum numerus, dummodo ipsa ecclesia ex hoc nimium nõ grauetur. Vidi etiã addi, Vel etiam si certus canonicorũ numerus ibidem forsan existat, & aliquis de ipso numero deest ad præsens ex nunc: alioqui quamprimum aliquẽ de dicto numero deesse contigerit, auctoritate nostra recipi faciatis in dicta ecclesia in canonicum, & fratrem, sibíque regularem habitũ iuxta ipsius ecclesiæ cõsuetudinem exhiberi, ac ei de communibus eiusdem ecclesiæ prouentibus, sicut vni ex aliis ipsius ecclesiæ canonicis integrè prouideri: ipsumque ibidem syncera in Domino charitate tractari, contradictores, &c. Si verò scribatur pro moniali, solet dici, Prudẽtem virginum votis, quæ spreto mortalis viri thoro, ei qui speciosus est præ filiis hominum, desponsari desiderant, debemus & volumus fauorabiles inueniri. Cum itaque dilecta in Christo filia, &c.

REGVLA LXX.

De translatione religiosorum.

Vide textum in ca. Cum singula. de præbendis in sexto. Aliæ reg. suprà sunt declaratæ. Regula 76. suprà fuit elucidata in Regula 65.

REGVLA LXXI.

Clausula absolutionis non suffragatur falsantibus bullas.

Ista regula exprimit personas quibus non prodest generalis absolutio posita in literis Papæ, téque absoluẽtes, &c. Ratio hîc ponitur, ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & in illis insordescendi. Vide in tract. de literis iustitiæ. fol. 176.

Primus casus non prodest, quando quis est excommunicatus propter rem iudicatam, ibi, nõ parentibus rei iudicatæ. Alia priuilegia rei iudicatæ scripsi in tractatu de except. in illa exceptione rei iudicatæ. Secundus est, non prodest incendiariis ex malitia: secus si ex ignorantia. Tertius est, violatoribus ecclesiarũ nõ prodest. Quartus est, non prodesse falsificatoribus, & falsificari procurãtibus literas & supplicationes Apostolicas. Quintus, non prodest deferẽtibus res vetitas ad infideles. Sextus est, violatoribus ecclesiæ libertatis non prodest. Septimus, nõ prodest nõ obtemperãtibus ausu temerario mãdatis Apostolicis. Octauus, qui impediunt nuntios & exequutores Apostolicos, non absoluuntur in literis generalibus, etiam quoad effectum. Itellige tamen si per quatuor menses ex his causis excommunicationem sustinuerint. Nonus, quando per annum sustinent excõmunicationem quamcunque: quia hæc pertinacia non caret scrupulo hæreticæ prauitatis. c. fi. de pœnis.

PRACTICA CANCELLARIÆ APOSTOLICAE CVM STYLO ET FORMIS IN ROMANA CVRIA VSITATIS.

Excerpta nuper ex Memorabilibus D. Hier. Pauli Barchin. literarum Apostolicarum Vicecorrectoris, omnibus in Romana curia versantibus cùm vtilis, tum necessaria.



ONTRA literas Apostolicas opponitur multipliciter de falsitate, de quo, præsertim circa literas iustitiam concernentes, vide Spec. titu. de rescript. præsent. §. 1. igitur. tit. de app. quem non liquido poteris intelligere, nec eum, nec quædam ex his, quæ infrà dicentur, nisi videris libros appellatos quinterni Cancellariæ, de iustitia & de reuocatoriis, & confirmatoriarum, quos composuit Martinus de Ebul. S.R.Ec. Vicecancellarius, de quo stylo hîc aliqua summariè dicemus, maximé omissa per eundem Spec. vel post eum immutata, & ea præcipuè, quæ nunc sunt in frequenti vsu Cancellariæ Apost. additis quibusdam allegationibus iuris ad corroborationem styli perstrictum.

Et nota in primis, ꝙ stylus Cancellariæ omissus vel immutatus, reddit literas suspectas de falsitate, vt in ca. ad hæc. de sent. excom. & c. quàm graui. de crimin. fal. & cap. causa. de testi. & prædictus stylus apertè vel interpretatiuè innititur iure communi. vide ad hoc Specu. de appel. §. de offic. & in titu. de statu mona. & in c. eos qui. de tempo. or. lib. 6. & Io. Andr. in c. 1. de offi. leg. lib. 6. & c. si apost. de præbẽ. & c. ei qui, in gloss. Et iudex per se ipsum potest se informare à practicis & exercitatis in stylo Roma. Cur. & aliarum per text. & ibi Bart. in l. 3. §. fi. ff. de testi. & ita sæpe faciũt domini de Rota, informantes se de stylo à dominis Abbreuiatoribus, vel correctore, & in aliis in dicto stylo exercitatis, & interdum etiam pœnitentiaria, & sic olim factũ fuit, vt apparet in decis. Rot. tit. qui fil. sunt leg. & aliis decis. licet expeditiones pœnitẽtiam non habeant tantam auctoritatẽ, neque tam exactè discutiãtur. Esset tamen æquũ, vt hæc informatio fieret vocata parte, & cõtinuata receptione informatio. in actis, sicut fit ibi in relation. & remission. & quando formatur dubiũ, ad quod faciũt no. per Spec. tit. de remis. & de rela. & in aliis locis. & nota. cap. sæpe. de app. & l. 2. C. de legi. & c. intimasti. de appel. & not. per Bar. in l. Theopõpus. de dot. præle. & in l. susceptorem. de susce. & Ancha. C. li. 10. quia posset lędi aliqua partiũ, & quia vidi interdũ inaduertenter, vel fraudulenter respõderi ab informatoribus, vel à iudice non bene concipi informationem, quod fortè posset euitari, si pars cuius interest, esset præsens quando petitur informatio à iudice.

Prima litera nominis Papæ, debet esse plena & extra ordinẽ aliarũ literarum. Vene. in salutatione debet scribi extẽsè, & cũ magno V. & dilecto etiã t, & s, in prima linea debẽt trahi sursum, & reflecti parũ superius, & hoc in qualicũq; parte dictionis, nisi in prima litera nominis proprij. Et l. b. r. h. similiter trahuntur sursum, & in capite earũ protrahitur per obliquũ quædã virgula tenuis, quæ vocatur, lancea. Et quando s, iungitur in prima linea, cũ vtraque trahitur sursum, & iungitur simul.

Dictiones, quæ recipiũt certam formã scribendi abbreuiatè, sunt sequẽtes, Episcopus, seruus seruorum, diœc. salut. & Aposto. benedictio. ec. Presbyter per omnes obliquos. Itẽ nomina ciuitatum vel diœc. vt Bononien. Argentin. Tolasen. Rauennat. Vrbinat. Cesenat. Venet. Metropolit. magister Apost. a. um. Septemb. Octobr. Nouẽ. Deceb. per obliquos, vt nostra nostrũ, ipse ꝑ omnes casus Ierlimitan. & dereuatinarius Apostolorũ Papę, &c.

Et in data, datæ Id. Non. Calẽd. reliqua autẽ nomina datæ, scribũtur per extẽsum, quædã data habet quatuor partes, & sunt, Dat. Rom. apud S. Petrũ, Ann. Incarnat. dominicæ M.V. I I I. & hæc pars etiã in alio loco literarũ, quã in data, debet scribi coniunctim, ac si esset vna dictio. Idus Octobris, Pontific. nostri anno II. Et tota data potest diuidi in duas lineas, dummodo singulæ ex quatuor partibus sint integræ, in vna linea.

In literis Aposto. hodie nõ scribũtur diphthõgi, licet olim in aliquibus antiquissimis literis inueniãtur scriptæ, quod voluit Pius 2. suscitare, & stylũ abbreuiare & reformare, quæ in multis scripturis, & locutionib⁹, pręcipuè in literis gratiæ, nõ videtur multis satis latinus, cũ fuerit cõpositus tẽporib⁹, quib⁹ cãdor linguę latinę maximè deperierat.

Hodie non dicitur secundum, vt olim tempore Specu. sed pridie Non. numerus non debet scribi per literas significantes numerum, sed extense, nisi in nomine Pontificum, vt tertio, quarto Idus Inn. Papę I I I I. Eugenij Papæ V. sic de reliquis. & vide ad hoc regulam Cancellariæ.

Item nota, ꝙ literę de iustitia, cũ cõcedi soleant absque supplicatione, vt etiã not. in c. porrecta. de cõfir. vtil. vel inutil. & c. ad hoc. de rescrip. nec nũc, nec olim fuerunt registratæ, cum non sint tam grauis pręiudicij vt gratiosę, & vt facilius expediãtur, & celerius

Quòd literæ de iustitia cõcedãtur sine supplicatione, fallit, nisi impetrẽtur contra Reges, vel principes aut magnos duces. vide infra fol. 8. ver. contra reges.

& celerius.arg.c.accedens.de crim.fal.& ꝙ forma earum est penè eadem, cum innitatur iuri & non voluntati gratiosæ Papę. Item vt parcatur expensis, cum conceditur nisi mera iustitia. c.vt litigātes. cū si.& ꝙ olim nō registraretur, vide in conclu. Bel.

Anno bisextili scribitur primo, sexto Kalend. Februar.& 2.6. Item hodie in literis Apostol.non ponitur indictio.

Et in iudicibus, etiam in corpore rescripti, vbi nomen proprium imponitur debent scribi duo puncta. In conquestibus, & ea quæ de bonis, & literis religiosorum, quibus denegantur alimenta, litera post salutem debet esse maiuscula & vacua, in significauit verò, & sua nobis, post iter arreptum, & aliis rescriptis, debet esse plena & magna.

Literæ Apost.non debent lineari cū atramento, seu incausto, vel plumbo, aliàs sunt falsæ. Quod relatiuū, nunquā scribitur abbreuiatè: nec titulus vnquam ponitur per n, sed per m, vt cōmissio sanctè, non sanctis. Et nota, ꝙ Papa appellat venerab.fratres Archiepiscopū Patriarchā, & Episcopū. Cæteros autē dilect.fil. Et in conclusione dicit Archiepiscopis, Patriarchis, & Episcopis fraternitati tuæ, aliis verò, discretioni. Et quando scribit Episcopo & alteri, dicit discretioni vestrę, etiam si sunt duo Episcopi cum tertio non Episcopo. Clausula verò, Tu frater Episcope, nō est in vsu hodie. Cardin. autem dicit, circūspectioni tuæ, vide c.olim.de priuileg.& ca.ad Aposto. de re iudi. Electum autem ad Episcopatum, vel cui est prouisum per sedē Apost. ante cōsecrationē appellat Papa, Dilect.fil. Et ipsi electo nō cōmittūtur causæ, nisi sit, cōfirmatus, vel sit ei prouisum per sedē Apost.cū talis prouisio habeat vim electionis & cōfirmationis, vt not.in c.1. de elect, lib.6.& ponit Archid. in c.cū illis, de præben.eod.lib.& Anton.de But. in c.in literis, de resti. spol.& Bellamera in decis.& Oldrad. consil.194.

Verbum, Ecclesiæ, solet poni in salutatione in omnibus habentibus dignitatem secularem, præterquàm Archidiacono Bononien.

Canonico solo scribitur sic, Dilecto filio H.de Caponibus, canonico Parm.in Canonico regulari ponitur Eccl. Inuocatio verò, seu nomen Eccl.cathedralis.nunquam ponitur: non enim dicit Eccle. S.Laurentij Perusien. vel sancti Petri Bononiens. vel sanctorum Crucis, & Eulaliæ Barchinonen.vide ad hoc glo.in c.quamuis.de præbend.lib.6.

In cōquestibus, & ea quæ de bonis, & similibus, litera post salutem debet esse aliquantulum magna & vacua, hoc modo. C.fallit in sua nobis, quia litera S, debet esse magna, & plena etiam in significauit, & querelam, &c.

In post iter arreptum, debet esse plena.

In salutatione nō ponitur ordo, nisi in canonicis regularibus eccl. Cathedraliū ordinis S.Augustini, quibus cōmittuntur causæ cū præfata expressione. vide Io.Canf.in c.quoniā.de offi.deleg. Vicarius & officialis semper ponitur inter iudices vltimo loco, & scribitur eis sic, Dile.fil.vicario vener.fratris nostri Episcopi Bonon.in spiritualibus generali. Et officiali, sic. Dilect.fil.official. Lugdun. Et hodie de stylo in Italia, Vngaria, Dalmatia, Epyro, siue Albania, Sclauonia, & Cypro, & Cretā, & partibus Orietalibus. Item in Sicilia, & Sardinia, & Corsica, dicitur vicarius. Sed vltra mōtes Alpinos, hoc est, in Galliis, Polonia, Germania, Anglia, Hispania, Hybernia, & trans mare in Aphrica, dicitur officialis, & si aliter inuenirentur literæ Apostol.esset error, vel falsitas, facit ad hunc stylū, quod not.per Ioan.Andr.in addi.Spec.in rub.de offi.vica.& Lapus in quadam alleg.& Ioan.de Lign.in alia.

De descriptionibus iudicum.

Prioribus scribitur sic, si sunt monasterij. Dile. fil.Priori, per priorē soliti gubernari.S.Annæ Barchinonen. Priori verò prioratus S.Pauli Barchinē.

Priori secularis & collegiatæ eccles.sic, Dilect. fil.Priori secularis & collegiatæ eccles. S.Ioan.de Perpiniano Eluen.diœcesis.

Et nota, ꝙ quando scribitur Priori monasterij, Decano, vel Præposito, semper dicitur per priorē, per decanum, per præpositum soliti gubernari. vide ad hoc nota.in Cle.& si principalis.

Et hæc omnia exemplis apparebunt, ex quibus cuilibet ingenioso facile erit colligere regulas styli, quare subiungemus nonnulla.

Car.episcopo. Venera.fratri Rodorico episcopo Portuen.

Presbytero Card.dilecto filio nostro Iuliano. tt. sancti Petri ad vincula presbytero Cardinali.

Diacono Cardinali. Dilect.filio nostro Raphaëli sancti Georgij ad velum aureū diacono Cardinali.

Quando scribitur Cardinali 12. Apostolorum, non ponitur tt.

Legato Card.Dilect.fil. Angelo.tt. S.Crucis Ierusalem presbytero Card.in ciuitate nostra Bononien. Apostol.sedis legato. Patriar. archiepiscopo, episcopo, Venera.fratri Patriarch. Alexandrino. Venera.fratri archiepiscopo Neapolitan.Venera. fratri episcopo Bononien.

Duobus vel tribus archiepiscopis, vel episcopis. Venerab. fratri. Rauennat. & Mediolan.ac Pisan. archiepiscopis. Venerab. fratri Illerden. & Valentin.ac Barchionen.episcopis.

Duobus archiepiscopis, & vno episcopo. Vener. Narbon.& Arelatē.archiepiscopis, ac episc.Marsil.

Vni archiepiscopo & duobus episcopis. Venera. fratris archiepiscopo. Capuan. & Puteolā.ac Suessan.episcopis.

Duobus episcopis in aliena ciuitate vel diœcesi existentibus, Venerab.fratribus P.Vrgelen.& Gerunden.in ciuitate Barchinonen.resident.

Episcopo & duobus eiusdem eccles. Canonicis. Venerab.fratri.episcopo Illerden. & Dil.fil.Franc. And.ac P.An.Canonicis ecclesiæ Illerden.

Electo in episcopū. Dil.fil. Thomę electo Basilē.

Archipresbytero & Canonico maioris, & Præposito collegiatæ. Dil.fil.archipresbytero maioris, & Pręposito B.Mariæ de Castello Ianuē.ac Ant.de Nat.Canonico eiusdem maioris ecclesiarum.

Priori monasterij collegiatæ in eodē oppido & cathedralis. Dil.fil.monasterij villæ alea.per priorē sol.gu. Cęsaragusten.diœc.& Cęsaragustē. ac seculari & collegiatæ eiusdē villæ ecclesiarū prioribus.

Abbati intra ciuitatē, & priori prioratus in diœces.& Archidia.in illis commorāti. Dil.fil. Abbati

S.Isidori

S.Isidori legionen.& priori prioratus S.Michaëlis de scalda legionen.diœce.at in ciuitate legionen. residenti Ioan.de Arenalo archidiacono de Beneuento in ecclesia Oueten.

Episcopo & canonico alibi residenti. Vene.fratri episcopo Tingen.in ciuitate Tingen.commoranti.dil.fil.Al.Io.canonico Siluen.Et potest etiam dici Florentiæ commoranti,vel Neapoli,vel Tingæ commoranti.facit ad hoc gloss.in cap.si is cui. de præbend.lib.6.

Abbati & præposito præposituræ eiusdẽ diœce. dilect.fil.Abbati monast.de Klebotillo, & præposito præposituræ S.Trinitatis,S.Andreæ diœces.

Duobus abbatibus & priori eiusdẽ diœc.monasteriorũ.dile.fil.de iureuallis & riualis Abbatibus, & priori de ponte fracto per priorem, &c.Eboracen.diœc.monasteriorum abbatibus.

Priori monaste.& priori prioratus extra muros eiusdẽ diœc. dil.fil. monast.beatæ Mariæ de Passu per priorẽ,&c.& prioratus S.Martini extra muros oppidi de Madrid.Toletan.diœces.prioribus.

Abbati in diœc.& Canonico in ciuitate.dile.fil. Abbati monast.de Lumlo Aquilan.diœc.ac Antonio de Roca Canonico Aquilan.

Abbati monast.& præcentori maiori ac Sacristæ collegiatæ.dile.fil.abbati monaste.insulæ brudaræ Lugdunen.diœc.& præcentori maiori, ac sacristæ seculariũ & collegiatæ S.Henrici Lugdunẽ.eccles.

Archidiacono & duobus canonicis in eadẽ ecclesia.dile.fil.Archidiacono.& Ioan.bene.& Franc. de Lachero Canonicis eccles.Redonen.

Cantori offic.eiusdem eccles. Dilect.fil.cantori eccle.ciui.& offic.ciuitatem.

Vicario & officiali eiusdem ecclesiæ,non solent dirigi literæ,etiam si in ecclesia essent illa duo officia distincta.

Vicario episcopi,Dil.fil.vicario venerabilis fratris nostri episcopi Viterbiẽ.in spiritualib.generali.

Decanis extra,& Scholastico intra muros ecclesiarum Dilect.fil.S.Victoris & S.Petri extra decanis,& scholastico S.Stephani intra muros Maguntin.Ecclesiarum.

Tribus Abbatibus in diœc.Dile.fil.à S.Pet.dec. ac de pa.Cornetanen.diœc.monaste.Abbatibus.

Abbatibus in diœce.extra muros.Dile.fil.Vallis dignis Valentin.diœce.& S.Bernardi extra muros Valentin.monasteriorum abbatibus.

Priori ecclesiæ prioratus & collegiatæ, Dilect. fil.Prioratus S.P.& maioris,ac secularium & collegi.S.Ruffi.ecclesiarum patrone priore.

Archidiaconis maioris,& aliis in eadem eccles. Dilect.fil.maior.& Xatiuensi,ac de alzezita eccles. Valent. arch.

Præposito & cano.maiori, ac decano collegiatæ.Dil.fil.præposito maioris & eiusdem ac S.Ascanij Bremen.ecclesiarum.

Duobus Canonic.vni S.Petri de Vrbe,& archipresbytero.Dilect.fil. archipresbytero & Anti.de dan.ecclesiæ Florentin.ac Celso de melinis basilicæ principis Apostolorum de vrbe Canonicis.

Archidiacono & decano eiusdem ecclesiæ, & Canonico alterius. Dilect.fil.archidiacono & decano ecclesiæ Valentin.ac Anto.Ca.Canonico ecclesiæ Carthaginen.

Archidiacono & decano eiusdem ecclesiæ, & archidiacono alterius. Dilect.fil. Barchinonen.& Valentin.archidiaconis,& decano eiusdem Valentin.ecclesiarum.

Archidiacono & canonico eiusdem ecclesiæ & decano alterius. Dilect.fil. archidiacono Valen.& decano Illerden.ac Io.abba. Canonico eiusdẽ Valentin.ecclesiarum.

Duobus Canonicis diuersarum. dile.fil. Ant.P. Ferrarien.& Fran.Mutinen. ecclesiarũ Canonicis.

Prioribus duarum collegiatarum in eadem ciuitate.Direct.fil.secularium & colleg. S.Desiderij, S.An.Auinionen. ecclesiarum prioribus.

Abbati nullius diœcesis.Dilect.fil. Abbati monasterij Farsensis,quod nullius existit diœcesis.

Præcentori & Canonico in eadem,& Canonico in alia.dilect.fil.præcentori.& Ioan.Lupe.Illerden. ac Enuero.Cornelio oscen.Canonico ecclesiæ.

Canonico regulari. Dile.fil.Fabritio de mansis Canonico ecclesiæ Perusien. ordinis S.Augustini.

Abbatibus collegiatarum diuersarum diœces. Dilect.fil.secularium & collegiatarum Vali soleti & Sarcenium. Palentin. & subrogen. diœces. eccles.Abbatis.

Episcopo & Archidiacono eiusdem ecclesiæ. Venerabili fratri episcopo Vrbeuetan.& dilect.fil. archidia.ecclesiæ Vrbeuetan.

Vni Canonico non solet poni ecclesiæ. Dile.fil. Ant.de Marct.Canonico Pisan.

Duobus,tunc ponitur ecclesiæ.Dilect.fil. Troillo de maluitiis & Ant.de pij.Canoni.eccles.Bono.

Tribus prioribus in eadem ciuitate, vno extra muros.Dilect.fil.Iacob.de Spata.& S.Isidori, & S. Hieron extra muros Ispalen.per priores gubernari solitorum monasteriorum prioribus.

Decano & Canonico eiusdem ecclesiæ. Dil.fil. Decano & Mar.Cor.Canonico ecclesiæ Maioricẽ.

Canonico & officiali eiusdem ecclesiæ, Dilect. fil. Dionysio fa.Canonico ecclesiæ Gerunden.& officiali Gerunden.

Præpositis in cathedrali & collegiata, & decano in eadem.Dilect.fil.maioris & sancti Germani præpositis, ac eiusdem sancti Germani decano Spiren.ecclesiarum.

Prioribus monasterij eiusdem diœcesis. Dilect. fil.de Morena & Bandonia per priores, &c. Portugalen.diœces.monasteriorum prioribus.

Cantori & officiali in eadem, & officiali in alia. Dilect.fil. Cantori ecclesiæ Andegauen. & Turonen.ac Andegauen.officialibus.

Duobus Canonicis diuersarum Ecclesiarum in eadem commorantibus. Dile.fil. Anto. F.Illerden. & in ciuitate Illerden. commoran. Fran.lu.vicen. ecclesiarum canonicis.

Abbati & priori in eadem ecclesia eiusdem diœces. Dilect.fil.abbati & priori secularis & colleg. ecclesiæ valiseleti Palentin.

Canonico regulari & seculari. Dilect.fil.Anto. de brutis Perusin.ordinis sancti Augustini:& Marco.destrasenen.ecclesiarum Canonicis.

Priori

Priori præposito monasterium. Dilect. fil. Priori de vllano per priorem præposito sancti Martini de Costa. per præpositum gubernari solitorum. Gerunden. diœcesis. monasteriorum præpositis.

Abbati & priori monasteriorum eiusdem diœc. & canonico ecclesiæ. Dil. fil. Abbati S. Andr. & per priorem, &c. beatæ Mariæ de clumero. Astoricen. diœc. monasteriorum, ac Fernando Nerio canonico Astoricen.

Priori ecclesiæ & prioratus in eadem ciuitate. Dilect. fil. ecclesiæ & prioratus sancti Ioannis Cæsaraugustan. prioribus.

Vicario vrbis. Venera. fratri. R. episco. Perusi. nostro in vrbe in spiritualibus vicario.

Tribus vicariis. Dilect. fil. Taurinen. & Asten. ac montis Regalis episcoporum venerabilium fratrū nostrorum vicariis in spiritualibus generalibus.

Vel sic. dil. venerab. frat. nost. Taurinen. & Asten. ac montis regalis episcop. vicariis in spiritualibus, generalibus.

Gubernatori patrimonij protonotario. Dile. fil. magistro Lud. de Angnellis, notario nostro pro nobis & Ro. eccle. prouin. nostræ patrimonij B. Pet. in Tuscia gubernatori.

Canonico ciuitatis Venetiarum tempore Pauli secundi scribitur sic. Dilecto filio Ty. Barbarigo canonico Venetiarum.

Episcopo & vicario committit pœnitentiaria disiunctiuè, sed cancellaria nullo modo, olim sic. vt in ca. insinuante. de offic. deleg.

Et nota, ꝙ regulares semper præferuntur secularibus, vt licuit videre in exemplis, nisi in canonico regulari, qui postponitur omnibus, præterquàm vicario vel officiali.

Quando scribitur habenti dignitatem in ecclesia ciuitatis, vel diœc. vbi fit commissio non solet apponi nomen delegati. Sed si resideat extra, sic: vt visum est in exemplis. & hoc habeat locū etiamsi pars impetrans rescriptū hoc peteret. & quid differat vel intersit an apponatur locus residētiæ delegati, vel non, vide Io. And. in c. fi. de rer. permut. & doct. Gallicanos, in c. nonnulli.

Quibus cōmittantur causæ. Circa qualitatem personarum, quibus possint cōmitti causæ per rescripta apostolica: est semper menti tenenda dispositio Bonifacij 8. videlicet ca. statutum. de rescri. lib. 6. nam illa est nunc in viridi & vigenti obseruantia concellariæ. Sed circa quædam dubia posita ibi per doct. stylus habet quæ dicentur. Archipresbytero rurali non cōmittuntur causæ, nec officiali capitulo expresso nomine capituli, nec conseruatori, de quibus dubitarunt glo. in clem. & si principalis. de rescript. Inquisitoribus autem & prælatis mendicantium possunt cōmitti, cum clausula quæ est in quinterno iustitiæ, quamuis non soleat cōmitti. vide c. cùm olim. de maior. & obed. Plebanis autem collegiatarū cōmittuntur, & in partibus Venetorū solet dici ecclesiæ: in Tuscia verò plebis. Præceptoribus autem maioribus S. Antonij per constit. Sixti Papæ 4. committuntur causæ, & aliquibus Canonicis Collegiatarum in Alemania, & S. Petronij Bononiensi, & alibi per constitutiones descriptas in quinterno cancellariæ de gratia. de quo fit mentio in 1. reg. cancel. sub tit. de dispens. Monachis autem ecclesiarū cathedralium non solent committi de stylo hodie, quæ habentur in ca. causam quæ. de iudic.

Ad quæ trahuntur personæ in rescriptis. Circa loca autem, ad quæ trahuntur personæ in rescriptis est etiam obseruanda forma d. c. statutū. cū distinctione, aut auctor & reus sunt eiusdē diœcesis, vel diuersarū, &c. Item an allegetur per horrescentia: & dātur tūc literæ extra cū clausula per horrescētia. Dantur etiā literæ extra, si actor dicat ꝙ ciuitatis & diœcesis rei intrare non audeat, vel quod sufficiens persona, cui causa cōmitti possit in ciuitate seu diœcesi rei non resideat. Aut ꝙ vniuersitas, episcopus vel capitulū. Et breuiter, in his est seruanda forma d. c. statutum. & etiam clem. abbates. de rescript. quæ disposuit quomodo superior impetrat rescriptū, volens agere ratione membrorum sibi subiectorum, quæ sunt in alia diœcesi quā dignitas principalis, cui illud membrū subest. Ad cuius cle. intelligentia, lege quæ scribit Collect. & alij doct. Gallicani in c. nōnulli. de rescri. & in c. ex parte. de for. compet. vbi inter alia dicunt, ꝙ si quis Abbas ratione mēbri in alia diœcesi quàm sit abbatia sua siti, velit impetrare contra quendā tertiæ diœcesis, & habere iudices in diœcesi abbatiæ tanquàm in tertia, nō debent ei dari iudices in illa, ne fiat per fictam & indirectam viam contra dispositionem d. c. statutum.

Et nota, ꝙ causæ appellationū, matrimoniales sententiæ latæ ab ordinariis possunt cōmitti extra ciuitatē vel diœcesim, etiā si actor & reus sunt eiusdem diœcesis de stylo, nec solent cōmitti nisi episcopis. Simplices autem cōmissiones causarū matrimonialiū, hoc est, in quibus nō est appellatū iudicialiter à iudice, licet esset fortè appellatū extraiudicialiter à parte cōmittuntur de stylo episcopo diœcesano, rei vel reæ, & non dantur in tertia, quāuis actor & reus sint diuersarū diœce. nisi fuerit suspectus diœcesanus impetrāti, & tunc dantur extra cum clausula, Cùm in ciuitate, &c. non sit aliquis episcopus, qui de huiusmodi causa ad præsens tutè cognoscere possit, fraternitati tuæ, &c. Et debet prius narrari causa suspicionis. Sed si fortè episcopus diœcesanus agat in remotis, & hoc narretur, cōmittitur de stylo causa matrimonialis simplex alteri episcopo in diœc. rei commoranti, vel vincitori. ad quod facit cle. de fo. comp. & c. eos qui. de tempo. ordi. lib. 6. videtur tamen tunc posse cōmitti maiorem dignitatem in ecclesia habenti, vt in c. literas. de rest. spol. Præterea aduerte, quod si aliqua vniuersitas impetret contra aliam vniuersitatem, possunt iudices dari extra de stylo si pars petat, vide Collect. de hoc in d. ca. nonnulli. si autem causa est prophana includens matrimonialem: non habetur constans stylus super cōmissione fienda. vide tamen not. per glo. in c. dispendiosam. & per Lud. cons. 249. & per Oldr. cōs. 320. de partium vero consensu causa etiam non matrimonialis trahitur extra. debet tamen fieri mentio in rescripto de dicto consensu. vide ad hoc decis. Ægid. de Bellamatre, siue Bellamere. & sit fides de consensu per auditorem contradictarum correctori, si partes

sint præsentes in curia. Et aduerte quòd ratione rei immobilis, super qua impetratur rescriptum, siue agatur actione reali, siue personali, debent dari iudices in loco vbi est sita res illa: & ita obseruat cancellaria, interpretãdo d.c. statutũ. nihil immutasse quoad immobilia de iure antiquo. & sic remanet dispositio. c. dilectus. de rescr. & c. fi. de for. cõp. nec tunc attenditur de stylo locus domicilij rei, licet doct. cõmuniter teneant, ꝙ sit in electione actoris cõuenire reũ in loco rei sitæ, vel loco domicilij ipsius rei. & not. in l. fi. C. vbi rẽ act. & sic immobilibꝰ discindimꝰ dispositionẽ d.c. statutũ. videlicet, ꝙ nõ fiat differẽtia, an actor, & reus sint eiusdẽ diœc. &c. sed semper dentur iudices in loco immobiliũ, non autẽ in loco domicilij rei, etiã si pars peteret, adeò ꝙ si in eodem rescripto impetrentur iudices super immobilibus & mobilibus, nõ dabũtur iudices nisi in loco immobiliũ, ne videãtur etiam dari in loco seu domicilio rei: & si pars velit in loco mobilium, non dabuntur iudices per cancellariam contra diuersas personas, nisi in diuersis rescriptis, nec etiam curat cancellaria de loco vbi fuit appellatum, vel grauamen illatũ quo ad hoc, vt nõ dentur in tertia, quia dari possunt in tertia, si actor & reus fuerint diuersarum diœc, nec etiam si reus originarius appellans velit iudices contra appellatũ in loco eiusdem rei, non dantur ei de stylo, licet contrariũ videantur voluisse doct. in d.c. statutum. Contra eum autem, qui interdũ moratur in vna diœcesi, interdum in alia, dãtur iudices in vtraque si hoc exprimat impetrãs. In laico autem, qui iurisdictioni cuiuscũque iudicis ecclesiastici se submisit, nõ dãtur iudices, nisi in diœcesi rei vel tertia, & aliàs iuxta formã, c. statutum. supradictam in immobilibus. & in causis prophanis laicorum subiectorum ecclesię etiam seruatur forma. d.c. statutũ. de stylo: licet aliqui videantur voluisse contrariũ. vide eos in c. decernimus. de iud. & c. sua nobis. de appel. & Bellam. in d.c. statutum. In testibus autem, ad perpetuã rei memoriam, solent dari iudices in loco impetrãtis. vide ad hoc doct. in c. si quis contra. de fo. comp. & c. significarũt. de testi. in forma autem, humilibus, quæ plus taxatur, & habet in hoc aliquid gratiæ, potest de stylo absque signatura Papæ causa committi extra diœc. cum derogatione d. ca. statutum. Et in rescriptis ea quæ de bonis super reuocandis indebitè alienatis, & rescripto significauit, & post iter arreptũ, dantur iudices vbi pars petierit, quia non exprimuntur rei. Itẽ aduerte, ꝙ non solet cancellaria dare iudices in loco contractus, vel destinatæ solutionis, etiam si impetrans dixerit reũ ibi inueniri, nisi cõmoretur, vide ad hoc not. in ca. dilecti. de for. comp. & in l. quæro. ff. de sol. præsertim cùm non appareat de consensu ordinarij rei. vide etiam ad hoc Specul. tit. de compe. iudi. §. 1. vers. in clericis autem qui vidẽtur etiam in hac tacita prærogatione requirere consensum ordinarij. & vide text. 3. q. 6. non liceat. & Ang. in l. 1. de iudi. Et nota, ꝙ si reus est vnius diœc. & cõmoratur in alia, cancellaria non dat iudices, nisi in loco cõmorationis, etiamsi impetrans petat in vtroque. In loco autem prædicto cõmorationis dãtur iudices etiam si non dicatur reum habere domiciliũ, & stylus iste facit pro opi. Innoc. & aliquorum in c. ex parte B. de fo. comp. & vide doct. in c. ꝙ clericis. eo. tit. & tex. in l. verum. C. de incol. lib. 10. Contra hæredem autem alicuius defuncti, non dat iudices cãcellaria, nisi in loco diœc. hæredis, vel vbi ipse hæres conueniatur ratione legatorum soluendorum, siue ratione debitorum defuncti. nam non dat iudices in loco vbi defunctus fuisset conueniendus, de quibus in l. hæres absens. & l. si fideicõmissum. de iud. ff. & in c. fi. de fo. comp. per doct. & ita stylus cancellariæ interpretatur, d.c. statutum. plura sustulisse de dispositis per iura antiqua saltem quo ad effectum cõmissionum quàm faciãt interpretationes doctorũ qui in multis contrarium sentiunt, nec etiam dantur hodie literæ per cancellariam laico contra laicos raptores aliarum rerum, quã ecclesiarum, nisi tales raptores, vel fures essent occulti, & tunc dantur literæ excõmunicationis generales, ad satisfactionẽ in forma, significauit. vide ad hoc not. in c. cum sit generale. de fo. comp. & fundantur dictæ literæ generales excõmunicatoriæ ex multis iuribus, videlicet ex c. 2. de offic. ordi. & 5. q. 1. quidam. & cle. volentes. de hære. & glo. in Cle. maiorum. eo. tit. & ex not. per Host. in c. nobis. de sent. exc. & per Io. And. in c. cum in mult. in nouel. & not. 35. q. 6. episcopus, in Synodo. & in c. ad nostram. & 1. de iureiur & ca. constitutus. de testi. & c. tuæ. de pœnis. per Collect. Et in prædictis literis in forma, significauit, interdũ denũciatur quis excõmunicatus ipso iure generaliter, & monetur ad satisfactionem, interdum monetur per duos terminos, & deinde excommunicatur, & hoc vltimum fit in casibus, in quibus non est quis excõmunicatus ipso iure. Vlterius nota, ꝙ nõ solet etiam cancel. dare iudices in loco delicti, & in summa, non dat iudices, nisi in loco domicilij, seu cõmorationis, & in loco rei immobilis sitæ, adeò, ꝙ ministris & general. ordi. comitibus & baronibus, & huiusmodi non dat iudices, nisi in locis vbi cõmorantur, vel in loco vnde denominãtur, si illa prouincia concluditur vna diœc. tantũ, vide Abb. ad hoc in c. dilectus. de rescr. coll. 3. & not. in l. 2. C. vbi Senator. & in c. omnes. de maior. & obe. & in c. quoniam. de offi. deleg. Nota etiam, ꝙ si actor impetret contra plures reos diuers. diœc. quamuis illi rei sint diuersarum prouinciarum & etiam sit causa communis, dãtur iudices in singulis diœcesibus reorum, vel in tertiis si actor sit diuersę diœcesis ab eis, non sufficit dare in vna ex diœc. reorum in simplicibus cõmissionibus. Secus in causa appellationum, in quibus nõ est necesse accipere iudices, nisi in altera ex diœcesibus reorũ, neque actores computantur, nisi pro vno, si dicant se esse litis consortes. vide ad hunc stylum no. in c. dilectus. de rescri. & c. ex parte. de fo. comp. & l. 1. & 2. & 3. si vnus ex plur. ap. & in l. 1. de di. resc. C. & l. 1. & 2. si plu. vna sent. & l. sæpe. de re iudi. & l. 1. si in cõmu. eadémque caus. & in l. scire debemus. de verbo. oblig. & l. de pupillo. §. si plurimi. de no. ope. nunc. & Clem. 1. de appel. in cle. Et dicit Ioan. Ganfredi cum aliis doct. Gallicanis fuisse determinatum in cãcellaria. quod si quis habet impetrare contra duos, quorum vnus

est de diœcesi impetrantis, alius de alia, quod debet dare iudex in tertiam, cùm minora sequantur inconuenientia, & addit longe minorem esse inconueniẽtiam, ꝙ vbi duo vel plures rei conuenti sunt in eadem causa, ꝙ censeantur loco vnius, quã plurium. arg. c. in multis. lib. 6. de rescr. & de iurepat. c. 1. eo. lib. de elect. scriptum. & vide ad hoc not. per Innoc. & alios in c. pastoralis. de rescript. hodie tamen fit vt suprà dictum est. Dicunt etiam prædicti doct. Gallicani, in c. causam. de offic. deleg. & Bellam. iud. in d. c. statutum. cancellariam committere causam matrimonialem, etiam si sit super fœdere, episcopo, & aliis non episcopis, cũ clausula, tu frater episcope, & quãdo appellatur à grauamine, vel interlocutoria in matrimonialibus, etiam cõmittitur episcopo, vt ibi per eos, & ita seruatur hodie. Facit contrà c. constitu. 2. de appel. Sed si maritus impetret literas contra aliquem detinentem vxorem suam inuitam, potest tunc absque dubio committi aliis, quã episcopo, cũ talis cognitio sit misti fori. vide Ioan. And. & alios in c. non est. de spon. & c. illud, de præsumpt. & Anto. de But. in c. tuam. de ord. cog. Et nota ꝙ si priuilegiatus traxit me extra suam diœcesim, & ego appello ab sententia, committebantur olim causæ per cancellariã extra diœcesim appellati. per not. in c. prudentiam. de mut. peti. Verùm posteà visum est obstare d. c. statutum, & negata est cõmissio extra diœcesim. Et iterum postea cancellaria in similibus casibus dedit extra, tempore Clementis 4. interpretando stylum per ius cõmune, per not. in c. cũ dilectus. de cons. quare stylus in cancellaria fuit in hoc incõstans. Et in his & pluribus aliis indigeret declaratione Pontificis d. c. statutum. quòd videtur confusè & generaliter tollere multas æquitates iuris antiqui. Et nota ꝙ si episcopus impetret literas vnà cum alio suæ diœc. pro re communi cõtra eius subditum, dantur iudices extra, etiam in simplicibus. arg. d. c. vnici. de iur. patr. lib. 6. & ff. de quib. re. ad eund. iud. ea. l. 1. & ca. per tuas. de arbi. & l. si ita. de lib. & posth. & ff. si seruit. vend. l. si cõmunem. & C. de temp. in integ. restit. petent. & de conces. præbend. authoritate. lib. 6. & l. 1. C. si commu. eadémque caus. in integr. restit. poss. & l. inter de minor. l. per fundum. ff. de seruit. rustic. præd. & de cond. & demonst. l. pater. & faciũt dicta suprà de litis consortibus.

Circa personas, quæ possunt literas impetrare. Personæ autem, quæ possunt impetrare literas, sunt laicus contra laicum in terris ecclesiæ. vide in cap. si duobus. de appel. Item laicus contra clericũ, & clericus contra laicum, etiam de antiquissimo stylo, & clericus cum laico contra laicum, si ad eos communiter res pertineat, sed non econtra. Sed in hoc vltimo casu contrarium videntur voluisse. doct. in l. præcipimus. §. eodem. C. de appel. & in l. fin. de hono. non conti. C. Mathes. in quodam nota & Abb. recentior in quadam disput. de quo per Collect. post Federic. in ca. forus. de verb. signif. in causis autem feudalibus, non dantur literæ etiam clerico, vide ca. cæterum. de iudic. & cap. ex transmissa. & cap. verùm. de foro compet. Dantur autem literæ laicis contra laicos, super vsuris vel contractibus in fraudem vsurarum initis, vel iuramento vallatis. Item super iure patronatus vel præsentatione, aut iure funerandi, aut dote, vel donatione propter nuptias, & super administratione rerum piarum. & propterea dantur confraternitatibus. vide ad hoc. Paul. & Abba. in consi. Dantur etiam ratione voti. Vide ad hoc in c. licet. de voto. & quomodo laicus conuenitur super re, quam tenet ab ecclesia, vide ad hoc Specul. in tit. de com. iudi. adi. §. 1. & not. in c. nullus. de fo. competen. & not. in ca. si clericus laicum. Dantur etiam pro & contra executorem vltimæ voluntatis laicum, etiam in non piis causis, licet quo ad hoc vltimũ, videantur obstare huic stylo not. in ca. tua. de testam. & breuiter dantur literæ inter laicos super causis ecclesiasticis, & aliàs absque dubio forum ecclesiasticum concernentibus. Super obseruatione autem pacti inter laicos non dantur, nisi diceretur in illis locis tales causas de antiqua consuetudine pertinere ad forum ecclesiasticum. vide ad hoc Collec. in ca. 1. de pact. Super infamatione autem de crimine incestus inter laicos, cùm peterentur literæ tempore meo à cancellaria, de consilio dominorum de parco negauimus eas, quãuis mihi videretur esse concedendas pluribus rationibus, & inter alia, quia Cancellaria maximè innititur textibus allega. in c. fi. de sepult. sed quia non inuenimus exemplũ alicuius formæ antiquæ, acquieui opinioni eorum. Sed contrà feci in crimine contra naturam, cum peterentur literæ inter laicos iuxta formam l. diffamari vide de his docto. post gloss. in ca. nos inter. de purg. cano. & in c. clerici. de exces. præla. & cap. in archiepiscopatu. de rapto.

Et nota etiam, quod iudæis vel Saracenis contra laicos Christianos, vel econtra, non dantur literæ per Cancellariam, nisi super causis concernentibus forum ecclesiasticum simpliciter vel mixtim, nec fit mentio de negligentia iudicum secularium, sed si essent de terris ecclesiæ, bene dantur. vide ad hoc not. in c. quod super his. de voto. per doct. & in d. c. in archiepiscopatu. Magistris, seu præfectis fabricæ ecclesiæ, & perpetuò oblatis, & rectoribus hospitalium, laicis pro bonis ad fabricam vel hospitale spectantibus bene dat literas cancellaria & contra eos pro dictis bonis, & fratribus & sororibus etiam tertij ordinis sancti Francisci, & contra eos: simplicibus autem eremitis non solent dari literæ, nec seruitoribus clericorum laicis. Bizocaris autem seu mãtellatis dantur, vxori clerici coniugati, & multo magis contra eum videtur dari posse per l. 1. C. de incol. lib. 10. & de digni. l. mulieres. lib. 12. ff. de sena. fœminæ. Et nota, quòd laico de terris ecclesiæ, non dantur literæ contra laicum extra terras ecclesiæ, sed econtra sic. Et attende, quòd in tutore, & curatore, & procuratore in rem suam, consideratur persona pupilli, vel adulti, seu furiosi, aut procuratoris, an sit clericus vel laicus, non ipsius tutoris vel curatoris super impetratio. Idem ad hoc vt trahatur extra, nam in hoc, videlicet, quo ad commissionem, non solet attendi diœcesis vel locus commoration. tutoris vel curatoris, sed pupilli vel adulti. Faciunt ad hoc not. in l. si ex plu. tuto. C. & an. l. 1. §. libelli. de appel. ff. & l. 1. quan.

nup. inter pu.& no.l.1.ff.de administ.tut.& l.ad ea. ff.de re iud.& in ca.sua nobis. & ca.ex parte.de appell.& in c.querelam.de elect.& in l.1.C.de sent.& inter.iudi.& in c.1.de proc.lib.6.vbi non attēditur qualitas procuratoris, & de procuratore in rem suam,vide no.in ca.licet.de offic.dele.& l.apud.de dol.except.In patre autē laico administratore bonorum filij clerici non habetur firmus stylus. Aliqui ex correctoribus considerarunt personam patris,propter interesse eius in vsufructu, & non dederunt literas contra laicum: alij dederunt, quasi pro re, quasi communi patri laico & filio clerico, & hanc partem nos sequuti sumus, tamen quo ad trahendum extra impetrante literas patre: aut si contrà cum ratione prædictorum bonorum impetrentur,semper attenditur diœcesis, patris non filij,si fuerint diuersarum:quia consideratur vexatio & cura comparendi per iura suprà alleg. & verbum trahere.vt not.docto. Gallic.in d.c.statutum. & in executore quo ad hoc.& vide ad hoc glos.& Bart.in l.1.C.de agric. & censi. Dantur etiam literæ laico contra laicum, qui subest iurisdictioni temporali alicuius episcopi vel prælati, si hoc narretur,quamuis olim Cancellaria non dederit literas nisi inter laicos ecclesiæ Romanæ tātùm,quod Collec.in c.ad petitionem.de accus.dicit obseruatum fuisse, vel ex effectu præsidentium in literis expediendis, vel ex errore abbreuiatorum. Et si laicus percusserit laicum in ecclesia,non dantur literæ ad instantiam percussi,sed rectoris ecclesiæ. & vide ad hoc not.in ca.cùm sit generale. Dantur quoque literæ contra laicum mulieri conquerenti super dote,siue cum viro, quando est nupta, siue absque viro soluto matrimonio, vel viro ipso ad inopiam vergente, & debet fieri mentio in rescripto, quòd res super quibus laicus mulieris pertineant. Viro autem contra laicum dantur etiam literæ pro dote sibi promissa. vide ad hoc c.per nostras.de do.inter virum & vxor.formam quinterni Cancellariæ iustitiæ, in titu.de matri. Viro etiam contra vxorem, ad dotem propter adulteriū vxoris perditam, videtur posse dari literas per ca.plerunque.de don.inter vir.& vxor.& ca.ex parte de constit. & not.per Abb.in c.cùm sit generale.de for.compet.& idem fortè videtur, si agatur super parafernalibus per mulierem non contra tertium, sed accessoriè ad dotem,seu vnà cum dote, vt in c. plerunque.& c.significauit.& c.& si necesse.de donat.inter vir.& vxo.arg l.si ego.§.dotis.de iur.dot. ff.& l.fi.C.de pact.conuen. & argu.l.si sponsa.ff.de iure dot.& de priuil.credit.l.2.§.fi.sed si mulier est vidua,vel pauper orphanus, bene impetrat literas etiam nulla facta mentione de dote,cum clausula, illos sub quorum iurisdictione, &c. quæ dantur quando pauper orphanus, vel vidua non possunt consequi iustitiæ complementum à iudicibus secularibus, & vocatur pauper orphanus miserabilis persona,vt not.in c.super quibusdam.de verbo. signific.iuncto,c.1.87.dist.& l.orphanotrophos. C. de episc.& cler.& c.grandi. de sup.neg.prael. lib.6. & c.1.ne cle.vel monac.Nec capitur orphanus, vt in cap.admonere.33.q.2. pro eo qui caret patre. Et dantur etiam pro orphano, quamuis habeat tutorem vel curatorem, vt vidi in forma Martini de Ebulo. videtur obstare. d.l.orphanotrophos. sed potest esse pauper miserabilis,etiamsi habeat tutorem vel curatorem. Pro nobili paupere orphano etiam dantur literæ. vide not.in c.significantibus. de offi.deleg.& l.humilem. C.de incest.nupt. Item dantur literæ pro clerico cum vnica & virgine coniugato, & contra eum de stylo.licet videatur obstare c.vnicum.de cle.con.lib.6.tamen pro stylo faciunt not.per Abb.c.1.de vit.& hone.cleri.Et nota,quòd pauper orphanus,vel vidua non impetrat in eisdem literis contra clericos & laicos simul, cùm diuersæ sint conclusiones. Et aduerte etiam, quòd laicus non impetrat literas contra clericum generaliter super iniuriis,sed est necesse specificari iniuriā.vide not.in c.grauis.de rest.spol.& ca.olim de iniur. Nec clerico, & laico dantur literæ simul super iniuriis,etiamsi diceretur communiter.Item si conquerentes sint plures,etiamsi pater vel filius, vel fratres debent poni super bonis & rebus aliis ad eos communiter spectantibus, sed in vniuersitate conquerente vel alio corpore, seu collegio nō dicitur cōmuniter spectantibus. Monachis autem vel aliis religiosis,aut mendicantibus non dantur literæ nomine proprio, sed superioris & conuentus, nisi talis religiosus habeat aliquod officium obedientiarum, vel administrationem,aut beneficium sui ordinis, vel ex dispensatione Apostolica, vel impetret super absolution. ab excommunicatione vel infamation.aut alimentis,aliàs non dantur,etiam si sit in studio. Et etiam olim obseruauit cancellaria,vt per Collect.in c.dilectus.de rescrip. & vide Rot.de iudic.in nouis. & in decis.Bellam. Mihi tamen semper visum fuit posse dari literas pro existente in studio,si asserat se de licentia prælati & conuentus esse in studio,per not.gl.in c.non dicatis.12.q.1.& si longius de iudicibus, & per Archid.& Ioan.And.in c.2.ne cleri.vel monach.dummodo narret iniuriari sibi super debitis ratione studij contractis.Aliqui tamen correctores sequuti sunt exactè stylum antiquum, ne sub hoc prætextu studij detur occasio monachis impetrandi literas super aliis debitis, & administratione proprij, & noluerunt dare etiam cum dicta narratiua. Contra religiosum autem hodie bene dantur literæ,sub nomine proprio indistinctè in loco cōmorationis.& vide not.in c.quanto.de offi.ordi. Mendicantibus verò dantur literæ pro erogatis eis, vel ecclesiæ eorum in eleemosynam, cum possint implorare officium iudicis, ad habenda illa bona, & etiam agere si dixerint se posse obtinere bona ex priuilegio sedis Apostolicæ, cui non sit derogatū. Ad quod vide not.in cap.fi.de pact.lib.6.olim tamen cancellaria non admittebat appellationes super immobilibus mendicantium,quamuis allegarent priuilegium Apostolicum super eis, vt not. Collect. in ca.significantibus. de noui ope. nunc. Abbati autem soli dantur, pro spectantibus ad mensam Abbatialem, si fuerint ordinis S.Basilij vel Benedicti,aliàs autem non dantur absque conuentu.Præceptoribus autem siue cōmendatoribus

Mm 2

militaribus dantur indistinctè, etiam pro pluribus commendis, sed non pro pluribus prioratibus in militibus Rhodiensibus, seu fratribus Hierosolymitanis, vt vidi in eorum statutis, seu stabilimentis, dum peterent confirmationem eorum. & vide no. in c. quia nos. de appel. per Inno. & Hostien. vide ad hoc not. in c. cùm deputati. de iudi. & Oldra. consi. 127. viro autem & vxori dantur literæ absque verbo, communiter. Non dantur literæ, si quis velit impetrare contra homines talis loci, nisi dicatur vniuersi homines vel vniuersitas hominum talis loci. vide ad hoc not. in c. cũ in multis. de rescri. lib. 6. Oldra. consi. 315. & not. glo. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. Et quando ignoratur, an quis sit clericus vel laicus, solet poni disiunctiuè clericus vel laicus pro quo stylo facit. l. 1. §. quia autem. ff. quorum leg. & de rest. in integ. constitutis. & c. vnic. de post. præ. lib. 6. Filio autem familiàs non solent dari literæ contra patrem, nisi exprimat sibi iniuriari super Castensibus, aut alimentis, vel aliàs in casibus, in quibus possit agere contra patrem. vide ad hoc. l. lis nulla. ff. de iudi. & l. actiones. ff. de act. & glo. 23. q. 4. si ecclesia. & in ca. quæritur. 2. q. 7. nam prohibito consequenti, videtur prohibitum antecedens, videlicet impetratio literarum facit quod not. Inno. in c. 2. de dilat. Emancipato autem bene dantur, cùm non prohibeatur agere, nisi non præterita venia, quæ per impetrationem literarum nõ tollitur, & iudex hoc examinabit. arg. l. sed & in hac. §. præter. & l. quamuis in fi. ff. de in ius voc. & facit l. fi C. eo. Super furt. verò, vel falsitate commissa per patrem aduersus filium quòd possunt dari. vide l. congruentius. C. de patr. pot. & not. in c. prohibemur. 2. q. 1. & in d. §. prætor. Cistertiensibus non dantur literæ super castris, hominibus vasallis, vel decimis, nisi adiiciatur, quòd habuerint illa antequàm ipsorum monasteriorum Cistertien. ordo reciperet instituta. vide c. recolẽtes. de stat. monac. & not. in c. cum ordinem. de rescri. Super diuersis beneficiis contra diuersos reos non datur vnum rescriptum, nec cum clausula, & quidã alij. Sed est necesse exprimere reos, nec vbi agitur super beneficio, non debet hodie addi in rescripto super rebus aliis, quàm fructibus illius. Cancellaria non dat literas conuentui, vel Capitulo, vel contra eos, nisi super bonis discretis, & aliis quæ vacante sede per eos necessariò expediuntur, vt per Collect. in c. illa. ne sede vacante. Et pro iniuria illata ecclesiæ cathedrali, vel intra ipsam, vel in eius cœmiterio non dantur literæ episcopo, siue capitulo. vide Collect. in cap. cum deputati. de iudic. sed contrà sic.

Nec in aliquo rescripto ponuntur vltra tres ciuitates siue diœces. computatis actoribus & reis, vel quatuor, si iudex fuerit ex illis quatuor.

Item non ponuntur vltra octo nomina reorum, absque clausula, & quidam alij, sed cũ ea septem, nomina verò conquerentium possunt esse quot placet.

Contra reges & principes, seu magnos duces non dantur literæ sine signatura Papæ. faciunt not. per Specul. titu. de legat. §. nunc videndum. versi. Item non obstat.

Et nota, quod communitas, seu vniuersitas de stylo computatur pro quatuor personis, licet. l. mortuo. ff. de fideiuss. & ex quib. caus. maio. l. ait prætor. §. item inquit. cum aliis iuribus faciant cõtra. & ideo non dantur literæ in vno rescripto, nisi contra duas vniuersitates, si velis ponere clausulã, & quidam alij, & communitas dicitur ciuitatis. Diuersitas verò castri, vel villæ, aut populi, videtur facere contra clemen. vnica. de vsur. & not. per Bart. in extrauag. ad reprimendam. Nec dantur literæ, nisi contra tria monasteria tantum, vel domos in eodem rescripto. Nec super iniuriis verbalibus dantur literæ per cancellariam. vide ad hoc c. cum te. de re iudic. & decis. Rotæ.

In ciuilibus plures agentes appellantur litisconsortes. In criminalibus verò plures rei complices. facit contra gloss. in clem. 1. de pœnis. vide text. & Ioan. And. in c. cum oporteat. de accusat.

Quando agitur super pecuniarum summis, ponitur in conclusione post illa verba, ap. re. vsuris cessantibus. de quo in c. dilect. de foro compet. nisi conqueratur episcopus, capitulum, conuentus, vel persona ecclesiastica ratione beneficij, aut religiosus, vel familiaris Papæ, vel de cur. Romana, quia præsumitur pro eis. vide not. in c. cùm in iuuentute. de præsumpt. cum ex iniuncto, de no. oper. nunc. 61. dist. miramur. 9. q. 2. Lugdun. nec hodie ponitur in rescriptis appellationum.

Mortuum non appellat Papa dilect. fil. de stylo; nec venerabilem fratrem, sed quondam talem, & bo. me. episcopum.

In rescripto super defectu natalium, ponitur clausula, ita tamen, &c. aliàs est falsum, & committitur diœcesano nisi sit suspensus: quia tunc committitur officiali vltra montes. & hodie etiã idem quando diœcesanus agit in remotis, & hoc exprimitur, facit c. daturum. de præb. lib. 6. si vacet eccle. tunc scribitur maiorem potestatem in ea obtinenti. vide de hoc in quinterno, tit. de defect. natu. Specul. in tit. de dispen. §. nunc de episcoporum. & in fi. & quis dicatur Diœcesanus vide glos. in Cle. vnic. de for. compet. & datur hodie hæc dispensatio tam præsentibus in curia quàm absentibus, etiam progenitis ex non soluto & soluta. & de dicta clausula, ita tamen vide Oldradum consi. 165. & Rot. in antiquis: & glo. in cap. si pro clericis. de præbend. lib. 6. & in c. non potest. & Salicet. in leg. præscriptio. C. si contra ius vel vtilit. publ.

Et in confirmationibus in forma communi, nunquam ponitur in narratione diœcesis, in qua est beneficium, sed in salutatione tantum.

Nec datur, Post iter arreptum, mulieri, sed religioso sic, si habeat administrationem. vide not. in c. cum deputati. de iudic. & glo. in Clem. & si principalis, de rescript.

Regulæ Cancellariæ Papæ viuenti ad futuram rei memoriam dantur sub hac forma, Ad futurã, &c. cũ literis maiusculis, Cunctis disponentes fidelibus, iustitiã ministrari tenorem cuiusdã per nos dudum editæ constit. quæ die decima nona Mensis, &c. Anno Incarnationis, &c. Pontificatus, &c.

Anno

Anno primo, publicata fuit ad Inſtantiam dilecti filij A. Decani, &c. ſe illa pro ſui conſeruatione iuris, indigere aſſerentis, præſentibus inſeri fecimus, volentes & autoritate Apoſtolica decernentes, vt huiuſmodi ſic inſerto tenori ſtetur, & plena fides adhibeatur, vbicunque in iudicio vel extra illud exhibitus fuerit vel oſtenſus: dictus verò tenor talis eſt, Item voluit, &c. nulli etiam. dat. &c.

Si Papa fuerit defunctus, dantur ſic à ſucceſſore, Cunctis, &c. quarum quidem cõſtitutionum, quas ſuo duntaxat tempore duraturas obſeruari voluit, &c.

Si verò nõ petantur ad futuram rei memoriam, ſed per commiſsionem iudicum, dantur ſub hac forma directè iudicibus, coram quibus cauſa pendet: Cunctis, &c. per nos nuper editæ conſtitutionis anni, &c. Pontificatus noſtri, &c. ad inſtantiam dilect. fil. ſe illa pro ſui iuris conſeruatione & executione quarundam literarum Apoſtolicarum per eum ad vos communiter impetratarum facienda indigere aſſerentis præſentibus, & c. volentes, & c. Tenori plenam fidem adhibeatis, & ſecundum eum ad executionem procedatis. literarum verò earundem dictus tenor talis eſt.

De quatuor clauſulis, prouiſo, & aliis.

Clauſula, prouiſo, quando quis conqueritur, ſuper cenſibus, penſionibus, & huiuſmodi prouiſione cenſus huiuſmodi contra ſtatuta Lateranenſis concilij impoſiti ſint, vel adaucti. vide c. prohibemus. de cenſi. & ponitur in reſcripto ante clauſulam, teſtes. Nec datur ſi minor impetret cõtra maiorem, nec contra laicum tantum, vel clericum & laicum ſimul.

Clauſula, prouiſo, quãdo quis conqueritur contra cõmunitatem vel vniuerſitatem, & hæc, Prouiſo ne aliqua ſingularis perſona dictæ vniuerſitatis auctoritate præſentium ad iudicium euocetur, ſeu in illam, aut locum prædictum interdicti ſententiam proferatis, niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperitis ſpeciale, & contra capitulum, hæc clauſula non ponitur, vide Bellam. de hac clauſula in capitulo cum in multis. de reſcriptis. libro 6.

Clauſula, prouiſo, quando quis conqueritur contra conſules, aut proconſules, aut nobiles, aut gubernatores ciuitatis vel huiuſmodi, eſt hæc, Prouiſo ne in terras dicti nobilis, vel eandem ciuitatẽ, vel oppidum auctoritate præſentium interdicti ſententiam proferatis, niſi ſuper hoc à nobis, &c. & hæc clauſula ponitur, quando conqueritur aliquis in pecuniariis vel aliis ciuilibus cauſis contra prædictas perſonas: vide in extrauagan. Bonifacij proinde. Super criminibus verò remanet ius antiquum. cap. ſi ſententia, §. cæterũ. de ſentent. excom. lib. 6. cum aliis iuribus. non tamen ponitur in reſcr. ſuper vſuris nec ſuper manuũ iniectione, etiam ſi agatur ciuiliter: nec in matrimonialibus, vide cap. non eſt. de ſponſalib. & cap. 1. de vſur. lib. 6. & cap. penul. Clauſula, prouiſo, non datur in commiſsionibus appellationũ, nec olim aliquo tempore data fuit in partibus Gallicanis: quia malè parebant nobiles & vniuerſitates iudicibus Eccleſiaſticis, vt legi in notis quinterni Cancellariæ gratiæ. Nec etiam ponebatur in certis Diœceſibus Germaniæ, per conſtitutio. in concilio Conſtanti. nunc ſic factam, videlicet in Caminen. Trazeburgen. Nauelburgen. Zuerinen.

Clauſula, prouiſo, quando excommunicatus contra formam Concilij generalis petit abſolutionem prouiſo, quod ſi pro manifeſta offenſa dicta ſententia ſit prolata, nec ab excommunicato ſufficienter præſtetur emenda nullatenus relaxetur. vide c. ſacro, de ſenten. excom. & ca. ab excommunicato. de reſcrip. & c. ex parte, de verb. ſignifi.

Inuocatio brachij ſecularis, hodie non datur abſque ſignatura per Cancellariam, nec tempore Collect. dabatur, vt per eum in ca. 1. de offic. deleg. olim verò data fuit: vt in quinterno iuſtitię, de vſuris. forma 21. quare ſtylus eſt inconſtans, & an delegatus hoc poſsit ſine expreſſa commiſsione, vide doctor. in ca. ſignificaſti. de offic. deleg. & in cap. ſi quis contra clericum. de foro compet. & cap. vt officium, de hæret. lib. 6.

Super ſponſalibus de futuro, vt cogatur vir vel mulier implere per verba, de præſenti, non ſolet Cancellaria dare literas, etiam ſi dicatur interueniſſe iuramentum. vide quæ ſcribo in aliis memorialibus meis, & not. in c. requiſiuit. de ſponſalib.

In reſcripto appellationis à principio, vbi formatur libellus actoris vel rei ſuper petition. ſemper debet poni quis petat, à quo petat, ſeu petierit, quid vel quare petat: & in his vltimis, quãdo ignoratur res, vel quãtitas aut cauſa, ſolet dici rem tunc expreſſam ex cauſis tunc expreſsis, vide materiam libellorum, & quæ infrà dicentur.

Item in abſolutione ab excommunicatione debet poni cauſa excommunicationis. vide doct. Gallic. poſt alios in cap. ex parte. de offi. ordin. & Hoſt. titu. de reſcript. §. quis impetrare.

Et nota, quòd per Cancellariam datur monitio ſub cenſuris in notoriis iuris: vt ſuper decimis & huiuſmodi. vt in titu. de decimis. in prima forma quinterni. vide gl. de his poſt text. in cle. diſpendioſam. de iudi. & doct. in c. conqueſtus. de fo. compet. & in c. noſti. de elect. & de probat. quoniam. & de appel. perſonas. & de iniur. ad noſtram.

Et conſidera, quòd Cancellaria in reſcriptis ſæpius vtitur verbo, temere, quod verbum excludit rectè vel ritè, aut vtrunque, & poteſt cõuenire parti, vel iudici: vt not. in l. eum qui temere. ff. de iudi. & Inſti. de pœn. teme. liti. c. ex literis. de diuor. cap. tuarum. de priui. de elect. prouida. lib. 6. & c. vt periculoſa. ne cler. vel monac. eod. lib. Inſtit. quib. alie. licet. §. econtra. & in c. bonæ. de poſtu. prælat. & in multis aliis iuribus.

Et aduerte quod Cancellaria vtitur his duobus terminis in conuentione, videlicet, traxit in cauſam, vel fecit ad iudicium euocari. De primo vide not. in ca. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & proprie. de alio in l. 1. tit. de in ius vocand. ff.

Si contra Epiſcopum, Archiepiſcopum, vel Patriarcham, impetrentur literæ, vbi dicitur per cenſuram, debet dici, auctoritate noſtra. vide ca. quia periculoſum. de ſentent. excommu. lib. 6. & quia

pontificali. de offic.deleg. eo.lib. Contra electum verò quando dantur literæ, dicitur per censuram de stylo. videtur contra dicere ca.2. de offic.deleg. ob reuerentiam sacri officij. Sed aliud est pôtificale officium, aliud pontificalis ordo, & aliud pontificalis dignitas. vide ad hoc gl. in Clem. archiepiscopo. de priuileg. & quandam decis. Bellam. & contra perpetuum administratorem etiam dicitur per censuram. vide not. in c. is cui. de elect. lib 6.

Super spolio contra iudicem non ponitur dicto tali, sicut iustum fuerit, restituto, sed simpliciter ponitur clausula, vocatis, cùm insinuatur pro ea. extra de renun. in præsentia. & c. dilectus. de rescri. vide Oldrad. consi. 227.

Item nunquam dantur nisi vnus, duo, vel tres iudices, vide ca. prudentiam. de offic. delegat.

Item ordo præcedit Diœcesim, sed non Ciuitatem, vt abbas S. Petri Perusinen. ordinis S. Benedicti. Abbas S. Cucuphatis ordinis S. Benedicti Barchinonen. diœcesis.

Nomina ordinum Camaldulensium, Cistertiensium, Cluniacensium, Carthusiensium, Præmonstratensium præferuntur, alia postponuntur, ordinis S. Benedicti, ordinis humiliatorum, &c. Cistertien. ordinis Præmonstraten. ordinis, &c.

Clausula non obstante, facit conquestum duplicem. Vide de ea in cap. ne aliqui. de priuil. lib. 6. & ponitur etiam in rescript. de iustitia.

Episcopo non dantur literæ super iuribus episcopalibus generaliter, nisi exprimat aliquod ex eis. vide Spec. de rescriptio. præsent. & not. in c. cõstitutus. de reg. do. & Bellam. in decisionibus.

Debet poni in rescripto etiam appellationis de stylo nomen & cognomen Actorum & Reorum, & appellantis ac appellati, aliàs non dantur literæ, nisi diceretur Titius & Mæuius, & alij hac parte litis consortes, quos non est necesse exprimere. Nomen verò Iudicis ordinarij, à quo appellatur, non est necessarium apponi, sed delegati sic, licet videatur aliud doctoribus. vide Spec. tit. de appellatio. & c. oblatæ. & Bart. in l. 1. §. libelli. de appellatio. ff. & decis. Rot. Item est necesse quòd ponatur diœcesis rei. Item debet poni qualitas vel dignitas personarum, Laicus, Canonicus, Rector, Armiger, Ciuis. Nec debet quis intitulari duobus titulis, sed vno tantum super quo impetrat, sed si impetrat super pecuniarum summis, aut aliis orphanis, potest assumere titulum quem voluerit, & dabuntur ei Iudices, iuxta diœcesim de qua se intitulabit. Vide ad hoc not. in ca. ad aures. de rescrip. & Bellam. in decis. & nota in quadam decis. in antiquis, de rescri. Et si est religiosus actor vel reus, debet exprimi ordo, vt per Hosti. & Collect. in ca. cùm ordinem. de rescript. Et Iudæus non dicitur laicus vel ciuis, sed dicitur incola vel habitator talis loci, vel in tali ciuitate commorans.

Et mulier debet poni post clausulam, & quidam alij clerici & laici, cùm non comprehendatur sub nomine laici de stylo, vide Specu. in tit. de rescript. præsentatione, & olim ponebatur ante, dummodo esset nominatus vnus laicus.

Si est mulier quæ appellet, debet semper poni, dilecta in Christo filia Anna, &c. & si est nobilis, debet etiam poni nobilis, & si vidua, debet semper dici talis relicta quondam talis vidua. Sed si mulier non appellet, sed conueniatur, non debet dici dilecta in Christo filia, nec etiam in conquestibus. Dicitur etiam in actrice, dilecta in Christo filia Ioanna dilecti filij Antonij, &c. vxor. Et idem dicitur in patre administratore bonorum filij, & tutoribus, & curatoribus, dilectus filius A. dilecti filij B. genito in muliere appellata non dicitur, dilecta in Christo filia. In forma, sua nobis, in forma autem, humilibus, tam in appellante, quàm appellato, quàm etiam iudicibus semper dicitur, dilectus filius, & dilecta in Christo filia in forman. querelam. In actore ponitur dilectus & dilecta, non in reis & conquestibus. In conclusion. ponitur, Ideoq; & aliis quo circa, &c.

Nota, quòd in forma, sua nobis, non datur expressa absolutio ad cautelam, & expressa commissio attentatorum in forma, humilibus, sic. Et in omnibus rescriptis iustitiæ ponitur clausula, quòd si non ambo vel omnes, præterquam in rescripto in forma, humilibus, in quo ponitur, vos, vel duo, aut vnus vestrum. Et huiusmodi clausula ponitur post clausulam, testes. Et si in rescripto non ponitur clausula, testes, debet poni statim post conclusionem. Vide de ea cap. prudentiam. de officio deleg. & c. cùm dilecti. de emption. & vendit. & ca. sciscitus. de rescrip. Et si excommunicatus impetrat absolutionem, non debet dici dilectus filius, sed sua nobis Antonius, &c.

Et cùm Cardinalis impetrat rescriptum, non dicitur, sua nobis, vel significauit, vel conquestus est nobis, & sic de aliis. Sed exposuit nobis dile. fil. noster tt. sanctæ Praxedis.

Et quando fit mentio de ordine Carmelitarum per constit. Sixti IIII. poni debet, ordinis gloriosissimæ Dei genitricis sempérque virginis Mariæ de monte Carmeli, quam constitutionem quidam ex abbreuiatoribus non obseruarunt, à me autem fuit semper obseruata, ob honorem Virginis & antiquitatem ordinis Carmelitarum.

In Abbate, Priore, Sacrista, vel Decano ecclesiæ, semper debet dici Abbas, vel Prior secularis, & collegiatæ ecclesiæ talis.

Et nota, quod in salutatione inter primum & secundum iudicem ponitur, inter secundum verò & tertium ponitur, ac vt dilecto fil. Decano & succentori ac capifero ecclesiæ S. N.

Et aduerte, quòd Cancellaria magnam vim facit in verbis, vt propriè ponantur, & sub certo ordine, vt innuit Collect. in cap. dilectus. de cap. monach. & not. in cap. venerabiles. de confir. vtil. vel inutil. & 54. regul. Cancella. & capit. causam. de rescrip. Et quantum fieri potest non repetit vel conculcat verba, nec sententiam, præsertim in decisiuis & dispositiuis.

Vbi appellatur ab euitatione præiudicij, vel molestationis inferendi extraiudicialiter de facto admittitur appellatio, & ponitur clausula, vocatis: & taxantur minus literæ. Vide ad hoc not. in c. dilecti. de maior. & obed.

Quando

Quando mandatur cõfirmari vel infirmari sententia lata super crimine, vel aliàs committitur, semper ponitur in conclusione, in his quæ pœnam sanguinis non contingũt. Vide not. in c. in archiepiscopatu. de rap. & in c. fin. ne cler. vel monach. lib. 6. & c. sententiam sanguinis. eo. tit. in antiquis. aliàs non valeret commissio, nisi ex certa scientia. Vide Ant. de Butr. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Item quando impetrantur literæ pro Canonicis Alemaniæ, vel Beguinabus, vel confraternitatibus, aut Iesuatis seu aliis piis Collegiis, vel congregationibus nõ approbatis. Ponitur in fine ante datam, per hoc autem dictarum Canonissarum statutum non intendimus in aliquo approbare, vel dictam confraternitatem non intendimus &c. pro quo stylo facit tex. in c. indemnitatibus. de ele. lib. 6. & in cle. accedentes. §. illas. de statu monach.

Item nota, quòd appellato, nisi post terminum octo mensium, nõ dantur literæ in illa causa appellationis, & sic de stylo practicatur hodie. c. oblata. Vide Rot. in antiquis tit. de rescript. & consil. 204. tamen olim non dabantur literæ appellato nisi confirmatoriæ. vt per Collect. in c. significantibus. de noui operis nunciatione.

Et nota, quòd si pars appellet à tarditate vel negligentia iudicis, in expeditione causæ solet dici, quod anno & amplius iã elapso, in dicta causa procedere non curat loco & tempore congruis requisitus, aliàs, nisi sit lapsus annus, non solent dari, nisi Iudex expresè denegaret iustitiã ministrare, quia tunc non diceretur aliquid de anno. Vide Io. And. in c. dilecto, de appel. & Abb. in c. ex parte. eo. tit. & in c. proposuisti. de foro compet. & gl. c. 2. de appel. lib. 6. & c. nullus. de iurepatro. & in authent. vt differen. iudic. & c. ad aures. de simon. & Bart. in l. Titia cùm nuberet Caio Seio. ff. de leg. & Bald. in l. fin. §. illud. de temp. appellat. Et formam quinterni iustitiæ primum: in titu. de iudi. tenen. diu causam in suspen. & Specula. tit. de appellatione, qui interpretatur illam primam formam, quando non est cõmissa causa appellationis, quia tunc habet remedium desertionis. In ordinario autem non dicitur aliquid de anno secundum stylum, sed dicitur diutius tenuit causam in suspenso, & tunc dantur tres menses ad expediendum, iuxta prædictam formam primam.

Itẽ dantur literæ in quibus conceditur adiũctus, propter suspicionem iudicum ab aduersario impetratorum, & si nondum est ad litis contestationem processum, vt in tertia & quarta forma supra alleg. tit. de mandatis quæ fiũt iud. de quibus vide doc. in c. insinuante. de offi. deleg. & c. causam quæ. eo. ti. & causam quę. de iud. & Fed. in cons. Non autẽ ad solã allegationẽ suspitionis iudicis datur nouus iudex, cũ habeat allegãs remediũ arbitrorũ, vel collegarũ & multò minus quãdo recusatur executor in forma dignũ, vel aliis huiusmodi qui non teneãtur vocare partes, cùm illi non possint recusari. Vide no. in c. cũ venissent. de iud. per Ant. & c. nouit. & c. postremo. de app. & Rot. eo. tit. de conces. præb. in nouis.

Clausula, testes, non solet apponi in aliquibus rescriptis, quæ sequuntur.

Super vsuris, quando impetratur contrà clericos tãtùm, vel clericos & laicos simul, & nec in causis matrimonialibus, aut consanguinitatis, vel affinitatis, nec dotis accessoriæ, vide c. de prudentia. de donat. inter vir. & vxor. nec super manuũ iniectione, contra clericum & laicum simul, vel contra clericum tantùm, etiamsi dicatur super aliis rebus iniuriari conqueren. nec super crimine vel diffamatione eius, nec quando dicitur contra iuramentum super hoc præstitum temere veniendo. nec cũ in literis dicitur extra tenorem priuilegiorum vel indulgentiarum, nec in literis post iter arreptum, nec cùm committitur causa iuxta priorum continentiam literarum, nec in literis preces & mandata, & cùm olim, quæ dantur volentibus ingredi religionem, nec quando dicitur in appellationis causa huiusmodi, nec quando petitur obseruatio sententiæ deserta appellatione, vel quia trãsiuit in rem iudicatam, nec vbi compellitur ferre arbitrium arbiter, nec in literis super absolutione monachorũ, nec quando dicitur de vtroque processu, nec in literis super defectu natalium, nec quando petitur absolutio ab excommunicato, qui concordauit cũ parte, nec in literis cùm secundum Apostolum, quę dantur ordinibus non habentibus beneficia, nec in cruce signatis, & quando denunciatur excommunicatus, vide in quinterno titu. de excommunicantibus, aliàs in literis, cùm mandantur executori, relaxatio sententiæ excommunicationis latæ contra formam ca. sacrosancta. de senten. excommunic. & c. reprehensibilis. de appel. sed in executoria eius bene datur, nec in literis si tibi, de quibus vide in quinterno titul. de resti. in integ. nec quando petitur confirmatio laudi, secus vbi petitur reuocatio. vide in quinterno titul. de arbitr. & compositi, nec vbi de obedientia agitur, vel vbi subiectio, vel visitatio denegatur, nec in literis contra indulta, nec in beneficio ad cuius collationem quis se per parentes literis obligauit: quia iam constat per literas, prout in multis superioribus, nec quando dicitur, prout in literis inde confectis, nec in literis quòd excommunicatum clericum recipiat ad diuina, nec quando literæ bullantur cum serico, nec quando publicatis attestationibus testes quandoque admittuntur & appellatur. Super iniuriis non est stylus firmus, quidam dederunt, alij non, propter verbum, iniuria, quod trahitur etiam ad crimen.

Et quando quæstio principalis est super crimine, aut aliqua materia, in qua non ponitur clausula, testes, si appellatio interponitur super grauamine per iudicem illato, non ponitur in rescripto clausula, testes, propter euentum cognitionis causæ principalis. in c. vt debitus. de appel. faciunt not. per Oldr. consi. 320.

Clausula, legitimi impedimenti, & ex ratione est huiusmodi, de qua in quinterno, tit. de pręsentationibus. Sed dictus A. legitimo, vt asserit, impedimento detentus, non fuit appellationem huiusmodi infrà tempus debitum prosecutus. Quare nobis humiliter supplicauit, vt lapsu dicti temporis non obstante sibi super hoc opportunè prouidere paterna diligentia curaremus. Quocirca. &c.

Sequuntur formæ conclusionum, quibus hodie vtitur Cancellaria in rescriptis meræ iustitiæ. Nam in forma, humilibus, aliquid gratiæ concedit Vicecancellarius, siue Cancellaria in administratione iustitiæ circa commissionem iudicum de antiqua consuetudine, ne partes expectando signaturam, quam omnino haberent, vexarentur expensis & dispendio moræ, quod maximè debet euitari, tam in Rota, quàm in Cancellaria, vt in conclus. Rot. 657.



Conclusio communis in conquestibus & querelis, & quomodo appellatur ab interlocutoria vel grauamine. Vocatis, qui fuerint euocādi, & auditis hincinde propositis, quod iustum vel canonicum in matrimonialibus fuerit appellāti reo decernas facien. quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. In causa spolij dicitur, & dicto tali, sicut iustum fuerit, restituto.

Nota, ꝙ in conquestibus contra vniuersitatem, officialem, siue dominum alicuius terræ post verbum, obseruari, dices prouisione in vniuersitatem prædictam, vel in terrā dicti officialis, vel comitis, excommunicationis vel interdicti sententiā proferas, nisi à nobis super hoc mandatum receperis speciale, nisi impetretur super vsuris, vel iniectione manuum violenta in clericos, vel causæ matrimoniali.

Appellatio ab vnica diffinitiua in causa matrimoniali, Mandan. quatenus de sententia huiusmodi legitimè cognoscens, quod canonicum fuerit appellanti reo decernas, facien. &c.

Appellatio à duabus diffinitiua non matrimonialibus in qua secunda confirmat primam. Mandantes quatenus in causa vltimæ appellationis huiusmodi legitimè procedens, dictam posteriorem sententiam confirmare vel infirmare app. reo. curetis, prout de iure fuerit faciendum.

Appellatio à secunda sententia confirmatoria primæ, in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de vltima sententia huiusmodi cognoscens legitimè, quòd canonicum fuerit appel. reo. decernas facien. &c.

Vbi sunt contrariæ sententiæ diffinitiuæ, & appellatur ab vltima, etiamsi sint duæ consequenter latæ pro vno. Mandamus &c. de vtroque processu cognoscens, legitimè, illum ex eis quem rite factū fore repereris, autoritate postea appel. reo. approbes, reliquo sicut iustum fuerit reprobato.

Vbi sunt contrariæ sententiæ in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de vtroque processu cognoscens legitimè, quod canonicum fuerit appel. reo. &c. facien. &c.

Quā[illegible] o mortuo iudice qui cognoscebat de causa, cōmittitur aliis. Quocirca quatenus vocatis, qui fuerint euocādi, & causa ipsa in statu debito per vos resumpta illam vlterius audiatis, & ꝙ iustum fuerit app. reo. decernatis, facientes, quod decernetis. &c.

Commissio admissionis, cessionis bonorum, pro clerico excommunicato, qui est paratus satisfacere quàm primum peruenerit ad pinguiorem fortunā.

Quodcirca &c. si est ita, vocatis creditoribus præfatis, & aliis qui fuerint euocandi, receptáque per vos ab eodem cessione bonorum prædictorum, necnon idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam peruenerit, debita persoluet, sententiam prædictam relaxare procuretis, prout de iure fuerit faciendum. & vide cap. Odoardus. de solut. & cap. peruenit. de fideius. super monasterio grauato onere debitorum. vide formam in quinterno. tit. de vsuris.

Quomodo petitur obseruari sententia interlocutoria, à qua nulliter fuit appellatum, vel quia deserta fuit & committitur eisdem iudicibus.

Quocirca &c. vocatis &c. si vobis de nullitate, siue desertione appellationis huiusmodi legitime constiterit, contra prædictum Ioan. ad vlteriora procedatis, iuxta ipsam formam & continentiam literarum. Olim huiusmodi literæ etiam committebātur aliis sub forma, vt postquàm cognouissent de nullitate vel desertione, remitterēt causam prioribus iudicibus, vide not. in c. ad hæc. el primo. & c. ex ratione. de appel. & de verbis continentiam, & tenorem in formam, & huiusmodi. vide not. in c. si cum. & c. si Apostolica. de præben. lib. 6. & c. significante. de appel. & cap. quia V. de iudic. & in multis aliis iuribus.

Quomodo petitur obseruatio sententiæ diffinitiuæ, & excommunicationis

Quocirca &c. si est ita, diffinitiu. sicut rite excommunicationis sicut rationabiliter prolatæ sunt, sententias huiusmodi faciatis autoritate nostra: vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. vide gl. & doct. in c. quoniam Abbas. de offi. de leg. & Specul. tit. de remissionibus.

Conclusio absolutionis ab excommunicato, qui est paratus satisfacere de consensu partis & parere iudicato, & literis.

Quocirca &c. Mandan. quatenus si est ita, prędictum P. postquàm literis ipsis legitimè paruerit cū effectu, & ad hoc dicti S. cōsensus expressus accesserit au eadem sententia, & aliis censuris per eum occasione pręmissarum incursis, hac vice duntaxat, autoritate nostra absoluatis in forma ecclesiæ consueta, & iniungatis ei pro modo culpæ pœnitentiam salutarem, & alia quæ de iure fuerint iniungenda. Et si iniuriatus ex non rationabili causa reniteretur absolutioni, vide not. per Hostien. in summa de pœnit.

Conclusio pro excommunicato ratione contumaciæ: qui est paratus parere.

Quocirca &c. E. si hoc legitimè petierit, recepta tamen prius ab eo cautione idonea super eo, quo excommunicatus habetur, ab excommunicationis sen

tionis ſententia huiuſmodi de ipſius domini conſenſu hac vice duntaxat abſoluatis in forma eccleſiæ conſueta, iniungatiſque ei pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem, & alia &c. vide de his abſolutionibus, an ſint pro contumacia, an pro offenſa in c. qua fronte. de appel. & c. ex parte. de verb. ſigni. el primo. & c. venerabilibus. de ſent. excom. li. 6. & gl. in c. ex literis. de offi. deleg. & Spec. tit. de contuma. quādo verò committitur abſolutio ſuper iniectione manuum, tunc pònitur pręſtatio iuramēti, quòd deinceps talia nō committet &c. & idem fit in violatoribus eccleſiaſticæ libertatis, & aliis huiuſmodi. vide in c. ex timore. de ſent. excommun.

Obſeruatio ſententiæ, quæ per deſertionem trāſiuit in rem iudicatam. cum taxatione expenſarum Mandan. quatenus ſi, vocatis qui fuerint euocandi, vobis de deſertione, appellationibus huiuſmodi legitimè conſtiterit, ſententiam prædictam ſicut ritè prolata eſt, faciatis autoritate noſtra appel. reo. firmiter obſeruari, & expenſas prouida moderatione taxare curetis, & ſi taxationem ipſam per vos fieri contigerit, faciatis idem B. per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, de expenſis ipſis debitam ſatisfactionem impendi. Iſte ſtylus ſuper vocation. videtur conſonare cum opi. Bar. in l. 1. ff. nil noua. appel. pen. & Bald. in l. eos. C. de appel. Satis probat text. in l. 2. verſ. fin. C. de tem. appel. & vide Canoniſtas recentiores in c. ex ratione. de app. poſt Inn. Butr. & Imol. contrarium tenentes.

Quando excommunicatus petit abſolutionem, & relaxationem interdicti.

QVocirca &c. vocatis, qui fuerint euocandi, ſi vobis conſtiterit dictum B. eidem G. de præmiſſis ſatisfeciſſe, prædictum B. hac vice duntaxat autoritate noſtra abſoluatis, in forma &c. Salutare & interdictum huiuſmodi relaxetis.

Concluſio quando petitur obſeruatio laudi ſiue arbitrij, à quo non fuit intra tempus debitum declaratum, nec acceptatum.

MAndamus, quatenus dictum arbitrium, ſicut iuſtè latum eſt, faciatis per pœnam in compromiſſo huiuſmodi appoſitam autoritate noſtra appel. reo. firmiter obſeruari. vide doct. in c. quintauallis. de iureiur. & C. de arbit. l. pen.

Obſeruatio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudic.

QVocirca &c. vocatis dicto tali, & aliis qui fuerint euocandi, ſi vobis de re iudicata huiuſmodi legitimè conſtiterit, ſententiam prædictam ſicut ritè probata eſt faciatis, autoritate noſtra firmiter obſeruari. vide quæ habentur in c. ea quæ. de re iud. Et hæc forma quo ad vocationem & citationem, conſonat opinio. gl. l. 2. de inoffic. teſta. & Cyn. in l. ab executore. C. quorum appo. non recip. de quo per Innoc. in cap. ex ratione. de appel. & c. cùm ſuper. de re iudic. & Bart. in l. diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudic. In cauſis autem matrimonialibus, quamuis quo ad aliquos effectus tranſeant in rem iudicatam, vt in cap. dilectę. & ſua nobis. de appel. per doct. tamen cancellaria non ſolet dare executionem, ſiue obſeruationem ſub prædicta forma, ſed quando petitur, dat ſimpliciter clauſulam, vocatis &c. In ſententia autem ſuper ſeparatione thori, bene datur obſeruatio: licet Ioan. Andr. & quidam alij doctòr. videantur ſentire in c. ex literis. de diuort. & c. lator. de ſent. & re iud.

Si non obſtante lapſu temporis committatur Iudicibus vt ad vlteriora procedant.

QVocirca &c. Mandan. quatenus ſi quod de impedimento huiuſmodi proponitur, veritate fulcitur, lapſu dicti temporis non obſtante &c. vlterius in cauſa ipſa, iuxta literarum prædictarum continentiam & tenorem, procedatis. & vide Spec. tit. de remiſ. & not. in c. ſi eum. de præb. lib. 6. & in c. exhibita. de iudic. per Ioan. Andr.

His formis cancellaria vtitur hodie in reſcriptis iuſtitiæ, & in appellationibus quanuis clauſula, vocatis &c. ſit communis & frequentiſſima in ſimplicibus conqueſtibus, querelis, & quibuſdam aliis reſcriptis. Reliqua autem formæ reſcriptorum ſimplicium, in quibus ponuntur clauſulæ ſpeciales in concluſionibus eorum, & in quibus non fit mentio de appellatione, poſſunt colligi ex quinterno cancellariæ, ſuper quibus hodie non eſt aliquid immutatum, videlicet, in materia arbitrorum iniectionis manuum, vſurarum matrimoniorum, indebitarum alienationum, neque in quibuſdam aliis ſed ſeruatur antiquus ſtylus curiæ. Super reuocatoriis verò in cauſis appellationum non ponuntur hodie formæ quæ habentur in libro reuocatoriarum, & referuntur per Spec. tit. de appel. §. de officio. verſ. vt autem. & in rub. de remiſ. ſed plerunque in illis exemplis Spec. ponitur clauſula, vocatis, in concluſion. vel clauſulis de quibus ſuprà. Prędicta autem clauſula, vocatis, quæ, vt dixi, ponitur creberrimè in ſimplicibus reſcriptis, & in appellationibus à grauamine, vel interlocutoriis, ponitur etiam in caſibus ſequentibus, quando pars reclamat laudo vel arbitrio: & quādo iudex vel pars poſt appellationē à grauamine vel interlocutoria procedit ad diffinitiuam, vel ad vlteriora temerè attentando, vel quādo proceſſus vel ſententia petitur nulla decerni, & quando ſunt latæ duæ interlocutoriæ contrariæ, nec tunc dicitur de vtraque &c. Et quando iudex, qui nullam habet iuriſdictionem, de facto proceſſit, vel quando remittitur cauſa per iudicem ad examen ſedis Apoſtolicæ, vel ad curiam, quod idem eſt vt not. glo. in c. ſtatutum. de pręb. lib. 6. & in ſimilibus ponitur dicta clauſula vocatis.

Et quia diuerſa eſt concluſio in appellationibus, & diffinitiua, & interlocutoria, ponentur aliquæ remiſſiones, oſtendentes quæ dicantur diffinitiuæ vel interlocutoriæ ſecundum doctrinas doctor. & ſtylum, ſeu conſuetudinem cancellariæ.

Impoſitio perpetui ſilentij eſt diffinitiua. Vide Bald. poſt Spec. titu. de ſent. prolata. Sententia lata ſuper articulis iuris, eſt interlocutoria not. Bald. in c. ſua nobis. de app. & l. præſes. de ſent. & interlocu. iud. C.

Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, habetur pro interlocutoria, & ponitur de stylo clausula, vocatis. not. gl. 2. q. 1. In summa, nec propriè debet appellari sententia. vide Archid. 18. dist. c. fi. nec transit in rem iudicatam, quin possit semper agi per viam querelæ, vt not. in c. sacro. de sent. excommunic.

Confirmatio electionis absque contradictore, non habetur pro sententia, & si fiat cum causæ cognitione per controuersiam. Contradictoria habetur pro diffinitiua, & ponitur clausula, in appellationis &c. vide Hostiens. & doct. in c. constitutis. el tertio. de appel. & Io. And. in c. auaritiæ. de ele. li. 6. & vide decis. Ægid. de Bella. tit. de re iudic.

Sententia qua approbantur fideiussores, habetur pro interlocutoria, & ponitur clausula, vocatis &c. Vide Lud. cons. 72. Præceptum iudicis factum in confessum de soluendo absque termino ad respondendũ, quare non debeat fieri præceptum, non est diffinitiua, vide Bart. in l. non fatetur. ff. de cõfes. vide Ang. in l. si debitori. ff. de iudi. Et an sentẽtia qua pronunciatur aliquẽ esse absoluendũ sit diffinitiua, vide dom. meum Alex. in l. 1. ff. de iurisdic. omn. iud.

Sententia quæ profertur in actione, quod metus causa, & similibus propter pœnam, vel restitutionẽ, habetur pro diffinitiua, & ponitur clausula in appellationis, &c. vide doct. in c. 1. quod met. caus. & Bart. in l. sine exceptione. §. hęc autem actio. ff. quod met. caus. Pronunciatio quod aliquis sit, vel non sit legitimus procurator, vel tutor, & huiusmodi, habetur pro sententia interlocutoria. vide Bal. in l. 2. de epi. au. & c. ex parte. de app.

Sententia super cessione bonorum habetur pro diffinitiua, & vide Dominos de Rot. in duabus decis. & Ægid. decis. 199.

Sententia per quam pronunciatur esse locum purgationi, habet vim diffinitiuæ, & ponitur clausula, vocatis &c. sed per quam mandatur purgatio, est interlocutoria, & per quam diffinitur aliquid, nisi se purgauerit, est diffinitiua, & ponitur clausula appellationis &c. vide doct. in c. cũ p. de purg. cano. & d. c. quod ad consultationem. de re iud.

Sententia qua pronunciatur aliquando non audiendum si lis contest. fuerit, habetur pro diffinitiua. vide doct. in l. diffamari. de inge. & mand. C.

Sententia super nullitate, oblato super hoc libello, habetur pro diffinitiua, aliàs secus vide doct. in l. quod iussit. de re iud. ff. & Bald. in l. 1. de fer. & Rota in duabus decis. 86. & 341.

Sententia qua aliquis absoluitur à contentis in libello, vel ab obseruatione iudicij habetur pro interlocutoria habente vim diffinitiuæ, & ponitur clausula, vocatis, &c. vide doct. in l. Titia. de accu. & Bald. in l. 2. de epis. au. & Angel. in cons.

Sententia quæ imponit alicui silentium ex lapsu dilationis est interlocutoria, & datur clausula, vocatis &c. vide Bald. in addi. Spec. de dila.

Sententia super alimẽtis, nisi agatur incidenter, est diffinitiua. vide doc. in l. si quis à liberis. §. si quis. de lib. agno. ff.

Sententia super æstimatione seu condemnatione eius habetur pro diffinitiua, vide in l. vinum. si cert. pet. ff. & Bald. in l. fideicommiss. lib. C.

Sententia super possessorio, lite contestata, in eo est diffinitiua, & ponitur clausula, in appellationis &c. vide Bald. in l. 2. de epi. aud. & vide doct. in l. quod iussit. de re iud. & c. consuluit. de offi. deleg.

Pronunciatio super compromittendo, vel non, est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vide Bal. in l. 1. si quacunque præ. po. C.

Sentẽtia quæ fertur super reuocatione attẽtatorum habet vim diffinitiuę, & in ea ponitur clausula, vocatis &c. vide gl. in c. non solùm. de appel. libr. 6. & Rot. decis. 80.

Reuocatio inhibitionis, vel inhibitoria, quæ fit per iudicem ad quem, est interlocutoria. Vide Feder. in cons. & doct. in c. cum teneamur. de appel.

Sententia super executione instrumenti, vel sententiæ est interlocutoria, vide Ang. in l. ab executore. ff. de appel. & Bal. in l. ab executore, quorum appel. non recip.

Sententia super liquidatione instrumenti, vel sententiæ est interlocutoria, vide Bal. in l. fi. C. de sent. quæ sine cert. quantit.

Sententia super probatione admittenda, vel nõ, habetur pro interlocutoria. vide doct. in c. significãtibus. de no. operis nunciat.

Sententia qua decernitur veniendum esse ad primum vel secundum decretum, est interlocutoria. Bald. in l. per hanc. C. de temp. appel. & ipsa decreti impositio est etiam interlocutoria. vide Fed. in cons. & not. in c. 1. de dilat.

Sententia super taxationem expensarum, vel expen. facta simul, vel cum principali diffinitiua, est diffinitiua seu pars eius, sed lata ante diffinitiuam est interlocutoria. vide Angel. in l. 1. ff. de vsuris.

Sententia super verbis priuilegiorum, lite super hoc contestata, est diffinitiua, aliàs est interlocutoria: vide doct. in c. olim. de priuil. & in c. veniens. de verb. signif.

Sententia, qua pronunciatur appellationem esse desertam, est interlocutoria, & in ea ponitur claususula. vocatis, quanuis habeat vim diffinitiuæ. vide Bald. in l. 2. de epi. audi. & decis. Rotæ.

Sentẽtia qua pronũciatur fuisse bene appellatũ, vel laudatum, est diffinitiua, sed si pronuntietur malè, appellatum, habetur pro diffinitiua respectu iudicis, & in ea ponitur clausula, vocatis, &c. vide doct. in l. fi. C. cõmu. de leg. & Paul. de Cast. cõs. 26.

Sententia super potentia appellandi, habet vim diffinitiuæ, & in ea ponitur clausula, vocatis, &c. Vide Bald. C. ne liceat tertio prouo. & decis. Rot. 83.

Sententia qua pronunciatur esse probatum, vel nõ, est interlocutoria. Bal. in l. ante. C. quorum app. non recip. Sententia super recusatione, est interlocutoria. vide Arch. in c. iudex. de offi. deleg. lib. 6.

Sentẽtia quæ fertur super processu causæ, si agatur principaliter, de validitate, vel inualiditate eius, est diffinitiua, aliàs nõ: vide Bal. in rub. de liceat tertio prouo. & in l. si præses. C. quomodo & quando iud. & Collec. in c. ad consultationem. de re iud.

Sententia, qua pronunciatur instantiam esse peremptam, est interlocutoria. vide Bald. in l. fi. C. si tutor, vel curator mort. fuerit.

Sententia

Sententia ſuper quibuſcunque exceptionibus, eſt interlocutoria: & ſi committatur cauſa huiuſmodi appellationis, ponitur clauſula, vocatis, &c. vide c.fi.de appel.lib.6.& gl.in cle.fi.eod.tit.& Bald. in l.2. de ſent. ex peri. datio Apoſtolorum dicitur etiam interlocutoria, & publicatio atteſtationum, & pronunciatio, quòd teſtibus ad futuram memoriam examinatis credatur, vide Bald. in addi. Specul.de appe.& in l.publicati.C.de teſta. & in authẽ. ſi quis.C.de teſtib.

Commiſsio examinationis teſtium facta alteri iudici,& declaratio ſuper libello, ſunt interlocutoriæ,vide Bal.in l.iudices.C.de fid.inſtr.& in l.edita. C. de eden.& pronunciatio, ꝙ dos non ſit liquida. idem in l.fi.C.de ſent.quæ ſine cert.quanti.profer.

Pronunciatio ſuper incompetentia iudicis, eſt interlocutoria: vide gl.in authen. habita, ne fil.pro patre.

Sententia lata ſuper appel. interlocutoria,etiam eſt interlocutoria,& de ſtylo ponitur hodie clauſula,vocatis:vide Bald.in authen.hodie. C.de iur.cal. & Bart.in conſ.

Sententia per quam ponitur ſilentium accuſatori,dicitur interlocutoria. in l. fin. de ſent. ex peri. recip.

Deputatio loci,vel tribunalis,per iudicem,dicitur interlocutoria,vide Bal.in c.de prohi.feud.alie.

Sententia ſuper ætate vel ſuper inquiſitione, eſt interlocutoria:vide Bald.in l.fi. C. ſi minor dixerit. & l.etiam.C.de furt.

Quãdo iudex procedit ad vlteriora, reiectis tacitè exceptionibus, eſt interlocutoria, & ponitur de ſtylo clauſula,vocatis.vide Spec.tit.de appel.

Sententia qua pronũciatur ſuper ſyndicatu,quia pronunciatur non eſſe probatum,& de reſtituendo in integrum,eſt interlocutoria. vide Bald.in l.cum iudex.C.de ſent.& in addi.Spec.de ſyndico.& in l. fi.C.de ſent.quæ ſine cert.quant.

Repulſio præſentati,non ſeruato ordine iudiciario in cognoſcẽdo non dicitur diffinitiua ſentẽtia, ſed potius decretum approbatorium vel admiſſorium, & idem dic in ſimilibus pronunciationibus ſuper admiſſione, vel non admiſſione ad aliquem magiſtratum,vel officium, & ponitur clauſula,vocatis,&c.vide Inn.in c.conſtitutus. de app. & Oldr. conſ.18.& l.hi qui. C. de appel.& ibi doct. maximè Gallicanos.

Si appellatur à ſpoliatione, ſeu priuatione propter nõ reſidentiam,ponitur clauſula,vocatis.doct. de cle.non reſid.& Oldrad.conſ.195.

Et generaliter aduerte,quòd omni caſu quo proceditur ſuper aliquo articulo oblato libello ſuper eo & non incidenter, dicitur ſententia diffinitiua, & ponitur clauſula,in appellationis,&c. aliàs in dubiis ponitur clauſula,vocatis &c.vide ad hoc Bart. in l.1.§.fi.de prætor.ſtip.

Summa doctrinalis collecta ex formis antiquis Cancellariæ, & iuribus, & dictis doctorum, ad quem debeat vel poſsit appellari omiſſo medio vel gradatim.

AD Papam appellari poteſt omiſſo medio.2. q.6.ad Rom.cum aliis iuribus.Fallit quando delegatus Papæ, ſubdelegat cauſam alteri non in totum.c.ſuper quæſtionum.§.porrò. de offic.deleg. & c.ſi delegatus.de offi.deleg.lib.6. & talis appellatio eſt nulla,quando fuit oppoſitum per partem.vt per Arch.in c.ſi deleg.& in tali caſu, ſi iudex ſubdelegatus deferret appellationi, deuolueretur ad Papam,nec poſſet delegatus reuocare, etiam ſi ſubdelegaſſet cum clauſula,donec duxerit reuocandum. Lap.in d. c. ſi delegatus. & vide Rot.3. vel antiquo ti.de appel.Si verò delegatus ſubdeleget in totum, tenetur appellare ad Papam, & nõ ad delegantem, vt d.§.porrò.Item in duobus,vel pluribus delegatis à Papa, ſi vnus committit alteri, vel alicui tertio, etiam non in totum debebit tunc appellari ad Papam,omiſſo medio. gloſſ. in d. cap. ſuper quæſtionum.& ſi duo.de offi.deleg. lib.6. & doct. ibi. licet Rota tit.de offi.dele. in nouis,videtur dicere,quòd poſſit, non quòd non debeat. Alius caſus eſt in c. ſi ſubdelegato.de offic.deleg.lib 6. Et à ſubdelegato, vel delegato alterius quàm Papæ, poteſt appellari omiſſo delegante ad Papam. doct. in d. §.porrò. & in c.cum Bertoldus.in fin.& à delegato epiſcopi poteſt appellari ad legatum.vt in c. cum veniſſent. de eo qui mitt.in poſ.& doct.in c.dilecti. de appel.ſed in ſubdelegato delegati ad vniuerſitatem cauſarũ fit differentia,an in totum, vel non, vt in cap. dilecti, per doct.& cap.cum cauſam,de appel. Et à delegato epiſcopi ad eius vicarium valet appellatio ſecundum Rot. ſed non à vicario ad epiſcopum etiamſi epiſcopus delegaret.cap.2.de conſ.lib.6.ab officiali foraneo ſine vicario ſpeciali appellari debet ad epiſcopum,non ad archiepiſcopum, niſi appellaretur ad Papam.vide doct.in cap.2. & clem.2. de reſcript.Et à delegato officialis foranei appellari debet ad eum,non ad epiſcopum.vide gl.in d.cle. à ſententia delegati, à vicario epiſcopi vel prælati ſubditi epiſcopo,poteſt appellari ad epiſcopum vel vicarium eius,vel archiepiſcopum, vel Papam.vide gloſſ. & doct. in dictis locis. & Rot. & à ſubdito epiſcopi ad vicarium eius, & ipſum epiſcopum vel Papam.Et ſi ſunt duo delegati à ſede apoſtolica, & vnus committit in totum vices ſuas, collega verò committit alteri ſed non in totum, appellatur ab iſtis ad Papam: per regulam Spec. & Io. Andr. in add.tit.de app.ꝙ qualitercũque permiſceas delegatam & ſubdelegatam in totum cum ſubdelegatis in partẽ ſemper appellatur ad Papam: vt no.in d. §. ſi verò.Et ſi appelletur à prælato ſubdito alicui archidiacono,qui archidiaconus eſt ſubiectus epiſcopo, tũc poterit appellari ad epiſcopũ omiſſo medio:nã archidiaconus non facit tũc gradũ cũ epiſcopo,ſed ambo cõcurrunt ſimul. ex eo ꝙ epiſcopus eſt ordinarius totius diœc. ad quẽ appellari poteſt. vt in c. Rom.§.1.& 11.q. de perſona: poterit ergo appellari ad vtrunq;.& idẽ in omni caſu, vbi iuriſdictio mediata & immediata cõcurrunt ſimul: vt per doct. in c. dilecto. Et quãdo epiſcopus recuſatur ſuſpectus, & ipſe delegat cauſam alteri, tũc à ſentẽtia talis delegati non appellatur ad epiſcopũ, ſed ad archiepiſcopũ.gl.in c.ſi is cui.de of.del.li.6.& vide doc.in c. ſi quis

si quis contra clericum. de fo. compet. Et quando proximus in gradu non est catholicus, vel est excommunicatus aut suspensus, tunc posset appellari omisso medio d.c.si is cui & c.qui diligentia.de ele. Ad legatum Papæ in tota eius delegatione potest appellari omisso medio, vt fieret ad Papam.gl.in c. 1.de offi.deleg.& d.c.Romana.& Specul. & legatus debet committere causas iuxta formam. c. statutũ. etiam si sit delegatus natus. Vide in d. cap. in decis. Bellam. de offic. deleg. Et quando archiepiscopus litigat contra subditum episcopi, & appellatur ad Papam.Io.Andr.in c.Romana. & Abb.in c. dilecti. de appe. Et quando episcopus litigat cum eius subdito, debẽt eligi arbitri.6.q.1.si clericus.& ab eis appellari debẽt ad Papam.gl.in c.ab arbitris. de offic. deleg.libro 6.

A sola citatione admittitur appellatio à cancellaria, si fiat narratio sub hac forma, Sua nobis, &c. falso referente D.præposito.&c.quod idem L.quasdam pecuniarum summas tunc expressas &c.idem præpositus eundem L. quem nullam iurisdictionẽ. ordinariam, seu etiam delegatam habeat, vt infra certum tunc expressum terminum, sub certis etiam tunc expresis censuris.&c.querelis dicti C.responsurus coram eo compareret, citari fecit: vnde dictus L.sentiens, &c.appellauit: &c. vide Spec.tit.de citatione.& Paul.ibi.& Collect.in c.1.de dilat.

A grauamine vel sententia lata à iudice seculari, etiam extra terras ecclesiæ, contra clericum de facto admittitur appellatio, & datur clausula, vocatis, &c.

Quando quis citatur ad locum non tutum, & appellatur, non dantur hodie literæ, nisi dicatur iudicem requisitum noluisse alium assignare securũ, de quo per doct. in c. ex parte. de appel. Et in hoc stylus cancellariæ fuit varius, nisi vbi impetrãs narrat locum notoriè fuisse non tutum. vide de his formam quinterni de iustitia vlt. in tit. de mand. quæ fi. iud. diu tenen.caus.in suspe.& in tract.Martini de Ebulo.tit.de appel.& Anto.de But.& Imol. in d. c. ex parte.& Angel.in quadam disput.Et Collec.qui refert hanc varietatem cancellariæ. in c. accedens. vt lit. non contest. Et etiam ab arctitudine dilationis notoriè nimis breui admittitur appellatio, & dantur literæ, aliàs non, nisi dicatur iudicem fuisse requisitum de competenti dilatione, & illam denegasse. vide ad hoc doct.in cap.1.de dilat.& Bart.in l. 2.de re iudic.

Et nota etiam, quòd super spolio beneficij, vel alterius rei prophanæ, non solent dari literę per cãcel.nisi spoliatus dicat aliquid de proprietate, hoc est ꝙ tale beneficium canonicè sibi collatum assecutus, aliquandiu tenuit &c. vel si esset res prophana, eam ad se spectare. vide Io. Ganfred. in c.in literis.de restit.spol.qui meminit etiam huius styli.

Et aduerte, quòd licet vbi est contrarietas doct. iudex eligendo vnam opinionem excusetur: tamen cancellaria non solet dare literas pro appellante vbi sunt contrariæ opinion. notabilium doct.an illud sit grauamen, vel non, ne Papa grauamen iustũ fuisse, & alteram ex opinionibus approbare videatur, per no. per Abb. anti. & alios in c. Romana. §. quod si obiiciatur.de appel.lib.6. & per recentiores in c.dilectus.el secundo.de rescript.& per infrà no. & decis.Bellam.

Nec solet multò fortiùs cancellaria concedere declarationes super casibus, in quibus celebres doctor.diuersa opinati sunt, & præsertim in sacramẽtalibus, vel concernentibus peccatum: vt not. per doct.Gallican.in c.vir.de secund.nupt.nisi per continuatam, & antiquam consuetudinem, & interpretationem cancellariæ, fuisset vna ex illis opinionibus acceptata, & firmata: vt in l. minimè. ff. de legi. & ad hoc Rot.de fil.presby.in nouis. & si de hoc nõ constat in dubiis, abstinet. Vide ad hoc Ioan. Ganfr. in c.finem litibus. de dolo & contu. & alios docto. Gallic.& præsertim Ioan.de Censel. in c.accedens. vt lit.non cõtest.& Abb.antiq.in c.consulti. de reg. facit gl.in cle.dudum.de sepult. & c. deuastanda.de conces.præb.lib.6.& not.in §.fin.instit.de satisd.tũc ergo stylus cancel. facit ius quomodo est tali antiquitate approbatus, de cuius contrario non extat memoria hominum, & fuit continuè obseruatus. Secutus ergo quando stylus non est antiquus, nec constans & tenax, sed varius, & nõ firmatus: vt probatur in l.fi.C.quæ sit long.consue.& ibi per docto. Gallic.& Bald.in recollec.cùm æquiparetur ibi stylus curiæ consuetudini antiquitus obseruatæ, & verbum antiquitus innuit, non extare memoriam hominum de contrario: vt no.gl.qui feud. dar. poss. in princ.& no.in c.ad audientiam.de reb. eccl.nõ alie. & facit l.fin. vbi hactenus. C.de iniu.facit ad hoc ꝙ not.Collect.in c.ex insinuatione.de rescript.

A monitione & mandato ex abrupto per iudicem factis, admittit cancellaria appellationem, & dat literas super ea, etiamsi non dicatur fuisse requisitum iudicem de reuocatione mandati, & hoc quando iudex non adiicit terminum ad implendũ mandatum, apposuit tamen pœnam: sed si non esset apposita pœna per iudicem, vel esset apposita cum adiectione termini, non darentur literæ super appellatione. Vide ad hoc doct.in c.cùm sit.de app. & Collect.in c.consuluit.eod.tit.& Innoc. in c. cùm cessante.

Appellationem extraiudicialem à futuro grauamine, à iudice ex coniecturis inferendo, non admittit cancellaria: vt not.Collec.in c.de priore. de app. Vide not.in cap.cordi.eod.titu.libr.6.& in c. bonæ. à parte autem admittitur. iuxta l. diffamari super iactatione.Vide.Innoc.in cap. causam.qui fil. In iudicio autem, an admittatur appellatio conditionalis à grauamine inferendo, vide not.in c.significauerunt.de test.

Si clericus qui traxit laicum coram iudice ecclesiastico, non asserat illum fuisse competentem ratione consuetudinis, aut quia causa forum ecclesiasticum concernebat, vel aliàs, & appelletur à sententia illius, negabantur olim literæ per cancellariam, attento malo initio, & iniusta citatione. hodie dantur ratione tacitæ prorogationis, si ille iudex erat ordinarius clerici. Vide ad hoc l.episcopale.de epi.audi.& Collec.in c.dilecti.de appel.

Baptizatus fuit infans in domo per necessitatem, deinde in ecclesia iterum baptizatus solenniter, præceden

præcedente catechiſmo, tenuerunt aliqui infantē in ſolenni baptiſmo, cùm dubitaretur, an eſſet contracta cōpaternitas ſaltē ratione catechiſmi in ſolenni baptiſmo facti, & peteretur ſuper hoc declaratoria ſub plumbo à cancellaria, videlicet, nullam compaternitatem fuiſſe contractā ab his qui in ſolēni baptiſmo infantem tenuerunt, fuit data per me de conſilio peritiſſimi viri domini Nicolai de Caſtello, & aliorum dominorum de Parco, accedente etiā conſilio Reuerendi atque optimi patris, & cōſummatæ doctrinæ viri domini Io. Andr. epiſcopi Alexandrini, quanuis R.P.D.Felin. auditor Rotæ, vir plurimæ lectionis, & ſplendidæ ac opulētæ doctrinæ eſſet in cōtraria opinione dicēs, propter prædictū catechiſmū, & alias ſolennitates in primo baptiſmo omiſſas, quæ poſtea retrotrahuntur, fuiſſe cōtractam compaternitatem, per not. in c. peruenit. cum gloſſ. 30.q.1.& q.4.ſi quis.& quia finguntur tūc fuiſſe facta, ad quod cap. ſicut.de conſec.diſt.4. vide materiam gloſ.68.diſtinc.§.quod vero. & cap. 2. de Apoſtol.& Lap.in c.2.de cog.ſpi.lib.6. & not. in d.cap.peruenit. Nec defuit quidam ex doctoribus, qui diceret materiam de contradictione compaternitatis propter catechiſmum non habere locum, quando conſecutiuè, & abſque magno interuallo baptiſmus ſubſequitur catechiſmum cum eiſdem cōpatribus, & cōmatribus, vt fit hodie in infantibus ſed habuiſſe locum olim in adultis, qui veniebant ad baptiſmū poſtquàm alio tempore prius fuerant catechumini cum aliis compatribus.& ita intelligebat præfatus docto.d.c.peruenerit.& facit pro eo c. in catechiſmo.de conſe.diſt.4.cum multis aliis. Facit tamen cōtra d.c.ſi quis, quod loquitur in infante. hodie autem non ſolent eſſe diuerſi compatres ſiue patrini in catechiſmo & baptiſmo, vt volebant iura antiqua. vide Hoſtien.in ſumma, de hac materia. Quantum autem ad caſum noſtrum mihi viſum fuit debere dari declaratoriā, maximè propter d.c.in verſ.præcedit, quòd indicat ita demum contrahi cōpaternitatem, ſi procedat quòd hic non fuit: quia lōgo poſt tempore ſecutum eſt. Et ſi dicatur, præceſſit ſaltem iſtud ſecundum ſolenne, dico quòd non præceſſit baptiſmum verum: quia iſtud ſecundum baptiſmum, quanuis ſolenne, nihil fuit, cùm non debeat reiterari: vt C.ne ſanct.bapt.reiter.& ſi replicetur, retrotrahitur. Etiā hoc nō inuenio in iure, quòd habeat locum retractio in hoc maximè cùm non ſit neceſſaria, nunc poſt perfectum actum, qui actus non indiget illis adminiculis niſi ſuo tempore fiant. Hic vero fiunt tempore quo non eſt neceſſe ꝙ fiant, quia iam erat perfectus baptiſmus per ſua eſſentialia factus.c.1.de ſacra.non iter.& de conſ.diſt. 4 in multis canonibus. facit etiam d.c.2. de apoſt. & illud quod recedit à tēpore debito, recedit à forma.l.qui Ro.§.Augerius.l.bonorum.ff.rem rat.hab. ff.de accuſa.tu.l. ſcire. § conſequens. fictio etiā non habeat locum, per not.per Bart.in l.ſi quis pro emptore. ff. de vſur.cùm extrema non ſint habilia. & no per gl.in l.ſi ego de neg geſt. faciunt etiam not. in c.non præſtat.de re iudi.lib.6.& per Oldrad. 167. conſ.præſertim in ſpiritualibus.ad hoc 35.q.9.& not. per Archid.in cap.1.de voto, lib.6.

Cùm quereretur de iniquitate arbitri, qui arbiter non ſolùm declarauerat debitum eſſe, ſed etiam adiecerat tempus ſolutionis fiendæ, non fuerūt datæ literę. Vide tex.in l. ſeruos.de man.teſta & formā.

Si iudex ſecularis condemnet clericum in cauſa reali, dātur literæ per cancellariā ſuper nullitate, cōtra opinio.Gallic.vide doct.in c.qualiter.de iudic.

Cùm appellatum fuiſſet, quia iudex non compulerat ſyndicum vniuerſitatis ad ſatiſdandum de iudicato ſoluendo, fuerunt negatæ literæ. vide doct. Inſt.de ſatiſd.§.ſin autem, & formam.

Vbi in reſcripto fit mentio de ceſſione, donatione, vel alienatione minoris, & huiuſmodi, ſemper ponitur, quòd prædicta ſint facta ritè.

Cancellaria indiſtinctè cogit arbitratores ad laudādū ſeu arbitrandum poſtquam ſuſceperint onus. Vide in quinterno iuſtitiæ tit.de reuoc.compoſitio. & tit. de arb.nec fit differentia, an ſit appoſita pœna vel nō, de quo in c. quintauallis.per doc.de iureiur.

Et notatur, quòd literæ in forma, ſignificauit, minus taxantur per cancellariam pro clericis, quàm pro laicis: & ita debet fieri in aliis.arg.l.cum clericis C.de epiſ.& clericis.

Citatio per edictum bene datur per cancellariam abſque ſignatura in reſcripto in forma, humilibus: ſed abſolutio ad cautelam in excommunicatione à iure non datur.

Cancellaria indiſtinctè dat relaxationem iuramēti ſuper omni contractu, in quo quis narret ſe enormiter fuiſſe læſum, propter præſumptionem doli aduerſarij & peccati, vel temeritatis iurātis, vbi eſt conſcia, aut ſi non ſit conſcia, datur relexatio, quia non videtur cogitatum de dolo etiam re ipſa per iurantem.

De verbo, curare aliquid fieri, quod ponitur ſemper in reſcripto ſignificauit, quid ſignificat, vide Paul.in c.generali.de elect.lib.6.& not.in c.hac conſtitutione.de offi.de leg.eo.li.& de verbo, inducere. vide eo.tit.de elect.c.ſciant cuncti.de verbo autē, inſtigare & ſolicitare, vide Bal.Ang.& Imol.in l. quid ergo.§.pen.de leg.& de verbo, per omnia, vide in d. c.hac conſtitutione. quia nihil adaptabile excludit.

Etiam ſi fuerit iuratum per partes ſtare laudo, nihilominus ſuper iniquitate eius & reductione, ad arbitrium boni viri dantur literæ per cancellariam, cum non obſtātia iuramenti. Vide in quinterno iuſtitiæ, tit.de arbitr.in 4.forma.& Specul.eo.tit. & Inno.& alios in c quintauallis.& c.veniens, de iureiur. ſed cùm iſta reductio peteretur à cancellaria inter laicos & arbitrio laico, fuit dubitatum an poſſit dari, & fuit concluſum quod ſic. cum ſit videndum primò, an iuramentum de ſtando laudo laici, obliget iurantem in eo, quòd prætendit iniquè vel nulliter, arbitratum, de quo non poteſt cognoſcere, niſi iudex eccleſiaſticus. Et ſatis videtur hoc probari in d.c.veniens.& cap.quintauallis. & vide ibi Anto.de Butr.in 34.& 37.col. Vnde eſt notādum quòd vbi compromiſſum eſt iuratum, vt communiter ſunt, non poterit reduci ad arbitrium boni viri, donec ſit declaratum per iudicem eccleſiaſticū

Nn

iuramentum non obstare propter iniquitatem vel nullitatem laudi. Et vide eundem Anton. in cap. cū sit, de foro competenti. 5. col. & cap. dilecto. de app. penult. col. & in c. si clericus, de foro cōpet. & Feder. in Consil.

Impetrabat rescriptum quidam Panormitanus clericus coniugatus, super hypotheca cuiusdam nauis consistentis Neapoli, contra quēdum alium Panormitanum, & petebat iudices in ciuitate Neapolita. fuerunt ei negati per l. 1. §. si quis. de naui. ff. de vi, & vi armata.

Verbum, niti, verificatur quando aliquid tentatur fieri vel incipit fieri, vel est iam factum contra id, quod prohibitum fieri à lege vel ab homine. vt not. in c. ex eo & c. certum. de re iud. lib. 6. & c. 2. de suppl. negl. præl. & c. cum contingat. de iureiur. & c. dudum. el secundo. de elect. & cap. gratum. de post. præl. Osius. de elect. c. dilecti. & ca. gemma. de spon. cap. 1. & cap. clericis, de immu. eccle. lib. 6. c. Ioan. de cler. coniug. & c. quia nonnulli. de cleric. non residen. cum multis aliis quæ not. pro rescriptis in forma, conquestus, in quibus cācellaria sæpe vtitur hoc verbo, nititur.

Et de verbo, nequiter, quo similiter Cancellaria vtitur in rescripto in forma, significauit. pro occultis detentoribus. vide in c. sedes. de rescript. & c. à nobis. de Aposta. & cap. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. & l. deinde. de liber. exhib. & l. bonē. §. mortis. de edict. ff. cum aliis Et quid sit propriè nequitia, & vnde dicatur, vide beatum Augustinum in lib. de beata, vita post Varronem. Ouidius ait,

Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.

De verbis, dignoscit' pertinere, & huiusmodi. vide not. in c. Cùm venerabilis. & de priuil. & cap. fin. de offic. ord. lib. 6. & c. quoniam. de immunit. Eccle. lib. 6. & c. dilectis, de appel. & c, cōquestus, de for. cōpe. & c. cum dilecta. de rescript. & c. fi. de pigno. & multis aliis vbi interdum est verbum narratiuū, interdum, dispositiuū, iuxta materiam in qua ponitur.

Et nota quòd si aliquis impetret literas iustitiæ, in quibus faciat mentionem quòd obtinet duo incōpatibilia: non sufficit quòd dicat illa se canonicè obtinere, sed est necesse de stylo, vt asserat se illa obtinere ex dispensatione Apostol quia illud verbum, canonicè, est nimis prægnans, vt not. in cap. dudum. el secundo. de elect. & c. ordinarij. §. certum. de offic. ordin. lib. 6. & c. cùm singula. de præben. lib. 6. & solet referri tantum ad potestatem conferentis, nō autem ad habilitatem recipientis, vt not. ibi per Spec. tit. de dispen. §. videndum. versic. sed nunquid nocet. & Paul. in c. non potest. de pręben. lib. 6. Et idem fit de stylo, quando aliquis impetrat rescriptum super aliquo, quod dicit se canonicè, vel legitimè obtinere, cuius commune resistit, necesse est eum exprimere consuetudinem, vel priuilegium, vel huiusmodi: vt in religiosis qui dicunt se exemptos vel in rectore qui dicit legitimè pertinere ad se iurisdictionē in certis clericis, vel in similibus, & nisi allegetur priuilegiū vel cōsuetudo, nō dabūtur literæ etiam si velit vt ponatur in eis verbum, legitimè vel canonicè. Faciunt quę habentur decis. Bella. decis. 65. & 17. & not. in c. licet. derb pnat. & in c. fin de restit. spol. libr. 6. & c. 1. de præscript. eod. lib. & decis. 116. eiusdem Bellameræ & per Oldrad. cōs. 261. & facit optimè quod not. Inno. in c. 2. de dilat.

Item aduerte, quod si pars petat rescriptum in forma, querelam, vel conquestus, vel dilectus, & velit in eo facere mentionem de sententia lata, vel appellatione, vel aliquo actu iudiciali, non dantur ei literæ in dicta forma. Vide not. in c. ex parte. de rescr. sed bene dātur in extraiudicialibus grauaminibus in dicta forma, vbi non narratur appellatum, vel aliquis actus iudicialis. Sed si narretur appellatum, dātur tunc in forma, Sua nobis. Et idē fit in casibus in quibus non obstant. sententiis potest veniri de nouo: nam tunc si petantur literæ cum narratione literarum vel litis præteritæ & iustæ causæ impetrandi, dabuntur in forma, Sua nobis. & ita fit in matrimonialibus. faciunt ad hunc stylum not. in c. ex parte de restit. spol & Bal. in l. Deo nobis. de epis. & cle. & Lapus videtur velle, quòd valeat rescriptum in matrimonialibus absque mentione litis.

Solet Cancellaria, si impetrās rescriptum hoc petat, committere causam nullitatis laudi, vel reductionis ad arbitrium boni viri disiunctiuè in eodem rescripto, pro quo stylo facit decis. Rot.

Quando aliquis fuit præsens interemptioni alicuius, & petit declaratoriam super irregularitate, inuenio fuisse datum sub hac forma, Et licet dictus L. in mortem eiusdem P. minimè aspirauerit, nec præceptum, consilium, auxilium, cooperationē, vel causam prædictæ morti præstiterit, nec aliàs in ea culpabilis existat, dubitat tamen, quia presbyter est se præmissorum occasione status, & famæ, ac rerum suarū dispēdiis affici, à suorúmq; ordinū executione repelli indebitè posse. Super quibus per nos opportunè sibi prouideri humiliter supplicauit. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mādamus, quatenus si vocatis, qui fuerint euocandi, & inquisita per te super præmissis diligentius veritate, rē repereris esse, prout superius enarratur, autoritate nostra nuncies prædictum presbyterum occasione præmissorum nullā incurrisse irregularitatis, & inhabilitatis, aut infamiæ maculā, siue notā, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit de iure faciendum. Et hæc forma ita generalis est tutior, si cōcordat cum narratiua: nam materia irregularitatis in casu mutilationis vel homicidij circa particularia, habet multam difficultatem in recte declarādo propter non satis exactam theoricam doctorum in hac materia, & difficultatem cognoscendi culpā, & causam, remotas, vel propinquas, seu consecutiuas ad actum, ex quo contrahitur irregularitas, maximè cum possit contrahi sine culpa. Quando verò datur interfectori, narratur hoc modo, Quòd cùm L. P. præfato C. vim inferēte, ex qua nisi illam vi repulisset, mortis periculum ineuitabiliter incurrisset idem C. se defendendo, & vim huiusmodi vi, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, repellendo, præfatum L. vulnerauit, vnde idem L. expirauit. Et licet idem C. minimè operam dederit rei illicitę, ex qua dictus L. ad inferēdum eidem C. vim huiusmodi impulsus, aut prouocatus fuerit, nec aliàs quàm, vt pręmittitur, in eiusdem L. morte culpabilis sit, tamen

tamen dubitat &c. Et hæ formæ probantur per totũ tit. de homicid. & de cleri. percuſ. & in c. quæſitum. de pœnit. & remiſ. cum aliis iuribus Et de verbo reperiris. vide deciſ. Rot. in antiquis. & Bellam. & not. in c. dudum. de præſump. per doct.

Et pro accipiente ordinem ſacrum antequàm eſſet doli capax, & poſtea volente contrahere matrimonium, fuit data declaratoria per Cancellariam de cõſilio peritorum, & præſertim Domini Alexãdrini ſub hac forma, Dilectus filius Auguſtinus &c. proponi fecit coram nobis, quòd aliàs eius genitor dum in humanis ageret, & certus prior deſideran. eundem Auguſtinum ad ſacros ordines promoueri ipſum Auguſtinum impuberem, & minimè doli capacem, & quid ſacer ordo importaret inſcium, per certum catholicum Antiſtitem ad ſubdiaconatus ordinem promoueri fecerunt. Et poſtmodum eodem eius genitore, vita functo, præfatus Auguſt. impubes, & ſuper hoc melius informatus, ad continẽtiã ſe obligare nolẽs, ſuper præmiſſis reclamauit, & priuſquam ad pubertatẽ deuenit ſubdiaconatus ordinem huiuſmodi ratum gratum habere, eòque vti, ac ante pubertatem huiuſmodi, & poſt continẽtiam ſeruare nolle aſſeruit, prout etiam proteſtatus fuit. Quare pro parte eiuſdem Auguſtini aſſerentis ſe poſtquam doli capax effectus fuit, & ad pubertatẽ peruenit, ordini ſubdiaconatus huiuſmodi nunquam conſenſiſſe, nec eo vti voluiſſe, ſed matrimoniũ contrahere, & patrem liberorũ effici deſiderare nobis fuit humiliter ſupplicatum, ne famæ ſuæ diſpendium patiatur, vt in præmiſſis ei opportunè ꝓuidere de benignitate ſed. Apoſt. curaremus. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus ſi inquiſita per te ſuper hoc diligenti⁹ veritate, rem ipſam inueneris ita eſſe, prout ſuperius enarratur, autoritate noſtra denuncies dictum Auguſt. præmiſſorum occaſione ad ſeruandam continentiam non teneri, alio non obſtante canonico matrimonium huiuſmodi contrahere liberè & licitè poſſe prout iuxta caſus huiuſmodi ſucceſſum fuerit de iure faciendum. Vide doct. in c. 1. de cle. per ſal. promo. & Cald. in conſil. & non ponitur clauſula, vocatis, de ſtylo in ſimilibus, non apparente aperto intereſſe alterius, nec exiſtẽre materia iudiciali, nec veniunt vocandi qui non poſſunt contradicere cum effectu. ff. de fideicom. liber. l. ergo. §. illud, de regul. iur. qui poteſt, vt probatur in noua & ſi. forma. tit. de relig. in quinterno. Faciunt not. in c. dudum. de præſumpt. & de cætero. de re iudic. & reor. tamen quòd ſi quis vellet ſe plenè aſſecurare, non tantum quo ad famam & conſcientiam, ſed etiam quo ad bona & alia quæ poſſent concernere intereſſe vel præiudicium aliorum, ne in futurũ moleſtaretur, eſſet fienda quædam vocatio generalis eorum, quorum intereſſe poſſet: iuxta not. in c. fin. qui ma. ac. poſ. & l. 1. C. ſi minor. ab hær. ſe abſtin. cum autoritate ibi poſita. & in l. Titia ff. de acc. & l. de ætate. de mino. & l. decem. de verb. oblig. & l. admonendi. de iureiur. & capitul. fin. de elect. & capitul. exhibita. de iud. cum multis aliis. Nec credo ſic ordinatum teneri ad dicendum officium, cùm non habeat executionem ordinis, aliàs quàm culpa ſua, faciunt not. per glo. in c. ſi tibi. de præb. lib. 6.

Pro eo autem, qui inuitus ſuſcepit ſacros ordines ſeu coactus, data fuit etiam declaratoria per Cancellariam ſub hac forma: Dilectus filius N. quòd olim eius genitor dum in humanis ageret, cupiens quod idẽ L. ad ſacros ordines promoueretur, ipſum L. aliquem ex ordinibus huiuſmodi ſuſcipere renitẽtem, multis verberibus & minis, & aliàs iuſto metu ab eo ad id coactum & ad ordinem ipſum, ac cõtinentiam obſeruandam ſe nolentem obligare, per certum Antiſtitem ad ſubdiaconatus ordinem promoueri fecit, præfatúſque L. quamprimum, metu huiuſmodi ceſſante, commodè potuit ſuper hoc reclamauit, quare pro parte dicti L. aſſerentis ſe prædicti ſubdiaconatus ordini nunquam liberè conſenſiſſe, nec illum poſtea gratum, aut ratũ habuiſſe, nec ad eum promoueri, aut eo vti vllo vnquam tempore voluiſſe nec velle, ſed matrimonium contrahere & patrem effici liberorum deſiderare, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ne famæ ſuæ diſpendium patiatur, ei in præmiſsis oportunè prouidere de benignitate ſedis Apoſtolicæ dignaremur. Quocirca &c. vt ſuprà.

Et nota, quòd teſtes, ad prepetuam rei memoriã pro volente ſe defendere in futurum, dantur per Cancellariam ſub hac forma: Dilecti filij Abbas & Conuen. &c. nobis humiliter ſupplicarunt, vt cum ſuper conceſſione quarundam decimarum canonicè eis facta, quas ſe à prima ipſius monaſterij fundatione obtinere proponunt, aliqua non appareant publica inſtrumenta, & ſuper eiſdem decimis moueri ſibi timeant in poſterum ab aliquibus quæſtionem, ne per defectum probationum ius ſuum deperire contingat, prouidere ſuper hoc eidem monaſterio paterna ſolicitudine curaremus. Nos itaque &c. Teſtes quos idem Abbas &c. ſuper prẽmiſſis duxerint producendos, prudenter recipere, & diligenter examinare curetis, & ipſorum dicta redigi faciatis in publica monumenta, denunciando illis quorum intereſt, vt huiuſmodi teſtium receptioni ſi velint, interſint, & ſuper denunciatione ſibi facta confici faciatis publicum inſtrumentum. Vide de hac materia doct. in c. ſignificauit. de teſt. & formã in tit. de teſt. & in quinterno iuſtitiæ.

Forma autem pro teſtibus, de quorum morte, vel abſentia timetur pro actore iuxta cap. quoniam frequẽter. & c. cùm dilecti. de confir. vtil. vel inutil. dantur in hunc modum, Vene. frater noſter C. epiſcopus, nobis humiliter ſupplicauit, vt cũ ſuper Caſtro diœceſis ad menſam capitularem &c. pertinẽte, nonnulli teſtes exiſtãt de quorum morte vel diuturna abſentia timeatur, & ſuper eodem caſtro & eius pertinen. cũ illorum detentoribus quamprimũ poſsit capiat iudicialiter experiri, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſib⁹ ſubtrahatur, prouidere ſibi ſuper hoc de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati &c. quatenus vocatis eiſdem detentoribus, & aliis qui fuerint euocandi ſenes, & valetudinarios, ac alios teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, quos idem epiſcopus ſuper præmiſſis duxerit producendos, prudenter recipere

& diligenter examinare curetis prout de iure fuerit faciendum. Testes autem præfatos si se gratia, odio &c.

Si remittatur causa ad examen sedis Apostolicæ per delegatum vel etiam ordinarium, & aliqua ex partibus velit habere iudices super illa causa petens vt committatur in partibus, dantur ei per Cancellariam indistinctè, quanuis non exprimatur causa remissionis. Et si à delegato fiat remissio, solitum fuit dici, quòd causa in debito statu resumpta, ad vlteriora procedat, iuxta priorem continentiam literarum. Si verò ab ordinario, dicitur quòd causa in statu debito reassumpta quod iustum fuerit: vt apparet in formis antiquis Mar. de Ebu. de qua remissione, vide not. in l. 1. C. de relat. & in auth. in medio litis. non fieri sacras iussiones. §. si verò. & c. prudentiam. de offic. deleg. & de offi. leg. licet & de testibus cum olim. & in c. intimasti. de appel. Ego autem vt tutius agerem & ne iudex, maximè ordinarius, temere remitteret causas, & grauaret partes in expen. posui sēper in huiusmodi rescriptis clausulas, vocatis &c. quod iustum fuerit, nihil dicens de assumptione causæ. per not. in d. authent. & l. 3. de peda. iudi. C. & l. 2. de legi. C. & c. cum æterni. de re iudi. & si dicetur pars consensisse, videtur tacitè ex quo non appellauit tempore remissionis. Respondebitur, quòd potuit esse, quòd aliqua ex partibus, cuius interest non remitti, erat absens, & hæc ignorabat, & etiā si non appellauit contradicit tamen & in actis potuit constare de contradictione euidenter. Et sic tutius videtur, vt committatur simpliciter quod iustum fuerit, & includetur iustitia, vel iniquitas remissionis, antequam cognoscatur de causa principali. Faciunt no. per glos. & doct. Gallican. in dict. l. licet. de offi. leg. quando verò de vtriusque partis consensu remitteretur, tunc haberet locum materia c. vnici. de lit. contest. & veniret ponenda clausula, vocatis &c. vide ad hanc materiam quandam decis. seu conclusionem Bellam.

Declaratoria super matrimonio contracto per vim, & publicæ honestatis iustitia. Dilecta in Christo &c. Tua diœces. præponi facit coram nobis, quòd olim ipsa cum Baraut. laico dictæ diœces. matrimonium per verba de præsenti contraxit, & ad hoc coacta per vim, & metum, qui cadere poterant in constantem, copula tamen carnali inter eos minimè subsecuta: postea verò dicta dilecta, vi & metu huiusmodi cessantibus, quamprimum potuit contra huiusmodi matrimonium, in quod nutu, signo, vel facto nunquam consensit expressè reclamauit, & deinde cum Io. p. eiusdem B. fratre laico dictæ diœces. matrimonium per similia verba contraxit, illudque carnali copula consummauit, dubitat tamen se pręmissorum occasione quominus cum pręfato Io. in huiusmodi matrimonio licitè remanere possit. Super quibus per nos sibi opportune prouideri humiliter supplicauit. Quocirca &c. vocatis &c. & inquisita per te super præmissis diligentius veritate, rem ipsam repereris ita esse prout superius enarratur, dictum primum matrimonium inter B. & D. pręfatos contractum, nullum, & secundum inter eosdem Io. & D. contractum, alio canonico non obstante, validum fuisse autoritate nostra denuncies, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit de iure faciendum &c.

Declaratio super secundo genere affinitatis.

DIL. filius Ia. B. laicus, & dilect. fil. in Christo filia, eius in præsentiarum vxor, coniuges proponi fecerunt coram nobis, quòd licet ipsi olim nullo eis canonico obstante impedimento matrimonium inter se per verba de præsenti contraxissent, illúdque carnali copula consummassent: quia tamen certa prima Iacobi vxor, & certus Mariæ prædictorum primus maritus dum viuerent tertio consanguinitatis gradu inuicem coniūcti erant, dubitant prædicti cōiuges indebite impediri, seu aliàs in eorū statu, & fama præmissorū occasione dispendiis affici, super quibus per nos opportune eis prouideri humiliter supplicatur. Quocirca &c. Si vocatis, qui fuerint euocādi, & inquisita per te super præmissis diligētius veritate, rem ipsā repereris ita esse prout superius enarrat, autoritate nostra nuncies matrimonium prædictum, alio non obstante canonico, validum fuisse, & esse, in illóque eosdem coniuges licite remanere posse, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit, de iure faciendum. Dat.

Declaratoria super proponente seu vouenti ingredi, & infra tempus exeunte, non tamen vouente perseuerante.

DIL. filius Crispinus clericus &c. cùm nimio ex quadam eius infirmitate fuisset mortis pauore concussus, si eum Deus ab huiusmodi infirmitate liberaret, domum aliquam fratrum ordinis minorum de obseruantia intrare velle, verbis affirmauit, & corporis per eum sanitate resumpta, domum &c. cum illo proposito, quòd si asperitatem ordinis sustinere valeret, disciplinam profiteretur eiusdem, alioquin liceret ipsi ad statum pristinum remeare. Quanquam simplicitate ductus, propositum suum non fuerit protestatus, verùm cum idem Crispinus propter suæ complexionis debilitatem, præfati ordinis non valeat tolerare rigorem, ab eo, nulla facta professione, domum prædictam exiuit, ac habitu eiusdem ordinis dimisso ad seculum est reuersus, in illóque sub timore Domini in statu clericali dies suos finire concupiscit: vnde nobis humiliter supplicauit, vt prouidere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Quocirca &c. mandamus quatenus nisi præfatus Crispinus expressè vel tacitè professus fuerit, seu aliàs euidenter appareat, quòd absolutè vitam mutaret, seu perpetuò in religione Domino seruire voluerit, denuncies eundem Crispen. propter præmissa ad regularem obseruantiam non teneri, prout de iure fuerit faciendum.

Et nota, quòd rescriptum in forma, ea quæ de bonis, non extenditur ad futura, vt per Ioan. Ganfr. in c.

in capit. ad hoc.de reſcrip. & in dicta forma poſſunt trahi plures,quàm quatuor,vt per Ioan.And.in c.cùm in multis.& Collect.in c.ſedes.de reſcript.

Cancellaria non dat literas appellanti propterea, quòd impetrans non habeat ſpeciale mandatum. Vide Archi.81.diſt.Maximianus. & Collect. in cap. nonnulli.de reſcript.

Committens vices ſuas,in totum commiſiſſe videtur:vt not.in c.ſuper quæſtionum.de offic. deleg. & in c.ſi duo,eod.titul.lib.6.tamen Cãcellaria non admittit,niſi exprimatur,quòd iudex totaliter vices ſuas commiſerit,qui ſtylus tam olim tempore Collect. obſeruabatur,vt ipſe not.in d.c.ſuper quæſtionum.

Et nota, quòd vbi Canonicus impetrat pro iudice canonicatum,vel vbi aliàs cauſa ſuſpicionis in reſcripto aperitur,vel eſt nota, vt quia impetratur filius,vel pater pro iudice &c. Cancellaria non ſolet concedere literas vt not.per Collect.in capitul.cum P.de offic. delegat. in 1.tamen caſu vidi concedi , cùm non ſic faciliter recuſetur canonicus, ſæpe ſatisfacit magis parti aduerſæ quàm alius nec eſt ſuſpicio valde vrgens, niſi allegetur in partibus,& interea ſubit expenſas impetrans quas perdet ſi legitimè recuſetur iudex. Ad quod faciunt not.per Ioan.And.in addi. Specul. tit. de teſtib.§.1.& in c.accedens,vt lite non conteſt. el. 1.&c.poſtremo, de appel.

Si petatur reſcriptum contra hæredem eius, aduerſus quem eſt interpretatum reſcriptum, Cancellaria ſolet dare literas:quanuis regulariter non ſoleat dare,vbi iudex,coram quo cauſa pendet, poſſit de iure communi facere id , quod pars in reſcripto petit.ad quod l.vnica.de theſauris.dicit tamen Collect.in c.quia in cauſis. quòd ſi impetrato reſcripto appelletur,& pendẽte appellatione moriatur impetrans,non dantur literæ per Cancellariam etiã vniuerſali ſucceſſori abſque ſignatura Papæ. Vide ad hoc not.in c. ſignificante. de appel. & de reſcript.ſignificauit.& in c.quia V.

Clericus in Cancellaria reputatur potentior laico. Collect.in c.1.de alien.mu.iud.cau.fac. Vide ad hoc quæ not.in tit.de cenſi.in quinterno iuſtitiæ. & Rot.in nouis.

Cancellaria non dat literas captionis ſuper debito ciuili.Vide ad hoc in cap.ex reſcripto.de iureiur.& ita negaui etiam.allegata conſuetudine, nec per ſignaturam conceditur, niſi fortè in debito camerali ſeu fiſcali.

Super appellatione alternatiua,vel ad ſedem Apoſtolicam dantur literæ per Cãcellariam,& videtur tunc ponenda clauſula,vocatis &c. non autem in appel.cauſa,niſi iudex deferret quo ad appellationem ad ſedem. Faciunt not. per Collect. in capitul. ſi duobus. de appellat. & c. dilecti per alios.

Victori appellanti propter expenſas, dantur literæ.Vide Specul. de appellat. §. in quibus. & Collect.in c.ſi duobus.

Hodie non ſeruatur tãta ſeueritas in Cancellaria vt olim,videlicet,quòd non detur vnicum reſcriptum ſuper pluribus grauaminibus,ne vno tantum expreſſo delegatus nequeat de aliis cognoſcere. Ideo narrantur plura grauamina , & datur ſuper omnibus vnicum reſcriptum. & vide his Paul. de Eleaza. in clem. appellanti. & Collect. in ca. bonæ. de appel. & not. in ca. cùm olim.de offic. deleg.

Et nota,quòd quando ſententia fertur lata contra impetrantem reſcriptum,ſolet de ſtylo dici , in reſcripto appellationis, ſententiam promulgauit iniquam,quanuis iniquitas ſit tantum re ipſa & non iuxta acta.Dicit tamen Ioan.Ganfredi.in c. vt debitus.de appell.ſtylum Cancellariæ habere,quòd vbi proceditur per viam extraordinariam,puta inquiſitionis,ille contra quem fertur ſententia ſi appellat, exprimit cauſam,vt puta,ſi reus fuerit abſolutus,dicet actor,licet pro parte dicti talis intentio ſua probata fuiſſet,& ſimilia.Et ſi reus condemnetur,dicetur,cùm nihil contra dictum talem legitimè probatum fuiſſet.Faciunt ad hoc notat.per Innocen. in c. conſtitutis el.3.ca.de appellat. Et ita ſeruamus hodie in narratione ſuper proceſſu delegatorum, in priuationibus,& ſimilibus.

Cancellaria non dat literas ſuper compoſitione, vel arbitrio rectoris,niſi autoritas ordinarij interuenerit ſi agatur de iuribus eccleſiæ. Vide in forma quinterni. titul.de arbit.& collect.in cap. ex multiplici.de deci.

Nec etiam dat confirmationem ſententiæ latæ coram eccleſiaſtico,tracto laico à clerico,niſi dicatur de expreſſa prorogatione,vel allegetur conſuetudo, aut ſit caſus concernens forum eccleſiaſticum. Vide ad hoc Collect. in c. ad petitionem. de accuſat.

Iudæus percutiens clericum,non incidit in canonem.Vide Hoſtien. in ſumma de Iudæ. ſed poteſt per eccleſiam aliàs puniri. Et ideo in reſcripto ſuper manuum iniectione ponitur clauſula , vocatis, &c. Nec etiam abſoluitur à iuramento ſecundũ ritum ſuum præſtito,nec relaxatur ei ſi fuerit enormiter læſus. Sed tunc vidi poni in literis,quod non obſt.iuramento per dictum Iudæum in dicto cõtractu,iuxta ritum ſuum præſtito,admittat eum ad effectum agendi,vel reſtituat in integrum &c.Et hoc vbi aliàs Papa in cauſa Iudæi,aliàs quam ratione iuramenti Iudaici eſſet Iudex: nam ſi non eſſet Iudex Papa,quia non ageretur ſuper contractu vſurario, vel aliàs forum eccleſiaſticum concernente, licet per Iudæum iuramento vallato non legi vnquam, nec audiui à Cancellaria fuiſſe conceſſas literas,nec ego dedi,niſi inter Iudæos terrarum eccleſiæ.Quid autem de cathecumino,an iniicens manus in eum incidat in canonem? vide Archi. de conſe. diſtin. 1. eos.Et vide Collect.in c. poſtulaſti. de Iudæ. & ad prædicta faciunt not. per Bellame. in quodam celebri conſilio fundata ſuper materia capitul. gaudemus. de diuort. & vide etiam Durandum theologum.

Si ſententia fuerit lata in curia,& dati executores & appelletur ab eis in caſu à iure permiſſo,Cancellaria non ſolet dare literas : quia ſemper poſſet ſic appellari,& nunqam eſſet finis litium.Vide Coll.ad hoc in c.ſignificantibus.de noui oper.nunc.

Solet Cancellaria dare rescriptum in forma, significauit, pro omni restitutione secretò fienda, seu satisfactione super quacunque iniuria illata, etiam infamiæ verbalis facti, vel scripturæ, de quibus in c. quod dicam. 14. q. 4. & in toto tit. ad legem aquil. ff. & l 1. §. iniuriam. & 5. q. 1. quidam. & l. item. §. ait prętor. de iniur. & 6. q. 1. ex merito. & cap. deteriores. & 6. q. 1. sunt plutimi. Et hoc quod not. gloss. in c. si quis contristatus. 90. distin. & text. 45. distin. qui emendat & c. de occidendis. 23. q. 5. & in multis aliis iuribus. Et datur prædictum rescriptum pro damnis, ratione iniuriæ patri pro filio in potestate, & viro, vel sponso pro vxore, aut sponsa, non autem econtra. Et dantur hæredi propter damna illata defuncto, vel cadaueri, aut expensas, ad quod Instit. de iniur. §. patitur. & l. 2. de iniuriis. & l. 1. §. sed & si fortè. & faciunt not. in capit. olim. de iniur. & cap. 1. eod. tit.

Si tamen iniuriatus retineretur recipere satisfactionem rationabilem, & moderatam, vide Hostiē. in summa de pœnit. Pro iniuria facta clerico suo, non vidi dari literas episcopo, nec formam antiquā: sed videntur posse dari, etiam si esset dissimulata per clericum. Vide c. patrochianos. de sentent. excom. & quæ habentur ff. de iniur. & not. in c. si diligenti. de for. compet.

Reductio ad arbitrium boni viri, committitur per Cancellariam super laudo lato à clerico, etiam inter laicos, Et dantur iudices, prout in appellatione. Vide Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & in l. 2. C. vbi, & apud quē. & doct. in c. quintauallis. & Ange. in dispu. duo inuicem.

Secūdum rescriptum dans formam super prima commissione censetur esse idem, sed pinguius conclu. Rom. 39. de Bella.

De consuetudine Curiæ, Cardinales possunt cōmittere eorum auditoribus obseruationes terminorum, absque speciali mandato Papæ. vide Bella. conclus. 43.

Signatura contra ius, non est concessa Vicecancellario, Bellam. conclu. 46. & 81.

Commissio de procedendo, omisso grauamine. non tollit effectus grauaminis. vide conclus. 53.

Ius quæsitum etiam super ordine iudiciario in partibus non est auferendum per stylum Curiæ. conclu. 74.

Processus extra Rot. de partibus modi cum valent, ibidem. Expressa in gratia debent probari, tacita verò non. Vide conclus. 76.

Citatus pro interesse, & admissus, habetur pro principali. vide conclu. 95.

Lite pendente, potest acquiri nouum ius in possessorio, & petitorio. vide conclusiō. 102. & 449. & tit. de rescript. in nouis.

Gratia, ante cōfectionem literarum, est informis & sic non habet propriè esse vide conclus. 9. & est regula Cancellariæ.

Actus sunt indiuiduorum, non generum, ibi.

In confirmatione requiritur expresio defectuum specifica. 116.

Ius in re non potest ex pluribus causis quæri. conclus. 222.

Verbum, ex certa scientia, non tollit expressam surreptionem. conclus. 158.

Rectoria, & vicaria non possunt esse apud eundem. conclu. 162.

Confesio in beneficialibus, non valet ad effectum adiudicationis. conclu. 183.

Ante acceptationem, gratia est conditionalis, & acceptatio præsumitur durare, & inualida potest ratificari, & acceptatio dat ius ad rem. conclu. 358. & non recipit conditionem neque diem. ibidem.

Quæ veniunt contra ius commune, & sunt secundum ius commune, non strictè iterpretantur. conclus. 507.

Perinde valere, trahitur ad confirmationem. conclus. 532. nec inducit nouam prouisionem. ibidem.

Aequitas est perficere gratiam, quæ casu fuit impedita perfici conclu 544.

Non subintelliguntur tacita in gratia, quæ potuissent principem mouere ad difficilius cōceden dum. ibidem.

Conditio nunquā subintelligitur, quæ posset magis iustificare gratiam si neutri, nec alia qualitas ex qua euitaretur surreptio. Et plenè sunt narrandæ reliquæ facti inutilis in gratia impetranda. ibidem.

Vicecancellarius dicitur minister Papæ limitatus. conclus. 556.

Per mandatum, de prouidendo, non causatur ius in re. conclu. 563.

Nec titulus habilis de futuro causat ius in re conclus. 564.

Omnes causæ quæ sunt de iustitia, possunt committi per Cancellariam. conclusio. dict. 2. conclu. 47.

Commissiones in curia latè sunt interpretandæ. conclus. dict. 6.

Reseruatio habet vim nouæ prouisionis. conclus. dict. 35.

Non præsumitur Papam tollere ius ad rem, nisi per clausulas tollentes, dict. 55. Et facilior est gratia de vacantibus in Curia, quàm extra. ibidem.

Ad purificandum gratiam non est præfixus terminus ab homine, nec à iure. conclusio. dict. 63.

Expectans in forma pauperum, ante purificationem non habet ius ad rem, dict. 67.

Non vitiat gratiam illius taciturnitatis, quod ex narratis, & eorum forma principi debet esse notum, conclu dict. 98. & in not. tit. de resc.

Sufficit tacita vel contenta narratio, aut inclusa, seu notoria expresio ad tollendam surreptionem, ibidem.

Præsumitur Papam non ignorare stylum, sed gratiam fuisse factam, iuxta stylum & regulas eius, ibidem.

Requiritur in impetratione, vt fiat mentio de iure competenti alteri, licet sub conditione, vel modo, quæ per impetrantem impediri possint. conclusio, d. 39.

Taciturnitas iuris, quòd posset alteri competere nisi præueniretur per impetrantem, nō inducit subreptionem. cons. d. 152.

Consultus à quodam amico super regula Cancellariæ,

cellariæ, de publicanda reſignatione beneficij infra ſex menſes &c. An reſignans, qui poſt terminum remanet in detentione beneficij & capit fructus, & ille in cuius fauorem fuit reſignatũ, ſint tuti in foro conſcientiæ. Credidi, ſaluo ſaniori conſilio, quòd non poſito primo conſtanti, quòd in veritate beneficium non vacet in caſu d. regulæ, ſed titulus ſit penes eum in cuius fauorem eſt facta reſignatio, licet veniat reſoluendus, & caſſandus ipſo iure in euentũ quo reſignans deceſſerit in poſſeſſione, vel proprius detentione beneficij reſignati. Nam proculdubio reſignans non eſt tutus, cùm mala fide capiat fructus beneficij, in quo non habet amplius ius, quòd per reſignationem, ſeu renunciationem amiſit. c. poſt trãſlationem. §. rurſus. de renunc. & c. dilecto. de præb. cum aliis iuribus, imò & poſſeſſionem dicti beneficij amiſiſſe videtur, vt voluit Oldr. conſ. 237. & per Rot. de renun. in nouis. nec nomine illius, in cuius fauorem eſt facta reſignatio, non poteſt ſalua conſcientia capere, quia literis non expeditis, eum qui. de præb. lib. 6. ergo &c. Ille autem in cuius fauorem eſt facta reſignatio, etiam videtur eſſe in mala fide, ſiue capiat fructus, ſiue non, nam vbi capit, au capit abſque literis, & ſic peccat per ſupradicta, & tenetur reſtituere fructus, vel concordare de eis cum ordinario, vel camera. argum. capit. ſacro. de ſent. excomm. & c. paſtoralis. de appel. cum ibi not. aut non capit, quia non vult infra terminum d. regulæ expedire literas, ſiue publicare, cùm poſſit: ſed vult reſignantem capere fructus quandiu vixerit aut ad aliquod tempus, & etiam peccat, quia non vult ſubire onus ad quod tenetur per acceptationẽ beneficij, & permittit aliũ, videlicet reſignantẽ capere fructus, & deſeruire beneficio, in quo certò ſcit deſeruientem non habere ius, & etiam impedit per eius negligẽtiam, vel dolum, quominus aliquis tertius, qui expediret literas, ei publicaret & caperet poſſeſsionem, & deſeruiret beneficio ſi illud habeat ar. no. in c. ex tuæ. & c. ad audientiam. & ibi Abb. de cler. non re. & no. in c. commiſſa. de elec. lib. 6. ad ꝙ fac. c. quod ſemel. de reg. iu. & in auth. de litig. §. omne. & C. de emen. Iuſtin. Cod. in fi. & quod not. Collec. in c. ad quæſtiones. q. fi. de ſimo. & facit etiã tota materia de inobedientia legis poſitiuæ fundatæ in ratione naturali, diuina, vel morali, quod cenſeatur peccare. Ad quod vide Abb. in c. tua. de vſur. & doct. in c. canonum.

Bona quę auferuntur damnato, non acquiruntur fiſco de iure naturali, Bellam. concluſ. 7. 144. & ita videtur quibuſdam Theologis. Vnde conſiderarunt nonnulli, quòd non teneatur quis, quanuis condemnatus de crimine, propter quod veniant bona etiam ipſo iure publicanda fiſco, in foro conſcientiæ exhibere, & manifeſtare bona ſua, ſed poſsit illa celare, dũmodo abſque ſcandalo id fiat. & hoc arg. not. per Innoc. in c. quia plerique. de immu. eccleſ. & in c. ſicut dignum. de homi. in l. fi. C. cum de iure naturali. non perdatur dominium illorum abſque vero cõſenſu domini, propter crimen etiam non occultum ad quod l. nihil. de reg. iur. & l. in ambiguis. §. quatenus eod. tit. ff. & not. per Archid. in c. felicis. Bald. in tit. de feu. & Bartol. in l. poſt contractũ. Et per Abb. in c. cùm non ab homine. & doct. in aliis locis intelligantur in foro iudiciali, non autem in foro conſcientiæ. Sed cogita, quia deliquens, tacitè videtur conſentire in pœnam committendo delictum, & ſic in amiſsione dominij, vt l. 1. §. beſtias. ff. de poſtulati. & ibi gloſſ. in epiſtola. inter claras. §. liquet. C. de ſumma Trinitate. & videtur text. in c. impares. 11. q. 3. Poſſes reſpondere, quòd ille conſenſus non eſt naturalis, nec proprius, aut verus ſed fictus, & ciuilis, ideo non obligat in foro conſcientiæ, vbi non curatur de fictione in proprietate & præſumtione. c. tua. de ſponſa. c. literas. de reſtit. ſpol. c. à nobis. de ſent. excom. el. 1. faciunt not. per Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. & 11. q. 3. c. ſententia, ſed tantum curatur in conſcientia de verò intereſſe. ſed in hoc caſu fiſci naturaliter non verè intereſt, cùm nihil ei abſit in veritate propter delictum: nam nil de ſuo perdidit, niſi quòd delinquens cenſetur eum, id eſt, principem, & legem contempſiſſe delinquendo, qui contemptus iam purgatur per pœnitentiam. nec quo ad Deum curandum eſt de pœna exteriori extra id quod abeſt, vt dixi nec obligatur quis in foro conſcientiæ ad huiuſmodi pœnas, niſi vbi ſequitur ſcandalum in non parendo principi vel legi: præſertim quando nõ delinquitur ex contemptu legis, ſeu principis, ſed ex iracundia, vel calore concupiſcentiæ, vel negligentia, vbi non cenſetur contemnere delinquens, vt per Zab. in cle. eos. de ſepul. & Collec. ad quæ faciunt not. per Ioã. And. in c. quanquam. de vſur. & Calde. in proœ. Decret. & Feder. in conſ. & not. in capit. ſignificaſti. de homi. & in capit. fraternitatis. 12. quæſt. 2. & faciunt optimè not. per Card. in cle. paſtoralis. verſ. cæterũ.

Vbi Papa concedit gratiam per ſupplicationem vel aliàs, & expreſsè, vel tacitè vult quòd dicta gratia non valeat, niſi expediantur literæ: vtens effectu illius gratiæ literis non expeditis, non videtur tutus in foro conſcientiæ. arg. not. in c. plerique. per Inn.

Cùm gratia prædicta dependeat tantùm à ſola voluntate Papæ & principis, quæ quidem voluntas poteſt per eum limitari per modum & conditionem tacitam vel expreſſam, quantum ſibi placet & poteſt ipſe ſolennitates & formas prout ei libuerit, ad perfectionem, & eſſe dictæ gratiæ apponere. Secus autem eſt in his, quæ de iure naturæ dependent à voluntate & conſenſu partium duntaxat, non ſuperioris, vel principis, vt eſt in contractibus, & vltimis voluntatibus, & huiuſmodi, in quibus ex ſola voluntate partium valent contractus, etiam ſi per principem & iura poſitiua adhiberi debeant certæ ſolennitates. Et faciunt hæc ad quæſtionem, quòd quis ſalua conſcientia non poſſit recipere, aut ſoluere penſionem ſuper aliquo beneficio eccleſiaſtico aſſignatam, niſi literis expeditis, cùm conſenſus partium non poſsit operari vltra conſenſum Papæ, ſeu principis, qui quidem princeps in hoc caſu vult tacitè, quòd ad effectum perfectionis gratiæ literæ expediantur: nam per ſignaturam cẽſetur Papa facere gratiã iuxta ſtylum per cancellariã limitandũ, ſeu declarandum, &

illa est tacita voluntas sua, vt vult Bellam. conclu. 598. de quo per Oldr. concl. 226. & per Bal. in c. 1. per quos fiat inuest. & Mil. in vers. gratia. & facit optimè 20. regula cancellariæ. Et sic necesse est, vt literæ prædictæ conficiantur, & expediantur iuxta stylum cancellariæ, & dictis literis expeditis, tunc gratia dicitur habere esse suum, Bellam. conclus. 110. & in ea tunc ostenditur aperta mens principis, & expressa, sed in dictis literis pensionis ponitur de mente Papæ postquàm dictę literæ tibi præsentatæ fuerint &c. ergo ante præsentationem, & multò minùs ante expeditionem non potest exigi vel solui pẽsio. Credo tamen quòd in foro conscientiæ, si partes essent certæ de expeditione literarum, quanquàm nõ præsentarentur literæ, possent soluere vel exigere pensionem, cùm tacita voluntas principis non excludat hunc casum, hoc est, quòd velit necessario literas præsentari, & non habere pro præsentatis, cùm hæc præsentatio sit inducta in fauorem partis soluentis, & ne recipiantur pensiones super beneficiis ecclesiasticis absque assignatione superioris, & volũtate, de qua voluntate si mihi aliter constat, quam per præsentationem, quoad conscientiam videor esse tutus, dummodo, vt dixi in veritate literæ sint expeditæ. Et idem videretur mihi esse dicendũ in omni casu, in quo esset de voluntate principis tacita vel expressa, quòd deberent literæ expediri, quòd ante expeditionem, non posset quis vti eis absque peccato. Et sic in omnibus commissionibus gratiosis habentibus clausulam, vocatis, vel requirentibus informationem, aut cogitationem vel huiusmodi, vt est in dispensatione super irregularitate, & huiusmodi, qui requirunt aliquam præcognitionem de iure, vel ex stylo. & sit ex mente Papæ. secus fortè in dispensationibus ad duo, & super defectu natalium & similibus in quibus non videtur esse de mente Papæ expressa, vel tacita, quòd dictæ literæ necessariò expediantur, ad hoc, vt in foro conscientię releuent dispensatũ, sed tantùm vt non suffragentur impetrantibus absque expeditione: vt habetur in reg. cancel. de disp. Et verbum suffragari, non videtur trahi ad forũ conscientiæ, sed potius ad contentiosum, cum significet propriè aliquid repulsiuum & controuersiale. arg. not. per Spec. de adult. in fin. & per docto. in rub. de suffrag. C. Si ergo habenti supplicationem signatam super dispensatione ad duo non moueatur lis, neque obiiciatur de inhabilitate per aduersarium, neque detur ei de illa regula, videtur quòd nõ expeditis literis possit illa tenere in foro conscientiæ, cùm mens Papæ, vt dixi fuerit grauare eum in euentum, quo moueretur ei controuersia per aliquẽ cuius interesset. Secus si absque contradictione possideret dicta duo etiam literis non expeditis. Et ita vidi quosdam doctores, & vnum notabilem, & eruditissimum prædicatorem tenere, pro quorum opinio. facit gl. in c. fraternitas. 12. q. 2. & not. per Bart. in l. sequitur. §. viam. sed facit contra eorum opinionẽ principium dictæ regulæ, & verba, temere, & facere in dicta regula posita: quare cogita, quia magis declino pro nunc in partem quòd non sit tutus in foro conscientiæ, & sic quòd teneatur ad fructus restituẽ dos cameræ, nullo existente contradictore, deductis alimentis suis necessariis, & si quæ vertit in vtilitatem ecclesiæ, quam non dispensatus possedit: quia non habetur pro dispensato, ex quo non expediuit literas per supradicta. Sin autem viuæ vocis oraculo esset ei concessa gratia, vel quòd sola signatura sufficeret, tunc bene esset tutus vtens gratia in foro conscientiæ, cùm appareat de voluntate concedẽtis non curantis expeditionem literarum, & ita videtur debere intelligi text. & gl. in cle. dudum. super verbo de sepult. & gl. in c. institutionis. 25. q. 1. quòd gratia Papæ verbo solo facta valeat quando Papa hoc est pressè vult, & ita quotidie practicatur in curia. Postea dixit mihi quidam Theologus se credere, quòd si mens principis volentis tacitè, quòd super gratiis per eum factis expediantur literæ, & aliter non valeant, moueatur non propter intentionem vt melius examinentur in expeditione, sed tantum vt ex illa expeditione veniat ei lucrum, quòd eo casu etiam non expeditis literis, ego possum vti gratia mihi cõcessa propter malam intentionem principis & iniquam: & si super hoc fecerit legem, esset iniqua talis lex: quia lex debet fieri ad vtilitatem communẽ, non autem propriam, & facit pro dicto suo quod not. in cap. canonum. de const. & c. erit autem lex. 4. dist. & 8. dist. quæ contra, & quia tunc excedit potestatem constituentis, quo ad Deum qui nõ ligat nos ad parendum in foro conscientiæ principi iniustè præcipienti, cùm non dederit ei potestatem, iniquã legem condendi. ad quod c. qui resistit. 11. q. 3. & si is qui. §. Sed nolo intrare pro nunc hanc materiam, quia difficilis. & in dubiis constat esse parendum principi, & præsumendum quòd ad bonum finem fecerit legem. ex quo aperte non est contra decalogum, vel bonos mores, per not. in c. 2. de maior. & obed. & in d. c. canonum. & 11. q. 3. non semper. c. Iulianus. & c. Imperatores, cum aliis iuribus. Et si est incommoda lex soluenti taxam, non est mirũ, quia, vt ait Liuius, nulla lex satis commoda omnibus esse potest. Licet ergo interdum incommoda sit lex singulis secundum quid est, tamen commoda in cõmuni, & ex alio respectu commodissima. Et satis bene nobiscum ageretur si huiusmodi pecuniæ distribuerẽtur in eos vsus, ad quos destinatę sunt, qui vsus est commodissimus Reipublicæ Christianæ. In illo autem semper dubitaui. an constet esse veram opinio. Innoc. & sequacium. in d. c. quia plerique. quod vbicunque est tradita aliqua solennitas per iura positiua seruanda in contractibus & inualidantia contractum, si non seruentur, puta in alienationibus rerum ecclesiasticarum, & minorum, quod nihilominus si dictæ alienationes fiant aliàs legitimè, sed nõ seruata forma prædicta, quòd emens, & vendens sint tuti in foro conscientiæ: nam videtur eos nõ esse tutos, cùm nõ sint domini rerum emptarum absque solennitate, & sic possideant illa emptores mala fide. Item quia continuè stant in peccato detinendo rem emptam contra voluntatem, & præceptum superioris, qui potuit in huiusmodi rebus pertinentibus ad curam suam apponere legem, quam ei libuit: & cura sacrorum & spiritualium

pertinet

pertinet ad eum,& per consequens bonorũ pertinentium ad rem spirituale͂,vel sacrã,& sunt in continuo cõtemptu superioris.ergo in peccato.per not in d.c.2.& c.canonum.cum aliis iuribus, maximè cùm sit de mente doct.& presertũ Bal.in cap. si quis per triginta.si de veri.§.contra.quòd quando lex aliquid prohibet fieri propter aliquod valde æquum & bonum publicum,& contra illud fiat,ligat in foro conscientiæ.& facit etiam ad hoc quod ipse notat in extrauag.ad reprimendam.loquens de Macedoniano & Velleiano & facit etiam optimè quòd fint in peccato not.per Abb.in c.sacris.cum ibi not. de his quæ vi met.ve cau.fiu.Quare cogita, & quo ad materiã pensionum, credo etiam quòd si literæ non præsentarentur,nisi post duos, aut tres annos post assignationem, nihilominus deberent solui pensiones integrè pro tempore præterito etiam in foro conscientiæ,quanquàm nunc fuerint expeditæ,cùm illa conditio postquàm tibi prædictæ literæ præsentatæ fuerint &c.non suspenderit obligationem,sed solutionem & exactionem: vt in illo qui promittit & assignat ex nunc 10.menstrua super tali fundo suo, quæ tamen non vult soluere donec merces suas vendiderit,vel postquam creditor præsentauerit ei literas salui conductus:& aliis huiusmodi exemptis,quod nota ad practicam. ad quod l. his verbis. C.quand.dies leg.& quia fuit apposita dies seu conditio gratia pensionarij. ad quod. l. si ita. §. pegasus.de leg.2. Ad materiam cõtractus qui soluitur & violatur per mortem alicuius,& Canthalonia appellatur violarium:quia facilè perit,vt violæ, an sit licitum,vide quæ not.Collec.in ca. 1. de emp. & ven.vbi dicit.sed nunquid licet alicui emere redditus ad vitam suam,ita quòd salua conscientia possit retinere?Dicendum quòd si verisimile est quòd emptor debeat recipere redditus magno tempore, & vltra communem valorem, vt cum homo iuuenis emit magnum redditum, hoc casu, quia est verisimile, quòd satis vltra viuet, totum id quod receperit vltra pecuniam quam dedit sana conscientia retinere non potest, quia quodammodo vsura est in c.nauiganti.de vsur.& facit quia ratione incertitudinis licita est cõuentio,quæ aliàs esset illicita.C.de vsur.si ea.nec obstant iura quæ videntur simpliciter velle,quòd liceat ad vitã emere propter incertitudinem,quod dicendum est verum esse,dum tamen data fuerit pecunia secundum probabilem modum contrahendi.Et ita refert Ie. determinatum fuisse.hæc Cyn.in d.l.si ea,vide quæ colliguntur infrà ca. ad nostram. per quæ fraude vsurarum cessante,aliud videretur posse dici.hæc Collec & vide Anch & Ioan.de Anan.post Innoc.in c.in ciuitate.qui tenent esse licitum,quod Roder.negat si redditu emantur ad vitam emptoris,propter votum captandæ mortis,quo cessante non esset peccatum Et venditione violarij,vide vnam no.Cy.in l. si pater 2.C.de inoffi.testam.Et an appellatione,vsusfructus, veniant pensiones violariorum, allegari posset l.sancimus.C. de dona. vbi videtur proprietas non vsusfructus.Et videtur quòd si violarium quod emeram ad villam delegauero creditori meo, quòd soluens pensionem teneat illam præstare quandiu creditor viuat, nec morte mea finiatur, sed creditoris.vide not.in l.si vsusfructus.ff.de noua.per doct. Gallican.

Refert Ioann.Ganfre.in c.ad nostram. de empt. & ven.se vidisse dubitari in cancellaria, quòd cum quidam emisset quasdam possessiones apposito pacto,quòd ve͂ditor asportãdo pretiũ,posset post certos annos illas possessiones recuperare,& venditionem rescindere.Dom.Feder.de Senis iuuabat,& defendebat contractum non esse vsurarium: sed alij tenebant contrarium, & ita dicit fuisse obtentum congregatis doctoribus,cùm apposita fuerit conditio contra naturam,contractus propter quod dicebatur non esse recurrendum ad coniecturas. Vide ibi per eum,& aduerte,quia non loquitur in pacto de reuertendo.

Stante consuetudine,quòd ecclesia habet lectum qui cum funere ad ecclesiam portatur, rector vult permutare ius lecti huiusmodi cum vno prædio, quod perpetuo ad ecclesiam pertineat,nũquid possit? Feder.arguit quòd non possit fieri:quia simonia esset,tamen ius decimale, permutari potest, quod est spirituale cum re temporali.de rer.permut.cum vniuersorum. Ipse tamen solus hoc nõ posset alienare.de reb.eccles.non alie.c.1.lib.6.cum simil. non enim omnia quæ fiunt ratione sepulturæ sunt facta spiritualia:vt not.13.q.2.clerici,vide Collec.in c. relatum.de sepult.

Duo tractauerunt de beneficiis permutandis adinuicem, & data fide promiserunt procurare dictè permutationem per superiorem, vel illos quorũ interest,an possit alter pœnitere? & si alter instet qui est paratus implere ex parte sua an posset alius cõpelli ad implendũ?Et videtur ꝙ nõ cũ talibus debeat cessare omnis pactio,& cõuentio de pactis.c.fi. & not.in c.cum pridem.cum simi.&c.Feder. de Senis no.contrarium: quia isti non simpliciter paciscuntur, sed promittunt inuicem dare operam & curare,vt hæc permutatio veniat ad effectum per debita media,videlicet per superiore͂, vel illos qui eam admittere,& quorum autoritate perfici potest quod de iure non videtur prohibitum de rest. spol. c.ex parte.& c.venerabiles.de confir.vtil. vel inutil. & facit quod not.de rescrip.ad audientiam.in gloss. & de præb.significatum. cùm fidei datio æquipolleat iuramento, quod quidem iuramentum debet seruari,nisi vergat.&c.vnde postquam ipsæ partes adinuice͂ promiserunt ad curandũ,videnturquãtùm in se est conditionaliter consentire, habito cõsensu superioris,à quo non possunt resilire, nisi fecerint quod in se est respectu habendæ voluntatis à superiore,& procurandi,vt conditio eueniat ad quam procuratione͂ sunt obligati,non conditionaliter,sed purè,quæ promissio procurationis in hoc casu non videtur prohibita per supradicta.Et ideo post hanc promissionem,non est iam amplius in facultate alterius resilire,sed superioris admittere,vel non. Vide ad hoc Collec.in c.cũ olim,de rer.permu.Nihilominus cùm olim fuissent petitæ literæ à cancellaria super hac promissione, de curando & dando operam contra partem quam pœnituerat,fuerunt negatæ.Credo propter fundamenta Host,Io.And.in c.

quæsitum.

quæsitũ.de rer.perm.& dicit Inn.in c.inter.de præb. quòd permutantes habent ius in beneficiis permutatis statim quòd superior autoritatem interposuit. & vide Fed.q.27 & Abb.in d.c.inter.vnde non tantùm habet regressum permutans ad beneficium suum alio nolente permutare, sed etiam videtur quòd possit nolentem permutare, seu resignare ex causa permutationis compellere. Sed dictum Innoc.intelligitur vbi sunt admissæ hinc inde resignationes, licet nõ sit facta traditio possessionis.& vide.ad hoc Fed.cons.159.& omnino ad hanc materiam multas decis.Rot.tit.de renunc.in antiq.& de rer.permu.& quandam regulam cancellariæ ad hoc.

Parrochiani habent nominare rectorem Capitulo,& Capitulum vnum de nominatis habet præsentare episcopo, quidam expectant ad præsentationẽ vel collationem Capituli, nunquid tale beneficium cadat in gratiam? Dicit Collec. in c. cum dilectus. de iurepatro.quòd audiuit multos dicere quod sic, cũ tale beneficiũ videatur esse de patronatu. Quare &c.de præb.c.cum illis.in fin.& quia nominatio habet vim præsentationis, nec ius tribuit. c. nobis. tit.de iurepatro.de elect.cum terra.sed vbi Capitulum non haberet præsentare de nominatis, credit Collect.bene habere locum. Sed in casu nostro non est libera potestas præsentationum penes Capitulũ & sic nõ dicitur solidè patronus. Quare &c. de rest. spol.Pisanis & cum illis.in fi.præiudicaretur parrochianis, quibus Papa præiudicare non intendit, nisi exprimat.c.quanuis.& d.c.cùm in illis.

Inter duos nominatos, de quorum auteriori nominatione non constat, quis alteri debeat præferri, vide Oldrad.cons.218. Quòd pensiones, quæ constituuntur & asignãtur hodie super fructu beneficiorum, non sunt beneficia, neque habent effectum eorum, nisi in casibus expresis, videtur probari ex definitione beneficij,& requisitis ad illud. de quo per Old.in quodam consil.& Anto.in reg 1. de reg. iur.

Et inter cætera est necessaria perpetuitas, vt in c. pastoralis.7.q.1.in glo.in cap.vnico.de capel.mo. li. 6 quæ quidem cessat in his pensionibus, cum extinguuntur lapso tempore quo impositæ sunt, vel per obitum recipientis. Facit etiam definitio Math. de monte Lau. in clem. 1. de sup. neg. præl. & glos. quæst.1. in summa. Item quia huiusmodi pensionem recipientes possunt illas remittere ad tempus, vel in perpetuum, vel illis renunciare absque autoritate superiorum: nec tunc impetrantur, nec vacant, sed extinguũtur tãquam debitum pecuniarium per remisionem, nec requirunt residentiam, nec habent nomen tituli, nec illas recipientes habẽt vocem, vel stallum in choro beneficiatorum. Itẽ in regulis antiquis cancellariæ ponuntur vt diuersa in expectatiuis, nec examinantur per cancellariam hi quibus pensio asignatur, vt solet fieri in titulatis. Si tamen asignaretur aliqua pars fructus alicuius beneficij pinguis, non ad particulare commodũ vnius sed ad hoc vt deinceps esset beneficium Ecclesiasticum dictum, fortè pensio vel portio, tunc bene esset beneficiũ, vt in c. si conquerente.de cler.non resid.& c.ex diligẽti.de simo.& 16.q 6.illud.& q.5. possessioni.2.q.3.clerici.& c.si episcopus.& vide ad hoc not.in clem.si Romanus.de præb.& in c.postulasti. & c.ad audientiam.de rescrip.& clem. 2. de vita & honest.cleri.& c.quanuis.de præb.lib.6.ad hoc Rabar.in c.constitutis.de relig.domi.& Anto.de Butr. & Bal.in d.c.ad audientiam. & not. per Castren. & Pont.in cons.& Rot.in antiquis.titu.de rescript. Et forma literarum satis ostẽdit non deberi pro beneficiis, cum plerunque fundentur, ne resignantes nimium dispendium patiantur,& sic exonerantur à titulo,& per consequens ab onere. Recipiunt tamen partem fructuum quasi tanquàm laici qui possunt recipere pro alimentis & victu vel statu decenter tenend.& not.23.q.fi.tributum.& 18.q.2.Eleuterius. & c.quanto.de iurepatron.& l.cõmodis.ff.de re iud. & l.stipendia.C.de execu.rei iud. Faciũt hæc ad materiam, an pensio faciat incompatibile sub eodem tecto cum beneficio,& an recipiẽs pensionem non intitulatam, prout sunt hodie, teneatur dicere officium, vel interesse processionibus huiusmodi? Et ex his potest etiam determinari, an huiusmodi pensiones modernæ possunt redimi.

De regno Scotiæ seu rege dubitatur, an sit verus rex: vt per gloss.32.q.2.& per Brixien.in reperto. super vers.Rex.& appellatur regulus à gl.in cap.venerabilem.de elect.& videtur olim fuisse subiectus regi Angliæ, vt patet in chronicis, & præsertim in historia, quæ dicitur mappa mundi.& not.in cle.1.magistris.& de eo fit mentio in c.cùm dilectus. de fid. instru.& cap.sane.de temp.ordin.& non vngetur, vt patet in prouinciali ecclesiæ Romanæ. Ista inter alia adduxi coram Reuerendisimo domino meo vicecancellario, contra oratores præfati regis, contendẽtes de prælatione, cum oratoribus Ferdinandi regis Siciliæ siue Apuliæ.

An per assecutionem secundi beneficij sub eodẽ tecto, vacat ipso iure primum, Vidi concludi, quòd non, per not in c.literas.de conces.præb.sed habere locum in materia monitionis, de qua in c.referente. & c.præthereà,de præb.vide doct.in cap.quia nõnulli.& c.fin.de cleri.nõ residen.tamen cancellaria expedit literas tanquàm pro vacante, & vide Rot. in antiquis.& latè Milum in repertorio.

Beneficium residentis in curia non promoti infra annum dicitur vacare in curia secundum Coll. in c.ecclesia.de sortileg.

Præstãtisime doctor, cupit scire humanitas vestra perstrictisime, & resolutisime à tenuitate nostra, quid mihi videatur de gratiis per literas apostolicas concesis, per quas committitur constitutio & asignatio pẽsionis in partibus, an expirauerint, seu extinctæ fuerint per mortẽ Papæ concedẽtis illas re integra? Respondeo videri mihi non expirare, nec extinctas esse, cùm teneam pro constanti, quòd vbi alicui quanuis tertio, est quæsitum ius in re, vel ad rem, aut saltem officij iudicis imploratio per literas apostolicas gratiosas, siue gratiæ sint puræ, siue in diem, siue conditionales, tales gratiæ non extinguũtur per obitum concedentis, nec executorum iurisdictio, seu potestas finitur. Et propterea idem credo in literis priuationis in forma iuris, cũ prouisione alteri fienda: & in literis in forma, dignum & vnionũ in literis accedens super dispensation.ex defectu

natalium

natalium: & fermè in omnibus quæ hodie emanant à cancellaria. Et sit ratio, quia in omnibus his gratia est iam facta nō fienda, quāuis non executa, cū quęsitum sit ius in re, vel ad rem, vel saltem ius implorādi officium iudicis, seu executoris. Hoc credo per not. in c. si cui nulla. de præb. & c. si super gratia. de offi. de leg. lib. 6. quāuis gl. & quidam doct. fortè nō satis practici, aut parum aduertentes ad stylū cācellariæ modernum, & illius temporis exemplificent mandata de prouidendo dici gratias fiendas, & non factas. Cùm fiendæ sint, vbi ius non est quæsitum alicui modis prędictis, sed est concessa facultas. Sed potestas ad contemplationem seu fauorem tertij, esse voluntarium ministrum, siue mandatarium gratiæ fiendæ illi tertio, vt puta, si Papa intelligens aliquem scholarē studuisse in aliquo studio longo tempore, & esse sufficientem ad gradum doctoratus, cōtemplatione seu fauore illius scholaris det alicui personæ facultatem siue potestatem doctorandi illū, nō tamē mādet, vt requisitus, id faciat, seu facere tenetur: nā in tali vel simili casu expiraret gratia p obitū cōcedētis re integra, cū nō sit propriè mādatū nec aliquod ius quæsitum illi doctorando, nec etiā ipsi commissario, cuius contemplatione, seu fauore non fuit data ei à Papa prædicta facultas, seu potestas doctorandi illum. Et verbum, mandatum, ibi in §. secus. capitur pro committitur, seu facultas datur, vt declaratur in princ. d. §. & etiam verbum seu fauorem, declarat non esse propriè factam gratiam illi doctorādo. Et ita esset in similibus casibus si hodie Papa illo modo antiquo scriberet, & ita resoluo me in hac malè exēplificata, & ideo intricata materia dictorum capitulorum, visis omnibus scribentibus super eis. & Oldr. in cons. & decis. Rot. in nouis, quæ videtur facere differentiam inter mandatum de prouidendo de beneficio vacante, aut vacaturo, non quo ad durationem gratiæ, sed quoad durationem potestatis executoris, vt in vacaturo non duret, nec quando committitur causæ cognitio vnà cum gratia. Et bene valeat præstantia vestra. Et vide Bellam. in quodam consilio, qui videtur dicere consona prædictis.

Concurrentibus duobus magistris in Thologia, cæteris paribus, in quodam beneficio, quorum magistrorum vnus erat prædicator, & valde eruditus in doctrina Theologiæ concernente partes iustitiæ & curæ animarum, & confessionum, & sacramentalium, & aliis materiis mistis cum iure canonico, & cōcernentibus vitam actiuam. Alter verò de Trinitate, & de natura Angelorum, & Metaphysicalibus, & aliis subtilitatibus. Vidi concludi, esse præferēdū primū, per not. in c. nisi cum pridem. & in c. cū sit ars artium. Facit iudicio meo c. quia nonnullis. §. sancimus. ibi præsertim. & c. super specula. ibi ad iustitiam. de mag. & c. cum ex iniuncto. de hær. & inuenies multa iura in decretis ad hoc, & faciunt not. in c. inter cætera. de offi. ordin.

Quòd exigentes talias, gabellas, & vectigalia, quæ sunt præcisè pedagia, & guidagia, non sint ipso iure excommunicati. Vidi concludi, inter doctos viros, cū c. quāuis. & cle. præsenti. extendi non debeant, sed in aliis exactionibus remaneat dispositio. c. non minus. & c. aduersus. & aliorū iuriū decretaliū. & c. Quāuis. Pet. Anch. & quidā alij videātur aliud sentire, exponēdo pedagiū pro omni vectigali, seu portio: cū tamē gl. sentiat pedagia & guidagia, & salinaria esse species vectigalium, non autem esse idem, & ideo dispositum in vna specie non extēditur ad aliam, & multo minus ad genus. Facit optimè forma cancel. in tit. de pedagiis. for. 1. quinter. de iust. ad 1. opinionem. & ita obseruamus. & vide Bal. in rub. de reb. credit.

Quòd Papa non possit legitimare filiū regis non recognoscentis superiorem, tenet Imol. in c. grandi, de sup. neg. præl. in præiudicium alicuius de sanguine regio, ad quem pertineat de consuetudine successio in regno. Nec obst. not. p Bar. & alios in l. gall. §. & quid si tantum. de lib. & posth. quia habent locum in aliis personis: quibus licet de primo suo liberè disponere, & non in rege, quia non potest absque causa auferre successionē illis de sanguine suo, facit apertè contra hoc dictum tex. in c. per vene. vbi Papa legitimauit filium Regis Francię, quod nō potuerat esse absque præiudicio illorum de sanguine Regio. Sed vide Iac. Cilionē epis. Illerd. doctorē Cathalanū, in d. c. super, verb. gratiā, qui dicit, quòd rex Franciæ habebat filium ex priori coniuge, vt ait apparere ex antiq. Decret,

Prędictus Episcopus Illerdensis, in c. fraternitatis. de frigid. narrat, quòd tempore suo fuit quidam homo in Cathalonia tantum potens in re venerea, ꝙ qualibet die cognoscebat exacte vxorem suam triginta vicibus, quę vxor secrete recurrit ad regē Aragonū, qui vocato viro, cōfessus est ita rē se habere: vnde mādauit ei sub pœna capitis, ne amplius q̄ sexties in die vxorē suam cognosceret: ne, vt ait, mortis periculum mulier incurreret. Sed de potentia viri non tantum mirari oportet, quantum de querela vxoris. Vnde illud, Et lassata viris nondum satiata recessit. Et Prouerb. 30. cap. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua, ignis verò nunquàm dicit, sufficit.

An si legatum pro pia caussa efficiatur caducum vel quasi, remaneat penes hæredem simpliciter, vel debeat conuerti in aliam piam causam. Vide Guasquinū doctorē Cathalanū. q. 32. in quęstionibus suis & cōcludit quòd nō sicut in alio legato caduco. Ad de not. per. Bar. in l. pater. §. Tusculanus. de leg. 3.

An appellatione peramentorum intelligitur supellectilis? Guasquinus quęst. 4. tenet quòd sic. videtur mihi indigesta decisio, & remittēda ad theoricā. l. quod labeo. de sup. leg. & l. vniuersorum. & l. si seruos. de pign. cum simi.

Franc. de Maronis, in 4 lib. sententiarum, super Augusti. de Ciuitate Dei, ait, ꝙ in tota sacra scriptura non reperitur, quòd fœmina vnquam successerit in regno, in aliis autem hæreditatibus sic: vt patet Numer 23. & 27. c. Ego in Iosepho legi Alexandram clarissimam Reginam regnasse in Iudæa etiā viuentibus filiis: sed ibi videtur fuisse ex voluntate testatoris, & consensu filiorum, non vi successionis debitæ. Lege Ioseph lib. 13. antiquit. Iudaicæ. Imo videtur cum maiore filio conregnasse, vt videre licet in

licet in eodem autore lib.1. de bello Iudaico; vide Bald.in l.multis.de stat.hom.

Licet tutela impuberis finiatur captiuitate, vt In stit.quib.mod.tut.finiat. §.item finitur tutela, secus tamen in cura adolescentis.Ita tenet Guasqui, Cathalanus in quæstion.suis quæ.183. fundat se, quia ille principaliter datur personæ, iste verò bonis. Facit pro dict.curatore P.captiui in Tunitio, & gestis per eum.

Ioã.de Seysello doct.Gallic.in Apost.egregij patricij Petri Iaco.de Montepessulano, super titul. de statu Cu.Rom. damnans hanc vastitatem, & intricationem opinionum quæ multiplicatæ sunt in iure nostro, dicit pernecessarium fore, vt fieret noua reformatio, tam in iure ciuili, quàm Canon. & reseruatis argumentis disputationũ,& subtilitatibus, & varietate opinionem fierent nouæ decisiones per electionẽ alicuius, ex illis opin. Et quòd fieret noua editio iurium magis conueniens isti seculo, ꝗ fluxit post illa antiqua iura, maximè circa substitutiones transmissiones, suitiones, præteritiones, in quibus iura Romana magis considerasse videntur acumina, & vtilitatem, quàm præsumptã mentẽ defuncti.Item circa interdicta, & actionum varietates, & testamentorum diuersitates captiosas, & inutiles. Item circa seruos, & officia iam oblita in tribus libris C.item circa seruitutes, in quibus est mera subtilitas potius, quã æquitas, aut ratio vrgẽs.Item circa publicæ honestatis iustitiã, & redditionem, & nõ exactionem debiti coniugalis, & circa matrimonia viderentur immutanda multa, & quod quis posset esse hæres ad tempus & decedere intestatus pro parte, & quòd intricatio bon.pos.contra tab.& sec. tanquàm pœna pueris tolleretur, & quòd ieiunia non obligarẽt sub pœna mortali, sed darentur indulgentiæ ieiunantibus.Item quòd summus Pontificatus non esset perpetuus.Et super ingressus religionis, ꝗ non obligaret vsque ad 21.annum, nec matrimonij contractio absque copula. Et circa compaternitatẽ & varietatem religionum, & quod Abbatiæ vel huiusmodi non essent dignitates, nec committerẽtur eis causæ, & quòd omnes legendæ sanctorum Apochryphæ tollerẽtur, & quòd ordo Antonistarum extingueretur & applicaretur Militiæ sancti Ioannis Hierosolymitani. Et alia quædam reformarentur, vt ibi per eum, quòd paucissimis daretur facultas interpretandi, aut glossandi. Et quòd interpretata non redigerentur in scriptis, nisi eorum qui longo tempore practicassent, aliàs credit rem venturam in tantam confusionem, quod nihil habebitur liquidum iudicantibus. Vnde vt dicit, timens ipse hanc immutationem, & cupiens consulere nomini suo post 30.annos exactos, in exercitio iuris scripsit librum de natura animalium, existimans illud opus fore magis duraturum, quàm scripta iuris: sed an illud opus durauerit, ego ignoro. Non inficior tamẽ, quòd scribentes res naturales, historiam & medicinã, certiorem perpetuitatem sperare debeant, cùm huiusmodi scripta cuicũque nationi & religioni, ac tempori, vtilia sint, & placeant, præsertim si sale eloquentiæ condiantur. Sed quid dixisset prædictus doctor, si vidisset tot libros post tempora sua fuisse à centũ annis citra in vtroque iure editos? Et vide Zabar.in c.nobis.de iurepatron.ad hæc & Iason in operibus suis.

Cùm in ciuitate Neapolis quidam ex nostris Cathalanis reliquisset in testamẽto libertatem cuidã seruo nigro post quinquennium, & fuissem interrogatus an quinquennium inciperet à tempore cõditi testamẽti, vel mortis testatoris, dixi, quòd de hoc erat casus not.in l.qui duos.§.fi.ff.de manu.test.

Quòd filius familias rixosus possit inuitus emãcipari à patre, casus est secundum Iac.de Insula.in l. quidam cum filio.de verb.oblig.

Seruus stipulatus alternatiue illis, aut illis dominis suis, nihil agit ratiõe incertitudinis.casus est not. in l.cùm seruus.§.& si non duo. de stip. ser. allegaui sæpe ad materiam incertitudinis, & l.duo sunt Titij.

Si seruus stipuletur 10.quando erit sui iuris, alienatus nihilominus acquirit domino cuius erat tẽpore stipulationis factæ, in l. fi.de stip.ser. est tex.not. allegaui cõtra monachũ, qui stipulatus fuerat à quodã cõsanguineo centum libras quãdo trãslatus fuisset ad ordinem Canonicorum regulariũ, tamẽ videtur tunc mihi exactius cogitandum, an deberentur primo vel secundo monasterio, tunc credidi per illum tex.deberi primo.

Ad validitatem statuti dantis licentiam deprædandi cùm allegaretur Bald.post text.not.in c. 1. de milit.vasa.qui con.est. dixi intelligendum Bal.iuxta terminos illius tex.videlicet, ex iusta causa propter defectũ iustitiæ: vt in repræsaliis, per not.in gl.in l.nullus.C.de Iudæis.& eorum quæ not. Abb. in c. cùm non ab homine.de iudic.& in l. ait prætor. §. si debitorem.de his quæ in frau.cred.

Quantum tempus dicatur vetustum, vide glos. quod 40.anni in l.ius.de fund.patri.lib 11.& in l.fi.de fun.rei priua.de longæuo.vide c. cum consuetudinis.de consuet.

Non dicitur quis morari posse in loco, vbi sine pudore, & verecundia morari non potest: neque ad illum locum posse accedere, qui non potest adire locum absque verecundia. vide gloss.in c.an ille qui fratrem domini.& vide etiam glos. in l. fin.§.si fœnerator.quòd met.cau.iũcto tex.facit materia l. nepos.de verb.signi.& quæ not.in c.vt iuxta. de offic. ordin.

Cùm esset quæstio inter duos scholares Perusij, an affinitas & incestus inter affines esset de iure gẽtium. allegaui quod sic, text.in l.fi.de cond.sine causa.& l.fin.de rit. nup. quod facit ad multa, & parificatur consanguinitate. vt l.adoptiuus.§.1.eod.tit.facit pro compositionibus datarij

Materia de bonis vacantibus non habet locum in rebus habitis pro derelicto.l.1.nec in casu aut omnes peregrini, C.commun.de succes. nec in l. cornicularij.de appar.præfect.prætor. nec in feudalibus, vt not.Petrus Iacobi.doctor Gallicus, in tit.de conditio.ex moribus. Vide ad hoc c.2. de feudis. nec in rebus inuentis vel thesauro.vide Bertrãd. de Ocero l.1.de naufra.& de thesauris ꝗ gl. in rub.de bõ.vacã.

Quærebatur Romæ, an emptor rei hipothecatæ teneatur euincenti per hipothecam de deterioratione rei absque culpa sua facta? Dixi quòd non sicut

econtra

econtra liberatur præſtando primam æſtimationẽ: vide l.in his.de præd.& omni.re.nauicul.lib.11.& l. fin.de cenſi.& cenſito.& facit l.Paulus.§.domus.de pigno.

An poſt didicita teſtificata, ſi teſtes niſi ſe neſcire, vel non recordari, poſſunt teſtes alij produci. Pater meus dom.Iacobus Paulus, doctor optimi iudicij, & celebris doctrinæ, in prouincia noſtra ſolebat diſtinguere, aut ille qui volebat produxit teſtes illos, & tunc aut ipſemet in eadem inſtantia, vel cauſa appellationis, vult alios producere, & non poteſt propter timorem ſubornationis: quia videns ſe non probaſſe, facilè ſubornaret alios ad probandum deducta per ſe. Aut eſt aduerſarius, qui velit producere, & videtur quòd poſsit admitti ad producendũ, cùm non aſſit timor ſubornationis, cùm ſi nollet alios producere non eſſet ſibi neceſſarium, cùm id quod per eius aduerſarium producentem probandum erat, minimè fuiſſet probatum, & ita intelligebat Bald.in c.ſi enim domino.quid ſi inueſti.& hæc diſtinctio dicitur obſeruari in multis Curiis.

An lucrum quæſitum per filiumfamil. ex peculio caſtrenſi cenſeatur caſtrenſe vel aduentitium, & quòd partim cenſeatur caſtrenſe, & partem aduentitium faciunt no.in ſimili, videlicet, de lucratis ex peculio profectitio.in l.cùm oportet. de bon.liber. per Bart.& Bald.not.in l.qui contra.de iurepatro.& l.quæritur.& l.in ſeruitute.§.ſi patroni.ff.de bon. libert.In contrarium verò, quòd cenſeatur caſtrenſe, monent vrgentiſſimè tex.in l.pater. §. ſi ſeruus.& l. hæreditate.§.1.ff.de caſtren.pecul.& l.1. C.de caſtrẽ. pecul. lib.12. in quibus ponderatur medium ſeu inſtrumentum, cum quo res quæritur, cogita.

Aduerte, quòd quanuis regulariter in contractibus non habet locum ius quæſitum, tamen videtur valere vbi aliquid eſſet conceſſum duobus quãdiu ipſi vixerint: nam in tali caſu, etiam poſt ius quæſitum habet locum ius accreſcẽdi inter eos. Vide tex. in c.vnico.de duob.fun. à c. inueſt. Facit ad reſtringẽdum materiam l.ſi mihi & Titio.de verb. oblig. & accidit de facto, & ſolebat dictus pater meus etiã allegare illum text.ad limitationem Bart. in materia l.hæredes me.§.cum ita.ad trebel.

Cùm quæreretur in ciuitate Nepeſina, an ſi ordinarius qui delegauit cauſam vni, committat illam alij, non facta mentione de litiſpendia vel prima commiſsione, poſſet opponi de ſurreptione? Dixi Collect. videbatur tenere, quòd ſic.in c.ex literis.de offi.deleg.& vide not.in Clem.2. de offic. ordin. & per Bellam, poſt alios, in c.cùm in multis.de reſcrip. & deciſ.362. & not.per Spec.tit.de remiſ.

Iudex, referens, vel ſecundam iuſsionem expectans, non incidit in pœnam reſcripti. Vide Collec. in c.licet.de offi.deleg.

In quadam terra patrimonij, cùm quidam mandaſſet cuidam conſanguineo ſuo fieri certa malefícia & damna in armentis & bonis cuiuſdam inimici ſui, & ille noluiſſet exequi, ſed mandaſſet certis amicis ſuis vt illa ſuo nomine & mandato facerent, quærebatur an primus mandans teneretur de illo maleficio, & damnis? Et cùm quidam aduocatus allegaſſet ſuper hoc multas rationes, dixi videri mihi caſum in l.ſi ego.ff.quòd vi aut clam.

Quidam reus introrſus eccleſiam fuerat abſolutus per præuaricationem, & poſtea mortuus eſt, quærebatur an poſſet de crimine cognoſci? Allegabatur inter alia text.in l.eius qui delatorem.verſ. planè. de iur. fiſc. vbi videtur text. quòd licet ficta confeſſio reſultans ex corruptione delati, non noceat hæredi, vt ex hoc conuinci poſſit, tamẽ operatur quòd citò de præuaricatione cognoſcetur de crimine, de quo per præuaricationem fuerat reus abſolutus. Sed reſpondebatur, quòd in caſu dictæ legis, etiam non ſtante confeſſione, potuiſſet agi contra hæredem, quia agebatur de cõfiſcatione bonorum propter crimen aut indignitatem poſſeſſoris, quæ etiam ab hæredibus extorquetur.l. Lucius. eo.tit. Videtur ergo, quòd vbi ciuiliter ageretur de crimine, ficta confeſſio bene poſſet operari quantũ litis conteſtatio, quæ ſufficeret.vt l. ex iudiciorum. §.fi.de accuſat.vbi verò criminaliter ageretur, videretur dicendum quòd non, cum ficta confeſsio nõ debeat plus operari, quàm vera: ſed vera non ſufficeret niſi lata ſententia.vide in titu.ne ex delict. defunct. & ſi replicares, imò debet haberi ſententia condemnatoria prolata, ex quo malo facto delati lata non fuit, dico non obſtare. arg. l. 1. ff. de requi. reis.quid fuerit poſtea concluſum, ignoro.

Pœna ſtupri in virgine, an habeat locum in prima defloratione tantùm, vide not.in l. ſtuprum. de rit.nupt.& in c.2.de adult.& 36.q.1.§.ſtuprũ. & optimam gl.in c.nemo. 23.q.3. In concubina autem alterius, non videtur habere locum, per not. per Bart. in l.ſi vxor.ff.de adult.cùm poſsit haberi res cum ea ſicut cum meretrice.vt ibi per eum.& ſic eſt penitus impunibilis coitus cum concubina alterius ſecundum eum. Tamen cogita circa dictum Bart. & parificationem cum meretrice, per not.in iurib.ſuprà alleg.& not.per doct.in l.neque natales.C.de prob. l.data opera. qui accuſ. non poſ. nam ſi concubina alicuius non eſt meretrix, videtur habens rem cum ea puniendus, vt punietur habens rem cum ſoluta non meretrice. Nec obſtat l.ſi vxor. quia non negatur ibi quin alia pœna, quàm adulterij, veniat coiens puniendus.& vide ibi gloſſ.

Referebat dom. meus Franc. de Are. vir acutiſſ. & variæ lectionis. quòd olim apud Romanos eadem erat pœna inceſtus, & eius qui habebat rem cum virgine Veſtali, id eſt, Templo deæ Veſtæ, & ſacris ignibus dedicata.& alleg Liuium. Tu vide etiam Suetonium ad hoc. Et hanc vitam videntur hodie imitari moniales, & qua pœna puniatur hodie habens rem cum eis, vide text.in auth. quomodo opor.epiſcopus eligi.§.oportet.& §.qui verò eas & l.ſi quis non dicam rapere. & gl. in c. virginibus. 27.q.1.& c.ſi quis eſt.cum aliis.& vidi, concludi Bononiæ à multis magiſtris in Theologia, & doctoribus, quòd eſt grauius, & magis peccatum habere rẽ cum moniali, quàm cum Iudæa, vel Saracena, quamuis popularis opinio ſit in contrarium. Allegabatur, quia cum moniali committitur ſtuprum, & adulterium, item ſacrilegium, & inceſtus, & violatio clauſuræ, & perſuaſio fractionis voti, & corruptio ancillæ Dei. Quæ autem eſſet pœna violan-

tis virginem Vestalem, vide in Liuio & Plutarcho, in problematibus. De pœna autem hibentis rem cū Iudæa, aut Saracena, nō memini me legisse aliquid speciale in iure. In patria nostra infidelis habēs rem cum Christiana punitur ad mortem, & etiam ipsa: Sed Christianus cum infideli muliere non, cùm tamen videretur esse contrarium propter periculum partus, qui ad tempus sequitur matrem infidelem. Sed lex nostræ patrię considerauit incontinentiam, & infamiam maiorem in muliere subiiciente se seruo, vel quasi seruo infideli, quàm econtra. arg. l. vnicæ. de mul. quæ pro ser. se con. C. & l. fi. commu. de manu. & c. & si Iudæos. de Iudæis. ideo grauius punit mulierem fidelem, & seruum infidelem, quā virum. Et vide Oldrad. conf. 333. & Deuterono. vbi non punitur ad mortem coitus cum aliis, quàm filiabus Israël. & ad idem Leuit. II. c. de coëunte cum ancilla gentili.

Ad intelligentiam tit. de cap. & postlim. reuers. nota, quòd postliminium non habet locum in his qui se dedunt hostibus, id est, pactione sibi vitam paciscuntur, & seruire, vel cum hostibus fideliter morari absque fuga promittūt. vt l. postliminia carent. ff. de captiui. & l. eos. §. fi. eo. tit. sed tantùm gaudent postliminio illi, qui absque deditione, vi compulsiua ab hostibus capiuntur: quamuis gl. & aliqui doct. non ita intelligant. d. §. I. gl. tamē in d. l. postliminio. satis aperit hunc intellectum. Et est ratio: quia fides etiam metu, vel vi causatiua promissa seruanda est hosti per præsidem, siue ducem de toto statu belli, & per militem de eo quod ipse de se promittere potest, puta, de non fugiendo. vel huiusmodi, vt in l. 5. § fin. de capti. & l. I. ff. de legat. & 22. q. I. c. noli. & not. in l. conuentionum. ff. de pact. Si ergo post promissionem factam captiuus fugit, non gaudet postliminio, vt dixi. Nec ob. l. nihil, eo. ti. de cap. ibi, vi vel fallacia. & c. quia non loquitur ille tex. de captiuo dedito, sed de alio captiuo, qui non promittit fidem, vel pretiū redemptionis. nec etiam obst. l. I. ff. de dolo. quia non dicitur ibi esse bonum dolū, quando est promissa fides, & facta deditio: & quia quod semel placuit. &c. Et placuerunt hæ considerationes do. meo Dom. Franc. de Are. cum essem Senis. Faciūt hæc ad quæstionem quæ tangitur per Bald. post tex. & gl. in l. nam & Seruius. ff. de negot. gest. & in l. in adoptionem. C. de adoptio. & vide gl. in c. ius gentium. I. distin. & Fulgos. in l. ex hoc iure. de iustit. & iur. & Saly. in l. ab hostibus. de c. & Beatum Tho. & l. cùm tres. de neg. gest. & in Clem. Pastoralis. per gloss.

An Imperator, vel aliquis Rex Christianorum possit inire pacem, aut longas inducias cum Saracenis, vel Turcis sine voluntate aut consensu summi Pontificis? Et videtur quòd non, cum Saraceni, & Turci sint hostes fidei, & Christianorum, propter nomen & religionem Christi, & consequenter vicarij Christi, qui est Papa, qui Papa præest Imperatori, & cæteris Principibus Christianorum, tum ratione fori pœnitentialis, tum etiam quia in pluribus casibus habet iurisdictionem in laicos etiam principes. c. nouit. de iudic. per venerabilem. qui fil. sint legiti. &c. Imò videtur criminosum inire pacem cū hostibus illius cui quis subest, præsertim contra hostes religionis, & fidei. iuxta l. I. cum seq. ff. ad l. Iul. maiesta. Committunt enim laici crimen læsæ maiestatis contr Papam. c. felicis. de pœnis. lib. 6. Tenētur etiam principes seculares auxilium præstare ad arcendum hostes ecclesiæ. vt per Ioan. Andr. in c. fi. de dilat. & gl. 23. q. 5. administratores. & nulli sunt duriores, quàm hostes fidei. Si enim principes absq; consensu Papę ineant pacem, aut fœdera cum Turcis aut Saracenis, facilius alij Christianorum expugnabuntur ab ipsis infidelibus. Et quòd non possit Imperator, videtur texr. in Clem. vnica. de iureiurand. §. porrò. & eadem ratio videtur esse in aliis Principibus: quia licet Reges non præstent iuramētū fidelitatis Papæ, vt facit Imperator, vt in d. Cle. tamen, vt dictum est, subsunt Papæ ratione fori pœnitentialis. Item successerunt Imperatori in eorum regnis, & sic videntur successisse cum eisdem honoribus, cum quibus illę terrę vbi sunt instituta regna, tenebātur ab Imperatore. Vnde aliqui doctor. Gallicani tenuerunt, quòd Papa potest compellere Reges ad præstandum ei iuramentum, vt facit Imperator, per no. in §. fuerat. Institut. de action. & l. 2. de adopt. C. l. sæpe. §. Gaio. de fund. instruct. 93. dist. legimus. cum simi. & faciunt not. per Bald. in c. I. quæ sint rega. in fi. & in c. I. §. si vassallus. de pace iur. fir. & in multis aliis casibus recognoscūt Papam reges, vt per Innoc. in c. cum te. de re iudic. Item hoc saltē videtur, quòd Reges Christianorum præstant obedientiam Papę, faciunt ad hoc not. per Oldra. cons. 71. & 2. & c. dispar. 23. q. 8. & c. alius. 15. q. 6. cum gl. & c. iuratos. ea. q. & nota. per Bald. & alios doct. in l. cōuentionum. ff. de pact. vbi concluditur, quòd nisi sit caput & dominus totius belli, non possit facere pacem, & nullus Regum Christianorum censetur esse caput, vel princeps, aut dominus belli aduersus hostes fidei per suprà allega. Sed principaliter contingit Papam, qui est princeps fidei, & oppugnator inimicorum eius, & ad eum spectat infidelibus indicere bella, & conficere pacem. Vt legitur de beato Gregorio, qui etiam inuito Imperatore fecit pacē cum Longobardis, propter periculum quod videbat imminere Vrbi, & Italiæ ob malitiam & segnitiem Imperatoris degentis Constātinopol. Vide ad hoc c. si vt morte Longobardorum. 23. q. 8. & faciūt ad prædicta 23. quæst. per totum, & præcipuè c. pro membris & non inferenda. c. qui potest. vbi bonus text. ad hanc materiam. c. ostendit. c. si quis à catholica. & c. quando vult. & c. sicut. vbi etiā bonus text. cum c. seq. & c. conueniet. versu fin. & c. infames. 6. quæst. I. & not. in c. consuluit. de appel. el tertio. Et cùm fuisset de facto hoc dubium, & tractaretur pax per Mahometum Hocor oratorem Regis Tunizij nomine eiusdem Regis clariss. & Ioannem Regem Aragonum, fuimus aliqui doctor. consulti à Rege præfato Barchione. Et declinauimus in partē, quòd non posset facere pacem inconsulto Papa. Postea occurrerunt mihi duo text. ad hoc, videlicet cap. significauit. & c. quòd olim. de Iudæ. & nota. in extrauagant. vnam sanctam. & quod not. Oldr. consil. 87. vbi ostendit Papam in huiusmodi personis infidelibus, & circa illas esse superiorem, & posse præcipere

cipere regibus,& faciunt etiam nota. per eum conſilio 70.& 128.

Quòd nouus emphiteota non teneatur ad cenſus præteritos,tenet Bertran.in l.fin.C.de fide inſtr. Sed aduerte, quia fundamenta eius ſunt duo. Primò, quòd actio perſonalis non ſequitur fundum. reſpondebitur,quòd etiam competit hipothecaria, vt alleg.text.Bald.in auth.ſi quas. C. de ſacroſanct. eccleſ.& Bart. hoc tenet in l. 1. ff. in quib. cauſ. pig. tac.contr.in addit.& alleg.tex.in l.etiam. C.qui potior.in pig. Aliud fundamentum eſt, fatendo quòd hipotheca competeret, tamen ex quo dominus directus conſenſum præſtitit alienationi, iuxta l. fi.C. de iure emphi. tacitè videtur remittere hipothecã. l. item liberatur. cum aliis. Hæc ille. Sed poſſes replicare,quòd neceſſariò habebat dominus directus conſentire,quia lex ſtringit eum.alias eo inuito fieret,& talis conſenſus neceſſarius non debet ei præiudicare.arg.l.cum quidam. de admi. tut. ſed replicaretur,quòd non præcisè compelli poterat, & habebat etiam remedium ſaluandi ſibi ius hipothecę, iuxta l.ſi debitor. §.primo,quibus mod.pign.vel hipo.ſolu.& ſic videtur imputandum ſibi. Vnde examinata hoc modo hac quæſtione concluditur,Bertran.bene dicere, niſi vbi nouus emphyteota abſq; conſenſu domini directi obtinuiſſet poſſeſsionem rei emphyteoticæ, cùm remaneat hipotheca in re propter cenſum. Petrus de Ancharo conſil. 379. videtur velle, quòd etiam ſi tempore contractus cõſiderato, venditio fuerit iuſto pretio celebrata, tamen ſi poſtea nihil, aut minus dimidia præcipitur de re empta,habeat locum reme. l.2. C de reſcind. vendi.quòd profectò videretur eſſe falſum, per no. Bartol.in l.cõtem.de public.allegantem.l.ſi voluntate.in fi.C.eod.tit.& l.3. §. diui fratris. de iure fiſci. & ita dixi pro hoſpite Anticulano in Campania Hernicorum.

Cathalani fecerunt pacem cum Genuenſibus, vt commune, & ſinguli teneantur ſeruare ſub certa pœna.Vnus priuatus contrauenit,an commune incidat in pœnam? vide Rapha. Cu.in ſimilibus terminis, quòd non, ſed ipſi priuati tantum incidant in l.Cæſar, de pub. & vide not. in cap. in noſtra. de iniur.nam illa conuentio, ſeu pax habet vim legis, vt eſt gl in d.l. Cæſar. & vide not. per Bar.in l. 4. §. actor.de re iudic.

Cùm quæſitum fuiſſet à me Romæ, an venditor poſt venditionem,& ante traditionem poſſet impignorare rem vẽditam, & an teneret impignoratio, ſeu hypotheca:dixi quòd ſic,& idem in promittente rem ante traditionem. Vide l. ad eum quem. §. Lucius.ff.de dona. Imò abſque ſpeciali obligatione huiuſmodi res promiſſæ, vel venditæ, veniunt in generali hipotheca:vt l.1.iuncta gl.C.de iure fiſci.

Ad declarationem tit.de manumiſ. vindict. hæc ſcrutatus ſum, quæ maximè placuerunt dom. meo domi.Bald. Nouello fundamentali doctori & ſolido. Manumiſſus vindicta dicitur ille, qui manumittitur inter viuos, & cauſa cognita: vt probatur per totum tit.ff.de manumiſ.vindict. & C.eo præſertim in l.iuxta cauſam.& l.illud.ff.& C.l.1. & l. 2. C.ſi aduer.lib.& eſt gl.inſti.de liber. §.multis. ſuper ver.vindicta.Et cõſequitur ſeruus taliter manumiſſus plenam libertatem,& efficitur ciuis Rom.vt Inſti.de liber.§.liberti.& C.de manu. vindi.l. nihil. & C.de lati.liber.tol.§.illo.& l.2.C. commu.de manu. & hoc voluit gl ſub dubio in l.qui Romę.§.Flauius. de verb.oblig.& habuit ortum hæc liberatio,& manumiſsio vindicta à Vinditio quodam ſeruo domus nobilis Romę Vitellorum,qui primus eo modo,id eſt,cognita cauſa,manumiſſus fuit:nam coniurationem quandam Romæ patefecit:vt innuitur in l.2.§.& cum placuiſſet. & ibi gl. ff. de origin. iur. & declarat hoc Titus Liuius in prima decade lib. II.ſic dicens, Proſequendo hiſtoriam, & coniurationem præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & ciuitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus, Vinditio ipſi nomen fuiſſe poſt illum ſeruatum, vt qui ita liberati eſſent, in ciuitatẽ accepti viderentur. Hæc Liuius. Quidam autem ferũt Boëtium dicere,manumiſſum vindicta dici à virga prętoris,cum qua percutiebatur manumiſſus, & dicebat ei Prætor tribus vicibus percutiendo, Aio te liberum.& hoc hoc refert gl.in d. §.multis. Ad quod facit illud Perſij, Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi. Et illud Horatij:Poſtquam vindicta ter quaterque impoſita. Imperator autem abſque cauſæ cognitione poteſt plenam libertatem conferre: vt l.apud.ff.de manumiſ. & poſſet fortè dici, quòd illa virga Prætoris accepit nomen ab illo ſeruo Vinditio,& virga cẽturionis dicebatur Athis. Qui autem manumittebantur vindicta non conſequebantur plenam libertatem, niſi à principe id fieret, vt dixi,& vide Cornel.Tacitum.

Quærebatur in ciuitate noſtra, an pater qui exhæredauerat filium, videretur etiam reuocaſſe donationes? Et allegabatur gloſ.in l. fi. ff. pro donato. quòd ſic.Sed cõtra d.gl.ſolebat allegare pater meus text.l.1. de aſſi. liber. §. aſsignare. verſ. ſed ſi poteſt aſsignatio.

Qualiter maritus teneatur de bonis dotalibus ad debita vxoris, diſtingue: Aut enim maritus conuenitur ad dotem, vel ad res dotales ex delicto vxoris,aut ex contractu. Si ex delicto, tunc nunquã eſt priuatus dote,niſi in quinque caſibus. l.quinque. ff. de bon.damn.Si ex contractu,aut mulier contraxit ante matrimonium, & tunc obligauerat res quas poſtea dedit in dotem,& tali caſu capiuntur res dotales,& in eis fit executio,vt l.Mæuia §.1.ſolut.matrim.& l.qui res,in princip.de ſolut.ff.& idem ſi cõuenitur rei vendicatione, vt l. 1. C. de iure do.cum multis aliis.quia non potuit mulier res alienas dare in dotem: Aut mulier contraxerat non obligando aliqua de ſuis bonis, & tunc aut dedit bona in dotẽ in fraudem creditorum,& diſtingue,vt in text.l.fin. §.ſi quis à ſocero.ff.de his, qui in fraud. credit. vbi text. concludit, quòd ſi quis non fuerit particeps fraudis, non tenetur, nec in talibus rebus eſt fienda executio, cũ vir dicatur habere cauſam oneroſam in dote. Aut mulier contraxit poſt dotem datam, nec tunc multò minus tenetur vir, neque ad bona dotalia poteſt haberi recurſus, ne ſit in poteſtate vxoris auferre dotem viro.arg.d.§.ſi à ſocero.& vide Ioan.Andr.in addit.Specul.tit.de ſenten.execut.

Oo 2

§.sequitur videre.vers.quid si filius.Et nota hãc materiam ita discussam, & distinctam in practica.

An cessio bonorum,facta cum vno ex creditoribus, noceat aliis? text. videtur quòd sic, in l. is qui bonis.§.Sabinus.de cessio. bon.etiamsi alij non fuerint vocati, nec oportet quòd iterum cedat, si alij creditores postea egerint. Credo tamen quòd creditores possent cessionem impugnare.ar.in auth.de hære.& fal.§. pen. & l.fi.§.licenius de cessio.bon.faciunt not.per Canon.in c.fi.de offi.iudi. & ita vidi practicari,nisi omnes fuerint vocati, & si post cessionem contrahat cum aliis, illi præferuntur creditoribus ante cessionem in bonis de nouo quæsitis, vt voluit Cyn.in l.3.C.de bon.auto.iudic.possi.per text.in l.3 quod cum eo.vide Bella.conclus.197.

Aduerte,quòd creditor etiam ex causa lucratiua præfertur legatariis iuxta §.& si præfatã. l.fi. de iur. deliber.tex. & iuncta gl.2. in l. hæreditarium. ff. de bon.auto.iud.possi.& l.1.eo.tit.Allegabatur Romæ à quodam aduocato cõtra hæredem beneficiati, & legatarios qui conueniebantur à donatario, cui viuens beneficiatus certa bona ex causa donationis hypothecauerat, quæ tamen moriens legauerat.

Cõcurrebat Romę creditor qui exposuerat pro funere defuncti,& alius qui exposuerat pro alio funere, ad quod defunctus tenebatur. quæsitum fuit quis esset præferendus?tex.in l.quæsitum.de priuat. delict.videtur sentire quòd pariter concurrant.

Fuerat mihi legata res & Titio coniunctim, & accesserat tãquam fideiussor quidam tertius in parte mihi soluenda Titius vel repudiauit legatum,vel conditio defecit, & totum legatum debetur mihi iure accrescendi, an etiam possim agere contra fideiussorem pro toto legato, & obligatio fideiussoria censeatur extensa non tantum ad accessoria,sed etiam in æquè principalibus, cum fuisset de facto? Pisis fuit determinatum, quòd competeret actio contra fideiussorem pro tota re,per text.in l.fi. quorum leg.& vide text.in l. pen. vt leg. no. ca. & vide gl.in l.stipulatio ista.de no.oper.nunc. multis hominibus boni iudicij,sed non iuristis visum est iniquũ iudicium,seu iniqua determinatio.

Relictum fuit legatum pro liberatione carceratorum quolibet anno, an possit distribui in impediendo,ne intret quis carcerem? Videtur quòd nõ, quia non dicitur liberatus, vt in l. decem. de verb. oblig.& l.1. vers. eum qui. de vi & vi arm. sed contrarium videtur probari in l.pen.de aqua plu.arc.& l.quominus.de solut.nam paria sunt impedire consequens,vel impedire actum per quem peruenitur ad consequens. Faciunt etiam not. veteres de itin. actúque priuat.& adde §.cum qui posset responderi,quod de natura illius interdicti est restitutio possessionis,quæ præsumit priuationem,credo hoc tamen in dubio præferendos carceratos, qui essent in loco relicti carcerandi.

Quòd donatio Constantini etiam de facto non fuerit,lege Laurentium Vallam,& Papam Pium in Dialogo.nec de tali donatione quicquam legi apud probatum Historicum, præsertim eos qui scripserunt illa ætate,vel illi proxima.Nam nec Eusebius, qui fuit diligentissimus narrator rerũ Christianorũ non meminit, quod tamẽ nullo modo videbatur obmittendũ, nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Io. Chrysostomus, nec Ammianus, nec historia tripartita, nec ipsemet Damasius Papa in sua Chronica, nec Beda, nec Orosius meminerunt,& cõstat per plures,quàm 300.annos post Constantinum Imperatores tenuisse gubernacula vrbis,& Italiæ per Duces,præsides,& exarchos Vrbis Rom. vsque ad tempora Innoc.II.vt patet apertè in Chronicis,& historiis. & de Iustiniano patet l. 1.& 2.de offi.præfect.prætorio.& in procem.Institu. & in epist.inter claras. ibi, nostrum firmat Imperiũ. & in l.fi. C. de vet.iur.enucl.& in l.bene à Zenone. & in auth. vt etiã Romana ecclesia. ibi ad ecclesias nostras, & vsque ad Oceani recessus. & in auth. vt proprio nomine imperato. Et in vita Phocæ Imperatoris legitur impetrasse Pantheon Bonifacium Papam ab eo.vnde ergo habuerit terras ecclesia,vide gesta Caroli Magni,& Pipini, & Pium in dicto Dialogo,& collecta nouissimè per dom. Bartholomæum de Platina Bibliothecarium, qui omnia instrumenta pertinentia ad statum Ecclesiæ in temporalibus,prę sertim circa acquisitionem terrarum, & aliorũ iurium,& censuum, collegit in valde magno volumine, ad cuius collectionem etiam operã nostram præbuimus in reuidendo. Et de dicta donatione, & curatione lepræ Constantini, lege quæ latè scribit Renus episcopus Paduanus in historia sua de vitis Pontificum.Et nota,quòd trãslatio Imperij à Romanis in Germanos, quæ prius fuerat facta per ecclesiam à Græcis in Romanos seu Gallos tempore Caroli magni, fuit facta Anno Domini 1484. tempore Gregorij V. qui fuit consanguineus Ottonis Imp.Germanicę nationis.Res ergo fuit ordinata per Theutonicos,nec mirum ergo, vt quidã dicunt,si ordinauerint, quod electio fieret per eos, & fuerint contempti Italici, Galli, & Hispani clarissimæ nationes Christianorum, qui quidẽ Hispani,& Galli nunquam consenserunt huic translationi,nec multominus potestati eligendi Theutonicis concessæ per Pontificẽ Theutonici generis, vel secundum alios per Greg. V. Licet in prædicta potestate ad colorẽ dicatur Archiepiscopum Coloniẽs. esse cancellarium pro Italia,& Treuerens. pro Gallia,tanquam, si Itali & Galli non habeant prælatos suæ nationis aptissimos ad electionem, & oporteat suppleri per Theutonicos, quos est verisimile non eligere alios, quàm suæ nationis, & ideo noluerint habere Italos,& Gallos, nisi nomine tantum, cùm tamen Itali,& Galli, & Hispani sunt antiquiores in fide Christiana,& gentes habiliores ad gubernationẽ,& mouenda arma per mare, & per terram cõtra hostes fidei.Et fortè foret longè commodius & vtilius pro Christiano Imperio,& religione,vt ex omnibus Principibus Christianis eligeretur vnus ad Imperium aptior,nõ à Theutonicis tantùm,cui alij parerent,qui foret adeò potens,vt facilè esset ei expugnare Barbaras,& infideles gentes.Nam postquã Christianæ terræ fuerunt diuisę in plura regna,non recognoscentia superiorem, inualuerunt infideles contra nos:nam segnius expediunt cõmissa negotia plures, & quod commune est facilè negligitur. l. 1. C.quando

C.quando & à qui.quot.par.lib.10. &c.arg.c.in apibus.7.q.1.& eorum quæ disputat Aristot. in Politicis.& no.per doct.Canon.& Legistas.ac Theolog. in multis locis. Item expediret hoc maximè clarissimæ Italiæ, quæ continuè vexatur tyrannis & factionibus, & cuius incolæ solent optare & fouere mutationes & rebelliones in statu, & dominatibus: vnde frequentes cædes, confinationes, proscriptiones, & exilia quotidie videmus apud eos propter has mutationes, & diuersas gubernationes, & dominia nulla nullo capiti supposita. Vnde quantum sit Italia exposita periculo, & cladi infidelium hostiũ, ex defectu vnius magni principis temporalis, cui totam Italiam parere oporteret, satis apertè cognoscitur: & vtinam in futurum, Deo per clementiam auertente, non videatur, cùm sit Italia regio, & situ & vbertate maiori ex parte consumatè felix, & Imperij ingeniorum & moderationis vitæ ac cultu parens, vt indignissima profectò, vt à Barbaris incolatur, quos si irruerint, aut mansuefacit, aut diu non patitur. Solent vulgares Italici frequenti acclamatione extollere nomen libertatis, cùm tamen, si rectè inspexeris, nulla gens Christianorum magis hodie seruiat primoribus commutatum, seu mauis tyrannis, sub nomine libertatis, quæ vera est sub principe, & dignior.

Summa bonitas preces autoris audiuit. & ad hoc S.D.N.D Alexan sua diuina prouidentia Papã 6. simul, & eius clariss. Cæsarẽ Borgia de Frãcia Valentin. & Vrbini Ducẽ, &c. excellẽtiss. & E.S.R. primipilariũ specialiter deputauit.

Vnde Claudia.

Fallitur egregio quisquis sub principe credit
Seruitium, nusquam libertas gratior vlla est,
Quàm sub rege pio.

Vide ad hoc not.per Oldr. cons. 69. & per gloss. Chronicæ Damasci, in vita Pauli 1.

An officialis creatus à Rege aliquo extra regnũ creantis, possit exercere ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis? Videtur quòd sic, per not.in l.1.de offi. proconsul. Sed videtur contrà, quia creans non posset, ergo nec creatus. & illa l.loquitur de tempore, quo omnes officiales erant sub vno Principe, ad quod faciũt not, per gl.in rub.de stud.liber.vrb.Rom. Sed Bar.in l.1.si vt proponis.in repet.C.de digni.videtur sentire, quòd possit voluntariam exercere, cùm possit milites creare. Certum est autem, quòd si reges quorum territoriis exercebatur iurisdictio, erunt fœderati exercentis, aut non hostes, quòd possit exerceri per eos, vel eorum officiales voluntaria iurisdictio. per l.non dubito.de c.& postliminij ius. §.postliminio.eod.tit.& vide ad hoc Bellam.

An quando agitur ciuiliter de crimine, conuentus qui non potest cauere, admittatur cum cautione iuratoria? Videtur quòd sic, cùm titulus qui satisd.cogan.generaliter loquatur de causis ciuilibus, quæ causa dicitur ciuilis etiamsi ex crimine descẽdat: vt in l.defuncto.ff.de pub.iud.& l.solemus.§.latrunculator.ff.de iud. In contrarium videtur facere diuersitas rationis, quia in causa ciuili non est mirũ si stetur iuratoriæ cautioni, quia non potest succedere pœna corporis loco solutionis, cùm cedendo bonis liberetur reus: iuxta l.1. C. qui bon. ced.poss. quod secus est.vbi agitur ciuiliter de crimine: quia tali casu qui nõ habet in ære &c.nec admittitur cessio bonorũ, vt no.doct.in d.l.1 & in l. quicunque.de seru. fugit. & ideo talis iuratoria cautio esset elusoria pœnæ corporalis: vnde videtur eadem ratio quę in criminali, ergo idem ius. Faciunt ad hoc not.per Bald.in l.1.de cust.reo. & hanc partem tenuit Callitius doctor Cathalanus in simili materia de treug. & pa.17.dubio. Vnde posset inferri, quòd in causa mere ciuili, si sit talis in qua non admittatur cessio bonorum, quòd in tali casu sit locus iuratoriæ cautioni, attento, quòd in causa condemnationis veniret detinendus in carceribus, quos non posset euadere cùm non valeret cedere bonis.

Vendita fuerat, & tradita res emphiteoticaria cũ consensu domini ne caderet in commissum: fuit postea de consensu venditoris & emptoris resoluta venditio, absque tamen reuenditione, fuit quæsitũ de facto, an requireretur consensus domini directi in hac resolutione, & consequẽter an haberet solui laudimium, quod solet solui in patria nostra tantũ pro libra domino directo? Et videtur quod non sit necessarius consensus domini: quia hic non est venditio, sed resolutio prioris venditionis, quam non est necesse dissoluere per nouam reuenditionem, vt dicit gl.in l.1.quando lice.ab empt.dis.quàm sequitur Cyn.Bart.Angel.& omnes, propter quod tenet Bart.in l.ab emptione.de pactis. quod nec noua gabella solui debet ratione solutionis talis venditionis, ex quo non causatur contractus reuenditionis. Sed in contrarium, quòd requiratur domini directi consensus, & sit locus solutioni laudimij, videtur facere quia licet talis resolutio non sit venditio, tamen sit retraditio, & dominij translatio, & per consequens censetur alienatio, & sic videtur habere locum l.fi.C.de iure Emphiteo.& cõsequenter laudimij solutio, ad quod facit l.quicunque C.de seruis fugit. Nec obstat, quod Bart. dicit de gabella, quia gabella soluatur ratione cõtractus: & ideo cùm prædicta resolutio non sit propriè contractus, sed potius distractus, non fuit locus gabellę, sed in casu nostro non soluitur laudimium ratione contractus, sed quia in alium transfertur dominiũ rei emphiteoticariæ, iuxta dispositionem d.l.fi.quæ de dominij translatione loquitur. Sed cùm per talem resolutionem auferatur dominium per traditionem, videtur requiri domini directi consensus, & per consequens debet solui laudimium pro laudation.& approbation. retradition. Sed instabitur, hic non est translatio dominij, quia non est reuenditio, nec alius titulus, sed mera resolutio, & nuda ex qua non transfertur dominium, cùm non assit titulus: vt l.nunquam.ff.de acq. rer. dom. & not.in l. traditionibus. Respondere poteris, quòd hic non est nuda traditio, cùm habeat causam, videlicet, resolutionem & distractionem ex consensu, quæ sufficit: vt d.l.nunquam.

Telius de Galletia origine natus, & educatus à teneris annis in Græcia, & habens ibi domiciliũ, & vxorem virginem Græcam, volebat promoueri ad sacros ordines, & opponebatur ei quòd non posset, cùm esset natione Latinus, quia ex patre Latino, & Occidentalis. Allegabantur ad hoc not.per Bart.in l.1.§.remouet.ff.de postu.& l.prouinciales.& l.is qui natus.de verb.signific.& l.vrbana.eo tit.& not.in c. Nicena.& c.aliter.30.dist.& per doct.in c. olim.de

cleric.coniug. ibi pater eius &c. Ex quibus videtur colligi ꝗ non poterat:& intellexi emanasse quandã declarationem Eugenij 4.super huiusmodi dubiis, videlicet,etiã super illo,quãdo pater est Græcus, & mater Latina,& ecõtra,quam nondum vidi.& vide ad materiam c.illa.13.dist.& Arch.32.dist.quoniam. & not.per Innoc.de temp.ordi.cùm seruus.

Procurator cum cautione de rato potest solam directam actionem iudicati intentare.l.non solum. §.interdum.de procu. ff. & sic illa directa habet effectum mandati debiti,aliàs nisi caueat de rato, nõ potest agere iudicati.

An absens causa mercaturæ, dicatur absens ex causa probabili,vide no.in l.inter minores.per Bar. de restit.in integ.& Pet.Ia.qui tenet quòd non,in ti. de resti. in integ. secus in absente causa peregrinationis,ex voto tamen, & non aliàs. & vide Rofred. in libellis,& gl.in l.2.§.legatis.in vers.venerat. ff. de iud. quæ videtur tenere absentiam causa religionis esse probabilem, non distinguendo de voto ad aliã simplicem deuotionem.

Quidam vendiderat vsumfructum certorum castrorum in territorio Montispesulani Titio ad certum tempus, decessit Titius ante tempus, an finietur vsufructus per mortem Titij ante tempus? Ista quæstio mouetur in lib.Apocrypho, qui appellatur additionis Bart.in l.necessario.§.fi.de peri.& cõmo. rei vend. vbi allegabatur Iacob. Butr. tenere quòd nõ,nisi elapso tempore, etiamsi vsusfructuarius decesserit medio tempore. In contrarium verò videtur tex.in l.ambiguitatem.C.de vsufruct.& ibi vide an Bald.hoc notet,& cogita, quia valde fuit agitata hæc quæstio me tunc adolescentulo, & existente causa studij in Montepesulano, & vide not. ff. de noua.l.si vsusfructus.

Quidam mercator noster nauigans in Siciliam, deposuerat quendam seruum Barchinonæ apud quempiam affinem suum, cui ille seruus surripuit notabilem quãtitatem pecuniarum, cùm prima facie diceretur dominum serui non teneri, nisi ad dãdum seruum pro noxa, postea fuit declaratum dominum prædictum teneri insolidum,per l.si seruus communis.§.quod verò.ff.de furt.& visum est omnibus esse casum notab.

Duo contraxerũt societatem omnium bonorũ, an tempore diuisionis quilibet eorum percipiet dimidium bonorum omnium, an verò fiet diuisio,ꝗ quisq; capiat partem bonorum quam habebat tẽpore cõtractæ societatis? videlicet, si vnus habebat tunc mille in bonis,& alius centum,tẽpore diuisionis detrahat prius vnusquisque eorũ capitale quod posuit? Gl.& doct.incidenter in l.1.C.pro socio.dicunt,ꝗ in diuisione societatis,capitale vnius sociorum nõ remaneret ei saluum,imò cõmuniter diuiditur.& mouentur per text.l.1.§.fi.ff.pro socio.& sic gl. apertè sentit, ꝗ illa cõmunicatio, quæ fit in societate omnium bonorum, intelligitur taliter fieri, quòd etiam tempore diuisionis quilibet habeat dimidiam.doct.autẽ ibi omnes, videlicet Cyn.Bald. Salic. tenent contra gl.in casu ipsius gl. sentiunt tamen in societate omnium bonorum idem quod gl. quia respondentes ad l.1.ff.pro socio. dicunt illum text. loqui in societate omnium bonorum. Quare satis apertè ostendunt doct. quòd dissoluta societate omnium bonorum,quilibet capit dimidiam partem, non habito respectu ad quotam tempore cõtractę societatis:vnde ex his aperitur optima via ad ea quæ dicentur, & fuerunt practicata. Liquidum est de iure,quòd societas omnium bonorum potest contrahi inter virum & vxorem, iuxta l. alimenta. §.fi.ff.de ali.leg.ergo quilibet eorum tempore diuisionis habebit dimidium bonorum,licet non æqualiter habuerint tẽpore contractæ societatis.Tamen contra hoc videtur facere text. in l. cùm hic status. §.si inter.de do.int.vir.& vxo.vbi tex.dicit,ꝗ causa donationis non potest inter eos societas contrahi, sed tantùm hoc casu causatur tacita donatio inter eos.Potes dicere,quòd tex.loquitur,quãdo volebat alter donare,sed in fraudem dicebatur societas, in casu autem nostro fiebat vera & aperta societas, & licet in consequentia insit tacita donatio, lex non improbat:propterea mutua donatio nõ reprobatur à iure int.vir.& vx.vt dicunt doct.in l.si pater.C.de inof.test.vnde videtur hic mutua. Cogita, quia esset magna cautela ad donationes inter virũ & vxor. & fuit practicata de facto Romæ vt dixi.

Quòd per sententiam relegationis non efficiatur quis inhabilis ad beneficia, faciunt not. per gl. in §. relegati.Instit. quib. mo. ius patri. pot. sol. & quod no.per Pet.de Anch.in cle.si Romanus. de præb.& not. in c. cùm non ab homine,& in c.at si clerici.de iud. sed cogita de infamia in dignitatibus, & vide not.in decis.Rot.tit.de re iud.3.vol.anti.

Quod habilitatus ad alia quæcunque, & qualiacũque beneficia,expressis quibusdam secularibus, non censeatur habilitatus ad regularia, faciunt not. de dilectione,alia, per Old.cons.190.Domi. in c.cũ illis.de præb.cum relatiuum similitudinis, non dissimilitudinis.l.fi.§.cui dulcia.de vino,tri.& oleo le. ad hoc l.non solum.§.quæritur.de procu.& c.sedes. de rescript.nam relatiuum alius,refert similitudinẽ cum expressis:vt in clem.1.de rescript.quæ non est, quia sunt dissimilia in perpetuitate & aliis: & quia habilitatio est strictè interpretanda &c.

Quòd regulæ etiam reuocatoriæ expectatiuarũ, absque tamen decreto irritante, non ligent manus executorum expectatiuarum, videtur probari in c. fi.in princip.de concess. præb. lib. 6. ibi nullius fore decernimus firmitatis.iuncto c.fi. & in c. quodam. eodem tit.tamen cogita.

Quid si presbyter clericus simplex,vel cum vnica & virgine coniugatus, delinquat tali crimine, quod bona eorum patrimonialia debent confiscari cui applicabuntur, an fisco ecclesiæ, vel potestatis temporalis? Bald. aliquid tangit in l. si quis presbyter. Cod. de episco. & cler. Guliel. de Cu. in l.1. C.de hæred. decur. & ibi distinguit inter immobilia, vt illa applicentur domino temporali, & mobilia fisco ecclesiæ. Oldrad. cons. seu q. 17. vel 18. videtur etiam apertè sentire, quòd applicentur domino temporali. Tamen in persecutione videtur innuere idem si non essent bona, quæ pro tali domino non tenerentur, dummodo in eius territorio sita essent. Et pro hoc videtur facere c. cum

secundum.

ſecundum.de hæret.lib.6. vbi bona cōdemnati de hæreſi, ſita in territorio dominorum temporaliū eis applicantur, nec diſtinguuntur an damnati de hæreſi eſſent laici vel clerici. Videtur tamen quòd Ioan. And.in cle.nolentes.de hæret.ſentiat quòd c. cum ſecūdum,intelligatur in laicis de hæreſi damnatis,non autem in clericis:ſentiens ibi ſuper verſ. eccleſiarum,quòd bona clericorū propria fiſco eccleſiæ applicarentur,nec diſtinguit mobilia ab immobilibus. Idem tenet gl.quæ habetur pro ſingulari,in c.quia diuerſitatem. de conceſ.præb.& pro hoc facit text.in c.excōmunicamus.§.1. de hæreti. licet Ioan.And.in d.cle.nolentes.in verſ.applicare. velit quòd d.c.excommunicamus.§.1.loquatur de bonis eccleſiæ,ſicut clem.nolentes. quòd profectò eſt violare text.qui expreſsè dicit clericorū bona. Præterea doct.in d.clem.ſcribentes,dicunt ſimpliciter clericorum propria fiſco eccleſiæ applicari, non diſtinguentes mobilia ab immobilibus. Ad hæc videmus quòd eccleſia ſuccedit clerico decedenti ab inteſtato deficiente parentela in omnibus bonis patrimonialibus,ſiue mobilibus,ſiue immobilibus,nam nulla differentia fit in hòc,vt in c.2.de ſucceſſ.ab inteſt.& l.ſi quis presbyter. C.de epiſ.& cleri.excluſo fiſco.Idem ergo videtur poſſe dici damnato clerico,vt eccleſia omnia capiat.Et quòd d.c.cùm ſecundum.debeat intelligi in laicis de hæreſi damnatis,& non in clericis, videtur probari in auth.vt cum.de ap.cog.§.generalem. verſ. ſi verò. col.8.quę eſt breuiata in authen.idem de Neſtorianis.C.de hæred.vbi text.vult, quòd bona clerici hæretici, qui coniunctos orthodoxos non habet, eccleſiæ debeant applicari,nec ſit ibi differētia, an ſint bona mobilia, vel immobilia. Et quando tenentur pro laico,quòd ei applicentur, ſatis innuit Innoc.in c.verum.de for.comp. Et pro prædictis etiam faciunt not.per eundem Innoc.in c.poſtulaſti.de for.comp.Et ex dictis ibi per Innoc. & in d. c.verum,videtur oſtēdi,quòd dicta applicatio per ſecularem fiſcum fieri nequeat,donec talis clericus ſit condemnatus per eccleſiaſticum iudicem, ad quem ſpectat cognitio criminis, cùm iudex ſecularis,neque criminaliter neque ciuiliter de crimine cognoſcere valeat:iuxta c.1.de cleric.cōiug.lib. 6.etiam quo ad effectum priuandi talem à feudo, vel emphiteoſi,vt dicit Inno.in d.cap.verum. Ergo multò minus poterit ſibi dominus temporalis alodialia clerici applicare,niſi præcedente cōdemnatione iudicis eccleſiaſtici.Pro quo optimè d.c.cùm ſecundum.§.fin.vbi in caſu quo iudicium ſpectat ad eccleſiaſticum,etiamſi domino temporali bona veniant applicanda, tamen non poteſt dominus temporalis occupare, donec per eccleſiaſticum ſit iudicatum.Et ſi iudex eccleſiaſticus nollet iuſtitiā facere,tunc videtur ſentire Innoc.in d.c.poſtulaſti. prout Hoſtienſ. voluit eum loqui in eccleſiaſtico, quòd poſſet dominus ſecularis repræſaliare, hoc eſt bona ſita in ſuo territorio occupare iuxta ca. dominus noſter.23.q.2.& ideo poſſet conſuli,quòd ſi aliquis ex talibus clericis, præcipuè ſimplicibus vel coniugatis aliquod graue crimen committeret,quòd fortè ſi laicus foret, bona perderet, quòd tali caſu fiſcus principis ſecularis inſtaret literatoriè requirendo,aut aliàs condemnationem coram iudice eccleſiaſtico,& ſi denegaretur, aut retardaretur,tunc videretur excuſatus dominus temporalis, ſi bona patrimonialia talis clerici occuparet, propter offenſam in ſua republica, & violatū eius territorium,de qua iuſtitiam conſequi non valuit coram iudice eccleſiaſtico,per ſupra nota.Inno. in d.c.poſtulaſti.licet Anto.de But. in d.c.poſtulaſti. dicat Innoc.non loqui in clericis,ſed dicta per eum habere locum in laico delinquente,& habente bona in loco iniuriati,extra territorium tamen delinquente,ſed velle conſulere dominis temporalibus, vt multi doct.in partibus noſtris Hiſpaniæ conſuluerunt,quòd ante iudicium factum per iudicem eccleſiaſticum,aut denegatum,vel retardatum per eum,domini temporales apprehēdere valeant bona clericorum delinquentium, etiam immobilia, & etiam ſi pro eis tenentur in feudum,vel emphyteoſim, non videtur per ſupradicta poſſe defendi. Licet glo.in l.ad dictos.de epiſc.audien. videatur innuere,quòd poſſint:ſed poteſt intelligi poſt eorundem notionem per proprium iudicem eccleſiaſticū factam, & Oldrad.cùm intelligit ſuper dicto modo,cùm in quæſtione ſua præſupponat clericum per epiſcopum condemnatum, & vide eum conſil.83.licet ſit verum quòd prædictus Oldra.in dicta quæſt.6.& propter hoc ſentiat, quòd dominus temporalis poſſet clericum ad rerum amiſſionem ſui territorij condemnare de quo eſt vehemētiſsimè mirandum.Et ad leges per eum ibi allegatas videtur perquàm facilis reſponſio: quia tempore earum ita erat de facto etiam in omnibus, cum non haberetur reſpectus clericorum,imò nec Chriſtianorum ante tempora Conſtantini: vt in l. habeat.C.de ſacroſanct.eccleſ.ſed poſtea ſecus, vt in authen.ſtatuimus.Item contra ius canonicum.& fortè Old.tenebat opinionem Gallicanam, quòd in actionem in rem, clericus poterat conueniri coram laico, quam refert Petr.Iacobi in titul.de duello. & videtur ſequi Hoſtienſ.in ſumma. quæ tamen opinio non tenetur per canoniſtas communiter.nec per Bertran.de octo.in l.2.C.de imp.lucr. deſcri.ad hoc Guliel.de valle Sicca,doct.Cathalanum in 21.chart.not. & ad totam materiam non omittas dicta Innocen.in capit.non minus. de immunitate eccleſiarum, vbi dicit, quòd licet perſonæ clericorum ſint de foro eccleſiæ, res tamen eorum ſunt de foro laici. & vide Petr.Iacobi in illa magna additione, quæ incipit, illi Philippo, vbi illud dictum declarat. Lege præterea eundem Innocent.in capit.nouerint.de ſentent.excommunica.& vide not.per Ioan.Andr. ca. ex parte.de cleric.coniug.& Innocen.in ca.ſignificaſti.de offic.deleg.

Cùm petiiſſent quidam amici Romæ, an filia haberet regreſſum contra patrem euicta dote ei per patrem data? dixi quòd ſic,vſque ad cōcurrentem quantitatem legitimæ, cùm dos ipſa cōputētur in legitimam.l.quoniam de inoffi.teſt. & ſi datum pro legitima euincitur,datur regreſſus contra patrē,vel eius hæredē.vt l.ſcimus.in princ.de inof.

testa.ergo consequenter in dote. & sic videtur limitandus.§.si fundus.l.Mevia.ff.solut.matri.& idẽ videtur dicendum in donatione propter nuptias facta filio eadem ratione.

Quod possit constitui procurator ad pręsentandum aliquem ad certum beneficium vacaturũ per resignationem,facit c.fin.in ratione sui.de conces. pręb.& glo.in c.accedens.eo.tit.& aliàs fuit ita determinatum in Rota. Et quod possit concedi ius præsentandi ad beneficium vacaturum pro vna vice,vide doct.post text.in c.ex insinuatione.de iurepatro.quod not.

An pater, qui habet vsumfructum bonorũ aduentitiorum, possit dimittere illum pro alimentis præstandis filio,& aliàs, an teneatur præstare filio alimenta de aliis bonis ipsius patris,an verò possit deducere vt fructibus aduentitiorum? Cùm esset de facto,visum est esse text.ꝙ teneatur pręstare alimenta de bonis suis,in l.fi.§.ipsum autem.C.de bonis quæ liber. secus si pater non haberet vsumfructum ex illis bonis,vel essent castrensia, vel quasi, per l.si quis à liberis.§.sed si filius.ff.de lib.agno.

Contingit sæpe in ciuitate nostra, ꝙ post factũ testamentum per testatorem,& receptum per notarium,ipsi testatores superuiuentes, aut aliàs sani, solent repetere scripturam aliam testamenti à notario: & prædicti testatores recuperata dicta scriptura testamenti, nihil in ea cassant, adiiciunt vel mutant, deinde moriuntur, quæsitum fuit an tale testamentum censeatur reuocatum eo ipso, quòd fuit repetitum ab ipso testatore? Maior pars notariorum ciuitatis nostræ interrogati de hoc à iurisperitis,vt intellexi à patre meo,tenebant ꝙ tale testamentum esset reuocatũ,dicentes, ꝙ tali animo censentur testatores illud repetere, tum quia nondum erat publicatum nec redactum in formam publicam,nec positum signum eorum: tum quia potuit ipse testator, vel alius, hoc medio tempore aliquid addidisse vel immutasse, maximè si manu testatoris erat scriptum,præsertim in dicta ciuitate vbi frequentissimè Tabelliones nihil sciunt de scriptis in testamento: quomodo ergo salua conscientia poterunt post mortem testatoris illud publicare, & pro certo testamento in publicam formam redigere, & tale esse affirmare, ꝙ ipsi olim habuerant? videretur ergo quòd potius notarij deberent abstinere à tali assertione, quando medio tempore fuit apud testatorem,cùm debeant habere veram scientiam de his,quæ asserunt:vt in auth. de Tabel.per totum,in contrariũ potest argumentari:quia ad hoc ꝙ testamentum censeatur reuocatum,aut habet contingere verbò,aut facto. Verbo fit per aliud testamentum.Instit.quib.mod.test. infir.§.ex eo. & per Bart.in l.si de iure.leg.3. facto verò fit per intercisionem, cancellationem, inductionem,deletionem,lineationem, & huiusmodi: vt in toto titu.de his quæ in test.dele. & l.nostram. C.de testa.Cùm ergo in casu prædicto, nec verbo nec facto cognoscatur aliquid immutatum, videtur constare suis iuribus. Et pro hoc videtur facere,quòd olim, vt satis aperitur ex multis iuribus testamentum apud testatorem stabat, & id quod faciebat in testamẽto in scriptis,videlicet, subscriptiones, & sigilla,facit nũc notarius. Et ꝙ apud testatorem staret,maximè probatur in l.2.C.quẽad. testa.aper.illa ergo eadem contraria,quæ diximus, poterant contingere olim in testamento in scriptis cùm etiã testes,qui se subscribebãt, ignorabant cõtenta in testamẽto:vt patet Instit.de pupil. Item ad hoc adduci potest l.fin.de his quæ in test.delen. ꝙ testator tabulas in publicũ depositas abstulit,atque deleuit,&c.ergo non simpliciter sufficiebat abstulisse,nisi & deleuisset.Nec obstat ratio, quomodo notarius publicabit,cũ aliquid potuerit addi. Quia idem timor, & eadẽ ratio esset in testibus subscriptis in testamento in scriptis facto, tamen nihilominus iura permittere videntur tale testamentum posse stare apud testatorẽ, vt postea testatore mortuo cognitis subscriptionibus & sigillis in publicã formã redigatur.Idẽ ergo facit notarius, cùm nihil cognoscat immutatũ, etiã si suspicio posset esse de contrario,sicut in testamẽto in scriptis more antiquo, maximè quia hìc tractatur de interesse illius qui actus faciebat.& est verisimile,ꝙ ipse in re sua fuit diligens custos.Item ꝙ aliquid ipse nõ addiderit,cũ nõ ignoraret id fieri non potuisse absque periculo euersionis totius testamenti:cùm ergo facilè esset sibi addere,vel immutare accersito notario, non videtur se exposuisse illi periculo. Facit l 3.de test.mil.nec de opinione tabellionũ est curandũ,cũ non adducãt aliquid iuris, & in hoc potius est inspicienda mens testantis repetẽtis testamentũ,quã mens Tabellionũ tradentiũ, ad declarationẽ l.illa institutio. & l.captatorias. de hæred.instit. ff.quia vidi accidere de facto,aduerte, ꝙ materia d.l. videtur optimè declarari ex l.si ita scripsero.de cond.& demon.& l.Theopõpus.& ibi not. ff.de dote præleg.hoc modo, nam interdũ cõmittitur dispositio in aliã voluntatẽ,in casu,proculdubio est voluntas captatoria,& nõ valet,nisi ad pias causas, iuxta latissimè dicta per Bart.in l.1.de sacrosf.eccl.interdũ verò nõ cõmittitur dispositio in alienã voluntatẽ, sed reuelatur,seu aperitur tertio per testatorẽ eius mens,siue volũtas:quia testator dicit talẽ scire eius voluntatẽ & mentẽ,& cõsequenter mãdat stari dicto suo, in casu reputetur talis dispositio captatoria,& nihil valeat.Videtur Bart.sentire, ꝙ sit captatoria,nõ tamẽ totaliter: nã si ex aliquibus cõiecturis potest apparere,quòd illud quod tertius ille dicet,fuisse mentẽ defuncti,sit de mẽte defuncti, debet stari dicto illius tertij.& ita secundũ Bart.debet intelligi d.l.Theopõpus.& l.quæ hæredi.de reb.dub. Et sic tali casu nõ est simpliciter volũtas captatoria:& ita videtur intelligẽda & limitãda d.l.captatorias.ibi,dũ dicit in secretũ alienę volũtatis,quod intelligatur nõ de secreta volũtate per tertiũ declaranda,& à testatore iam ei manifesta seu cõmissa, sed de volũtate dicti tertij de nouo, & ex se formãda,& aperiẽda,dũmodo absint cõiecturæ,vt sup.dictum est.Interdũ verò nõ cõmittitur dispositio volũtatis alteri,nec etiã manifestatur,vel reuelatur ei dispositio defuncti verbo,sed est tradita in scriptis manu defuncti:& tali casu nullo modo est captatoria,imò simpliciter valet.Et est ratio, quia nihil in

effectu

effectu cōmissū est tali, nisi depositū scripturæ manu propria defuncti scriptæ, quæ etiā potuisset in aliqua arca deponi, & nulla fraus etiā cōmitti, quo casu per comparationem literæ de manu defuncti appareret. & ita loquitur Bart. in l. si ita scripsero. de cōdi. & dem. Si autē scriptura esset de manu guardiani, prout ibi loquitur Bart. vel alterius ad cuius manum testator se retulisset, sentit Bart. ibi talem voluntatem simpliciter nō valere, cùm posset talis scribere quod liberet. Videtur tamē illud limitandum, prout dicitur per ipsum Bart. in d. l. Theopōpus. videlicet, ꝙ tali scripturæ stetur casus, quo habet suffragia verisimilium coniecturarum, quemadmodum si dicto eius, tanquam scientis voluntatem defuncti, testator stari voluisset. Cùm eadē sit ratio. Quod nota, quia vidi aliquos se pro doctis gerentes, cùm accidisset in facto non ita exactè intellexisse. & vide Paul. de Cast. & Alex. in l. stipulationum. §. illud. de verb. oblig. & Io. de Imol. in l. illa institutio. de hære. insti. & c. cùm tibi. de testa. ad materiam. Institutus fuerat quidam in testamento, deinde in eodem exhæredatus, an valuerit exhæredatio? Aduerte ad hanc materiam, quia secundū literam negatiuam est text. ꝙ nō, in l. si certarum. §. si eod. ff. de test. mil. & hoc videtur Bart. sentire, & sequi glo. in l. pater. ff. de hære. insti. videtur cōtradicere. Verū est tamen, ꝙ d. gl. loquitur quādo erāt duo instituti, & vnus in eodem testamēto exhæredatus: & est aperta ratio, quia tunc testamentū remanet validū, cùm sit ibi alius hæres: secus autem quādo solus esset quis institutus & in eod. testamēto exhæredatus: nā tunc videtur non posse stare exhæredationē, cùm tali casu remaneret testamentū absque hæredis institutione, quod fieri non potest. Inst. de fidei. hęredi. §. in primis. & l. proximè. de his quæ in test. del. ff. & ita videtur limitari. §. si eodē. per d. gl. pro qua videtur esse text. secundū lecturā Ganfredi de Sillaniaco doct. Gallic. in l. 1. ver. & si hæreditatis. ff. de his quæ in test. del. vbi secundum eum est casus, ꝙ ademptio hęreditatis facta eodē testamento valet, si ille à quo adimitur, habeat cohæredem aut substitutū: quia videtur non data per rationem text. ibi, secus si solus esset institutus. & Raph. videtur hoc tetigisse ibi. tamen. in l. pater sequen. Ange. videtur tenere, ꝙ etiā si solus sit institutus teneat exhæredatio, & allegat §. 1. dicta l. proximè. qui text. in veritate loquitur, quando habet substitutum, & hoc sentit Imol. ꝙ exhæredatio valeat in l. si ita. §. 1. de lib. & posthum. & Nicolaus de Matar. in illa notabili distin. relata per Sal. in l. hæreditas. de his qui. vt indig. simpliciter allega. d. §. 1. l. 1. ꝙ ademptio valeat in eodē testamento, quia videtur non data. Et hæc omnia procedunt quādo in eodem testamento, & consistet differentia inter dictos doct. in hoc. Quia secundum illos, qui tenent ꝙ etiam ademptio seu exhæredatio potest fieri in eodem testamento solo hærede instituto, cui non est datus substitutus, quia videtur non institutus, tale testamentum remanebit nullum, ac si nemo esset in eo institutus. Secundum verò alios, qui tenent quòd ademptio non valeat, remanebit institutus hæres ex ipso testamento. Vbi autem in alia voluntate quàm testamento fit ademptio vel exhæredatio, tunc distingue iuxta distin. Nicol. de Matar. in d. l. hæreditas. recensita per Bal. Vnum tamē non omittas in hac materia, videlicet, falsum esse quod dicit Bart. in d. l. pater. de hæred. instituen. ꝙ exhæredatio facta coram septem testibus, de hærede instituto in alio testamento, si habeat cohæredem, valeat: quia nullo modo valet, cùm liquidissimum sit exhæredationem non fieri, nisi in testamento. d. l. hæreditas. nec potest dici testamentum absque hæredis institutione. d. §. in primis. Ex his fuit responsum ad dubium testamenti hospitis nostri Viterb.

Differentia quo ad restitutionem fructuum inter illum, qui venit vi directæ substitutionis, & illum qui venit iure fideicommissi, consistit in hoc: quia si fructus sunt præcepti medio tempore, hoc est, antequam sit locus fideicommisso vel substitutioni directæ, si tales fructus sint iam consumpti tali casu, sicut non veniunt in fideicommissaria, iuxta legem in fideicommissaria. ita nec in directa. in l. Centurio. in fi. de vulgar. & pupillar. ibi, inuentis in hæreditate. Si autem sunt percepti, sed non consumpti, & tunc etiam non veniunt in fideicōmissaria, sed in directa sic, vt in d. l. centurio. Si verò essent fructus pendentes nondum collecti tempore quo locus est fideicommisso, etiam tales venirent in restitutione fideicommissi, vt voluit glo. in l. in fideicommissi. de vsu. & hæc nota sic declarata pro causa Dionysij & Iacobi fratrum tuorum, & Brigidæ sororis.

Quærit P. V. R. quid sentiam de verbo, quilibet, super quo fuit facta tanta vis hodie in cōgregatione. Certum mihi videtur, ꝙ propriè & latinè loquendo, prout loquebantur Iurisconsulti, qui enumerantur in libris Digestorum, quilibet capitur pro, aliquis ex pluribus: vt probatur passim apud Ciceronem & alios probatos autores. & in l. possideri. §. 1. ff. de acquir. possess. & l. si pater. §. qui duos. de adopt. 17. dist. multis. & 41. delitiæ. & l. si seruus. §. 1. de legat. 1. & l. 1. si pluribus. de leg. 2. & l. si hæredi. de cond. insti. & l. institor. de instit. & l. peculiū. de peculio. & in mille aliis legibus, & decretis antiquis. Et facit compositio, quia componitur de quis & libet. Nec ob. l. non distinguemus. allegat. per Bart. in §. complures. quia illam exponebat Franc. de Aret. quilibet, id est, aliquis, non determinato certo, vel vnus, id est, certus: aut potest dici ꝙ ponatur vel pro, id est, postea verò deficiente illa puritate linguæ latinę, pręsertim per tempora Decretalium Sexti, ac Clementinarum, cœpit dictio, quilibet, capi pro quisque. Et ita legitur in ca. fin. de his quæ fi. à ma. par. cap. Vnde nostra ętate dictio, quilibet, videtur capi pro quisque licet, vt dixi, non ex vera & antiqua latinitate: vt si quis in testamentis, vel contractibus, aut aliàs vellet exponere pro aliquis, faceret directè contra voluntatem testatoris, vel contrahentium: nam si diceretur, lego cuilibet ex seruitoribus meis decem, certum est hodie quòd debet exponi illud, cuilibet pro cui ex eis voluerit, vel libuerit, vt exponebatur olim per nota. in l. quòd labeo. de supell. leg. cùm attendenda

sit potius

sit potius consuetudo loquendi in hoc, quàm barbara seu minus latina, quàm vera antiqua significatio.per not.in d.l.quòd labeo, & l.nō aliter.cum sua materia. de leg.& l.cum de lanionis. §.asinam. & ca.præterea.de verb.signi.& c.intelligentia.eod. tit.& c.ex literis.de sponsal.Et miror aliquando de nostris doctoribus,qui non distinguentes tempora cum discutiūt proprietatem alicuius vocabuli, allegant pariter iura. ff.& iura Decretalium,& Sexti ac Clement.cum aliter locuti fuerint illi antiqui, & aliter posteriores,& locutiones notariorum hodie maiori ex parte sunt impropriæ & semibarbaræ,si respicias ad illam tersam latinitatem antiquā. Vidi etiam allegari text.feudorum ad significationem verā alicuius vocabuli,quibus textibus nihil est fœdius,aut magis barbarū, tam in sensu, quàm etiam in contextura & verbis.In casu ergo congregationis,videlicet,in verbo,quilibet, posito in statuto,ego nō dubito,quin debeat capi pro quisque per ea quæ suprà dixi,& feliciter valeat P.V.R.sed priusquam clauderē epistolam occurrit mihi text. Suetonij in vita Octauij,vbi inquit, Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatū dignúmque cognitu aduectum esset,id extra ordinem quolibet loco publicare, vt Rhinocerotem apud septa Tygrini in scena anguem quinquaginta cubitorum pro comitio. In hoc text.apertè videtur significatio huius verbi. Et iterum optimè vale pater amplissime.

Legatus fuerat aquæductus ex certa palude pluribus dominis diuersorum prædiorum,non tamen communium. quærebatur an esset locus inter eos iuri accrescendi? Allegabam glos.in l.aquam.ff. quem.ser.amit.quòd sic, & si prædia essent communia pro indiuiso, tunc haberet locum ius non decrescendi,per not.in l.re coniuncti.de legat.3.

Relicta fuerat quædā domus Romæ à quodam Curiali certis fratribus, cum his verbis: Relinquo domum meam in quo habito preciosè sicuti est Monasterio,&c.Fuit factum dubium,an intelligeretur de domo instructa,vt erat, vel nuda tantum, & quòd paramenta,& supellex,ac vtensilia,& alia spectarent ad hæredem? Dixi videri mihi casum, quòd spectarent ad monasterium. in l. prædia.§. pen.ff.de fund.instruct.Adducebatur contrà, quòd videretur intellexisse testator de trabibus, & aliis cementis,& lapidibus paratis ad absoluendum dictam domum, quæ nondum erat in totū perfecta, non de alia instructione.Videtur amplius cogitandum,tamen magis moueor in primam partem per d.text.& verbum,præcisè,per quod ostēditur maior voluntas & exactior defuncti, facit ca.2.de rescrip.& c.pen.de arbit. & ibi not.& per alios in l. cunctos populos. & dominum meum Alexand.in quodam consi.& Ang.in alio.& quia fuit legatum pio loco, quòd autem parata & destinata domus perficiendæ etiam debeantur,faciunt not.in l.cætera.§.fin.de legat.1.

Testator fecerat quędā legata Romæ certis personis, quę personę postea exercuerūt graues inimicitias cū testatore, propter quandā suspitionē falsi testimonij in eum: & postmodum lapsis duobus annis à tempore ortæ inimicitiæ, mortuus fuit testator, dicebatur legata tacitè fuisse adēpta,per §. non solùm.l.si quis.de adi.leg.Replicabatur de gl. not.in l.athletæ.§.dat remissionem.de excus.tuto. in vers.priusquā.videlicet,ꝙ tantū temporis effluxerat,infra quod testator prædicta legata potuisset expresse reuocare,vel adimere,quod tamē non fecerat.ergo videbatur,non obstantibus inimicitiis, velle persistere in relicto facto:maximè,quia erant consanguinei,& nemo præsumitur sanguinē suum odio habere,saltem in fine obitus. Contra prædictā glo.allegaui text.in l.pen.quem in simili casu allegabat pater meus.de adim.leg.vbi post ortas inimicitias testatrix habuit tantum temporis, ꝙ fecit codicillos,in quibus nil ademit,& tamē remanet prima tacita ademptio.& videtur iste tex.fortiter vrgere contra prædictam gl.Sed posset fortè responderi,ꝙ in casu d.§.pen.non negatur peti legatum à calumniatrice,ratione tacitæ ademptionis, sed ratione delicti,in quo tamen est cogitādum. Et vide ad hoc not.in l.cum tabulis.§.quoniam.de his qui. vt indig.per Bart.& l.si inimicitiæ.eod.tit.sed vbi essent cōsanguinei,vt in casu nostro,bene sequerer glo.quia intentio testatoris fortasse fuit nō adimere legatum consanguineo,quāuis inimico, sperans per mortem legatarij extingui inimicitiā, & bona legata permanere apud filios, vel consanguineos illius sui consanguinei,& sic apud personas de sanguine suo. & ita odium tantùm restringebatur ad hanc mediam personā,non ad alios ad quos postea volebat,vt bona legata deuenirent, cùm videatur respexisse totam consanguinitatem.ar.l.1.& 2.ff.de liber.caus. & l.raptores. de episco. & cle.maximè cùm votum successionis in bonis consanguineorum sit de iure naturali.l.fin.C.quorum bono. & c. sciant cuncti.de elect.lib.6. & Clem.vnica.de homi.l.cum acutissimi. de condit.& demonst.cum annus.ff.de pact.l.tale pactum.§.fin.

Aduerte,ꝙ aut legatur,vel fideicōmittitur à primo hærede instituto, eadē res vel quātitas diuersis & sub variis,seu diuersis cōditionibus, & tali casu quilibet potest petere sibi caueri ab ipso hærede. vt l.3.vt leg.nomin.& l.etiā.§.1.vt in pos.leg.& hoc in euentū suæ cōditionis. Aut legatur vel fideicōmittitur ab hærede alicui,puta Gaio, purè, vel sub cōditione,& ab ipso Gaio Mæuio sub conditione, tali casu habet locū dispositio §.si verò.l.is cui.vt in posses.leg.videlicet,ꝙ possit petere Mæuius satisdari sibi à Gaio etiā pēdēte cōditione ipsius Gaij. Et si nō caueat Mæuio Gaius,tenebitur sibi cauere hęres primo loco institut⁹,si prius nō cauerat Gaio. Si aūt cauerat Gaio,talis cautio ex iuris dispositione,Gaio nō cauēte ipsi Mæuio, trāsfertur ad Mæuiū, ita ꝙ Mæuius in vim cautionis præstitæ Gaio per hærredē poterit adueniēte cōditione agere cōtra hæredem,vt in d.l.is cui.§.si.vt legat.nomi.c.& hæc nota bene extricata cùm accidissent de facto.

An possint codicilli euerti per querelā tanquā officiosi,cùm accidisset de facto? Quidam allegabant ꝙ sic,ex not.per Bald.in l.parentibus.de inoffic.testam.C.vbi dicit esse locum inofficiosæ diuisioni,sed intelligo de inofficiosa diuisione facta in

testamento

testamento, quod rescinditur per querelam. Secus si fuerit facta in codicillis, & ratio quia tali casu filius iam est hæres ab intestato vnà cum aliis. Reor tamen, ꝙ si quartam nõ habet, potest illam petere à cohæredibus ab intestato vel legatariis. l. quotiẽs. & l. si cogitatione. fam. ercisc. C. hæredes enim etiã ab intestato habent ius defalcandi, vt innuit d. l. si cogitatione. & ibi not. per glos. quæ falcidia computatur in quartam. l. Papinianus. §. quarta, ff. de inoffic. testam. Et ideo non immerito non reperies aliquam legem, ni fallor, quæ loquatur de codicillis inofficiosis, ꝙ per querelam inofficiosi possint euerti: & est ratio in promptu, quia filius, & hæres potest defalcare ab intestato, si legata excesserint dodrantem. secus autẽ est cõditio in testamento, quia tunc filij omni medio sunt destituti, nisi querelam intentent. Et satis videtur hoc innuere Azo in summa huiusmodi, de inoffic. testa. & Ganfred. de Saliniaco doctor Gallicanus, in l. non est nouũ. de bon. posses. cõtra tabul. in 8. charta apertius hæc dicit. Et etiã tangit quid sit hodie aucta legitima, quia triens de iure authen. cũ teneatur quarta falcidiæ Trebellianicæ, si filij ab intestato grauati essent legatis, vel fideicommissio nõ sufficeret ad legitimam, imò deficeret vna vncia, quod remediũ esset pro illa vncia, vide ibi per eum. Quid autem aduersum inofficiosam donationem causa mortis? Idem videtur ꝙ in codicillis eadem ratione, quod etiam tenet idem Ganfred. in l. si filius emancipatus. ff. de leg. præst. & idẽ in cæteris donationibus, quæ morte confirmantur, puta inter patrem & filium, vt probat text. in l. 2. de inoffic. don.

Quòd pater teneatur dotare filiam diuitem de proprio, allegabatur l. si pater. de dot. promis. cum ibi nota. dicebam non videri mihi, quod probaretur, neque ibi, neque alibi: imò in dicta l. si pater. innuitur, ꝙ si pater non simpliciter, sed expressè dotaret filiam suam de bonis ipsius filiæ, ꝙ nõ tenetur dotare de suis, ibi in versic. vtraque igitur. & ibi, paternæ liberalitati. & ibi, liberalitas, itaq; quia in necessitatibus nemo liberalis, &c. & est ratio euidens, cùm pater non teneatur alimẽtare filiam diuitẽ. ff. de liber. agno. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ad quæ alimenta fortiori vinculo obligatur, quia de iure naturæ, 1. distin. Ius autẽ naturale. post datam autem dotem, & ius filiæ in ipsa dote quæsitum, si filiæ superuenirent alia lucra, aut relationes dotis, aut alia, nõ credo ꝙ pater posset reuocare, quod filiæ semel in dotem constituisset, cũ semper attendatur tempus quo filia incipit dotari. in auth. de æqual. dot. §. quia verò iam legem. & vide dominum meum dom. Barba. virum celebratissimæ & fœcundissimæ memoriæ, aliquid tangentẽ in quodam consilio. Esset tamen difficile in practica contra communem opinionem, in re quæ tam sæpissimè occurrit, obtinere.

Collato beneficio mihi absenti per ordinariũ, si Papa conferat illud alteri non facta mentione de collatione ordinarij ante ratihabitionem, non valet collatio ipsa tanquam surreptitia. vide ad hoc Collect. in c. ecclesia. de sortileg.

Solebat frequenter dicere domi. meus, domi. Franciscus de Aret. quòd doctores nostri superioris ætatis multum largè, & plusquam veritas esset, extenderant, seu interpretari fuerãt l. 1. C. de sacrosanctis ecclesiis. dicens se non credere, quòd mens Constantini Imperatoris conditoris illius legis voluerit aliud disponere, quàm facere deinceps capaces ecclesias, & collegia Christianorum ad suscipienda legata, & concedere liberam facultatem cuilibet relinquendi eis, cùm antea nõ liceret: nam prædicta legata, velut facta collegio reprobato per Imperatores Paganos, applicabantur fisco, nam Christiani non poterant habere collegia, nisi clam: vt probatur apud Historicos, & in l. diui. de natur. liber. C. & 12. quæst. 1. ca. futuram, & 15. dist. Canones. Et sæpius arguebat prædictos doctor. ꝙ fuerint parum curiosi Historiarum, & temporũ. præter Specul. Ioan. Andr. & Oldrad. Tu vide ad hoc de hac licentiosa extensione, seu interpretatione d. l. Abb. in c. relatum. de testam.

In quadam terra Italiæ est statutũ super crimine peruersæ veneris, quòd rei illius criminis cõdemnentur pœna pecuniaria, & cõfinationis extra terras ecclesiæ, pro qualitate personarum, & excessus, arbitrio potestatis moderanda. In eadem terra fuerunt nonnulli rei inuenti de dicto crimine per varia interualla temporis, in quorum punitione circa maioritatem pœnæ pecuniariæ, & diuturnitatem confinium, Potestas, quæ tunc erat, seruauit hunc modum. Nam adolescentulos minori pœna condemnauit, quàm senes: & non coniugatos, vel incarceratos etiam minori multo quàm coniugatos, vel non incarceratos: quosdam autẽ, qui cum propriis vxoribus illud scelus commiserant, minori pœna condemnauit, quàm eos qui cum maribus. Visum fuit quibusdam probis Iurisperitis fuisse rectum iudiciũ. per not. in tit. de delict. puer. & l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & per not. in ca. vt clericorum. §. fin. de vit. & honesta. cleric. cum aliis iuribus. quod & mihi idem visum est, præterquã in vltimo delicto, in quo certè videtur acrius cæteris puniendus, cùm tale crimen longè detestabilius & grauius sit, si cum coniuge perpetretur: vt in cap. adulterij. 32. q. 7. & est ratio, quia præter paritatem sceleris cum aliis, & maioritatẽ, quia in vxore habet promptum vas debitum, vir quærẽs insana diuerticula: in vxore est quidam etiam abusus quodammodo carnis propriæ, cùm reputentur vna caro. c. 1. de coniug. lepros. & de conuer. coniug. ad Apostolicam. Item est violatio fidei tacitè promissæ de cõiunctione carnali inter eos fienda, propter bonum prolis, quæ etiam promissio in benedictione nuptiali confirmatur, quod bonũ per hunc nefandum coitum apertissimè tollitur. Præterea est maior, & specialior contemptus Dei, qui instituit matrimonium in illum effectum ad multiplicandum prolem. Est etiam contemptus Reipublicæ, quæ maximè fauet matrimoniis ad effectum extendi Rempublicam per sobolem. Item est ibi ludibrium & prophanatio fœderis matrimonij, & irritatio vxoris ad quærenda adulteria, & omne nephas patrandum. Et ad consonantiam dicti iudici potestatis adduxi text. cuiusdam canonis, in

concilio

concilio Anticyenensi, qui loquitur sub his verbis sub rub. de his, qui cum masculis polluũtur. hi qui irrationabiliter in his versati sunt, ante vicesimum annum, tale crimen cõmiserint, quindecim annis exactis communionem mereantur, & infra. Qui autem exacta 20. annorum ætate, vel vxorem habentes hoc peccato prolapsi sunt, 25. annis pœnitudinem gerentes in communionem suscipiantur, infra. Quòd si qui & vxorem habẽtes & transcendentes quinquagesimum annum ita deliquerint, in exitu vitæ duntaxat communionis gratiam consequantur. Et in similem sententiam est alius canon super incestuosis, quem refert Martinus Archiepiscopus Bracaren. in Collectaneis Conciliorũ antiquorum, & subsequitur ibi alius Canõ, qui appellat huiusmodi vitium morbum lepræ, & præcipuè vt pœnitentes de hoc vitio non possint orare, nisi in angulis ecclesiarum, vt dæmoniaci. & vide ibi glo. ordinariam, quare dicatur morbus lepræ, fortè propter contagionem, & difficultatem curationis. Postea legi Martinum magistri Theologum Parisiens. qui videtur tenere, quòd grauius peccatũ sit coire contra naturam cum masculo, quàm fœmina, cùm ibi sit abusus personæ & vasis, hic autem vasis tantum. Tenet euidenter etiam idem doctor, quòd maius peccatum sit seipsum polluere, quàm cum masculo coire, cùm in primo sit abusus personæ suæ, & modi, & vasis, de quo dubito, nec iura videntur apertè imponere pœnas ita in hac pollutione, sicut in alio peruerso coitu, nec tantum læditur Respublica. & ibi abusio personæ suæ, & alterius, hic suæ tantum. Ad quod facit quod not. gl. in c. omnes. 32. quæst. 7. & in eo saltem qui se polluendo cogitat de vase muliebri, omnino credo esse minus peccatum, cùm tantum peccet in omittendo vas, re, non mente. Et auth. vt non luxur. contra natur. loquitur in coitu extra naturali verè Sodomitico. Nec obstat ꝙ ibi dicitur semetipsos, &c. nam glo. ibi intelligit de Sodomitico verò, vt declaratur infrà in text. & gl. ibi, & ciuitates cum eorum habitatoribus pereant, &c. Præterea ibi alleg. l. cum vir. C. de adult. quæ expressè loquitur in vero Sodomitico, quamuis non defuerunt qui dicerent d. l. loqui in viris, qui de facto nubunt aliis viris, quod execrabile scelus olim factum fuisse legitur apud Historicos & Poetas, Iosephum contra Apionem, Suetonium, Martialem, Iuuenalem, & alios. Et ꝙ ait Paulus: Neque molles, neque masculorum concubitores, &c. apud idoneos & antiquos auctores exponuntur molles, id est, patici, cathamiti, & cuitati, non autem se polluentes. ad quod facit quæ not. Augustin. in lib. de ciuitate Dei, loquens de sacerdotibus Cybelis. Hæc respõdit cuidã docto viro, qui nitebatur velle tueri opi. dicti magistri Parisiens. aut saltẽ parificare etiã quo ad pœnã ista duo crimina, & allegabat dictam auth. & dictũ Pauli. Et contra eum est apertè §. Item lex Iulia. de adulteriis. Instit. de publi. iudic. qui declarat tex. illius auth. quamuis etiam non defuerint qui velint illum text. habere locum in frequentissimè delinquente, propter verbum exercere. Ad quod ca. clerici. de exces. præla. Et qualiter debeant cohiberi pueri ab his flagitiosis libidinibus, lege sapientissimum doct. Iason.

Quòd crimina possint deferri Papæ absque denunciatione vel accusatione, & etiam non præcedente monitione, & per solam viam querelæ. Et ꝙ in delictis, vndecũque pateant, non teneatur Papa obseruare formam iuris, sed possit ponere pœnam condignam, allegantur nota. per Hostien. & in ca. tam literis. de testib. & per Abbatem in ca. cùm super. de confes. & Imo. & alios in c. cum olim. de rer. permut. quod not. Hostien. in c. in nostra. de sepul. & Bald. in l. princeps. de legat. & not. in c. sicut. de iureiur. & in ca. nouit. de iudic. Adducta fuerũt hæc in causa processus extraiudicialis, super prætensa dilapidatione, & aliis criminibus Episcopi Leodien. coram Reuerendiss. domino meo Vicecancellario, & aliis tribus Cardinalibus Commissariis domini nostri Papæ in dicta causa, ꝙ an indistinctè in alio crimine, quàm dilapidationis sit verum, vide quæ posui infrà in alio memoriali, & in apostillis ad allegationes celebris aduocati & optimi viri domini Baptistæ de sancto Seuerino.

Super beneficio potest transigi auctoritate delegati, dummodo habens ius in eo non renunciet, aliàs non posset, nisi auctoritate ordinarij fieret transactio in non reseruatis, vel coram eo, vel alio non habente facultatem resignandi. Et posset imponi aliqua pensio interdicti legati, vel census, etiã absque cõsensu ordinarij. Compositio autem gratuita potest fieri absque volũtate alicuius superioris delegati, vel ordinarij, nisi interueniat renunciatio iuris alterius possidentis beneficium, quia tunc requiritur consensus ordinarij modo quo suprà. Hæc colliguntur ex not. per Abb. post alios in cap. statuimus. c. de cætero. ca. super eod. de transactio. & in ca. nisi essent. de præbend. & vide ad prædicta. Collect. in ca. forus. de verb. signif. qui innuit, quòd dare aliquid pro expensis, causa concordiæ, non sit simoniacum, & quòd pensio imposita ex prædicta causa, transeat ad successores, si fuerit facta concordia auctoritate ordinarij. & vide Host. in d. cap. nisi. Et dicitur gratuita compositio, quando partes promittũt acquiescere dicto peritorum super lite, vel discedere simpliciter à lite tãquã ius non habentes. Et hæc nota ita declarata, quæ passim de facto accidunt. Et ꝙ super spolio beneficij possit transigi, vide Abb. in c. 2. de arbit.

In causa mea Maioricen. An iuspatronatus alicuius beneficij à laico ritè fundati, & compotens præfectis fabricæ laicis, dicatur laicale, vel ecclesiasticum, seu clericale? Et capio pro fundamento, ꝙ iuspatronatus nõ ideo dicitur laicale, quia quasi possideatur à laicis, nam à clerico possessum dicitur iuspatronatus laicorum, dummodo ex prima fundatione, seu successione patrimoniali, siue laicali venerit ad clericum. Et sic non vidẽtur curare iura ad distinguendum iuspatronatus clericornm, à iurepatronatus laicorum, de persona quæ illud possidet, sed de prima radice & fundatione, videlicet, an fuerit fundatum in persona laicali vt laica, & ab eo, & successoribus in patrimoniali laicali tenendum, & tunc dicatur esse de iurepatronatus

laicorum

laicorum, vt probatur per omnia iura loquentia de iurepatron.laicorum,& præſertim in cap.filiis. & ca.quicunque.ca.ſi plures. & c.conſiderandum. 16.q.7.vbi fit mentio de hæredibus, & ſucceſſoribus in iurepatrona.ratione patrimonij.& idē probatur in ca.1.&ca.cùm ſecundum. & ca.cum dilectus.de iurepatron.& in d.c.cùm dilectus, gloſſ.in duobus locis hoc ſentit, exponendo quid ſit præſentare tanquam laicum. & idem not.in cap.cùm nos.de offic.ordi.per Abb.& per gl.fi.in Clem.plures.de iurepatro.& per doct.in c.vnico.de iurepatron.lib.6.& in c.2.de præbend.& in aliis iuribus. adeò,quòd ſi quis laicus,vel clericus de bonis patrimonialibus in fundatione alicuius beneficij ritè de autoritate epiſcopi fundati,expreſsè vellet epiſcopum,aut Abbatem, aut aliquam perſonam eccleſiaſticam eſſe patronum, & ſucceſſores in dicta eccleſia,nemo dubitat quin talis patronus cenſeatur eccleſiaſticus, ſeu ſecularis, cùm hîc nulla ſit ſucceſsio patrimonialis,ſeu laicalis de ſuccedēdo. Ergo ad caſum noſtrum,cùm voluntas fundatoris huius beneficij fuerit,facere magiſtros fabricæ eccleſiæ,ſeu operarios patronos illos,qui tunc erant, & pro tempore forent,apparet manifeſtè eum non habuiſſe voluntatem fundandi iuſpatronatus prædictum,vt patrimoniale,ſeu laicale,ſed potius voluiſſe fundare in perſonis illorum,& ſucceſſoribus eorū ratione officij pij,quod gerebant, & adminiſtrationis bonorum eccleſiæ,non curando aliàs de qualitate perſonarum, an eſſent conſanguinei ſui, vel deſcendentes clerici,an laici,ſed curauit adminiſtrationem,& pietatem exercitij, quod eſt maximè pium,& neceſſarium eccleſiæ, vt dicit text.in cap.fin.de his quæ fi.à ma.par.ca. Cùm ergo hîc nō fuerit aliqua cōſideratio patrimonialis,ſeu laicalis ſucceſsionis,non dicetur iuſpatronatus laicale, per ſuprà alleg.Erit ergo iuſpatronatus eccleſiaſticum ſiue clericale, cùm huiuſmodi magiſtri fabricæ, quamuis fortè laici, quoad hanc adminiſtrationē & curam,habeātur pro perſonis eccleſiaſticis cùm poſsint & trahi,& trahere ſuper dictis bonis,& eorum adminiſtratione coram iudice eccleſiaſtico tanquam perſonæ eccleſiaſticæ:vt not.doct. in ca. nullus.de foro competen. & Cancellaria quotidie dat literas magiſtris fabricæ,& cōtra eos quamuis laicos,dummodo agant,vel conueniantur ratione officij prædicti.nec immeritò, quia in illa cura & adminiſtratione repreſentant perſonas eorum,qui de iure habēt curam fabricæ, vel bonorum illi deſtinatorum:vt not.in ca.decernimus. de iudi.& ibi Abb.Cura autem.& adminiſtratio prædicta pertinet ad Epiſcopum, Capitulum, & Rectorē eccleſiæ,prout latè not.per doct.in cap.1.& ca.de his. de eccleſ.ædific.& in d.c.fi.de his quæ fi.à ma.par.ca. & in c.ſi propter.de reſcript.& in c.fi.de teſtā.& in extrauag.ſuſcepti.& facit optimè ca.ſi monachus. 16.q.1.vbi cura fabricæ vocatur opus eccleſiaſticū, & ſic iuſpatronatus fundatū ſuper perſonis tenētibus illam curam eccleſiaſticam, debet appellari eccleſiaſticum. facit c.vnic.10. q.3.& ea.cau.q.1.& multa alia iura. Concluditur ergo, dictum iuſpatronatus eſſe eccleſiaſticū ratione finis, cum perſona fundans illud in prædictis miniſtris, qui ſunt media, videtur, vt dixi,habuiſſe reſpectum fundamentale ad illas perſonas cuius illi vices gerunt, qui finis debet potius quàm medium, ſeu qualitas laicalis medij attendi.c.ad noſtram. de appellat.l. quicquid.§.1.de acquiren.rer.dom. ff.cum aliis iuribus ſcholaſticis notiſsimis.facit illud, quòd iſti operarij ſunt ſubrogati,& quaſi procuratores perſonarum eccleſiaſticarum,& ſubiecti eis, vt dictū eſt,quo ad hanc adminiſtrationem rei eccleſiaſticæ,ergo eſt iuſpatronatus clericorum ratione huius ſubiectionis, per not.in d.c.cùm dilectus. nam nomine eccleſiæ cenſentur hoc facere. Et facit ad hanc opin. quam proculdubio puto veriſsimam, deciſ.Rot.in antiquis tit.de iurepatr. quæ loquens de beguinis,inter alias rationes, dicit iuſpatronatus earum eſſe eccleſiaſticum, cùm poſsit conueniri corā iudice eccleſiaſtico, prout diximus conueniri operarios ratione huius officij, ad quod direxit fundamentum & finem teſtator, ſeu fundator beneficij.

Cùm verteretur in dubium, an in ciuitate Romana duraret vniuerſitas, ſiue ſtudium generale, prout olim.de quo in tit.de ſtud.lib. vrb.Rom.& proœ.ff.§.diſcipuli.Euge.4.conceſsit ciuitati Roma.nouum priuilegiū ſtudij generalis, quod vidi. Curiæ autem Rom.iam olim Bonifac.8.priuilegiū conceſſerat, in corpore poſteà iuris clauſum per conſtit.cap.cùm de diuerſis.de priuileg.lib.6. Cùm quidam à domino noſtro petiiſſet, voce ſecum diſpenſari in diuerſis votis & aliis concernentibus tantùm conſcientiam, & Papa vice vocis oraculo reſpondiſſet.Placet nobis,dixit ſufficienter ſecum fuiſſe diſpenſatum,etiam quoad omnia capita. Et inter cætera allegabam quæ poſſunt notari,& not. in cap.Oſius.de poſtul.præl. & cap.inter dilectos. de fide inſtrumen.

Quantum ad id quod R.V.expoſtulat: an ſciēs aliquem commiſiſſe furtum,vel habere rem furto ſublatam,incidat indiſtinctè in excommunicationem contra ſcientes,& non reuelantes promulgatam,ſi non reuelet vel manifeſtet. Breuiter, credo ꝙ in caſu veſtro,tum quia,vt dicitis, eſſe periculū & ſcandalum reuelanti, tum etiam ꝙ non poteſt probare,ſi opus eſſet, cùm iſte veſter ſolus viderit illum furantem,& ille intellexerit ſe viſum ab eo, & ſi furtum etiam ſecretè detegeretur, & fieret etiam ipſi furi per ſuperiorem monitio ſecreta de reſtituendo, ſemper oriretur ſuſpitio contra hunc reuelantem de reuelatione,& negāte fure,& inſurgente cōtra reuelantē ſemper infamia ſibi incuſſa, fortè oporteret reuelantē publicè referre crimen, ꝙ non poſſet probare.Nam vt colligo ex docto.in variis locis, videlicet in cap. ſi quis cum fure.de furt.& in l.ciuile.ff.eod.tit.& de ſimo.c.nemo.& c. 2.de offic.ordin.& ex aliis locis,& Scoto in quarto. non tenetur quis reuelare, etiā ſecretè, vbi timet ſcandalum aut periculum ſibi,vel ſecundū aliquos etiam aliis,vel vbi non poſſet probare,& reuelatio eſſet fiēda publicè:vt in c placuit.6.q.2.& c.ſi peccauerit.2.q.1.& in Clem. de hæret. Et ſecundū aliquos,etiamſi ſecretè & priuatè,quāuis aliàs ſciret,

cùm tali casu periculi, vel scandali, vel quia non posset probare, immineret sibi periculum corporis proprij, aut bonorum suorum, quæ videtur præferenda periculo, vel damno bonorum alterius, cùm sit maius periculum corporis, quàm bonorũ, & in pari dispendio bonorum charitas incipiat à seipso, vt potius cõseruem mea, quàm aliena: maximè ex quo reuelatione criminis non est de veritate vitæ, præsertim in hoc casu furti. iuxta not. in c. sanè. de tempor. ordin. per docto. iuncta glo. in l. 4. §. si tibi. ff. de condit. ob turp. caus. cum l. 1. in fin. & l. 2. eod. tit. argu. l. in seruorum. ff. de pœnis. & in authen. de mandat. princip. §. oportet. & 2. q. 7. plerunque & 13. distin. nerui. & l. si præses. C. de ser. & aqua. & artic. not. in ca. 2. de nou. oper. nunciat. & ca. qui scandalizauit. de regu. iur. cum tota materia de scandalo. & faciunt optimè ad hoc not. per Abba. Sicul. in c. officij. de pœnit. & remis. Et videmus quòd Cãcellaria in excommunicationibus generalibus in forma, significauit, pro furtis, vel occultè detentis, caute ponit iniquitatis filios detentores, & temerè ac malitiosè occultantes, vel nequiter detinentes. non ergo intendit ligare eos qui non iniquè, vel temerè nõ reuelant, sed ex iustis causis, puta superius expressis, abstinent à reuelando: maximè cùm excommunicatio non extendatur in personas vltra tacitam vel præsumptam voluntatem excommunicatoris. vt not. doct. in c. ex parte. el primo. de offic. deleg. & faciunt not. in ca. 1. & Gem. de offic. deleg. & c. 1. de iudic. & l. si cui. de seruit. sed excommunicator hîc censetur huiusmodi personas tacitè eximere, & si nõ faceret, sententia esset iniqua, quæ in foro conscientiæ non esset timenda. 2. q. 3. §. ex his. & idem crederẽ vbi ex alia iusta causa, in ratione naturali fundata, non tenetur reuelare, vt pote filius patrem furem, vel econtra. Et fortè idem posset dici in omni casu, vbi quis nõ posset cogi ad testificandum expresè, quia multo minus ad iudicandum vel reuelandum, Et satisfaceretur ad hoc not. per Arch. 22. q. 2. §. item. & not. per doct. in c. 1. de testi. cog. & per Abb. Sicul. in c. cũ super. de confes. & alios in c. 2. de maior. & obed. & in c. quisquis. 2. q. 3. & c. qui resistit. & faciunt not. in c. qualiter & quando in vtroque. de accus. & peroptimè text. 6. q. 1. si omnia. & c. oues. & c. cùm ex merito. & not. per Innoc. c. 1. de scrut. in ordi. faci. Non tamen propterea negarem, quin posset habere locum materia denunciationis Euangelicæ fiendæ per hunc scientem illum furem, seruatis loco, & tẽpore, & debita forma. ad hoc d. c. plerunq;, & 24. q. 2. tam sacerdos.

Notabilia de expectatiuis, & aliis literas gratiæ concernentibus, excerpta ex notulis Antonij de Corthesiis, & aliorum Abbreuiatorum.

PRincipium gratiarum expectatiuarum est scire, an partes impetrantes sint præsentes in curia, an non. Et si sunt præsentes, debent examinari, nisi fortè graduati vel officiales Papæ fuerint, vel gratia fiat motu proprio, vel pro commenda, vel pensione, & pro præsentibus examinatis graduatis officialibus, & habentibus motu proprio, dantur duæ literæ: vna gratiosa, & alia executoria. Absentibus verò datur vna litera in forma, dignum.

Item præsentes in curia impetrantes, habent in literis apostolicis vitæ, ac morum honestas, &c. vel literarum sciẽtia, aut nobilitas generis, seu religionis zelus, &c. secundum qualitatem eorum. Absentibus verò datur indifferenter in forma, dignũ, &c. Nisi esset doctor, vel officialis, aut motu proprio: quia licet sint absentes, dantur duæ literæ tãquam præsentibus, quia non examinantur. Et similiter non examinantur quando beneficia non dantur in titulum, vt in commendis & pensionibus.

Nota, ꝙ licet quis tempore datę non fuerit præsens, si tamẽ est præsens tempore expeditionis, debet dari litera tanquàm pro præsente. Item si tempore datæ, vel expeditionis fuerit absens, dummodo aliquo tempore fuerit præsens, & examinatus, datur tanquàm pro præsente.

Item nota, quòd in expectatiuis in clausula, aut si hodie pro alio vel aliis, &c. debet exprimi collatio eius, ad quam datur beneficium, nisi haberetur in genere ad cuiuscũque collationem, quia tunc diceretur in fine illius clausulæ, de similibus beneficiis prædicta diœcesis tacitò de collatione. vt lib. B. fol. 22.

Item nota, quòd quando dicitur ratione dignitatum, personatuum, administrationum, vel officiorum, debet sequi, quos, quas, seu quæ in illis obtinet. secus si dicitur administrationũ: & officiorũ, quia tunc sufficit dicere, quæ in illis obtinet.

Item nota, quòd non debet dici electionem, nisi quando ponitur, etiamsi consueuerit quis per electionem assumi. *Electione.*

Item, quòd quando creatur canonicus in Ecclesiis collegiatis, inhiberi debet Episcopo, & aliarum Ecclesiarum Capitulis: secus si non creatur canonicus in dictis collegiatis, quia tunc solùm inhibetur Capitulis. *Inhibitio.*

Item nota, ꝙ quando in gratia expectatiua non datur aliquod beneficiũ in cathedrali, vel collegiata, tunc in non obstantiis, non fit mẽtio de statutis. *Statutis.*

Item nota, ꝙ quando creatur canonicus, & reseruatur dignitas, personatus, administratio, vel officium curatũ, & datur aliud curatum, in fine ponitur clausula restrictiua, Volumus autem, ꝙ quàmprimum vigore præsentium dignitatem, &c. Aliter non, vel nisi dispensetur ad compatibilia. *Clausula volumus autē, &c. vide fol. 8. lib. B. & fol. 123. & fol. 10. b.*

Item nota, ꝙ si secularis petit ad collationem episcopi, & Capituli alicuius ordinis, dicitur sic, beneficium ecclesiasticum clericis secularibus assignari solitũ, & non ponitur clausula dũmodo Canonicatus, & præbẽda ecclesia Cathedralis existat. *Secularis ad regulare.*

Item nota, ꝙ in executoriis expectatiuarũ, corrector Anselmus cassauit consuetum clericis secularibus assignari, etiamsi Canonicatus, &c. in collegiata, vel eisdem cura immineat animarum, tamen hodie est ad placitum. *In executoria.*

Item cassauit, per se, vel procuratorem suum ad id legitimè constitutũ infrà vnius mensis spatium, postquam sibi, &c. vsque ad conferenda. *Fol. 96. lib. B.*

Item nota, quòd si in supplicatione gratiæ expectatiuæ dicat, supplicat Ioannes Anto. Perusinus, *Clericus.*

& non

& non dicitur clericus, quòd in minuta poteſt addi clericus: quia Papa intendit prouidere clericis, ſecus ſi eſſet ſecularis.

Item, ſi clericus Francigena impetrat gratiã expectatiuam ad duas collatiuas, quarum vna ſit in Francia, & alia in Alemania, in valore debet dici, librarũ Turonenſ. paruorũ, quæ eſt moneta Franciæ, & non marcarum, quæ eſt moneta Alemaniæ.

Lib. Turon. paru.

Item, ſi in gratia expectatiua datur ad minorem valorem quàm dicat regula, literæ non ſunt ſcribendæ ſi pars contentatur de minori valore. & hoc intellige vſque ad tertiam partẽ valoris expreſsi, iuxta regulam Cancellariæ Apoſtolicæ.

Item nota, ꝙ in minuta ſemper poteſt addi, & gratia aggrauari, non autẽ impinguari vltra tenorẽ ſupplicationis. facit tex. in l. veteribus. ff. de pactis.

Item, quando datur gratia expectatiua pro graduato ad vnum beneficiũ, datur ad vnũ cuiuſcunque taxæ. Sed ſi gratia expectatiua datur ad duo, ponitur taxa, ſecundum regulas limitatas.

Perpetua adminiſtratio.

Item nota, ꝙ nunquàm datur perpetua adminiſtratio, niſi quando eſt petitum in ſupplicatione, & quando petitur, datur indifferẽter, ſiue creetur Canonicus, ſiue non: conſuetudo tamen eſt, ponere quando creatur Canonicus, aliàs non.

Item nota, quòd quando datur gratia expectatiua ad vnum, vel duo, tunc ponitur collatio retrò, videlicet, ad venerabilis fratris noſtri epiſcopi & dilectorũ filiorum Capituli Amaen & abbatis, ac conuentus monaſterij, &c. Sed quando creatur Canonicus, dat ad illud beneficium, tunc primò dicitur ad collationẽ, &c. venerabilis fratris noſtri, &c.

Nonobſtã. &c.

Item nota, ꝙ quando eſt in forma vnũ vel duo, ponitur non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: quia expectatiua non debet dari niſi ad vnum beneficium.

Item nota, ꝙ quãdo quis creatur canonicus, vel habet ad vnum, vel duo, tunc dicitur, non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis. Secus ſi datur ad vnum beneficium duntaxat, quia tunc dicitur, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus, &c. cùm conſuetudines, conſtitutiones, & ordinationes apoſtolicæ tunc nõ obſtent, niſi habeat alia beneficia.

Portiones.

Item nota, quòd ad portiones datur gratia, quãdo in ſupplicatione petitum fuit.

Patrimonialia.

Item nota, ꝙ nunquã datur ad præſtimonia patrimonialia, quia ſunt de iurepatronatus laicorum.

Inhibitio.

Item nota, quòd quando creatur canonicus, & reſeruatur præbẽda, tunc inhibetur ſolùm epiſcopo, & Capitulo, & dicitur non Decano, Capitulo, Canocis, & perſonis: quia ſolùm ad epiſcopum, & capitulum pertinet collatio præbendæ.

Item nota, quòd quando quis creatur Canonicus cum reſeruatione præbendæ, ac dignitatis, &c. tunc ibi inducens dicitur corporalem poſſeſsionẽ præbendæ ac dignitatis, &c. & non additur canonicatus, & dicitur inducẽs, &c. corporalem poſſeſſionem canonicatus, & præbendæ, &c.

Item nota, ꝙ quando prouidetur de canonicatu, & creatur canonicus cum reſeruatione præbendæ & dignitatis, & datur gratia ad aliud beneficium, tunc dicitur, Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciẽdis de canonicatibus & prębẽdis ipſius eccleſiæ, ac huiuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus generales. In forma verò vnum, vel duo, dicitur ſpeciales, vel generales.

Literæ ſpeciales, generales, &c.

Quando vero creatur Canonicus in vna vel pluribus eccleſiis, tunc dicitur de canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officiis earũdem eccleſiarũ, vel ipſius eccleſię ſpeciales, vel aliis beneficiis, &c. generales. Ratio eſt, quia ponitur in fauorẽ impetrantis, quia illa clauſula, & huiuſmodi ſpeciales, refertur & ponitur reſpectu illorũ, habentiũ ſimilẽ gratiã: quando ponitur ſpecies, vel generales, ponitur reſpectu aliorum habentium in forma, vnum vel duo.

Inhibitio.

Item nota, ꝙ quando datur ad collationẽ duarũ collegiatarũ in forma, vnum vel duo, ibi diſtrictius inhibendo, nõ dicitur, venerabili fratri noſtro, quia datur tertia collatio, & hoc quando dicitur, vnum vel duo: ſecus ſi creatur Canonicus ad alteram.

Per priorẽ ſoliti gubernari.

Item, ꝙ clauſula, per priorem ſoliti gubernari, non debe. poni quando dicitur ad collationem dilectorũ filiorũ, prioris, & cõuentus monaſterij, &c. quia fortaſsis vltra priorem eſt Abbas: ſed bene ponitur in iudicibus, quia eſt neceſſe quòd prior ſit in dignate monaſterij conſtitutus.

Derogatio ſtatutorum de optãdo.

Nota, quòd nunquàm debet derogari ſtatutis de optando in gratiis expectatiuis, etiamſi habens ſignaturam in ſupplicatione: ſed debet dici, non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus, in quibus derogatur dictis ſtatutis, vel datur indultum.

Quando datur gratia expectatiua ad collationem certam, vt Abbatis, & cõuentus, clauſula ibi, aut ſi hodie pro alio, &c. debet repeti dicta collatio ad collationem, &c. Abbatum & conuentuũ prædictorum, ſecus ſi non habet gratiam ad certã collationem, ſed in genere ad collationem totius diœceſis: quia tunc diceretur de ſimilibus beneficiis prædictæ diœceſis, nõ exprimẽdo in ſpecie ad collationem alicuius. Et ſi exprimatur, debet dici collationem ordinariorũ. Sed ſi regularis petit gratiã expectatiuam ad collationem Abbatis monaſterij, vbi non eſt profeſſus, tantum debet dici clauſula, vt ad illud monaſterium, ad cuius collationem beneficium aſſequetur, transferatur.

Trãslatio.

Diſpen. in regulari.

Quando conceditur gratia expectatiua alicui regulari, cum quo fuiſſet diſpenſatum, vt vnũ beneficium obtinere poſſet, tunc effectus dictæ diſpenſationis debet poni in principio literę, ibi exiſtit, cui nos dudum, vt quodcunque, &c.

Expectatiua in Prælato.

Aliquando gratia expectatiua conceditur prælato ad beneficia ſibi commendata, & tunc debet poni clauſula, & per te, vnà cùm eccleſia magna cui præeſſe dignoſceris.

Si verò dantur dicta beneficia eidem prælato in titulũ, tũc in fine literæ debet poni diſpẽſatio, vt illa beneficia poſſit tenere vna cũ epiſcopatu ſuo, &c.

Sed in primo caſu epiſcopus non habet poſſeſſionem epiſcopatus Maguntinenſis, tunc quia debet dici, vt poſsit tenere illa beneficia vſquequo aſſequatur poſſeſsionem epiſcopatus, vel aliter ſecundum formam ſupplicationis.

Aduerte, quãdo datur gratia expectatiua ad beneficia tantũ, debet dici vt in formis: si verò datur ad hospitalia vel portiones, tunc debet præmitti in principio literæ. Cum itaque, sicut accepimus, in ciuitate & diœcesi M. sint nonnulla hospitalia, seu nonnullæ perpetuæ portiones.

Perpetuæ portiones. Executor.

Quando datur gratia expectatiua ad collationem episcopi & illi inhibetur, potest poni executor vicarius, vel officialis suus: vt fol. 544.

Super ætate.

De ætate, puta ꝙ in 20. anno si fiat mẽtio in gratia expectatiua ꝙ datur ad curatum, tunc in fine literæ Apostolicæ debet poni clausula. Ante quod de defectu ætatis pateris antedictũ. & postea debet sequi, ꝙ sit in dicta ætate constitutus. & si ponitur, non debet dari gratia ad curatum beneficium, ex quo apparet, ꝙ potest illud habere iure, vel habet dispensationem, vel si daretur, tunc deberet dici in illa clausula, aut si hodie pro alio duxerimus conferendum, nos enim tam illas, quàm præsentes casu quo ad hoc ꝙ postquàm legitimæ fueris ætatis, ipsarum præsentium vigore literarum tibi de dignitate, personatu, &c.

Dignitas nõ obtinenda, nisi ꝑ præbendatum.

Nota, quòd si statutum, vel consuetudo, ꝙ dignitas non possit teneri, nisi per Canonicum actu præbẽdatum, vel alia similia, tunc aut debet creari Canonicus cum resignatione præbendæ & prouideri de dignitate: aut debet derogari dictis statutis, ibi, nõ obstantibus, &c. statutis, cõsuetudinibus, in illis præsertim quibus caueri dicitur, &c. cæterísq; contrariis: & in fine debet poni indultũ ante decretum, videlicet, Et insuper eidem N. vt in ecclesiis prædictis dignitatem huiusmodi, si sibi vigore præsentium conferatur recipere. &c. valeat ꝙ Canonicus actu præbendatus in illis non existat. vt præfertur supradictis quoque statutis, & consuetudinibus, cæterísque contrariis nequaquàm obstantibus, &c. indulgemus.

Volumus autem,

Clausula, quòd quàm primũ, ponitur eò quando in duabus collationibus datur dignitas, personatus, administratio, vel officium curatum, & creatur Canonicus, aliter non.

Si habẽs gratiã in forma pauperũ, impetret gratiam in speciali, debet extunc cassari prima litera in forma pauperum, si verò impetraret beneficium vacans, tũc literæ prædictæ debẽt dici ꝙ sunt cessæ, postquã possessionẽ beneficij fuerit assecutus.

Inhibentes pro præsente, inhibẽdo pro absente.

Prima vice dum cõmuniter vel diuisim in collationibus, postea in clausulis generalibus coniunctim vel diuisim separantim spectantibus.

Quando quis creatur Canonicus cum reseruatione præbẽdæ, dignitatis, personatus, administrationis, vel officij, tunc si quæ, vel si qua. Si verò creatur Canonicus in vna ecclesia, dicitur ad aliud beneficiũ, tũc ponitur in neutro genere, & dicitur, si qua vacans ad præsens. Et similiter in aliis, vbi debet repeti, & quas, quos, seu quæ tantum acceptandas, acceptandos, vel acceptanda, & similiter in aliis conferendis.

Aduerte, quòd quando reseruatur dignitas, &c. debet dici sic, ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia, ita quod ponatur vel officiũ, quia non debet stare, & officium. Sed postea ibi, etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, potest dici, & officiorum: & debet sequi tunc quæ in illis obtinẽt. In literis gratiosis incipitur, si nõ obstant. & postea dicitur, seu: sed in executoriis incipitur, per seu. *Aut, seu.*

Quando creatur Canonicus in duabus, vel in vna sola ecclesiis, & ad aliud beneficium, tunc non dicitur specialem gratiam facientes, sed in forma vnum, vel duo, dicitur semper specialem gratiam facientes, & vide in char. se. verbo. *Specialem gratiam facien. facere volentes.*

Aduerte ꝙ quãdo fit expectatiua in forma vnũ, vel duo, &c. & dicitur, etiamsi quodlibet eorum Canonicatus, &c. administratio vel officium fuerit. Et ad dignitatem, administrationem, vel officium huiusmodi consueuerit quis per electionem assumi, debet dici, Eorúmque alteri cura imminet animarum, & non, eíque cura immineat animarũ: quia refertur ad illud quodlibet.

Item, quando expectatiua dispensatur ad incompatibilia, & parrochiales, debet narrari regula dispensationis, videlicet, quòd per quamcunque signaturam. *Dispen. ad 2. in expe.*

Nota, ꝙ quando quis non creatur Canonicus, non potest in literis derogari statutis, de non recipiendo, nisi nobiles, vel aliis statutis similibus: quia derogatio est specialis, gratia verò generalis, sed debet dari indultum per literam ad partem. *Derogatio statu. de nõ recipiendo ignobiles.*

Notabilia super vacantibus non reseruatis.

GRatiam beneficij impetrans, non tenetur facere mentionem de qualitate ordinis annexorum in beneficio impetrato secũdum Anton. vt not. Cal. de rescrip. in nostra. vers. tertio quæro. nec etiam facere mentionem de titulo beneficij patrimonialis. vt ibi not. Inno. vers. seq. De primo dicto text. in c. ei qui. de præben. in 6. & ibi hoc not. Ioan. And. super verbo quod possit in Nouella.

Gratiam beneficij collegiati vel conuentualis impetrans, si hoc exprimit ꝙ sit collegiatum, vel conuentuale, non tenetur aliter facere mentionem de cura, etiamsi habet curam parrochialem extra collegium vel conuentum, nisi essent duæ ecclesiæ separatæ, scilicet collegiata, vel parrochialis simul iunctæ & vnitæ, ita ꝙ vna nõ sit alteri annexa, nec ei subsit, not. Lap. in c. cùm in illis. de præben. in 6.

Gratia non est subreptitia, licet impetrãs tacuerit modũ vacationis beneficij: sufficit enim quòd vacationem expressit. & dicetur simpliciter, vacet, intelligitur quod vacat vacatione iur. & facti. not. Lap. alleg. 89. col. 7.

Curata ecclesia propriè dicitur, quæ habet curã actu: illa autem quæ habet curam habitu duntaxat, habetur pro non curata, saltem quoad vitandã pœnam constitutionis de curata loquentis. not. Ioan. And. de elect. licet Canon. in 6. in glo. ordin. &c.

In beneficiis habitu curatis non ponitur constitutio, execrabilis, nec in beneficio cui cura per vicarium perpetuum exercetur, & tunc non ponitur c. de multa. sed ponitur per assecutionem, &c.

Nota quòd clausula, considerationis talis, &c.

ponitur quando ſupplicat Cardinalis, vel Imperator, aut Rex, ſeu Regina.

Clauſula verò, pro quo talis ſupplicat, ponitur quãdo ſupplicat epiſcopus, vel dux aut alia pſona.

Item nota, ꝙ cùm dicitur, Cum itaque, &c. Eccleſiam S. Mariæ loci de Caniſpeneſtren. diœceſ. debet poſtea dici, Volen. dilectum filium M. dilecti loci. &c. non dicere decanis, & dictæ diœceſ.

Si vacant canonicatus & præbenda, aut dignitas cuiuſdam eccleſiæ, & conferantur vel mandentur conferri alicui, non eſt de ſtylo, & in minuta ponitur, quòd ille ſimul obtinere poſſit. capit. 1. de conſuet. lib. 6.

Item ſi beneficium vacans eſt dependens à monaſterio, vel alio loco regulari, vel dicatur in ſupplicatione, quòd illud beneficium dependeat, vel pertineat ad collationem regulariũ. ſemper debet dici, per clericos ſeculares regi conſuetum, quãdo confertur ſeculari.

Item, ſi beneficiũ depẽdẽs ab aliquo monaſterio, cõſueuerit regi per ſeculares, & cõferatur religioſo, debet dari regulariter, In cõmendatũ, aliàs titulum cũ diſpenſatione. Si verò conſueuerit regi per Monachos monaſterij, debet dari fratri mẽdicanti in cõmendam. Ratio enim diuerſitatis eſt, ꝙ ſi daretur beneficiũ, quod conſueuerit regi per monachos, in titulum, tunc eſt neceſſaria tranſlatio.

Nota, ꝙ impetrans parrochialem eccleſiam ſolitam regi per Canonicos regulares, debet dici talis monaſterij. & inhibetur Abbati, & cõuentui, & derogatur ſtatutis, & ponitur clauſula admitti, &c.

Si prouidetur mendicantibus de parrochiali eccleſia, dicitur, Dilecto filio. N. ordinis fratrum minorum profeſſori, & non dicitur rectori. In non obſtant. dicitur, ac dicti ordinis ſtatutis quodque ordinem prædictum expreſsè profeſſus exiſtis, dicitur, quando in domo ordinem prædictum expreſsè profeſſus fuiſti.

Si Cardinali prouidetur de beneficio regulari, tũc debet dari, in cõmendam tenendũ, vnà cũ aliis ſuis beneficiis quæ obtinet. Et ſic rationabiliter fieri. Si verò velles dare in titulũ, tũc deberes ponere in fine diſpenſationem, vt illud poſſet obtinere.

Aduerte, quòd in executoriis de beneficiis vacantibus non ponitur ſpecialem gratiam, ſed ſimpliciter dicitur, hodie dilecto filio M. &c. & idem in expectatiuis, niſi quando datur in forma, vnum vel duo, vel vnum tantùm, quia tunc executoriis dicitur, hodie dilecto filio Ioanni, &c. ſpecialem gratiã. Et ita obſeruat ſtylus. Sed ſi poneretur ſpecialem gratiam in vacan. propter hoc literæ non eſſent reſcribendæ nec ſubreptitiæ.

Si quis petat ſibi de pluribus beneficiis prouideri in vna ſupplicatione, per fiat, vt petitur, intelligitur eſſe prouiſum de omnibus: dum tamen valeant vltra centum florenos. & ita obſeruat Cancellaria, & hoc quando vacant per vnum modum, vt per mortem vnius. Si verò vacarent ex diuerſis capitibus, tunc nõ venit niſi primus modus vacationis, niſi ſignatura diceret, fiat vt petitur de omnibus.

Quando prouidetur de præſtimoniis, ponitur clauſula, admitti, quoniam ad canonicos pertinere conſueuerit, admittere tales. Et nota ꝙ generaliter vbicunque præſit ſuperior de iure vel de facto, debet poni clauſula, admitti, & quando requiritur alicuius vel aliquorum conſenſus.

Nota, ꝙ in regularibus, cathedralibus, ſeu collegiatis eccleſiis ac monaſteriis, nunquam ponitur clauſula, Aut ſi præſens non fueris, quia beneficiati in illis ſemper debent eſſe præſentes, & reſidere in eiſdem: & quia dum emittunt profeſsionem, tunc præſtant iuramenta. Et ſi alicui conferatur beneficium in ipſis eccleſiis ſeu monaſteriis, quod conſueuiſſet regi per ſeculares clericos, etiã dicta clauſula poni non debet, quia ſtatuta & conſuetudines duntaxat extenduntur ad regulares earundem eccleſiarum & monaſteriorum.

Quando aliquis eſt officialis in curia, tunc debet affirmatiuè poni: vt tibi qui ſecretarius noſter exiſtis. Si verò eſt officialis extra curiam, tunc aſſertiuè: vt tibi, qui, vt aſſeris, dilecti filij nobilis viri E. ducis Mediolani ſecretarius exiſtis.

Clauſula, aliàs ius quęſitum, ponitur quando vicatio beneficij eſt in ſuſpenſu, quia adhuc non vacat, ſed debeat vacare: vt eſt in beneficio, quando quis vult reſignare in partibus, quando cõmittitur ꝙ recipiat reſignationem beneficij & illud alteri conferat. Et iſta clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non fuerit alicui ſpecialiter ius quæſitum, ponitur in omnibus beneficiis non reſeruatis. Ponitur etiam in beneficiis reſeruatis, quando exprimit detentorem: aliàs in beneficio reſeruato ponitur clauſula, dummodo eius diſpoſitio.

Item nota, quòd illud quod ponitur in præiudiçium ſupplicantis non repetitur.

Gratiam beneficij impetrans, licet de beneficio quod detinet, teneatur facere mentionem, ſiue de iure ſiue de facto teneat, ſi tamẽ dicit ſe id canonicè tenere quod de facto obtinebat, non proptereà gratia vitiatur: quia quod iuſtè vel iniuſtè teneat, eſt quid extrinſecũ à gratia, niſi iniuſta detẽtio redderet eum inhabilem ad beneficia. not. Frãc. in cle. ſi Romanus, in fin. de præb. & vide infrà char. 1. in verb. gratiã beneficij, & in alia char. 2. verb. gratiã beneficij. & char. 2. verb. gratiã beneficij. & ſequen.

Super eo quoque dicitur quando pertinet ad collationem, aliàs dicitur, & ſuper eo lis, &c.

Per diligẽtem examinationem, dicitur in curatis, in aliis dicitur, ſi poſt diligentẽ examinationẽ.

Clauſula, aliàs de vitæ ac morum, &c. illud aliàs ponitur quando impetrans eſt inhabilis vel minor annis. & ponitur ibi, meritò ad hoc aliàs idoneum. Licet in ſupplicatione dicatur nullum beneficium obtinens, in litera Apoſtolica illud non debet dici: quia ex quo ipſa litera non dicitur quòd habeat alia beneficia, apparet quòd nullum habet: ideo ſuperfluè diceretur nullum beneficium eccleſiaſticum obtinens.

Clauſula cæteriſque contrariis quibuſcunque, nunquam debet poni quando debet ſubnecti aliud contrariũ. Et ideo tunc debet poni, ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque. Et non debet dici cæteris. & poſtea debet ſubnecti, aut ſi aliqui vel aliter, ſecundum materiam.

Si quis petit prouideri de beneficio, & non dicit illud esse cum cura vel sine cura, tunc in minuta potest addi, ꝙ sine cura sit, & posset addi, ꝙ esset curatũ, nisi diceretur quod sine cura est. Et postea in clausulis generalibus esset dictum in supplicatione, etiamsi ei cura immineat animarũ in dignitatibus, secus in aliis, vt not. 2. infrà verb. in vacãte.

Aliàs quouis modo. Clausula, aut ex alterius cuiuscunque persona, quæ cõsueuit poni in vacã. ideo ponitur, quia aliàs si beneficiũ vacaret per obitũ alterius personæ narratæ, vel aliàs quomodocũque, nõ veniret beneficium: etiãsi esset apposita clausula, vel aliàs quouis modo. Cuius vigore licet veniat alius modus, non tamen venit, nisi ex persona illius de quo est facta narratio, siue mentio in literis: quia verbum alius, est relatiuum similitudinis, vt in c. sedes. de rescrip. & per gl. in c. damnamus. in verb. alius. de summa Trini. & habetur in l. si fugitiuus. C. de ser. fug. & quid si exprimitur modus vacationis per constit. execrabilis, cũ clausula, vel aliàs quouis modo, & vacet per non promotionem, vel ingressum religionis. vide Rot. de rescrip. in nouis prima in ordine, & in num. 27.

In vacante debet dici affirmatiuè, quòd sit curatum, vel sine cura, & non potest tolerari: quia diceretur, etiamsi ei cura immineat animarum, nisi in dignitatibus in quibus posse dixi. vide suprà in secunda notula.

Item nota, quòd si capella est corpus de per se, nõ venit clausula, admissionis, sed quo ad altaria, & vicarias, quæ sunt in ecclesiis venit clausula admissionis, etiam quo ad altaria quæ sunt in ecclesiis parrochialibus.

Item, si altaria sint in ecclesia parrochiali, non oportet facere mentionem de statutis, & iuramento, & tunc debet inhiberi Capitulo, Seu si venerabili fratri nostro, &c. Capitulo ecclesiæ prædictæ, & idem si dependerent à monasteriis, vel aliis regularibus locis, quæ haberent statuta.

Item nota, quòd quando nõ datur reseruatio de principali dignitate, puta quia cõmittitur resignatio ad partes, nunquam debet doceri de principalitate: ratio est, quia non datur reseruatio.

Item tunc non debet dici, dummodo eius dispositio, sed dummodo in ea non sit alicui specialiter ius quæsitum.

Item, non debet poni decretum de reseruato.

Item nota, ꝙ quãdo beneficiũ, vel prioratus dependet ab illo, semper debet poni clausula, facientes dictum Ioannem, &c. ad beneficium, vel procuratorem huiusmodi, vt est moris, admitti.

Item omnis prioratus, qui non est cõuentualis, dependet ab alio: & ideo debet poni clausula, admitti, & etiam in conuentuali si dependeat, & non obst. monasterij à quo dependet.

Item si in supplicatione dicatur, Lis in Romana curia vel extra eã pẽdeat indecisa, tunc simpliciter dicetur in minuta, aliàs dicetur sic, & super eo inter aliquos lis, cuius statũ præsentibus haberi volumus ꝓ expresso, pẽdeat indecisa. & nõ intitulatur quis de beneficio litigioso, etiam si illud possideat.

Gratiã beneficij impetrans tenetur facere mentionem de alio beneficio quod obtinet, licet de facto, & nõ de iure, sed occupatũ teneat. c. cũ teneamur. de prę̨b. & facit c. in nostra. de rescr. & ibi vide plenissimè & copiose per R.P.D. Feli. not. de prę̨b. cũ qui. lib. 6. in glo. eadẽ ratione. Itẽ tenetur facere mentionẽ de beneficio in quo ius habet, licet possessionẽ nõ habeat, dũmodo sciat sibi collatũ esse: secus si ignoret. de rescri. c. gratia. lib. 6. nã etsi spoliatus est beneficio, tenetur de illo facere mentionem. not. Io. And. de rescri. in nostra. vers. nemo ad quæstiones. in impetrationibus literarũ ad beneficia, debet fieri mentio de beneficio super quibus essent signatæ supplicationes, licet super illis literæ Apostolicæ confectæ non fuissent. Et etiam de gratia expectatiua, cuius habet supplicationem signatam si intendit illam expedire.

Item, quando in narratiua dicitur, parrochialis ecclesia, postea in processu literæ non debet dici, de dicta ecclesia, cui cura immineat animarũ, quia ex quo dictum est quòd est parrochialis, superfluè dicitur quòd cura illi immineat animarum.

Item nota, ꝙ prioratus, siue administratio monachalis cõmitti alicui, vel cõferri nõ potest, nisi expresse professus fuit ordinẽ monachalẽ: vt in cle. ne in agro. §. sanè. & hoc verũ, nisi diceretur in commendam, quia tunc non requiritur ꝙ sit professus.

Item nota, ꝙ clausula, quæ ponitur in beneficiis deuolutis, videlicet, dũmodo deuoluta sint, vt prę̨fertur, nõ debet poni, nisi quãdo beneficium est de iurepatronatus laicorum: quia Papa non intendit aliquo modo prouidere, secus in aliis beneficiis.

Item nota, ꝙ quando vni est prouisum de beneficio, & postea per assecutionẽ vacat, non est necesse quòd exprimatur quomodo tunc vacauit, sed sufficit dicere, tunc certo modo vacante prouisum fuit, si non fuisset prouisum, puta quòd literæ non fuerant executæ, aut non fuerãt expeditæ, tunc debet incipi, & narrari primus modus vacationis. Ratio diuersitatis est, quia in primo casu vacat per assecutionem fiendam, ex quo prouisum fuit. In secundo casu vacat adhuc per primum modũ vacationis, & ideo ille modus vacationis debet narrari.

Item nota, quòd in secularibus, & regularibus, cathedralibus ecclesiis, ac Monasteriis Canonicorum regularium, dicitur Capitulum, in aliis regularibus dicitur Conuentus.

Item nota, quòd quando dicitur beneficiũ simplex, nunquam debet dici, quòd sine cura est.

Item nota, quòd in supplicatione non est necesse exprimere valorem beneficij, quod per assecutionem alterius dimitti debet.

Itẽ nota, ꝙ quãdo vnus intitulatur de beneficio, dũmodo nõ dicatur parrochialis, &c. semper debet dici clerico, vel presbytero perpetuo beneficiato. Sed si dicatur, rectori parrochialis ecclesiæ, nõ debet addi presbytero, vel clerico: quia de necessitate nullus potest esse rector parrochialis, nisi presbyter, vel clericus, qui infrà annum promoueatur.

Item nota, quòd ordinatio semper inhibetur, licet ad eius collationem non pertineat beneficium, & ita inhibetur ordinario, & Abbati, vel illi ad quem pertinebit collatio.

Item nota, quòd ſi eccleſia cathedralis vacat, vel ſit commendata, debet dici, ibi inhibentes, ſeu ipſi epiſcopo pro tempore exiſtenti. Si tamen eſt dubiū de vocatione, vel commenda, poteſt dici, Seu ſi venerabili fratri noſtro epiſcopo Magalō. &c. ſi certū eſt de vacatione, vel commenda, ſic dicetur, Seu ſi venerabili fratri noſtro epiſcopo Magalonē. credo quòd litera tranſiret, & non eſſet reſcribenda.

Item nota, quòd pro tempore exiſtenti, etiā ponitur quādo ordinarius ſe inieciſſet prouiſioni, &c.

Item nota, quòd dictio, vel apud nos debitè &c. commendatum, tunc ponitur. quando narratur aliquod factum prius, vt defectus natalium, vel inhabilitatio, & ſimilia.

Aſſequitur de iure, apprehēdit de facto. Item nota, quòd tunc ponitur verbum, aſſecutus, quando de iure fit aſſecutio: ſi autem de facto, tunc dicitur & ponitur verbum apprehendit.

Item nota, quòd in beneficiis vacantibus ponimus extensè, videlicet, Prępoſiturā quamq. F. ipſius eccleſiæ Præpoſitus dum viueret obtinebat, per ipſius F. obitum, qui extra Rom. Cur. &c. In nouis verò prouiſionibus, & aliis narratiuis debemus dicere breuiter, videlicet, Præpoſituram per obitum F. extra Rom. Cur. defuncti vacan.

Gratiam beneficij impetrans, licet de beneficio, adde quòd nō ſolùm de iniuſta detentione, ſed etiā de fructibus perceptis tenetur facere mentionem, niſi ipſos in vtilitatem eccleſiæ conuertiſſet: vt not. Ioan. Andr. in addit. Specul. in tit. de diſpenſat. §. videndum. circa fin. verſ. ſed ſponte aliquis fuit factus inhabilis ex perceptione fructuum ad beneficia, ſecundum Hoſtien. vt not. Specul. ibidem. & idē Ioan. Andr. ſecundum Hoſtien. c. dudum. 2. de elect. ſuper verb. canonicè.

Cōſcientiā oneramus. Item, quòd ſemper debet onerari conſcientia, niſi quando ponitur, vocatis vocandis, & tunc conſueuit dari vnus iudex tantum.

Item nota, quòd quando fit mentio de cathedrali, dicitur eccleſiæ Bononien. Si autem nominetur in eadem litera alia eccleſia Bononien. dicitur maioris Bononien.

Item nota, quòd pro abſente datur vnus iudex, quia oneratur eius conſcientia propter examen, ſed quando non habet examinari, poſſent dari tres iudices, vt in graduatis, & aliis quibus datur gratia motu proprio.

Vt aſſerit. Vt aſſeritur. Vt accepimus. Item nota, ꝙ vt aſſerit, dicitur quando impetrās eſt ſupplicans. vt aſſeritur, quando duo ſupplicant, vt in permutantibus, quādo alius pro eo ſupplicat, vt accepimus, quando motu proprio Papa facit.

Item nota, quòd aduerbium, ſemper, debet iungi verbo, vt Canonicè prouiſum &c.

Item nota, quòd, & nihilominus, eſt continuatiuum ad ſuperiora, vnde quando diuerſificat factum, debet dici, Et inſuper eidem Macario &c.

Item nota, quòd forma dignum &c. non datur, niſi quando beneficium mandatur dari in titulum, & non quando mandatur commendari, vel penſio reſeruari in quibus non examinabuntur.

Fauore proſequi gratioſo. Effectus earum. Item nota, quòd in forma dignū, dicitur fauore proſequi gratioſo, & non ſpecialem gratiam facere. Item dicitur, effectus earum & huiuſmodi gratiæ.

Item nota, quòd eccleſia debet poni poſt Romana, vt Romanæ eccleſiæ nomine &c.

Clericus impetrans beneficium, non habet neceſſe exprimere locum originis, ſed ſufficit dicere L. vel N. Diœceſis.

Nota, quòd ſi ille, per cuius obitum vacat beneficium, non habet cognomen, tunc dicitur vltimus rector: vt dicendo, præpoſitura. &c. N. diœceſis, quā q. F. ipſius eccleſiæ vltimus præpoſitus. *Quādo ſuppletur cognomen.*

Per, fiat vt petitur, venit vnum fortè, & aliud debitè quando plura petuntur.

Item nota, quòd ciuitas dicitur communitas terræ, vel loci, & locorum, & caſtrorum vniuerſitas, vnde dilectis filiis, communitati ciuitatis, & vniuerſitati terrarum, caſtrorum, & locorum.

Gratiam beneficij impetrans, licet teneatur facere mentionem de aliis beneficiis, & præſtimoniis quæ obtinet, tamen non de hoſpitali, quia non in titulum, ſed in adminiſtrationem conceditur. & ſimiliter nec de penſione, quia non habet in titulum, ſed in ſtipendium. not. Ant. in Clem. fin. de offic. ordin. & not. Rot. q. 133. in antiq. Et ſimiliter non tenetur facere mentionem de titulo ſui patrimonij, ad quē fuit ordinatus. not. Ioan. Andr. de reſcript. poſtulaſti. nec de victualibus clerico pro victu ſuo aſſignatis, ſuper quibus epiſcopus eum ordinauit. no. Paul. in Clem. 2. de vita & honeſt. cler. vt not. 3. q. 2. clericos. Similiter non tenetur facere mentionem de beneficio ſibi ad tempus, & non in perpetuum collato. vt not. An. in d. c. poſtulaſti:

In literis Apoſtolicis ſufficit apponere nomen & cognomen, maximè quando vnum ex eis eſſet nomen ſingulare, & recognitibile. Si verò eſſent nomina multum communia, tunc eſſet bonum addere agnomen. vt per Ioan. Andr. in dict. cap. poſtulaſti. & l. 3. ff. de liber. & poſthum.

Quando non præponitur reſeruatio, nunquàm in literis ad beneficia debet in clauſulis generalibus dari aliqua clauſula generalem reſeruationem importans. Sed ſi ego poſſideo beneficium ex collatione ordinarij, vel ex alio capite, & non ſum pacificus, & litigans cedit, & impetro de nouo, tunc poteſt dari clauſula, etiamſi per ceſſionem huiuſmodi generaliter reſeruata exiſtat.

Quando litera expeditur ſuper beneficio, quod de ſui natura tale eſt, ꝙ veniat appellatione beneficij, vt parrochialis eccleſia, vel capellania, tunc in clauſula, ſeu ſi ſuper prouiſionibus ſibi faciendis debet dici, de huiuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales. Si verò beneficium quod confertur, nō comprehēderetur appellatione beneficij, niſi exprimeretur, vt in canonicatu, & præbēda cathedralis eccleſiæ, vel dignitate. in c. ſuper eo. de præb. in 6. tūc in dicta clauſula debet ſic dici: Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officiis Lodonenſ. eccleſiæ, ac huiuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partib. generales, & hoc habet locum tam in expectatiuis, quā vacātibus. Sed in expectatiuis ponitur, ad huiuſmodi, vt ſuprà. in vacantibus verò non ponitur.

Aduerte, quòd quando in beneficialibus est derogandum alicui regulæ, semper illa regula debet narrari in principio literæ, videlicet, post exordiũ, ibi, hinc est, quòd nos, qui dudum inter alia voluimus. & postea in non obstantibus debet poni, non obstante voluntate priori, & ordinationibus præmissis, ac constitutionibus &c.

Ad gratiam liberales, dicitur in beneficialibus, specialibus fauoribus dicitur, in dispensationibus, in aliis specialibus fauoribus & gratiis, vel aliter pro libito voluntatis possumus dicere sanctæ Mariæ, vel beatæ Mariæ, vt placeat.

Quando quis dimittere debet beneficium, non est necessarium vt ponatur in non obstantibus beneficialibus, sed sufficit quòd ponatur clausula, volumus autem.

Literæ Apostolicæ, quanuis debeant narrare dispositiuè, tamen literæ gratiæ expectatiuæ possunt narrare dispositiuè, vel assertiuè, vt dicendo: Nos qui dudum tibi, vt asseris, de vno &c. & in vacantibus reseruatis, Papa loquitur dispositiuè: vt, cùm itaque parrochialis ecclesia &c. in non reseruatis loquitur, sicut accepimus literarum vigore. quando habet titulum prætextu vel obtentu, quando propter illius literas illud facere non poterat.

Si quis supplicauit sibi prouideri de duobus beneficiis vacantibus, quorum fructibus &c. 30. flor. aur. de camera, & simul expressit valorem dictorũ beneficiorum, vt dicendo, quorum fructus &c. vt suprà, & postea velit expedire literas super vno beneficio, tunc in valore ipsius præsentis beneficij debet sic dici: Videlicet, cuius cum tali ecclesia &c. de qua hodie tibi concessimus prouideri fructus &c. 30. flor. vt in forma, aliàs, si non vellet propter Cameram, quòd fieret expressio de valore illius alterius beneficij, super quo literę Apostolicæ non conficerentur, tunc est necesse quòd habeat reformationem, & exprimat valorem beneficij, cuiuslibet de per se &c.

Gratia motu proprio facta de beneficio curato, vel in principali ecclesia, dicitur surreptitia, nisi in ea fiat mentio de cura & principalitate beneficij. no. Rot. §. 128. Hoc limita, nisi in dicta gratia sit postea generalis clausula, non obstant. &c. quæ clausula hodie ponitur in supplicationibus super beneficiis. & not. Lap. in c. si eo tempore. & c. quamuis. & c. si propter. de rescript. lib. 6. sed Lap. de Castallione tenet, quòd dicta clausula generalis nil operatur quò ad præmissa. nota. infrà §. proximo.

Quando est examinatus quis ad beneficium, ponitur, mandamus, quatenus per vos, vel alium, seu alios. Si verò non est examinatus, & sua natura indiget examinatione, & quòd debeat aliquis vocari, tunc ponitur, inducens per te, vel alium, seu alios: quia ad examinationem, vel ad habendam informationem, videtur electa industria iudicis. Ideo nõ potest alteri committere, vt dicitur mandamus quatenus si per diligentem examinationem. & tũc postea in clausula, inductionis in possessionem, ponitur, inducens per te, vel alium, seu alios &c.

An episcopus, qui est in curia, possit conferre beneficium vacans in partibus. Alleg. not. per Ioan. Andr. in Nouel. in c. si Apostolica. de præb. quòd sic. & alleg. Ioan. Monachum ita tenentem. Tamen communiter episcopi vadunt extra vrbem ad conferendum ad hoc, vt dicatur esse in aliena diœcesi, aut practicatur. vide in c. volentes. de offi. leg. & in l. fin. de offic. procon. & leg. & ibi Bart.

Beneficij appellatione continentur pręstimonia, quando clericis solita sunt concedi in perpetuum beneficium. no. Federic. in tractatu permut. q. 9. & Compost. de elect. statuimus. & per Ioan. de rescr. postulasti. & ibi per Anto. & eod. tit. in nostra. vers. veniamus ad quæstiones. Sed licet præstimonia appellentur beneficia, non tamen intitulantur, nec in titulum, siue pro titulo beneficij assignantur. vt no. doct. d. Clemen. non resid. c. fin. & de præb. de multa. in 1. distin. & Guliel. in Cle. gratiæ. de rescript. quem ibi sequitur dom. Anto. in 6. Sed idem do. Ant. in Clem. fin. de offi. ordi. tenet, quòd præstimonia dantur in titulum. pro hoc videtur text. in cap. fi. in fine. de concess. præbend. lib. 6. & vide Feder. in tract. permut. q. 9. alleg 14. *Præstimonia.*

Beneficia non possunt vacare in ecclesia, in qua non est certus numerus canonicorum, nec distinctio præbendarum. not. Lap. super. tractatu per Feder. q. 33. in addi. ibi posita, & tunc non fit deuolutio ad superiorem ex negligentia semestris, iuxta statuta Lateranen. Concilij, & est casus notabilis in c. ex parte. de concess. præb. Idem si esset certus numerus, sed statutum & ordinatum est, quòd ad minorẽ numerum reducatur, ita quòd aliquo ex eis cedente vel decedente, nullus eius loco substituatur, donec fit deuentum ad numerum rescriptum. vt not. Fede. in tract. prædict. quæst. 33. & 35. seu 43. & 44.

Beneficium potest conferri subalternato modo vacandi, veluti si vacat tali modo, vel tali, vel quocunque modo alio.

Item potest conferri etiam non expresso aliquo modo vacandi, sed sufficit dicere, conferendo tale beneficium vacans. not. Lap. alleg. 6.

Concessimus prouideri, dicitur quãdo est signata supplicatio, & literæ non sunt expeditæ. Mandamus prouideri, dicitur literis expeditis per quas mandatur prouideri. *Concessimus. Mandamus prouideri.*

Prouidimus, dicitur quando prouidit. Prouisum fuit, quando autoritate Papæ, vel alterius fuit facta prouisio literis expeditis, & executis: siue pręmisso, siue alio quouis modo, dicitur in reseruatis, & in his in quibus affirmatur modus vacationis: siue vt præmittitur, siue aliàs quouis modo dicitur, quando modus vacationis non affirmatur. *Prouidimus. Prouisum fuit. Siue præmisso. Siue, vt præmittitur.*

Gratiam beneficij impetrans, licet de omnibus beneficiis quæ obtinet, teneatur facere mentionẽ, tamen non de qualitatibus ipsorum beneficiorum. not. gl. in Cle. 1. de præb. & not. Rot. cons. 59. licet ergo qualitatem ex superabundanti exprimat, puta si dixit, illa beneficia fuisse per eum creata, & dotata, probare non tenetur. no. Rom. cons. 81. Sed si valorem ipsorũ beneficiorum expressit, illum probare tenetur si negatur, aliàs non. not. Rot. cons. 28. Licet autẽ regulariter non teneatur impetrans dictas qualitates exprimere, fallit in tribus casibus, in qualitate dignitatis, in qualitate continuæ residentiæ, & in

& in qualitate curæ, ſecundum Cald. vt not. Ant. de reſcript. in noſtra. in verſ. tertiò quæro. tamen dicit gl. contrarium, in d. Cle. 1. de qualitate curæ.

Gratia beneficialis cenſetur ſubreptitia, ſi impetrans habens Canonicatum & Præbendam, expreſſit Canonicatum, & tacuit de Præbendã, quod eſt verum quãdo præbendæ ſunt diſtinctæ in eccleſia, aliàs ſecus. no. Rot. conſi. 43. Si autem ſolùm Canonicatum habet, & illum tacet, an gratia ſit ſubreptitia? Glo. in cap. noſtra. de reſcript. dicit quòd ſic. Idẽ dicit Archid. de præbend. ſi motu proprio. in verbo beneficij. lib. 6. vide Rot. conſil. 426. & idem dicit Lap. in Canonicatu ſupernumeratio in dicto cap. ſi motu proprio.

Notabilia ſuper vacantibus reſeruatis.

NOTA, quòd præſens in Curia, & qui non examinatur, ſemper intitulatur de beneficio reſeruato, quod ſibi confertur, etiamſi eſſet portio in eccleſia reſeruata. Fallit in portione præſtimoniali, quia poteſt teneri per laicum, ſed abſenti mandatur conferri beneficium reſeruatum.

Clauſula dũmodo. Nota, quòd in omnibus reſeruatis, niſi in dignitatibus maioribus poſt pontificales, vel principales, in collegiatis eccleſiis ponitur clauſula, dummodo eius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat. In beneficiis verò nõ reſeruatis, ſemper ponitur clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum.

Quãdo per obitũ familiaris Cardinalis. Item quando confertur beneficium vacans per mortem familiaris Cardinalis, licet in hoc debeat accedere voluntas ipſius Cardinalis, ſecundum regulam Nicol. 5. tamen de dicta voluntate non debet fieri mentio in literis Apoſtolicis, ſed de dicta voluntate per ſcripturam Cardinalis debet fieri fides in Cancellaria.

Dicitur ſiue præmiſſo, ſiue alio, ſiue vt præmittitur, &c. In reſeruatis vacantibus dicitur, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouiſmodo. In non reſeruatis dicitur, ſiue vt præmittitur, ſiue alio quouiſmodo &c. & ita de ſtylo.

Clauſula dummodo. Nota, quòd in maioribus poſt pontificales, & principalibus in collegiatis eccleſiis, ac conuentualibus dignitatibus, ſi vacent extra Curiam, non ponitur clauſula, earũ diſpoſitio, vel dummodo tempore datę &c. quia ſunt reſeruata ratione beneficiorũ. ſed ſi vacant apud ſedem, tunc ponitur clauſula, dummodo eorum diſpoſitio: quia tunc ſunt reſeruata ratione perſonæ morientis apud dictam ſedẽ.

Quando habenti dignitatem prouidetur de beneficio quantumcunque modico reſeruato, ſi litera eſt gratioſa, ſemper debet intitulari de illo reſeruato quod confertur, licet habeat aliud beneficium magis dignum.

Quando prouidetur qui nõ eſt clericus. Nota, quod vacante beneficio reſeruato, ſi ſcholaris præſens in Curia non Clericus illud impetrat, litera non poteſt eſſe gratioſa, ex quo ille debet inſigniri clericali charactere, antequam ſibi beneficiũ conferatur. Sed debent ſibi dari tres iudices, vt in gratiis expectatiuis, quãdo vult creari Canonicus.

Quando prouidetur de principali dignitate in Collegiata, & Canonicatu, & præbenda reſeruatis, debet dici dummodo eorum Canonicatus & præbendæ diſpoſitio &c. nulla debet fieri mentio de dignitate principali, ſi vacat extra Curiam. Si verò vacat apud ſedem, debet poni clauſula, dummodo, vt ſuprà in aliis.

De patronatu laicorũ. De beneficio iuriſpatronatus laicorum quandocunque vacet in Curia vel extra eam, etiamſi derogetur iuripatronatus, non datur reſeruatio. Idem de hoſpitalibus quæ committuntur iuxta formam Clementis editam in Concilio Vienen. Secus ſi hoſpitale daretur in titulum beneficij, quia tunc daretur reſeruatio.

Vacante Canonicatu, & Præbenda, ac dignitate, tunc in reſeruatione debemus dicere, dudum ſiquidem omnes Canonicatus, & præbendæ, ac dignitates, cæteraque beneficia &c.

Vacan. per aſſecutionem. Beneficia vacantia per aſſecutionèm alterius beneficij ab expectante, ſunt Papæ reſeruata, nec de illis valet renunciatio facta in manibus ordinarij, vt iuxta extrauag. Cùm ſuper Ioan. 22. poſita in tit. de cenſibus. hodie iſta extrauagans reſeruatur, quia Cancellaria dat literas de reſeruatis, ſecundum cõſtitutionem ad regimen.

Item omnia beneficia reſeruata ſunt ex tribus Capitibus: aut ratione loci, vt de vacan. apud ſedem: aut ratione perſonæ: vt officialium ſedis Apoſtolicæ: aut ratione beneficiorum, vt in dignitatibus maioribus poſt Pontificales, & in principalibus Collegiatis eccleſiis, ac dignitatibus Conuentualibus.

Affectum dicitur beneficium ratione litis, ratione cõmendæ, & ratione expectãtis, qui acceptauit, & non fecit ſibi prouideri, & vbicunque Papa appoſuit manum etiamſi moriatur, vide not. in c. tibi qui. de reſcript. lib. 6.

In parrochiali eccleſia reſeruata hodie debemus dicere, dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura. Et non dicimus, dudum ſiquidem omnes parrochiales eccleſias, prout dicebatur antiquitus.

Quando beneficium eſt curatum dicimus, dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura. Si verò eſt ſine cura, omittimus dicere, cum cura & ſine cura, & dicimus, dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica apud ſedem Apoſtolicã vacantia.

Quando dignitas maior poſt pontificalem in cathedralibus vel principalis in collegiatis eccleſiis vacant, tunc in reſeruatione nõ fit mentio de vtroque, ſed ſolùm de vacant. videlicet, dudum ſiquidẽ omnes dignitates in collegiatis eccleſiis, principales tunc vacant.

Clauſula dũmodo eius diſpoſitio. Clauſula, dũmodo eius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, non ponitur ratione reſeruationis expreſſæ in litera: quia ex quo reſeruatio probatur, certũ eſt ꝙ illius beneficij diſpoſitio ad Papã pertinet, ſed ponitur ratione clauſulæ generalis, ſiue pręmiſſo, ſiue alio quouis modo &c. vnde quãdo nõ poneretur alius modus vacationis, quã expreſſus in reſeruatione, tũc omittitur clauſula, ſiue præmiſſo, & illa omiſſa nõ ponitur clauſula, dũmodo eius diſpoſitio.

In clauſulis generalibus non debet poni aliqua clauſula conditionalis de ipſo impetrante. Noua prouiſione de reſeruato, non debet dici, etiamſi per reſeruatio

reseruationem ipsius impetrans: quia de factis suis supplicans non debet dubitare, sed de illis certus purè, & simpliciter, & non dubitatiuè, & non conditionaliter exprimere.

In beneficio reseruato quod tenetur per alium occupatum, ponitur clausula, dummodo tempore datæ præsentium. & nō, dummodo eorū dispositio. & clausula, siue vt præmittitur, siue alio quouis modo vacare repereris. & non dicitur siue præmisso, siue alio &c. vacet. vt de reseruatis dici consueuit.

In beneficiis non reseruatis & occupatis per alios. In beneficio occupato per alium, si non est reseruatum, dicitur, vacauerit, & vacet ad præsens. licet dilectus filius L. illud obtineat indebitè occupatū, vel in absente, nos volentes dilectum filium N. asserentem, ꝙ dilectus filius P. &c. detinet indebitè occupatum. Ratio est, quia in non reseruatis incipit. Cū itaque sicut accepimus. vnde bene sonat, licet dilectus filius. Sed in reseruatis loquitur Papa assertiuè: vt cùm itaq; parrochialis &c. vacet, vnde si sequatur, licet dilectus filius P. illā detineat indebitè occupatam, videtur Papa asserere illi occupanti ius non competere. Et Ideo, quia ibi nō cadit bene, postea sequi debet quòd pars asserit illum occupare.

Cōmissio. In beneficio occupato per A. semper debet iudici committi, quòd vocato dicto A. & aliis qui fuerint euocandi ecclesiam prædictam cuius fructus &c. siue, vt præmittitur, vel aliàs quouis modo &c. repererit beneficium vacare, amoto exinde dicto A. & quolibet alio illicito detentore. & est hoc verum in non reseruatis, sed in reseruatis non dicitur, sed solùm ponitur, vocato dicto A. & aliis qui fuerint euocandi ecclesiam prædictam &c.

Dudum siquidem. Nota, quando vacat dignitas principalis, vel maior post pontificalem apud sedem, tūc datur reseruatio sicut de vacantibus apud sedem, & non de vacantibus ratione principalitatis, seu beneficij, dicendo sic: dudum siquidem omnes dignitates, cæteraque beneficia ecclesiastica apud sedem &c. Et tunc ponitur clausula, dūmodo eius dispositio, propter alios modos vacationis, videlicet, quia non datur reseruatio tanquā de reseruatis ratione principalitatis, vel maioritatis: & tunc, quando tunc est dignitas principalis, vel maior, debet dici ibi, dum dicit decanatum prædictum qui dignitas &c.

Dudum siquidem. Quando verò vacaret extra Curiam, tunc datur reseruatio tanquam de reseruatis ratione principalitatis, vel maioritatis, dicendo: dudum siquidem omnes dignitates in collegiatis ecclesiis principales. Et tunc non ponitur clausula: dummodo eius dispositio &c. quia docetur in Cancellaria de principalitate, vel maioritate, & tunc debet dici in principio, quod est dignitas, videlicet, ibi, Cum itaque postmodum decanatus ecclesiæ &c. qui inibi dignitas &c. Si verò detinetur per alium occupata, tunc ponitur clausula, dummodo tempore datæ præsentium &c. Et idem dicendum est in dignitatibus conuentualibus, & præceptoriis generalibus quorumcunque ordinum, non tamen militiarum reseruatis, per regulas Nicolai 5.

Item nota, quòd si conferatur canonicatus, & præbendæ, dignitates ecclesiæ reseruatæ, tunc debet intitulari de vtroque vt dilecto filio Petro Canonico, & Decano Mediolanēn.

De iuramento. Et aduerte, quòd dignitatibus maioribus post Pontificales, aut principalibus in collegiatis ecclesiis requiritur iuramentum, vnde si impetrans est pręsens iurat in Curia. Et nunc si litera est in forma, dignum, debet poni, inducens per te, vel aliū eundem A. recepto prius ab eo. &c. Iuxta formam quā sub Bulla nostra mittimus introclusam solito iuramento. Si verò pro absente est in forma gratiosa, vt vitæ. &c. puta, quia non debet examinari, quia doctor, vel motu proprio, & tunc de iuramento præstando non debet fieri mentio, sed litera gratiosa, sed in executoria ibi inducens te. &c.

De iuramento. Præterea quando vacat sola dignitas in ecclesia cathedrali, vel collegiata, & non est maior post pōtificalem, nec principalis in collegiata, & aliàs est reseruata, tunc litera Apostolica debet in omnibus, & per omnia expediri, ac si esset dignitas maior, vel principalis, excepto quòd de iuramento nulla fiet mentio, quia non iuratur nisi ratione dignitatis maioris, vel principalis.

Item nota, ꝙ in vacantibus dicitur apud sedem Apostolicā, diē clausit extremū. apud sedem ipsam vacauerit, & vacet ad præsens, & apud sedē bis repetit, ꝗa primò ponitur narratiuè, secūdo affirmatiuè.

Constitutio execrabilis. Nota, quòd quando beneficiū vacat per cōstitutionem execrabilis, & non fit mentio quanto tēpore detinuerat, semper simpliciter dicitur ꝙ beneficium tale vacat ex eo, quia talis talem parrochialē ecclesiā obtinens, aliam parrochialem ecclesiā talē extitit assecutus, tunc ponitur, mandamus quatenus si est ita &c. Si verò dicatur ꝙ detinuerit per annum vel tot menses, tunc dicitur, vocatis dicto tali & aliis &c. & si, vt præmittitur, vacare repereris &c.

Nota, quòd in literis Apostolicis semper gratiosa debet esse de per se, & executoria in alia litera: & hoc per Cancellariam, quia per Cameram possunt poni gratiosa & executoria in vna litera.

Aduerte, quòd quando beneficium reseruatum, de quo prouidet successor, vacauit tempore obitus prædecessoris, in principio non debet narrari reseruatio, sed dicitur hoc modo: Dilecto filio &c. Cū itaque tale beneficium vacauerit, & vacet ad præsens nullúsque de illo præter nos hac vice pro eo ꝙ nos dudum &c. & narratur reseruatio hic.

Item, ꝙ quando beneficium est de iure reseruatū, sicut quando vacat apud sedem, tunc debet narrari in principio iuris, videlicet, Papæ, & nunquam fit mentio de declaratione ꝙ remanserint affecta, quia remittitur iuri, sed fit simpliciter, scilicet, nullúsq; de illo præter Rom. Pontificem hac vice &c. reseruatione & decreto obsistentibus supradictis &c.

Item non obstan. quando narratur, & postea sequitur aliud, dicitur obtinere: si verò non sequitur aliud, dicitur, noscitur obtinere.

In vicaria perpetua parrochialis ecclesiæ, quādo de illa prouidetur, debet poni clausula, admitti &c.

Nota, quòd monasteria monialium de stylo Cācellariæ nunquam sunt reseruata, etiamsi vacarent per liberam resignationem in Curia in manibus Papæ. & ita, d. A. d. Cor. de consilio præsidentium in parco. & d. Spoletanen. expediuit quoddam monasterium

ſterium monialium Mediolanen. vacan. per liberã ceſſionem in manibus Papæ, quia non erat reſeruatum.& poſuit in litera de ſimili cõſenſu, quòd alia, pro qua fuerat ſupplicatum, præferatur in Abbatiſſam, ſi ad hoc Conuentus dicti Monaſterij accederet aſſenſus. Nota, quòd hodie datur reſeruatio de Monaſterio Monialium per obitum, vel reſignationem vacan. in Curia.

Sequuntur beneficia reſeruata generaliter.

OMnes dignitates etiam Patriarchales,& beneficia vacantia apud ſedem Apoſtolicam.

Item, beneficia per diſpoſitionem, priuationem, tranſlationẽ, autoritate Apoſtolica factas, & fie̅das.

Item, beneficia ſuper quibus electio, vel poſtulatio facta autoritate Apoſtolica eſt caſſata, vel repulſa, vel renunciatione admiſſa.

Item, beneficia Cardinalium, & legatorum, & quorumcunque officialium Romanæ eccleſiæ & ſedi Apoſtolicæ, venientium ad Curiam Ro. vel recedentium ab eadem, ſi prope curiam infra duas dietas obierint, dummodo inibi non habeant proprium domicilium.

Item, beneficia vacantia per promotionem ad epiſcopalem dignitatem,& ſuperiores, vel ad regimina Monaſteriorum.

Item, vacan. per aſſecutionem alterius beneficij autoritate Apoſtolica collati &c.

Item, vacan. per conſtitut. Ioan. Papæ 22. quæ incipit, Execrabilis. ſunt etiam generaliter reſeruata.

Item, dignitates maiores poſt pontificales in Cathedralibus & Metropolitanis, & principales in collegiatis eccleſiis, necnon prioratus, præpoſituræ,& præpoſitatus, ac aliç dignitates, conuentuales, Præceptoriæ generales quorumcunque, ſed non militiarum.

Item, beneficia familiarium Papæ, & Cardinalium, de beneficiis quæ obtinent,& in poſterum familiaritate huiuſmodi durante obtinebunt, etiamſi ab illa per obitũ Cardinalium vel aliàs receſſerint.

Item, beneficia collectorum, & in ſingulis diœceſibus ſubcollectorum, ſicut in dictis regulis &c.

Item, quorumcunque curialium, quos, dum Ro. Cur. de loco ad locum transfertur eam ſequendo decedere contigerit quouis loco, etiam à dicta curia remoto.

Item, quorumcunque cubiculariorum & curſorum ſuorum.

Item, beneficia ad collationem Cardinalium à Rom. cur. abſentium ratione quorum & eorũ cardinalatus eccleſiarum,& titulorũ pertinen. quãdiu abſentia huiuſmodi durauerit ſint ſedi apoſtolicæ generaliter reſeruata, vt in literis Nicolai 5.

Alia beneficia reſeruata.

ITem, beneficia reſeruata per prædeceſſorem, & tempore obitus ipſius vacan. remanent affecta.

Item, erunt reſeruata generaliter omnia beneficia, quæ per Pontificem ex cauſa generaliter reſeruabuntur. Et quia generalis reſeruatio quæ in iure ſcripto deciditur, vt in ſedem vacan. apud ſedem apoſtolicã, vt in c. 2. de præb. in 6. dignior, & efficacior eſt cæteris aliis reſeruationibus: Idcirco vbi illa reſeruatio dari poteſt, illa dari debet, & non alia ex prædictis modis generaliter reſeruatis, vel ex aliis modis ſpecialiter reſeruatis, vt in eccleſiis cathedralibus, & metropolitanis vacantibus. Quæ ſi vacant extra curiam, ſunt ſpecialiter reſeruata ſecundum regulas. Si verò in curia, ſunt generaliter reſeruata vt vacan. apud ſedem apoſtolicam, eccleſia cathedrali, tunc dicimus &c.

Dudum ſiquidem prouiſionem eccleſiarũ omnium apud ſedem apoſtolicam tunc vacan. & in antea tunc vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſeruamus decernen. &c. *Reſeruatio eccleſiarũ.*

Si verò vacat monaſterium apud ſedem, tunc dicimus ſic dudum ſiquidem prouiſiones eccleſiarum, & monaſteriorum quarumlibet apud ſedem apoſtolicam tunc vacan. & in antea vacaturarum collationi &c. *Reſeruatio monaſteriorum.*

Si verò dignitas poſt pontificalem maior vacat apud ſedem apoſtolicam per mortẽ officialis, tunc nõ debet dari reſeruatio tanquã de dignitate maiori, vel tanquàm de reſeruatis poſt mortem officialis propter conſtitutionem ad regimen: ſed tantùm de reſeruato apud ſedem vacan.& dicimus ſic: Dudũ ſiquidem omnes dignitates, cæteráq; beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, tunc apud ſedem apoſtolicã vacan. Si verò dicta dignitas vacat extra curiã, tunc addetur ꝙ ſit dignitas maior, & dicetur ſic: dudum ſiquidem omnes dignitates maiores in cathedralibus poſt pontificales tunc vacan.&c.

Si verò non fuerit dignitas maior poſt Pontificalem in cathedrali vel principali in collegiata eccleſia, ſed alia dignitas fuerit, dicetur ſic: Dudum ſiquidem omnes dignitates, canonicatus, & præb. ac dignitates, cæteráque beneficia eccleſiaſtica: prout in antiquis formis obſeruabatur.

Et aduerte, quòd in beneficiis curatis, vel aliis in quibus cura ſolet imminere, vt in dignitatibus ſemper debet addi, cum cura vel ſine cura. In non curatis verò dicimus: Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica apud ſedem &c.

Quãdo dignitas maior poſt pontificalem in cathedralibus, vel principalis in collegiatis vacat, tũc in reſeruatione non fit mentio de vtraque, ſed ſolũ de vacã. videlicet: Dudum ſiquidem omnes dignitates in cathedralibus eccleſiis poſt pontificalem maiores vacan.&c. vel ſic, omnes dignitates principales in collegiatis eccleſiis principales &c.

Nota, de beneficiis officialiũ, ꝙ à patriarchali vſque ad infimum beneficij deſcendendo cade̅s, aliàs in reſeruatione ex cõſtitutione ad regimen, quç habetur in quinterno cancellariæ, eſt reſeruatum, & debemus ſcire ſi in curia, ſiue extra eam vacent &c.

Per obitum extra curiã: Dudum ſiquide̅ omnes canonicatus,& præb. cæteraque beneficia eccleſiaſtica, quorumcunque capellanorum ſedis apoſtolicæ vbicunque decedentium, tunc vacan.& in antea vacatura &c. Cùm itaque poſtmodum canonicatus,& præb. eccleſiæ N. quos quondam N. ipſius eccleſiç canonicus dum viueret obtinebat, per obitum eiuſdem N. qui capellanus prçfatç ſedis,& Palatij apoſtolici cauſarum auditor exiſtens, extra Rom. curiam diem clauſit extremũ, vacauerit &c.

Nos vo

Nos volent.&c.Vel sic,per obitum N.qui familiaris noster, ac scriptor, etiam abbreuiator, necnon corrector literarum apostolicarum existens, apud sedem prædictam &c.diem clausit extremum.

Per obitum Cardinalis in curia:Dudum siquidẽ omnia beneficia ecclesiastica, tũc apud sedem apostolicam vacan.& in antea vacatura &c.per obitum ipsius Cardinalis extra curiam &c. Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque sanctæ Rom.ecclesia Cardinalium, tũc vacan.& in antea vacatura.Idem est iudicium de Cardinalibus & omnibus officialibus infrà scriptis, videlicet,

Vicecancellarij.
Camerarij.
Septem notariorum.
Auditorum Rotæ.
Auditoris literarum contradictarum.

Correctorum,& scriptorum apostolicorum,tam cancellariæ quàm pœnitentiariæ, qui cancellariæ centum vnus,& pœnitentiariæ vigintiquatuor existunt.

Abbreuiatorum literarum apostolicarum.
Secretariorum,& Solicitatorum.
Familiarium commensalium.
Capellanorum sedis apostolicæ in Epitaphio descriptorum.
Legatorum, seu Collectorum sedis apostolicæ.
Rectorum & Thesaurariorum in terris ecclesiæ.

Et sicut prius dictum est de beneficiis officialiũ, similiter de beneficiis familiarium Papæ,& Cardinalium, collectorum in singulis diœcesibus vnicorum subcollectorum, ac curialiũ, etiam in quouis loco, dum curia transfertur de loco ad locum decedentium, necnon cubiculariorum, & cursorum, vt suprà per regulas.

Notabilia de vacantibus speciali reseruatione.

NOta, quod beneficia specialiter reseruata dicuntur quatuor modis. Primo per matrimonium contrahendum, per ingressum religionis & professionem faciendam, & per assecutionem autoritate ordinaria faciendam,per munus consecrationis impendendum.

Item, si reseruetur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alij modi vacation. de futuro,nec conferatur beneficium reseruatum specialiter vel affectum,nisi sequatur matrimonium.

In beneficiis per promotionem, vel assecutionẽ vacaturis,pònatur clausula cũ beneficia huiusmodi præmisso vel alio quouis modo &c. præterquàm per obitum obtinentis vacare contigerit,& si vacet &c.vt habetur in regula Nicol.5.

Impetrans per munus consecrationis vel assecutionẽ alterius. Impetrans beneficium & narrans illud vacare per consecrationem, vel assecutionem alterius beneficij, si re vera non vacat,sed speratur vacare præmisso modo ante confectionem literarum, poterũt confici literæ tanquàm de vacaturo. Idem seruatur in econuerso, videlicet si narrat vacaturum, & re vera vacat, quia antequam literæ conficiantur poterit habere tanquàm de vacan.Ioan.22. in reg.2. & Nicolai 5.& 38.

Beneficia promoti ad ecclesiam cathedralem nõ possunt conferri per Papam, vt vacan. antequàm promotus possessionem ecclesiæ pacificè adipiscatur,not.gl.in clem.1.vt li.pend.quod intelligitur de potestate ordinaria: sed de absoluta potest, cùm in beneficialibus liberam habeat potestatem,vt patet in text.d.clem.in fin.

Beneficia non vacant per sponsalia sed per matrimonium per verba de præsenti contractum,licet non consummatum: quanquam de hoc secundo fuerit dubium.not.Rot.137.aliàs 13.

Nota plura notabilia tam circa beneficia reseruata, quàm non reseruata.

QVando examen non committitur in prouisionibus beneficiorũ,dicitur effectus huiusmodi gratiæ. Similiter dicitur in omnibus gratiis, quando dicitur in principio gratiam facere specialem, tunc dicitur,effectus huiusmodi gratiæ. Secus fit in permutationibus,vbi tantùm dicitur,effectus earũ, &c. quoniam nulla videtur fieri differentia, vbi vnum pro reliquo datur.

Quando prouidetur præsenti, tam de beneficio reseruato,quàm non reseruato, semper post verba, vos, vel duo, &c. ponitur immediatè post vos, vel alium,seu alios &c.vt reperitur in minutis antiquis: quando verò absenti mandatur prouideri, ponitur, Inducens per te,vel alium seu alios.

Quãdo in literis apponitur clausula,vocatis, &c. non possunt dari iudices extra ciuitatem, vel diœcesim absque derogatione constitutionis Bonifacij, nisi in casibus in eadem constitutione expressis.

In mandato de prouidendo habenti in forma dignum &c.si beneficium non sit reseruatum,ponitur in fine clausula decreti: Si dictus N. repertus fuerit idoneus.&c.vel ignoranter cõtigerit attentari, ac si de data præsentium &c. In reseruatis verò non ponitur,si dictus &c.sed datur magnum decretum. *Clausula decreti.*

Item, quando beneficium vacat per cessum, vel decessum, aut aliàs possessione non habita, debet exprimi modus vacationis per quem sic cedens, vel decedens obtinuit. Intellige quando est duntaxat concessum,vel mandatum prouideri.

Commissio hospitalis,dispensationes matrimoniales,& super defectu natalium proscholari in forma,ex parte &c.debent fieri ordinario.

Quando fit vnio de parrochiali ecclesia alicui monasterio, vel alteri regulari loco, debet poni clausula, reseruata congrua portione pro vicario &c.vbi melius poterit aptari. In literis facultatum non ponitur clausula,Nulli ergo &c. *Vnio.*

Quando scribitur alicui iudici, nisi sit in dignitate,vel personatu constitutus, dicitur sic? Discretioni tuæ, licet forsan tu fili prior non sis in dignitate prædictus, aut personatum obtineas, ac ciuitatis,vel diœcesis aliquis prælatus S.R.E. fidelis nõ reperiatur ad præsens per apostolica scripta mandamus &c. *Quãdo scribitur nõ habẽti dignitatem.*

In nouis prouisionibus beneficiorũ vigore gratiarum expectatiuarum prędecessoris acceptatorũ, bonum est dicere hoc modo,videlicet, Vigore gratiæ expectatiuæ sibi præferre N.prędecessorem nostrum cõcessæ,prout &c.acceptauit,& de illo eodẽ

præde

prædecessore adhuc in humanis agente prouideri obtinuit, Cùm autem eadem petitio subiungebat.

Et si detur noua prouisio super beneficio acceptato vigore gratiæ Papæ tunc viuẽtis, aduerte in fine literarum cassare, &c. videlicet quando ad beneficium super quo datur noua prouisio.

In noua prouisione de beneficio collato per legatum se. vacan. Venerabilis frater noster N. episcopus Ostiens. tunc in illis partibus apostolicæ sedis Legatus, habens ad hoc, vt dicebat, specialem ab eadem sede per ipsius literas facultatem illius vigore beneficium prædictum, vt præmittitur, vacans eidem. N. contulit &c.

In duobus casibus tanquàm iuri contrariis, etiam si signatura sit pinguis, non debet extendere vltra, quàm in corpore supplicationis contineatur videlicet, in dispensationibus, & expectatiuis in quibus non datur clausula, ad curatis, & electis, nisi in supplicatione contineantur.

In narrationibus semper debes sequi ordinem rerum, ita vt prius referas quæ prius acta fuerunt.

Quando intitulas aliquem beneficiatum, præponas clerico, vel beneficiato, & deinde immediatè perpetuo beneficiato in ecclesia &c.

Item super prouisionibus factis per Papam, vel vigore literarum eiusdem de certo beneficio, nunquàm datur noua prouisio, sed perinde valere.

Perinde valere. Præsentatio facta Papæ à patronis in partibus. In beneficiis de iurepatronatus laicorum, si patroni præsentant aliquem Papæ debes dicere. Nobis intra tempus legitimum præsentarunt, prout in quodam publico instrumento, siue literis authenticis &c. plenius continetur. Non autem quãdo datur noua prouisio per Papã de beneficio, ad quod quis præsentatus fuit ordinario.

Item in literis prouisionum ecclesiarum cathedralium, & monasteriorum, quando promotus est constitutus in minoribus, & absque aliqua dignitate, tunc debet exprimi eius cognomen, verbi gratia Dilecto filio Ioanni dominici electo &c.

Item comites, & principes non ponuntur alicuius diœcesis in literis gratiosis.

Abolitio. Si quis tenet beneficium sine titulo, & percepit fructus, si petat de eo prouisionem à Papa, debet ponere clausulam, abolitionis, etiam si non petatur in supplicatione, ex qua si constiterit illum non percepisse fructus tunc non indiget. Et similiter quando defectũ nataliũ tacuisset in impetratione beneficij.

Nota, quòd in ecclesia cathedrali nullus potest esse canonicus, nisi perfecerit 14. annum, & ita tenet Abb. in c. super inordinata. de præb. licet glo. in c. ex eo. de elect. lib. 6. teneat contra. & postquàm peruenerit ad 14. annũ, si non fecerit se promoueri ad sacros ordines infra semestre, est priuatus omni iure canonicatus & prçbendæ, in extrauag. Nicol. 5. quia Roman.

Dispensatio Indultum. In his quæ sunt contra dispositionem iuris communis, datur dispensatio, in aliis verò non talibus, vt puta contra statuta fundationis vel regulas, datur indultum &c.

Nota, quòd si mandatur inhiberi episcopo, dicitur autoritate nostra, si inferioribus per censuram ecclesiasticam &c.

Quando ex narratiua constat beneficium detineri & vacare, si sit reseruatum, dicitur: cùm autem secundum præmissa prædictum adhuc, vt prefertur vacare noscatur. Si verò non sit reseruatum, dicitur: Cùm autem secundum præmissa, collatio, & prouisio prædictæ viribus nõ subsistãt, & sicut accepimus beneficium adhuc, vt præmittitur, vacare noscatur.

Non derogatur constitutioni Bonifacianæ in literis gratiæ, nisi hoc in supplicatione petatur, vel nisi Papa in signatura det iudicẽ, in literis iustitiæ, sic.

In subrogationibus, si neutri, & nouis prouisionibus, non oportet narrare in supplicatione modum vacationis, sed potest in minuta supplicari, nisi beneficiũ esset reseruatum, tunc enim non venit reseruatio, nisi supplicatione exprimatur, *Subrogatio si neutri. Noua prouisio.*

Quando Papa mandat prouideri de beneficio reuocabili ad nutum ordinarij collatoris, quia deuolutum, non desinit propterea, quin illi cui confertur possit ad nutum ipsius collatoris amoueri. vt in extrauag. Nicol. 5. cùm de beneficio. & not. Ioan. Andr. in c. dilecto. de præb. & in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6. in nouella.

Si obtinens beneficium de iurepatronatus laicorum, illud resignat in manibus patronorum, & ipsi resignationem admittant, admissio est de facto, & quicquid inde sequitur impetrando quis super hoc nouam prouisionem, debet omnia annullare, & datur sibi prouisio cum huiusmodi annullatione, nec tenet resignatio, vt in c. quòd in dubiis. de renun. dicit tamẽ gl. eo. c. quòd tenet, quò ad resignantem, ita quod non potest repetere ecclesiam, sed nõ quo ad ecclesiam vel superiorem, quin possit repetere sic resignantem. *Resignatio in manibus patronorũ.*

Obtinens beneficium aliquod, cui ad eius vitam duntaxat, vel quãdiu obtinuerit, est aliud beneficiũ vnitum, est verus titularis vtriusque cõstante vnione sunt vnum corpus, & ideo per eius obitum, dissoluta vnione, vacat. Sed in vnito dices quòd per N. obitum dissoluta vnione, vacat &c. Et si obtinens resignet beneficium, cui est vnitum, vacat per dissolutionem vnionis factã per eandẽ resignationẽ &c. *Nota vnio ad tempus.*

Impetrando dispensationem quamcunque, si obtinens aliquod beneficium, maximè si ei cura immineat animarum, teneris exprimere qualitates eius, videlicet si curatum & electum: vt in c. cum illis. de præben. lib. 6. & clem. 1. eo. tit. nisi si narraueris priorem dispensationẽ, & in illa fuerint expressæ qualitates &c.

In noua prouisione beneficij collati per electum non confirmatum, inficies collationem, quia de facto facta: vt c. nostri. de elect.

Si vero sit confirmatus, dabis, Cum autem dubitet &c. Ex quo potuit conferre: vt in cap. trasmissa, eod. titul.

Si super quouis beneficio litigioso sententia contra vnum ex colliti gantibus feratur, & ab illa appellet, & causa appellationis non commissa cedere velit, cedat iuri & liti, quia causæ non potest renunciare, cùm non sit aliqua causa commissa. *Nota renũcians iuri, & liti non causæ.*

Nota, quòd per quamcunque litis pendentiam in Ro. Curia, in qua non fuit dictum de iure actoris, post annum non censetur beneficium iure affectũ,

quin per eius collatorē liberè de illo prouideri possit. vide in extrauag. Martini. 5. statuimus. caue quia istud est contra ius commune. c. 1. & 2. & vt lit. pen. lib. 6. & cle. 1. §. si verò. eo. tit. & contrarium obseruatur in practica. vide decis. Rotæ. in tit. vt lit. pen. in antiq. quæ est 4. in ordine, & nu. 423. quæ incipit. nūquam reor. posset tamen habere locum in casu regulæ. de ann. pos.

Item, quando mandatur prouideri absenti de beneficio curato reseruato, non ponitur in fi. literæ, Et insuper si dictus Ioan. ad hoc &c. sed solum. Et insuper ex nunc prout ex &c.

Nota, quòd in beneficiis cum cura semper ponitur, vel per constitutionem execrabilis.

Canonicatus non dicitur esse sine præb. quia aliàs esset nomen inane, contra c. relatum. & c. dilectus. el primo. de præb.

Nota, quòd in spiritualibus quæritur dominium sine traditione Imol. in c. inter cætera. de præb. & habetur in c. si postquam. de præb. lib. 6.

Nota, quòd beneficia secularia curata vnita regularibus debent regi per seculares instituendo per ordinarium sicut prius consueuerant. in extrauag. cum nonnullis. Bonif. 8.

Canonicatus, & præbendæ ac dignitates semper dicuntur ecclesiæ, nisi dignitas sit cognominata, & tunc dicitur in ecclesia: verbi gratia, Archidiaconis de certo in ecclesia Rodonen. &c.

Clausula mādati super informationibus

Clausula fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis specialem fiduciam obinemus, poniturquādo mandat recipi informationē de his, quę committūtur, & in casibus sequentibus.

In dispensationibus matrimonialibus. In tabellionatus officio. In commutatione voti. In absolutionibus incendiariorum. In alienationibus votorum, ecclesiasticorumque locorum. In cōcessionibus reseruationum & conditionum monasteriorum, & aliorum ecclesiasticorum locorum.

Quando committitur, quòd dentur alimēta patrono ecclesiæ redacto ad paupertatem.

Quando mandatur de incertis malè ablatis assignari vsque ad certam summam.

Quando mandatur recipi informatio de aliqua re ardua, & postea referri.

Quando committitur erectio parrochialis ecclesiæ in collegiatam, & statutorum per patronum laicum in eadem editorum.

Quando mandatur absolui ministrum inutilem à regimine, & administratione, quam habet. Sed aduerte quòd moderni abbreuiatores præmissa clausula non vtuntur, nisi in dispensationibus matrimonialibus. & interdū quādo iudex datur in signatura.

In licentia pro ecclesia ad recuperandum rem alterius ecclesiæ malè à laico detentam, appone hanc clausulam, priori ecclesiæ N. præstita cautione, vt si ad pinguiorem fortunam deuenerit, rem ei restituat, prius sibi de pretio satisfacto.

Prouiso, quòd ad prophanos vsus. &c.

In translatione monasteriorum, & ecclesiarum de loco ad locum, ne primum monasteriū destruatur, pone clausulam, Prouiso quòd ad prophanos vsus non derigatur.

Auditores Rotæ, clerici came. & accolyti, Papæ sunt capellani.

Illegitimus religiosus. Nota cōstitutio decretata.

Nullus illegitimus intitulatur nobilis, nec dicitur pro eo nobilitas generis, nec, qui, vt asseris, de nobili genere procreatus existis. sed bene dicitur, qui, vt asseris, defectum natalium poteris ex nobili coniugato, & moniali &c. genitus, nec etiā aliquis religiosus dicitur nobilis, nec pro eo nobilitas generis, sed in prosecutione bene dicitur, qui, vt asseris, de nobili genere &c. procreatus existis.

Nota, quòd quando aliqua constitutio continet decretum, indiget derogatione, & ad hoc, vt ei derogetur, est opus signatura speciali. Si verò non contineat decretum, tunc sufficit dicere simpliciter, non obstante tali constitutione, qua cauetur &c.

In beneficiis de iurepatronatus laicorum, quorū collatio est deuoluta ad sedem apostolicam, ponitur clausula, Dummodo eius collatio deuoluta sit &c. Et tempore datæ præsentium &c. In aliis verò deuolutis, nō ponitur clausula, dūmodo eius collatio: sed dūtaxat, dummodo tēpore datæ præsentiū.

Si in prouisione alicuius beneficij, ille cui de illo prouidetur, aliud obtineat quod dimissurus sit semper debet intitulari de beneficio dimittendo, nisi de illo sibi gratiose prouideretur, & tunc de illo intitulandus est.

Nota super habilitatione.

Quando impetrans possedit, & percepit fructus de facto indiget habilitatione si illud de facto est cōtra ius scriptū, aliàs non: vt puta, cōtra regulas cācellariæ, vel contra aliquam reseruationem non clausam in corpore iuris, & similia quæ iustè potuit impetrans ignorare,

Suppletio qualitatū.

Quædam sunt qualitates, quæ quamuis in supplicatione non ponantur, possunt tamē in minuta suppleri, vt si quis sit doctor, licentiatus, familiaris alicuius prælati, vel principis, & similia, quæ potius mouerent Papam ad cōcedendum gratiam &c. quā suppletionem intellige veram, quando principalis est præsens: quia aliàs cum difficultate suppleretur propter malitiam solicitatorum &c. Imò debet attendi ad solicitatores.

Conseruatoriæ debent cōmitti episcopis vel superioribus prælatis, aut abbatibus, vel personis in dignitatibus constitutis, non autem canonicis, vt in c. fi. de offic. deleg. lib. 6.

Exordium.

Nota, quòd quando aliquid committitur de iure nō datur exordium in literis nisi daretur humilibus &c. vel honestis supplicum votis &c. Sed in concernentibus gratiam, semper ponitur exordium, nisi in matrimonialibus in quibus nullum ponitur.

Intrusus.

In beneficio dicitur intrusus, qui illud tenet sine autoritate illius ad quem de iure spectat collatio. vt in c. 3. de conces. præb. & in c. frequentibus. de instit.

Volumus autem.

Quando quis tenetur dimittere beneficium, non est necesse vt ponatur, in non obst. sed sufficit quòd ponatur clausula volumus autem &c.

Contradictores.

Clausula, contradictores, ponitur in omnibus literis ante, non obstantibus exceptis executionibus literarum gratiosarum, quia in illis ponitur in fine, videlicet ante datam.

Nota quòd quando conceditur aliquid alicui prælato, sicut abbati, & successoribus suis, vel pro tempore existenti, semper debet fieri mandatum: sed

Facultas. Indultum.

sed quando cōceditur moderno abbati tantùm, tūc debet fieri facultas, vt quando conceditur quòd dispēset cum monachis in 22. annis &c. sed quādo ista concessio concerneret futura, fit indultum.

Nota, ꝙ si obtinens beneficium curatum quod requirit residentiam, receperit secundum beneficiū non curatum, quod similiter requirit residentiam quòd non vacat primum.

Beneficium curatum non vacat, licet quis in eadem ecclesia assequatur parrochialem ecclesiam annexam præbendæ: quia præbenda est beneficium, quod nō est curatum, & parrochialis ecclesia est illi accessorium, cui deseruitur per vicarium: vt c. super. de præb. lib 6. in extrauag. execrabilis. in fin.

Beneficia quæ sunt de mēsa episcopatus, vel monasterij, non dicuntur vacare per obitum rectoris, vide Federic. in tract permut. & domi de Rota cōc.

Habens beneficium curatum, si aliud simile assequatur, nisi primum infra mensem dimittat in manibus ordinarij, efficitur inhabilis secundum Ioan. And. in cle. si plures. de præb. Et idem dicit in dignitatibus, & ita intelligitur extrauag. execrabilis.

Nota, quòd Baptismus & Chrismanon faciunt beneficium. not. Hostien. in c. quia nonnulli. de cler. non resid.

Habens canonicum titulum, etiam si violenter capiat possessionem, non dicitur intrusus secundum dom. de sancto Gemi. in c. eum qui, de præb. lib. 6.

Abbas non potest conferre monachis beneficiū ad tempus, vel perpetuò, quod erat consuetum gubernari per clericos seculares neque impetrās illud tenetur facere mentionē de tali possesione, neque est contra Archidiac. in cle. vnic. de supp. neg. prælat.

Abbas non potest conferre prioratū vacantē monacho alterius monasterij. c. cū singula. de præb. li. 6.

Abbas si est negligens, infra tempus semestre nō deuoluitur potestas, ad conuentum, sed ad episcopū not. in alle. 1. de suppl. neg. præla.

Collatio facta per Papam ex causa resignationis vel permutationis, de beneficio aliàs reseruato, vel noua promissio, seu confirmatio collationis ordinarij cū clausula, nō obst. reseruat. &c. nō tollit precedentem reseruationem, ita quòd cedentibus, vel decedentibus illis, qui ex eisdem prouidentur, & illa fuerunt assecuti, nullus præterquàm Papa de illis disponere poterit: vt in extrauag. cle. 6. quæ incipit. Sed in extrauag. nonnulli. Benedicti 22.

Item, de beneficiis per assecutionem aliorum vacant. de quibus fuit autoritate ordinaria prouisum & deinde habita confirmatione, siue perinde valere, à Papa illis ceden. vel deceden. non potest de illis prouideri per aliū quàm per Rom. Pont. vt in dictis suprà nominatis extrauag. videlicet. Sed & nōnulli.

Reseruato beneficio regulari intelligitur reseruatio loci, qui deberetur in ecclesiis illud obtinētibus vt in extrauag. si quando. cle. 6. & in decis. Rot.

Si de beneficio reseruato mandatur prouideri, seu prouiso confirmari, & antequam fuerit assecutus decesserit, beneficium sub reseruatione permanet sicut prius: vt in extr. execrabilis, vide in decis. Rot.

Consuetudo optandi non cadit in beneficiis reseruatis, vt in decis. Rot. tit. de consuet. in nouis. nu. 296. eod. tit. in antiq. nu. 219.

Si dispensetur cum monacho, quòd possit obtinere vnum beneficium etiam curatum, nō ponitur prouiso tamen.

Quando scribitur monacho ponitur, cognomen sed non abbati vel priori.

Nota, quòd beneficium curatum non potest cōferri existenti in sacris, si est ante tempus promotus & ex hoc multo fortius vitiatur impetratio beneficij. nota. in c. pro illorum. de præb. per Abbatē. Quādo defectus ordinum impedit impetrationem vide doct. in c. si clericis. de præb. in 6.

Nota, quòd si executor literarum apostolicarum occultè excommunicatus, mihi scienti excommunicatum ipsum conferat aliquod beneficium, collatio nō tenet, vel est retractanda, secus si ignorabam, quia tūc tenet collatio. Ita dicit Abb. in c. dilecto. de præb. & est limitatio ad l. Barbarius. de offic. prætor.

Collatio beneficij potest fieri absenti. l. labeo. de pact. c. si tibi absēti. de præb. lib. 6. Et si tale beneficiū vacabit in curia, & reseruatū collationi papæ, moritur antequàm accepter, vel post acceptationem, ante assecutionem autem desinat esse sub collatione Papæ, & ordinarius possit illud conferre. vide in c. 3. de præb. lib. 6. & per Ioan. And. in addit. Spec. tit. de act. & petit. §. 1.

Quādo resignatio fit per procuratorem, dicitur per dilectum filium N. procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum. Quādo est substitutus procurator, sic dicitur: per dilectum filium N. procuratorem substitutum à dilecto filio procuratore dicti N. ad hoc ab eo specialiter substituto. Quādo est beneficium reseruatum, non dicitur illicito detētore, sed detentore tantum. Quando quis est dispēsatus per legatum, dicimus: Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quòd venerabilis frater noster T. &c. tunc in illis partibus Apostolicæ sedis legatus, tecumque vt vna cum parrochiali ecclesia &c. In Sardinia omnes præbendæ & canonicatus sunt annexæ. Quando in manibus Papæ fit aliquis actus, vt puta cessio commendæ, nunquàm dicitur: Cùm itaque sicut accepimus: sed cùm itaque dilectus filius &c.

Si habet beneficiū, ponitur sic: qui, vt asserit, parrochialem ecclesiā cuius fructus &c. Et semper ponatur valor, etiam si in supplicatione non ponatur.

Quando impetrans petit extra suam diœcesim, scribitur ordinario loci in quo impetratur: sed si petat ad collationem ordinarij per se, tūc scribitur tribus iudicibus in sua diœcesi. Quando aliquis impetrat extra suā diœcesim, tūc dicitur: vbi dictus T. suā propriam mansionem se asserit elegisse. Volumus autem quòd si tu præsentes literas non potueris, seu volueris exequi, dilecti filij, præpositus, & decanus ecclesiarum literas ipsas, ac omnia, & singula in eis contenta, secundum ipsarum literarum tenorē exequi possint, & debeant, super quo eis tenore præsentium mandamus, & etiam potestatem &c.

Et insuper præfato &c. Ista clausula ponitur duntaxat, quando scribitur ordinario: sed quando scribitur aliis, tunc ponitur vt in textu infrà, vbi est totus tenor gratiæ expectatiuæ. & tunc subiungitur

quòd si non omnes &c.

Attento, clausula ponitur, quando resignatio, vel cessio fit in manibus Papæ.

Quando in clausula, permutandi, dispensatur, quod aliud dissimile recipere possit &c. ponitur etiã ista clausula, quòd conuentuale, vel claustrale, vt præfertur, non sit, vt in text.

Non obstant. Bonifac. ponitur propter trãslationem aliàs non, quod nota.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, non ponitur quando est expectatiua ad vnum beneficium, nisi ille cui cõceditur intituletur de alio beneficio.

Non obstant. statutis dictæ Ecclesiæ, ponitur quãdo est in cathedrali vel collegiata, & nõ ponitur fe. re. Boni. &c. & aliis Apostolicis constitutionibus, quod ponitur in execrabili. Si verò non est in cathedrali aut collegiata, & habet obstantia aut absolutionem, ponitur, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & aliis contrariis quibuscũque. Si verò non habet obstantia aut absolutionem, ponitur, non obstante si aliqui super prouisionibus sibi faciendis &c.

Volumus autem, quòd idẽ presbyter quàm primum vigore præsentium aliquod beneficium fuerit pacificè assecutus, dictam Ecclesiam, quã, vt præfertur, obtinet, & quam ex nũc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quòdque si tu præsentes literas &c. quando autẽ litigat, vt in aliis, de gratia, consueuit poni.

Sepultura nedum est de iure Canonico, sed diuino &c. facit cap. 1. de sepultur. & vide 13. quæst. 2. per totum. Et nota quòd Adam fuit sepultus in ciuitate Abrahæ. ead. cau. & quæst. cap. vnaquæque.

Obligatio contra ius non valet. c. fi. de pac. c. placet. de sim. l. si non sortem. ff. de condict. indeb

Merita semper præcedunt defectus, Quando est ætatis 14. annorum, vel circa, nõ dicitur: Et insuper tecum, sed ponitur, duxerimus concedendas. Nos enim tam illis, quàm præsentes, & quo ad beneficiũ cum cura huiusmodi quàm primum ad illud obtinendum legitimæ fueris ætatis, effectum sortiri volumus, quacunque constitutione Apostolica cõtraria non obstante, nec ponitur, prouiso,

Notabilia super pensionibus.

Nota, quòd in pensionibus, & commendis qui non examinatur, nec datur forma, dignum. quia examen, & forma dignum &c. habent locum quando beneficium confertur in titulum.

Literæ reseruationis, vel assignationis, & motu proprio cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus, expediri non possunt, nisi de cõsensu illius, qui dictam pensionem soluere habebit. Nicolaus 5. secunda 38.

Si illi quibus ratione senij, vel impotentia corporali assignatur pẽsio super beneficiis curatis, seu dignitatibus, sunt inhabiles ad similia beneficia: nisi tempore assignationis huiusmodi ius habuerint in illis, & si receperint, & per mẽsã alia beneficia obtinuerint, cessat pẽsio: vt habet in extrau. Nicol. 5. quæ incipit, Ad futuram rei memoriã &c. Detestabiles:

Non valet pactum, vel conuentio inter Abbates & institutos Priores ante vel post institutionem de pensionibus vel alio onere temporali, vel perpetuo prioratui imposito, vel imponendo: vt in extrauag. intelligitur Alexand. 4.

Pensio immoderata respectu aliorum reddituũ Ecclesiæ, vel quæ ex post facto inceperit multum grauare, potest reduci ad debitam moderationem vt per nota, in c. præterea. de iurepatro. faciunt not. in c. 1. de consuet.

Episcopus cum consensu capituli sui potest imponere pensionem Ecclesiæ abundanti soluendam ad sustentationem virorum religiosorum: vt in cap. Pastoralis. de his quæ fiunt à prælat. Et sic habes casum, quòd non solũ Papa, sed etiã Episcopus potest imponere pensionem Ecclesiæ. Et intelligitur, quãdo detracta pensione potest rector Ecclesiæ cõgruè viuere, aliàs autem non debet cooperiri vnum altare vt discooperiatur aliud, vt in c. cum iam dudum. de præb. & vide Nicol. in d. c. Pastoralis. & in c. extirpandæ. in fin. de præb. vbi bonus text. Religioso licitè constituitur aliqua pensio seu prouisio, non vt eam habeat vt propriam, & sic possit eam dare, vel in testamento relinquere: sed habebit vt dispensator, vel in administrationẽ, & poterit illã Abbas ad libitum auferre, nisi haberet ex confirmatione Papæ, quia tunc per Abbatem non posset illa priuari. Ista dicit Nicol. per illũ text. in c. nisi essent. de præbẽd. Not. glo. & doct. in c. exposuisti. de præb. quod si portio vel pensio duntaxat statuitur Canonico ex redditibus capellæ, tunc presbyter instituendus in capella est prælatus capellæ, & habet curam animarum. Sed si capella annectitur præbendæ, tunc presbyter illi constituendus, habetur loco prælati domini. vide dom. Landulph. in Cle. 1. de offi. vicar. & Io. de Lignano post eum concludit, quòd si certa portio datur Canonico. tunc vendicatio rerum, & iuriũ capellæ, & cura pertinet ad presbyterum. Si verò certa portio pertinet presbytero, tũc vẽdicatio rerũ & iurium capellæ pertinet ad Canonicũ, & cura, habitu, sed actu pertinet ad presbyterum. Et loquitur quando ecclesia est annexa præbendæ, nam vbi non est annexio, sed solum statuitur pensio, tũc nihil habet agere Canonicus in capel. Ita dicit Nicol. dict. c. exposuisti. Et circa materiam pẽsionum, vide quæ habentur super chart. 52. & 53.

Notabilia super clausula, perinde valere.

Nota, quòd literæ super gratia, perinde valere semper debent esse gratiosæ, & dirigi petenti.

Item nota, quòd perinde valere, non datur super gratia facta per alium quàm per Papam.

Item nota, quòd in dicta gratia ponuntur non obstantes beneficiales.

Item nota, quòd si datur, perinde valere, pro gratia expectatiua, dicimus ab earum data: Si autem in aliis, dicimus à data præsentium.

Item, in gratia, perinde valere, super gratia expectatiua dicimus, in beneficiis si quod vacat ad præsens, aut cùm vacauerit, & non in beneficiis quæ vacauerint ante datam perinde valere, in quibus aliis posset esse ius quæsitum.

Item

Item nota,quòd debemus dicere perinde valere ſuper gratia expectatiua, quòd literæ prædictæ, & proceſſus habiti per eaſdem ab eorũ data,& quæcũque inde ſecuta,ita quòd data non poſſit referri ad quæcunque inde ſecuta.

Item nota,quòd ſupra dicta,perinde valere, ſuper gratia expectatiua debemus dicere, non obſtantibus præmiſſis,ac cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,necnon omnibus illis quæ in dictis literis non obſtare volumus. Et ponitur conſtitionibus Apoſtolicis. quia obſtant conſtitutiones Apoſtolicæ,ex quo fit præiudicium tertio,quia validantur ab eorum data.& in perinde valere,ſuper vacãtibus non ponitur, non obſtantibus cõſtitutionibus Apoſtolicis.quia literæ reualidantur à data præſentium,& non data literarum primæ impetrationis.

Item in prædicto,perinde valere, in narratione gratiæ expectatiuæ, ſi Papa prouiderit, debet dici gratiosè prouidimus.

Si verò mandauit prouideri, debet dici, gratioſe mandamus prouideri,& debet addi certis executoribus de ſuper deputatis.Si in fine literæ dicitur, quòd executores poſſunt procedere,vel detur eis alia poteſtas aliàs non debet dici certis executoribus deſuper.&c.

Item nota,quòd in gratia perinde valere,non debet ſuppleri vltra illud quod eſt in ſupplicatione, propter iudicia quæ ſuper illis ſolent exoriri.

Item nota, quòd ſi quis Creetur Canonicus in gratia expectatiua,& poſtea impetratur:perinde valere,poteſt intitulari de Canonicatu ex quo literæ, & proceſſus reualidantur ab eorum data.

Si in euidentem,notabilia.

Nota,quòd quando cõmittũtur diuerſa,niſi in euidẽtem,videlicet,ſi vocatis &c.Ita eſſe nec nõ venditionẽ prædictã in euidentem dictæ Eccleſiæ ceſſiſſe repereris.nõ debet dici poſt repereris,ſuper quo tuã cõſciẽtiã oneramus.Sed bene debet dici poſt,necnon hoc modo,necnon ſuper quo tuã conſcientiã oneramus vẽditionẽ &c.ratio eſt,quia ſi poneretur in fine, intelligeretur de vtroque, & nũquã dicitur ſuper quo &c.quando dicitur,ſi vocatis &c. non repereris. Si petuntur ſuppleri defectus in contractu facto ſuper locatione rei eccleſiaſticæ, vel alia materia,nullatenus litera deſuper cõcedatur,niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimatur,vel per fiat vt petitur,ſupplicatio ſignata fuerit.Nic.5.2.36.Fuit petita cõfirmatio obligationis,ſi in euidẽtẽ,cũ inſertione inſtrumẽti, Papa ſignauit, Fiat vt petitur,& exhibeatur,& clauſulam cũ inſertione inſtrumẽti caſſauit,fuit determinatum quòd litera daretur groſſa,non tamen cum inſertione,ſed diceretur,quòd prout in euidentem vtilitatẽ facta fuit,confirmamus. Nota,quòd quando dicitur in litera Apoſtolica, prout in inſtrumento publico deſuper confecto plenius dicitur contineri,non poteſt poſtea dici,nos inſtrumẽti prædicti tenorẽ præſentib9 pro expreſsis habẽtes,quia eſſet cõtrarietas.

Item,quando petitur confirmari conceſsio facta de re eccleſiaſtica ſi in euidentem, non poteſt dici conceſsionẽ prædictam,ac omnia & ſingula in prædicto inſtrumento contenta autoritate prædicta approbes:ſed debet dici ſic:Cõceſsionem prædictã,& prout illam cõcernũt omnia & ſingula. Quãdo narratur aliquid fiendum,tũc debet poni, Mandamus quatenus de præmiſsis omnibus & ſingulis,ac eorũ circunſtantiis vniuerſis te diligenter informes. Sed quando narratur factum, tunc debet poni,Mandamus quatenus poſtquàm tibi de præmiſsis legitimè conſtiterit. Quando narratur cauſa,tunc oneratur conſcientia. Quando nulla cauſa, narratur, tunc conſcientia non oneratur. Quando aliquis Rex,vel Prælatus ſupplicat pro alio in litera, quæ datur in forma exhibita tunc de Rege vel Prælato non debet fieri mentio in principio, videlicet: exhibita pro parte Regis, vel epiſcopi &c. Sed tantùm de Rege vel Prælato prædicto debet fieri mẽtio ibi,quare pro parte Regis &c. *Conſcientiã oneramus.*

Notabilia ſuper diſpenſationibus matrimonialibus.

Filius ex ſecũdo matrimonio natus cenſetur legitimus,licet pater cum alia cõtraxiſſet primò, ſi ſecundum matrimonium fuit contractum,& ſecũda vxor ignorauit primum matrimoniũ eius.Secus ſi ſciuit,vel ſcire debebat:vt,quia primum eſſet publicè contractum,ſed quia ſecundum matrimoniũ, fuit clandeſtinum,tunc ex illo natus eſt illegitimus, licet mater primum matrimonium ignoraſſet.Si tamen ſuper primo eſſet lata ſententia diuortij, à qua non eſſet appellatum,tunc natus in ſecundo eſſet legitimus, licet ſententia diuortij poſtea retractetur. not.Innoc.& Io.Andr.in c.cum inhibitio.de clande. deſpon.Filius natus ex muliere cum qua non potuit contrahi,obſtante impedimento conſanguinitatis, aut affinitatis,aut publicæ honeſtatis, habetur pro legitimo ſi de facto fuit matrimonium publicè contractum,cùm vereſimiliter,vel alter ipſorum ignorat impedimentum,quod præſumitur ſi publicè cõtraxerunt,& ſuccedit patri:vt in extraua. Alexan.cũ quidam.de ſponſa.ſecus ſi clandeſtinè,quia tunc nõ habetur pro legitima,&c.vt not.Ian.Andr.& Innoc. de clandeſt.deſpon.c.habito.

Diſpenſationes matrimoniales ſemper cõmitti debent ordinario. Nota,quòd clauſula,de qua in his plenam in domino fiduciam obtinen. propriè debet poni in diſpenſationibus matrimonialibus, vbi agitur magis de conſcientia,quàm in aliis. In diſpenſationibus matrimonialibus debet propriè dici committimus,& mãdamus.Licet matrimoniũ ſit contractum per verba de præſenti,ſi nondum eſt conſummatum per carnalem copulam,poteſt Papa diſpenſare,vt ego poſsim aſſumere aliam vxorem, relicta prima:ſecus ſi poſt cop.carnalem, ſecundum quod not.Archid.27.q.2.c.quia.

In literis diſpenſationum ſuper aliquo gradu ꝓhibito,ponatur clauſula,& mulier rapta non fuerit. Nicolaus 5.Nota,quòd nati ex concubina retẽta per clericũ in minoribus conſtitutum,non legitimãtur per ſubſequens matrimonium, ſi ille clericus erat beneficiatus,aliàs ſic.ſecundum Bart.in l.4.ff.de cõcubi. Affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum:vnde nati ex fornicatione,non poterunt cõtrahere matrimonium cum his, cũ quibus non poſſunt contrahere legitimi.Bald.in l.cum acutiſsimi.

C.de fideicom.& not.32.q.4.c.obiiciuntur.& de eo qui cogno.consang.c.discretionem,& eod.tit.t.penul.Et an per talem coitum oriatur impedimẽtum ad contrahendum matrimonium,not.35.q.3.c.extra ordinaria. Affinitas nunquam inducitur sine coitu.Archid.de sponſ.c.1.lib. 6. Affinitas non contrahitur inter consanguineos mulieris, & consanguineos viri, sed tantum inter consanguineos ipsius viri,& ipsam mulierem, vt est text,in c.quod super.de consanguin.& affinitate. Dispensare potest Papa matrimonium contrahi in secundo consanguinitatis gradu in linea æquali,in linea inæquali,nõ Io.And.in c.literas.de restit.spol. & de diuort. gaudemus.sed ex caussa potest etiam in linea inæquali,vt in quolibet gradu lege diuina prohibito dispensare.not.Ioan.Andr.qui filij sunt legit.c. per venerabilem .in gloſſ.in fin.debet tamen esse magna causa secundum Innoc.Hostien.& Ioan.Andr. Archid.vbi omnino vide.

Item potest dispensare etiam in primo gradu affinitatis.text.est in c.fi.de diuort. nec obstat quòd sit prohibitum lege diuina,quæ non potest per humanam tolli,quia non totaliter, ex causa enim distinguitur,& hoc fieri potest,vt not Inno.de consti.quæ in ecclesiarum.ad quod optimè facit quod not.Ioã. Andr.in regula factum legitimè.de regul.iur.lib. 6. in mercurialibus. Dispensare potest Papa quòd matrimonium consummatũ dissoluatur,si non interfit copula.not.glo. de cõuerſ.cõiug.c.ex publico. quòd vltimum procedit ex absoluta potestate, sed ordinata non potest,nisi subsit causa secundũ. Ioã. And.& Hostien.ibidem.Maior est potestas Papæ in dispensando in matrimonio contrahẽdo,quàm dissoluendo contractum:quare liberè dispensat quòd contrahitur contra legem Canonicam, etiam sine causa,cõtra legẽ diuinã,cũ causa, vt suprà proximè dictum est.In contracto aut dissoluẽdo,si est simpliciter ratum,& lege Canonica validum, dispensat liberè sine causa de potestate absoluta:sed si est cõsummatũ,tũc quia per ipsum reputatur conformitas carnis inter Christum & ecclesiam,nulla ex causa rũpitur.& qui aliter sentit hæreticus est.not. Ioã. Andr.in d.c.c.ex publico.in fin.vide gloſ.in cap. fi. de transacti.

Dispensatio facta super impedimento affinitatis valet,& in vim eius potest dispẽsatus matrimonium contrahere,licet in dispensatione nulla fiat mentio de impedimento publicæ honestatis iustitiæ.

Nota pro subscriptionibus literarum,& primo de ordinibus insusitatis.

PRiori & fratribus domus de Lenis ordinis Valliscolarum N.Diœcesis, & sunt ibi Canonici. Prior & fratres domus ordinum humiliatorum de N.Diœcesis.Magister generalis ordinis de Sempig. & habentur sorores & monasteria eiusdem ordinis Abbati & conuentui monasterij sancti Archangeli in insula Robolan.N.diœcesis,quem ordinem fecit Ioachim,& caput est in Calabria.

Priori Monasterij sancti N. de. Amilitiæ sanctæ Mariæ gloriosæ diœceſ.Archimodritæ Monasterij N.ordinis sancti Blasij N.diœceſ.

Præpositus generalis Monasteriorum Alemanię & Bohemiæ sub beatæ Mariæ Magdalenæ nominib⁹ fundatorũ,Rom.ecclesię immediatè subiectorũ ordinis sancti Augustini N.diœcesis.

Ministro & fratribus domus sanctę Trinitatis,& Ortesij ordinis eiusdem sanctæ Trinitatis,& redẽptionis captiuorum Aquen.diœceſ.

Raymundo de Francholanchiis,fratri domus de Ortesio ordinis S.Trinitatis de N.diœcesis N.

Magistro & fratrib⁹ hospitalis sãcti Ioã.de N.Rõ. ecclesiæ subiectis ordinis S.Augustini. N diœcesis.

Ordo sancti Victoris non est approbatus ordo.

Dilectis filiis fratri Io.de Cese. ac vniuersis Eremitis de societate quondã fratris Petri de ipsis præsentibus & futuris,Salutem &c.

Maiori ministro, & vniuersis ministris & fratribus ordinis sanctæ Trinitatis,& redẽptionis captiuorum tam præsentibus, quàm futuris professis, necnon fratribus,sororibus,& donatis eiusdem ordinis,Salutem &c.

Ordo fratrum secundum instituta beati Petri cõfessoris viuentium.

Abbati & Conuentui Monasterij sanctæ Iustinę Paduan. aggregationis monachorum vnitat. aliàs de obseruantia sanctæ Iustinæ nũcupat.ordinis sancti Benedicti.

Dilectis filiis Gubernatori, & pauperibus societatis Iesuatorum nuncupatorum, Salutem. vel sic. Dilectis filiis rectori gubernatori nuncupato,& fratribus congregationis pauperum Iesuatorum nuncupatorum,Salutem.

De Monialibus.

DIlectæ in Christo filiæ Ioannæ natæ dilecti filij nobilis viri Ioannis ex Comitibus de Sabmona,Moniali monasterij de Oriente ordinis N. Diœcesis.

Sorores pœnitentium beatæ Mariæ Magdalenæ ordinis S.Augustini N.Diœcesis.

Et militi Senen. sub habitu beati Dominici domino famulanti.

Priorissis & Conuentibus sororum inclusarum Monasterij N.diœcesis sancti Augustini sub cura, & secundum statuta fratrum ordinis prędicatorum viuentium.

Mariæ de N.mulieri Ianuen. tertij ordinis S. Frãcisci de pœnitentia nuncupati.

Abbatissæ, & Conuentui monasterij.N.diœce.ordinis S.Claræ &c.

Magdalenę de Perusio,tertij ordinis S.Francisci de pœnitentia nuncupati generali ministræ.

Dilectis in Christo filiabus Io.& Be.de N.sororibus tertij ordinis sancti Dominici de pœnitentia nuncupati in vrbe commorantibus.

Priorissæ & Conuẽtui Monasterij N.diœceſ. per Priorissam soliti gubernari ordinis S. Augustini. sub regulari inibi obseruantia degentium.

Abbatissis & conuentibus vniuersorum Monasteriorum sancti Germani,& minorissarum,& sanctæ Clarę ordinis eiusdem sanctæ sub generalis ministri,aliorúmque officialium fratrum minorũ cura vbilibet constitut.

Sorori

Sororibus tertij ordinis sancti Francisci de pœnitentia nuncupati, de N.diœcesi de pe.locus N.diœcesis degentibus, Salutem in Domino &c.

De Mulieribus.

Dilectæ in Christo filiæ nobili mulieri N. relictæ quondam B.de cellario domicelli viduæ Soran.Diœc.Salutem &c.

Dilectæ in Christo filiæ nobili mulieri Isabellæ relictæ quondãm Conradi militis viduæ, Traiectẽ. diœc.Salutem &c.

Dilectis in Christo filiabus virginibus, & viduis in domo dicta sororũ Oitem oppidi Buscodicis Leodien.diœcesis in cõmuni viuentibus, Salutem &c.

Ioãnæ de N.mulieri in ciuitate N.sub habitu sororũ pœnitentium Reginarum nuncupatarũ degenti.

De Viris.

Dilecto filio nobili viro Ioanni, Chariſſimi in Christo filij nostri Regis Portugaliæ illustris nato, Comiti Carcelen.Salutem &c.

Dilecto filio nobili viri Ioanni Domicello, necnon Castellano officialibus communium, & hominibus ciuitatis nostræ Nepesin.tam clericis, quàm laicis, Salutem &c.

Dilecto filio nobili viro Ioanni N.domicello Xachon.Salutem &c.

Charissimo in Christo filio P.regi Castellæ, & Legionis illustri &c.

Charissimo in Christo filio Remulo regi Roman.illustri &c.

Charissimo in Christo filio Maximiliano Rom. Imperatori semper Augusto, ac Bohemiæ Regi illustri &c.

Charissimo in Christo filio Io. electo Regi Portugaliæ illustri &c.

Excellentibus Principibus L.Regi, & Ioãnæ Reginæ Siciliæ illustrib⁹ quia mun⁹ in præsẽti quo &c.

Dilecto filio nobili viro Comiti Melfiten. magno Regi Siciliæ Marescalco.

Dilect.fil.nobili.C.de vite mouentibus, Comiti Virtutum, in ciuitate Mediolanen.Imperiali Vicario, Salutem &c.

Dilecto filio nobili Io.de Cesarinis domicello Romano in ciuitate nostra Narmanen. pro nobis, & Ecclesia Rom.in temporalibus Vicario &c.

Dilecto filio nobili viro Carolo Duci, & dilectæ filiæ nobili mulieri Ioãnæ Ducissæ Britaniæ, Salutem &c.

Dilecto filio Ioan.de bonis ciui Mediolanen. ac dilectæ in Christo filiæ Petronellæ eius vxori, & ipsorum liberis, Salutem &c.

Duci, & concilio, ac communi Ianuen.vel secundm antiquos Genuen.

Nobili viro A.de N.in arce nostra Crescentij, aliàs castro sancti Angeli de Vrbe Castellano nostro Salutem &c.

Nobili viro Ioan. Duci Columbriæ charissimi in Christo filij nostri Ioannis Regis Portugaliæ illustris secundo genito.

Dilectis filiis parlamentum Regium charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Francorum illustris tenentibus, Salutem &c.

Dilectis filiis Ancianis, Concilis, ac Vexillifero iustitiæ ciuitatis nostræ Bononien.Salutem &c.

De exordiis in beneficialibus.

Grata tuæ familiaritatis, & deuotionis obsequia, quæ nobis, & Apostolicæ sedi hactenus impẽdisti, & adhuc solicitis studiis impendere non desistis, necnon vitæ, ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus personã tuam familiari experientia, quam fide dignorum testimoniis iuuari percepimus nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque &c.

Nota, omnibus Graduatis, etiam Magistro in Artibus, & Baccalaureo in Decretis datur literarũ scientia, ac morũ honestas &c.Baccalaureis vero in Artib⁹ nõ, quia nõ reputatur Gradus, neq; intitulaт Baccalaureus in Artib⁹, sed dicit, Volẽtes itaq; tibi q, vt asseris, Parisiis in artibus Baccalaureatũ suscepisti.

In prouisionibus Ecclesiarum cathedralium dicitur literarum scientia, in electi commendatione, licet effectus non sit gradatus &c.

Nobilitas generis, literarum sciẽtia, vitæ, ac morum honestas, aliáque laudabilia, probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt vt tibi reddamur ad gratiam liberales, volentes &c.

Religionis zelus, literarum sciẽtia, vitæ, ac morũ honestas, aliáque laudabilia probitatis, & virtutũ merita &c. dicitur quãdo est clericus minor 14.annis vitæ, ac morum, dicitur quãdo est clericus, vel scholaris maior 14 annis.

Gratia deuotionis, quando sunt clerici, & officiales perpetui, pro clerico minore 14.annis; pro quo nunquam debet dari litera gratiosa, sed committitur vni soli propter examen &c.

Laudabilia dilecti filij Io.clerici Venetiarũ, indolis, & iuuentutis indicia, super quibus apud nos, q in virũ se debeat producere virtuosũ fide digna testimonia perhibẽtur, meritò nos inducũt, vt ipsum Apostolici fauoris suffragio prosequẽtes sibi reddamur ad gratiã liberales &c. Volẽtes dictũ Io. qui vt accepimus, in 14.vel 15 suæ ætatis anno constitutus existit &c. Mãdamus, quatenus si post diligẽtẽ super præmissis indiciis per te habẽdã indaginẽ, præfatũ Io.huiusmodi circũspecta ætate aliàs ad hoc idonea oppositione personarũ, super quæ tuã cõsciẽtiã &c.

Laudabilia infãtilitatis indicia prout fide dignorũ testimoniis accepimus, verisimiliter præsumitur, q te in virũ pducere debeas virtuosũ, nos inducũt, vt tibi reddamur ad gratiã liberales Volẽtes itaq; tibi q, vt asseritur, in quarto tuæ ætatis anno constitutus existis &c.

Laudabilia infantilitatis indicia &c. vt suprà.

Dignum arbitramur, & congruum, vt illis se reddat sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id ppria virtutum merita laudabiliter suffrangantur. Volentes itaque dilectum filium Io.N. diœcesis. N. apud nos de religionis zelo, de nobilitate generis, de literarũ scientia, de vitæ, ac morum honestate, vt suprà secundum eius qualitates.

De exordiis in reseruationibus, & resignationib⁹ simpliciter vel ex causa permutationis vel reseruata pensione, ac in pensionibus simplicibus, commẽdis,

habilitationibus, vnionibus, erectionibus, & monasteriis, videbis infrà in rubricis congruentibus.

Nos volen. tibi. qui vt asseris.

Volētes itaque tibi, qui presbyter, & magister in artibus existis, vt asseris, ac in iure Canonico studes, præmissorū meritorū tuorū intuitu, necnon cōsideratione dilecti fratris nostri A. tt. S. Laurentij in Damaso presbyteri Cardinalis, pro dilecto familiari suo continuo commensali nobis super hoc humiliter supplicantis gratiam facere specialem &c.

Volentes itaque dilectum filium &c. commendatum horum intuitu, necnon consideratione charissimi in Christo filij nostri Ludouici Regis pro ipso à dilecto suo Capellano, ac dilectæ in Christo filiæ nostræ Elisabeth Reginæ Hungariæ illustrium nobis super hoc humiliter supplicantium fauore prosequi gratioso &c. Mandamus &c. vel sic Charissimi in Chisto filij nostri Io. Allanis Regis, illustris.

Volentes itaque tibi, pro quo etiam venerabilis noster episcopus Allerien. asserens te dilectum familiarem suum commēsalem fore, nobis super hoc humiliter supplicauit, præmissorum meritorum intuitu gratiam facere specialem &c.

Nota, quod non dicit præmissorum meritorum tuorum intuitu, aut quòd vt asseritur, parrochialem ecclesiam N. N. diœcesis nunc obtinere &c. Nota, quòd non dicitur, asseris, propter terminum supplicantium.

Ad collationem &c. Episcopi Amelien. pro tempore existentis, ac dilectorum filiorū &c. Et postea quando repetitur non dicitur, nisi eidem episcopo, & non additur pro tempore existenti.

Volentes itaque dilectū filium &c. multipliciter commendatum, pro quo etiam venerabilis frater noster Ioan. Episcopus Beratomen. asserens eum dilectum familiarem suum continuum commensalē fore, nobis super hoc humiliter supplicauit, horum intuitu fauore prosequi gratioso, ipsumque in eadē ecclesia amplius honorare &c. & tunc dicitur, in nō obstan. aut si præsens non fuerit ad præstandum de obseruandis statutis & cōsuetudinibus ipsius ecclesiæ ratione dignitatis, personatus, seu officij huiusmodi solitum iuramentum, dummodo &c.

Necnon consideratione dilecti filij nostri Francisci tt. quatuor Coronatorum presbyteri Cardinalis, in spiritualibus & temporalibus ecclesiæ Burdegalen. generalis administratoris per sedem Apostolicam deputati, pro ipso vel pro se &c.

Hinc est, quòd nos dilecti filij Ioan. Cardinalis Mediolan. pro te dilecto filio &c. supplicātis, ac tuis in hac parte supplicationibus inclinati &c.

In literis gratiosis non debet fieri mētio de instātia supplicantis de Cardinalibus, Regibus, & Reginis. Ioan. xxij.

Item, de Diœcesanis, & c. Ecclesiæ, in qua beneficium existit, etiam si beneficiūad eorum collationem non pertinet. Ioan. xxij. &c.

Item, de Abbate & Conuentu, si beneficium fuerit in monasterio. Ioan. xxij.

Itē, de quocūque alio collatore, vel patr. Ioā. xxij.

Officiales Curiæ.

Volentes itaque tibi, qui de nobili genere procreatus, ac Accolytus vel Subdiacon⁹, aut Cubicularius, siue Notarius, seu Referendarius noster existis, præmissorum obsequiorū, & meritorū tuorum intuitu &c.

Vel sic, tibi, qui etiam causarum palatij Apostolici auditor existis. Vel sic, tibi qui etiam Clericus cameræ Apostolicæ existis.

Vel sic, tibi, qui etiam Cubicularius noster, Apostolicarum literarum abbreuiator, & in illarum expeditione Ioan. tit. sanctæ Rom. Ecclesiæ Vicecancellario assistis, aut pœnitentiariæ nostræ scriptor literarum, & Apostolicæ cameræ Clericus existis.

Vel sic, tibi, qui etiam Apostolicarum literarum abbreuiator existis, & illarū expeditione &c. venerabili fratri nostro Episcopo Portuec. sanctæ Romanę Ecclesiæ Vicecancellario assistis.

Qui literarum Apostolicarū registrator existis.

Vel sic, tibi qui literas nostras de mādato nostro scribis.

Vel sic, tibi qui cantor, & capellanus in capella nostra existis, præmissorum meritorum &c.

Vel sic, tibi qui Cubicularius noster, ac supplicationum per nos, seu de mandato nostro signatarum registrator existis.

Vel sic, tibi qui in palatio Apostolico seruitor existis.

Vel sic, tibi qui, vt asseris, in thesauraria nostra aliquandiu seruisti, vt præsentialiter in registro supplicatum per nos, seu de mandato nostro signatarū scribendo labores, præmissorum intuitu &c.

Vel sic qui cursor noster existis.

Vel sic, qui, vt asseris, in conclaui, in quo nuper ad summi Apostolatus apicem assumpti sumus, tēpore assumptionis huiusmodi venerabili fratri nostro P. Episcopo Tusculā. seruiuisti, præmissorū &c.

Vel sic, qui, vt asserit, pro vnione nuper Pisis in vniuersali Ecclesia celebrata scribēdo fideliter laborauit, horum intuitu &c.

Volentes itaque eūdem E, qui, vt asserit, in xxij. vel circa suæ ætatis anno, vel circiter cōstitutus existit, apud nos de vitæ ac morum honestate &c.

Sincerè &c. supplicationibus inclinati, vt liceat tibi qui etiam. V. I. D. & sacri palatij Apostolici causarum auditor existis, habere altare portatile &c.

Volentes itaque tibi, qui, vt asseris, pro parte dilecti filij Alberti electi Ratisponen. nuncius ad generale Concilium Pisis nouissimè celebratum destinatus fuisti, præmissorum &c.

Vel sic, qui, vt asseris, nuper causa veniendi ad curiam in quadam naui charissimi in Christo filij nostri Ludouici regis Hierusalem, & Sicilię illustris, in mari per quosdā hostes ipsius regis captus, & bonis tuis apud te repertis spoliatus fuisti, præmissorū &c

Vel sic te qui, vt asseris, de nobili comitum genere procreatus existis, præmissorum &c.

Vel sic, volētes &c. qui, vt asseritur, ex vtroque Parēte de nobili Baronū genere procreatus existit &c.

Volentes itaque, qui vt asserit, nullum beneficiū Ecclesiasticum obtinet, & in vniuersitate studij pacificè existit, & per trienniū N. & vltra in sacra Theologia studuit apud nos &c.

Vel sic,

Vel sic,qui,vt asserit,cum rigore examinis licentiatus in Decr.existit præmissorum &c.

Vel sic,qui,vt asserit,in artibus & medicina magister existit.

Vel sic,qui,vt asserit,Baccalaureus in artibus existit,& similis nō intitulatur Baccalaureus in artibus quia non est gradus.

Vel sic,qui,vt asseritur,Subdiaconus & Coloniæ studet.

Vel sic,qui,vt asseritur,Bononiæ in iure Canonico studet.

Nos igitur volentes te,qui,vt asseris,ex vtroque parente de militari genere procreatus,& in artibus Baccalaureus existis,ac in registro supplicationum aliquandiu scribendo fideliter laborasti.

Nos igitur &c.procreatus existit,& in iure Canonico per plures annos studuit,necnō pro vnione nuper Pisis in vniuersali Ecclesia celebrata scribendo fideliter laborauit,horum intuitu &c.

Volentes itaque tibi,qui,vt asseris,de Iudaica cæcitate,cooperante domino,ad catholicam fidē conuersus existis,in sacra Theologia studere proponis, præmissorum &c.

Volētes itaque tibi,qui presbyteres,& cum quo dudum,vt duo beneficia Ecclesiastica curata,seu aliàs incōpatibilia,etiam si parrochiales Ecclesiæ,aut dignitates,personatus,administrationes, vel officia in Metropolitanis,& cathedralib⁹ maiores post pōtificales forent,& ad eos consueuissent, qui per electionem assumi eisque cura &c.si tibi aliàs Canonicè cōferrētur, vel assumeris ad illa recipere,& quoad viueres simul retinere liberè & licitè valeres, Apostolica fuit autoritate dispensatū,pręmissorū &c.

Vel recipere,& vsque ad quinquennium insimul retinere,illaque seu eorum alterum iterum totiens, quotiens tibi placuerit,ex causa permutationis,vel aliàs dimittere, & loco dimissi vel dimissorū aliud, vel alia,simile vel dissimile,aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, Ecclesticum vel Ecclesiastica,duo tantum incompatibilia recipere, & etiam vsque ad quinquēnium huiusmodi retinere liberè & licitè valeres,Apostolica fuit autoritate dispensatum,præmissorum meritorum &c.

Nota,quòd si quis dispēsatus ad incōpatabilia huiusmodi obtineat gratiā ad curata,tūc fiat mētio in loco vt proximè suprà:si autē ad nō curata tūc narretur in fine literæ,non obstan. Vitæ &c. Volentes itaque tibi,cū quo dudū,vt asseritur,vt nō obstante defectu natalium,quem pateris de presbytero genitus & soluta,ad minores ordines promoueri,& vnū sine cura triū,ordinario primò,& deīde vt ad minores etiā sacros ordines promoueri,& vnū cū cura,& aliud sine cura beneficia Ecclesiastica obtinere posses,Apostolica fuit autoritate successiuè dispēsatū, Et pro quo venerabilis frater noster&c.supplicauit, præmissorum intuitu gratiam facere specialem &c.

Dignum &c.Volentes itaque N. diœcesis, cum quo dudum,vt asserit,super defectu natalium,quem patitur de presbytero genitus & soluta,vt eo nō obstante ad minores ordines promoueri,& vnum sine cura ordinario primò,& deinde vt ad omnes etiam sacros ordines promoueri,vt tria alia beneficia inuicem compatientia,etiam si vnum &c.

Illorū dignitas,personatus,vel officiū in Metropolitana vel Cathedrali Ecclesia foret, si tibi aliàs Canonicè conferretur recipere & retinere valeres, Apostolica fuit autoritate dispensatum apud nos de literarum scientia &c.

Vel sic, Volentes itaque tibi, cum quo dudum, vt asseris,super defectu natalium, quē pateris de soluto genitus,& de soluta,vt eo non obstante ad omnes etiam sacros ordines promoueri, & beneficium Ecclesiasticum,etiam si curam haberet animarum, obtinere posses,Apostolica fuit autoritate dispēsatū post quam quidem dispensationem clericali charactere fuisti insignitus,præmissorum &c.

Vel sic,Volentes itaque tibi,cum quo dudum,vt asseris,super defectu natalium,quē pateris de presbytero genitus & soluta,vt eo non obstante,ad omnes ordines promoueri, & beneficium Ecclesiasticū sine cura recipere, & retinere liberè & licitè valeres,ordinaria fuit autoritate dispēsatum, post quā quidem dispensationem clericali charactere fuisti insignitus,præmissorum &c.

Vel sic,Volentes &c.M.magistrū in artibus, qui vt asserit,olim in diœcesi Leodien.moram trahens ab Episcopo Leodien.qui tunc erat ordinarij sui super hoc licentia non obtenta,se aliàs tamen, vt erat ritè clericali fecit charactere insigniri, quam quidē insignitionem ratam habens & gratā,apud nos de literarum scientia &c.

Nos volētes te præmissorum meritorum tuorum fauoribus prosequi,gratiosis tuis in hac parte supplicationibus inclinati,volumus& tibi,vt asseris,altare sanctorum Symonis & Iudæ in Ecclesia sancti N. in N.Diœc.cuius fructus &c.non excedunt obtinēti,& cui nuper de beneficio Ecclesiastico cum cura & sine cura ad collationem &c.communiter vel diuisim spectante,vacante vel vacaturo per aliàs nostras literas gratiosè mandauim⁹ prouideri, autoritate Apostolica concedimus,quòd prædictæ &c.

Volentes itaque qui in Diaconatus ordine constitutus existis, præmissorum &c.

Quando creatur Canonicus in pluribus Ecclesiis.

VNum in B.& alium in C.Ecclesiis Canonicatus cum plenitudine iuris Canonici Apostolica tibi autoritate conferimus,& de illis etiam prouidemus,ac vnam in B. ac aliam præbēdas in C. Ecclesiis prædictis necnō dignitatem,personatū, administrationem, vel officium alterius earundem Ecclesiarū,& si ad illam,illā,vel illud cōsueuerit quis per electionem assumi &c.

Vnum Moruttianen.& alium D.Ecclesiarum Canonicatus &c.prouidemus,vnam verò M.& aliam D. prædictarum præbendarum , necnon dignitatem,personatum,administrationem vel officiū earundem Ecclesiarum,etiam,si ad illam , illum , vel illud consueuerit &c.assumi.

Vnum Paduan.& alium Veron.Ecclesiarum Canonicatus &c.prouidemus, vnam verò Paduan.& aliam Veron.prædictis præb.ac dignitatem,vel officium alterius earundem Ecclesiarum & cæt.

Vnum beatæ Mariæ ad gradus Maguntin.& aliū sancti

sancti Petri Versidien. N. Diœces. in qua maiores & minores prebendæ fore noscuntur Ecclesiarum Canonicatus &c. prouidemus, ac omnem in beatæ Mariæ, & aliam ex huiusmodi maioribus præbend. in sancti P. Ecclesiis prædictis præbend. necnon dignitatem, personatum, vel officium alterius earundem Ecclesiarum &c.

Vnum Ispalen. & alium Salaman. Canonicatus &c. prouidemus, ac vnam in Ispalen & aliã Salamã. præben. prædictis, necnon dignitates, personatus, administrationes, vel officia alterius earundẽ Ecclesiarum, etiã si ad illas, vel illa &c. animarũ, dũmodo aliqua dignitatum huiusmodi maior post pontificalem non existat &c. plurium cedentiũ vel decedentium, seu illam quomodolibet dimittẽtis vel dimittentium, cuiuslibet ipsarum Ecclesiarum Canonici aut Canonicorum in eisdem Ecclesiis, ac specialem quorum quidem præstimoniorum, & pręstimonialium portionum & beneficiorum &c.

Vnum in Lubicen, & alium in B. in quibusquidẽ, videlicet, Lubicen. maiores, mediæ, minores, distinctæ Chorales, Psalmales, Capitulares, non Capitulares, Incorparatę & Christianę in B. Ecclesiis etiam maiores distinctæ, & minores præben. fore noscuntur Canonicatus &c. prouidemus, ac vnam Lubicẽ, & aliã B. Ecclesiarũ earundẽ etiã ex huiusmodi maioribus præb. & si quæ vacent ad præsens &c.

Vnum in Pisan. & vnum in Florentin. ac vnum in Pistorẽ. & vnum in Lucan. necnon vnũ in Vulteran. maioribus Ecclesiis Canonicatus &c. prouidemus. Necnon vnam in Pisan. & aliam in Florentin. & vnam in Pistoren. & aliam in Lucan. necnon aliam in Vulteran. Ecclesiis prædictis præb. necnon dignitatẽ, vel personatum, aut officiũ in vna ipsarũ.

Quando mandatur creari Canonicus in pluribus Ecclesiis.

DE vno B. & alio D. Ecclesiarum Canonicaticatibus cũ plenitudine iuris Canonici autoritate nostra prouideas, faciẽs ipsum, vel procuratorẽ suũ eius nomine in eisdem Ecclesiis eadem autoritate & cætera, assignatis, vnã verò B. & aliã A. prædictarum præbendarum necnon dignitatem, personatum & administrationem perpetuam, vel officiũ alterius earundem Ecclesiarum, etiam si ad dignitatem, personatũ, & administrationem vel officium consueuerit quis per electionem assumi, eique cura immineat personarũ, dũmodo dignitas ipsa altera prædictarũ Ecclesiarũ maior post pontificalẽ non existat, siquæ, siqui, vel siqua, vacant ad præsens &c.

De vno maioris, & alio sancti I. maioris Pictanẽ. Romanæ Ecclesiæ immediate subiectæ Ecclesiarũ &c. assignatis, vnam verò maioris, & aliam sancti I. maioris Ecclesiarum prædictarum præben. necnon dignitatem, personatum, perpetuam administrationem, vel officium alterius earundem Ecclesiarum, etiam si ad illam, illum, vel illud cõsueuerit quis per electionem assumi &c.

Oneramus & cæter. eique postquàm ipse clericali charactere fuerit insignitus, de vno in L. & alio Canonicatibus in B. Ecclesiis, cum plenitudine &c. assignatis, ac vnam in L. & aliam in B. Ecclesiis prędictis præb. si quæ vacent ad præsens.

De vno Abulen. & alio Sapren. Ecclesiarum Canonicatibus &c. assignatis, vnam verò Abulen. & aliam Segobien. earundem Ecclesiarum præb. non præstimoniales portiones & simplicia in Ecclesiis prædictis, aliarũque Ciuitat. & Diœces. vnius duorum aut plurium cedentis aut decedentis, seu cedentium vel decedentium, aut illa aliàs quomodolibet dimittẽtis, vel dimittentium ipsarum Ecclesiarum, vel alterius earum Canonici, vel Canonicorũ, quorum quidem præstimoniorum, portionum, & beneficiorum fructus &c.

Quando creatur Canonicus in vna Ecclesia.

CAnonicatum Ecclesiæ Lubicen. in qua maiores, mediæ, distinctæ minores, nonnullæ aliæ præb. fore noscũtur, cũ plenitudine iuris Canonici Apostolica tibi autoritate conferimus, & de illo etiam prouidemus, ac vnam etiã in huiusmodi maioribus præbendis, necnon dignitatem, personatũ vel officium ipsius ecclesiæ &c.

Canonicatum ecclesiæ Cabilon. in qua licet sit certus canonicorum numerus, præbendarum, tamẽ distinctio non habetur &c. prouidemus, præbendã verò, ac perpetuam administrationem, vel officium ipsius ecclesiæ &c.

Canonicatum &c. prouidemus, præbendam verò, necnon obligia vnius cedent. vel decedẽtis, vel illa aliàs quomodolibet dimittentis ipsius ecclesiæ canonicę, quorum quidem obligiorum fructus &c.

Quãdo mãdatur creari Canonicus in vna ecclesia.

DE Canonicatu &c. assignatis, præbẽdam verò eiusdem Ecclesiæ, si qua vacet &c.

Quando creatur Canonicus in vna Ecclesia, & datur ad illud beneficium.

CAnonicatum ecclesiæ Claromonten. &c. prouidemus, præbend. verò ac dignitatem, personatũ, administrationẽ, vel officiũ eiusdem ecclesiæ, necnõ beneficiũ ecclesiasticũ &c. etiã si canonicat⁹, præbẽda, dignitas, personatus, administratio, vel officium in cathedrali vel collegiata ecclesia existat.

Canonicatum ecclesiæ sanctæ N. diœcesis. N. ꝓuidem⁹ præb. vero eiusdẽ ecclesiæ, necnõ beneficiũ ecclesiasticum cũ cura, & sine cura, etiam si administratio, vel officium in cathedrali, seu canonicatus, & præbenda in collegiata ecclesia existat.

Canonicatũ secularis ecclesiæ sanctorũ Cosmæ & Damiani, Assuden. Colonien. diœces. in qua præter dilectas in Christo filias Abbatissas, & canonissas nonnulli canonici canonicatus, & præb. obtinentes & capitulum facientes fore noscuntur, cum plenitudine iuris canonici &c. prouidemus, præbẽdam verò eiusdem ecclesiæ, necnon beneficium &c.

Quando mandatur creari Canonicus in vna ecclesia, & datur ad aliud beneficium.

MAndamus, quatenus si per diligentem examinationem eundem N. ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, decanatum Ecclesię Remen. cum plenitudine iuris canonici autoritate nostra prouideas, faciens ipsum N. vel procuratorem suum eius nomine, in dicta ecclesia N. in canonicum recipi, & in fratrem, stallo

stallo sibi in choro, & loco in capitulo eiusdem ecclesiæ cum dicti iuris plenitudine assignato, præbendam verò, & perpetuam administrationem, vel officium ipsius ecclesiæ, necnon beneficium ecclesiasticum sine cura, etiam si canonicatus, & præbenda, administratio vel officium in collegiata ecclesia existat, cuiusquidem beneficij &c.

De canonicatu &c. assignatis, præbendam verò & officium ipsius ecclesiæ, necnon beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus, & præbenda, vel officium in collegiata ecclesia existat, & ad officia huiusmodi consueuerint, qui per electionem assumi, eorúmque alteri cura immineat animarũ cuiusquidẽ beneficij fructus &c.

De canonicatu &c. assignatis, præbendam verò, & dignitatem, personatum, perpetuam administrationem, vel officium eiusdem ecclesiæ, necnon beneficium &c. etiam si canonicatus, & præb. aut dignitas, personatus, administratio, vel officium, aut integra, vel dimidia seu commensalis portio in cathedrali, vel collegiata ecclesia, aut decanatus, vel archipresbyteratus ruralis, quæ dignitas, extra tamen cathedralẽ ecclesiam reputetur, existat, & ad dignit. &c. assumi eisq́ue cura imineat animarũ, dũmodo aliqua dignitatum huiusmodi in Handren. & alia in N. cathedrali maior post põtificalẽ, seu collegiata ecclesia huiusmodi principalis non fuerit. cuiusquidẽ beneficij fructus &c.

De canonicatu &c. assignatis præben. verò ac dignitatem, personatum, perpetuã administrationem vel officium dictæ ecclesiæ, necnon beneficium &c. etiam si canonicatus, & præb. personatus, administratio, vel officium metropolitanæ, vel collegiatæ ecclesiæ fuerit &c.

Prouinciæ in quibus decima reducta est, sunt sex, & vnus Episcopatus.

Archiepiscopatus Lugdunensis. Rothomagẽsis.
Remensis. Turonensis.
Senonensis Bituricens.
Episcopatus Claromontensis.

Nota circa Collationes.

Ad collationem, prouisionem, præsentationẽ, electionem, seu quamuis aliam dispositionẽ, Venerabilis fratris nostri episcopi Eboracen. ratione perpetuæ capellaniæ, quàm in ecclesia sancti N. dictæ suæ mensæ episcopali canonicè vnitæ pertinen. &c.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi Caren. & dilecti filij abbatis monasterij sancti Andreæ iuxta Lugdunum ordinis sancti Benedicti vicissim pertin. collationem &c.

Ad collationem &c. venerabilis fratris nostri episcopi, & dilectorum filiorum capituli Firmã. &c.

Ad collationem &c. Venerabilis fratris nostri episcopi Amelen. & dilectorum filiorum priorum, & capituli, singularumq́ue personarum ecclesiæ Amelen. ordinis sancti B. communiter vel diuisim pertinen. &c.

Ad collationem &c. dilectorum filiorum prioris & portionariorum secularis ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ Vlixbonen. communiter pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum præpositi, & capituli sanctorũ Cosmæ, & Damiani ecclesiarum de N. inuicem canonicè vnit. N. diœcesis communiter, vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum Sacristæ, & capituli secularis ecclesiæ sancti Vincentij N. diœcesis communiter pertinent.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum Sacristæ, Decani, & seniorum de capitulo ecclesiæ N. cõmuniter, vel diuisim pertinen. Et tũc dicitur ibi, seu si eidem Decano, & seniori de capitulo &c.

Ad collationem &c. pertinen. dilectorum filiorũ clericorum perpetuorum beneficiorum, hebdomadariorum nuncapatorum ecclesiæ N.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorũ capituli sancti. N. episcopalis Ceble dictæ tuæ diœcesis communiter pertinent.

Ad collationẽ &c. Dilectorũ filiorũ quinque presbyterorũ perpetuorũ beneficiatorũ maioris altaris ecclesiæ N. communiter pertinent. & successorũ, & eisdem beneficiis dicti altaris, & tũc in duabus partibus circa finem ponuntur hæc verba, Et successoribus: videlicet in vobis, Et si eisdem quinque presbiteris, & successoribus suis &c. Vel sic, Venerabilis fratris nostri episcopi N. & dilectorum filiorum Decani, & capituli, singulorumque canonicorũ, & personarũ N. necnon hospitalarij, seu præbẽdarij quinque vicariorum, & Sacerdotum maioris altaris N. communiter, vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilecti filij Ioannis Sacristę ecclesiæ N. ratione sacristæ, & quorundam perpetuorum beneficiorum quartorum vulgariter nuncupatorum, quæ in diœces. N. obtinet & successorũ eius in eisdem sacrista, & beneficiis pertinent.

Ad collationem &c. Dilecti filij N. de N. canonici N. ratione capellanarum, quas idem N. in ciuitate N. obtinet, & successorum suorum canonicorũ dictæ ecclesiæ capellanis tẽpore obtinẽ. pertin. &c.

Ad collationem &c. Dilecti filij præpositi secularis ecclesiæ B. Mariæ de N. pertinen.

Vel sic, Rectoris plebani nuncupati parrochialis ecclesiæ N. diœces. pertinent.

Ad collationem &c. Dilecti filij rectoris ecclesiarum de N. & A. adinuicem canonicè vnitam pertin.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum duorum rectorum parrochialis ecclesię N. per duos solitæ gubernari rectores, quorũ vnus duas & quilibet eorum quartã ipsius ecclesiæ partes obtinẽt. Ad collationem &c. Dilecti filij rectoris quartæ partis ecclesia N. per tres solitæ gubernari rectores, quorum vnus &c.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum perpetui vicarij, & portionariorum parrochialis ecclesiæ sancti N. diœcesis, dictæ tuæ diœcesis communiter vel diuisim pertinen.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi D. & Dilecti filij abbatis monasterij sancti N. ordinis N. vicissim pertinen. collationem &c. Ad collationen &c. Dilectorum filliorum capituli ecclesiæ N. ordinis N. communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorũ filiorũ abbatis, & conuẽtus monasterij sancti N. diœcesis Romanæ ecclesiæ

ecclesiæ immediatè subiecti ordinis sancti Benedict.&c.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum abbatis,& conuentus monasterij N.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi N.& dilectorum filiorum sancti N.necnon dictæ diæce.monasteriorum abbatum,& côuẽtuum collationẽ &c.

Ad dilectorum filiorum abbatis de N.& dilectarum in Christo filiarum priorissæ & conuentus de N.per abbatem de N.qui est protempore,& priorissam soliti gubernari monasteriorum ordinis sancti N.diœcesis collationem &c.

Ad collationem &c. abbatis & connentus monasterij sancti D.ordinis sancti B.&c.

Ad collationem &c.Dilecti filij præpositi, & dilectarum in Christo filiarum abbatissæ & côuentus Monasterij de N.per præpositum & abbatissam soliti gubernari Cistertiẽs.ordinis N.diœces.cômuniter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.Dilecti filij maioris prioris ecclesiæ N.vel monasterij de N.ordinis diœc. prædicti,in qua,vel in quo duo priores, quorum vnus maior, alter verò minor prior ipsius ecclesiæ vel monasterij nuncupati existunt,pertinen.

Ad collationem,vel præsentationem dilecti filij magistri domus militiæ de N.Cistertien.ordinis N. diœcesi.Ad commendationem dilectorum filiorũ commendatorum,& fratrum domus hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitan.in sua diœc.communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem dilectorum filiorum magistri, & fratrum domus hospitalis sancti N. Crucifixorũ ordinis S. Augustini, communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.dilectorum filiorum Sacristæ secundi, & portionariorum ecclesiæ N. ordinis N. communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.Dilectorum filiorum prioris,& fratrum domus sancti sepulchri dominici Ierosolymitani ordinis sancti Augustini communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.Dilectarum in Christo filiarum abbatissæ secularis ecclesię S.N.N.Diœces.cômuniter vel diuisim pertinen.

Ad collationem dilectorum filiorum magistri,& fratrum domus hospitalis beatæ Mariæ Theutonicorum Ierosolymitan.N.diœcesis communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem dilectarum in Christo filiarum priorissæ,& conuentus monasterij sanctę Mariæ N. per priorissam soliti gubernari ordinis N.sub cura, & secundum instituta ordinis fratrum pædicatorũ viuentium communiter,vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.abbatissæ & conuentus monasterij sanctæ N.diœcesis eiusdem sanctæ communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.Dilecti filij præpositi, & dilectarum in Christo filiarum abbatissæ, & conuentus monasterij N.Cistertiẽ.ordinis N. diœcesis per præpositum,& abbatissam soliti gubernari communiter,vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c.Dilectarum in Christo filiarum magistræ,sororum,ac dilectorum filiorũ magistri domus leprosariæ N.diœc.

Ad dilectorum filiorum Præpositorum, Decanorum,cãtorum,custodum,capitulorum, singulorumque canonicorum, & personarum sanctorum N.& felicis N.diœc. collationem ecclesiarum &c. Ad dilectorum filiorum vniuersorum presbyterorum,clericorum,& laicorum fratrum maiorum calendarum nuncupatorum, certis anni temporibus in parrochiali ecclesia beatæ N. maioris oppidi N. diœcesis commorantium,& ecclesiastica beneficia insimul conferentium collationem &c.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi Elnen.etiã ratione maioris capellaniæ ecclesiæ N.mensæ episcopali Elenen.& dilectorum filiorum Albien.capitulorum,necnon Archid.Sacristæ & præceptorum. Albien.hebdomadariorum sancti N. singulorumque canonicorum, & personarum earundem Ecclesiarum collationem &c.

Ad collationem &c.Dilectorum filiorum decani,& vniuersorum presbyterorum clericorum, & personarũ calẽdarum nuncupatorũ in parrochiali ecclesia N. diœcesis certis anni temporibus viuentium communiter,vel diuisim pertinen.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi Geben. Ac dilectorum filiorum capituli Geben.S.Iacobi prioratus nuncupati N.diœc.ecclesiarum,necnõ rectorum, priorum,nuncup.& portionariorum ecclesiæ parrochialis N.in qua quidem parrochiali ecclesia nonnulli clerici,nonnulli perpetui beneficiati portionarij nuncupati,fore noscuntur collationem &c.

De expectatiuis pro regularibus.

Volentes in artibus &c.præmissorum meritorum tuorum intuitu,gratiam facere specialẽ, beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura per monachos monasterij N.ordinis N.diœcesis in cuius monachus,vt asseris,ordinem ipsum expresse professus existis,gubernari consuetum. Cuius fructus &c.

Volentes itaque præmissorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem beneficium ecclesiasticum cum cura,vel sine cura per monachos monasterij N. ordinis N.Diœcesis gubernari consuetum cuius fructus &c.& in medio literæ,videlicet, post districtius inhiben.& ante. non obstan. dicetur sic. Decernen.te quamprimum vigore præsentium huiusmodi beneficium fueris pacificè assecutus, dum Monasterio in hospitali dicti ordinis N.Diœces.cuius Monachus,& vt asseris,ordinem ipsum expressè professus existis,ad dictum Monasterium N.trãsferendi &c.

Cùm fructus,redditus,& prouen. si beneficium ipsum in partibus, quibus antiqua taxatio decimæ ad medietatem eiusdem taxationis est reducta, & cum cura 60.& sine cura 30.Si verò in aliis partibus & cum cura 60.& sine cura fuerit 40.lib. Turon.secundum taxationem. huiusmodi decimæ val. ann. non exceden.

Vel sic, Ad duo beneficia,cuius,seu quorum fructus,redditus,& prouen.si illud,vel illa in partibus, in quibus antiqua taxatio ad decimæ ad medietatẽ

eiusdem

eiuſdem taxationis eſt reducta, & ipſum vnum, vel ipſorum duorum alterum, cum cura 60. & ſine cura 40. lib. Turon. part. ſecundum taxationem huiuſmodi decimæ valorem &c.

De non obſtantibus generalibus.

NOn obſtan. quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus eccleſiæ, in qua huiuſmodi beneficium forſan fuerit, illis præſertim quibus caueri dicitur, quòd nullus in dicta eccleſia N. præbendam aſſequi valeat, niſi de minori præbenda ad maiorẽ gradàtim, & per opinionem aſcendat contrariis iuramento confirmatione Apoſtolica &c. cum clauſula, etiam ſi Canonicatus & præbenda.

Vel ſic, quòd antiquiores Canonici gradatim meliores, ſi voluerint, poſſint, cum vacant, per ſe vel per alios optare præbendas &c.

Vel ſic, niſi de minori ad mediam, & de media præb. ad maiorem gradatim, & optionem aſcendant contrariis &c.

Vel ſic, non obſtant. quibuſcunque ſtatutis, & cõſuetudinibus ipſius eccleſiæ, illis præſertim quibus caueri dicitur, quòd nullus præfatam præbendam aſſequi valeat, niſi de inferiori præbenda ad prædictam præbendam graduatim, & per optionem aſcendat contrariis &c.

Non obſtan. quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ, ſeu eccleſiarum, in qua ſeu quibus beneficium, ſeu beneficia huiuſmodi forſan fuerint, illis præſertim in quibus forſan in aliqua huiuſmodi cauetur, quòd nullus inibi dignitatem, vel perſonatum, ſeu beneficium obtinere valeat, niſi Canonicus actu præbendatus, & capitularis, ac emancipatus eiuſdem, ſeu maioris herbipolen. eccleſiarum exiſtat, contrariis &c.

Non obſtan. quibuſcunque ſtatutis, & cõſuetudinibus dictę eccleſiæ, illis præſertim in quibus caueri dicitur, quòd ipſam prębendam pro tempore obtinens, infra annum à tempore aſſecutionis eiuſdẽ computandum, ad presbyteratus ordinem ſe promoueri facere teneatur. Alioquin ipſis canonicatu, & prębenda eo ipſo priuatus exiſtat, quódque nulli fructus, redditus, & prouentus miniſtrari debeant, niſi in ſacerdotio huiuſmodi fuerit conſtitutus.

Vel ſic, illis præſertim quibus caueri dicitur, quòd nullus Canonicatum, & præbendam eccleſiæ S. Germani prædictæ obtinens illas, niſi de licentia Decani pro tempore exiſtentis, & dilectorum filiorum capituli eiuſdem eccleſiæ permutare valeat contrariis &c.

Non obſtant. tam. fe. re. Boni. Papæ 8. & bon. me. N. prædeceſſoris noſtri, quàm aliis quibuſcunq; cõſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ ſancti G. iuramẽto &c.

Vel ſic, quando tolluntur regulæ Cancellariæ, videlicet conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, atque noſtris, necnon ſtatutis &c.

Non obſtan. ſtatuto Vrbani, ex quo cauetur ne quis duos Canonicatus & præb. ſimul infra muros N. obtinere valeat. Non obſtant. fe. re. Bonifa. Papæ 8. prædeceſſoris noſtri & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & quibuſcunque aliis, præſertim quibus dudum, volumus, quòd in quibuſcunque beneficialibus impetratio. à nobis exiſtat inantea obtinendum, non obſtant. beneficiali impetration. &c. exprimentur, & quemcunque ſuper huiuſmodi impetran. ſine expreſſione dictarum non obſtant. prætextu impetrando conceſsionem, quòd non obſtã. huiuſmodi non expreſsè haberentur expediendæ literæ nullius forent roboris vel momenti, cùm illa aliàs in ſuo robore permanſura, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus &c. Non obſtã. quòd ipſa præpoſitura ſancti P. per fe. re. C. Papam II. prædeceſſorẽ noſtrũ ea de cauſa, vt dicitur, ſuppreſſa fuerit, vt de fructibus, redditibus, & prouen. ipſius præpoſituræ tres Canonicatus, & præben. ac vicarias in dicta eccleſia S. N. de nouo crearentur, quæ quidem ſuppreſsio nondum ſortita eſſe ſuum imò de ipſa præpoſitura pluribus, & ſpecialiter dicto clerico per fe. re. G. Papam 6. prædeceſſorẽ noſtrum poſt dictam ſuppreſsionem dum vacauerit ipſa ſuppreſsione non obſtant. fuerit cõpromiſſum, necnon quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ ſancti N. contrariis &c.

Non obſtan. quòd idem G. vt aſſerit, cauſam quã ſuper dicta præpoſitura contra quendam aduerſarium ſuum mouere intendebat, coram clerico auditori cauſarum, dicti palatij per nos committi obtinuit. Cuius ſtatutum etiam habere volumus pro expreſſo & per me Boni. Papam 8. prædeceſſorem noſtrum, quàm aliis quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis dictæ eccleſię, contrariis iuramento &c. aut ſi aliqui &c.

Non obſtan. quòd prædictæ, vel alicuius regularis ordinis profeſſor non exiſtit, & quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, Monaſterij & ordinis prædictorum, iuramento &c. contrariis &c.

Non obſtan. ſi dictus G. eidem hoſpitali tanto tẽpore non ſeruierit, quanto ante adeptionem beneficij ſecundum ſtabilimenta, ſeu ſtatuta, & conſuetudines dicti hoſpitalis ſeruire forſan teneretur, vel fuiſſet aſſecutus, etiam ſi non ſit in ætate legitima, ſeu requiſita, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis prædictis, ſtabilimentis, ſeu ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis etiam iuramento &c. Seu ſi magiſtro pro tempore exiſtenti, & dilectis filiis fratribus dicti hoſpitalis, quod ad præſens magiſtro caret, vel quibuſuis aliis. Et nota, quòd quando mandatur prouideri de præceptoria alicuius domus in non obſtan. generalibus, videlicet, nõ obſtã. fe. re. Bo. &c. Apoſtolicis additur. necnon domus, & ordinis prædictorum etiam iuramento &c. quibuſcunque, aut ſi pro aliis in dicto hoſpitali Apoſtolica forſan ſint ſcripta directa, ſeu ſi aliqui &c.

Non obſtan. quòd dictus Lucas tibias, & pedes tortos habet, ita quòd vnci pedum extortorum ſibi inuicem correſpondeant, & quibuſcunque caueri dicitur, quòd nullus nõ liber membrorum in eiuſdem Monaſterij Monachum recipi poſsit, contrariis, iuramento &c.

Seu ſi venerabili fratri noſtro epiſcopo N. dilectis filiis Abbati Monaſterij eiuſdẽ, ac prioratus ipſe cõuentualis exiſtat cõuentibus, vel quibuſuis aliis &c.

Legato, & conditione huiusmodi, & aliis constitutionibus, & legibus Imperialibus, & consuetudinibus non obstant. quibuscunque dat, &c. Quódque præfatus P. literarum prædictarum vigore nonnulla beneficia ecclesiastica, tunc certis modis vacatura, cum protestationibus in talibus fieri solitis, infra tempus legitimum acceptauit, sibique de eisdem prouideri obtinuit. Aut quòd vt asseris, idioma, quod gens illarum partium communiter loquitur, non bene intelligitis, nec scis intelligibiliter loqui. Nos enim tecum, vt ecclesiam prædictam &c. dispensamus, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostol. necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obstan. autoritate Apostol. concedimus per præsentes, prouiso &c.

Aut si præsens non fueris ad præstandum de obseruandis statutis, & consuetudinibus eiusdē ecclesiæ ratione dignitatis, personatus, vel officij huiusmodi solitum iuramentum, dummodo &c. Seu, si hodie pro alio, vel aliis super æquali, vel æqualibus, gratia, seu gratiis in dicta ecclesia S. Io. literas duxerimus concedendas. Nos enim tam illas, quàm pręsentes effectum sortiri volumus, quacunque cōstitutione Apostolica contraria non obstante. Nulli ergo &c. Seu si hodie pro alio, vel aliis super æquali, vel æqualibus, gratia, seu gratiis in dicta ecclesia sancti Io. necnon de simili beneficio ad Collationē pro præsen. seu quamuis aliam dispositionem episcopi, Præpositi, Decani, Capituli, Canonicorum, & personarum prædictarum, communiter, vel diuisim pertinen. literas nostras &c. Seu, si hodie pro alio, vel aliis, super æquali, vel ęqualibus, gratia, seu gratiis in dict. Aquilegien. & beatæ Mariæ ecclesiis, necnon prioratibus, seu plebaniis huiusmodi literas duxerimus concedendas &c.

Constitutionibus Apostolicis, necnon indultis, prouisionibus, & literis derogatoriis, Nicolao, & Bertoldo præfati super dictis Canonicatu, & præb. ac specifica, seu quauis forma, vel expressione verborum concessis, & aliis contrariis nonobstan. quibuscunque.

De non obstantibus beneficialibus.

SEu quòd beneficium ecclesiasticū cum cura vel sine cura ad collationem, vel præsentationē dilectorum filiorum Præpositi, Decani, & capituli ecclesiæ sancti Petri Maguntin. communiter pertinē. autoritate literarum nostrarum in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiādis dudum scripsimus, te asseris expectare, quas quidē literas, & processus habitos per easdē, & quæcunque inde secuta ex nūc cassamus, & irritamus, nulliusq; esse volumus roboris, vel momenti. Nulli ergo &c.

Et prędicto modo dicitur, quando impetrat aliā gratiam expectatiuam. Si verò impetraret beneficium vacans, tunc ponitur clausula, quòd literę sint cassæ, postquam fuerit assecutus beneficiū &c. Vel sic, aut quod idem N. beneficiū ecclesiasticum cum cura, vel sine cura ad collationem, vel pręsentationē dilectorum filiorum Abbatis, & conuentus Monasterij sancti N. Diœcesis ordinis sancti Benedicti.

Et nota, quòd licet impetrans non fecerit mentionem de beneficio, quod sibi ignoranti per ordinarium collatum erat propterea impetratio non est surreptitia, vt in c. gratia. de rescript. in 6.

Seu, quòd nos dudum tibi de vno, vel duobus, aut tribus beneficio, seu beneficiis, ecclesiastico, seu ecclesiasticis, etiam si ipsum vnum, vel ipsorū duorum seu trium aliquod curatum, aut dignitas, vel personatus, seu officium cum cura, vel sine cura in Cathedrali, vel collegiata, & dignitas ipsa in Collegiata ecclesia huiusmodi principalis foret, & ad eandem quis per electionem assumeretur. Ad venerabilium fratrum nostrorum &c. Collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem communiter, vel diuisim spectan. seu spectan. vacan. vel vacaturum per alias nostras literas gratiosè mandauimus prouideri. Volumus autem, quòd quamprimum vigore præsentium dictam ecclesiam sis pacificè assecutus, prædictæ literæ, quas tibi de huiusmodi beneficio, seu beneficiis prouideri mandamus vt præfertur, & processus habiti per easdem, & quæcunque inde secuta quo ad dignitatem, vel personatum, seu curatum beneficium, aut officium duntaxat sint cassa, & irrita nulliúsque roboris, vel momenti.

Seu, quod nos nuper tibi per alias literas de Canonicatu sub expectatione Præbendæ ecclesiæ Patauiē. prouidimus, & de beneficio &c. gratiosè mādamus prouideri, & tecum vt huiusmodi beneficiū cum cura, vel sine cura, si earundem literarum vigore conferretur recipere, & vnà cum dicta parrochiali ecclesia quoad viueres retinere valeres duximus dispensandum. Nos enim tecum &c. vt habetur infrà in dispensatione ad incompatibilia.

Vel sic, aut quod nos eidem Io. vt asserit, de Canonicatu sub expectatione præbendæ ecclesiæ S. Io. in Haugu. extra muros Herbipol. gratiosè concessimus prouideri &c.

Vel sic, de Canonicatu sub expectatione præbēdæ & supplementi ecclesiæ S. Ioan. in Haug. extra muros Herbipolen. ac beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem venerabilis fratris nostri episcopi P.

Ad idem etiamsi dignitas, personatus, vel officium pertinen. vacan. vel vacaturo gratiosè concessimus prouideri.

Ad idem etiamsi dignitas, personatus, vel officium, etiam electi fuerit &c.

Aut, quòd nos dudum sibi de expectatione maioris præbendæ ecclesiæ S. Ioannis in qua maiores & minores præbendæ existunt, per aliàs nostras literas gratiosè mandauimus prouideri &c.

Seu, quòd nos dudum eidem P. de vno in N. & alio in N. Eccles. Canonicatibus sub expectatione præbendarum, ac beneficio Ecclesiastico &c.

Seu, quòd, vt asseris, dudum de Canonicatu sub expectatione præben. ac obligiorū Ecclesiæ maiorum Bambergen. quorum quidem obligiorum fructus, redditus, & prouentus quinquaginta marchas argen. se. co. est. va. an. non exce. ac dignitatis, personatus vel officij in eadē Maiori, vel sancti Stephani

Bamber

Bambergen. aut sancti Iacobi extra muros Bambergensis Ecclesiis gratiosè concessimus prouideri, cum Clausula impartita volumus propter litem quam habet &c.

Vel sic, aut quòd idem N. beneficium Ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, ad collationem, vel prouisionem dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Monasterij sancti Vincentij ordinis sancti Benedicti Simen. Diœce. communiter, vel diuisim autoritate, & literarum nostrarum in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis dudum scripsimus, ibi concessarum se asserit expectare. Quasquidem literas, & processus habitos per easdem, & quæcunque inde secuta, ex nunc cassamus, & irritamus, ac nullius esse roboris, vel momenti &c. Nos insuper &c.

Seu, ꝙ dudum, vt asserit, de beneficio cum cura, vel sine cura ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Maguntin. ac dilectorum filij Præpositi, Decani, & Capituli, singulorumque Canonicorum, & personarum Ecclesiæ Magun. communiter, vel diuisim pertinent. vacant. vel vacaturum gratiosè concessimus prouideri, vel per alias nostras gratiosè mandamus prouideri.

Quodque dudum eidem M. aut aliud beneficiũ Ecclesiasticum curatum, aut aliàs cum dicta Ecclesia in N. incompatibilia etiamsi dignitas, vel personatus, seu officium cum cura, vel sine cura in Cathedrali, vel collegiata ecclesia, ac dignitas ipsa in cathedrali maior post pontificalem, aut in collegiata huiusmodi principalis foret ad dignitatem huiusmodi, quis per electionem assumeretur recipere, & vnà cum dicta ecclesia in N. Diœces. quò adueniret retinere liberè, & licitè valeret, fuit autoritate prædicta dispensatum. Nos enim &c.

Vel sic, obtinere, & nos dum sibi de beneficio ecclesiastico & vacan. vel vacaturo, etiamsi Canonicatus & Præb. eiusdem ecclesiæ foret per alias nostras literas gratiosè mandamus prouideri.

Vel sic, aut quòd nos dudum tibi, vt asseris, de vno ex prioratibus, seu plebanatibus secularium, & collegiatarum ecclesiarum ciuitatis, vel Diœce. Floren. vacan. vel vacaturum per alias nostras literas gratiosè mandauimus prouideri.

Seu quòd nos nuper eidem Io. vt asserit, de vna in S. Andreæ, & de alia in S. Iuliani Vlixbon. ecclesiis perpetuis portionibus &c. vacan. vel vacaturũ gratiosè concesimus prouideri. Et nos hodie tibi Canonicatum sub expectatione præbendæ, ac officij ecclesię beatæ Marię Traiecten. per alias nostras literas gratiosè duximus prouidendum, quas quidem literas, & processus habitos per easdem, & quæcũque inde secuta, in suo volumus robore permanere, quacunque constitutione seu ordinatione Apostolica contraria, non obstan.

Aut, quòd dictus Nicolaus, vt asseritur, parrochialem ecclesiam de N. Diœcesis, cuius fructus, redditus, & prouentus illam pro tempore obtinenti, & in ea non residenti vltra 40. lib. Turon. similium non valere annuatim noscitur, obtinere volumus &c.

Aut quòd, vt asseris, dudum in Canonicũ Asten. Ecclesiæ autoritate ordinaria fuisti receptus. Aut quòd idem Nicolaus, vt asseritur, parrochialẽ ecclesiam prædictam & perpetuam Vicariam sine cura ad sanctæ Luciæ in dicta ecclesia, ac perpetuum beneficium sine cura præmissaria nuncupatum, ad Beatæ Mariæ virginis in parrochiali de N. dictæ Diœces. ecclesiis altaria sita, & quorum omnium fructus &c. sex marc. arg. se. æsti. va. an. non exced. noscitur, obtinere volumus &c.

Et dudũ Canonicatum, & Præb. ecclesiæ S. Bartholomæi Andegauen. vigore quarundam literarũ Apostolicarum, prout ex ipsarum forma poteris, infra tempus debitum acceptasti, & tibi de eisdem obtinuisti prouideri, cum clausula volumus &c.

Et tibi de Thesauraria ecclesiæ sancti N. Maguntin. quæ simplex officium existit, certo modo vacan. Apostolica fuit autoritate prouisum &c.

Vel sic, aut quòd dudum eidem Alphonso, vt asserit, de parrochiali ecclesia S. Eulaliæ de N. prædictæ Diœcesis, cuius fructus &c. non exced. tũc certo modo vacan. & cuius possessionem nondum habet, Apostolica fuit autoritate prouisum, cum clausula volumus &c. Ad idem concessimus prouideri.

Aut quòd nos dudum eidem Alphonso, vt asserit, de Archidiaconatu plebis sancti Blasij N. Diœcesis, cuius 300. at de parrochiali ecclesia sanct. N. Diœcesis, quæ tunc certo modo vacare sperabantur, quorum omnium fructus &c. non exced. gratiosè concessimus prouideri, cum clausula volumus &c.

Seu, quòd nos dudum eidem Io. vt asseritur, de præpositura ecclesiæ Melden. quæ dignitas curata, & principalis in eadem ecclesia existit, & ad quam quis consueuit per electionem assumi, cuiúsque fructus &c. non excedunt certo modo vacan. cuius possessionem non habet, per literas nostras gratiosè mandauimus prouideri &c.

Aut quòd, vt etiam asseris, in singulis beatæ Mariæ de N. & in sancti N. N. Diœcesis, & in sanctæ N. & in sancti P. necnon in sanctæ A. de N. parrochialibus ecclesiis N. Diœcesis singula perpetua beneficia, quorum omnium fructus &c. obtinere, nosque dudum tibi de vno &c. Contradictores &c. non obstan. quòd idem C. vt asserit, causam supradictam super prædicta præpositura, contra quendam suum aduersarium mouere intendebat, coram certo auditore causarum dicti palatij per nos committi, cuius statum etiam habere volumus pro expresso, etiam piè me. &c.

Vel sic, aut quòd super altari sine cura S. Gulielmi virginis sito in ecclesia sanctorum P. & M. Argen. contra quendam suum aduersarium causam mouere intendis, & in Palatio Apostolico committi citationem ad partes decerni obtinuisti, ac dudum &c.

Aut, idem M. vt asserit, super Parrochiali ecclesia sancti N. dictæ Diœcesis, cuius fructus &c. in palatio Apostolico noscitur litigare, cum clausula volumus &c.

Vel sic, super Parrochiali ecclesia de Malamorte dictæ Diœces. in Rom. cur. nosceris litigare, aut si hodie pro alio &c.

Aut quòd, vt asseris, Canonicatum, & Præb. ac thesaurariam ecclesiæ S. Godegrandi N. Diœcesis, de quibus tunc certo modo vacan. prouideri mandan. & per quorum Canonicat. & pręb. & thesaurariæ, quæ simplex officium est assecutionem dictos Canonicatum, & præb. S. N. dimittere tenearis, si illos interim non dimiseris in Palatio Apostolico, vt asseris, litigare. Volumus aut quòd quamprimum Canonicatum, & Præbendam sancti N. ecclesiarũ, cùm verò dignitates, personatus, vel curati officij huiusmodi possessionem vigore pręsentium fueris pacificè assecutus, Parrochialem ecclesiam prędictã quos, vt pręfertur, obtines, & quos ex tunc vacare decernimus omnino, prout ad dimittendum dictos Canonicatum, & Prębendam sancti M. te sponte obtulisti, dimittere tenearis &c.

Aut quòd idem M. vt asserit, super Parrochiali ecclesia in M. dictę Diœcesis in palatio Apostolico litigando pro se, & contra quendam aduersarium diffinitiuam sententiam reportauit, & super reportat &c. & litigat. Seu, quòd idem Io. asserit Canonicatum, & Præbendam Floren. & sanctę Mariæ Argen. necnon sanctę Marię de partura N. Diœcesis ecclesiarũ plebanatus, qui curat. & dignitates principales in eisdem ecclesiis existunt, & ad quos consueuerunt, qui per electionem assumi, & quorum omnium fructus &c. non excedunt insimul ex dispensatione per fe. re. Bonif. Papam 8. prædecessorẽ nostrum sibi concessa, noscitur obtinere, quod ipse &c. Vel sic, seu quòd, vt asseritur, Canonicatum & Præb. ac scholastriam in R. quæ dignitas est ad quandam perpetuam vicariam sine cura in Dolen. ecclesiis, quorum fructus &c.

Seu quòd idem B. vt asseritur, quoddam S. Candichon nuncupatum consuetũ clericis secularibus in perpetuum beneficium ecclesiasticum assignari, Redon. Diœcesis cuius fructus &c. noscitur obtinere &c. Seu, quòd idem M. quosdam perpetuos red ditus, & consuetos, in titulum beneficij ecclesiastici assignari, quorum fructus &c. non excedunt, noscitur obtinere &c. Seu quòd idem M. quasdam perpetuas decimas in parrochia de N. dictæ Diœce. in perpetuum beneficium ecclesiasticum clericis secularibus assignari solitas, quæ illas obtinẽti, & in eadem Parrochia nõ residenti vltra quinque libras similes turon. nõ valent annuatim, noscitur obtinere.

Nota, quòd talis non intitulatur de huiusmodi redditibus, siue decimis, sed tantummodo dicitur clericus A. Diœcesis. Aut, quòd idem N. vt asserit, vt alteram portionem Parrochialis ecclesiæ per duos solitæ gubernari rectores N. Diœce. noscitur obtinere &c.

Seu, quòd, vt asseritur, dudum in rectorẽ hospitalis pauperum domus Dei nuncupatæ de N. Diœces. tunc certo modo vacan. per fratres dicti hospitalis electus exstitit, ac Canonicatum, & Præben. ecclesiæ Finist. quos tunc obtinebas, & quorum fructus &c. non excedunt de facto expoliatus existis. &c. & super Prioratu S. P. de R. ordinis S. August. dictæ Diœce. autoritate Apostolica tibi commendato, quem possides nosceris litigare.

Seu, quòd asseris Canonicatum, & maiorem Præb. ecclesiæ N. in qua maiores, & minores præb. fore noscuntur, ac Parrochialem ecclesiam in G. necnon quoddam perpetuum beneficium. in nono choro in Haguenon obtines, & super quadam perpetua vicaria in Sting in Palatio Apostolico litigas, & dudum tibi de Canonicatu, & Prębẽda in Burgis dictæ Diœces. & quadam alia perpetua vicaria in M. Ecclesiis, quæ quidem beneficium, & vicariæ sine cura sunt, tunc certo modo vacan. Apostolica extitit autoritate prouisum. Aut si hodie &c.

De clausula volumus.

VOlumus autem quòd quamprimum vigore præsentium Canonicatum & Præb. ac beneficium huiusmodi fueris pacificè assecutus, huiusmodi præsentes literæ, & huiusmodi processus habiti per easdem, & quæcunque inde secuta, quo ad reliquuum assequendi sint cassa, & irrita, nulliúsq; roboris, vel momenti &c.

Volumus autem, quòd quamprimum vigore præsentium dignitatem, personatum, aut officium curatum fueris pacificè assecutus, eandem Parrochialem ecclesiam quam, vt præfertur, obtines, quã ex nunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis, quódque post triennium à data præsentium computan. præbendam, vel aliquam dignitatem, personatum, seu officium, aut beneficium, aliquam seu aliquod, vigore earundem non acceptes, & de illa, vel de illo facias tibi prouideri administrare Canonicus eiusdem ecclesiæ sancti Stephani, si interim tibi de aliqua prębenda inibi nõ prouideatur, esse desistas &c. decernentes irritum, & inane, si secus actum fuerit in præmissis. Nulli ergo &c.

Volumus autem quòd idem A. quamprimum vigore præsentium beneficium curatum huiusmodi fuerit pacificè assecutus, dictam Parrochialem ecclesiam, quam ex nunc vacare decernimus &c. omnino, prout ad id te sponte obtulisti, dimittere tenearis. Nulli ergo &c.

De Iudicibus, & eorum ordine.

IN ordinatione Iudicum, Prępositus, vel Decanus alicuius ecclesiæ, tanquam maiores, Priori, Præposito, vel Decano alicuius Monasterij tanquàm minoribus postponuntur.

Priori prædicatorum, & Guardianus Minorum, possunt esse vnà cum aliis Iudicibus, sed soli non, & debent semper poni post alios Iudices &c. Canonicos, & tunc datur clausula, non obstan. indulgentiis. Nota, quòd ordo præponitur Diœcesi, & ordo S. Benedicti Hanueten. Diœcesis, sed præponitur ciuitatis & Monasterij S. Dominici Naunẽ. ordinis S. Benedicti. Item, titulus Præmonstratensis pręcedit ordinem Prẽmonstraten. ordinis, & similiter beatæ Mariæ de Pitiers ordinis S. Benedicti. Item, dicitur Prioratus S. Petri de monte Felico Camaldulen. Diœce. ordinis Panorũ. Diœces. & non dicitur Prioratus Monasterij S. N. quia non vocatur Monasterium, sed Prioratus.

Item nota, quòd Iudices qui ponuntur in literis Apostolicis, debẽt poni & ordinari secundum maioritatem, in quibus existunt pręlationum, dignitatum, &

tum, & officiorum in quibus existunt, prout prosequitur. Electo enim non scribitur episcopo, nisi fuerit consecratus,& episcopus consecratus est prę ponendus in literis Apostolicis Electo.

Item, Præpositus postponitur Decano, & Decanus Archidiacono,& Archipresbytero, Prior, Plebano, Archidiaconus Archipresbytero.

Item locus semper debet iungi cum Diœcesi, nisi sit aliquid impediens.

Item, in domibus, vel locis Hospitalium vel militiarum, semper cognomen huius loci, seu domus particularis postponi debet generali titulo, seu cognomini huiusmodi hospitalis, seu militiæ: vnde malè diceretur Alsua vel militiæ &c. sed potius dici debet domus hospitalis S.Ioan. Ierosolymitani in Alsua, vel domus militiæ de Calletia deuatello, vel in Olserdi. Itaque locus, vel Osua, vel macello, & similia postponuntur, vt suprà.

Item, quando scribitur Sacristæ, semper ponitur secularis ecclesiæ. Si verò fuerit Sacrista maioris ecclesiæ, dicetur ecclesiæ tantum.

Item, Sacristæ, Custodi, & Camerario Monasterij scribi non potest: vt no. gl. in Cle. etsi principalis. de rescript. quia habent officia, & non dignitates, vt dicit Spec. in tit. de iudic. deleg. §. fin.

Item, Decano rurali scribi non potest, vt dicit gl. in d. Clem. & si principalis.

Item, quando scribitur Plebano pro Iudice, tunc non dicitur ecclesiæ, sed solùm plebis, vt est ille qui tenet sub se Canonicos, vel alios Subplebanos, sed Plebanus Parrochialis ecclesiæ simpliciter, non est ille, & hic non poterit esse Iudex.

Item, quòd non vni, vel duobus, aut tribus Iudicibus scribi consueuit.

Item, si scribatur pluribus Canonicis, tunc dicitur Canonicis ecclesiæ Florentin.

Item, quando scribitur Officiali, non dicitur ecclesiæ, & non scribitur nisi officiali maiorum prælatorum.

Item, quando scribitur Abbati, si sit Monasteriũ, scribitur Abbati Monasterij, si verò scribitur Abbati secularis ecclesiæ, scribitur Dilecto filio Abbati secularis & collegiatæ ecclesiæ. Nota, idem fit si Sacristæ, quando ponitur secularis ecclesiæ, nisi in ecclesia cathedrali, quia tunc non dicitur secularis, sed solũm Sacristæ ecclesiæ Melden. Et quando scribitur duobus Sacristis, sed Cathedralis, & Collegiatæ ecclesiæ, dicitur sic: Dilectis filiis maioris, & secularis S. Stephani Meten. ecclesiarum Sacristis, Salutem &c.

Item, quando scribitur Priori, non debet dici ecclesia, nisi fuerit Prior ecclesiæ Cathedralis. Sed quando scribitur Priori Monasterij, vel Præposito Monasterij, vel Decano sẽper debet dici per Priorem, vel Decanum, aut Præpositũ soliti gubernari.

Item, non ponitur ordo in salutatione.

Item nota, quòd in partibus vltramontanis committitur officiali, in Italia vicario.

Item, quando scribitur Pręposito, Decano, Cantori &c. semper debet dici Ecclesiæ, sed quãdo scribitur Archidiacono, vel Canonico maioris Ecclesiæ, non est necesse quòd ponatur Ecclesiæ.

Item, Capellano, vel Rectori alicuius Ecclesiæ, non scribitur vt Iudici.

Item nota, quòd quando scribitur vni Canonico cathedralis, & Decano, vel alij Prælato Collegiatæ Ecclesiarum, tunc Canonicus est postponendus. Si verò scribatur duobus Canonicis cathedralis, & vni Prælato Collegiatæ Ecclesiarum, tũc Canonici sunt præferendi, non seruatur hodie, quia Prælatus præponitur, & sæpius duo officiales, & vicarij dantur. Item nota, quòd in Iudicibus nunquàm dãtur duo Iudices, hodie istud non seruatur. Item nota, quòd non datur pro Iudice perpetuus Commendatarius sub nomine commendæ, etiam si peteretur in supplicatione, sed posset dari sub alio titulo, & sub nomine clericali: & si committeretur sub nomine clericali, attende derogationem. c. statutum. de rescrip. in 6. videlicet, quod non sis de personis quibus causa committitur.

Item nota, secundum ordinationem Bonifacij Papæ 8. causæ audiendæ autoritate literarum sedis apostolicæ, non committuntur, nisi personis dignitate præfulgentibus, vel personatum habẽtibus, siue ecclesiarum Cathedralium canonicis, qui si fuerint regulares, debet fieri mentio de ipsorum ordine, vel officiis principalibus superiorum Prælatorum, id est, ipsorum, aut præteritorum, prædictorum, ac Guardiano minorum cum clausula, non obstãtibus indulgentiis, quia si Guardiani, vel filij Prior ordini tuo à sede apostolica dicitur esse concessa, ꝙ ipsius ordinis fratres non teneantur se intromittere de quibuscunque negotiis, quę ipsis per eiusdem sedis literas committuntur. & poni debet hæc clausula, immediatè post testes. Et si esset litera quare testes, immediatè poni debet post conclusiõnem Clausulæ, non obstantibus indulgentiis &c. & si non omnes &c. Dat. &c.

Si ille cui scribitur nõ est Prior, vel Guardianus, sed fortè Inquisitor hæreticæ prauitatis, tunc dicitur hoc modo, non obstant. indulgentia, quę ordini fratrum prædicatorum, siue minorum, cuius tu filius Inquisitor professor existis, à sede apostolica &c. & debent poni dicti Guardianus & Prior vltimò post alios iudices etiam canonicos. Et nota, quòd post clausulam, non obstan. indulgent. sequitur clausula, Et si non omnes. &c.

Item nota, quòd principalis officialis episcopi, & Prior conuentualis, licet obedientiarius, dari possunt iudices, officialis verò forẽsis & prior claustralis non: vt in clem. Et si principalis. de rescript. Et similiter potest dari Iudex officialis datus per capitulum se. va. vt dicit gl. in dicta clem.

Item, an conseruator possit dari iudex dubiũ est, & eget declaratione, vt dicit gl. ibi.

Item nota, quòd omnis prioratus est dignitas si est conuentualis, & aliter nõ: vt dicit gl. in dicta cle. & si principalis. Et ista est ratio, quòd prior Conuẽtualis potest dari Iudex, quia est in dignitate.

Item nota, quòd quando literæ impetrantur ad tres iudices, debet poni post clausulam testes, clausula illa: Et si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Sed si sunt duo episcopi, & vnus Abbas, vel de-

canus, vel persona alia, non mutatur regula illa, sed ponitur per ordinem vt suprà, videlicet, duo vestrum &c.

Item, quando iudices dantur ex vtriusque partis consensu, vel voluntate partis, tunc debet dici, per Apostolica scripta mandamus &c. quando verò etiam ponitur locus, tunc dicitur sic, mandamus quatenus apud locum de N. vtriusque &c.

Itē nota, q̄ in matrimonialibus scribitur semper episcopo, qui si fuerit suspectus, scribitur alteri episcopo, & dicitur sic: ideóque F. T. cum dicta E. venerabilem fratrem N. Archiepiscopum N. cui esset in hac parte scribendum, habeat ea ratione suspectū, quòd dictus Io. And. suus familiaris existit, per Apostolica scripta mandamus quatenus &c.

Item nota, quòd in causis quæ debent committi episcopo, sicut in matrimonialibus &c. quādo episcopatus esset alicui commendatus, & esset commendatarius in episcopatu, vel ciuitate sua, tūc dicitur in commissione, ac si esset episcopus, videlicet, venerabili fratri nostro episcopo Sagien. &c. quando verò esset absens ab episcopatu, tunc committitur proximiori Episcopo sic dicendo, cum dilectus filius noster Ludouicus ad sanctum Laur. in Damaso presbyter Cardinalis, qui tunc ecclesiæ apostolicæ præesse dignoscitur, & cui tāquam Episcopo Canen. esset scribendum dum in hoc casu ad præsens in Rom. cur. resideat.

Qui ordo sit seruandus in salutatiōe quādo pluri. scribitur in eadem litera.

Venerabili patriarchæ Constantinopolitan. similiter archiepiscopo Beneuen. similiter episcopi Deranten.

Dilecto filio Ioanni electo Veracten.

Similiter magistro Ioanni de Colacello, notario nostro.

Similiter magistro Ioanni N. capellano nostro & causarum palatij Apostolici auditori, salutem &c. Similiter Abbati monasterij Cassinens.

Similiter abbati monasterij de sancto Vito Veracten. Diœcesis.

Similiter priori monasterij sancti Petri N. Diœcesis sic dicitur, quia prioratus nuncupatur. Similiter priori monasterij sancti N. diœc. N. per priorem soliti gubernari, sic dicitur, quia monasterio non est alius maioris dignitatis.

Similiter priori monasterij S. N. per priorem soliti gubernari N. Diœces.

Similiter priori monasterij sanctorū quadraginta martyrū extra muros N. per priorem soliti gubernari &c. Similiter Præposito & decano monasterij, videlicet, præposito monasterij sancti N. per priorē &c. Decano monasterij sancti N. Floren. per decanum solit. gubernari &c. Guardiano domus fratrū ordinis Ierosolymitani sancti Augustini N. diœcesis. Abbati secularis & collegiatæ Ecclesiæ S. P. Alb. diœcesis. Priori domus fratrum prædicatorum ordinis prædicatorum N. diœc. abbati ecclesiæ Tholosan. Priori ecclesiæ S. Andreæ in Scotia.

Priori secularis & collegiatæ ecclesiæ sancti P. Flor. Pręposito ecclesiæ S. N. N. Diœcesis. Similiter decano, archidiacono, cācellario, Thesaurario, cātori &c. in dignitate cōstitutis. Archidiacono ecclesiæ Herbipolē. & hoc intellige de maiori Archidiacono. Archidiacono de Marsallo in ecclesia Meten.

Plebano plebis sancti N. Venetiarū ad Palatium, similiter canonico in cōmuni possunt dicere, & est melius, Archidiacono vel Canonico Herbipolen.

Francisco Masses Canonico Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe.

Ioāni Petri canonico Venetorū. Vicario Veronē.

Priori ecclesiæ non dicitur, nisi sit Cathedralis. Officiali Veronen.

Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Apolitan. generali. Sacristæ ecclesiæ Mūsten. Sacristę secularis ecclesiæ Fir. N. diœces.

Dilectis filiis S. Lamberti de N. & S. Antonij N. Diœcesis monasteriorū Colonien. & Herbipolen. plebanis &c. Dilectis filiis, Priori de Præstolio, & beatæ Mariæ de N. ac sancti Ioan. de N. plebum &c.

Dilectis filiis, sancti Petri, & sancti Agricolæ Auinionen. Decanis & Sacristæ eiusdem sancti Agricolæ ecclesiarum, salutem.

Dil. fil. priori secularis & collegiatæ S. Thomæ, & Ludouico in maioris ac Viterbien. Leodien. & Bononien. ecclesiarum canonicis &c.

Dilectis filiis, sacristæ & præceptori ac F. N. canon Barchionen, salutem &c.

Dile. fil. vt suprà duobus abbatibus & decano ecclesiæ ciuitatem.

Dile. fil. abbati de N. & præposito Bononien. per præpositum soliti gubernari monasterij N. diœc. & priori maioris ecclesiæ Vlten. in qua maiores & minores priores fore noscuntur, salutem &c. Dilectis fil. Zamen. & Examen. Colonien. diœc. decanis ac archidiacono inserta Hisdesemen. diœcesis ecclesiarum, salutem &c.

Dile. fil. decano S. Petri, ac cantori maiorum ecclesiarum Leodien.

Dil. filio Ioanni N. canonico ecclesiæ O. ac officiali M. dilectis fil. decano N. ac de N. de O sua in eadē ecclesia &c. dilectis fil. montis sanctæ Marię, & SS. Mariæ & Georgij Frankforden. Maguntinen. diœc. decanis & cantori eiusdē mōtis sanctæ Marię ecclesiarū, salutem &c. dilect. fil. montis S. Iacobi, ac secularis & collegiatæ S. Alfonsi Victen. abbatibus ac præcentori Victen. ecclesiarum. salutem &c.

Dilectis filiis, abbati S. Petri de N. & sancti N. ac sancti P. de N. per præpositum soliti gubernari N. diœces. monasteriorum præpositis, salutem &c.

Dilectis filiis, S. sepulchri N. & sancti P. de D. præpositis, ac scholastico Serlen. Leodien. Magunt. & Colocen. diœc. ecclesiarum. Dilectis fil. Io. & Petro de N. canonicis, ac decano S. Mauritij Maguntin. ecclesiarum. Dilectis fil. sancti P. & sancti Io. Herbipolen. monasteriorum abbatibus, ac decano ecclesiæ S. Io. in ham. extra muros cameracen. Dilectis filiis, decano maioris, ac eiusdem & sancti P. Cayn. ecclesiarum thesaurariis.

Dilectis filiis, monasterij in ham. per præpositū soliti gubernari, Verdensis diœce. & Brexinen. pręposítis, ac decano S. Sebastiani ecclesiarum.

Dilectis filiis, priori beatæ Mariæ de N. & præposito maioris ecclesiarum ac officiali N. salutem &c. Dilectis filiis, decano sancti P. & Ioan. N. canonicis maioris Victen. ecclesiarum.

Dilectis

Dilec.fil.Io.& P.ac Ia.canonicis ecclesiarũ, &c.

Dilectis filiis, præposito S.N.Maguntin.& eiusdem ac S.A.Ammonen.ecclesiarũ Decanis, &c.

Dilec.fil.Thesaurario sancti Io.de N.& G.ac B. maioris Treueren.ecclesiarũ canonicis, salutẽ, &c.

Dilectis filiis, S.Io. Columbien. & S.Agricoli Auinionen.ac S.Iaco.Viterb.ecclesiarum decanis.

Dilectis filiis, decano S.Agricoli & preposito S. Agathi Allen.ac sacristæ maioris Ammonen.ecclesiarum, Salutem.

Dilectis filiis, beatæ Mariæ montis S.Angeli Colonien.& S.Victoris decanis, ac Ludouico N. canonico Colonien.ecclesiarum.

Dilectis filiis de Casa Dei & de Floriaco ac Axitan.monasteriorum abbat.

Dilectis filiis Abbati monasterij N.& Meten. ac sancti P.Auinionen.ecclesiarum decanis.

Dilectis filiis, abbati monasterij sancti N.Colonien.& Gustan.ac Bellicen.ecclesiarũ præpositis.

Dilectis filiis S.Agricoli Auinionen.& beatæ Mariæ N.decanis, ac scholastico eiusdem S.Mariæ Camerien.ecclesiarum.

Dilect.fil.archidiacono Cusan.& B.ac Io.canonicis Buten.ecclesiarum.

Dilect filiis abbati S.Benedicti de Bario, & præposito de Gallo, monasteriorum, Vticen, ac officiali Vticen.Saluten, &c.

Dilec.fil. S.Io.prope nouũ & S.Saluatoris Honenen.Norman.diœcesis, monasteriorum abbatibus, ac officiali not.

Vener.fratri episcopo Culmen.& dilec.fil.præposito ecclesiæ Culmen.ac offic.N.

Dil.fil.præposito S.Aneti, & decano beatæ Mariæ ad gradus, ac Ioan. N.canonico maioris Camnen.ecclesiæ, Salutem, &c.

Dilec.fil. monasteriis in finibus terræ Leonen. ac Purin.ecclesiarum abbatibus.

Dil.fil.decano sancti N.Auinionen.& præposito Vicen.& sacristæ eiusdem S.N.ecclesiarum.

Dilec.fil.abbati monasterij S.Iusti & S.Saluatoris, ac S.Ioan.N.ecclesiarum decanis.

Dilec.fil. abbati monasterij. S.Nicolai d. N. & priori secularis & collegiati Nicolai, ac præposito Acten.ecclesiarum.

Venerabili fratri episcopo Eboracen.& dilec. fil.Salmantin.& Ambulen.ecclesiarum decanis.

Dilec.fil.præposito S.Thomæ argen.& decano sancti Angeli Auinionen. ac cantori eiusdem sancti Thomæ N.ecclesiarum.

Dilectis filiis, decano S.Agricoli Auinionen.& præposito S.Clementis de Castello, ac archipresbytero S.Martini de N.Frinsingen.ecclesiarum.

Dilec fil. præposito Patauien.& eiusdem ac S. Agricoli Auinionen.ecclesiarum decanis.

Dilec.fil.S.Petri argen.Lugdun.& S.A.diœces. monasteriorũ abbatibus, ac officiali Lugdun.&c.

Venerabilibus fratribus Metens.& Virdunen. episcopis, ac dilec.fil.archipresbytero collegiatæ B.Mariæ N.diœces.

Dilec.fil. maioris & secularis ac collegiatæ S. Stephani Castellan.ecclesiarum ac sacristæ.

Venerab.fratri Io.episcopo Caurien. nostro in vrbe in spiritualibus vicario.

Venera.fratri Iacobo, olim archiepiscopo Ydioten.in patriarcham Cõstantinopolitan. Electo administratori in spiritualibus, & temporalibus ecclesiæ Ydiotem, Salutem, &c.

Venerab.fratri E.episcopo olim Theoten.in archiepiscoporum Regin.electo.

Venerab.fratri P.episcopo Sabin.administratori in spiritualibus & temporalibus ecclesiæ Aquilan. per sedem aposto.deputato, Salutem.

Dilec.fil.Io.N.curiæ causarum cameræ apostolicæ auditori, &c.

Dilec.fil.Vicegerenti auditoris generalis causarum curiæ camerę apostolicę in ciuitate N.Salutẽ.

De Intitulatione.

NOta quòd omnes presbyteri Cardinales intitulantur hoc modo.

Dil.fil.F.tt.Sancti Laurentij in Lucina presbytero Cardinali.excepto vno videlicet 12.Apostolorum, qui intitulatur hoc modo N.Basilicæ 12. Apostolorum presbytero Car.vt in c.cum olim.de priuilegiis.& in c.ad Apostolicam sedẽ.de sent. & re iud.lib.6.Episcopi autem Cardinales intitulantur hoc modo, F.episcopo Portuen.& nõ fit mentio de titulis. Diaconi Card.similiter sine titulis nominantur hoc modo, N.S. Georgij ad velum aureum diacono Card.

Nota, ꝙ nullus debet intitulari de duobus titulis personalibus vel beneficialibus. Vnde incõgruè diceretur, Dil.fil.M.de Magũtiis de Pelicanis canonico Aquila.q̃a debet tolli vnus ex dictis titulis.

Nota, quòd creatus canonicus in gratia expectatiua, si postea alias literas impetraret, debet intitulari canonicus, licet non sit præbendatus.

Nota, quòd si Papa scienter sub titulo dignitatis aliquẽ nominet vel honoret per hoc verbũ, in dignitate, approbat cle.Romanus de sent.excom.

Nota, ꝙ in salutatione literarum Papæ non ponitur, in Christo. puta, Ven.in Christo fratri.vel dilect.in Christo filio, alioquin falsa est litera. vt crimine fal.c.quàm graui. quod verũ est, dummodo non scribatur Abbatissæ ac Monialibus: quia tunc bene ponitur in Christo.vt rescript. cap.cùm dilecta.vel regibus, vt charissimo in Christo filio de conuersa.coniuga.cap.charissimis. *Quid in salutatione obseruãdũ. In Christo.*

Item, in salutatione non ponitur, nostro, puta, vener.fratri nostro, vel dilecto filio capellano nostro.vel Subdiacono nostro, Salutem, &c. *Nostro.*

Itẽ, vbi in salutationibus nomẽ propriũ non exprimitur, puta, cũ scribitur Episcopo, debent poni duo pũcta priusquã ponatur nomẽ eius cui scribitur, sicut Episcopo: Pręposito: Decano: Abbati, &c. *Puncta.*

Item nota, ꝙ Papa vocat Episcopos & superiores Venerabiles fratres. Abbates verò & inferiores, ac etiam Principes, ac alios Barones, filios indifferenter: Reges autem charissimos appellat. *Venerabiles fratres, filij.*

Nota bene hoc, ꝙ quando dicitur dilecto filio N.Canonico Herbipolen. Decretorũ doctori, Salutem, &c.postea in prosecutione literæ ibi, tibi, vt asseris, &c. Abbreuiator, &c. non debet dici Decretorum doctor, ex quo antè in salutatione

positum est affirmatiuè quòd est Doctor, similiter de quibuscunque aliis titulis.

Rex & episcopus. Item, in intitulationibus quando scribitur Regi & episcopo, debet Rex præponi episcopo: vt in c. 1. ne sed. vac. ibi, Rex quoque cum regni, &c.

Monachus & canonicus. Quando scribitur monacho & canonico, præponitur monachus, vt in c. Deus qui. de vit. & honest. cler. vbi primò nominantur monachi, secundò canonici regulares, tertiò alij religiosi. Ex ordine illius literæ habes, arguere prærogatiuam in nominando & scribendo prædictis, & pro hoc facit, quia monachi seu monachorum institutio est antiquior, quàm institutio canonicorum irregulariũ, vel aliorum religiosorum.

Item aduerte, quia quando deberent nominari aliqui notati de aliquo vitio, tunc debet primò nominari non dignior, sed ille qui magis est infectus in illo vitio, secus in actu virtuoso. Ita dicit Nicol. in c. auaritiæ, de præbend. per illum textum, quia ibi fuerunt primò nominati canonici regulares quàm monachi, licet sint digniores, vt in nota præcedenti, quia canonici regulares magis peccabant in illa auaritia.

Excommunicatus. Quando non est certum quòd quis sit excommunicatus, vt quando petit absolui ab excommunicatione, si quã incurrerit, & non apparet ex narratis ipsum esse excommunicatum, vel pars dicit talem presbyterum esse excommunicatum, tunc non obstan. præmissis debet appellari, dilectus filius: quia in primo casu non apparet ipsum esse excommunicatum, & tamen secundo casu non creditur assertioni partis.

De gradibus semper debet quis intitulari de gradu: vt dilecto filio magistro Iaquet de Iaquetis canonico Iaqueten. Decretorum doctori, literarũ apostolicarum abbreuiatori, Salutem.

Nomen officij. Secus in literis iustitiæ. Et aduerte, quia quando quis est officialis, semder nomen officij debet poni ante Salutem, vt in notula præceden. ita, vt semper sit vltimus titulus, &c. Monachus si est Licentiatus, vel graduatus, debet de illo intitulari, vt, dilecto filio monacho N. diœc. Licentiato in Decret.

Itẽ nota, quòd in intitulatione Decani & Capituli, non dicitur ecclesiæ, sed dilectis filiis Decano & Capitulo Melden. vt habetur in c. dilectus filius. C. de præben.

Intitulationes pro secularibus.

VEnerabili fratri Patriarchæ Ierosolymitano, & dilectis filiis priori & capitulo ecclesiæ dominici sepulchri Ierosolymitani ordinis sancti Augustini, Salutem, &c.

Dilect. fil. Ioan. An. primicerio eccles. S. Marci Venetiarum.

Dilect. fil. Io. An. Archidiacono Magalon. in ecclesia Ventrilien.

Dilect. fil. Io. An. rectori archipresbytero nũcupato parrochialis plebis nũcupatæ S. Vincẽ. N. diœc.

Iudex in Marchia. Dilect. fil. Io. An. Decre. docto. officij appellationũ prouinciæ nostræ Marchiæ Anchonit. Iudici, &c.

Personæ. Dilecto filio Ioan. An. personæ personatus in Hagno vv. in rebus N. diœc. Dilect. fil. Io. rectori priori nũcupato curatæ, & secularis ecclesiæ prioratus nuncupatæ D. N. diœces.

Canonico S. Petri. Dilect. fil. Ioan. An. canonico Basilicæ principis Apostol. de vrbe.

Portionario. Dilect. fil. Io. An. perpetuo portionario ecclesiæ sancti Iacobi Columbrien.

Dilect. fil. Io. An. rectori minoris portionis de capella. N. per duos, quorũ vnus minorẽ, alter verò maiorẽ ipsius ecclesię portionẽ obtinet solitis gubernari rectorũ Examẽ diœc. Dilect. fil. Io. An. rectori parrochialis ecclesiæ S. Ia. in Hamen. diœces.

Dilect. fil. Io. An. perpetuo beneficiato ad altare sancti Petri N. diœcesis.

Capellanus capellaniæ. Dilect. fil. Io. An. Capellaniæ beatæ Marię Perusin. sic dicitur quando est chorus de per se.

Dilecto fil. Ioan. An. perpetuo beneficiato in Basilica principis Apostolorum de vrbe.

Scriptori pœnitẽtiariæ. Dilecto fil. magistro D. literarum sacrę pœnitentiaris scriptori familiari nostro, &c.

Auditori. Dilecto fil. Io. An. capellano nostro, & causarum Palatij Apostolici auditori.

Acolito. Dilect. fil. Io. An. Acolito nostro. volen. itaque tibi, qui etiam Capellanus noster existis.

Legato. Venerabili fratri N. Episcopo Portuen. Apostolicę sedis Legato.

Nuncio. Venerabili fratri N. Episcopo Melchinon. Apostolicę sedis Nuncio.

Cardinali vicario. Dilecto filio Ioan. An. tt. sanctorum Marcellini & Petri Presbytero Cardinali in Prouincia nostra Marchię Archonitan. pro nobis, & Ecclesia Roma. in temporalibus Vicario generali, Salutem, &c.

Vicario in vrbe. Venerab. fratri Io. An. Episcopo Spolotan. nostro in bonis spiritualibus vicario.

Auditori cameræ. Dilecto filio magistro Io. An. Capellano nostro, causarũ curię camerę apostolicę generali auditori.

Dilecto fil. N. perpetuo vicario in Ecclesia domus N. ordin. Carmelitarum Burdegal.

Scholari. Abbreuiatori. Dilecto filio N. scolari N. diœcesis.

Dilecto filio magistro N. rectori literarum apostolicarum abbreuiatori. Gratia familiaritatis & deuotionis obsequia.

Gubernatori patrimonij. Dilecti fil. N. in prouincia nostra Marchiæ Anchonitan. pro nobis, & Rom. Ecclesia in temporalibus vicario generali, rectori prouinciæ nostri patrimonij B. Petri in Tuscia.

Rectori Marchiæ. Dilecto fil. nobili viro N. militari Neapolitan. prouinciæ nostræ Marchiæ Anchonitan. pro nobis & Rom. Ecclesiæ Rectori.

Aduocato consistoriali. Dilect. fil. N. legũ doctori, & consistorij Apostolici aduocato, ac terrę nostrę Corneti pro nobis, & Rom. Eccles. in tẽporibus rectori & potestati, &c.

Vicario alicuius vrbis ecclesiæ. Dilecto fil. N. in ciuitate nostra N. eiusdem comitatu, territorio, & districtu pro nobis, & Rom. Ecclesiæ in temporalibus vicario generali.

Pluribus. Venerabilibus fratribus Episcopis, & dilec. filiis Abbatibus, Prępositis, Ministris, Guardianis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, & Rectoribus, necnon & vniuerso clero, tam religionis cuiuscũque professionis, & ordinis, quàm secularibus in beati Petri patrimonio constitutis, Salutem, &c.

Venerabilibus fratribus, Archiepiscopo Cracouie. eiúsq; Suffraganeis, & dilectis filiis electis, Abbatibus,

batibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, Archipresbyteris, & aliis ecclesiarū Prælatis, & Rectoribus, Capellanis quoque, & Collegiis, & Conuent. Astertien. Cluniacen. Præmonstraten. sanctorū Benedicti, & Augustini Carthusien. Grandimonten. & aliorum ordinum, cæterisque personis Ecclesiasticis, tam regularibus, quàm secularibus, exemptis, & nō exemptis, prioribus desuper, & præceptoribus, seu magistris, & aliis fratribus domorum hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitan. & domus sanctæ Mariæ Theutonicorum, & Caluteran. eorúmque loca, & locatis per ciuitates, diœcesf. & prouincias, Terracinen. constitut. Salutem, &c.

De ordine fratrum Minorum.

Dilecto filio Ioan. Iacobo de Alexandria, ordinis fratrum Minorum, professori in Theologia magistro, Salutem, &c.

Ministro prouinciali ordinis fratrum Minorum prouinciæ Panen. Antonio Petri de A. fratri tertij ordinis sancti Francisci de pœnitentia nuncupati, Ecclesiæ S. Francisci domus fratrum minorum Io. de N. ordinis fratrum Minorum professori prouinciæ sancti Francisci, secundùm morem ipsius ordinis prouinciali Ministro.

De ordine Prædicatorum.

Dilectis filiis N. magistro, & diffinitoribus, ac fratribus ordinis Prædicatorum Rothomagen. in generali capitulo causarum ibidem celebrant. proxima conuenien. Salutem, &c.

Dilecto fil. Ioan. N. ordinis Prædicatorum conuentus N. diœcesis.

Priori prouinciali, & fratribus ordinis: fratrum Prædicatorum prouinciæ Alemaniæ, secundùm maiorem ipsius ordinis.

Ioan. de N. conuerso ordinis Prædicatorum.

Ioan. N. ordinis fratrum Prædicatorum, & Theologiæ professori in regno Franciæ hæreticæ prauitatis inquisitori.

De ordine Carmelitarum.

Dilecto filio N. Prouinciali ordinis fratrum Carmelitarum, prouinciæ N. secundùm morem dicti ordinis per sedem Apostolicā deputati.

Prior generalis, & fratres ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli Ecclesiarum, domus fratrum Carmelitarum ordinis, perpetuus Vicarius in Ecclesia domus fratrum ordinis Carmelitarū Benen.

De ordine fratrum eremitarum S. Augustini.

Dilecto filio Priori generali fratrum ordinis eremitarum sancti Augustini.

Ioan. An. domus Papien. ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini professori.

Prior & fratres domus fratrum eremitarum S. Augustini, S. Io. N. Herbipolen. diœcesis.

Dilecto filio Io. An. ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, ac sacræ Theologiæ professori in Insula Cypri, minori pœnitentiario nostro, Salutem, &c.

De alio ordine S. Augustini.

Dilecto fil. Io. An. Canonico Ecclesiæ Taurinen. ordinis S. Augustini. Vel sic, Canonico Ecclesiæ sancti Io. in nu. ordinis S. Augustini diœcesis N. Salutem, &c.

Ioan. An. canonico Monasterij S. Antonij ordinis sancti Augustini Meten. diœcesis, Salutem, &c.

Dilectis filiis, capitulo ecclesiæ Melden. ordinis sancti Augustini.

Dilectis filiis, magistro, & fratribus domus hospitalis S. Francisci cruciferorum Constella in Pedemontis Thianen. ordinis sancti Augustini, Præceptori domus sancti Antonij Mediolanenf. ordinis sancti Augustini.

Fratri domus S. Pauli primi eremitæ in mat. ordinis S. Augustini N. diœcesis.

Fratri eremitarum sancti Pauli primi eremitæ, ordinis S. Augustini, domus fratrum sancti Pauli primi eremitæ, sanctæ Mariæ virginis, ordinis S. Augustini N. diœcesis, Salutem, &c.

Priori, & fratribus domus Sepulchri Dominici Ierosolymitani sanctæ Annæ Barchinonen. ordinis S. Austini. Vel sic. Priori prioratus ecclesiæ Sepulchri Dominici ordinis S. Augustini, Romanæ ecclesiæ immediatè subiecti, quia sunt exempti.

Nota bene, quòd superior ipsius ordinis dicitur Prior, & Papa est Abbas ipsorum.

Priori, & fratribus domus seruorum sancti Mariæ Senen. ordinis sancti Augustini.

Priori, & eremitæ sancti Hieronymi nuncupati Prioratus. Hunc ordinem approbauit Gregorius viij. anno 4. S. Hieronymi.

Priori prioratus de N. ordinis sancti Augustini N. Diœcesis.

Præposito prioratus sanctæ Mariæ ordinis sancti Augustini N. Diœcesis.

Præceptori, & fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de vrbe, ordinis S. Augustini.

Antonio Io. fratrum seruorum sanctæ Mariæ, ordinis sancti Augustini professori, minori pœnitentiario nostro.

De ordine sancti Benedicti.

Dilecto filio Ioāni An. Monacho Ecclesiæ sancti N. ordinis sancti Benedicti N. Diœcesis, Salutem, &c.

Prior Monasterij beatæ Mariæ de pietate, per Priorem soliti gubernari ordinis Monachorum sancti Hieronymi. *Monachi S. Hieronymi.*

Venerabili fratri Episcopo Dulen. & dilectis filiis Priori, & Capitulo, singulísque personis Ecclesiæ Dulen. ordinis sancti Benedicti.

Abbati monasterij S. N. Beneuentan. Rom. Ecclesiæ immediatè subiecti, ordinis S. Benedicti, &c.

Abbati monasterij sancti N. ordinis sancti Benedicti diœcesis N. Salutem, &c.

Monacho monasterij sanctæ Mariæ Catuanen. ordinis sancti Benedicti.

Abbati, & conuentui monasterij loci eremitarum, ordinis sancti Benedicti N. diœcesis.

Ioanni Iacobo monacho monasterij sancti Stephani Floren. ordinis S. Benedicti.

Abbati monasterij S. Ioannis seruorum Dei, ordinis S. Bened. territorij monasterij Casien. quod nullius diœcesis existit. Vel sic, Abbati monasterij S. Matth.

S.Matth. seruorum Dei, ordin. S.Benedi. territorij monasterij N. quod quidem territorium nullius diœcesis existit.

Prioris prioratus S.Hieronymi ordinis S.Benedicti N. diœcesis

S.Eusebij de vrbe. Prioratus Monasterij S.Eusebij de Vrbe per priorem soliti gubernari, ordinis S.Benedicti, cuius Monachi secundum instituta regularia beati Petri confessoris viuunt.

Eleemosynario S.Io. ad Rom. Eccles. nullo medio pertinētis, ordinis S.Benedicti N. diœcesis, &c.

De ordine Præmonstraten.

Dilecto filio Ioanni Iacobi Militan. Præmonstraten. ordinis N. diœcesis.

Pluribus. Venerabilibus fratribus, Patriarchæ, episcopo, & episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, Rectoribus, & aliis ecclesiarum, Monasteriorum Prælatis, ipsorumque vicegerē. Capitulisque, & Conuentibus ecclesiarum, & Monasteriorum ipsorum, cæterisque personis ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, exemptis, & nō exemptis, Cistertien. Cluniacen. Præmonstraten. Camaldulen. Cartusien. sanctorum Benedicti, & Augustini, Valisumbrosæ, & aliorum ordinum, & domorum hospitalis S.Ioan. Hierosolymitanen. sanctæ Mariæ Theutonicorum, & Calaten. humiliatorum, & Cruciferorum, magistris, Prioribus, Præceptoribus, necnō principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Capitaneis, Potestatibus, Vicariis, Castellanis, Comitib. quoque ciuitatum, & vniuersitatum terrarū, & locorum, ac Prioribus Præpositis ancianis, & aliis vniuersis, & singulis, ad quos præsentes literæ peruenerint, &c.

Dilecto filio Abbati monasterij Cluniacen. ordinis N. Diœcesis.

Cluniacen. Trāslatio. Nota quòd omnes religiosi ordinis Cluniacens. censentur Monachi Cluniacens. & sic quoad eos non habet locum Translatio, quòd prouidet illis de beneficiis.

Dilecto filio Raymundo Abbati monasterij Cluniacen. Prioratus S.Ioan. de Cylleyo Meten. Diœces. ordinis sancti N.

De ordine sancti Dei.

De ordine fratrum eremitarum S.Augustini habetur vt suprà.

Idem habetur suprà de eremitis sancti Pauli.

Dilecto filio Ioanni Antonio Monacho eremi Camaldulen. Melden. Diœcesis decretorū doctori.

Prioris, & conuentus monasterij N. per priorem soliti gubernari Cartusien. ordinis Melden. Diœc.

Commendator, & fratres domus B.Mariæ Theutonicorum Ierosolymit.

In literis iustitiæ extenduntur.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere.

Si verò duo.

Quòd si nō ambo his exequēdis potueritis interesse, alter vestrū ea nihilominus exequatur.

Si verò plures.

Quòd si nō omnes, &c. Duo aut vnus vestrum ea nihilominus exequatur.

Ideóque.

Si Cardinali: Circunspectioni tuæ, Si episcopo: Fraternitati tuæ, Si plures: Vestræ. Si sint alij inferiores discretioni vestræ, vel tuæ. Si episcopo cum vno vel duobus inferioribus, dicitur, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernatis, facien. quod decreueritis per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quòd si non omnes, &c. Si episcopus, auctoritate nostra.

Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint suum consequantur effectum. *Rationi cō gruit.*

Communis forma pauperum expectatiuè pro graduatis, &c.

Innocentius, &c.

Venerabili fratri, &c. vel dilectis filiis, &c.

Dilecti filij Ioan. de N. pauperis clerici N. Diœcesis apud sedem Apostolicam constituti supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mādamus, quatenus de vita, & conuersatione ipsius Io. qui, vt asserit, beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores super hoc à nobis deputatos, de literatura ipsius examinari fecimus diligēter, quíq; in illa repertus est idoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, solerter inquiren. si eum vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis esse repereritis, & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat, aliudque Canonicum non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, dummodo in Cathedrali ecclesia non existat. Cuius fructus, redditus, & prouentus, si cum cura 40. si verò sine cura fuerit 24. lib. turon. par. secundum taxationem decimæ, si taxatum fuerit, & si taxatū non fuerit secundum quod de illo pro decima huiusmodi persolui communiter consueuit, va. an. non exce. Ad collationem, vel prouisionem, Venerabilis fratris nostri episcopi Ostiens. pertinen. si quod in ciuitate, vel dicta diœcesi vacat ad præsens, aut cùm vacauerit, & idem Io. per se, vel procuratorem suum ad hoc legitimè constitutum, infra vnius mensis spatium postquam sibi, vel eidem procuratori de ipsius beneficij vacatione reduxerit acceptandum, auctoritate nostra prouideri curetis. Inducen. per vos, vel alium, seu alios eundem Io. vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem dicti beneficij. Et defenden. inductum ac facien. ipsum Io. vel pro eo procuratorem

In regularibus pr̄sentationibus. Quādo impetrans ad collationē Abbatis, & conuentus, vel a[...] liarū personarū regulariū, tūc semper ponitur cōmuniter, vel diuisim pertinentibus. Si verò ad collationē personarū non regulariū, tūc ponitur cōmuniter, duntaxat in a[...] liis verò, [...] in textu.

ratorem prædictum ad illud, etiam ſi canonicatus, & præben. fuerit, vt eſt moris, admitti, ſibique de ipſius beneficij fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuẽtionibus, vniuerſis integrè reſponderi. Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtan. ſi alicui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, vel legatorum eius ſub quacunque verborum forma literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus, præterquam auctoritate noſtra, beneficia huiuſmodi expectantibus præfatũ Io. in huiuſmodi beneficij aſſecutione volumus anteferri. ſed nullum per hoc eis, quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum, præiudicium generari. Seu ſi eidem epiſcopo, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à dicta ſit ſede indultum, quò ad receptionem, vel prouiſionem minimè teneantur, & ad id compelli, aut ꝙ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint. Quodq; de beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collationẽ vel prouiſionem coniunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat prouideri per literas Apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ ſedis indulgẽtia generali, vel ſpeciali cuiuſcũque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim præfato epiſcopo, ne de beneficio huiuſmodi interim etiam ante inſinuationẽ præſentium, & proceſſuum per eas habitorum ei factam, niſi poſtquam ſibi conſtiterit quòd Io. vel procurator prædict. beneficium huiuſmodi acceptare noluerint, diſponere quoquomodo præſumant, diſtrictius inhibemus, decernen. irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quòd ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum, &c.

Quando vnus Iudicũ eſt epiſcopus, tũc ponitur: Tu frater epiſcope cum eo: ũ altero ea nihilominus exequamini.

Reſeruatio canonicatus, & præbend ac dignitat: eccleſiæ cathedralis primo vacaturum.

Ad futuram rei memoriam, illa quotidiana nos pulſat inſtantia, & eccleſiarum omnium impellit ſolicitudo, vt promotio ciuitatis eccleſiarum, & præſertim Cathedralium ſucceſſa vtiliũ, ſub quarum felici directione ſalubriter gubernari valeant, perſonarum fulciatur præſidio, Apoſtolicos diffundamus iugiter excogitatus. Hinc eſt, quòd nos cupien. de vno Canonicatu, vna præben. & dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio eccleſiæ N. quos per ceſſum, vel deceſſum, aut dimiſſionem, vel aliàs qualitercunque vacare contigerit, per nos, vel ſedem Apoſtolicam perſonæ idoneæ, prouideri motu proprio.

Aliud proemiũ Ro. põtifex, ad quẽ omniũ beneficiorũ eccleſiaſticorũ diſpoſitio pertinet, nõnulla ex eis prius quã vacẽt ſuæ, & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni quandoque reſeruat, vt de illis cũ vacant per ſui & dictæ ſedis prouidentiam ſalubris valet prouideri. hinc eſt, &c.

Et ſi omnium eccleſiarum, ac Canonicatuum, & præbend. aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, tam cum cura, quàm ſine cura, plenaria diſpoſitio ad Roma. pontificem pertinere noſcatur. Nonnunquam tamen idem Pontifex, priuſquam vacẽt ſuæ, & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, ac collationi ſpecialiter reſeruatum, & de illis cùm vacãt per dictæ ſedis prouidentiam ſalubriter valeant prouideri. Cupien. igitur, &c.

Nota alia euidentialia.

NOta, quando impetrans petit ad collationem ordinarij, tunc ſcribitur Iudici eiuſdem diœceſ. aliàs ſcribitur ordinario, niſi impetrans per annum ſtetiſſet in Cu. tunc enim ſcribitur tribus iudicibus, & poterit Iudex ſcribere proceſſum in curia. Nec ponitur illa clauſula, quòd ſi tu præſentes, ſed illa, quòd ſi non omnes. Quando ponitur in communi forma ad collationem epiſcopi, ſemper dantur tres iudices, & epiſcopus in illo caſu non poteſt eſſe aliquis eorum.

Si ſit diſpenſatum ſuper defectu natalium, dicitur ſic, cum quo aliquas, vt non obſt. &c. vel cum quo dudum ſuper defectu natalium, &c. vel qui, vt aſſerit. Alij ponunt defectus poſt verbum, videlicet, poſt non obſtan. beneficiales.

Quandocũque in communi forma pauperum tres iudices danter pro non graduatis, tunc oportet omnes illos tres, vel in partibus, vel in curia tantum accipere.

Nota, ꝙ omne beneficium eſt incõparabile cũ iſta forma, de ſe: ſicut, religioſis quodlibet beneficium eſt incomparabile per ſe, licet non per accidens, videlicet, per commendam, vel, &c.

Nota tamen, ꝙ vigore regularum Cancellariæ Apoſtolicæ, beneficium minoris valoris quàm xxiiij. non facit incomparabile.

Quando impetrãs aliquod beneficium obtinet, debet ſequi hæc clauſula: Volumus autem, ꝙ idem clericus quàm primum vigore præſentium beneficium aliquod fuerit pacificè aſſecutus, præfatam parrochialem Eccleſiam, quam, vt præfertur, detinet, & quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, ꝙ ſi tu præſentes literas, &c.

Nota, quando ſcribitur tribus iudicibus, videlicet, ſi impetrãs petit ad collationẽ epiſcopi, vel per triennium fuit in curia, &c. Et impetrans aliquod beneficiũ obtinet, tunc poſt verbũ teneatur, ponitur hæc clauſula, Nos enim præfato Archiepiſcopo, vel Epiſcopo ne de beneficio huiuſmodi, &c. vſque attentari. Et ſequitur tũc clauſula, quæ ſemper ponitur in hoc caſu, ꝙ ſi nõ omnes his exequẽdis potueritis intereſſe, duo veſtrũ ea nihilominus exequãtur. Si autẽ impetrans nihil habet, &c. tunc poſt illa verba, mentio ſpecialis dicitur. Nos enim præfato Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ne de huiuſmodi beneficio, &c. vſque, ꝙ ſi non omnes, &c.

Communis forma pauperum.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Maguntinen.

DIlecti filij N. de N. pauperis clerici N. Diœceſis apud ſedem Apoſtolicã conſtituti ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita & conuerſatione ipſius clerici, qui, vt aſſerit, beneficium aliquod

Simili modo Patriarchæ, & Epiſcopo. Clerici Diaconi, vel Sub-

diaconi, mutatis mutādis, & non debet poni nomen propriū. Beneficium, vel sic, parochialē ecclesiam S. N. Diœcesis, vel t. Diœc. cuius fructus &c. nō ex. libr. vel flo. auri de camera secundū tax. decimę. Vel sic, qui vt asserit, vigore quarūdam literarū Apostolicarū Parochialem, Ecclesiam cuius fructus, &c. acceptauerit, & in palatio Apostolico litigare intendit, & nullum aliud beneficium Ecclesiasticū obtinet, semp ponitur cōsuetudo ab olim. Secundū regulas Nicolai. Potest etiam apponi per procuratorem. Non subsequitur, vel procuratorē suū eius nomine, ex quo videtur superfluum cùm aliquis in acceptatione beneficij per se facere potest hoc, & procuratorē, imò non esse credit, & per amicū. Quando est ad collationē Patriarchæ, Archiepiscopi vel Episcopi, dicitur ad collationem, vel prouisionem. Qūādo scribitur ad collationē, ab

aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores super hoc deputatos à nobis, de literatura examinari fecimus diligēter, quíque in illa repertus est idoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum solerter inquirētes, si eum vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis esse repereritis, & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat, aliúdque Canonicum non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura cōsuetudo ab olim clericis secularibus assignari, dummodo in cathedrali ecclesia non existat. Cuius fructus, &c. si cum cura 20. si verò sine cura fuerit 15. marc. arg. se. tax. decimæ, si taxatum fuerit, vel si taxatum non fuerit secundum quod de illo pro decima huiusmodi persolui communiter consueuit valorem an. non exce. Ad collationem vel præsentationem dilectorum filiorum, Præpositi, Decani, & Capituli ecclesiæ beatæ Mariæ N. Diœce. communiter pertinentis si quid in ciuitate Augu. vel dicta Diœcesi vbi dictus N. perpetuam mansionem se asserit elegisse, vacat ad præsens, aut cùm vacauerit, quod idem clericus per se, vel procuratorem suum ad hoc ab eo legitimè constitutum, infrà vnius mensis spatium postquam sibi, vel eidem procuratori de ipsius beneficij vacatione constiterit, duxerit acceptandum, auctoritate nostra prouidere procures. Inducens per te, vel aliū, seu alios eundem clericum, vel procuratorē suum eius nomine in corporalem possessionem huiusmodi beneficij, & defenden. inductum amoto, ac facien. ipsum clericum, vel pro eo procuratorē prędictum ad illud, etiam si Canonicatus & præben. fuerit, vt est moris, admitti, sibíque de ipsius beneficij fructibus, &c. integrè responderi. Cōtradictores, &c. Non obstan. si alicui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel legatorum eius sub quacunque verborum forma literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quibus omnibus, prætérquam autoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus, in huiusmodi beneficij assecutione dictum clericū volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari. Seu si eisdem Præposito, Decano, & Capitulo, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspendi, vel excommunicari nō possint, quódque de beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, seu prouisionē coniunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non facien. plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiúsque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem, quòd si tu præsentes literas non potueris, sed nolueris exequi, possint, & debeant super quo tenore præsentium mandatū damus, & etiam potestatem. Et insuper præfatis Præposito, Decano, & Capitulo ecclesiæ beatæ Mariæ, ne de beneficio huiusmodi interim, etiam ante insinuationem præsentium, & processuum per eas habitorum ipsis factā, nisi postquam eis constiterit, quòd idem Clericus per se, vel procuratorem prædictum huiusmodi beneficium acceptare noluerint disponere quoquomodo præsumant districtius inhibemus. Decernentes irritum & inane si secus super his à quoquam, quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari. Dat. &c.

Aut quod nos aliàs eidem B. qui, vt asserit, de beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura vacan. tunc, vel vacaturo consueto ab olim, &c. si sit regularis. Ad collationem, vel prouisionem dilecti filij Præpositi, &c. pertinen. in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiādis dudum scripsimus, per alias nostras literas mandauimus prouideri. Volumus autem quòd quāprimum dictus H. vigore præsentium dictā ecclesiam N. fuerit assecutus, aliæ nostræ literæ, & huiusmodi processus, &c. secutæ extunc omnino sint cassæ, & irritæ, nulliusque roboris vel momenti. Et insuper exnunc, &c.

batis, & conuentus Abbatissæ, & cōuētus Præpositi, & cōuētus, & sic de aliis regularibus ponitur, cōmuniter vel diuisim. Quando autē ad Decani & Capituli, videlicet, de secularibus dicitur, cōmuniter ptinēt. Et intelligitur, si sint plures psonæ. Quādo non petitur ad collationē Abbatis & conuentus, Abbatissæ & conuentus, Priorissæ & conuentus, vel Præpositi, & Decani, vel Cantorum &c. Ecclesiæ N. Diœcesis. Quando autē litigat, dicitur, volumus autem quò l postquam idem clericus vigore præsentium beneficium aliquod fuerit pacificè assecutus, dictam ecclesiam, si eam interim euincat & assequatur quam ex tunc vacare decernimus, omnimodo dimittere teneatur, alioquin omni iuri sibi in ea vel ad illam quomodolibet competēti cedere teneatur. Vel sic, competenti prout ad id se sponte obtulit cedere teneatur.

Nota alia euidentialia.

Vide, pro graduatis in hac forma, communiter dantur tres iudices sicut in speciali, & datur vnus in curia, & duo in partibus si petantur, sicut in speciali forma.

In capitulo, communiter, dicitur: sed in regularibus, communiter vel diuisim, in ista forma communiter.

Quando quis, qui in forma pauperum gratiam habuerit, expedire vult literas in secunda forma pauperum sibi fact. tunc superius non fiet mentio de expectatiua, sed inferius in loco solito, & dicitur sic, Nos enim alias nostras literas, per quas idē clericus beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, &c. expectabat, & processus habitos per easdem, & quæcunque inde secuta cassamus, irritamus, & annullamus, nulliusque roboris sint, vel momenti.

Quando verò literæ non sunt confectæ, dicitur sic. Nos enim assignamus super prouisione dicto clerico facienda.

Nota, quod in communi forma pauperum, in literis pro graduatis siue non graduatis, nunquam ponitur clausula, Seu si hodie, &c.

Quando mandatur prouideri, vel fit processus alicui de certo beneficio vacan. quòd nondū possidet, dicitur sicut superius in prædicta forma, &c.

cui, vt

cui, vt aſſerit, nuper de parrochiali eccleſia N. diœceſis tunc certo modo vacan. per alias noſtras literas duximus prouidendum.

Quando literæ non ſunt confectæ, tunc dicitur poſt verbũ vacan. gratioſè conceſsimus prouideri, ſuper qua quidem conceſsione gratiæ, Apoſtolicæ literæ minimè ſunt confectæ, & quem per certos examinatores ſuper hoc à nobis deputat. &c.

Inferius verò dicitur ſic, Volumus autem, quòd idem Clericus, quamprimum vigore præſentium huiuſmodi beneficium fuerit pacificè aſſecutus, præfatam eccleſiam ſi eam minimè conferri contingat, & aſſequatur, omnino dimittere. Alioquin omni iuri ſibi in ea, vel ad eam fieri continget, non ponuntur in his literis confectis, &c. prouiſimus.

Si verò ſit expectans in ſpeciali, non fit mentio ſuperius, ſed inferius, & dicitur ſic, quódque conceſsionis gratia per nos dicto Clerico nuper facta, de beneficio eccleſiaſtico cum cura ad collationẽ pertinen. ſint caſſa & irrita, nulliuſque roboris, vel momenti, niſi expectans de Canonicatu ſub expectatione præben. quia tunc ſuperius, qui, vt aſſerit Canonicatũ ſub expectatione præben. nõ obtinet.

Forma pauperum pro graduatis.

Dilecto filio N. de N. presbytero N. Baccalaureo in legibus, Salutẽ, &c. Honeſtatis & ſcientiæ meritis placere ſtuden. libenter proſequimur Apoſtolicæ ſedis munificentia ſpecialiter, vt dum noua perceptione bonorũ proſpexerint ſe fæcundos virtute, adiectione continua ſe reddere gaudeant inſignitos. Cùm itaque ſicut accepimus, tu per literarũ exercitium Iuris ciuilis ſtudio laudabili inſiſtendo, ad ea, diuina gratia tibi ſuffragante, profeceris quòd in eodem gradũ Baccalaureatus obtinere meruiſti. Nos volentes tibi, qui in Iure Canonico, vt aſſeris, ſtudes, vt ex ipſius ſtudij commendando labore fructũ tibi gaudeas perueniſſe, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere ſpecialem beneficium eccleſiaſticũ cum cura conſuetum clericis ſecularibus aſsignari, dummodo in Cathedrali eccleſia non exiſtat. Cuius fructus, &c. ſi cum cura 25. ſi verò ſine cura fuerit 18. mar. ſe. taxat deci. val. an. non exce.

Non ponitur ab olim clericis ſecularibus aſsignari, niſi in cõmuni forma pauperum.

Ad collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, Venerabilis fratris noſtri epiſcopi N. pertinen. ſi quod in ciuitate, vel diœce. N. dummodo in Cathedrali eccleſia nõ fuerit, vacat ad præſens, vel cùm vacauerit, quod tu per te, vel procuratorem tuum ad hoc legitimè conſtitutum, infrà vnius mẽſis ſpatium poſtquam tibi vel eidem procuratori de ipſius beneficij vacatione conſtiterit, duxeris acceptandum, conferendum tibi poſt acceptationem huiuſmodi cum omnibus iuribus, & pertinen. ſuis donationi Apoſtolicæ reſerues, diſtrictius inhibentes eidem epiſcopo ne de huiuſmodi beneficio interim, etiam ante acceptationem eandem, niſi poſtquã ei conſtiterit quod tu, vel procurator prædictus illud noluerit is acceptare, diſponere quoquomodo præſumant, ad decernen. ex nunc, &c. attentari. Non obſtan. ſi qui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, vel legatorũ eius literas impetrarint, etiã ſi per eas, &c. proceſſus, quibus omnibus, præterquam autoritate noſtra beneficia huiuſmodi expectantibus, te in huiuſmodi beneficij aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem, &c. generari, aut ſi eidem epiſcopo, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim à dicta ſit ſede indultum, quòd ad receptionem, vel prouiſionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpẽdi, excõmunicari non poſsint, quódq; de huiuſmodi, vel aliis beneficiis ad eorum collationem, vel præſentationẽ, &c. effectus huiuſmodi gratiæ impediri, &c. vſque ſpeciales. Seu ꝙ ſuper t. de parrochialibus eccleſiis inuicẽ Canonicè vnitis, quarum fructus, &c. 26. lib. tur. par. ſec. co. ex. va. an. vt aſſerunt, non excedunt noſceris litigare. Volumus autem, quòd quamprimum vigore præſentium huiuſmodi poſſeſsionem fueris pacificè aſſecutus, dictas parrochiales eccleſias, ſi interim eas euincas & aſſequaris, quas ex tunc vacare decernimus omnino, prout ad id te ſponte obtuliſti, dimittere. Alioquin omni iuri tibi in eis, ſeu ad eas quomodolibet competenti cedere tenearis. Nulli ergo, &c.

Quocirca, &c. Mandamus quatenus vos, &c. aliàs beneficium huiuſmodi per nos, vt præmittitur, reſeruatum, ſi tempore noſtræ huiuſmodi reſeruationis vacabat vel poſtea vacauit, aut cũ vacauerit, præfato N. poſt acceptationem eandem cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſupradictis autoritate noſtra conferre, & aſsignare curetis. Inducen. eum, vel dictum procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſsionem beneficiorũ, iuriúmque, & pertinentiarum prædict. & defenden. inductum, &c. admitti. Sibíque de ipſius beneficij, &c. fructibus. Nõ obſtan. omnibus ſupradictis. Seu ſi eidem epiſcopo vel quibuſuis, &c.

Nota alia euidentialia.

Nota* quando impetrans petit ad collationem, tunc ſcribitur tribus iudicibus eiuſdem Diœceſis, alias ſemper ſcribitur ordinario niſi impetrans ſteriſſet per triennium in curia, quia tunc etiam ſcribitur tribus iudicibus in Curia, vel extra. Et poteſt recipere proceſſum in curia, ſi placet.

**Nota, ꝙ quãdo impetrãs petit extra ſuam Diœc. tunc ſcribitur ordinario loci in quo impetratur. Sed ſi petat ad collationem ordinarij per ſe, tunc ſcribitur tribus Iudicibus in ſua Diœceſ. Si habet beneficium ponatur ſic, quòd vt aſſerit parrochialem eccleſiam N. cuius fructus, &c. non excedunt. Et ſemper ponatur valor, etiam ſi in ſupplicatione non poneretur. Vel ſic, qui ad decimam ſi non ſunt taxat. ſic ponitur hodie. In regularibus præſentationem. Quando impetratur ad collationem Abbat. & Conuent. vel aliarum perſonarum regularium, tunc ſemper ponitur communiter vel diuiſim pertinen. ſi verò aliarum perſonarum non regularium, tunc ponitur, communiter tantum ſi verò in aliis, vt in text. Quando quis impetrat extra ſuam Diœceſim, tunc ponitur, vbi dictus N. propriam manſionem, vt aſſerit, elegiſſe, &c. clauſula, per vos, vel alium, ſeu alios, ponitur quando ſcribitur tribus iudicibus. Quando autem ſcribitur vni tantum, tunc dicimus. Inducen. per te, &c. Nota, quòd vbicunque fit præiudicium ordinario, ſemper dicitur autoritate noſtra, ſed vbicunque ipſi non fit præiudicium, dicitur, per cenſuram eccleſiaſticam.*

Forma pauperum clericorum expectantium.

Innocentius, &c.

Dilecti filij N. pauperis clerici N. Diœcesis apud sedem Apostolicam constituti supplicationibus inclinati, &c. Mandamus quatenus de vita, & conuersatione ipsius N. qui, vt asserit, beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quẽ per certos examinatores super hoc à nobis deputatos, de literatura examinari fecimus diligenter, quíque in illa repertus est idoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum solerter, si eum vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis esse repereritis, & beneficium aliquod ecclesiasticum non obtineat, aliudque canonicum non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari, dummodo in cathedrali ecclesia non existat. Cuius fructus, redditus, & prouentus, si cum cura 20. si verò sine cura fuerit 15. marc. argen. secundum tax. decimæ, si taxatum fuerit: si verò taxatum non fuerit, secundum quod de ipso pro huiusmodi persolui communiter consueuit va. an. non excedunt. Ad collationem, vel prouisionẽ venerabilis fratris nostri episcopi N. pertinent. si quod in Ciuitate, vel Diœcesi N. vacat ad præsens, vel cùm vacauerit, quod idem N. infra vnius mensis spatium, postquam sibi de illius beneficij vacatione constiterit, duxerit acceptandum, autoritate nostra prouidere curetis. Inducen. eundem N. in corporalem possessionem huiusmodi beneficij. Et defenden. inductum, ac facien. eum ad illud, etiam si Canonicatus, & præben. fuerit, vt est moris admitti, sibíque de ipsius beneficij fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuen. vniuersis integrè responderi. Contradictores, &c. Non obstan. si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel legatorum eius sub quacunque verborum forma literas impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quibus omnibus, præterquam autoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus, in huiusmodi beneficij assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari. Sed si eidem episcopo, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim à dicta sit sede indultũ, quòd ad receptionem,* vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint: quódque de beneficiis ecclesiasticis ad eorũ collationem, vel prouisionem coniunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per literas Apostol. non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem, quod idem Clericus quamprimum vigore præsentium beneficium aliquod fuerit pacificè assecutus, dictam ecclesiam, quam, vt præfertur, obtinet, & quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quódque si tu præsentes literas, &c. quando autem litigat, &c. Vt in aliis de gratia consueuit poni. Nos enim præfato episcopo ne de beneficio huiusmodi interim, etiam ante insinuationem præsentium, & processuum, per eas habitorum ei factam, nisi postquam ei constiterit quòd idem N. huiusmodi beneficium acceptare noluerit disponere quoquomodo præsumant districtius inhibemus. Decernen. irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quòd si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequamini. Dat. Romæ, &c.

** Attẽde si prius dictũ fuit ad præsentationẽ, aut prouisionem. Vide iiij. regulã Vrbani V. cũ sequẽtibus. Vide titulos excõmunicatorũ in cõmuni forma in regulis Gregor. XI.*

Volumus autem quòd si tu præsentes literas non potueris, seu nolueris exequi, * Dilecti filij Præpositus & Decanus N. ecclesiarum literas ipsas, ac omnia & singula in eis contenta, secundum ipsarum literarum tenorem exequi possint, & debeant, super quo eis tenore præsentium mandatum damus, & etiam potestatem. Et insuper præfato, &c.

** Quando vnus iudicum est episcopus tũc ponitur, Tu frater episcope, cum eorũ altero ea nihilominus, &c. Ista clausula, duntaxat ponitur quãdo scribitur ordinario, sed quando aliis scribitur, tunc ponitur vt in textu, & tũc subiungitur. quòd si non omnes, &c.*

F I N I S.

PROVINCIALE OMNIUM ECCLESIARVM CATHEDRALIVM VNIVERSI ORBIS, CVM CVIVSQVE

Regionis monetæ nomenclatura ac valore, nuper ex libro Cancellariæ Apostolicæ excerptum.



IN Ciuitate Romana sunt quinque Ecclesiæ, quæ Patriarchales dicuntur, videlicet,

Ecclesia S.Ioan. Lateran. quæ consueuit habere priorem ordinis sancti Augustini modò Decanũ.

Ecclesf.S.Petri, quæ habet Archipresbyterum, qui debet esse Cardin.

Ecclesf.seu Monasterium S.Pauli extra muros Vrbis, quod habet Abbatem ordinis S.Benedicti.

Ecclesia sanctæ Mariæ maioris, quæ habet archipresbyterum, qui debet esse Cardi.

Ecclesia, seu monasterium sancti Laurentij extra muros, quod habet Abbatem ordinis sancti Benedicti. Quibus ecclesiis assignati sunt Episcopi septem, videlicet,

Dominus Papa.

Episcopus Ostiensf.& Velletrensis. Episcopus Portuensis, & S.Ruffinæ.

Episcopus Sabinensis. Episcopus Tusculanensis.

Episcopus Prænestinensis. Episcopus Albanẽsis.

Singulis autem Vrbis Ecclesiis assignati sunt presbyteri, Cardinales vigintiocto, Diaconi verò, sunt octodecim.

In primis de ecclesiis presbyterorum Cardinalium.

Tituli S.Crucis in Ierusalẽ presbyter Cardinalis.

Tituli sanctorum Marcellini, & Petri presbyter Cardinalis. Tituli sanctorum quatuor coronatorum Presbyter Cardinalis.

Tituli sanctorum Ioãnis, & Pauli presbyter Cardi.

Tituli sanctæ Anastasiæ presbyter Cardinalis.

Tituli sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis.

Tituli S.Stephani in Cœlio monte presbyt.Card.

Tituli S.Clementis presbyter Cardinalis.

Tituli sanctorũ Nerei, & Archilei presbyt.Cardin.

Tituli sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis.

Tituli sanctæ Potentianæ presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Sixti presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Petri ad vincula presbyt. Cardinalis.

Tituli S.Martini in montibus presbyt. Card.

Tituli sancti Eusebij presbyter Cardinalis.

Tituli sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Praxedis presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Vitalis presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Ciriaci in Thermis presbyt.Card.

Tituli sancti Maurici presbyter Cardinalis.

Basilicæ duodecim Apostolorum presby.Cardin.

Tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Laurentij in Lucina presbyt.Cardin.

Tituli sancti Laurentij in Damaso presbyt.Cardi.

Tituli sancti Balbincæ presbyter Cardinalis.

Tituli sanctæ Mariæ in Transtiberim presb.Card.

Tituli sanctæ Ceciliæ presbyter Cardinalis.

Tituli sancti Grisogoni presbyter Cardinalis.

De Ecclesiis Diaconorum Cardinalium.

Sanctæ Luciæ in Septisoliis. S.Mariæ in Aquiro.

Sancti Theodori. Sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Sancti Gregorij ad Velum aureum.

Sanctorum Cosmæ & Damiani.

Sanctæ Mariæ nouæ. Sancti Hadriani.

Sanctorũ Georgij, & Bacchi. S.Mariæ in via lata.

Sanctæ Mariæ in porticu. Sancti Angeli.

Sancti Nicol.in carcere Tulliano.

Sanctæ Mariæ in Dominica. Sancti Eustachij.

Sancti Nicolai inter imagines.

Sancti Viti in macello. Sanctæ Agathæ.

Episcopi qui sunt sub Rom.Pont. & non sunt in alterius prouincia constituti.

Ostiensis, & Valletrensis. Portuẽsis & S.Ruffinæ. Sabinensis. Prænestinensis. Tusculanensis. Albanensis.

CIVITATES MVNDI QVÆ vltra vrbem tenentur à Christianis.

In Campania & maritima.

Anagnin. Ferentin. Verulan.Soran. Aquinas. Sagnin. Alatrin. Terracinen. Fundan. Tiburtin.

In Aprucina, & Marsicana Prouincia.

Aquilen. Forcanen. vniti.
Marcican. Valuensis, seu Sulmonen.
Theatinus. Adrien. Pennensis. vniti.
Aprutinus, seu Theran.

In Tuscia, & patrimo.

Nepesin. Sutrin. Vniti.
Ciuitaten.vel Ciuitatis. Castellanen. vniti.
Ortan. Balneorigen. Montis falconis.
Cornetan. vniti. Vrbeuetan. Viterbien.
Tuscanen. vniti. Castren. Clusinus.
Castellanus. Grossetan. Suauen. Perusin.
Aretin. Vulteran. Senen.Archiepiscopus.
Lucan. Pientin. Pistorien.
Florentin.Archiepiscopus. Fesulan. Lunensis.
Corthonensis. Binensis. Sarzanen.

In Ducatu Spoletano.

Asisinas. Nuccerin. Spoletan. Amelien.
Interamnensis. Fulginas. Eugubin.
Tudertin. Narniensis.

In Marchia Anchonitana.

Asculanensis Camerinensis. Firman.
Auximanensis. Humanas.
Anchonitan.coniuncti. Esinensis,vel Exinas.
Senogalien. Pisaurensis. Calliensis.
Vrbinas,seu sancti Leonis. Racanatensis.
Fanensis. Forosemproniensis. Maceratensis.

In Romandiola.

Archiepiscopus Rauennas hos habet suffraganeos.
Ariminensis. Cersanetensis. Brittonoriensis.
Imolensis. Sarenien.vel Sarsinaren.
Mutinen. Bononien. Bobien.
Foroliuiensis. Ceruiensis. Foropompiliens.
Fauentinus. Regien. Furrarien.
Comaleden. Parmen. Placentin. Barcinen.

In Insula Regni Siciliæ.

Archiepiscopus Panormitanus hos habet suffraganeos.
Agrigentin. Mazaren. Meleuitan.vel Malten.
Archiepiscopus Montis regalis hos habet suffraganeos.
Siracusanensis. Cathaniensis.
Archiepiscopus Messanensis hos habet suffraganeos.
Cephaludensis. Pacen.& Lipparien.sunt vniti.
Sancti Marci. Militen.isti duo sunt exempti & vniti.

In Calabria.

Archiepiscopus Regien.hos habet suffraganeos.
Lucrensis. Cassanensis. Cotroniensis.
Cathacensis. Neocastrensis. Giracensis.
Toropeten.aliàs Tropiensis. Bonensis.
Squilacensis.
Archiepiscopus Consentin.hunc habet suffraganeum.
Marturanensis.
Archiepiscopus Rossanen.non habet suffraganeos.
Bisignanen.est exemptus.
Archiepiscopus sanctæ Seuerinæ hos habet suffraganeos.
Ebriacen.vel Vmbraticen. Strangulen.vel Scromen.aut Insulen. Geneocastren.vel Genicocastren. Gerentinen. Sancti Leonis.

In Apulia.

Archiepiscopus Larcatin.hos habet suffraganeos.
Mutulensis. Castellanen.vel Castellaneten.
Archiepiscopus Brundusin.hunc habet suffraganeum.
Astrinen.vel Ostrinen.
Archiepiscopus Hidronti.hos habet suffraganeos.
Castrensis. Gallipolitan. Liciensis, vel Licenensis. Vngentinen.vel Ogentin.
Lucensis,vel Lucadẽsis. Neritonen.est exẽptus.
Archiepiscopus Barensis hos habet suffraganeos.
Betontinensis. Caelphaian.vel Nelphiten.
Iuuenacensis. Rubentinensis,vel Rubensis.
Salpensis. Bitterensis. Mineruiensis.
Catherinensis. Cauriensis. Conuersan.
Polignianens. Lauellinensis.
Archiepiscopus Tranensis hos habet suffraganeos.
Vigiliensis. Andren.vel Adrien.
Penensis coniuncti.
Archiepiscopus Sipontin.vel montis Gargani. hos habet suffraganeos.
Vescanensis. Troianensis. exempti.
Melphiensis.
Monopolitanen. Rapollen. exempti.
Archiepiscopus Consan.hos habet suffraganeos.
Auranensis. Montisuiridis. Sarranensis.
Laquedonen. Sancti Angeli de Lombardis.
Bisaciensis.
Archiepiscopus Acheronti.hos habet suffraganeos.
Potentiensis. Venusinensis. Angolensis.
Gricariensis. Grauinensis.

In terra laboris.

Archiepiscopus Beneuentanus cuius ciuitas est Romanæ ecclesiæ, hos habet suffraganeos.
Thelesinen. Sanctæ Agathæ. Alipiensis, vel Alipharen. Montis Marani. Vican.
Boianensis,vel Roianen. Auellinensis.
Arianensis. Asculanensis. Tertibulensis.
Vlturanens. Ferentinens.vel Florentin.
Ciuitatens. Lesinens. Triuentinens.
Vadiens.vel Gadiens. Musanens. Nucerin.
Draconens. Alarinens. Termolens.
Frequentinens. Biminens. Sanctæ Mariæ.
Archiepiscopus Salernitan.hos habet suffraganeos.
Caputaquensis. Policastrens. Nusauitan. vel Nuscan.Sarnens. Aceruens.vel Arcenen.
Marciscens. Rauellens.est exemptus.
Archiepiscopus Amalphitan. hos habet suffraganeos.
Capricanensis. Scalens.vel Camens.
Minorens. Siteranensis.

Archiepiscopus Surrenti.hos habet suffraganeos.

Lobrens. Salpens. Equen.vel Aquen.aliàs Vicen.vel Vican. Castellimaris,vel Scabiens.

Archiepiscopus Neapolitanus hos habet suffraganeos.

Auersan.est exemptus. Nolan. Cumanen. Iscalan. Puteolanens. Acerran.

Archiepiscopus Capuanus hos habet suffraganeos.

Theanensis. Calmensis. Caluensis. Suessan. Venafran. Aquitanen.vel Aquinaten. Iserniens. Casertanens. Caiaciens. Casinen.est exemptus.

In Tuscia, & Corsica.

Archiepiscopus Pisan. hos habet suffraganeos.

Messanensis. Alariens. Ciuitatens. Aiacensis. Segonensis.

Archiepiscopus Ianuensis hos habet suffraganeos.

Bobiensis, vel Robiensis. Aprumacensis, vel Brumacensis. Metensis, vel Maranensis. Acciens.vel Amprumacens. Nubiensis, vel Nebiensis. Nauensis. Albiganensis.

In Sardinia.

Archiepiscopus Calaritanensis, hos habet suffraganeos.

Sulcitan.vel Sulcien. Doliensis. Suellensis,hodie est vnitus Calaritan.

Archiepiscopus Turitan.hos habet suffraganeos.

Sorrensis. Plonatens. Ampuriensis. Gisacensis,vel Girardensis. Castrensis. Othauensis,vel Othaicens. Bosanensis.

Archiepiscopus Alborensis,hos habet suffraganeos.

Vssellensis. Terræ albæ. Sanctæ Iustæ. Ciuitatens. Galtellinens. Isti duo sunt exēpti.

In Flaminia,& Lombardia.

Archiepiscopus Rauennas, hos habet suffraganeos.

Adriensis. Ceruiensis. Foropompilien. Comaclens. Foroliuiens. Velliuiensis. Cesenatens. Sareniēs. vel Sarsinatens. Fauentin. Mutinensis. Reginensis. Barcinensis. Imolensis. Bononiensis. Parmensis.

Archiepiscopus Mediolanensis, hos habet suffraganeos.

Bergomensis. Cremonens. Nouariens. Ipporegiens. Astensis. Albens. Saonens. Vintimilens. Brixiens. Laudens. Vercellēs. Vigleuiens. Aquens. Terdonens. Albinganens. Placentin. Papiens. Ferrariens. Isti duo sunt exempti.

Archiepiscopus Taurinensis,hos habet suffraganeos.

Casalen. Montisregalis. Salutiarum.

In Dalmatia supra mare.

Patriarchatus Aquilegiensis,hos habet suffraganeos.

Mantuanens. Tridentinens. Marauens. Vincentinens. Concordiens. Cuman. Veronens. Paduens. Teruisinens. Cenetens. Feltrensis. Bellunensis. Isti duo sunt vniti. Polanens.vel Ponens. Parentinens. Triestinēs. vel Tergestinens. Comaclens. vel Petenens. Capitis Istriæ,vel Iustinopolitan. Maoriens. Ciuitatis nouæ, vel Emonensij.

In Istria super mare.

Patriarchatus Gradens.hos habet suffraganeos.

Castellanensis, vel Venetiarum. Torcellanens. Equilensis, vel Ensulan. Capruliens. Clodiens. Ciuitatis nouæ.

In Sclauonia.

Archiepiscopus Iadrensis,hos habet suffraganeos.

Ausarensis. Arbensis. Veglensis.

Archiepiscopus Spalatensis, hos habet suffraganeos.

Traguriens. Scardonens. Nonensis. Sibinicens. Teniens. Temnens. Almisiens. Farensis.

Archiepiscopus Ragusin.hos habet suffraganeos.

Stagnens. Rossonens.vel Bossonens. Tribuniens. Catharens. Bacens. Rocens.coniuncti. Biduanens.

Archiepiscopus Antibarensis, hos habet suffraganeos.

Dulcinens. Driuastens. Scodrens. Sardens. Suacinens. Polastrens. Arbens. Surtarensis,vel Acittarensis.

In regno Vngaria.

Archiepiscopus Strigoniensis, hos habet suffraganeos.

Agriensis. Vaciens. Niciens. Quinque Ecclesiens. Vesprimiens. Lauriensis.

Archiepiscopus Colocensis, hos habet suffraganeos.

Zagabriensis, vel Zagrabiens. Transsiluanens. Voccadrens. Suiniens. Visemburgens. Cenadiensis. Bosnensis.

In Regno Polonia.

Archiepiscopus Guerzensis,hos habet suffraganeos.

Vritislauiens. Lubricens. Vaniens.est exēptus. Plorensis. Cracouiens. Poznauiensis. Mazouiens. Pomeuariens.vel Vadislaniensis.

Ia Alemania.

Archiepiscopus Maguntin.hos habet suffraganeos.

Pragensis caput regni Boemiæ. Marouiens.vel Olomens. Fisteténs. Constantiensis. Argentinens. Vormacens. Hildes hemensis. Paldeborens. Curiensis. Spirens. Verdens. Halberstatensis. Bambergens.est exemptus.

Archiepis.Coloniens.hos habet suffraganeos.

Leodiens. Monasteriēs. Traiectens. Mindēs. Osnaburgensis,vel Osemburgensis.

Archiepisc.Bremens.hos habet suffraganeos.

Barduicens.nunc destructus. Cadeburgensis,vel

Conuermẽ. Lubicẽſ. Auerniẽ.vel Mihiliburgẽ.

In Liuonia & Prußia.

Archiepiſcopus Rigẽſis,hos habet ſuffraganeos.
Oliſienſis. Curomenſ. Trabatenſis.
De inſula ſanctæ Mariæ in Pruſsia.
Lithonienſ. Vermienſ. Sambienſ. Culmenſ. vel Curladenſ. Zimalienſis. Pomezanienſ.

Archiepiſcopus Magdeburgenſis,hos habet ſuffraganeos.
Huergenſ. Miſnen.vel Miſen. Manſerburgenſ. Citen.vel Neuburgen. Brandeburgenſis.

Archiepiſcopus Salſeburgenſis ,hos habet ſuffraganeos.
Patauienſis. Friſrenen.vel Fiſingen. Gurcenſ. Sequouenſ. Ratiſponenſ. Briſinenſ. Reinen.vel Enimo.de nouo creat. Lauendinen. vel Lauentin.

Archiepiſcopus Treuerenſis, hos habet ſuffraganeos.
Metenſ. Virdunenſ. Tullenſis.

In Burgundia & Sabaudia.

Archiepiſc.Biſuntin.hos habet ſuffraganeos.
Baſilienſis. Bellicenſ. Lauſanenſ.

Archiepiſcopus Tarentaſienſis, hos habet ſuffraganeos.
Seduenſis. Auguſtenſis.

In Prouincia Prouinciæ.

Archiepiſcopus Eduenſis,hos habet ſuffraganeos.
Dignenſis, Graſſenſ. Senetenſ. Nicienſ. Glaudatenſis. Vencienſis.

Archiepiſcopus Aquenſis, hos habet ſuffraganeos.
Apſenſis. Foroiulienſ. Siſtaricenſis. Regenſis. Vanicenſis.

Archiepiſcopus Arelatenſis,hos habet ſuffraganeos.
Maſsilienſis. Vaſionenſ. Tricaſtrinenſ. Cauallicenſ. Aniuionenſ. Auraſicenſ. Carpetoracenſis. Tholonenſis.

Archiepiſcopus Viennenſis, hos habet ſuffraganeos.
Valentinen.Dienſen.ſunt coniuncti. Viuarienſ. Maurianenſ. Gebennenſ. Grationopolitan.

In Francia.

Archiepiſcopus Lugdunenſis, hos habet ſuffraganeos.
Eduenſis. Gabilonẽſ. Matiſconẽſ. Lingonẽſ.

Archiepiſcopus Seno.hos habet ſuffraganeos.
Pariſienſis. Aurelianenſ. Antiſiodorenſ. Meldenſ. Carnotenſ. Niuernenſ. Træcenſ.

Archiepiſcopus Rhemenſis, hos habet ſuffraganeos.
Sueſsionenſis, Cameracenſ. Morinenſ. Ambianenſis, Siluanetenſ. Laudunenſis. Cathalonenſis. Tornacenſis, Attrebatenſis. Nouionenſis. Beluacenſis.

In Normandia.

Archiepiſcopus Rothomagenſis,hos habet ſuffraganeos.
Baiocenſis, Ebroicenſis. Lexouienſis. Abricenſis. Sagienſ. Conſtantienſis.

In Britannia.

Archiepiſcopus Turonenſis,hos habet ſuffraganeos.
Cenomanenſis. Cariſopitenſ. Leonenſis. Andegauenſ. Maclouienſ.Dolenſ. Nannetẽſ. Venetenſ. Treconenſ. Briocenſ. Redonenſ.

In Ducatu Aquitaniæ.

Archiepiſcopus Bituricenſis , hos habet ſuffraganeos.
Claromontenſis. Lemouicenſ. Ruthenenſ. Mimatenſis. Albienſis. Caſtrenſ. Tutellenſ. Carfurcenſis. Vabrenſis. Sancti Flori. Anicienſis eſt exemptus.

Archiepiſcopus Tholoſanus,hos habet ſuffraganeos.
Pictauienſ. Engoliſmenſ. Agennenſis. Xantonenſ. Petragoricenſ. Condomienſis. Mallacẽſ. Lucionẽſ. Sarlatẽſ. de nouo creata.

In Vaſconia.

Archiepiſc. Auxitan.hos habet ſuffraganeos.
Aquenſ. Conuenarum. Taruienſ. Vaſatenſ. Laſcurenſis. Ledroenſis. Conſeranenſis. Olorenſis. Baionenſis. Adurenſis.

In Gotia.

Archiepiſcopus Nabornenſis , hos habet ſuffraganeos.
Carcaſſonenſis. Agathenſis. Sancti Pontij Thomeriarum. Electenſis. Magolonenſis. Elnenſis. Bitercenſis. Ledouenſis. Nemauſenſis. Vticenſis.

In regno Aragonum.

Archiepiſcopus Tarraconenſis , hos habet ſuffraganeos.
Barchinonẽſis. Vicenſ. Vrgellẽſ. Valentinẽſ. Gerundenſ. Illerdenſ. Dertuſenſ. Maioricẽſ.

Archiepiſcopus Cæſarguſtan. hos habet ſuffraganeos.
Oſcenſis. Pampilonenſ. Segobricenſis. Tiraſonenſis. Calaguritan.

In regno Caſtellæ, & Legionis.

Archiepiſc.Toletanus,hos habet ſuffraganeos.
Segontinẽſis. Burgẽſ. Segobſenſ. Cordubẽſ. Oxomenſ. Palentin. Conchenſ. Carthaginẽſ.

Archiepiſcopus.Compoſtellanus, hos habet ſuffraganeos.
Abulenſ. Salamantin. Caurinenſ. Placentinẽſ. Elborenſis. Vlixbonenſis. Legionenſis. Ouetenſis. exempti. Samorenſ. Egitanienſis. Pacenſis. Ciuitatenſis. Lametenſis.

In Regno Portugaliæ.

Archiepiſcopus Bracharenſis , hos habet ſuffraganeos.
Portugalenſis,caput regni. Columbrienſis. Aurienſ. Lucenſ. Mindonienſ. Viſenſis. Tudenſis. Aſtoricenſis.

Archiepiſcopus Iſpalenſis , hos habet ſuffraganeos.
Gienenſis. Godicenſ.vel Gaden. Siluenſ. Mariochitan.in Aphrica. Rubicenſis.

In regno Angliæ.

Archiepisc. Eboracensis hos habet suffraganeos.
Dulenensis. Barleobensis.

Archiepisc. Cantuariẽsis hos habet suffraganeos.
Londoniensis. Cicestrens. Vinconiens.
Roffeens. Exouiensis. Vellensis. Barthoniẽs. vniti. Caresbienensis. Vuigorniensis.
Herefordensis. Conuertensis. Lichefeldensis. coniuncti. Lincolinensis. Heliensis.
Laudanens. Noruicens. Menenens.
Bangorensis. De sancta Asahph, siue Assanen.

In Regno Hyberniæ, siue Islandiæ.

Archiepisc. Armachan. hos habet suffraganeos.
Dundelegalensis. Mirdens. Argadens.
Bathugurensis. Darcikiensis. Dondalerkglan.
Tubernens. Drumorens. Lugundunens.
Conuarensis. Bachabonensis. Damligitiarens.
Cluanensis. Lumidinens. Cluenaria.

Archiepisc. Dublanensis hos habet suffraganeos.
Gledoralensis. Offoriens. Fetruens.
Leglinens. Rildarensis, vel Darensis.

Archiepisc. Casselensis, hos habet suffraganeos.
Laonensis, vel Linuricensis. Finabrensis.

De Insula Cathai.

Dekerua. Rossensis. Lisinorens. Corkarens.
Lumbricensis. Imilicensis. Vatrafordensis.
Clonensis. Derosaylichit.

Archiepisc. Tuaniensis hos habet suffraganeos.
Duacensis. Guachdunens. Decolã. Achadens.
Detelmunduach. Demageo. Deroscomon.
Clonfertensis. Alachdensis. Elfinensis.

In Regno Daciæ.

Archiepiscopus Lundensis, Suetiæque primas hos habet suffraganeos.
Rostrildensis. Sestleuicensis. Raueliensis.
Arusiensis. Othomensis. Ripensis.
Vuibergiensis. Burhlanensis.

In regno Noruegiæ.

Archiepisc. Nidrosiensis hos habet suffraganeos.
Bergensis. Hemetensis. Horcadensis.
Sodrensis. Eaënsis. Olensis. Nellandensis.
Stauagiensis. Asloënsis. Pharensis.
Greualadiensis. Scolarensis. Grandensis.

In Regno Suetiæ.

Archiepiscopus Vpsalensis hos habet suffraganeos.
Scarensis. Lincopensis. Stiruniensis.
Aloënsis. Abdensis. Aguriensis.
Vaxionensis.

In regno Scotiæ.

Archiepiscopus Sancti Andreæ hos habet suffraganeos.
Glasquensis. Candidæ casæ. Abredonensis.
Brichinens. Rossensis. Glauidens. Ergadiensis.
Catanensis. Dumblanensis. Murenensis.
Dumkeldensis.

In Regno Sardiniæ.

Archiepisc. Calarita. hos habet Suffraganeos.
Sulciensis, vel Sulcitan. Dolensis, vel Doliensis.
Suellensis.

Turitanus Archiepisc. hos habet Suffraganeos.
Sorrensis. Ampuriensis. Castrensis. Rosan.
Plonaccensis. Gisardensis. Othanensis.

Archiepisc. Arborensis hos habet Suffraganeos.
Vselensis. Terræ albæ. Ciuitatensis est exemptus. Calcellinensem. Sanctum Iustum.

In Vltramarinis partibus, & quæ tenentur ab infidelibus.

Patriarcha Hierosoly. hos habet Suffraganeos.
Ebronensis. Aicolonensis, qui dicitur Bethleem.
Lidensis.

Archiepiscopus Tyrẽsis hos habet Suffraganeos.
Aconensis. Bericensis, vel Bencensis. Pencẽsis, vel Paueadensis. Sidomensis.

Archiepisc. Cæsareæ hunc habet Suffraganeum.
Sabasten. qui aliàs dicitur Samaria.

Archiepis. Nazarenus hunc habet Suffraganeũ.
Thiberiadiensis.

Patracensis Archiepiscopus nullum habet Suffraganeum.

In Patriarchatu Antiochen. sunt C L I I I. Ecclesiæ Cathedrales, ad instar illius verbi Euangelici, Impletum est rete magnis piscibus C L I I I. de quibus his temporibus hos habet Archiepiscopos, qui inferius annotantur.

Suffraganei verò sunt isti.

Gabulensis. Anencendensis. Biblien. qui dicitur Gibiler. Laodicensis. Tripolitan.

Archiepisc. Tarsen. nullum habet Suffraganeum.

Archiepiscopus Edensen. qui aliàs dicitur Rex Medorum, nullum habet Suffraganeum.

Archiepiscopus Apparien. hunc habet Suffraganeum.
Valaniensis.

Archiepiscopus Tulupden. qui aliàs dicitur Eliosopolitan. nullum habet suffraganeum.

Archiepiscopus Conzen. nullum habet Suffraganeum.

Archiepiscopus Manustren. nullum habet Suffraganeum.

Iuxta traditiones veterum, & etiam quædam scripta, quæ autoritatem habent non modicam apud Palæstinos, & maximè Græcos, Ierosolymitana Ecclesia vsque ad tempora D. Iustiniani Augusti Episcopum habuit nulla vel modica dignitatis prærogatiua gaudẽtem. Tempore verò prædicti Principis, congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim, tempore domini Vigilij Papæ, Elicij Constantinopolis, Apollinarij Alexandrini, Dom. Eustachij Anthiochen. Patriarcham super tribus capitulis, videlicet, super scriptis Theodorici Thitil. Item scriptis Theodorini Mopsuestæ Episcoporum, & epistola Hibæ ad Marim Persan. In qua Synodo post alias Ecclesiæ Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat sanctorum Patrum, qui ad eam conuenerant autoritate prædicta Deo amabilem honorare Ecclesiam, & eius Episcopo locum inter Patriarchas dare communi sanxit voluntate, reuerentiam exhibens sanctæ Resurrectionis. Et quoniam prædicta Dei Ciuitas Ierusalem, & ciuitas quasi in

limitibus Alexandrini,& Antiocheni Patriarcharũ erat,nec haberent vnde illi vrbes ordinarent Suffraganeos, nisi vtrique Patriarchæ aliquid detraheretur, visum est expediens, ab vtroque aliquid decerpere, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarchatuum ordinarent subiectas. Subtraxerunt ergo Antiochen. Cæsariensem,& Sutopolitan.Metropoles, Alexandrinum verò Raquibensem, qui est hodie Patracensis, vbi non est Archiepiscopus Metropolitan. & quoniam eundem Patriarcham oportebat habere prȩter supradictos Metropolitan.familiares suffraganeos,quos Græci Euicellos vocant,subtraxerunt prædictis Metropolitã.quosdam episcopos, & quosdam de nouo creauerunt, vsque ad 25. quorum vrbium numerum, & nomina subiunximus, computatis prius Metropolitan.& earum Suffraganeis.Et ordo est talis.

In Palæstina.

Prima sedes Cæsarea Manconia,quȩ & Palestin. vocatur, quam reædificauit Herodes, sub hac sunt Episcopatus decem & octo.
Semãtipatrida. Yamas,id est,Assur. Nicopolis. Sorucis. Rasias,aliàs Rabos. Regum Apogos. Regum Serico. Regum Homas. Bemmemgadaron. Adotus Regum. Pamlias, id est, Palmenum. Aziotus typum. Ephromason. Estilion. Tricomias. Toxus, vel Trexus. Scaleum. Constantunaquis.

In Galilæa.

Sedes secunda Scitopolis, sed hodie ob venerationem Annunciationis Dominicæ,& Natiuitatis, beatæ Mariæ virginis translata est sedes ad Nazareth.Sub hac sunt Episcopatus I X.videlicet.
Capitelidos. Gedeum. Mulius. Tretacomas. Comanas. Miru. Pelon, vel Pilen. Yppus. Climangaulanus.

In Arabia,& Syria.

Sedes tertia Vetera Arabiæ.Sub hac sunt Episcopatus xxxv.
Adrason. Ierapolis. Phenustus. Tricomias. Exacconnas. Comastanis. Comonilutinos, Conuseraconas. Philodelphios. Philopopoles. Pontaconicas. Vocaneos. Neiu. Neupolis. Constandas. Saltum. Comogonias. Comocoreatus. Conuseatis. Diasrerason. Esuis. Dionysias. Canofados. Comiseragonas.
Suffraganeorum prima Ledda,quæ est hodie sanctus Georgius.
Ioppe,id est,Iaffe. Assaon. Neapolis. Tyberiadis. Capicolmo. Meunas.Iericuntus. Legionum. Maittonen.
Nazareth, vbi hodie est Archiepiscopus. Tabor vbi Transfiguratus est Christus.
Caraca,vel Petra. Helrenopolis. Hadraga. Erã. Monsina,vbi in pede montis est Abbatia in vertice Episcopatus.
Hæc est ordinatio sub Apostolica sede Antiochiæ Catholicorum Metropolitanorũ Archiepiscoporum,& Episcoporum.
Catholicus Yrampolis,quæ est Baldoch.Catholicus,qui est perfidus.

Sedes prima secundæ ordinationis,sub hac sede sunt hi Episcopatus.
Porphireon. Sidon. Biblium. Orchosia. Plomaidis. Sarepta. Berion. Beritus.
Secunda sedes secundæ ordinationis Tharsus, sub hac sede sunt hi Episcopatus.
Sebastis. Tina. Mallos. Thoricos. Poderados.
Sedes tertia Edessa,sub hac sunt hi Episcopatus.
Virromi. Carron. Vachaon. Intheria. Tapasaron. Constantia. Matropolis. Cedmaron. Querquensia. Calimicos.
Sedes quarta Appamia,sub hac sunt hi Episcop.
Epiphania. Riphania. Archusa. Larissa. Valanea.
Sedes quinta Terapolis,id est, Malbech,sub hac sunt hi Episcopatus.
Scuma. Varnallis. Petri. Balichi. Sunon. Neofemea. Errimon. Europi.
Sedes sexta Rostra,id est,Buselech,sub hac sede sunt hi Episcopatus.
Cerason. Philadelphia. Auscadon. Hetri. Parambo. Neylon. Zotoyma. Yem. Dionysia. Lorea.

In Armenia.

Sedes septima Anauersa, sub hac sunt hi Episcop.
Epiphania. Alexandres. Camprisopolis. Castanelli. Siria. Rossos. Ymorpolis. Flamas. Eguas.
Sedes octaua Seluisia, sub hac sede sunt hi Episcop.
Claudiopolis. Oropi. Senila. Anemori. Lamos. Irmopolis. Ristra. Philadelphia parua. Diocesaria. Dalixandos. Kelenderis. Sicopolis. Antiochia parua. Nephelia. Yompi. Germanico. Domeciopolis. Adrason. Neapolis. Mobda. Zinoepolis. Miloi.

In Syria.

Sedes noua Damascus,sub hac sede sunt Episcopatus innumerabiles.
Pamiponi. Guuakonechora. Laudacia. Zabrudaldanabi.
Archiepiscopus Tornualentis,qui est primus totius Bulgariæ,& nullum habet Suffraganeum.
Archiepiscopus Velesbudien.
Archiep.Prosexalmensis hos habet Suffraganeos.
Scopien. Budinensem vel Brusiberensem. Luosiensem. Pizriensem. Brunciberensem.

In Romania.

Ecclesia Constantinopol. hos habet Suffraganeos.
Colubriensem. Naturensem. Spigacensem. Pauadensem. Dorkensem. Chalcedonensem.
Archiepisc.Irachliensis hos habet Suffraganeos.
Redeseonensem. Galipolensem. Curlotẽsem. Missinensem. Peristaciensem. Darnensem. Archadopolitan.
Archiepiscopus Patracẽ.hos habet Suffraganeos.
Lapsacensem. Dinensem de Sallana.
Archiepiscopus Squisicen.vltra brachium sancti Georgij hos habet Suffraganeos.
Troianum. Iacorensem. Lupudiensem. Libariensem. Andrunicanũ. Decandimonia. De Epigonia.

Archiepi

Archiepiscopus Verisiē. hos habet suffraganeos.
Rossionensem. Aprensem. Ripsalensem.
Madricensis Archiepiscopus, & Adrinopolitanus Archiepiscopus, nullos habet Suffraganeos.
Traianopolit. Archiepis. vnū habet Suffraganeū. Auiensem.
Malziacen. vnum habet suffraganeum.
Maronensem.
Messipolitā. Archiepis. húc habet Suffraganeum.
Xanociensem.
Philipp. Archiepiscopus hos habet Suffraganeos.
Christopolitanum. Crysopolitanum.
Dragonensem.
Archiepiscopus Serress. nullū habet Suffraganeū.
Archiepiscopus Thessa. hos habet Suffraganeos.
Citren. Veriensem.
Archiepisc. Larissenus hos habet Suffraganeos.
Dinutrien. vel Dinutricen. Cardicensem.
Almurensem. Nazarocensem. Sidoniensem.
Dinucensem.
Archiepisc. Neopatensis hos habet Suffraganeos.
Lariaten. vel Lauacen.
Archiepiscop⁹ Thebanē. hos habet Suffraganeos.
Zorocemensis. Castoriensis.
Archiepiscopus Atheniē. hos habet Suffraganeos.
Termopilensis. Salonensis. Albelonensis.
Molgarensis. Daualiensis. Nigropontensis.
Reonensis. Eginnensis.
Archiepiscopus Corint. hunc habet Suffraganeū.
Aguinensis.
Archiepisc. Patracensis hos habet Suffraganeos.
Coloniensis. Coronensis. Andreuillensis.
Mothonensis. Amiclensis.
Archiepiscopus Corsiens. nō habet Suffraganeū.
Archiepiscopus Duracēsis nō habet Suffraganeū.

In Insula Creten.

Archiepiscopus Cretēsis hos habet Suffraganeos.
Kirokensis. Gerapetrensis. Milopotaniensis.
Calamoniensis. Rissaniensis. Archadiensis.
Sicinensis. Ariensis. Agiensis.
Archiepiscop. Atridēsis hos habet Suffraganeos.
Casensis. Napronensis. Scopulensis.
Margaricensis.
Archiepisc. Soltaniensis hos habet Suffraganeos.
Helenensis. Monauasiensis. Marrochitaniensis.
Sudensis. Taurisiensis.
Archiepisc. Vospreniēsis hos habet Suffraganeos.
Thepheliensis. Cerson. Marrehen.
Archiepiscopus Collossen. qui dicitur Rhodon. non habet Suffraganeum.
Archiepiscopus Cambalien. in dominio Tartarorum, non habet Suffraganeum.

Tempore Pipini regis Francorum fuit composita hæc descriptio.

Ex parte Ægypti detinet Soldanus super maritimam Senlonam, vbi fuit tempore Græcorum sedes Archiepisc.

Item detinet Gazarum, & Varonem, quæ fuerūt castra Templariorum, & fuit sedes Episcopalis tempore Græcorum. Versus Ierusalem detinet Sebasten. quæ fuit, & est sedes Episcopalis.

Item detinet Neapolim, quæ est vna cum terra Sebasten. antiquitus Samaria dicebatur.

Item detinet grande Gericum, & Castrum planorum, & Castrum Falbatum, quæ fuerunt Castra nobilissima Templariorum, hæc omnia detinet cū pertinentiis suis.

Versus Arabiam, & in Arabia detinet Ebron quę nunc sanctus Abraham nuncupatur, & est sedes Episcopalis.

Itē Castrum nobilissimū, quod Caphila dicitur.

Item Patracen. Cumaten. & Archiepis. sedes, quę nunc Eracum vulgariter nuncupatur.

Item Castrum montis regalis & Sebe cum pluribus aliis Castris quorum nomina ignorantur, & hæc terra debet esse filiæ principis Pipini, & protenditur à Ierusalem per 16. dietas.

Item vallem de mossa, quæ est pars Idumeæ, & hæc est versus Damascum vbi sunt plura Castra & villæ, quorum nomina ignorantur, & debent esse domicillæ prædictæ.

Item versus Atton, & versus Nazaret castrum Saporiæ, quod fuit regis.

Item montem Tabor, & Castrum Buriæ, quæ fuerunt Abbatis dicti montis.

Itē ciuitatē Vaim, vbi olim fuit sedes Episcopalis.

Item Bethsaidam ciuitatem Petri & Andreæ.

Item castrum, quod Bellum videre dicitur, quod fuit hospitalis Ierosolymitani.

Item in terra de Gor, vbi fuit Sodoma & Gomorrha, castrum quod Marescalcia dicitur, quod fuit dicti regis.

Item Iericho, quod fuit Abbatissæ sanct Lazari de Bethania, & distat ab hac parte Ierusalem per septem leucas.

Item supra mare Galilęæ ciuitatem Tyberiadis, quæ est sedes episcopalis & protenditur hæc terra per duas dietas, & amplius, & hæc omnia detinet cum pertinentiis suis.

Item versus Arabiam ex hac parte casttum quod dicitur Cauadesuet quod est Fluuius, qui iuxta Tyberiadim fluens Fluuio Iordanis iungitur, Dominus autem Tyberiadis est princeps Galilææ.

Item Tyron & Accon versus montanam, Castrū Saphet quod fuit templariorum.

Item Castrum Nouum quod fuit domini Tyronis, quod esse debet filiæ dicti principis.

Item vadum Iacob quod est templariorum.

Item Cæsaream Philippi, quod Bellinas vulgariter appellatur, & est episcopalis sedes: & debet esse filiæ dicti Principis, & hæc terra protēditur per vnā dietam supra Tyrum in Cauas maximas.

Item Episcopatum Symoden. Castrum, quod Belferh dicitur, & Canan Belciassem, & protenditur hæc terra per dietam & plus.

In Africa.

Qui colliguntur ex Conciliis Aphricanis.
Archiepiscopus Tingensis. Septensis. Bugiensis. Fessensis. Cyrenensis, qui dicitur Bonandrensis. Hipponensis.
Archiepiscopus Carthaginensis siue Tunicensis.
Tripolensis. Capritanensis. Basilitanensis.
Vsulensis.

Vsulensis. Martiriensis. Constantin. hodie. Tagastensis. Abriritanensis. Vticensis. Verensis. Adrumetinensis. Massylitanensis. Fulsiculensis. Horocellorum. Aurensis. Rusurensis. Pusquilensis. Baianẽsis. Baiensis. Sebastianensis. Estuagensis. Calamensis. Madaurensis. Seleniseliatensis. Neopolitanensis. Visiparensis. Lacularensis. Sunensis. Aquisregni. Sitiphensis. Opoensis. Abiritanensis. Icositanensis. Vuilenitanensis.

Et est sciendum ꝙ in primitiua ecclesia fuit assignatum & determinatum per dominum Papam, & de consilio fratrum ipsius, quomodo deberẽt venire ad ecclesiam Romanam pro soluendo tributo domino Papæ. Et hoc de exemptis intelligitur, & aliarum ecclesiarũ Prælatis, vel per legitimos procuratores ipsarum ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum aliorum religiosorum seu domorum, & de filiis quæ tenent feudum à dicta Romana ecclesia. Et ita describitur ad soluendum tributum.

Apuli, Italici, singulis annis quando curia est vltra montes: quando verò citra, singulis bienniis.

Gallici prouinciales, Cathalani singulis bienniis quando curia est vltra montes: quando verò curia est citra montes, singulis annis.

Teutonici, Vngari, Siculi, singulis bienniis.

Anglici, Hispani, singulis trienniis. Vltramarini singulis quadrienniis.

Imperatores Christianorum.

Imperator Romanorum.

Imperator Constantinopolensis.

Reges Christianorum.

Rex Francorum. Rex Castellæ & Legionis. Rex Ciciliæ. Rex Vngariæ. Rex Maioricarũ. Rex Armeniæ. Rex Scotorum. Rex Daciæ. Rex Trinacriæ. Rex Polonię. Rex Suetorum, vel Suetiæ. Rex Angliæ. Rex Aragonum. Rex Portugaliæ. Rex Nauarræ. Rex Cypri. Rex Sardiniæ. Rex Norvveyæ. Rex Bohemię.

In Ibernia.

Catholicus. Rex Coloniensis. Comachiæ. Rex Minauiæ. Menæ, Cathelinæ. Ibi hodie non sunt reges, sed tota Ibernia est sub rege Anglię.

Isti sunt feudatarij Ecclesiæ Romanæ.

Rex Siciliæ. Rex Ierosolymitã. Rex Vngariæ. Rex Sardiniæ. Rex Aragonum.

Dominus Clemens Papa V. fecit fratrem Ioannem de monte Coruino ordinis minorum existentem in Dominio Tartarorum Archiepiscopum Cambaliensis in partibus Orientis, & fecit consecrari in curia nouem fratres eiusdem ordinis in Episcopos, quos misit ad partes illas Suffraganeos, & in auxilium ipsius Archiepiscopi, & fuit sibi missum Pallium de Curia, & ordinatum etiam quòd esset pro successore propter loci distantiam.

Domi. Ioannes Papa XXII. fecit quendam de ordine Prædicatorum Archiepiscopum.

Sol tamen in partibus Aquilonis, & eodem modo misit sibi septem fratres ipsius ordinis pro suffraganeis, quos fecit consecrari in Curia in Episcopos, & fuit sibi missum pallium successorum, vt supra.

Et est sciendum, quòd hodie non sunt plures ecclesiæ Patriarchales, seu Episcopales, nisi de nouo crearentur per sedem Apostolicam.

Isti eligunt Roma. Imperatorem.

In primis Archiepis. Maguntinensis, sacri Imperij per Germaniam Archicancellarius.

Item Archiepiscopus Coloniensis, sacri Imperij per Italiam Archicancellarius.

Item Archiepiscopus Treuerensis, per regnum Arelatensis Archicancellarius.

Rex Bohemiæ, qui fuit Dux. Marchio Brandeburgensis. Dux Saxoniæ. Comes Palatin. Rheni. Vnde versus. Maguntinens. Treuerensis, Coloniẽsis, Est Palatinus dapifer, Dux portitor ensis. Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus. Hi statuunt Dominum cunctis per secula mundi.

Imperator Roman. debet coronari tribus coronis, videlicet.

Prima Ferrea, quæ significat potentiam & fortitudinem, & de ista Corona Ferrea debet coronari per Archiepiscopum Colonien. in villa, quę Aquisgrana dicitur, Colonien. prouinciæ Leodien. Diœcesis.

Secunda est de Argento, quæ significat, quòd in ipso est clara iustitia & munda: & de ipsa argentea corona coronatur per Archiepiscopum Mediolan. in Ecclesia Hodotien. & est Mediolan. Diœcesis.

Tertia est de Auro, quæ significat maioritatem & nobilitatem omnium metallorum, vnde per ipsam comparationem debet esse in ipso Imperatore semper iustitia: & debet eam firmiter seruare, & semper permittere reddere vnicuique quod suũ est: de ista corona aurea vltimo debet coronari in vrbe per dominum Papam, in Basilica sancti Petri, in altari sancti Mauritij in signum quòd est Imperator, & sub eo ratione suæ confirmationis. Vnde dictus Imperator stare non debet in vrbe, nisi per vnã noctem post suam coronationem, & in exitu vrbis ascendit montem vnum prope Ecclesiam S. Petri extra muros per duo milliaria, qui vocatur mons Maurus, qui quidem mons altior est omnibus aliis de contrata dictæ vrbis, & tunc quando est in vertice montis eleuans manum, voluendo se dicit, omnia quæ videmus nostra sunt, & ad mandata nostra perueniunt. Et statim mittit per vniuersum mundum, vt ad mandata sua veniant omnes Barones, & principes Christiani, & Pagani totius mundi, qui sibi debent respondere: vt in primo folio Codicis, vbi dicitur omnia quæ videmus nostra sunt, continetur.

SEQVITVR MODO CONuenienter videre de ordinibus, & religionibus Christianitatis, & eorum nominibus per Romanam ecclesiā approbatis, & qui ex eis dicantur non mendicantes, & qui mendicantes, & qui militiarum. Et primò de non mendicantibus.

Monachi, Ordo sancti Basilij, & caput vocatur Archimandrita.

Monachi, Ordo sancti Benedicti, Gilbertus instituit ordinem in Anglia sub regula S.Benedicti.

Monachi, Ordo Cistercien. Monachi, Ordo Cluniacen. Canonici, Ordo Præmonstraten.

Et istis tribus non additur ordo, Dilecto filio Abbati Monasterij Cistercien. Cabilonen. Diœcesis, & sic de aliis.

Canonici, Ordo S.Augustini.

Fratres, Ordo sanctæ Mariæ Cruciferorum.

Frat. Ordo Cruciferorum cum stella.

Magister, & fratres hospitalis sancti Francisci Cruciferorum cum stella in pede pontis. pragen. ordinis S.Augustini.

Ioanni priori domus fratrum sanctæ Mariæ de Venetiis, ordinis Cruciferorum Castel. Diœcesis.

Frat. Ordo S.Petri confessoris de Magella.

Fratres, Dominici Sepulchri ordinis S.August.

Prioratus domus Sepulchri dominici Calatābio ordinis sancti Augustini Tirasonensis Diœcesis.

Magister & Fratres.

Priori & capitulo ecclesiæ Ierosolimitan. & Sepulchri dominici ordinis sancti Augustini, per fratres dicti Sepulchri, cuius idem Ioannes frater, &, vt asserit, ordinem ipsum expresse professus est gubernari soliti.

Frat. Ordo Cartusien.

Fratres, Ordo vallis vmbrosæ sub regula S.Augustini degen.

Fratres, Ordo Camaldulen.

Ioanni primi eremit. Camaldulen. ad Romanam Ecclesiam nullo modo pertinētis. Aretin. Diœcesis.

Frat. Ordo Grandimonten.

Frat. Ordo fontis Ebrādi sub regula S.Benedicti.

Frat. Ordo vallis Scholarium, sub regula S.Aug.

Frat. Ordo vallis caulium mo. Ordo Floren.

Frat. Ordo humiliatorum.

Ioanni Præposito domus Pistoriē. ordinis Humiliatorum.

Frat. Ordo sancti Gulielmi sub regula S.August.

Frat. Ordo Siluestrinorum de montefano.

Ordo sancti Victoris sub regula S.Augustini.

Ordo de Sempingam.

Inno.VII. Dilecti filij Priori & Conuentus Monasterij de Sempingam, per priorē soliti gubernari, ad Ro.Eccl. nullo modo pertinentis, ordinis sancti Gilberti de Sempingam Licolmen. Diœcesis.

Ordo sanctæ Trinitatis & redēptionis captiuorum, sub regula S.Augustini.

Ordo fratrum Beati Pauli primi Eremitæ, sub regula S.Augustini degen.

Dilecti filij præceptori præceptoriæ sancti Antonij in P.Lan. Diœcesis.

Ordo beatæ Mariæ de mercede & redemptione captiuorum.

Ordo beatæ Mariæ de mercede capt.

Ordo fratrū de pœnitētia beatorū martyrū Car.

Ordo sancti Hieronymi secundum instituta S. Augustini, & sunt fratres, & habent Priorem, & Conuentum, & Monasteria, & sunt in Hispania plura Monasteria.

Ordo Monachorum eremitarum S.Hieronymi, erectus per Martinū v. & sūt Monachi monasteriorū in Hispania, & habent priores, & sunt pauca monasteria ordinis S.Benedicti Celestinorū nūcupati.

Fratris tertij ordinis S. Francisci de pœnitentia nuncupati, Ioannis monachi Monasterij S. Nicolai Malfitan. ordinis S. Benedicti, in quo monachi secundum instituta beati Petri confessoris viuunt.

Mendicantium ordines sunt hi, videlicet.

Ordo fratrum Prædicatorum.

Magistro, ac vniuersis Prædicatorum.

Ordo fratrum Eremitarum S.August.

Priori generali fratrum Eremitarum S. August.

Ordo fratrum beatæ Mariȩ de monte Carmelo.

Ordo fratrum seruorum sanctæ Mariæ ordinis sancti Augustini.

Priori generali, & fratribus seruorum sanctȩ Mariæ, ordinis S.Augustini.

Priori prouinciali fratrum seruorum S. Mariæ, ordinis S. August. patrimonij beati Petri in Tuscia secundum morem dictorum fratrum.

Ordo fratrum Minorum.

Sorores viuentes sub cura fratrum Prædicatorū.

Vide in tit. ea quæ de bonis. in quinterno.

Sorores viuentes sub cura fratrum minorum, ordinis sanctæ Claræ.

Sorores pœnitentium beatæ Mariæ Magdalenȩ, ordinis S.Augustini.

De ordinibus militiarum.

Ordo sancti Ioannis Ierosolymitani.

Ordo sanctæ Mariæ Theutonicorum.

Ordo militiæ sancti Iacobi de spata in Hispania.

Ordo militiȩ Calatrauēn. sub regula Cistercien.

Ordo militiæ Iesu Christi.

Abbas & conuentus monasterij sancti Spiritus prope Sulmonam, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinētis, ordinis S.Benedicti Velluē. Diœc. cuius beatus Petrus de Murrone extitit institutor.

Abbas & Conuētus beatæ Mariȩ de mōte oliueti, ordinis sancti Benedicti Aretin. Diœcesis. Vel sic Monasterij & cæt. sancti Olivueti nuncupati.

Sancti Ioannis Ierosolymitani sub regula S. Augustini & sanctæ Mariæ Theutonicorum.

Magistro hospitalis S.Ioannis Ierosolymitan. & Conuētui Rhodi hospitalis eiusdē Colocē. Diœcesis.

Sācti Iacobi de Spata Calatrauē. ordinis S.Aug.

Magistro & fratribus militiæ hospitalis sancti Thomæ martyris Camarien. Accon.

In bulla Alexan. iiij. sancti Thomæ Magistro & fratribus hospitalis sancti Thomæ martyris Acconen. in bulla Io.xx.

Conuentus est in monasterio Castri beatæ Mariæ de Muntesia d. ordinis Valent. diœce.

Militia

Militia beatæ Mariæ de Muntesia, & S. Gregorij Cistertien. ordinis.

Altopassu. Magistro & fratribus hospitalis S. Iacobi de Alto passu Ro. Eccl. immediatè subiecti, ordinis S. Aug. Lucaniensis Diœcesis. Dilectis in Christo filiabus

Xixena. Priorissæ & conuentui monasterij de Xixena, per priorissã soliti gubernari, ordinis S. Augustini Illerden. diœcesis sub cura & secundum instituta fratrũ sancti Ioannis Ierosolymitan. degentibus.

Ordo fratrum S. Lazari sub regula sancti Augustini digentium.

Dilecto filio A. de Corduba generali magistro hospitalis S. Lazari Ierosolymitan. ordinis S. Augustini. Cùm itque generalis magistratus.

Ordo fratrum S. templi Domini sub regula S. Aug. degen.

Ordo fratrum Cruciferorum cum stella.

Intitulatio mulierum Ecclesiasticarum vel religiosarum.

Vide in quinterno Cãcellariæ, tit. ea quæ de bonis. Maria monialis monasterij monialium Sancti Nicolai, ordinis S. Augustini, sub cura & regimine fratrum prædicatorum degent.

Priorissa & conuentus monasterij per Priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustini sub cura & secundum instituta fratrum ordinis Prædicatorum quibus ex Apost. sedis priuilegio licet, dicitur habere facultates.

Pœnitẽtes. Dilectæ in Christo filiæ vniuersæ mulieres pœnitentes nuncupatæ in domo S. Hieronymi oppidi Vienen. Patauien. Diœcesis.

Inclusæ. Dilectis in Christo filiabus, Abbatissis & Conuentibus monasteriorum monialium inclusarum siue ordinis S. Claræ siue sancti Damiani siue minorissæ dicantur.

Dilecti filij Canonici, & dilectæ in Christo filiæ canonissæ secularis ecclesiæ Assinden. in qua certus numerus Canonicorum existit, Golonẽ. Diœcesis.

Abbatissa, & cõuentus, ac fratres, & sorores monasterij, siue domus in Marientione ordinis S. Augustini S. Saluatoris nuncupati Suermen. Diœcesis.

Pro parte dilectæ in Christo filię Abbatissæ Monasterij Thoren. ordinis sancti Benedicti Leodiens. Diœcesis, in quo etiam præter dilectas in Christo filias inibi Canonissas ipsa duntaxat Abbatissa dictum ordinem expressè profiteri consueuit, aliqui seculares clerici Canonicatus, & præb. ibidem obtinentes, ac capitulum insimul faciẽtes fore noscũtur, nec non Capituli huiusmodi petitio continebat. Ad collationem etiam dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Canonissarum ac dilectorũ filiorum Præpositi, Decani, & Capituli, singulorúmque Canonicorum & personarum secularis & collegiatæ Ecclesiæ sanctæ Gertrudis Niuellen. Leodien. Diœces. in qua pręter easdem Abbatissam & Canonicas nonnulli Canonici seculares huiusmodi capitulum inibi facien. fore noscuntur communiter vel diuisim pertinere.

De monetarum valore.

Libra Turonensium paruorum valet ducatum vnum auri de camera.

Libra Turonensium monetæ in Francia. Tres libræ faciunt ducatos duos.

Libra Maioricẽ. Tres libræ faciũt duos ducatos.

Libra Barchinonen. Iacen. Valentin. quælibet libra ducatum vnum.

Libra monetæ Normandiæ, tres libræ valent duo scuta non antiqua.

Libra monetæ Britanniæ valet minus vno duca. quia x. lib. valent duca. viij.

Libra Parisien. valet modicum minus libra Britanniæ, & modicum plus monetæ Franciæ.

Libra monetæ Sterlingorum in Scotia, valet duca. duos cum dimidio.

Libra monetæ Vsualis in Scotia valet ducatum vnum auri, & tres libræ similes valent tres ducatos, qui faciunt vnam libram sterlingorum. Et tunc componentur lib. sterlin. ex compositione antiqua ad duca. duos cum dimidio. Reuera, vt intellexi, valet ducatos tres.

Libra Sterlingorum in Anglia valet ducatos sex, tamen ad duca. quatuor.

Libra monetæ Meten. valet ducatum vnũ auri.

Libra monetæ Flandriæ valet duc. tres.

Franchus in Francia, tres franchi faciunt ducatos duos.

Floreni tres auri de Aragonia, valẽt ducatos duos.

Florenus Renen. auri valet grossos Papales octo, & computantur in Cam. Apostolica quatuor floreni, pro tribus ducatis.

Florenus Sabaudiæ valet baiocchos ij. duo floreni cum dimidio, & vnus grossus Sabaudiæ facit ducatum vnum.

Floreni septem Rhenen. ad rationem xl. grossorum monetæ Flandriæ pro quolibet, faciunt ducatos quatuor.

Floreni tres regni Nauarræ valent ducatum vnum auri.

Floreni tres monetæ prouincię faciunt ducatum vnum.

Marcha sterlingorum in Anglia valet ducatos quatuor.

Marcha Sterlingorũ in Ibernia valet duca. duos cum dimidio.

Marcha argenti valet ducatos quinque auri de camera.

Marcha argenti puri valet ducatos sex similes.

Marabatini in Hispania cccc. faciunt ducat. vnũ auri, tamen solet augeri, & minui pretium. mille Marabatini valent ducatos duos cum quart. iij. alterius ducati.

Scutum antiquum Franciæ valet ducatum vnum.

Scutum nouum auri Franciæ valet ducatum vnum, minus vno grosso Papali, & sic computantur in Cam. Apostolica.

Salutrin. valet ducatum vnum auri.

Vncia valet ducatos sex auri.

Florenus Carolen. valet medium duca.

Floren. Brabandiæ valet medium ducatum.

F I N I S.



TRACTATUS

CONCORDATORVM,

QVÆ INTER SANTISS. D. NOSTRVM PAPAM LEONEM X. ET SEDEM APOSTOLICAM, Ac Christianissimum D. nostrum Regem Franciscum, & regnum sunt edita:

Auctore & glossatore D. PETRO REBVFFO Montepessulano, I. V. D. & C.



Multis in locis restitutus, & hac editione aliquot additamentis quæ his notis [ ] inclusimus, ex postrema Auctoris recognitione locupletatus.



HÆ SUNT RVBRICÆ, seu Tituli Concordatorum.



GVLIELMVS ROVILLIVS
BENEVOLO LECTORI
SALVTEM.



EA semper fuit, beneuole Lector, mea in rem literariam, omnésque eius studiosos, & sectatores voluntas, id studium, is denique animus vt quoad potui, viresq; meæ suppetierunt, non destiterim eam ornare, nouisque indies adminiculis subsidiisque fulcire & iuuare. Quàm autem à me id syncerè ingenuéqne dicatur, testes sunt libri è mea officina quamplurimi editi, tum nunquam antea euulgati, tum & ab aliis quidem excusi, sed non ita splẽdidè, ornatéque elegãtibúsque adeo characteribus in lucem emisi. Etsi enim hæc via salebrosior, minúsque plana videretur, ob idque fortaßis difficilior quàm quæ ferè paßim terebatur, publicæ omnium vtilitati in hoc consulens malui illam ipsam instare & insequi, diuerticulorúmque aliquot impendiis & sumptibus nõ parcere, quàm eam quæ iam parabatur laudem nõ assequi. trahimur enim omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur. Et quotusquisque est qui hoc genus sedulitatis diligentiæq; summè laudandũ non putet? Nolim hac de re quid sentiam, quantúmque iis tribuendum sit qui idem tentarint, statuere, ne in re propria laudem affectare videar: hoc tantum dicam, huius mei laboris operæque, quæcunque tandem illa fuerit, non pœnitere: hocque vno maximè contentum, si aliunde nullus honos vel fructus accedat, toti certè Reip. valde esse satisfactum. Sed quid hi homines effecerint, quid idẽ, quod nos, sunt enixi, aliàs plenius: hic enim non est dicendi locus. Cum igitur eãdem, aut certè maiorem in libris iuris tum Ciuilis tum Canonici operam adhibuerim, nec minora sint huius nostræ diligentiæ studiíque in rem literariam, hac in parte pignora: omitto corpus ipsum ciuile maiori & parua forma à nobis & olim & non ita pridem editum, Codicẽ Theodosianum, opera And. Tiraq. iurisconsulti clarißimi, & aliorum quamplurimos libros summa cum diligentia à nobis excusos: taceo etiam opera ipsa Duareni olim quidem à nobis edita, breui autem multo auctiora ex his quæ post mortem ab eo plurima relicta sunt, & in manus nostras deuenerunt edenda: nequid pristini mei instituti remitterem, huius etiam mei in omnes iuris studiosos animi hoc specimen volui præbere. Nam cum scirem Domini Petri Rebuffi, Iurisconsulti nostræ ætatis quidem doctißimi, sed in forensibus rebus versitatißimi, iacere apud eius heredes opera ab eodem diligentißmè recognita, & multis in locis locupletata, indéque vtilitatis plurimum, si ederentur, eos omnes qui forensibus rebus addicti sunt percepturos, nullum non lapidem moui, vt penes me haberem. Quod & factum est. Itaque eorum nunc particulam quidem offero, eadem diligentia, qua cetera omnia à me edita excusam, Concordatorum scilicet tractatum, quam ea de causa cum Praxi Beneficiaria, vno eodémque volumine contexi iußi, quòd viderem, vel Praxin illam Beneficiariam separatim, vel hunc Concordatorum tractatum, exiguum nimis volumen constituere, magisque è re tua esse putarem, ea, quæ eandem fere materiam pertractant, eodem etiam comprehendi codice: quare si eos beneuolè à te excipi videro, currenti ad alia, eius, quæ restant, opera calcar addideris.

Vale.



ILLVSTRISSIMO AC CHRISTIANISSIMO FRANCISCO FRANCORVM REGI,

PETRVS REBVFFVS

S. P. D.



IN Meroe nemo illorum quiſquam ſummum gerere imperium poterat, niſi qui prequalido corpore præ cæteris anteſtaret, inuictiſsime Rex, ſicut nec apud Catheos Iudæam gentem, ni qui præſtanti corporis forma alios antecelleret, qua in re, ſi hiſtoriographorum monumentis aſſentire volumus, traditur, tot ex ex milibus armatorum militum, quos Xerxes in Græciam perduxit, neminem ſibi corporis magnitudine, aut ſpecie præſtitiſſe. Medi autem niſi qui viribus excelleret, præcipuóque robore omnibus emineret, iure gentis pro rege habebant neminem, nec Perſæ quempiam, qui diſciplinis liberalibus imbutus non eſſet, pro rege admittebant. Iſta tamen cuiquã ſimul extra te vnum adſcripta fuiſſe, nuſquam legiſſe memini, ita vt apud omnes gentes ad regnandum requiſita iure optimo in te vno emineant, atqui cum hæc aperta & omnibus peruia ſint, nunc miſſa faciam, vnum tamen impræſentiarum non prætermiſerim, quòd apud Parthos regiam dignitatem adire, vel eam ſalutare abſque munere nephas erat, quod animo perpendens tuam interpellare dignitatem auſus hactenus non fui: diu in mente reuoluens, quo munere tibi grato (& non Veneri ſuem (vt parœmia vtar) immolarem,) hilari vultu adire poſſem, oblatæ ſunt mihi, neſcio quo fato conuentiones inter ſanctiſſimum Papam & maieſtatem tuam (quas Concordata vocitant) in quibus enucleandis aliquantulum, tam in ſcholis Decretorum Pariſiis publicè interpretando, quàm priuatim ſcribendo elaboraui, quæ etſi tale munus non decet principem, tu tamen pro tua erga omnes humanitate æqui bonique (vt dici ſolet) conſules, & tuas leges (licet meis lucubratiunculis elucidatæ ſint, ſi tuæ ſedeat magnificentiæ) nequaquam contemnes. Mihi verò interim in mentem venit, quod non abſque animi prudentia ab Octauiano Auguſto prolatum extitit, dum quidam illi libellum trepide offerret, manum nunc proferens, nunc retrahens: An putas inquit, te aſſem elephanto porrigere? ſolent enim non extra metum pueri teruncios elephanto ſuppeditare, quos ille non ſine ſpectatorum admiratione proboſcide oblatos ſic corripit, vt illorum manus non lædat, moleſtum erat optimo Principi quod timeretur, cui conuenit Xenophanes Lagi filius, inquiens quemlibet nephariis in rebus timidum eſſe debere, in honeſtis vero rebus audacem oportere, quæ omnia me ita incenderunt, vt nulli mortalium hoc qualecunque opus extra te vnum dicare in animo fuerit. Dicet quis, alios reges ſalutare, vel principes, & eis dicare hoc opus poteras: cuius verbis reſpondeo, velle me huiuſcemodi Regem ſalute donare, qualem Auguſto contigit, qui poſteaquam Antonio Cleopatráque in Ægypto deuictis Alexandriam ingreſſus fuiſſet, quod primum in ea vrbe optauit, conſpicere Alexandri magni corpus fuit, quod non verborum ſolùm, ſed etiam coronæ proſecutus honore, totum fragrantibus

conſperſit floribus. Rogatus an Ptolomeorum Ægypti regum cadauera inſpicere etiamnum vellet. Reſpond. ſe reges, & non mortuos videre voluiſſe, graui oſtendens teſtimonio, inter eos vnum eſſe Alexandrum, qui fama, & virtute viueret: ſic te vnicum Regem, & totius orbis phœnicem meo libello viſere percupio, qui eruditos diligis, honore proſequeris, ac muneribus locupletas. Pompeij magni geſta ſecutus, qui cum clariſſimam ex Oriente victoriam reportaſſet, omnes liberalium artium profeſſores Rhodi audiuit, auditos amplis muneribus donauit, ſic & tu tam theologos, iurium peritos, medicos, quàm etiam humaniorum literarum peritos iuſtis ſtipendiis honeſtaueris, & ita probè erga omnes te exhibuiſti, vt regnum doctioribus ac ſapiẽtioribus viris, quàm nemo vnquam vberius impleueris. Quod ſi id munus ea animi benignitate, qua cætera alia ſoles, à te exceptum hominum literatorum ordo intellexerit, planè veterem tuum regium morem obſeruaueris, ſimul virtutis ac literarum amatores ad maiora grauioráque opera excitaueris, quibus honori ac vtilitati non modo reipublicæ Gallicæ (cuius humanitatem nemo non collaudat) verùm etiam totius orbis te arridente imprimis cõſuletur. Valeat tua illuſtris maieſtas, & me tuum commendatum habeat.

Pariſiis quarto Idus Martij,
Anno ſeſquimilleſimo
trigeſimonono.

***

ORNATIS



ORNATISSIMO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI PETRO REBVFFO Monſpeſſulano, Iuris Canonici apud Pariſios publico profeſſoris, Franciſcus Floretus eiuſdem academiæ doctor ordinarius, S. P.



Ommentarios tuos longè doctiſsimos, magna cum voluptate, ita me deus amet, perlegi, vir integerrime: quibus & Pontificis maximi, & Christianiſsimi Francorum regis Frāciſci concordiam ſic aſſecutus eſſe videris, vt vtrique non à conſiliis modo, ſed præfuiſſe, dum ſecretius iſthæc agerentur, iure videri poſsis: & pulcherrimam Reipub. Chriſtianæ iunctionem, à nemine hactenus (quod ſciam) pro dignitate tractatam, ſolus extuleris, ſolus conſtanter aggreſſus ſis, indignum nimirum exiſtimans, rem ſine qua Gallica concordia cum Romana ſede diutius ſtare non poſſet, non eſſe notiorem, etiam his qui magnis honorum titulis (vt iuris candidatos prætermittam) aſinum Cumanum Leonis exuuio veſtitum circunferentibus ſuperbiunt. Quo nomine magnam, mihi crede, & pontificum & regum gratiam iniiſſe debuiſti. Nec minus tibi debebunt & iuriſconſulti ipſi, qui ad litium firmum patrocinium opem hinc corrogare nunquam grauabuntur: ſibi opinor probè conſcij, patruo tuo Iacobo Rebuffo clariſsimo I. V. doctori quantum debeant, qui nec linguæ Græcæ phraſi perterritus (quam tamen potiſsimum æmulantur) commentaria in tres Codicis poſteriores libros tam elimata, támque demorſos vngues ſapientia conſcripſit, vt omnibus gloſſematographis laudem præripuiſſe cenſeatur, quem temporis non longi interuallis ſublatum, tanta cum laude ſubſecutus es, vt in te patria & pene germana iuris vtriuſque ſcientia reuixerit. In ea enim intelligenda vix putem hanc ætatem habere aliquem ex his etiam qui publicum profeſsionis munus obeunt, qui tibi conferri poſsit. Id verisſimè dictum intelligi citra controuerſiam volo. Idq́; exiſtimabis nullo meo ambitu, à quo tam abſum quàm qui maximè dictum, ſed vt præceptoris mei laboribus ſic faueam, vt nulla ingrati animi nota inuri poſsit. Id quod & diligentius, & pluribus verbis ſcribendum putarem, niſi mea me concha rei celeberrimæ ſublimitas, & publica iuris profeſsio continerent. Dicam tamen ingenuè quòd ſentio, vt intelligat poſteritas omnis ſe plurimum debere Rebuffo Monſpeſſulano, doctiſsimo Concordatorum interpreti. Is enim tantam lucem addidit Concordatis, vt parem vix quiſpiam ſit additurus ſuperiorem omnino nullus. Quantum verò fidis auctorum interpretibus debeamus, apertiſsimè Græcorum commentariis luculentiſsimis illis quidem expreſſum video. Sic enim Demoſthenem commentariis clariorē reddiderunt Vlpianus & reliqui interpretes, Homerum Euſtathius, Ariſtotelem Themiſtius, & Alexand. Aphrodiſæus: apud Latinos verò Mar. Tul Ciceronem, Aſco Pædianus & Victorinus, Terentium Donatus. Sed quid attinet rem vulgò cognitam, pluribus verbis ex plebe quæſitis confirmare? Diutius igitur acta non agam, ſed gymnaſiorum ingenij tui dexteritate illuſtratorum ordinem recenſebo: vt non calamo tātum valuiſſe te cæteræ nationes intelligant, ſed ſumma cum laude, applauſu tanto, vt nunquam maiore, veriſsimè cognoſci poſsint virtutis tuæ rationes omnes. Primis enim ætatis tuæ annis Monſpeſſuli iactis iuriſprudentiæ fundamentis, & ſtudioſorum ſodalitio laudabiliter, ac veluti ex profeſſo annos aliquot adminiſtrato, Tholoſam iuriſprudentum Galliæ totius celeberrimam ciuitatem conuolaſti, ſeptennium ferè publicum profeſſorem, applaudentibus omnibus, cum ſumma nominis tui & titulorū acceſsione egiſti, & hinc niſi te peſtis inclementia abegiſſet, in ſuum ordinem cooptaſſet collegium doctorum: ſed Tholoſa abeuntem, Cadurci non minore gloria (illis enim nominis tui celebritas innotuerat) quæſtu opinor maiore, obuiis, quod aiunt, vlnis excipiunt exceptúmque ſummo profeſſoris loco eſſe volunt. Id quod, quæ tua eſt animi modeſtia, recuſandum non duxiſti, ne ſtudioſi, qui te magno erant comitati numero, ſua expectatione fraudarentur. Magna de te illic ſpes concepta erat, quàm & hodierno die laudabili geſtorum tuorum recordatione ſuſtines. Nec his contentus honoribus, indignum ratus loco ſemper profiteri eodem, & facilè perpendens, quid peculiare ſibi vnaquæque regio haberet, Pictauorum vrbem publicum legum emporium cogitaſti, non tam auri gloriæque expectatione permotus quàm vt eruditionis tuæ fructum aliquem Pictonibus leniſsimis populis communicatum velles, & quòd multorum ſermonibus prius erat longo ante tempore auditum, id coram eſſet ampliter confirmatum. Grauiſsimum igitur quartū Codicis librum, ac omnibus iuris ſtudioſis, vt noſti, adprime neceſſarium, aggreſſus es, cum lege illa celeberrima, diuus, ad ſenatuſconſultum Syllanianum & Claudianum, cantatiſsima lege re coniuncti, de lega. 3. non prætermiſſa. Quibus quid præſtiteris, quam de te expectationem dederis, quoto te habendum loco duxerint omnes, malo aliis coniectandum relinquere, quàm & pingui Minerua, & parciſsimè commemorare. Quis enim neſcit te ſummo affectum honore? Quis profundam I. vtriuſque cognitionem in te tanquam in ſpeculo relucentem non eſt admiratus? Hoc quis neget quod temporum ſucceſſus laudabiliter confirmauit? Magnum quidem eſt principibus viris placere, ab illis appellari, colloquiis honeſtari: ſed multo maximum, ſalario non pœnitendo, ſola iuris eruditionis ſpecie com[illegible]dari: non quorundam leuium & rudium fumis inclareſcere. Nam tum fortè clariſsimæ ſimul & humaniſsimæ Nauarrorum reginæ inſtaurandi Biturigibus iuris vtriuſque gymnaſij inceſsit libido, magna (eſt enim & pietatis

& prouehendarum literarum studio iam à teneris addictissima) huius liberalitate quæsiti professores in Gallia probatissimi. Prudens enim Alciatum iuris probatissimum interpretem accersitum prætermitto. Solus & Reginæ & ciuium testimonio inuentus es, quem præfectum nouæ scholæ voluerunt. Honesta literarum & nominis accessione tandiu retinuerunt, dum fortè magno iuuentutis damno, vno veluti consensu, & magna populi molestia emigrandum duxisti, aut professionis munere pertæsus, aut vt ad maiora patronum in supremo Galliarum senatu subsellia occupanda, quod beatissimum plerique existimant, properares. Mox, Dei Opti. Maxi. beneficentia, senatus Parisiensis edicto, iuris canonici professio, quæ annos plus minus centum aut neglecta, aut miserè tractata torpescebat, instauratur. Publicæ disputationes decernuntur, in certamina semel atque iterum descenditur: disputationis victoriam laudabiliter reportas, & communi senatorum omnium suffragio præter spem professoris personam sustines: quam tua virtus, & eruditionis ad miraculum celebritas, conciliarunt. Professionis verò huius specimen tandem aliquando daturus commodum sese offerunt Rom. Pontif. Concordata, de quibus multa mihi scribenda esse arbitrarer, nisi illa eiusmodi esse ducerem, quæ popularia in populi salute sint præclare constituta. Itaque quanta sim lætitia affectus commentariis illis tuis perlectis, multo facilius est tibi existimare, quàm mihi scribere. Nihil enim apud Latinos ad hanc diem extat in hoc scribendi genere, quod in hosce commentarios non regesseris, ausus etiam non pauca ex recentioribus attingere, aut corrupta, aut doctorum pertinacia non satis adhuc explosa. Et si verũ est quod dicit Hora. Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci: vtroque nomine gloriam sempiternam reportaturus es. Perge igitur mi præceptor, perge, inquam, hæc studia excitare, & commentationibus tuis illustrare. His enim, tibi persuade, magnum quiddam rebus tuis accedet, & aliquem reperies æquum laborum tuorum æstimatorem, cuius beneficentia maius ad huiusmodi absoluenda otium supererit. Ac Vale, mèque, quod facis, ama, Lutetiæ Parisiorum ad nonas Iulias, Anno 1536.

CONCOR



CONCORDATORVM REGNI FRANCIAE, CVM D. PETRI REBVFFI DE MONTEPESsulano Iurium Doctoris, ac comitis Interpretationibus incipit

PROÆMIVM.



RANCISCVS[a] Dei[b] gratia[c]

a FRANCISCVS.) Hic rex fuit huius nominis primus, bonarúmque literarum parens appellatus, abhorruítque maximè hæreses, atque in hæreticos grauissimè animaduertit, iustitiam denique coluit, ob id Deus optim. max. statum suum conseruauit, ac omnia prosperè eidem successerunt. felicitas quippe secularium principum augeter, quando iustitiæ administrandæ dediti sunt, arg. cap. certum. ibi, felicitatis augmēto. 10. dist. ne longius exempla petamus. scribit Petr. de Palude in 4. Sentēt. in Francia quendam dum in agro suo foderet, inuenisse humanam linguam loquētem. Interrogata cuiusnam esset, respondit fuisse linguam hominis pagani olim iudicis, qui eo quod nunquam sententiā protulerat iniquam, Deus reseruauerat animam suam in illa lingua, quousque baptismum reciperet, & fuit baptizata, & statim in puluerē reducta. Refert Florē. in 2. parte summę in tit. 1. c. xix. §. ij. rub. de iniustitia. ac Traianum Imp. & si infidelis esset, precibus B. Gregorij (quod iustitiam tempore belli viduæ administrasset) vita æterna donatū fuisse legimus, si eidem Flor. in 1. parte cronicæ, tit. vij. c. iij. §. fin. credatur. & Lucæ de Pēna in 2. col. 3. C. de exact. trib. lib. x Præteribóne Zaleucū Locrēsem, qui postquā lege lata vtroque oculo singulos puniri voluisset adulteros (quę hodie si vigeret infinitos redderet monoculos) & eius filius in illam legem incidisset, ne legis effectus abrogaretur, vnum oculum sibi, & alterū filio eruere iussit, vt est apud Valerium lib. 6. de iustitia *vbi etiam Charunda tyrius cum legem, quam tulerat non seruasset, se interemit.

Boni iudicis lingua reseruata.

Igitur cū rex noster Franciscus sit Zaleuci instar iustitiæ deditus, pro ipso debemus fundere preces, quòd Deus eum incolumem præseruet, vt quietam sub eo & tranquillam vitā agamus in omni pietate & castitate. Hoc expressè tradit D. Paulus faciundū ad Tim. 2. c. in prin. & tex. in c. de hymnis. in fin. de consec. dist. 1. Et bonū & vtile esset, quòd speciales orationes fierent pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt fuit statutum in synodo Nicena asserente Specula. in tract. de modo generalis concilij. rub. 6. quod solet in Frācia fieri, & est vtile etiam orantibus, quia quilibet orans pro rege Franciæ lucratur decem dies indulgentiarum, teste gl. in prag. sanc. in proœmio, in verbo, tueretur. & Ioā. de Selua in tract. de beneficio in 2. parte, q. 23. quos concessit Innoc. 4. referente B. Thoma in 4. sent. dist. 10. art. 3. in solutione vlti. arg. & Clemens papa ad centū dies orantibus pro pace & salute regis ampliauit, si Ioan. Feraldo, in 3. priuil. regis Franciæ assentire velimus, affirmanti se huius concessionis vidisse diploma, qđ bullam vocat. imò etiam anno 1514. Leo X. pōtifex id temporis maximus, vnū annum indulgentiarum prædictis concessit, testis est nobis Bened. in repet. c. Raynutius in verbo si absq; 2. de pup. subst. nu. 44. de testa. & Helias archiepisc. Turo. in defensorio cōcord. in 4. ratione. Alia eiusdem regis præclara facinora, ne me suis auribus seruire homines arbitrētur, missa faciam, etiam quia per historiogr. tacta.

Orans pro rege Franciæ indulgentias lucratur.

b Dei.) Si hic vellem (hoc quidem certe maximè affectarem) de Deo scribere nunquam materia deficeret, verum enimuero quia theologorum est proprium, illis relinquo. Ego verò prosequar materiam iuri canonico conformē, & textui conuenientem: orabo tamen illum flexis (vt decet) genibus, vt ad laudem eius omnia mea dirigantur scripta, & ad legentium vtilitatem, dicā quandoquidem cum psal. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, ista concordata pro virili interpretando, sunt enim leges gallis hominibus datæ mediate.

c Gratia.) Potest dicere rex instar D. Pauli 1. ad Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et sex modis dicitur gratia, quos not. Arch. in c. gratia. 1. q. 1. glo. & doct. in clem. 1. de magi. post theologos capi potest hic gratia pro dono Dei, vt alibi in non paucis locis videri potest vt firmat Barb. in c. eam te, col. 5. & seq. de rescrip. Sed apud canonum professores communius gratia dicitur concessio iuris ad beneficia, vt asserunt Card. & Barb. in rubr. de commod. Panor. in c. 1. col. 1. ibidem clem. gratiæ, de rescript. c. gratia. illo tit. in 6. Accipitur etiam aliquando pro indulgentia, quæ delinquenti, datur, vt plenè dico in rub. *des graces & pardons*. in ordinat. reg. hic possem plu-

Gratia quot modis dicatur.

ra de gratiā dicere, ſed pauca gratiora permultis arbitror, adiuncta eſt autem paruis gratia rebus, vt vulgo dici ſolet.

Francorum [a] Rex [b], Mediolani Dux [c] Aſtenſis comes, ac Genuæ dominus [d],

Frăci quare dicatur.

a Francorum.) Franci eo dicuntur quia liberi: noluerunt enim ſubiici imperatori, vt multis argumentis probat dominus Igneus præſes Rotho. excellentiſsimus in tract. ſuo, an rex Franciæ recognoſcat ſuperiorem. Vel à Francione teſte Guaguino, & glo. prag. ſanct. eo. verb. Varij ſuper hoc variis vtuntur ſententiis: ſed quia res eſt antiqua, ſuper ipſa effari certo non poſſumus.* & pauci reges ſunt hominum, ſed à rebus vocantur: vt rex Angliæ, Siciliæ, Caſtellæ, & Legionis, Portugaliæ, Sardiniæ, Poloniæ, ſed hic eſt rex Francorum, quia Francos regere non parua cura fuit, ideo ab illis ſic denominatur. Notandum eſt tamen quòd illa gens dicitur libera, cui lingua libera eſt. teſte Alberto magno lib. 15. de proprietate rerum, quem refert Bald. in c. 1. col. 2. de his quæ vi metúſve cauſ. fiunt. Barb. conſil. 60 ſapienter. nu. 9. in 1. vol. & certè in hac poſſeſsione multis antea annis fuit Gallicus maximè Pariſienſis populus, ſed hodie lingua eorum hæret palato, ideo vitia excreſcunt, & dicitur Gallico populo, linguam tuam hærere faciam palato tuo. c. niſi. §. propter. de renũ. ne quicquid in buccã venerit proferas, & ne quidem apertè & ſimpliciter loquaris, quod ſatis durum videtur. Maximè Pariſienſibus hominibus, quæ dictio à nomine Græco pariſia ducta videtur, παῤῥησία enim dicitur loquendi libertas atque increpandi fiducia ἄδεια ſecuritas cõtraria aſſentationi quaſi, πάντης ῥησία. id eſt, omniũ colloquiũ. Inde παῤῥησιάζομαι, id eſt libere, ingenuè & audacter loquor: vt ſolebant olim Pariſienſes, & παρίσις perſuaſio Græcis eſt, id quod Pariſien. innatum eſſe videtur, atque proprium, vt qui & appoſite & bene loquantur.

Libera gẽs quæ dicatur.

Pariſienſ. vnde.

b Rex.) Cuius appellatione per antonomaſiam venit rex Franciæ c. Adrianus. ibi Carolum regem. 63. diſtin. Boniſ. in procemio cle. Ioannes. col. 3. quia omnes alios reges honore, magnificentia, & potentia longo anteit interuallo, quod mihi perfacilè eſſet probare, ſi cronicorum libros afferre cuperẽ, ſed cum hæc ſint omnibus magis nota quàm domus propria, ſoli lucem non addam. Item eſt ſuper omnes reges. teſte Bald. in §. fi. col. pen. de prohib. feud. alie. per Fede. merito dicitur excellẽtiſsimus. Dec. in c. nouit. in prin. de iud. & ſuper omnes reges obtinet coronam libertatis & gloriæ. teſtatur Bald. conc. 218. petita. col. 1. in 3. vol. alibi non minus ſcite quàm verè. de illo ſcribit idem Bal. his verbis, contra regis Franciæ decorem nemo præſumat honorem. conſil. 217. ego puto, in 3. volu. ab eo tamen tempore Deus opti. max. regis honorem, ac ſuum regnum multifariam multíſque virtutibus ac bonis auxit, adeo vt ſi eius magnificentiã plenè tractare vellem Iuſtiniano maiorem codicem implerem, cum tanta ſit vt nulla maior, & vtinam Deo grata. & cum permulta ſuper his extent teſtimonia, eam nunc omitto.

Regis nomine venit per excellentiã rex Franciæ.

c Dux.) Dicitur dux, qui inueſtitus eſt de ducatu. vt in rub. quis dicatur dux in feu. & in c. vno de feudo marchiæ. §. præterea ducatus de prohib. feudi alie. per Fed. c. fundamenta. §. proinde. in glo. marchio. de elect. in 6. Fuit enim Ludouicus rex Franciæ x 11. à Maximiliano Imp. inueſtitus de ducatu Mediolanenſi pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & in defectum maſculorum domina Claudia eius filia, illiúſque futurus ſpõſus, ac liberi, & deſcendentes eorum maſculi his verbis ſano ad hoc & maturo accedente Principum, Comitum, Baronum, & procerum noſtrorum cõſilio, ex noſtra certa ſcientia, & de noſtræ Cæſareæ poteſtatis plenitudine prænominatum Ludouicũ Francorũ regem chriſtianiſsimum pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, & in defectũ maſculorũ pro illuſtriſsima domina Claudia eius filia, eiúſque futuro ſponſo, ac liberis & deſcendentibus eorum maſculis, & ex ipſo matrimonio & ex corpore dictæ dominę Claudiæ legitimè procreandis, & ſi contingeret (quod Deus auertat) ipſam dominam Claudiam decedere abſque deſcẽdentibus maſculis, & præfatum regem Franciæ aliã, vel alias ſuſcipere filias, pro illa quæ erit primogenita, vel pro alia quã ipſe rex ad ipſum Ducatum eliget, ac pro eo cui contingeret eam deſpõſari, & eorum liberis maſculis deſcendentibus, & eiſdem decedentibus ſine liberis pro hæredib. maſculis præfati Frãcorum regis, & maximè pro domino Franciſco duce Valeſij & comite Engoliſmenſi quantũ ad dictũ ducatum & ſtatum Mediolani eius hærede, ſolenniter & expreſsè inueſtiendum duximus, ac tenore præſentium inueſtimus, &c. vt ex inſtrumento inueſtituræ omnibus eſt notum, cum igitur fuerit inueſtitus de hoc ducatu Mediolanenſi dux iure vocatur. Dux etiam propriè dicitur à ducẽdo, qui ducit exercitum. l. duces. C. de offic. milit. iudic. Lucas de penna in l. fi. col. 2. C. de re milita. lib. 12. Iacob. in verbo dux, in tracta. de feud. ſed non hic. Poteſt etiã large quilibet princeps vel prælatus, ſiue rector, qui alios regit, dux vocari. 3. Reg. 1. c. & ipſe regnabit poſt me, illíque præcipiam vt ſit dux ſuper Iſrael, & ſuper Iudam.

Dux Mediolaniqua re rex dicatur.

d Dominus.) Largiſsimũ eſt vocabulũ adaptari valens cuicũque homini etiam modicã ſuperioritatem habenti. Bal. in c. 1. col. vlt. de poſtu. præla. l. liber homo 2. in fi. prin. ff. de verb. obli. l. 1. rer. amota. l. in ſuis, de lib. & poſth. l. duo fratres. in fi. ibi dominationem interponeret. de acqui. hæred. maximè in Francia: vbi ferè omnes vocamus dominos. vulgò *monſieur*, & in Italia *monſeignore*, & omnes mulieres dominas, niſi ſint nobiles, quia tunc domicellæ vocantur, exceptis vxoribus præſidentium, & doctorum, ac militum quæ dominæ vocari debent, niſi à maritis ſuis. Bart. in l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxo. Et de iſto domino loquitur Danie. 11. cap. Surget verò rex fortis & dominabitur poteſtate multa, in quo tres adſunt conditiones, de quibus Gen. 27. eſto dominus fratrũ tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Primo eſt in domino conſtantia, quæ notatur ibi. eſto, vnde dominus debet ſtare in bonis moribus, & firmus eſſe in via domini,

Dominus quis dicatur, & qualis debeat eſſe.

mini. Ecclesiast.5.c. Esto firmus in via Domini. Secundò debet clementiæ dulcedinem præ se habere: quod ostēditur ibi, fratrum tuorum, subditos enim tanquam fratres debet reputare: & eos benignè tractare. Ecclesiast.32.c. Rectorem te posuerūt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Deut.17.in fi. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Tertiò in eo debet esse iustitiæ rigor, ibi dum dicitur: incuruētur ante te filij matris tuæ, incuruare enim debet illos per iustitiam, quos per clemētiam nequit emendare. Eccles.33.c. Iugum & lorum curuant collum durum. Præpo. in c.1.45.dist. [vide do. Capyti. In decisi. Neapo.q.27.in 8.dubio, vbi scribit quòd aliquis potest multis modis dominus vocari. Alcia. in lib.2.parer.c.15. sic scribit ex Palla. Græco Poëta.

Munera qui dederit, dominus fraterque vocatur.

Si quis nulla ferat, vix bene frater erit, hæc precio mera verba graui venalia prostant. Ipse, sed vt dominus, sic nec ero dominus.]

Omnibus literas has lecturis salutem a. Cum non pridem b superstite adhuc Ludouico, memoriæ cōmendabilis, rege, socero nostro (cuius c animę propicietur altissimus) sacrum d Later. Concilium e sæpius editis, decretis f, eundē socerū nostrū ad eiusdē cōcilij conuentū g euocasset, cū eóque regni nostri curias summas h

a Salutem.) Vrbanius hic rex procedit quàm Alex. Macedo, qui postquam profligato Dario magnus est cognominatus, nulli, nisi Antipatro & Photioni, literis dedisse salutem testantur historiographi, ac Demetrium præter se & Antigonum patrem regem, nec nominasse quenquam, nec salute donasse. Nero quoque Cæsar nedum salute, sed ne resalutatione quidem aliquem impartiuit, & reges Numidarum pro maiestate habent nulli mortaliū impartiri osculum, nec salutem. teste Alexan. lib 2. genalium c.19. & liberè (quod ei bene vertat) in hoc potest maximè commendari Christianissimus rex noster Frācīscus, qui sicut primus est in nomine, ita & in salutatione, quā omnibus ferme exhibet, vt legatos sæpiuscule ob id (aliis suis virtutibus nunc omissis) in admirationem duxerit, Crassi instar, qui infirmi etiam ordinis singulos propriis nominibus resalutauit. effectus salutationis scripsi infra in forma manda. in glo. salutem. *De salutatione principis.*

b Non pridem.) Id est non longo tēpore effluxo, dudum & iamdudum de paruo tempore vnius horæ aut duarum, alteriūsve breuissimi temporis intelliguntur l. dudum. C. de contrah. empt. c. dudū. de elect. c. cum iamdudum de præb. nuper pridem, & iampridem de longiore tempore x. aut xx. dierū, mensis, vel mensium, & nonnunquàm annorū pro conditione materiæ. teste Lauren. Valla li.2.c.34. de verbo iampridē loquitur text. in l.1. C. de ædil. actio. de pridem l.1. C. si aduers. transact. & c. nisi cū pridem. de renun. de nuper, in l. nuper. ff. de leg.3. c. nuper. de biga. Nos verò dicimus arbitrio iudicis relinquendum, quod tempus hæc vocabula denotent *Dudū, iamdudū, Pridem, & ampridē effe…*

per iura prædicta. & not. in l. lecta. ff. si cert. pet.

c Animæ.) Hic Ioannes Dayma. tradit materiā eleemosynæ orationū & oblationum pro defunctis, quæ theologis relinquo, vt sorte mea cōtentus sim, ne mihi possit dici quod prouerbio inoleuit, Ne sutor vltra crepidam.

d Lateranē.) de hoc dicetur infra tit. proxi. in rub.

e Conciliū.) Quod supra Papā in tribus casibus asserūt, videlicet in casu hæresis, schismatis, & quādo vniuersalis ecclesia patitur scandalū. gl. si. in c. si Papa 40 dist. & sic fuit declaratū in cōcil. Basil. rub. de colla. in princ. videlicet in his quæ ad fidē pertinent, ad schismatis extirpationem & reformationē ecclesiæ Dei in capite & in membris, ac in pertinētibus ad ea rubr. de authoritate sacro. concil. c. sacrosancta. & ibi est gl. plena in verbo obedire, in prag. & Bara. in cle. ne Romani. de elect. in vtrāque partē plenè disputat. Vide Panor. in c. significasti. nu.4. de elect. & in c. cū venissent. col.3. de iudi. & in c. proposuit. col.3. de cōces. præb. Deciū, cōsil.151. Ias. cōsi. 95. vol.4. & consi.98. Ibidem. Troilū Maluitium in tract. de oblatio. in 2. dubio. nu.15. Brunel. in repet. c. licet. fo.22. cum seq de elect. & multa tradit hic Ioā. Dayma. de hoc dicitur Ecclesiast.33. c. verū sine iudicio nihil facias graue, sacra enim res est conciliū, dico effectus concilij in authen. habita. C. ne filius pro parte. In scholastico. priuileg. *Conciliū an & quando sit supra Papam.*

f Decretis.) Quot modis accipiatur, in quibus casibus interponatur, & quomodo annulletur, dicam in titul. de conclusio. Lateranen. concilij infra, vbi oportunius cadet.

g Euocasset.) Id est, cōuocasset, de euocatione aliqua scripsi & de supplicatione (quam propositionē erroris practici dicunt) in interpreta. l. quod iussit. in 2. nota. ff. de re iudi. sed abundè in tracta. de euoca. & supplica. in ordi. reg. in 1. tomo. commenta.

h Summas.) Id est, supereminentes. l. cū vsusfructus. ff. quemad. vsusfru. amitta. vel dicitur, summa quasi maxima, excellens, & suprema, quod nulla sit curia maior, nā Deus dicitur summus, quia eo nihil est maius. Virgil. summæ Deū pro deorum dicit. & Cic. lib.2. Tuscu. quæst. summū, quo nihil sit superius. multa tradit Bercho. in verbo summus, in suo dictio. vnde Papa dicitur summus pontifex, quia in eo est omnis summitas, & celsitudo, cū nō puri hominis, sed veri Dei vices gerat in terris. c. quanto. de trāsla. epis. Card. in cle. si summus. col.1. de sent. exc. *Summa curia cur vocetur.*

Priuilegia curiarū supremarū hæc sunt. Primū, quia nō ambigitur senatū ius facere posse. l. nō ambigitur. ff. de legib. quod intellige legē in eorum iurisdictione siue ressortu, generalē verò solus princeps. gl. ibi. & Io. Fab. in §. sed & quod principi placuit. insti. de iure natura. & l. fin. C. de legib. & vidi aliquando ordinationes fieri per senatū. & ita debet intelligi opinio domini Boërij in tracta. de præeminentia sacri magni consilij. fo.40. art. c.2. & Purpur. in l.1. nu.52. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. firmantes illam l. non ambigitur. esse correctā quod verùm intelligo, quo ad faciēdam legem generalem, sed nō specialem, quā potest princeps tollere, quando videt ex causa tollendam, secundum eos. *Priuilegia supremarū curiarum.* *Supr…*

Secundò summa curia in integrum restituere

potest,

potest,alij magistratus nō.l.vna.in fi.ff.de offi.præfect.præto.in fi.& l.præfecti. de mino.l.1.§.de qua. de postul.[quod est verum contra sententiā inferiorū,sed inferior magistratus non restituit contra senatus authoritatē:vt ibi, Idem in deceptione minorum de iure:vt d.§.de qua,licet in Frācia non fiat restitutio sine literis:vt dico in tract.de resti.in ordi.reg.in 2.tom.& in procem. ordi.in 1.tomo. nisi in Parlamento,quod etiam sine literis restituit, vt ibidem scripsi.]

Ab arresto restituitur minor. Tertiò à sententia supremæ curiæ nō restituitur minor,vt firmat Bened.in repe.c.Raynutius.in verbo si absque.2.de substitutio.fideic.nu.50.de testa. quia non præsumitur lædere quenquā: sed restitui minorem. In hoc casu dixi in repe.l.quod iussit, nota 2.nu.41.ff.de re iud.& hoc in forensi iudicio seruatur,vt sæpius in palatio audiui.

Quartò nō appellatur ab arresto illorū, credidit enim princeps eos,qui ob singularem industriā explorata fide eorū & grauitate ad huius officij magnitudinē adhibētur,nō aliter iudicaturos esse pro sap entia ac luce dignitatis suæ,quā ipse foret iudicaturus.l.vna.ff.de offi.præfec.præt.ita tenet expressè Guido Papæ in decis.delphi.q.50.quia hæc curia.

Ab arrestis non appellatur, sed supplicatur. Quintò à sentētia parlamentorū supplicari tantum potest.auth.quæ supplicatio.C.de precib.imp. offer.quæ est valde exosa parlamentis,tamē nō obstante supplicatione arrestū potest mitti executioni,si pars in cuius vtilitatē est datū præstiterit cautionē de restituēdo vel reducēdo rem in pristinū(si opus fuerit)statū,ita seruat stilus curiæ parlamenti, teste Guido.Papæ vbi supra dicta.q.50. sed hic non datur cautio,licet eius allegetur nullitas,vt vidi seruari in hoc senatu per not.in c.sciscitata.de in integ.rest.sed post appellationē sentētia iudicū nō datur executioni,nisi in aliquibus casibus quos cumulaui in tracta.de sententiis executo.in ordi.reg.

Sextò,rex nō debet indicere bellū sine consilio senatus,qui senatus est consilium regis,in quo sunt multi sapientissimi viri,verbis vtor Bal.in c.quanto.col 2.de iureiur & erat olim Romanis prohibitum,vt nunquā citra senatus,aut populi iussum, societates & fœdera inirēt teste Alex.lib.5.genialiū.c.3.

Electus in senatu cancellarius, & de curia. [Sed solebāt reges olim omnia senatus consilio, & bene,agere,maximè in eligēdo cācellarium curiæ suffragia exigebātur, vt legi de magistro Petro d'Orgemōt,primo præside,qui in curia à sex viginti fuit electus,tam consiliariis quā principibus, qui licet postea se excusauerit, suā allegās ignorātiam, & alia,tamen rex probatū eum habuit, hoc in libro consilij inuenitur factū,anno 1373.sed quotusquisq; est nunc,qui se excuset?pauci, quos æquus, &c.& anno 1400.die 12.Septēbris rex decem doctorū nomina misit ad curiā,vt ex his doctiores & vtiliores eligerēt,sed pecunia hodie eligit viros.]

Honore afficiēdi,sunt senatores. Imò Tiberius Cæsar tāto honore afficiebat senatores, vt illis quādoq; assurgeret,& de via decederet,& eos suos dn̄os vocare,seq; senatorē dicere nō vereretur,vt est apud Sueto.in vita Tiberij:de venera.eius ad sena.

Et legimus Caium Buturiū vltimo supplicio affectū à Romanis,q, tribuno plebis de via nō decessisset in foro ambulāti,vt testatur Plutarc.in Grach. refert Budæus in l.fin. ff.ad leg.Iul.maiesta. & lege 12.tab.Ita cautum est,quocūque senatus decreuerit, agūto.sicut imperator vocat se cōmilitonem. l.1.ff. de test.mil.maius quippe senatoris quā militis nomen esse nemo est qui dubitet, quia milites defensores sapientū esse decet,nō dominos l.ab hostibus. 2.C.de postlimi.reuersis,sed senatores maximi domini sunt: & Iustinianus eos vocat colendissimos patres.in auth.consti. quæ de digni.in fi.colla.6.& Pompo.Letus rub.de senato.tract.de magist.Rom. eos dicit esse patronus, & defensores multitudinis & Reipu.patres.multæ profecto prouinciæ & principatus in irritū cederent,nisi senatus cōsilio tuerētur.[& quādo cōsilio nō istorū,sed aliorū qui ditari,& non philosophari cupiunt res summè regūtur, dubitandum est ne non multum durent, vel cancerum more progrediantur.] [Et legitur in lib.cōsil. regē petiisse consiliū à curia parlamenti supra materia belli,& diebus pluribus curia fuit occupata cū aliis viris triū statuū,& hoc anno 1368 x.Decemb. sed hodie contemnuntur,& omnia pessum eunt.]

Causæ pariū Frācia in curia suprema tractandæ. Septimò,suprema tantū curia cognoscit de paribus Franciæ,& de eorum causis etiā in prima instantia,vt in rub.de causis parium Franciæ in stylo parlamēti in 1.parte declaratur, & in ordina.regiis, rub. *quelles causes peuuent estre introduictes en premiere instance à la court de Parlement.*

Octauò,cognoscit de abusu iudicum ecclesiasticorum.Et alius iudex non potest cognoscere, vt in concord.in rub.de protectio.concord.& hoc quatenus ei à iure cōceditur,vel ex priuilegio vt plenius dixi in ordina.regiis.

Non aliàs vt est text.in c.si quis à proprio.& c.si quis episcopus 21.q.5. alioqui & is abusus multos deducet ad inferos. potest etiā à iudicibus laicis ad senatū appellari tanquā ab abusu,vt vidi anno 1534. die 13.Aprilis post Pascha appellari à commissione iudicis,& inhibitione parti facta,ne caperet fructus postquam obtinuerit sententiā super possessorio.Et

De abusu quis cognoscat. de abusu etiam vidi,curiam generalium quatenus materiam eorum concernit cognoscere incidenter. Etiam camerā criminalem,quam tournellam vulgus vocat,quia pendente appellatione in criminali ad ipsam iudex ecclesiasticus processerat, & fuit dictum abusiuè iudicatum anno 1541.die 2.Iulij.

Arrestum. *Quā mulctam senatus indicat & remittat.* Nonò,potest curia suprema mulctam, quādo nō est taxata,vltra tres libras auri indicere, licet, aliæ curiæ non possint.l.eos.C.de modo mulcta. & potest dicta curia vsq; ad quinquaginta libras auri cū peccatum erit grauissimum, mulctare. l.illustres, illo tit.Imò etiam si videret expedire,maiorem imponere posset cum loco principis sit.l.1. §.de qua autem. ff.de postulan. Ne nimia indulgentia amplissimū ordinem inquinet.l.1.ff.de collusio.deteg. Scripsi in l.aliud est fraus.§.1.ff.de verbor.signific.

Decimò,ex causa curia suprema mulctas pecuniarias,quas Galli emendas vocant,etiā per regias ordinationes taxatas,diminuere,seu in totū(si viderit expedire) remittere potest l illicitas.§ fi.ff.de offic.præsi.facit l quid ergo.§.pœna grauior.& ibi Bar. ff.de his qui not.infa.& l & si seuerior.C.illo tit. ac gl.in l.omnes prima.C.de annonis & tributis.li.10.

Guido

Guido Papæ decisi.206.in hac.Auffrer.deci.274.

Vndecimò,nullus extra principem & senatū potest prohibere aquam ex publico duci.l.quo minus. ff.de fluminib.& ibi plenè Bar.& Ias.

Et senatus voluntates captatorias reprobauit.l. captatorias.ff.de hæred.instit. Et restitutionē indulsit.in l.1.§.de qua.ff.de postul.

Duodecimò,omnes dilationes potest ex causa abbreuiare, etiam si per ordinationes terminus esset præfixus instar principis.l.2.ff. de iud. Imo. in c. ex ore.nu.8.de his quæ fi.à ma.parte ca.

Literas reuocare quādo senatus improbare possit. Decimotertiò,curia suprema regis literas verificare seu approbare non debet, si causam videat iustam in contrarium rem trahentem.c.si quando.de rescrip.& in ordina.regiis.Philip.pulchri,art.11.vbi dixi,[in 2.tomo comment.in consti. reg.] vnde ex noua causa vel antiqua,quam ignorabat dominus tempore mandati,potest impedire locum tenētem regis,vel aliū,ne suo vtatur officio quādo est verisimile quod dominus,si esset præsens,esset idē facturus,per tex.fin.in l.si hominem,& ibi multa addidi, ff.mandati.alibi dicam fusius.

Decimoquartò,quia cognoscit de comitatibus, baroniis,& de vniuersitatibus etiam in 1. instantia. Matt.de afflictis.in const.Neapoli.rub.39 fo.104. & in stylo parlamenti in 3.parte,rub.de qui.caus.curia parlamenti cognoscere consueuit.

Ex bono & æquo iudicat senatus Decimoquintò,quanuis alij iudices adstringantur iudicare secundum alleg.& probata.l.illicitas.§. veritas.ff.de offi.præsi.c.1.de off. ordina. tamen curia parla.ex bono & æquo iudicare solet, & secūdū conscientiā:& debet veritatem attendere,non subtilitatem seu formalitatem,vt practici dicunt,aliter peccat teste Bar.in l.vna.in fi. C. vt quæ desunt aduoca.Guido Papæ in deci.Delph.q.29.in superiori. Vide Feli.in c.pastoralis.§.quia verò de offic.deleg. Ias.in §.si minus.inst.de actio.c.dilecti.vbi Panor. 1. no.de iudic.

Decimosextò,conspirans contra curiam supremam vel contra aliquem senatorem crimine læsæ maiestatis tenetur,l.quisquis.ibi,senatorum etiā, nam & ipsi pars corporis nostri sunt. C. ad leg.Iul. maie.alibi dixi quomodo intelligatur. Facit l.1.ibi Quo quis magistratus po.Ro.qui ve imperium potestatem ve habeat occidatur.ff.ad l.Iul. maie. vbi, Qui dolo malo init consilium vt magistratus regis habēs imperium vel potestatem occidatur,læsę maiesta.tenetur.ex secundo capite.

Literæ regiæ nō comprehendūt parlamēta. Decimoseptimò,quando rex vult delegare causam curiæ inferiori,ad quam cognitio iure ordinario nō pertinebat,debet eam expressim committere,nec sufficeret in literis dicere mādamus,sed debet dicere committimus.per gl.& not.in l. sæpe. ff. de offi.præsi.secus in literis curiæ parlamenti directis:vt in stylo parla.in tertia parte,rub.de quib.cau. curia parla.cognoscit.in fine.*Et literæ directę vniuersis & singulis iustitiariis, vt verbis eorum vtar, non cōprehendunt curiā parlamēti,nisi quædā clausula specialis adesset,vt dicit Io.Gal. in q. per arresta.q.16.vidi pronūciari.&c.qa ea quę notabilia sunt vt parlamentum,nisi specialiter notentur,videntur quasi neglecta.l.item apud.§.ait prætor.ff.de iniur.

Orationes habēdæ pro senatu. Decimooctauò,in omni precatione pro senatu est habenda oratio,& precatio, & hic mos à Romanis longo tempore mansit,teste Alex.lib.5.genial.c. 25.& bonum esset q̄ in hoc regno obseruaretur, & quod speciales preces pro senatu funderentur,[patiuntur enim multa sæpius pro iustitia tuenda.]

Cautio non datur post recredentiā senatus. Decimononò,quādo recredentia beneficij (quā doctores vltramontani tenutam vocāt)adiudicatur alicui per supremam curiā:is nō tenetur ad cautionem sicut quando datur per alios inferiores magistratus,quia nō est verisimile quod secus super pleno possessorio iudicetur,nisi ex noua causa, arg. l. vnicæ.ff.de off.præfec. præt.sic vidi seruari in hoc senatu,vnde si tutor ex inquisitione datus fuerit à maioribus magistratib⁹, vtpote à curia suprema.nō debet satisdare,secus si à minorib⁹Bar.in l.si nemo. 2.§.1.ff.de testa.tute.& l.tutores.de confir.tut. Ang. in §.sed ex his.inst.de Attilia.tut.per gl. in §.fin.in auth.vt hi qui oblig.coll.6.faciunt nota.per Bar.in l.ab executore.in prin.ff.de appel.& hoc est propter excellētiam curię supremæ.Porcus in §.1.inst.de satisd. tut. Item magistratus à principe dati satisdare non tenentur:quia fides eorum approbata videtur. l.priuatæ,vbi Pirrhus.de murilegu.li.11.* Quod limitaui in tract. de liter.ciuilib.in glo.3.in suspecto, & in eo,qui non esse soluendo dicitur,vt saltem iuratoriam cautionē præstare debeat, & depositariū iustitię,vel emptorem cōstituere.alia scripsi in trac. de sent.execut.art.1.in const.reg.in 1.tom.cōmenta

Annullare appellationē ad curiā supremam spectat. Vigesimò ad supremam tantum curiam spectat annullare appellationem,id est pro infecta habere, & vt verbis senatus vtar, *mettre au neant.* & non ad inferiores iudices,sic fuit pronuntiatum cōtra præpositum Pictauensem,anno.1537.die 5.Iulij. per hūc senatum,& in magna camera.ar.l.eos.C. de appel. vbi habetur iudices pronūciare debere bene vel male iudicatum,non habere appellationē pro infecta, quia ista pertinēt ad principē,vel ad ei⁹ curiā supremā.gl.sing.in cle.vna.de immunita.ecc. vbi aliqua addidi.facit l.verum.vbi Dec.ff.de reg. iur. Barba. in repet.c.testimoniū,in 2.par.n.9.de test.Aufrer. in stilo.parla.arresto 120.Ista etiā priuilegia conuenire sacro magno cons.ac dominis generalibus iustitiæ nō erit absonū tenere,vt alibi de ipso plena manu scribo.Alia ne modum gl.excedam, dicam in ord. reg.vbi breuiter & cōmodè licebit(si deo placuerit) videre.[Fuit etiam permissum cōsiliariis attestationum(*des enquestes.*) anno 1422.die.22. Iāuarij,& hodie quælibet camera parlamenti hoc vtitur iure.vide in artic.12.& seq.rub.de app.in ord.reg. vbi omnib.prohibetur,nisi curiis supremis, & hoc ex causa,vt ibi dixi in 3.tomo commenta.ad cōstit.regias.] *Arrestum.*

Curia suprema non reprimit causam in arresto. Vigesimoprimò,quādo iudex recedit à iure, vtpote quia non cōdemnat victū victori in expēsis.vt iuris est l.properādū.§.sin autē alterutra.C.de iudic. Si petitæ fuerint.gl.in c.fi.de res.in 6.tūc tenet causam in sentētia exprimere §.oportet. in aut. de iud. col.6.Bar.& Bal.in l.luci⁹.ff.de his qui not.infa.Fely plenè in c.sicut.col.8. de re iud. Curia tamē sūpma nō exprimit causā,sed tātū dicere solet & ex causa, *& pour cause,* qa ex plurib⁹ vehemētib⁹ rationib⁹ moueri solet,quas nō posset breui exprimere præses.

Vigesi

Conuertit appellationem in oppositionem

Vigesimo secūdò, potest senatus appellationem in oppositionē conuertere sine literis regiis: vt pote si fiat executio contra me: ego me opponere debeo: si appellem ad seneschalum: non poterit idem seneschalus illam appellationem in oppositionem conuertere. Ideo cum non valeat appellatio, dicet malè appellatum, nisi literæ regiæ super hoc impetratæ fuerint, quib. mādetur iudici vt hoc faciat. Sed senatus sic. [vt statuit Carol. 7. & est in ord. reg. tit. *quelles causes. &c.* ar. 4.] condemnabit tamē appellantē in expensis: Ita vidi sæpius in hoc senatu iudicari. Iura adducerem, nisi putarē tanti authoritatē senatus sufficere & rei demōstratæ frustra adiicitur demonstratio. l. 1 ff. de dote præleg. quia nō potest iudex inferior cognoscere de appellatione, nisi an fit bona néc ne. l. eos. C. de app. ob id de hoc nō cognoscit, in senatu secus. [Et anno 1509. die 2. Aug. in causa Nicolai du Val appellantis à bailliuo Turonen. contra Catharinam viduā Iohannis pertuis. fuit præceptū factum d. bailliuo & omnib. iudicib. ne sine literis regiis appellationes in oppositiones cōuertāt.]

Arrestum.

Quādo exēplis & arrestis curiæ sit iudicandum.

Vigesimo tertiò, licet non sit exēplis iudicandū. l nemo. C. de sententiis. tamē si à principe vel in parlamento fuerit iudicatum in vno casu, curiæ inferiores id sequi debēt. Ang. in l. Itē veniunt. §. ceterū. ff. de petit hær. *l. milites agrum. in fi. ibi quod exēplum, & in cæteris sequi nos debere Menander rescripsit. ff. de re milit. l. 1. §. eodem tecto. de senatusc. silla. l. nā imperator. de legib. l. apud Iul. in fi. ad treb. l. 1. C. quæ sit lōga cōsue. [l. nō putabā. ff. de cōdit. & demonst.] scripsi in procem. ordi. reg. credidit enim princeps eos qui ob singularē industriam explorata eorū fide & grauitate ad huius officij magnitudinē adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapiētia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus. l. vna. ff. de off. præfect. præt. Tamen arrestum debet esse simile, & super vno indiuiduo prolatum, quod fieri vix potest: Ideo multa allegantur arresta, quę non sunt ad illud indiuiduum decidendum lata.

Curia suprema euocat causam.

Vigesimo quartò, sola curia suprema euocat causam pēdentem in alia curia inferiori. vt appellationem in ea pendentem iudicet, & quatenus illā concernit: Secus in curia inferiori quę nullo modo euocat: quanuis Imber. in institutio. foren. in pag. 68. dicat requiri diploma regis & literas patentes. Cēties tamen in forensi iudicio solo verbo præsidis euocare audiui, vt scripsi in interpret. quod iussit, not. 2. ff. de re iud. & in tract. de euoca. in ord. reg. in 1. tomo commenta. in const. reg.

Et putarem curiā supremā nō posse euocare causam, quæ nō tāgeret appellationē ad eā emissā: aliàs secus. Nēpe cui mandata est iurisdicto, omnia cēsentur mandata sine quib. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Ob id censetur ob excellentiam curiæ ei concessum vt euocare possit causam tangentem appellationem in curia pendentē, vt ab eis decidatur, etiam ratione incidentiæ multa permittuntur, quæ aliàs non permitterētur. l. quoties. C. de iudic. l. solemus. §. la trunculator. ff. eod. tit. pergerē hoc pluribus probare, nisi hoc esset practicantibus notorium.

Transigere partes non possunt sine curiæ voluntate.

Vigesimo quintò, quanuis partibus lite corā inferioribus iudicibus pēdente liceat transigere & cōponere. l. j. §. inde quæritur. ff. de noui oper. nunc. l. si. vbi Flori. fami. ercis. l. j. & per totum. de transac. ff. & C. Tamen quando causa pendet coram senatu non possunt partes componere, vel transigere, non adiecta hac clausula in transact ione, videlicet cum beneplacito curię: & ita seruatur in forensi iudicio: aliàs ad mulctam condemnari trāsigentes possunt, nūcupatim scribit Masuer. in rub. de iud. §. Itē sæpe partes. Et sic fuit pars componens condemnata ad emendam, vt refert Auffrer. in stilo parlamen. arresto 53. Itē nota. & arresto. 57. & 96. [Quia ista clausula cum beneplacito curiæ, non aliter nec aliàs, est cōditionalis. Ias. in l. 2. col. pen. C. de iure emph. ob id nihil valebit, si nō placeat curiæ, & idem si dicatur de beneplacito Papæ partes conueniunt non aliter, &c. & non iudicatur simonia, alioqui conuentio partium simoniam induceret, [c. cum pridē. ibi, non tamen nobis mediantibus conuenerunt. de pact.] c. quæsitum, de rerum permut. & in c. ex parte j. de offic. de leg.]

Arrestum.

Bona & corpus curia suprema confiscare potest.

Vigesimo sextò ex defectu & contumacia partis curia potest confiscare corpus & bona absentis, & absentem conuictum reputare. Verùm alij iudices exilio tradere delinquentem possunt, & bona confiscare, sed non corpus, hoc audiui in praxi seruari, imò quando lex dicit aliquid à solo principe concedendum, & à nullo alio, adhuc non excluditur senatus. tex. iūcta gl. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æstiua. vbi alia similia citantur iura. nō curo cumulationes, sed veras decisiones adducere.

Curia suprema causam retinere potest.

Vigesimo septimò, quando appellatur ad curiam aliquam inferiorem? etiam si malè iudicatum illa pronuntiet, nō poterit de cōsuetudine retinere causam cōtra. c. vt debitus honor. de appel. Sed eam debet remittere ad illud auditorium, à quo emanauit: vt alius tamen cognoscat quàm is qui malè indicauit, & sic non seruatur. d. c. vt debitus. in curiis secularibus regni per §. primum. de friuol. appell. infra, vbi scripsi arrestum sic fuisse latum. Sed curia suprema causam retinere ex causa potest. siue primus iudex malè iudicauerit siue non: vt sæpius vidi obseruari, quia sicut princeps hoc posset. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. c. vt nostrū. de appel. Ita dici debet de curia suprema, per ea quæ supra scripsi.

Clausula sine nota infamiæ à curia apponi solet.

Vigesimo octauò curia suprema sola potest clausulam illam in sentētia apponere sine nota infamię licet crimē de se infamet, quod secus est in aliis curiis, vt plenè scripsi in l. aliud est fraus. §. j. ff. de verb. signi. facit l. ex militari. de test. milit.

Etiā si quis sententiæ acquiescat cognoscit.

Vigesimo nonò, quòd licet pars appellās acquiescat sentētiæ quo ad principale. potest tamē per viā supplicationis curia decidere de his quæ in supplicatione petuntur causam ipsam tāgētibus. ita vidi iudicari anno. 1541. die Augusti, quod non facerent. iudices inferiores per not. in c. vt debitus honor. de app. Boer. in decisio. Burdeg. q. 257. sed quid.

Trigesimò, literæ senatus arresta & pręcepta sine literis aliis [quas de pareatis, vocant,] exequuntur: vt fuit dictum anno. 1381. secus in literis aliorū iudicum. §. eos. in auth. de collat. collat. 9. dico. in tracta. de literis requisito. in ord. reg. in 2. tomo. [commenta. in const. reg.]

Trigesimo

Magistratus inferiores præsentare debēt literas suorū officiorum curiæ, & in ea iuramentum præstare.

Trigesimoprimò, literæ officiorum & magistratuum maiorum debent præsentari curiæ supremæ: & ibi magistratus præstare iuramentum debent, quod rectè, iustè ac legitimè suum exercebunt officium, & quòd fideles erunt regi, & iura illius conseruabunt & tuebuntur pro virili, ita describit Frāc. marc. in decis. Delphi. q. 129. in 1. parte.

* Trigesimosecūdò, iudices declarare leges possunt, non verò extendere. l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. & ibi no. tamen curia suprema extēdere potest legē, vel ordinationē. & illa extēsio necessaria erit, sicut lex. tex. l. 2. in fi. ibi, quod exemplū, & in cæteris sequi nos debere Menāder rescripsit. ff. de re milita. & dixi supra in praxi. benefic. in illa q. quos effectus rescripta habeant. [In 2. tomo commenta. in constit. reg. in 11. q. procem. tract. de rescript.]

Renunciare arresto quis possit.

Trigesimotertiò, post arrestum is in cuius vtilitatem latū est, nō potest renūciare arresto in præiudicium partis aduersæ, nisi in arresto fuerit dictū si bonū videatur parti. *Si bon luy semble recouurera ledict pré vendu:* ne illusorium sit arrestū. l. si prætor. ff. de iudic. Et aliis multis rationibus adductis per Boër. in decis. Burdegalen. q. 48. quæritur an proximior, vbi dicit sic esse iudicatū Burdegalæ, vt authoritas curiæ sartatecta seruetur. Secus in sententia, nam si fuerit lata in vtilitatē meā illi renuntiare possum. l. si iudex. ff. de min. l. in seruitute. §. 1. de bo. lib. quia quilibet renuntiat priuilegio in fauorē suū introducto, c. si diligenti. de foro compet. l. pen. C. de pact. Quod intelligerem verū, quando arrestum esset latū pro vtilitate vtriusq;, tuc procederet Boër. decis. probatur in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. Vide Boër. in decis. Burdeg. q. 298. sed alia.

[Trigesimoquartò publicani, vel alij non debēt sistere, seu arrestare bona quæ deferuntur causa victus ad consiliarios, & ad curiam supremam, vt fuit in curia Parisiens. decretum, anno. 1374.]

Creditur arresto de eo quod in eo enūciatur.

[Trigesimoquintò, quāuis non credatur instrumento facienti mentionem de alio. auth. si quis in aliquo. C. de eden. hoc tamen non procedit in arresto propter eius authoritatem, in quo si dicatur visis literis tonsuræ, est verisimile quòd eas viderunt, vt plenè scripsi inferius in tit. de subla. cle. literis. & hoc sæpius vidi in foren. iudicio allegari.]

[Trigesimosextò ad parlamentum tantū spectat hac phrasi vti, curia dicit, quia per antonomasiā venit hæc summa. §. Ius autē. de iure nat. in instit. dixi in art. 6. de reproba. testium in 3. tom. cōmentar. ad const. reg. & ita censuit Senatus Paris. anno 1556. die 4. Augusti. contra iudices præsidiales Turon.]

Vltimò, quamuis ad solum principem pertineat restituere minorem, & concedere ei literas restitutionis de consuetudine, in hoc regno tamē curia suprema admisit filiam, quæ renuntiauerat successioni ad petendum diuisionem sine literis restitutionis. Et sic restituit sine literis. [per tex. in l. vna. in fi. de offi. præfec. præt. ibi ne à sentētiis eorū minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis præfectis restitui possint.] Sic fuit iudicatum, ann. 1539. circa mensis Maij pro quadam filia de Molinis.

Sine literis curia restituit.

Arrestum.

Causæ sine literis releuandæ.

[Hodie si cancellaria recusat literas in causa appellationis, solet in multis causis curia habere appellationem pro releuata: & si tunc appellans causam obtineat iustam vincet, & bonum esset, & reip. vtile, quòd causæ breues, & vniuersitatum etiā magnæ, & monasteriorum, piæ, viduarum, pupillorū, & personarum miserabilium releuarentur per supplicationem curiæ porrectā, at sigillum, non tanti esset momenti, sed vtilitas publica maior.]

Qualis suprema curia esse debeat.

Qualis debet esse ista curia suprema? Iacob. de bello visu in pract. sua. rub. quotuplices sint causæ. nu. 170. sic dicit. debet esse arbor fructifera & robusta, quæ non debet ad flatum cuiuslibet venti agitari: Quia non ad flatū venti orientalis ratione affectionis & parentelæ. Nec ad flatum venti occidentalis ratione præmiorum, & pecuniæ. Nec ad flatū venti meridionalis ratione timoris & potentiæ, nec ad flatum venti septentrionalis ratione rancoris & inimicitiæ. Fortis ergo, & firma debet esse, & æqua, vt libra, nec declinans, nec claudicans, ad dextram nec ad sinistram, sed æqua lance debet esse media inter partes. l. nullus. C. de iudic. c. 1. de re iudic. in 6. Et debet habere truncū fortitudinis, corticem veritatis medullam æquitatis ante oculos. l. quod si ephesi. ff. de eo quòd cert. loco. l. rem non nouam. C. de iudic. & aures præbere omnibus. Sap. 6. c. præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationū. Quoniā data est potestas vobis à domino & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam cùm essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodiuistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem dei ambulastis, &c. Sexdecim requisita in regiis consiliariis scribit Matth. de afflictis in constit. Neapolit. in rub. 45. fol. 116. de seruan. indēnit. circa fi. quæ summopere optarē scripta ob oculos principū & cancellariorum ac aliorum quibus sunt necessaria. Vide doct. in l. consiliariis. ff. de offi. assess. Et leges 12. tab. his verbis de senatu scriptas, omnes magistratus auspicium iudiciumq; habēto, exq; iis senatus esto, eius decreta rata sunto. at si potestas par maiórve prohibet, S.C. præscripta seruanto. is ordo vitio vacato, cæteris specimē esto.

Leges 12. tab. de senatu.

(Quas parlamentarias vocamus) ecclesiam insuper vniuersam Gallicam cunctásque regni nostri gentes Delphinatísq; nostri potentatus admonendósque censuisse, vt si quid authoritates priscæ afferre, si qua iura citare a, si rationes

Iura an, quot, & quomodo sint allegāda.

a Iura citare.) Nota quòd pro corroboratione causæ & decisione citanda sunt iura, quia erubescimus cum sine lege loquimur. l. dissentientis. C. de repud. l. illam de colla. §. consideremus. in auth. de triente & semiss. colla. 3. quod facit contra iudices proteruos & ignaros nolentes audire aduocatos allegantes iura, quippe deficiēte lege sufficit allegare rationem naturalem. instar iurisconsulti, in l. cū ratio. ff. de bon. dam. & Papę. in c. ratio nulla. de præb. gl. in c. consuetudo. 1. dist. & c. ex eo. de elect. in 6. & bona ratio debet ita mouere iudicem ad iudicandum, sicut ipsa lex. Ias. in d. l. illam. col. 3. quod est intelligendum, quando est præter legem: nam si sit

Ratio allegari potest & ita mouere debet sicut text.

contra legem, tunc lex erit seruanda & alleganda, licet dura videatur. tex. in l. prospexit. ff. qui & quib. Guido sing. 653. nota quòd sufficit & his deficientibus sufficit adducere authoritatem maiorum, glosæ vel doct. tex. in l. si idem cũ eodẽ. ff. de iurisdi. omn. iud. l. cum filio, in prin. de vulg. etiam dictũ alterius quam glosæ, vel doctoris. l. septimo mẽsæ. ff. de statu. homi. gl. in l. mulier bona. de iure dotiũ, nec turba allegationum est facienda, sed Iurisconsf. instar sufficit (nisi materia difficillima sit) vnũ argumenti causa referre. l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Cornel. de fal. l. ita vulneratus. §. pen. ibi vnum interim proposuisse contentus ero. ad leg. Aquil. ff. quod summopere obseruandum in iis interpretationibus duxi, in quibus quod sentiebam non exactis rationibus vel argutiis, sed veluti citra artem sinceriter & simpliciter expressi: licet aliquando in meis interpret. plura iura citauerim ad vnum propositum respondentia, vt si vnus text. planè non faceret quod alter saltẽ ad rogatum responderet, & vbi vnus doctor nõ dixit expressim, alter expressius loquatur: & quia sunt qui non habent plures libros, ideo plures interdum allegaui, vt si vno careant, alterũ saltẽ habebunt. Si tamen hinc inde est conflictus rationum, & iurium, tunc iudicandum est secundũ eum, qui plures habet rationes, & iura conuenientia. glo. & doct. in c. suggestum. de iure patr. l. 1. C. de iur. & fact. ign. quia multiplex funiculus difficilius rumpitur. c. 1. de treuga. ob id quandoque plura allegamus iura & rationes. Quomodo sunt alleganda iura. Respon. siue verbo, siue in scriptis citentur, debet allegari caput legis, seu capituli, & Paragraphi, si quis sit in illa decretali vel lege, & titulus, vt in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falci. Io. Cald. & alij. in c. vestra. de cohab. cler. & mulier. & ita planè allegare quis debet, vt certum reddat eum, cum quo loquitur. vel cui scribit. Præposi. in §. hinc etiã. c. sed illud. 45. dist. quod ita temperandum est, nisi fuerit Papa, vel legislator, quibus sufficit dicere iure cauetur. l. alienatio. ff. de contrah. emptio. vel lege cautum est. l. cum notissimi. C. de præsc. 30. ann. & in euangelio dicitur, Nos legem habemus. c. scriptũ est in l. 6. q. 3. cle. 1. de foro compe. Idem in doctore speciem ad legem seu decretalem ponente, vt simpliciter omissis allegationibus, ne longa ambage auditores cõfundat, casum text. conuenientem fingere post præfationes, debeat postea rationem dubitationis & decisionis exprimere, quibus prolatis si lex sit difficilis, per partes iterum casum seu speciem depromat. deinde notãda eliciat, & postea gl. elucidet. & sic solitus sum facere. Hoc debet etiam aduocatus seruare, vt nudis verbis factum referre debeat, quod iudex facilè possit capere, & demũ super eo iudicare, & in inuentario processus. [maximè cauere debet ne iuris allegationes scribat, vt est statutum in titul. de inuenta. artic. 1. vbi dixi in 3. tomo commenta. in cõstitu. reg.] Idem in iudice proferente sententiam. firmauit Præpo. in d. c. sed illud. nec coram Papa allegari debet lex vel decretalis, quia eas præsumitur habere in pectoris scrinio. c. 1. de constit. in 6. nec scholasticus alleget coram suo doctore. Gomes. in c. 2. no. 1. de rescript. in 6. nisi op-

Doctor quo modo docere debeat.

poneret, vel esset lex singularis, vel canon, & deuians à regulis communibus, & paucis notus, quia casus singulares multi ignorant. glo. & ibi Salice. in l. quod te. ff. si certum peta. item in parlamentis iura vulgaria dedecori sunt allegãti. gl. & ibi doc. in cle. sæpe, in verbo, amputet. de verbo. signifi. etiam sufficit legem vel decretalem famosam allegare sine titulo. l. 4. §. si fundum. ff. de vsuca. in glo. videbitur. §. 1. insti. de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur. vide glo. & ibi Præposit. in c. si in adiutoriũ. 10. dist. in scholis tamẽ plana & facilis fiat allegatio, vt quisque scholasticus eã postea videre & discere possit.

In parlamentis iura vulgaria non allegãtur.

Consentaneas [a] palam edisserere posse cõsiderent, quominus sanctio pragmatica eiusdem concilij authoritate ac sententia antiquaretur [b] abrogaretur [c].

a Consentaneas.) Et sic non sufficit adducere iura, consuetudines vel rationes, nisi respõdeant ad rogatum, & sint consentaneæ, id est, rei de qua igitur conuenientes, alioqui fatuus est qui iura vel rationes ad propositum non adducit. c. vno. §. si verò. de cleri. ægrotant. in 6. & ibi Domini & hoc etiam expressim tenet Corn. consi. 73. visis. col. 3. & vlt. in 1. vol. Ias. in l. furiosum. col. 3. C. qui testa. facere possunt, quia loquendo inordinatè cẽsetur habere memoriam inordinatam. c. filij. de hæreti. in 6. ex sermonibus. ergo mentis compotes vel stultos cognoscemus. l. his qui. §. fin. ff. de tuto. & curator. datis ab his. fatuus est enim, qui fatua loquitur. ca. legimus. 93. distin. & qui deridenda. l. ob quæ vitia. ff. de edil. edict. in lingua enim scpientia dignoscitur. Eccles. 4. c. & eo dictus est Virg. poëta, quòd vsus est propriis vocabulis, & congruẽtibus materiæ teste Barba. in repe. c. Raynaldus. col. 84. de testa. non tamen est inconueniens si aduocatus vel alius aliquando misceat rationes parum ad rem facientes, vt nota. in c. non debet. de consanguini. d. Gomesius in d. §. æque. in glo. altius. nu. 17. instit. de actio. quia aliquando iudices ignari plus mouebũtur rationibus & iuribus parum facientibus, quàm aliis fortioribus cum illorum non sint capaces. Anton. Brut. in c. per tuas, qui filij sint legitimi. col. vlt. Cepola cautela. 67. sunt multi. quod non debet fieri in parlamentis, quia est verisimile quòd intelligant fortiora iura, nisi ad confirmationem aliorum adducerentur.

Fatuus est qui allegat iura proposito non respondẽtia.

b Antiquaretur.) id est, aboleretur, & res ad statum pristinum reduceretur.

c Abrogaretur.) id est in totum & penitus toleretur, derogatur enim legi cum pars tantum detrahitur. Abrogatur cum prorsus tollitur. l. derogatur. ff. de verbo. signific. vbi scripsi quot modis derogatur legi. intellige tamen in aliquibus pragmaticam non esse correctam, vt in fine huius procemij dicetur, & sic postquàm pragmatica est abrogata non debet allegari, quia allegans iura correcta punitur pœna falsi. l. fi. ff. ad leg. Cornel. de fal. & l. 1. §. hunc igitur. C. de Iustinia. C. confirma. quod ita temperatur nisi quis rationem constitutionis correctæ allegare velit. glo. singul. in c. nouit, in verbo, quicunque. de iudic. glo. & Bart. in l. 1. ff. de legiti. tute. vel nisi ad iuris noui elucidationem. text. in §. 1. ibi vt nihil

Iura correcta an & quando allegari possint.

nihil antiquitatis ignoretur. & ibi Ias. & Bauer. insti. de testa. Etiam non procedit in habente potestatem legis condendæ, qui potest allegare leges correctas, etiam quas non habemus l. admonendi. & ibi gl. ff. de iureiu. c. Raynutius, de test. possunt etiam allegari interpretationes & gl. in pragma. nam licet text. sit correctus, non tamē gl. Et in quibus casibus possunt allegari iura correcta. tradit Bauer. in d. §. 1. & Corse. in verbo, abrogare. in repert. & in his reb. nouis cōstituendis euidens vtilitas esse debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est. l. 2. ff. de constit. princ. & euidens necessitas. c. non debet. & ibi Ant. de But. in 3. no. de cōsang. quæ an in his concordatis interuenerint. pulchrè declarat Helias quōdam archiepisco. Turon. in defensorio cōcorda. & ego ipse infrà apertè indicabo.

Induceretur [a], irritáque etiam nulla pronūciaretur, & schismatica id infra diē dictis decretis præfixam efficerent. Quo neglecto talis denique sacro approbante concilio decerneretur, dudum autem statímque nobis diadematico [b] fastigio diuina benignitate auctis, regnumq; auspicato [c] ineuntibus, cū rursus huiuscemodi edicta alia [d] atque alia ab eadem authoritate manātia nobis innotuissent, nostrísque curiis ecclesiæ Gallicanæ, ac subditis populis edicto nouissimo ac causæ peremptorio [e] spes omnis esset [f] purgandæ moræ præcisa, vt si vlterius cunctari [g] in animum induxissemus, futurum omnino videremur in hæc discrimina incidere, quæ ante dictę pragmaticę sanctionis decretum hoc in regno nostro, patriáque Delphinali locum sibi vendicabant: ideo nos animo reputantes quanta olim ante illius pragmaticæ sanctionis promulgationem indignitas rerū ac deformitas [h] in regno nostro patriaq; Delphinali grassaretur, cum videlicet res nummaria [i]

Cancellare inducere, & circunducere.

a Induceretur.) Id est, cancellaretur. l. inductum. C. de solu. & est inducere per medias literas trahere. cancellare ad modum crucis, circūducere circūcirca pennam ducere. glo. in l. si quis libertatem. in verbo, inducatur. ff. de petit. hær. & propriè inducitur quando chartis attramento inducto, vel lineis, velut quodā tectorio ea quæ scripta sunt, delemus, ab inducendo atramento.

b Diadematico.) Hic Io. Dayma. plura parū vtilia congessit, alia multo plura ex historiographis adderem, quæ cum pauci sunt emolumenti, missa facio. pulchra tradit Hier. Balb. in tracta. de corona imp. in c. quæ fuerint olim regum insignia. vide ibi, si non graueris, me sanè tanta circa vtiliora cupiditas inuasit, vt elaborandum esse in eis omnibus neruis existimem futilibus omissis, non prætereundū tamen censeo quod Valerius lib. 7. de sapienter dictis de quodam rege his verbis scribit, Rex etiam ille subtilis iudicij quem ferunt traditum sibi diadema, priusquam capiti imponeret retentum diu considerasse, ac dixisse, ô nobilem magis quàm felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quā multis solicitudinibus, & periculis, & miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentèm tollere vellet, si bene regere cupiat.

Regū diadema multis refertū periculis ac solicitudinibus.

c Auspicato.) id est, feliciter. Teren. haud auspicato huc me appuli. nam feliciter adeptus est rex Franciscus regnum, tam in coronatione facta in ecclesia sancti Dionysij, quàm in felici ingressu ad hanc ciuitatum matrem Parisiens. vt patet per Gagui. non tamen vult dicere hic text. quòd rex in ingressu ceperit auspicium, vel augurium, sicut olim veteres soliti erāt. Ipsi enim nihil rei magnæ ordiebantur inauspicato, sed hodie hæc sunt aliena à Christianis hominibus. c. sors. & per totum 26. q. 2. & q. 3. & seq. & per Hosti. in summa, de sortile.

d Alia atque alia.) Et sic tria edicta, id est, citationes interuenerunt ante peremptorium, vt iuris est l. ad peremptorium. cū quatuor ll. seq. ff. de iud.

e Peremptorio.) Eò dicitur peremptorium, quòd perimat disceptationem, hoc est vltra non patiatur aduersarium tergiuersari. l. & tertium. ff. de iud. De hoc edicto peremptorio seu citatione peremptoria, quod idem est, scribit Lanfran. Oria. in repe. c. quoniam contra. in verbo citationes. col. 3. in magno volu. de proba. & Soc. in suo tract. de citat. artic. 27. nempe firmat Bal. in c. consuluit. col. j. de offic. deleg. tria esse, in quibus præcipuè requiritur perēptorium. primum in missione in possessionem, ex qua creatur ius pignoris, secundum in præhensione, seu captura personæ. l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. tertium in sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ. Alios casus dico in ordina.

Peremptoriū cur dicatur, & in quibus requiratur.

f Purgandæ.) Quæ potest purgari vsque ad litē contestatam, post non l. si insulam. ff. de verb. oblig. & in l. & si post tres si quis cautio. nisi in casibus traditis ibidem per doct. quos non prosequor ne glo. faciam longiorem. §. Calimachus. vt vulgò dici solet. Boër. in §. fi. de consue. feud. in consue. Bituricē.

Mora purgari potest.

g Cunctari.) id est, immorari, vel differre, dispendiosa est enim cūctatio, & mora. dicit Ouidius, nocuit differre paratis. Qui non est hodie, cras minus aptus erit, incunctanter dicitur sine mora. c. referente. in fi. de præbē. c. 2. de schisma. c. noli. & ibi Archi. 9. dist. & gl. in c. hæc quippe. 3. q. 6. de mora, licet videre per glo. in l. mora. ff. de vsur. per doct. in l. si ex legati causa. de verb. obli. & in l. quod te. si cert. pet.

Cunctatio dispēdiosa.

h Deformitas.) Quanta mala & quot essent ante prag. hic numerat Ioan. Dayma, ego ea missa facio, tanquam modici emollumenti sint, licet sexcenta possim allegare incommoda.

i Res nummaria.) Ista est bona ratio pro regnicolis, vt res nummariæ Galliæ non exhauriantur, & pondero hoc infra sæpius. & in tract. nom. q. 10. in doctoribus factis extra regnum, & in aliis non paucis locis. Intellectus ergo ad hæc concordata, per quem nummi exhauriuntur, reiici debet per hunc text. quem poteris adducere etiam, vt requisitio per-

Intellectus quis in his cōcordatis recipiēdus.

inhabilem facta tollat Papæ præuentionem hac ratione, vt dixi in gl. disposuerit. in additio. §. si quis verò. de col. infra. nam interest regis subiectos habere locupletes. in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. 1. colla. 2. abundantia enim regni (dicit ibi text.) dependet à subiectis locupletibus, ideo interest reip. ne quis re sua malè vtatur. §. fi. instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. interest ecclesiam habere aurum, vt in necessitatibus erogare & subuenire possit, ac se ab inimicis tueri. c. aurum. 12. q. 2. quia nũmus vincit, numus regnat, nummus imperat, non tamen ab omni malo defendit, teste Ludouico Viual. in suo opere regali in x. persecutione eccles. fo. 97. vers. ô quã grauis, &c. alibi dicitur quòd nummus est fideiussor futuræ necessitatis. Bal. in l. 2. C. de cõst. pecu. Petr. Gerard. sing 73. pauperes, vbi allegat philosophum 5. Et hic. notẽt ergo iudices, vt in dubiis intellectum ad hæc concordata, per quem res nummaria Galliæ non exhauriatur, in iudiciis accipiant, postquã est hic sic statutũ, de quæstione nummaria loquitur text. in l. fin. ff. ne de statu defunct. vide alia in glo. seq.

Nummus vincit, & regnat.

(Quibus veluti neruis respublica subnixa [a] est) ea maximè ac præcipuè ratione exhauriretur cũ præsulibus & antistibus sacerdotiorum conferendorum libertas, facultásque adimeretur [b]: cũ peregrini [c], & incolæ sacerdotiis Gallicis sæpenumero donarentur cum dyplomatibus [d]

De pecunia multa hic traduntur.

a Subnixa est.) id est, suffulta. Virg. Parua philoctetæ subnixa petilia muro facit. l. 2. C. de pœn. Et sic nota quòd respub. est suffulta pecunia, sicut corpus neruis: nam duplex est sanguis, vt dicunt auari, venarum & bursarum. & Io. And. in addit. Specu. in tit. de sent. §. species. vers. est autem differẽtia. & pecunia dicitur vita hominis. per text. iuncta glo. in l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. quam Barba. dicit sing. in repe. rub. de testa. col. 68. & in consil. 53. præclare. col. 4. nu. 10. in 2. vol. Bal. in l. si de tuis. C. de oper. lib. & pecuniam vocat secundum sanguinem hominis, Rochus Curt. in repe. c. fi. col. 22. vers. 2. infertur in fi. de consue. vnde qui bona nostra tollit, vel pecuniam, inimicus nobis est text. in c. item cũ quis. & ibi Bald. col. 1. de restit. spol. & magna sunt opera eius, qui habet nũmos, facit enim quod vult, & habet rem quam vult, etiam si vellet pulchram mulierem, sunt verba Bal. in l. receptitia. col. 2. C. de cõst. pec. Proinde dicit Card. in cle. vna, de baptis. in 6. q. magnos diuites posse dici principes, quia pecunia est omnium rerũ regina. & sine pecunia contemnitur nobilitas & doctrina, quæ videtur apud homines maior propter diuitias, pecunia deseruit cuilibet humanæ necessitati Bal. in c. cum causa. in fi. de re iud. & est honori possidenti. Amb de offic. lib 2. c. 21. vt refert Iacob. Bonaud. in addi. ad Ioã. de terra rubea, in 8. art. tertij tract. cõtra rebelles regũ, vers. rebelliones. fol. 82. & nummis omnia obediũt. Eccle. c. 10. ac Io. Neuisan⁹ in sylua nuptia. amplia. 1. & expugnatur omne castrũ, in quod potest pecunia ingredi quãobrẽ potest dici magna opera eius, &c. amissio eius altera mors est. Hosti. in summa, de procur. §. in qua re. vers. & quod dixi, & qui aufert tẽporalia, aufert vitam. arg. c. si quis obiecerit, 1. q. 3. multa priuilegia scribit Maphe. Vegi⁹ in sua disputat. inter solẽ, aurũ, & terrã, vbi abũdè videre licebit. Postremò dicitur Eccl. c. 40. in fi. Melius est mori, quã indigere, nã vita indigentis semper est in cogitatione victus. Ant. de Petrucia. in 3. effectu iuramẽti. vide tamen q amor pecuniæ modo est quasi cunctorũ criminũ materia. c. his igitur, 23. dist. & multa per Lucam de penna. in l. domini. C. de agric. & censit. lib. 11. hodie licet plurimi sint barbati, & antiquis philosophis quo ad hoc similes, tamen ex illis vel aliis paucissimi sunt qui contemnãt pecuniam, & sic qui philosophentur. l. sed & reprobari. ff. de exc. tut. nam hodie id genus homines ludibrio haberentur, ideo pecuniam expetendam esse, nõ propter suam vim, & naturam, sed propter fructũ atq; vtilitatem testatur Cic. in lib. 2. de inuent. [Et dicebat Archita. philos. his verbis, Pecuniarum cura vltimum honoris teneat locum, quippe cum tria sint omnia, in quibus homines studium ponunt, vltimũ ac tertium est si rectè habeatur pecuniæ studium, medium corporis, animi primum.]

Inimicus quis bona tollit.

b Adimeretur.) Altera ratio concordatorum, ne facultas cõferendi beneficia adimatur Antistitibus, & aliis collatoribus, nisi per mãdata & nominationes, ac per impetrationes iure præuentionis factas. in his enim casibus etiam per hæc sacra concordata adimitur potestas collatoribus, vt infra patet, nõ per reseruationes & expectatiuas, vt olim. possunt etiamnum ordinarij collatores mandatariis & nominatis ac graduatis prouidere, & sic non aufertur in his collatio si illis velint conferre iuxta sua rescripta, & in his statuta.

c Cum peregrini.) Nota quòd exterus non potest beneficia in regno habere priuilegio repugnante, & consuetudine regni, de qua in ordinatio. regiis habetur, & in stilo parla. rub. de præb. 7. parte ordina. 3. & in tracta. de pacific. posses. num. 217. scripsi in praxi. beficiali.

d Dyplomatibus.) Io. Dayma, dicit nõ esse vtendum dyplomate in impetrationibus, vt hic est text. qui est omnino ab hoc alienus, & quotidie in impetrationibus, vti solemus dyplomate, dũ nõ excedat modũ verisimilẽ. de quo in regula cãcel. 28. & in gl. iure præuẽtionis in §. declarãtes. de mand. apost. infra. Item idẽ Dayma, dicit expectatiuas dici duplomata, quia in eis impetrandis duplomate solemus vti, id est, cursu diurno & nocturno, & omni tẽpestate contẽpta iter cõtinuando. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de verb. obl. vnde habuerit hãc interpretationẽ nescio, nã habemus cũ y dyploma, & nõ cũ u, & dicitur epistola seu scriptura missa ad aliũ, à verbo Græco dyploo, quod est duplico, inde dyploma duplicatio dicitur, & expectatiuæ seu aliæ literæ apostolicæ, ideo dicũtur dyplomata, q duplicẽtur. teste Catelia. Cotta. in 2. parte memora. in verbo, dyploma. Alij putãt dyplomata esse singulariũ virorũ & vicorũ priuilegia, in tabellis scripta. & in quibus principis nomen adscribitur, vulgus bullas, semidocti supplicationes, docti supplices libellos vocãt, quæ &

Dyploma quid sit.

breues

breues dicũtur.[de quibus multa scripsi de supplicatione papæ,& bulla,in praxi benefi.vbi de singulis papæ literis, quæ vsum concernunt forensem, tractaui] & aliàs contra quendam ducem militum se falso asserentem, & dyplomate falso vtentem .i. literis falsis. dicit iurisconsul. in l. eos. in fi. ff. de fal. vbi grauissimè illum puniendum docet.

apostolicis, quas expectatiuas [a] nuncupabant generatim sigilatimque superstitum hominum, spirantiũque sacerdotia electiua [b], mixta [c] ac collatiua [d] in diem mortis eorum conferrentur, qui eis fungebantur id quod cum bonis moribus non conuenit, tum verò alieni fati [e] votum habet adiunctum.

a Expectatiuas.) Quæ tam generales quàm speciales in Francia reprobantur infra in rub. de reseruat.in prin.& ibi dixi.[in praxi beneficiali inrescripto reseruationis.]

b Electiua.) Quæ dicantur beneficia electiua de claro infrà. in § monasteriis.in verbo, electiuis. de regia ad prælat.nomina.facienda.

Mixta beneficia quæ dicantur.

c Mixta) Illa dicuntur beneficia mixta, quando eligendo conferunt, vt si canonici eligant ad præbẽdam vacantẽ,& nõ requiratur alia cõfirmatio, tunc participat,& de electione & de collatione, ideo mixtum est, quia ex duobus sapit extremis. l. imperium. & ibi doct. ff. de iurisd.om.iud.not.in l.2.de ver.obl. sed hic dicit tex.beneficia electiua, & collatiua, ac mixta, ergo mixta dicũtur, quæ ex collatione ac electione participãt. Nec assentio quod beneficiũ mixtum dicatur, in quo proceditur per præsentationẽ & institutionẽ, quia illud non accipit de electione & collatione, ergo mixtũ propriè dici nõ potest.cõtra Io.Dayma hic,& præsentatio nõ potest dici collatio, nec propriè electio. c. cum in illis. §.cum autem. de præben.in.6.Panor.in c.autoritate. de insti.

d Collatiua.] Sunt quæ per collationem tribuuntur. Rubri. vt ecclesiasti.beneficia sine diminutione cõferen. de quibus infra in rub.de colla.scripsi.

Beneficium viuentis cõferri probibetur fallit vt hic.

e Fati.) Id est mortis,& sic reprobatur collatio & impetratio beneficij viuentis, tum quia bonis moribus non conuenit vt hic, tũ etiã quia inducit votum captandæ mortis, c.2.de conces.præb.&c.si quis papa 79.dist. etiã si ille cui est collatũ beneficiũ vellet expectare mortẽ illius,& esset bonus vir qui verisimiliter nõ desideraret mortẽ ꝓximi, quia cessante causa impulsiua adhuc nõ cessabit dispositio. gl. in l.2.in fi.ff.de dõ.doct.in c.cũ cessante. de appel. etiã si vellet cõferre collegio.vel capitulo in titulũ, secus si in proprietatẽ.i.per vnionẽ. Ancha.in c.cõsultationibus, de donatio.c.pen.3 not.de eccle.ædifi. nec tractatus collationis vel electionis deliberatiuus fieri debet, antequã beneficiũ vacet. c.bonæ.in 2. de elect.Bert.in trac.de episc.in 1.& 2.q.1.partis. aliàs collator & electores veniũt extraordinariè puniẽdi. Imol.in d.c.bonæ.per text.in d.c.2. Itẽ beneficia antequã vacẽt acceptari nõ possunt c.nec apiã.Jç.de cõces.præb.in vj.Rota deci.431.si impetrans, in nouis. Papa verò non prohibetur cõferre beneficia, etiam antequam vacent, quia in beneficiis habet plenissimam potestatem.cap.2. de præbend.in 6. quòd non toleraretur in regno, nisi interueniret consensus eius, cuius est beneficium. quia tunc videtur renunciare. c.beneficium de regular.in 6.doct.in c.ex ore. per illum tex.de his quæ fi.à maio.parte cap.c. sicut & seq.7.quęst.1. nam hic prohibetur. Sed conferri non prohibetur, quando est fama de morte beneficiati.glos. in capit.non oportet. de conse.distinct. 5.facit auth.hodie.C.de repud.[& tex. ad hoc valde accommodus in l.si ita pater.ff.de ritu nupt.] tamẽ reuertente beneficiato collatio erit nulla. Card.cõsil. 44.pro domino. Valeret etiam collatio si collator nesciret beneficium vacare, quod tamen verè vacabat, nã potest cõferre si vacat.gl.in c.de elect.in 6 Rota deci.172.in antiq. Et ideo dicunt quidam regulam de verisimili notitia non habere locũ in ordinario, sed contrarium fuit in hoc supremo senatu iudicatum anno 1537. die 29. August.in magna camera (vt vocant) inquæstarum,& in mente curiæ retentũ in causa vnius præbendæ sanctæ Radegundis Pictauen.ciuitatis, pro magistro Germano Cornuto contra Tristand fretard. etiam eodem tenore in parlamento Tholos.in quadam præbenda ecclesiæ Auxitanen.in vigilia nostræ dominæ August. anno prædicto idem fuit decisum: & hæc duo parlameta diuinitus, vt planè creditur in eandem id temporis descenderunt sententiam, vt fraudes maximè repellant,& illa regula est inducta ad tollendas fraudes & ambitiones, quæ fortè maiores sunt coram ordinario, aliàs semper & impune quis beneficium viuẽtis currere posset, etiam sine vlla resignatione,& ab ordinario petere, contra d.c.primum. Nec refragatur quod possit conferri si vacat, quia si sic conferatur, non potest impetrans vel conferens argui conscius conspirationis, vel machinationis in mortem alterius, quia cõditionaliter loquens nihil ponit. l. si quis sub cõditione.ff.si quis omis.causa testa testa.& quia nõ confertur tanquàm vacãs per obitum magis quàm resignationem, vel aliàs, sed quando confertur impetranti per obitũ antequàm sit verisimile posse venire ad conferentem, tunc censetur conscius conspirationis, seu mortis illius, cùm aliter non potuisset habere notitiam mortis illius, ideo tunc habebit locum regula illa tollens votum captandæ mortis. testis est nobis de Ripa in c.2. in fi.de rescript.sed in hoc etiam fieri posset fraus scribendo in literis collationum si vacat. quę fraus maximè solet in materia beneficiali adhiberi,& corrumpi testes & falsum committi, vt est omnibus obuium,& Bald.scribit in c.quia verisimile. col. 1. de præsum. hoc expressim tradit Io.de Selua post glo. pragm. sanct. in tract.de benefi.in 3.parte.q. 46. Fuit tamen hoc anno 1542. die 22. Decemb. pronunciatum non habere locum in officiis regiis regulam illam. Item quando is qui possidet beneficium, requireret sibi conferri illud quod possidet, vt alium haberet titulum, non reprobaretur tunc collatio illius beneficij viuentis. c.post electionem.de conces.præb. doct. in cap.inter.de fide instr. Idem in canonica dicitur in §.fin.de reser. infra. & ibi dixi. sed tunc non con-

Regula de verisimili notitia habet locum in ordinario.

Arestum.

Arestum. In officiis regiis non habet locũ regul.de verisimili notitia.

fertur canonicatus viuentis, quia extinguitur cum persona. dilecto. de præb. Poterit etiam ante vacationem beneficiũ vniri sine præiudicio posſidẽtis. c. consultationibus de. dona. cle. fi. de reb. eccle. non aliẽ. c. si tibi absenti, de pręb. in 6. & an posſit cõstitui procurator ad pręsentãdũ, antequã beneficiũ vacet, & quando tradit Pan. in cap. fi. de cõceſ. præb. Imol. & Peruſ. in d. c. ad hæc. j. de Appel. Abundè scripsi in praxi beneficiali in forma vica. archiepiſcoporũ in prima parte, vbi amplisſimè hanc tractaui materiam. Item non debet promitti beneficium antequã vacet. quod ſi contra fiat, promiſsio non obligat. d. c. 2. etiam si dicatur eum facultas se obtulerit. c. detestanda. de conceſſ. præb. in 6. licet de iure decretalium secus. c. accedens, illo tit. etiam si instrumentũ obligatorium eſſet cõfectum super hac promiſsione, & ſigillo regio ſigillatum non obligaretur promittens. c. ex tenore. de conceſſ. præb. etiam si iuramentum interueniſſet. Ant. de But. in d. cap. ex tenore. quia dicitur eſſe cõtra iura & bonos mores, quod tunc non obligat. c. nõ eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. doct. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. dixi in repet. l. si quis pro eo. ff. de fideiuſſ. imò non valeret conſuetudo in contrarium, quia eſſet contra bonos mores. Barb. in c. constitutus. de reſcr. c. fi. & ibi Curt. de cõſuet. niſi is cui fit promiſsio eſſet canonicus in eccleſia. c. relatum. de præb. & quando promitteretur eidẽ præbẽda, secus quando aliud beneficium, quia canonicus non debet eſſe ſine præbẽda. vt ibidem dicitur. Et in papa hoc non procedit nec ex ſuo ſpeciali priuilegio, ex quo poteſt fieri hæc promiſsio. d. c. deliberatione. de offi. leg. in 6. Proinde si poſt promiſsionem occurrat beneficij vacatio non tenetur promittens conferre ei cui promiſit. nota. in dict. cap. 2. & cap. relatum, nec valebit appellatio vt non conferatur alteri quàm ei cui promiſsio facta fuit. c. 3. de conceſſ. præb. nec poteſt patronus ſe obligare alicui, quod præſentabit eum, quia non pactis, ſed titulis canonicis beneficia obtinentur. vt probat Petr. Ancha. in c. cum autem. in fi. de iure patr. Dec. cõſi. 541. viſa donatione. Imol & alij in d. cap. fin. Tamen apud bonos & graues eſt turpe non adimplere promiſſum, imò ſic promittens ſaltem ad intereſſe tenetur, & vitæ neceſſaria præſtare donec prouideat ei cui promiſit. Peruſ. in c. 2. de conceſſ. præb. in 6 [quod eſt verum quando promiſsio valeret, vt quia fuit promiſſum beneficiũ vacans, & tunc teneretur ad æſtimationem prouentuum beneficij, quod promiſit. arg. tex. in l. locum. §. cõdẽnatio. ff. de tab. exhib. Anch. in d. c. 2. in fi.] quia promiſſa reſtituẽda ſunt. l. vna. C. de ſuffra. ideo, hęc promiſſa non debent fieri per bonos viros, ſed dare potius quàm promittere. Imò non poteſt dari poteſtas conferendi beneficia vacatura. cap. conſtitutus. de conceſſ. præb. glo. in c. deliberatione. de off. leg. in 6. Guido papæ concil. 189. circa, niſi vicario generali. capitul. fin. de offic. vicarij. in 6. Panor. in capit. fin. de conceſſ. præb. & hoc iure vtimur. Laicus etiam patronus poteſt conſtituere procuratorem generalem cum poteſtate præſentandi, quando ſubeſt iuſta cauſa, vt pote quia oportet eum abeſſe. Panor. & alij. in c. fi. de conceſſ. præb. Vltimo nõta vnum caſum ſingularem, quòd beneficium vacans non poteſt conferri, quando non eſt liberum, vt pote quia eſt collatum abſenti qui nondum acceptauit, nec recuſauit, interim vacat, quia alteri nõ eſt acquiſitum. arg. l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maior. pro hoc eſt caſus ſing. in c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. vide Feli. in c. cum acceſsiſſent. col. 1. de conſt. [alia tractaui in praxi beneficia in 2. parte tit. de reproba. beneficij. viuentis imperra.]

Promitti beneficium an poſsit, & quando ante vacationem.

Beneficium vacans non poteſt conferri.

Poſtremò, cum ſacerdotiorum [a] cõtrouerſiæ, liteſquæ ſacræ [b] in curia Romana diſceptarentur ingenti noſtrorum hominũ diſpendio, & incommodo, ex quo ſequi plerunque neceſſe erat, vt qui vel ſumptibus [c] ſuppeditari, vel labori ſufficere ne-

a Sacerdotiorum.) Id eſt beneficiorum, quæ ſacerdotibus, maximè debẽtur. c. ei cui. ibi ſacerdotalem præbendam. de præb. in 6. Nota tamen quòd in iure fit mentio de multiplici ſacerdotio. Primum eſt ſacerdotium. C. de epiſc. & cler. l. presbyteros. vbi ſacerdotes pro presbyteris accipiuntur, & ſæpius in iure canonico. c. j. 32. diſt. c. fi. 1. q. 5. c. non minus. de immun. eccl. & alibi multoties. Secundò de ſacerdotio doctorum habetur in l. 1. ibi merito, quis nos ſacerdotes appellat. ff. de iuſti. & iur. Petr. de bella pertica. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſ. & cleric. Tertio eſt dignitas ad ſimilitudinem præfectorum, de qua eſt tex. & ibi patruus meus magnus Iac. Rebuffus in l. nec protoſtaſie. C. de muner. patrim. lib. 10. l. 1. de nat. lib. l. ſi quis ob honorem, vbi Budæ. ff. de pollici. plenè Lucas de penna in l. vna de peric. ſucceſſ. parent. lib. 10. l. ſponte. ff. de muneri. & honori. [Vide quæ ſcripſi in praxi beneficia. in prin. vbi ſacerdotium pro beneficio (quatenus ius canonicũ concernit) non propriè dici, quanuis quidã potius vtantur, quàm beneficio, ibi allegaui multa iura ad hoc accommoda.]

Triplex eſt ſacerdotiũ.

b Liteſque ſacræ) Hic Ioan. Dayma intelligit ſacras lites, quando agitur de beneficiis eccleſiaſticis quod non eſt mihi ex ſententia, alioqui tex. eſſet ſuperfluus, dum dicit ſacerdotiorum controuerſiæ, ſacræque lites, &c licet aliàs ſacrę dici poſſint. c. ſuper eo. de tranſact. Intelligit etiam ſacras lites quando agitur de fœdere matrimonij, vel de cauſa natiuitatis, vel ſi agatur de vſuris, vel ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis, hæ vix poſſunt ſacræ lites dici, ſed propriè ſacra res dicitur quando eſt ritè per pontifices ideo conſecrata. §. ſacræ. inſtitu. de rerum diuiſio. Et ideo ſacræ lites dicuntur, quæ ſuper rebus ſacris agitabantur. ff. ne quid in loco ſacro fiat, & in curia diſceptabantur cum ingenti regnicolarum diſpendio, vt ſequitur: ſed hodie in §. ſi quis vero. infrà de friuolis appella. ſtatuitur, quòd ſi quis appellauerit ad ſanctam ſedem. cauſa appellationis debet committi in partibus tractanda, niſi in caſibus ibidem exceptis. & ſic vitatur illud diſpendium eundi Romam pro appellatione proſequenda.

Sacræ lites quando dicantur.

c Sumptibus.) Sine magnis ſumptibus homines non proſequuntur lites, ſicut dicitur de ſtudio in l. fin. C. de

Facile quis non debet litigare.

fin. Ç. de alim. pupil. præstan. in his ergo prosequendis & magni sumptus vt hic, & summus labor, & diligentia expetenda est, ac optimum ius, & his coniunctis etiam quis non debet esse facilis ad litigandum, nec promptus. sed ad componendum. sic Floria. in l. fi. in fi. ff. fam. herc. c. 1. 90. dis. c. 1. in 14. q. 1. nam cum pari cõtẽdere anceps est, cum superiore furiosum, cũ inferiore sordidũ. Seneca quem refert Bal. in consi. 218. petita venia. col. 2. in 3. vol. saltem pro modico quis non debet litigare glo. decens. in ca. requisisti. in fi. de testa. per l. si merces. §. vis maior. ff. loca. l. 2. C. de rescin. vend. quia propter has lites qui efficitur pauper. in auth. vt differ. iud. in prin. col. 9. Ideo boni viri eas execrantur. l. item si res §. fi. ff. de alien. iud. mut. cau. facta. [Et per eas fatigantur homines laboribus & expensis, & liti cedere, vel importunitatem actoris redimere quis compellitur. c. nonnulli de rescri.] diebus & noctibus torquetur animus litigantium, sicut amasiorum, & maior est tortura animi quàm corporis, & dicitur seruum dei non oportet litigare. c. sicut. 2. q. 7. si tamen bono iure munitus fueris, & non possis componere, prosequere tunc causam tuam, & in his deo te commenda, quia per varios casus per tot discrimina rerum peruenies ad sententiã seu ad causæ victoriam quæ finalis iudicij causa est. Quia nemo litigat nisi propter spẽ victoriæ. l. in ratione, prima. §. cum quidam. in fi. ff. ad l. Falci. Bal. in rub. De iudic. in decretali. co. 1. Et iudicio fortunæ dicitur litigãs cõmitti. l. Seruus. ff. de statu ho. Et interdum cum bono iure quis succumbit, vel fato vel culpa. l. si de communi seruitute quis bene quidem deberi intendit, sed aliquo modo litem perdidit. ff. si ser. vend. ob id dicit Esaias c. 57. non enim in sempiternum litigabo. Quæ causæ generent lites, tradit Lucas de penna in l. litibus. col. 1. C. de agrico. & cẽsit. lib. 11. & ego ipse in præfatio. ad ordin. regias, & tres cautelas quas debent habere homines antequã lites ingrediantur, ibi scripsi, idque planum feci in 1. tomo commenta.

quirẽt, hi aut iuri suo cedere, aut causas deserere, [a] ac pro derelictis habere cogerentur, simul ea accedebat deformitas, vt literarum studiosi, & disciplinis [b] liberalibus incumbentes, aut sacerdotia adipisci nequirent, [c] aut qui adipisci cuperent, literarum studium abiicere, [d] aut certe deponere [e] cogerentur, passimque per vrbes errabunde vagari, vt id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor & scientia per incuriam exolescerent. Quũ igitur summopere nobis videndum esse existimaremus, ne huiusmodi indignitas in Regno nostro exoriretur, id quod futurum intelligebamus, tempori vtique inseruiendum esse duximns, ac re-

a Deserere.) Multi propter lites deserunt veritatem quam prius seruabant. Prou. 28. c. pro buccella panis deserit veritatẽ ac charitatẽ. imo deũ ipsũ tot calũniis tótque falsis accusationibus suum colligantẽ vexãdo, qui omnino perueniũt ad egestatem. Prout 13. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam, & apud inferos cum dæmonibus perpetuò cruciabũtur. Vide quæ dixi in gl. deseruerint. §. 1. infra. de colla. & Azo in summa in rub. pro derelicto. & Benedict. in repe. c. Raynutius. in verbo, & vxorem, num. 925. cum seq. de testa.

Multi propter lites ad inferos descendũt.

b Disciplinis liberalibus.) Non solùm intellexit hic de septem artibus liberalibus, videlicet de Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Musica, Arithmetica Geometria & Astronomia, sed etiam de disciplina Theologiæ, Canonum, Legum, & Medicinæ. nam disciplina est rerum quaruncunque scientia, à discendo. Archid. in cap. consuetudo. colum. vlt. prima distinct. & ideo expressit hic de liberalibus, & à philosophis olim hæ artes dictæ sunt liberales, quia filij liberorum hominum & nobilium eas solum addiscebãt, teste Archidia. in c. de quibusdam. 37. distinct. & eas addiscentes debent esse ab omnibus oneribus & muneribus liber. auth. habita, C. ne fil. pro patr. quod an sit hodie inter priuilegia schola. scripsi: & disciplina dicitur ex parte eius cui infunditur: doctrina ex parte doctoris, Lucas de penna in l. vna. col. 1. C. de stu. libera. vrb. Romæ. lib. 11. licet aliquando promiscuè capiantur.

Artes liberales quæ & quare dicantur.

c Nequirent.) Nec hodie adipiscuntur sacerdotia paruo negocio, seruatur enim dictum Euangelij, vt omni habenti detur, & similis similes quærat, dico plenè inter priuilegia schola.

d Abiicere) id est lõge iacere. cogebantur enim olim ante pragma, per sex decem plus minúsve annos studium intermittere vt sacerdotia obtinerent, alias studere non poterant, quia dicit Iuuena. Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi, vel deponere vt sequitur.

e Deponere,) Id est dimittere Cic. Existimaui honestissimè molestias posse deponi si me ad philosophã retulissem vel cum quadam desperatione relinquere, Cic. in Verrẽ actio. 1. Itaque mihi videor iudices magnam, & maximè ægram, & propè depositam reipub. partem suscepisse, vel abiicere, ad tempus deponere in totum, multi propter bona habenda scientiam deponunt, non insequendo philosophum Cratem Thebanum, de quo in c. gloria episcopi. 12. quæ. 2. ibi Crates ille Thebanus homo quõdam ditissimus, cum ad philosophãdũ Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neque putauit se posse, & virtutes & diuitias possidere. quę sententia mihi semper vera visa est. & eam nisi insecutus hactenus fuissem, non hæc pauca scripsissem. Deus opti. mag. sit benedictus in æternum & vltra, dico inter priuilegia scholarium me (quia nunquam potentiorum foribus affixus fui) omnibus destitutũ opibus, igitur hoc in lucro ponere atque aliud agere patientur homines.

Scientia bonis abiectis est amplectenda.

bus nostris periclitantibus pro re nata cõsulendum, imminentiáque detriméta minore, ac leuiore [a] dispendio redimenda. Quare quũ Bononiã cũ omni nostro comitatu venissemus exhibendę gratia reuerẽtiæ [b] sanctissimo [c] patri [d] nostro Leoni x. Pontifici summo, quam ei Franciæ reges maiores nostros, vt primos ac maximos sacrosanctę ecclesiæ [e] filios exhibuisse

a Leuiore dispendio.) nã ex duobus malis minus est eligendum, seu vt verius dicam, maius est fugiẽdum. c. hi qui. 26. q. 2.

Reuerentia papæ ab omnibus est habenda et quare.

b Reuerentiæ.) Et sic rex christianissimus Christi vicario, papæ videlicet, & more boni filij habuit reuerentiam & honorẽ, prout tenetur, vt traditur in epist. Nos reddentes. C. de summa trinit. vbi Imperator defert honorẽ Papę, sic etiã debet facere quilibet alius, tũ quia est pater omniũ fideliũ, vt infra patet sanctissimo patri. vbi dico, & filius honorat patrẽ Malachię 1. & ad c. si ergo pater ego sũ, vbi est honor mei, Heb. 12. c. patres habuimus eruditores, & reuerebamur eos. tũ quia est prælatus & doctor totius populi christiani, Eccl. 10. In medio fratrum rector illorum in honore.

Vnde quilibet Papa est Petrus. Et ideo imperatorẽ deponit [ex iusta causa. c. ad apostolicæ. de re iud. & reges. c. alius. 15. q. 6] teste Inn. & Bal. in c. si in fi. de re iudic. Tertiò quia vicarius Christi, & ideo etiã infideles qui deũ honorare tenẽtur, debent etiã eius vicariũ honore decorare, nam dicitur Lucę 10. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit: super quo dicit ibi gl. discat vnusque in admonẽdo vel spernendo ecclesiæ pastores, nõ viles quasque personas, sed dominum saluatorẽ, imò ipsum patrem spernere, vel odire, quia in discipulo magister oditur, in filio pater honoratur. Hic B. Cyrillus in lib. 5. thesaurorũ dicit, ꝙ iure diuino Papæ omnes caput inclinant, & primates mũdi tanquã ipsi domino Iesu Christo obediunt. Præpo. in summa. 93. dist. & D. Paulus 1. ad Thessal. 4. c. sic inquit, Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed deũ, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. Quartò, quia est superior, dicit enim Christus, tu vocaberis Cephas. Ioã. 1. c. & Luc. 5. duc in altum, aliis verò apostolis dixit, Laxate retia. & minores debent reuerentiam exhibere superioribus. c. statuimus. de maio. & obe. c. iuxta. & seq. & in summa. 93. dist. gl. in l. 1. §. sicut. ff. de aqua pluuia arcen. laudabile nanque & discretum est exhibere reuerẽtiã & honorẽ prioribus. c. sicut inquit. 2. q. 7. & tex. in c. fi. & ibi Panor. vltimo tab. de confirma. vti quem sequitur ibi Dec. per illũ textum, dicens subditos debere superiori reuerentiam & obedientiam; quædam alia iura tradũtur in c. conquerentes de offi. ordi. maximè subditi prælatos reuereri debẽt, tum dilectione. c. esto subiectus. 95. distin. c. habet. 2. q. 5. tum obedientia c. 1. & 2. 93. dist. c. sacerdotes. 2. quæst. 7. Ad hæc communicãdo & obsequendo. c. non oportet. 95. dist. simul eorum officium temere non vsurpãdo. c. presbyter. 95. dist. atque eorum statuta seruando. c. quia 7. quæ. 1. c. si quis. de maio. nec prælatos temere arguere vel iudicare debet. c. nolite. 21. dist. nec defectus eorum reuelare, sed tegere debet. c. in scripturis. 96. dist. Lucas de penna. in l. j. col. 2. C. de colleg. lib. 11. & qui nõ exhibet hanc reuerentiam meretur relinqui à domino Eccle. 29. c. 29. c. Vir repromitti de proximo suo, & cum perdiderit reuerentiam derelinquetur ab eo: & talis reuerentia est deo placens, ad Heb. 12. c. in fi. seruiamus placentes deo cum metu & reuerentia, quia est actus boni moris: & ideo non potest pacto remitti. l. fi. C. de bon. lib. & ibi Bal. & in l. liberti. col. 3. de oper. liber. Feli. in c. cũ non liceat. col. 1. de præscrip. cuius reuerentiæ ratione potest papa non solũ à prælatis, sed à principibus secularibus petere auxilium contra hostes. c. maximianus. & c. ab imperatorib. 23. q. 3. & illos principes auxilium non præbentes excommunicare. c. administratores eadem causa. q. 5. imò principes seculares si requisiti nõ præstiterint auxilium ecclesiæ, acrius papa punire potest maximè Imperatorẽ. arg. c. venerabilẽ. de elect. Panor. in c. fin. col. 2. de dila. nam & eos deponere potest. c. alius. 15. q. 6. hoc expressè tenet Maleret. in tracta. elect. fo. 55. hæc sunt notanda cõtra eos qui euaginata lingua summum pontificem prosequuntur, & in illum latrare non cessant.

c Sanctissimo.) Bellissime conuenit Romano põtifici, vt in suprascriptione epistolæ nos reddẽtes. C. de summa trin. apertè monstratur, quis enim sanctũ dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit. c. non nos. 40. dist. & sicut persona patris vel magistri debet videri sancta filio & discipulo. l. liberto. ff. de obseq. sic cuilibet bono Christiano debet videri sancta persona papæ alioqui errore labitur, imò contẽnens summum pontificem, & sic patrem spiritualẽ, plus peccat, quàm si patrem cõtemneret carnalem, tex. in c. qualis. 2. q. 7. quandoquidem habetur de eo Hiere. 1. constitui te super reges & regna, ergo honor est eidem exhibendus, vt supra dixi, Conuenit etiam ei verbũ beatissimus, sacratissimus, summus pontifex, pater sanctus, pontifex maximus, & alia quæ not. doct. in c. 1. de constit. in 6. & scripsi in elucida. signaturæ, in praxi beneficij.

Nomina quæ conueniũt papæ

d Patri.) Quis dubitet sacerdotes Christi regũ & principum omniúmque fidelium patres, & magistros censeri? nónne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illũ suæ potestati subiicere, à quo credit non solũ in terris, sed etiam in cęlis ligari posse & solui? Verba sunt B. Gregorij in c. quis dubitet. 96. dist. textus in Epist. nos reddentes. C. de summa trinit. infames enim fiunt (vt canonum tradit authoritas) omnes qui in patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant. c. plerunque. §. fi. 2. q. 7. hodie quidam scelesti religiosos & sacerdotes odio & contemptu prosequũtur, & hos scelestos etiam deus contemnit, & in infernum deiiciet illos.

Sacerdotes sunt regũ & aliorum fidelium patres.

e Filios.) Reges tamen non sunt filij papæ generatione, nec adoptione, sed cura & honore, teste Bonifacio in prœmio clem. col. 2. nota. 4. quid honorificentius quàm vt Imperator filius ecclesiæ esse dicatur?

Vniuersitas Parisië. dicitur regis primogenita.

tur? c. conuenior. 23. q. 8. vide text. in c. si Imperator. 96 dist. & quæ dixi in forma manda. apost. in verbo dilectis filiis. Et dicuntur reges Franciæ primi filij sanctæ ecclesiæ catholicæ (sicut vniuersitas Parisiẽsis vocatur prima filia, & primogenita regis, quia primò ei nata est, & primò fidem ac regis honorem tuetur) quia sanctam sedem primò & ante omnia tutati sunt, vt est in historiis multa videre. & Helias archiepiscopus Turon. in defensorio concord. in 3 ratione multos Francorum reges congerit erga sedem apostolicam feruentissimos, & illius veros filios. infra dico tit. proxi. in gl. bene meritis, & sicut reges dicuntur filij papæ, ita iurisdictio temporalis dicitur filia iurisdictionis spiritualis. & ei tenetur tanquam matri suæ. Bal. in c. si duobus. de appel. sed hodie filia conatur quibusdam exquisitis mediis suffocare matrem, quod est summè condolendum.

Nouimus, [a] obnixis precibus ab eo cõtendimus, vt si pragmaticæ nomen [b] omnino esset abrogandum, saltẽ vice [c] illius, bona sua, conciliíque [d] venia certas nobis leges, conditionésque meditari comminiscíque liceret, quibus imperium [e] nostrũ supradictum in posterum vteretur. Quod ad ea quidem pertinet quæ sanctione pragmatica cauebantur, quibus nostris precibus exorata pontificis sanctitas (nam ei quoque cordi erat regni nostri ecclesiã rectè atque ordine administrari) haud ægrè nobis indulsit, vt conuenta

a Obnixis precibus.) Sic precibus contendere debent filij cum patre, & non armis, nempe dicitur. in §. sed quod sancitum. in auth de nup. colla. 4. erubescit enim lex castigatores, filios genitoribus statuere. & noli contendere cum parentibus, & si iusta dicas. Ecclesiast. c. 3. scribitur iudiciũ patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. Nec etiam papa contendere armis cum filiis debet, quia orationes & lachrimæ sunt arma clericorum. c. conuenior. 23. q. 8. Item exactis regibus Romę sacrificulus rex creatus extitit, qui sacrorum rex dictus est, sine regio tamẽ imperio solo nomine rex, erátque non annuũ, sed perpetuum sacerdotium, ab omni bellorũ tumultu immune, neque enim rex sacrorũ militare stipendiáve facere, aut castris & legionibus præesse poterat: nam eius potestas sola religione & templis tenebatur. teste Alex. lib. 3. genial. c. 17. multo minus summus pontifex. vide Ludou. Viuald. in opere regali. in 4. persecutio. ecclesiæ, vbi adducit viginti imperatores vel principes, qui contra sedẽ apostolicam vel summum pontificem insurrexerunt, aut contra prælatos, statim defecisse, nec in hoc seculo diu prosperè vixisse, dicens his verbis se nunquam vidisse alchimistam diuitem, neque incantatorem bene morientẽ, neque rebellem ecclesiæ bene prosperantem. vide Platinam in vita Clementis 4. & Maleret. in tract. de elect. fol. 60. col. 3. potest tamen Papa etiam armis se defendere à tyrannis, cum omnibus liceat. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. c. dilecto. de sent. excom. in 6. Cicero in oratio. pro Milo.

Papa cõtra principes arma mouere nõ debet, nec ecõtrario.

b Nomen.) Et effectum, quia si nomine eximitur & fructu carebit. l. à nullo. C. de feriis. si enim nomẽ non habent, qualiter officium habebunt? dicit tex. in c. cor episcopi. 68. distin. an liceat arguere à nomine plenè tradunt legum professores. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. & doct. decretorum. in c. 1. de iud. & Cicero in suo Topic. lib. genus hoc arguendi notationem vocans.

c Vice.) Et sic hæc concordata successerunt in locum pragmaticæ sanctionis, ideò sæpius arguemus infra per argumẽtum à subrogatis, de quo traditur in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. doct. in c. ecclesia, de cõsti. & in §. fuerat. insti. de act. plenè per Nico. Euerard. de locis legalibus. fol. 101. in arg. de subrogatis planius probatur in tit. proximo & in rub. de elect. derogatio. in fine.

Concordata in locum pragmaticæ subrogata sunt.

d Conciliique.) Scilicet sui, & sic rex voluit ex cõcilio papæ has leges in regno suo habere. dicebat enim, bene cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri regni, & ad nostram gloriam redundare. l. humanum. in fi. C. de legib. Item dubium non est omnia, quæ cõsilio rectè geruntur, iure, meritóque effectu & firmitate niti. l. dubium. C. de repu. & Prouer. 13. c. Qui autem omnia agunt cum consilio, reguntur sapientia. & postea, astutus omnia agit cum cõsilio. c. 8. ego sapiẽtia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. & c. 2. Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, priuilegia consilij dico in interpretatio. auth. habita in ver. examinatione. C. ne filius pro patre.

e Imperium.) Rex Franciæ est Imperator, & habet iura imperij in suo regno: vt concludit Ioan. Ferald. in tract. de iuribus & priuil. Regis Franciæ per totum, & ego fusius dixi in ordina. regiis. habet etiã quilibet rex imperium. Iud. 1. c. Arphaxat itaque rex Medorum subiugauerat multas gẽtes imperio suo. & in l. penul. in fine dicitur de prætore, qui salua maiestate imperij, & ff. de iusti. & iu. Ioan. Fabri in procemio instit. in verbo, Iesu Christi. Imò dico ꝙ maius imperium habet Rex Franciæ in suo regno, quàm imperator in suo imperio, vt omnibus patet, & de iure dignitas regalis fuit antequam imperatoria. l. 2. ff. de orig. iur. ex iure gentiũ regna orta sunt. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & cor regis in manu Dei est, epistola inter claras. C. de summa trinit. & quia venit ex successione, & ideo illud transmittit ad successores. Lucas de penna in l. vna. col. j. C. de conduc. li. 11. Soc. cons. 67. quod col. 2. & cons. 165. visis inuestituris. col. 2. in 2. vol. repetit Franciscus Curtius, cons. 1. nu. 30. nempe Deus optimus, maximus rex vocari non dedignatur. Eccle. 1. c. Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis. & Esaiæ 33. c. in fi. Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, & in procemio decretalium, rex pacificus. & alibi in nõ paucis locis, sed quòd nomẽ Imperatoris assumpserit in multis locis non inueni, quanuis sæpissimè repererim imperium habere & imperare. Et de his vide plenè per Rode. episcopũ Zamoren.

Iura imperij habet rex in suo regno.

Zamoren.in tract. suo de origine & differētia principatus regalis & imperialis, &c. [Bald. tamen in §. fi. de prohib. feud. alie. per feder. scribit regem Fráciæ habere iura imperij in suo regno, sed non esse imperatorem, aliàs duo essent capita, & vnus tantùm est imperator. quod verum esse existimo.]

Quædam nobis meditari [a] commentarique liceret pragmaticæ sanctionis vicē regno ac potentatui supradicto vtique præbitura, quæ ipsa eiusdem consilij authoritate assensúque confirmarentur, quā homologationem vocant, cum irritante decreto huius [b] commentationis curam, cum tunc sua sanctitas & nos mandauissemus [c] viris quibusdam consultissimis, [d] ita confecta temperatáque sunt ea conuēta, vt pleraque pragmaticæ sanctionis capita firma [e] nobis posthac ratáque [f] futura sint qualia sunt ea quæ de reseruationibus in vniuersum, [g] aut sigillatim [h] factis statuunt de collationibus, [i] de causis, de frustratoriis appellationibus, de antiquatione constitutionis clementinæ quam literis vocant, de libere quietéque possidētibus, de concubinariis, quædámque alia quibus nihil [k] iis conuentis derogatum abrogatúmve fuit, nisi si in quibusdam capitibus nonnulla interpretanda immutandáve censuimus, quod ita referre vtilitatis publicæ arbitraremur. Quod verò ad electiones pertinet, minimè quod optabamus [l] obtinere potuimus,

Meditatio ad scientiā adipiscēdā necessaria est.

a Meditari.) Et sic ad leges condendas, & intelligendas, requiritur meditatio. Dauid Psalmo 1. In lege eius meditabitur die ac nocte, super quo dicit Hieronymus quòd meditatio legis est, non solum in legendis scripturis, sed in his quæ scripta nō sunt faciendis. Deut. 6. c. Erúntque (inquit) verba quæ ego præcipio tibi in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens, ecce ergo quomodo debemus meditari iura, si ea velimus vel dictare vel intelligere, quod notent volentes adipisci iura vt summa ope, summóque studio conentur ea habere. Nam dicitur Gene. 24. quod cum Isaac exiuisset ad meditandū in agro, obuiauit illi Rebecca pulcherrima & prudentissima puellarū, quæ facta est eius vxor, sic meditans in iure, vel in alia scientia, inueniet scientiam puellam pulcherrimam, & efficietur vxor illius, eamque anulo doctoratus desponsabit, de meditatione quam debemus habere ad deum, relinquo theologis, & Bercho. tradit in hoc verbo, ne multa.

Commenta quid sit.

b Commenta.) id est, tractare & disputare. Cic. in Lælio cùm in hortis D. Bruti commentandi causa (vt assolet) venissemus. Aliquando commentari est commentarium scribere, vel fingere, sed non hic.

c Mandauissemus.) Ciuili modo loquitur hic rex vt in simili. Celsus in l. si cui. ff. de seruit. quia mandatum gratuitum esse debet in l. si tibi. in 1. & 2. ff. de præscrip. verb. per quod ostenditur quod viri consultissimi & literis præditi non sunt præceptis trahendi, sed suasionibus alliciēdi, studium certè liberum esse debet, & alacri animo leges sunt, & suscipiendæ, & dictandæ. §. fi. in procemio instit. exitus inutiles solent coactiones generare. c. requisiuit. de sponsa. Ideo hic rex mandauit viris consultissimis, non autem præcepit, vnde perperam exponit gl. in §. cūque hoc deo. in procemio instit. mādauimus, id est, præcepimus. per prædictam differentiam, inter mandatum & præceptum tradit Pan. & cæteri in c. eam te. de rescr. & Lauren. Valla. lib. 5. elegant. c. 68.

Literati suasionib. & nō præceptis trahendi sunt.

d Consultissimis.) Eisdem est committendum, vt dicitur in prima consti. C. & in §. sed cum sit necessarium. C. de Iusti. C. confirmand. ibi, dum dicit electis viris gloriosissimis, tam doctrina legū quàm experientia rerum, studióque reipub. indefesso, & laudabili proposito pollentibus, & idem habetur in §. cúmque hoc Deo proprio, in procemio instit.

e Firma.) De facto. gl. sing. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler.

f Rata.) De iure. ideo si quis promiserit ratum habere contractum sub pœna, non incidit in eam, si de facto contraueniat. Bart. in l. metum. §. volenti. ff. quòd met. cau. Guido papæ in deci. 367. in aliquo. Barb. in c. Raynal. col. 67. de test. Corse. in sing. incip. pœna. 8. secus si promiserit habere ratum, & firmum, vt communis in instrumentis describi solet.

Differentia inter ratū & firmū.

g In vniuersum.) Id est de reseruationibus vniuersalibus seu generalibus.

h Aut sigillatim.) Id est speciatim vult dicere text. tam reseruationes generales quàm speciales sublatas, vt in prag. sanct. erant. & infra. in rubr. de reser. scriptum extitit. & plenè in praxi beneficia.

i De collationibus.) Quæ immutentur per titulum de collatio. & alios inferius dico in præfa. illius rub. & per totum, & etiam in aliis tit.

k Nihil.) Vt de titulo quomodo diuinum officium sit celebrandum, nec de aliis titulis postea sequentib. vsque ad rubr. de publicis concubinariis est aliquid detractum, abrogatúmve. Ideo cum non sit illis titulis pragmaticæ derogatum, adhuc seruantur in regno, nam quando lex noua statuit quòd prioribus legibus & constitutionibus de cætero ista sola (quàm nunc constituimus) obseruetur, intelligitur si priores leges facerent contra legem nouam, alias non corrigit, quæ saluari possunt. text. & ibi gl. sing. in auth. de hær. ab intest. venienti in princi. colla. 9. quam sing. dicit Bald. in Margarit. in verbo, statutum. q. 37. & in verbo clausula. in 8. q. Paul. in l. non est nouum. ff. de legib. & in l. sciendū, in prin. qui satisda. cogan. Roma. consi. 399. vt præsens. col. 3. nu. 10.

Qui tituli non sint sublati & correcti in pragmat. sanct.

l Optabamus.) Nec iniuria, videbat enim rex durū esse iura tot vigiliis excogitata subuerti. c. ecclesia. 2. de

sia.2.de elect.l.si quando. C. de inoffi. testa. mirum enim videri non debet, si optabat, quod totis neruis reges olim Franciæ tutati etiam fuere. Legimus itaque Carolum magnum electiones ecclesiæ Rom. restituisse. c. sacrorum. 63. dist. & Clodoueum. 1. Franciæ regem conuocatis sui regni apud Aureliam prælatis electiones in pendulo existentes canonicè faciendas, & seruandas in hoc regno voluisse, si Vincen. histo. li. 22. & seq. credamus, vt refert gl. in verbo reseruationes. in tit. de rescr. in prag. [& cum legatus regis S. Ludouici vltro ecclesiarum cathedralium à papa impetrasset bullam prouisionum, rex in ignem illam proiecit, dicens: Gratias non agimus tibi de his quæ in periculum animarum nostrarū impetrasti, videlicet vt ecclesiis prouideamus, & ea impetratione vti noluit, vt scribit Io. de promyard. in summa prædicantium. in verb. consilium. nu. 46. nempe cœlestibus cœlestia relinquēda, & terrena terrenis cēsuit: iuxta id quod dicitur, cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum. c. si imperator. 96. dist. & vtinam omnes principes illi esset similes.] sed sperandū est ꝙ corrigēs corrigetur, & ius (si modo electores ad electionem quasi inspiratam redierint) ad pristinum statum reducetur. l. quoniam. & ibi Bal. C. de sec. nup. & tunc perfectum regis optatum spiritus S. restituet, quod electorum iniquitas sustulit. de qua est videre infra de elect. derogat. & amissio electionis est pœna. gl. notab. in cle. 1. in verb. & in pœnam. de iure patr. quod est notum his qui soliti erant quicquam pro electionibus recipere.

Electiones ecclesiarū tutati sunt reges, & quando in vsum reuertentur.

causis in dictis conuentis [a] latissimè insertis, ac nihilo secius, tamē cum ab eiusdem pontificis sanctitate dilationem semestrē impetrassemus iis rebus transigendis, superiisque viros [b] multos doctrina eximia, literarúmque peritia præditos, vsúque rerum callentissimos consuluissemus, tan-

a Conuentis.) Id est per hæc conuenta, & sic hæc concordata possunt vocari conuenta inter papam & regem. Idem habetur in rubri. de prorog. dila. ad approbandum concord. infra.

Cōcordata possunt vocari conuenta.

b Viros.) Nota quòd rex cepit consilium ad dictandum hæc concordata, sicut ad dictādum leges imperator in Codice componendo, vt ipse attestatur in 1. consti. C. & in l. vna. C. de Iustin. C. confir. & in l. 1. ibi, consulto. ff. de legib. & hoc ex humanitate debet facere, non ex necessitate. l. humanū. C. de legib. vbi dicit bene omnia regi quando fiunt eum consilio. Sumat ergo consilium princeps, & illud sequatur, vt bene regat. Præpo. in c. in istis. 4. dist. quia omnis scientia & omnis ratio non est in vno capite. Secundò dicit quòd cepit consilium à viris, non ergo à mulieribus debet sumi consilium in lege vel ordinatione condenda. l. j. ibi, virorum. ff. de legibus. Itē cū fœminis apud Romanos, nulla fuit communio, ideo mulieres nec comitiis interesse, nec suffragia ferre, neque foro aut concionibus immisceri debebant, quòd etiam erat apud Athenien. constitutum, vt nulla fœminarū conciliis publicis aduocaretur. teste Alex. lib. 4. genial. c. 13. & hoc propter fragilitatem sexus, vel quia non sunt prudētes, sed omnes fatuæ: vt Claudius Aquen. testatur in d. l. j. post Salomonē in Prou. quod ego dicere non audeem: nam multas inueni (vt mihi videbatur) prudentes. & in Euangelio, quinque erant prudentes, & quinque fatuæ, & sic vltra mediā partem non possunt dici fatuæ. Et imperator non recusauit consilium mulieris, vt habetur in §. hæc autem omnia. in auth. vt iud. sine quoquo suffra. colla. 2. nec etiam recusauit consilium mulierum. Ioan. Cald. vt And. testatur in c. cum inter vniuersas. de elect. nec Ioan. Andr. in c. cum secundum. de præb. & in c. 1. de deposito. & putarem consilium posse requiri, quia interdum stultorū etiā consilium bonū est, vt legitur de consilio fatui Parisien. in c. ad nostram. de cōsue. & coniugati in lecto solent habere consilia suarum vxorum, & illud est fidelius, quādo nullo modo est præmeditatum. Itē cōsilium debet peti à viris, & sic nō ab impuberibus, cū virorū appellatio solos cōprehendat puberes. text. & ibi Bart. in l. cum quis. §. codicillis. ff. de leg. 3. Bal. in l. j. col. 2. C. de dign. lib. 12. ipsi enim impuberes nihil sciūt vel scire præsumuntur, ideo consulere aliquibus nō possunt. l. fi. ff. de iuris & facti ignor. cum non habeant, nisi semiplenum intellectū. Bal. in c. j. quo temp. miles inuest. pet. deb. Possunt tamen filij regis etiam impuberes interesse in ordinatione, vel in alio actu arduo explicando, vt discere valeant deinceps quæ agenda sunt, non quod consulant aliis, sed alios.

Princeps cōsiliū habere debet à viris, non à mulieribus, nec ab impuberibus.

Tertiò etiam princeps ad consilium vocare debet multos viros, non vnum solum, nam iudicium est integrum, quod plurimorū sententiis confirmatur. c. prudentiam. in fi. prin. de offi. iud. deleg. facit tex. in l. cum ex filio. in prin. ff. de vulga. l. diuus. de iure patr. l. si idem. de iurisd. omn. iud. Et multi dicuntur quatuor ad minimū. gl. in l. j. ff. de lega. j. & aliis multis modis, de quibus gl. ord. tradit in c. latores. de cler. excō. minist. Hoc tamen relinquo arbitrio principis, quot velit euocare sicut dicit gl. in simili. in c. statutum. §. insuper. de rescript. in 6.

Quartò vocandi sunt docti, non omnes, sed eximia doctrina, literarúmque peritia præditi, vt hic, nam paria sunt nullā scientiam habere, vel paucā. Bar. in auth. sed nouo iure. C. si cert. pet. & ideo hic vsus est superlatiuo consultissimis, & eximia, &c.

Literati & boni ad principis cōsilia sunt vocandi.

Quintò consulendi sunt practici & experientes, vt hic, vsúque rerum callentissimos. & in §. cúmque hoc Deo. in procemio instit. & in c. estote. 1. q. 1. §. quia verò competens. in auth. de iudicib. coll. 6. practica enim est veritatis lumen. l. per hanc. in fi. C. de temp. app. & ibi Sal. Multa scripsi in l. vt alphenus. ff. de verb. signi.

Vltimum & præcipuum est, quòd boni & iusti vocentur, non illi qui sunt venales, sicut dicitur de Triboniano ꝙ leges venales habebat, vt licet in eius vita videre, sed qui habeant optimum testimonium. d. §. qui verò. & si hoc obseruet princeps, optimas leges, & perpetuas habebit in suo regno, vt plenius dico in commenta. ad constit. reg. in procemio in 1. tomo.

dem de

dem de eorum sententia, quando [a] ita ferebat ratio difficultásque tẽporis rerúmque nos circunstantium necessitas, sæpe dicta conuenta in regno nostro ac Delphinatu promulganda censuimus, ita vt sanctionis vicem instárque plenum habeant quorum conuentorũ seu approbationis concilij tenor [b] sequitur & est talis.

Quatuor quæ regem mouerunt ad acceptãdum concordata.

a Quando.) Nota hic quæ mouerunt regem ad acceptandum concordata. Primum ratio, vt hic. nã sunt rationabilia, vt per discursum ostendo, & videre est. Secundum temporis difficultas, quæ aliquando permittit non concedenda. c. licet. de feriis. Tertium necessitas rerum circunstantium, quę non habet legem l. 1. ff. de offi. consul. Quartũ quod debet esse in constitutione noua condenda est vtilitas. l. in rebus. ff. de constit. princi. & supra. ibi, ita referre vtilitatis publicæ arbitraremur.

Tenor scripturæ est attẽdẽdus.

b Tenor.) Qui est diligenter attendendus. c. recepimus. de priuileg. ex tenore apparet mens & intentio disponentis. text. in c. cum dilecti. de donat. & l. ad probationem. 1. ibi, quem tenor scripturæ designat. C. de prob. alibi dicitur ꝙ iudex debet proferre sententiam secundum tenorem rescripti. l. cũ precibus. C. de probat. quod facit pro iudicibus regiis Franciæ, quibus diriguntur rescripta ad comprobandum, seu vt practici dicunt ad interinandũ, quia aliis iudicibus dominorum nõ diriguntur cõmuniter literæ regiæ iustitiæ de stilo Frãciæ, vt dico in ordina. reg. [tit. de rescrip. & liter. reg. in 2. tomo comment.] & illud quòd cõstat ex tenore scripturæ dicitur euidens. tex. nota. in c. cum contingat, ibi, si ex ipsarum tenore deprehẽderis euidenter de rescr. l. cum tibi. C. de euictio. & quale sit rescriptũ recurrimus ad eius tenorem. c. ex tenore de rescr. & c. ex tenore. & ibi Barb. notat de for. competen. quãdo de priuilegio dubitamus recurrimus ad eius tenorem. c. porro, & c. seq. de priuileg. Inspicienda ergo sunt priuilegia, & ipsorum tenor est diligentius attendendus. c. recepimus. ibidem. Et mandati tenor inspiciendus est. c. dilecto. in fi. de testib. & quãdo dubitatur de emphyteusi, recursum habere debemus ad cõtractum. l. 1. C. de iure emph. idem in feudo, in quo tenor inuestituræ feudalis est præcisus, à cuius tenore non est recedendum. c. vno. de duobus fratr. Bal. in c. 1. §. denique. col. 1. quę fuit prima causa beneficij amit. & in prælud. feud. in 4. diuisio. Alb. Brunus consi. 8. & cons. seq. in prin. & cõs. 39. circa. col. 2. vbi dicit tenorem inuestituræ & concessionis esse super omnia attendendum, quiderogat omni naturæ feudorum, & maximè in materia feudali iustũ est quòd tenor inuestituræ inspiciatur. Io. de Ana cons. 7. & Albertus, cons. 41. viso. col. 2.

Iudices secundũ tenorẽ rescripti sentẽtiam proferre debent.

Tenor est inspiciendus.

Item intentio ex tenore dispositionis colligitur. tex. & ibi ponderat ad hoc Barb. in c. super quæstionum. §. intentionis. 1. nota. de offi. deleg. & commissio ex tenore rescripti dignoscitur. c. pręterea. de dilat. Barb. in c. 1. col. 3. de prob. & vt instrumentum aliud referens probet, tenor instrumenti relati debet scribi. c. pen. ibi, tenor compositionis insertus, &c. de confirm. vtili.

Item in contractibus tenor contractus, & verba inspici debent. de stipulatione est text. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. in fi. ibi, plerunque enim in stipulationibus verba ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt. ff. de verb. oblig. & l. si quis stipulatus sit stichum, ibi, quærentibus respiciendus erit sermo stipulationis ibidem. Idem in fideiussore. l. fideiussores magistratuum. §. 1. ibi lecta subscriptione fideiussionis. ff. de fideiusso. & l. sancimus. ibi, nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. C. de fideiuss. Ex ipso compromisso ius metimur. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbi. c. Raynaldus. in prin. ibi, prout ex forma compromissi. de testa. tenor libelli est diligentissimè inspiciendus. l. 2. ibi, ex his precibus, quas libello complexa es. C. de inst. & substi. sub condit. factis. l. Gallus. §. j. ibi, ex verbis concipi potest. ff. de liber. & posth. & pactorum. l. fi. C. de reb. alien. non aliẽ. ex verbis testamentorum iudicamus. §. nos igitur. ibi, verbis ipsis inuenimus. in auth. de resti. fideic. col. 9. Bal. in l. si cum dotem. §. si pater. in fi. ff. sol. matri. & in cautione. l. lecta. ff. si cert. pet. Et de tenore sententiæ scribit. l. Actorum. ff. de re iud. & in omni materia. l. vt responsum. C. de trãsac. & ibi Doct. & l. precibus. de impub. l. vna. §. sed & quis. ibi, necessarium & consentaneum effectum huius scripturæ obseruari. C. de lat. lib. tol. cap. cum venisset. & ibi Feli. in 2. not. de testib. Sexcẽtas ad hoc allegationes cumulaui in rub. quid sit inuestitu. in meo vol. sed hæ sufficiant de tenore, vno tenore scripta.

Tenor est inspiciendus.

De approbatione conuentorum per Lateranen. concilium facta.



Concilium Lateranen. est multiplex, sed de duplici loquuntur maximè iura canonica. Primum fuit celebratum tempore Alex. tertij, anno domini 1176. seu circa, de quo sępius fit in iure mentio. vt in c. Iudæi. cũ seq. de Iudęis. & in c. non minus. de immu. eccl. c. dilectus. & c. 2. de conces. præb. c. prohibemus. de deci. Ioan. And. in c. cum apostolica. col. penul. de his quę fiunt à præla. Auffrer. in decis. Tholosa. q. 439. Alterum verò tempore Innocentij tertij, anno 1215. & istud vocãt iura generale. c. de multa. & seq. de pręb. Ioan. Andr. in c. nemo. col. 2. de elect. in 6. & in c. penul. col. 2. de decimis. Cardina. in c. fi. de capellis. monac. Soci. consil. 297. viso priuilegio. col. 2. versi. 5. in 2. vol. & c. aduersus. de immunitate eccl. c. ne pro defectu. de electio. Et eo puto dici generale, [licet omnia alia fuerint generalia. & Lateranen. vocat generale papa in c. fi. de capel. monacho. vbi gl. sed istud per excellentiam, nam fuit valde vniuersale.] quia in eo interfuerunt Patriarchę Hierosolymitanus & Constantinopolitanus, metropolitani septuaginta. Episcopi quadringenti duodecim, Abbates & priores conuentuales octingenti, Græci & Romani imperij legati, regum verò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cipri oratores, & sic valde fuit generale teste Platina in vita Alexandri tertij. & Floren. in 3. parte chronicæ titu. 17. c. 1. § 10. Aliud

Concilium Lateran. est multiplex, & quare sic vocetur.

Generale concilium quid & quare vocetur.

Aliud est concilium Lateranen. de quo hic habetur mentio, quod ideo dicitur, quia in ecclesia beati Ioannis Lateran. Romæ fuit factum, & eo dicta est illa ecclesia Lateranen. quasi latens Rana. nam rana quam vomuit Nero intra illam ecclesiam, statim latuit, nec potuit amplius cõspici, vt legitur in actis sanctorum Petri & Pauli. hoc ex Albert. mutuatus sum in dictio. in verbo, Lateranen. & puto diabolũ cor tyranni Neronis fuisse ingressum, & quem postea sic euomuisset in ranæ specie.

Vel lateranensis dicta est, quia Lateranensium nobilissimæ gentis in ædibus extructa sit. Vel à familia Lateranorum ciuium teste Pomponio Læto. de magist. Roma.

LEo [a] episcopus [b] seruus [c] seruorum dei ad perpetuam rei memoriã sacro approbante concilio, diuina disponente [d] clementia, per quam reges regnant, & principes imperant, in eminenti apostolatus specula, & super gentes & regna meritis, licet imparibus constituti animo reuoluentes, quod & si ea quæ pro salubri & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iustitiam populorum perpetua eorundem Regnorum stabilitate Regibus, præsertim de fide Catholica, & de republica Christiana, & apostolica sede benemeritis [e] laudabili & prouida nostra ordinatio-

Nomẽ suũ an quis præmittere debeat.

a LEo.) Hic dicit Ioan. Dayma, quòd si alius à Papa scribat vniuersis, non debet nomen suum præmittere: quia eius literæ ad maiorem peruenire possent. citat Ioan. Andr. in proœmio lib. 6. in lectura. Sed cum in temporalibus rex Franciæ non habeat maiorem. Eodem stylo vtitur sic dicẽs, *Charles par la grace de Dieu roy de France, à tous presens & à venir, Salut.* vt in ordin. reg. patet. Item iurisconsulti, rhetores, aliique permulti nomen suum quanuis maioribus scribant præmittere pro absurdo non habuere. text. in l. nesennius. ff. de nego. gest. & ad leg. falci. & de re iud. & l. publia. depo. l. j. in fi. de iniu. Imola in proœmio decreta. Gregorius col. j. honoris verò causa solemus aliquando præmittere eum ad quem scribimus cũ digniora sint præponenda. c. auaritiæ. & ibi plenè Decius de præb. notarij tamen solent practica Ioan. And. vti dicentes vniuersis & singulis &c.

b Episcopus.) Papa cognoscens non esse maiorem ordinem, vel parem in ecclesia, licet multi tradantur. in c. cleros. 21. dist. vocat se episcopum. & in c. quanquam. 2. q. 7. in gloss. quam sing. notat Alex. in rub. ff. de iurisd. omnium iud. & ego ipse dixi in gloss. episcopus. infra in forma mandati, & sic Papa ratione ordinis dicitur episcopus, non tamen habet ecclesiam certam, cuius ratione vocetur episcopus, licet vulgus arbitretur eum episcopum sancti Ioannis Lateran. gl. in regula cancel. 7. & an cardinalis possit in episcopum eligi, multa tradit hic Ioan. Dayma. [Sed δὴμ πρὸς ἔπος, vt in l. de ætate. §. quod autem. ff. de interroga. actio. vide tamen per hoc] tex. in c. ecclesia vestra. de ele. dicentem posse, si non habeat dignitatem incompatibilem, aliàs secus, vide quæ dixi in gl. Cardinalatus in §. si quis verò. de col. infra. & hodie episcopus sine episcopatũ speciali est quasi inutilis in ecclesia dei respectu administrationis, licet sit episcopus ecclesiæ vniuersalis quo ad ecclesiam & dignitatem. Host. in c. 2. de transl. episc. prout refert Pan. in dispu. j. incipiẽte episcopus. col. 21. & de istis episcopis vide text. in cle. in plerisque. de elect. & ibi per Doct.

De episcopis sine episcopatu.

c Seruus seruorum.) Hic transcribit Dayma illa quæ dicuntur in proœmiis decreta. sexti & clem. sed quilibet potest ibi videre, ideo ego ea locis suis non dimouebo.

d Disponente.) Et sic quicquid fit boni dispositione dei dicitur fieri, mali verò diaboli directione, & suggestione. tex. in c. 1. de summa trinit. Doct. in cle. j. de pœn. gl. & ibi addidi in §. j. insti. de cap. diminutio. & Iac. 1. dicitur, Omne donum optimum desursum est, descendens à patre luminum. gl. in c. si ex bono. de pœn. 4. vbi describuntur hi versus. Ex ope cœlesti fit, si quid habetur honesti. Et venit à superis, agas bene, vel mediteris. alia huic materiæ accommoda ex theologis habeto. [nam postquam omnia à deo habemus, illi de omnibus gratias agere, alioqui ingrati vitio argui debemus, atque vt in prouerbio dicitur, ingratos superamus Gettas.]

e Benemeritis.) Rex noster Franciæ vltra alios reges de fide catholica, de republica Christiana, & de sede apostolica est benemeritus. Primò enim Clodoueus Franciæ rex de hæretico Gotho sumpsit vltionem, & Stephanum pontificem summum in suam sedem restituit. Pipinus contra Astulphum Romanorum regem pro ecclesia bellum gessit. Itẽ filius Pipini Leonem papam in sanctam sedem restaurauit. c. omni. & seq. 23. q. 8. quod non paucis exẽplis probat doctissimus ille præses Rothomag. D. Igneus in tract. suo, an rex Franciæ recognoscat Impera. col. 10. & seq. & in suo panegyrico Iacob. Bonaud. in fi. trac. Ioannis de terra rubea contra rebelles regum, & in hæc verba dicit Gag. in vita Caroli magni in fine, sed illud omnium maximum est, quòd nihil antiquius duxit quàm Christi fidem dilatare, & terminos proferre Christianorum, cuius exemplum imitati omnes fere, qui insecuti sunt Francorum reges magnis atque excellentibus factis cum religionis & fidei Christianæ vnitate conseruarent, atque ampliarent, nihil mirum inuidis atque detractoribus videri debet, si christianissimi appellati sunt, itaque constat per nullas gentes tanto labore Ro. ponti. & aliis præterea per orbem dei ministris passim fuisse subuentum. gl. in proœmio Prag. in verbo, tuerentur. vnde hic papa in his tribus Frãciæ regem commendat. Item legimus Gregorium papam regi Childeberto epistolam in hæc verba destinasse, quanto cæteros homines regia vestra dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna regni vestri profecto culmine excellit, esse autem regem sicut alij non mirum est, sed esse catholicum, quod alij non merentur, hoc satis est, sicut

Reges Frãciæ erga sedem apostolicam sunt benemeriti & fidẽ catholicam.

Epistola Gregorij regi Franciæ missa.

enim magnæ lampadis splendor in terræ noctis obscuritate luminis sui claritate fulgescit, ita fidei Christi claritas vestra inter aliarũ gẽtium obscurã perfidiam rutilat, atque coruscat, quicquid autem cæteri reges gloriantur se habere, habetis, sed ipsi in hac re à vobis vehementius sumant, quo minus hoc bonum principale habent, quod habetis, vt in 4. ratione defensorij concorda. patet, ecce reges Franciæ multis nominibus commendabiles, & cõmendatos fuisse, si ego vellem singula francorum pro fide gesta hic scribere, fortè papyrus deficeret, his igitur contentus ero, si quis plura cupiat huic rei accõmoda perlegere, videat historiam ecclesia. Gaguinũ & Emilium historiogr. galliæ, & alios vbi passim inueniet.

ne cũ venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus [a] concessa, ac ad effectum huiusmodi gesta, statuta, ordinata, decreta, factáve sunt, plenã roboris firmitatem [b] obtineant, illis nihilominus interdum (sacro approbante cõcilio) nostræ innouationis [c] & approbationis [d] robur adiicimus, vt eo firmius [e] illibata perdurẽt [f] quo sæpius erunt nostra authoritate [g], ac etiam generalis concilij præsidio communita, efficacémque operam circa eorundem conseruationem libenter adhibemus, vt reges & ipsorum regnorum personæ [h] concessionibus, priuilegiis [i], statutis, & ordinationibus

Cardinales viua vox ecclesiæ.

a Cardinalibus.) Hic plura de cardinalib. scribit Io. Dayma, si quis vellet paulo maiora scribere, posset transcribere tractatum Mar. Currati, ac albi. & Barb. de præstan. Card. & quæ dixi in §. si quis verò, in verbo, cardinalatus. infra de col. vbi remissiuè multa. Not. tamen quod singuli cardinales propter excellentiam dignitatis sunt quodammodo viua vox ecclesiæ. arg. l. nam & ipsum. ff. de iussi. & iu. Bal. in c. cum in iure. col. 2. de offi. delega.

b Firmitatem.) Canones quanuis sint vtiles, & aliæ constitutiones de rebus ecclesiæ factæ, nullam tamen obtinent roboris firmitatem, nisi ab ecclesia Romana, vel à papa fuerint approbatæ. c. j. & seq. 9. dist. c. ecclesia. de consti. Ideo hic dicitur, vt plenam roboris firmitatem obtineant.

c Innouationis.) Sicut papa potest reuocare iura edita, ita & innouare. cle. dudum. in prin. de sepul. c. 1. de præb. in 6. vide rub. hæc constitutio innouat consti. colla. 8. & gl. fi. & Doct. in cle. in plerisque. de electio.

Sedis apostolicæ sanctiones recipiendæ, & seruandæ.

d Approbationis.) Quod papa approbat, vel reprobat, & nos approbare, vel reprobare debemus. c. 1. 19. dist. vbi gl. citat alia iura huic rei affinia, ergo omnes sanctiones apostolicæ sedis recipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri firmatæ. c. sic omnes. 19. dist. quod facit contra hæreticos constitutiones ecclesiæ non recipientes, sed traditiones hominum vocantes, & per hoc seipsos diabolis tradentes. vide gl. seq.

e Eo firmius.) Nam apostolicæ sedis sententia tanta consilij moderatione concipitur, tanta patiẽtia & maturitate decoquitur, tantáque deliberationis grauitate profertur, vt nec immutari necessariũ ducat. c. apostolicæ. 35. q. 9. & inter scripta illa sequẽda sunt, quæ sedes apostolica nobis per manus tradidit. c. in canonicis. 19. dist.

f Perdurent.) Quia in speculum & exemplũ Romana ecclesia præposita est ab omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuò quidem & irrefragabiliter obseruandum est. c. enim verò. 19. dist. sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis. c. nulli ibidem.

g Authoritate.) Vt autẽ nostra diffinitionis sententia inuiolabiliter obseruetur, eam apostolico duximus patrocinio roborandam. c. j. de eo qui mit. in poss. cau. rei seru.

Cõcordata ad regni vtilitatẽ facta sunt.

h Personæ.) Hic patet concordata esse facta tam ad regis, quàm ad regnicolarum vtilitatem. & ideo videtur ꝙ papa & rex non debeant derogare his cõcordatis, inquantum sapiunt regni vtilitatem. per ea quæ no. Alex. & Ias. in l. qui Romæ. §. flauius. ff. de ver. obli. & per c. 1. de reg. iur. Si ergo nollent nominationes graduatorum in regno habere locũ, eas tamen (salua pace dicam) non possent tollere: nam vtilitatem regnicolis iam acquisitam sine eorum facto non possunt tollere. regula id quod nostrum est. ff. de reg. iur. etiam quia sine scandalo nõ posset fieri, quod summopere ipsi ac omnes vitare debent. c. nihil. de præscrip. vbi Fel. multa congerit vt scandalum vitetur. Et in euang. Væ homini per quem scandalum venit. Pauci essent tamen qui auderent eis dicere, domini cur ita facitis. Et sic iudices debent secundum concordata iudicando, inspicere regni vtilitatem, & intellectum vtilitatem regni respiciẽtem insequi. Item in dubio iudices regni debent fauere graduatis & nominatis. teste Domi. in consi. 37. dubitabatur. col. 3. quia habere viros literis præditos in regno concernit fauorem fidei & vniuersalis ecclesiæ exaltationem. c. super Spec. de magist. c. cũ ex eo. de lect. in 6. & probaui infra in præfat. ad rubri. de colla. quod est valde notãdum contra eos, qui nominatos vel graduatos odio prosequuntur, quia scientiam odio habere videntur, & qui odit scientiam, odit & Christum, qui est sciẽtia. c. si iuxta. 38. dist. Imò membrum diaboli magis quã Christi est, qui discere atque agere bona recusat: vt in d. c. fi. Ibidem, & hoc faciunt collatores ignari, quia similis similem diligit, vt in tractatu dico nominationum, & quanta sit vtilitas prouidere doctis, scripsi in interpre. authenticæ habita. C. ne filius pro patre, in priuilegiis scholastico.

Fauendum est graduatis & nominatis.

i Priuilegiis.) Ecce hæc concordata data in priuilegium Regis, & regno, & per viam contractus, vt infra patet in rub. de firma. & irreuoc. concor. stabi. §. j. In multis enim continent priuilegium, vt infra licet videre tam in rub. de reserua. quam alibi: vt percurrendo cernere licebit, hic connumerarem, ni timerem gl. metas excedere, & quilibet inter legendum hæc perscrutari poterit.

huiusmo

huiusmodi in domino plenè gaudentes [a] in pacis [b] & tranquillitatis, ac amœnitatis dulcedine conquiescant, & in eorum solita erga eandem sedem deuotione feruẽtius perseuerent. Nuper siquidem vt ecclesia sponsa nostra in sancta vnione [c] cõseruaretur, & per Christi fideles sacris [d] canonibus à Romanis pontificib. & sacris generalibus conciliis duntaxat editis vterentur; quasdam constitutiones quas de cætero loco pragmaticæ sanctionis & cõtentorum in ea in regno Franciæ pro bono pacis & concordiæ, ac illius communi & publica [e] vtilitate cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege christianissimo, dum Bononiæ cum nostra curia essemus tractatas, & cum eisdem fratribus nostris diligenter examinatas, & de eorum [f] consilio cum præfato Rege concordatas, & per ipsius regis legitimum procuratorem acceptatas, de eorundem fratrum consilio, & vnanimi consensu, statuimus & ordinauimus, prout in nostris literis desuper confectis plenius continetur, quarum tenor sequitur, & est talis.

Quę generãt gaudiũ.

a Gaudentes.) Plenum ergo gaudium est in domino. Io. 16. c. Petite & accipietis, vt gaudium vestrũ sit plenum. & ad Philip. 4. c. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Et quatuor generant illud gaudium, quæ theologi eliciunt ex illo dicto Matth. 2. c. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum, inuenerunt puerum, &c. Primò generat gaudiũ visus. Prou. 15. Lux oculorum lætificat animam. Et Io. 20. c. Gauisi sunt discipuli viso domino, sic cum quis per gratiã illuminatur. ibi, videntes stellam. & Act. 8. c. in fine dicitur, quòd postquam ille eunuchus fuit baptizatus, & per fidem illuminatus, ibat per viam suam gaudens. De Zachæo legitur Matth. 19. c. quòd festinans descendit de arbore, & excepit Iesum gaudẽs, & hoc gaudium datur iusto.

Primò quantum ad se, quando videt se sanum factum.

Secundò quantum ad proximum, quem videt saluatum.

Tertiò quantum ad deum, quem videt placatũ, qui verò non vident, sunt tristes. Tob. 5. c. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? sic qui per peccatum isto lumine sunt priuati, tristes incedunt, ita quòd peccatores, maximè hæretici nunquam perfectè gaudent, quia semper synderesim deferũt. Ideo scribitur Psal. 40. Non gaudebit inimicus meus super me. Secundò gaudet quis quando est bene hospitatus. quod probat litera, ibi, intrantes domum nam peregrinus deuius & in periculo constitutus, gaudet cum intrat domum. sic iustus dum intrat domum ecclesiæ per fidem, extra quam non est salus. Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. Et 1. Mach. 14. c. Gauisi sumus in introitu. Tertiò gaudet quis ratione inuentionis, ibi, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. & Lucæ 15. c. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram. Et Matth. 13. c. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, &c. & hoc gaudium non est in hoc mundo, sed erit in paradiso. Thren. 2. c. Hæccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ: habet tamen iustus in mundo magnam in corde lætitiam. Dauid Psal. 4. Dedisti lætitiam in corde meo, quæ omnes alias superat, vt plenè Flor. in 1. parte summæ. tit. 6. c. 5. §. 3. describit. Vltimò gaudemus ratione bonæ societatis, quæ melior esse societas potest, quàm habere puerum cum Maria matre eius, dum inueniemus plenè in domino gaudebimus. O bone Iesu, te humili corde precor, vt hoc plenum gaudium inuenire possim, quò mihi dicatur videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ioan. 16. c.

b Pacis.) Quæ est tranquilla libertas. Archi. in c. noli. 23. q. 1. & centum vnde viginti priuilegia pacis congerit Corset. in tract. de potesta. regia. q. 41. quæ postquam rectè sunt ibidem cumulata, non curo transcribere. & D. Breleius in suo dialogo, *du bien & l'vtilité de la paix, & calamité de la guerre*, vbi verbis gallicis rem pulchrè aperit. Sex causas ob quas pacem non habemus scribit gloss. in verbo pacem. in c. ad apostolicæ. de re iudic. in 6. Deus optimus maximus nobis eam concessit per secula (si rectè viuamus) duraturam.

c Vnione.) Vide quæ dixi in bulla cœnæ domini in principio, in verbo vnitatem, & in extrauag. vnã sanctã. de maio. & obe. in extrau. cõmunibus, plenè scribit de hac vnitate. Præpo. in summa. 15. dist. col. 1. & seq. Alua. in tract. de planctu eccl. lib. 1. artic. 54.

Contra iudices.

d Sacris canonibus.) Et sic quilibet sacros canones, ac in eis statuta seruare debet. c. 1. de consti. vbi plenè omnes doct. tradunt, & Christi fideles vti canonibus à papa editis, ac sacris generalibus conciliis, quod facit contra iudices iudicantes secũdum consuetudinem omissis canonibus & legib. per rationem in aere fundatam, vel in eorum capite momentaneo quiescentem de quo non nihil in ordina. reg. annotaui.

Cõcordata pro publica regni vtilitate edita.

e Publica vtilitate.) Hæc concordata facta sunt pro communi, & publica regni vtilitate, & ad publicum ipsius commodum referri ac intelligi debent, quod infra sæpius induco ad multas quæstiones, & supra eodem in verbo, personæ dixi: ideo hic liber regno & regnicolis magno vsui futurus esse debet, extra tamen amissionem electionum. [& sententia vtilitati rerum consentanea approbatur à iuriscon. in l. si remunerandi. §. fi. ff. manda. & in l. secunda, in fi. de statuliber.]

Papa ardua sine cõsilio Cardinalium an explicare possit.

f De eorum consilio.) Et sic papa non debet ardua explicare sine cõsilio fratrum, id est cardinaliũ.

c.per venerabilem. §. rationibus.qui filij sint legitimi.ibi,sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt, &c. plenè Barb.in tract.de præstan.Cardin.in 2.q. primæ partis.Fel.Dec.& alij in rub.de constit. & hoc procedit de honestate, vt dicit gl.in c.ad apostolicæ.de re iudi.in 6.& l.humanum.C.de legib. c.fundamenta.§. decet.de elect.in 6.Ego dicerem quòd de necessitate tenetur requirere consilium, vt bene omnia prosperè gubernentur. per d. l. humanum. non tamen tenetur sequi si in melius sua sentẽtia declinet,quod probatur in euangelio. Vnde ememus panes vt mãducent hi? &c. vbi Christus petebat consilium ab apostolis. Et etiam hodie inoleuit stylus Ro. curiæ, vt videlicet requirendum sit consilium Cardinaliũ in arduis. Io. Monac. in c. super eo. de hær. in 6. his verbis præfatur. Scio ꝙ cœtus Cardinalium erat in hac possessione, quòd ardua negotia erant de corũ consilio tractanda & terminanda, imò si papa irrationabiliter moueretur,& notoriè appareret, possent cardinales suæ voluntati resistere,vtpote si vellet alienare reliquias sanctorum sine necessitate, vel si scandalum immineret toti ecclesiæ. Card. in c. in istis.4.d.st.Paul.consil. 414. in facto. col.4. in 1. vol. Bosch.de codecha.in rub.de const.col.21. debet ergo creare cardinales omni exceptione maiores, & ecclesiæ vtiles non ignaros aut pueros. reliqua hic plena manu scribit Io. Dayma, ego verò his contentus seq.tit.aggrediar.

Cardinales qui creandi.

De constitutionibus.

Quomodo capiatur, & vnde dicetur cõstitutio,& an ab ea appellari possit.



Onstitutio hic propriè accipitur pro cõstitutione Papæ & regis, alibi pro constitutione Regis tantum, vel Imperatoris. c. constitutio. 2. dist.l.1.ff. de constit. princi.§. sed & quod principi placuit. instit. de iur. natur. gent. & ciuili. In genere tamen capitur pro constitutione,tam à superioribus, quàm ab inferioribus facta.c.cum omnes de constit. Et pro lege,interdum sumitur in l.sequitur.§.sequitur,& §.seq.ff. de verb.oblig.& Dec.in rub.eiusdem tit. Et dicitur cõstitutio quasi communis statuitio, seu commune statutum quod sit lex communis gallis hominibus, vel simul statuitio, nã quo ad regis subditos simul statuitur propter plures simul ligandos. Pan. & alij in rub.de constit. Nota quòd à constitutione vel lege generali non potest appellari, quando est edita ab eo à quo non potest appellari. text.& ibi doct. in c.quia nos.de app.l.si res.& ibi Bart.col.2.ff. de app. recip.l.si qua pœna.de verb.sign.Dec.in c.cõsuluit. 3.gl.vlt.de app. Et ideo solent practici in hoc regno appellare ab executione literarum regiarum non à concessione, *non de l'octroy, mais de l'execution:* & ita de literis emanatis à sede apostolica vidi seruari in practica,& fuit latum arrestum, anno 1526. die. 29. Iunij.facit lex j.§.j.ff.de app.& l. iubemus. C. eo. Si tamen vnus de populo qui læditur contradicat,statutum iniquum nõ nocebit eidem. Bar.in d.l.si res. Aretin.in rubr.de consti.in fi.plenè Barba.in c.cum omnes.col.4.& seq. ibidem. quod est notãdum pro consuetudinibus approbatis,exceptis certis articulis, in quibus sunt oppositiones. quod intelligerem in consuetudinibus vel statutis. secus in legibus ab ipso principe editis, quia vnus non poterit contradicere, vt not.in d.c.j.de constit.& in c.j.§. fin.in fin. de elec.in Prag.[Licet lege alia Fusia cautum esset, vt quoties lex aliqua à quocunque magistratu ferretur iura intercessionum, auspiciorúmque seruarentur, & vt cuicunque obnunciare liceret legem rogauit, teste Halicarnas. Obnunciationem vocabant antiqui, cùm malum aliquod læuúmque omẽ nũtiatur, vt cùm tonuisset, aut fulmen visum esset.] Nec est omittendum quòd à legibus,& à legum latoribus semper præsumitur dolus abesse. Bal. in c. consultationibus.col. vlt.de offi. deleg. Idem dicerem in interpretibus & commentatoribus, cum ad hoc tendant vt mentem legum eliciant. [vel consuetudinum, seu alterius dispositionis.& de his legũ commentatoribus loquitur imperator in §. fi. de noxal. actio. in insti.] Dolo tamen fit aliquando tam in contractibus, quàm in testamentis, quamque in legibus, qui facto intelligitur. l. j. in fi. ff. de doli except.

Arrestum.

Ab executione literarũ appellatur non à cocessione.

LEo episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Primitiua illa ecclesia [a] in angulari petra à saluatore nostro Iesu Christo fundata, Apostolorũ præconiis elata, martyrúmque [b] sanguine consecrata & aucta, vbi primum iuuante domino per orbem terrarum lacertos mouere cepit: prouide attendens quantum oneris [c] humeris impositum haberet, quot

a Leo,&c.Ecclesia.) Quæ triplex est, quædã malignantium, in qua conueniunt maligni, & significat quascunque congregationes & conspirationes ipsorum. Dauid Psal. 25. Odiui ecclesiam malignãtium,& cum impiis non sedebo. Altera est militantium, & illa est in qua conueniunt iusti militantes, & est propriè ecclesia militans, quæ est congregatio iustorum fidelium, de qua inducit celebrẽ mentionem tex.in c.ecclesia. j. catholicorum collectio. de conse.dist.1.& Ecclesiast.3.c.Filij sapientiæ ecclesia iustorum.& iste tex. Alia est ecclesia triumphantium, & ista est status gloriæ sempiternæ, de qua dicitur: Cantate domino canticũ nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. plenè in summa.15.dist.per Præpo.aliis etiam modis sumitur per gl. traditis in c.fi. ne præla.vices suas.& gl.in c.scire.7.q.1.& in c.cum clerici.de verb.sig.

Triplex est ecclesia.

b Martyrum.) Hic multa de martyribus prosequitur Io.Dayma, & de indulgentiis, de quibus si quis velit multò plura videre, recurrat ad vnũ tractatũ de indulgentiis, vbi plenis oculis videre multa quis poterit,& in gl.extraua.vna.de pœni. & remis. in communibus,& ad Fely. in sermo. de indulgentia plenaria, vbi quòd semel animo exciderit, si legites, quasi postliminio in mentem reuocabis.

c Oneris.) Quod est impositum etiam cuilibet magistratui & habenti dignitatem. c. mandata. de præsump. Primò dicitur papæ & aliis rectoribus animarum,

Triplex onus papæ & prælatis est impositum.

animarum, animam pro anima dabis, hi enim tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. c. præcipuè. 11. q. 3. habet enim papa & quilibet prælatus onus & curam medendi. c. omnis vtriusque sexus, de pœn. & remi. c. sacerdos. 3. q. 7. ideo est eis necessaria scientia. c. sit rector. 43. dist. & quæ dico infra tit. 2. in verbo eminentis, & vita innoxia, alioqui dicitur prælato, medice cura teipsum. Luc. 4. & Mat. 7. Eiice trabem de oculo tuo, &c. De hoc dixi in §. j. in verb. prædicationis, de coll. infra. Secundò debet habere curam pascendi, de quo dicam in gl. seq. pascere. Tertiò curam imbuendi subditos bonis moribus & virtutibus. d. c. sit rector. c. sapiens. & seq. de pœni. dist. 2. ecce quantum oneris humeris prelatorum, maximè summo pontifici impositum sit, quòd si rectè (vt decet) gerant, eos de meliore nota commendare debemus, dicentes quòd D. scribit Bernar. O vtinam prælati tam vigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram.

Oues pascere [a], quot custodire, ad quot etiam remotissima loca oculos intendere cogeretur [b], diuino quodam cõsilio parochias [c] instituit, diœceses distinxit, episco-

Tripliciter prelatus habet pascere subditos.

a Pascere.) Habet ergo papa pascere oues Christi. Fuit enim Petro & successoribus eius dictũ. Io. vlt. Pasce oues meas, & c. significasti. de elec. & dicitur prelatis. 1. Petr. vlt. c. pascite qui in vobis est, gregem Dei. Primò debet etiam quilibet prelatus oues pascere exemplo bonæ conuersationis, plus enim mouent (dicit Greg.) exẽpla, quàm verba. & Christus primò cœpit facere, postea docere. Act. 1. dixi in gl. prædicationis. §. j. infra. de colla. Secundò debet eos pascere verbo prædicationis, quia inter cætera quæ ad salutem populi Christiani spectãt pabulum verbi Dei maximè sibi noscitur esse necessarium. c. inter cætera. de offi. ord. c. sit rector. 43. dist. nam. 3. Reg. 20. c. scribitur: Custodi virum istũ, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: & pastor qui non increpat delinquentes, eos proculdubio tacẽdo occidit. Greg. in c. Ephesiis. 43. dist. Hiere. 3. c. Dabo vobis pastores secundum cor meum, & pascent vos scientia & doctrina: & sic patet ibi, quòd prælatus debet à Deo dari, vt dicit tex. dabo, Deus non dat aliquem per pecuniam, & sordes: & ideo illi qui sic dati sunt, non sunt à Deo, & debet esse vtilis subditis, quod probatur in tex. vobis, qui est casus datiui, importans vtilitatem, l. furioso. ff. de re iud. debétque dari is qui est iuxta cor domini, non mundi, & sic non vitiis irretitus, & is datus debet pascere subditos scientia prædicationis, doctrinæ, & vitæ, ecce qualis debet esse prælatus, alia dicam infra tit. 2. [& Exod. 23. scribitur. Ego mittam angelum meũ qui custodiat te in via, & præcedat te. debet ergo custodire populum sibi commissum episcopus, & præcedere eum in bonis moribus.]

Pastores pro subditis orare debent.

Tertiò prælatus pascere oues fructu orationis debet, & sic orare pro subditis. 1 Reg. 12. Absit à me hoc, vt cessem orare pro vobis, Moyses & Aaron pro populo orare non desinebant. hodię in malos pastores dicebat quidam hos versus.

Poscendo à gregem, non à pascendo merentur,
Pastores ouium nomen habere suum.

Concludendum est igitur quòd prælati debent pascere gregem, non seipsos, vel canes, seu meretrices. alioqui dicet illis dominus Deus, Ezechiel. 24. c. Væh pastoribus qui pascebant semetipsos. Nónne greges à pastoribus pascuntur? Exponit Florent. in 3. parte summæ. tit. 19 c. 11.

b Cogeretur.) Instigante officio. l. monente. C. de delator. lib. 10. vbi patruus meus Rebuffus no. officium monere officialem, vt adimpleat ea quæ ad suum officium pertinẽt: & si quis laudabiliter exerceat officium suum, ad illud diuinitus, vocatus cẽsetur. c. cum deputati. de iud. Vnde si quispiam propter necessitatem officij accusauerit aliquem, excusatur à pœna præsumptæ calumniæ ratione officij, non à calumnia probata. l. 2. C. qui accusa. non poss. Bart. in l. 2. §. si publico. col. 3. versic. j. est. ff. de adult. ideo si iudex formauerit inquisitionem præcedẽte fama excusatur à præsumpta calumnia. nec tenetur ad expensas, quia processit ex necessitate officij. Ioan. Fab. huius rei memoriam refricauit. in l. seueriter. C. de excu. tuto. Bal. in l. iubemus. in prin. C. de proba. & in l. obseruare. § proficisci. q. 6. ff. de offi. procons. facit l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bonis lib. Auffrer. in decis. Tholosa. q. 6. item, &c. si procurator. & Barbat. consil. 47. scribitur. col. 2. & seq. in 1. vol. multa in hanc partem verba fecit. tu illum (si non graueris) videto.

Officium à præsumpta calumnia excusat officialem.

c Parochias instituit.) Et sic per hũc tex. ibi, diuino quodam consilio, &c. patet quòd beneficia sunt de iure diuino instituta. contrarium tamen firmat Panor. in c. constitutus. n. 13. cum seq. de relig. domi. vbi dicit titulos beneficiorum esse de iure positiuo: & ideo papa potest disponere de eis, prout vult. idẽ sentit in disputatio. incipiente episcopus. col. 2. per tex. in c. j. 22. dist. vbi papa instituit patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios in dignitate ecclesiastica cõstitutos. c. in illis. 80. dist. plenè Io. de Selua in tract. de beneficio. in 1. parte. q. 4. nec obstat hic tex. quia non dicit nutu diuino, sed diuino quodam cõsilio, vt in simili dicitur in l. fi. C. de quadr. prescr. & c. quam pio. 1. q. 2 & sic Deo consulente. Iac. 1. vnde dicit hic text. quod primitiua ecclesia instituit diuino quodam cõsilio parochias, diœceses distinxit, episcopos creauit, &c. Ex quo infertur, q omnia beneficia, demptis papatu & episcopatu, sunt de iure positiuo, per tex. in c. 1. 13. q. 1. c. pastoralis. de his quæ fiunt à præl. vbi Dionysius papa instituit parochias, & eas diuisit. Pan. in repet. c. extirpandæ. §. qui verò. col. 2. de præb. c. cum olim. de cõsuet. de cardinalatu quo iure sit introductus tradit plenè Barb. in tract. de præst. Card. in 1. q. 1. partis. nec refragatur iste tex. dum dicit q primitiua ecclesia creauit episcopos. Resp. verũ esse, sed non episcopatus, sic papa modernus episcopos creat, sed non episcopatus, qui sunt de iure diuino, vt dixi supra, & cardinales creant papã, sed non papatum. c. vbi periculum. de elect. in 6. & per prædicta elisa est opinio contraria. [vide Hiero. gigantem in trac. pensio. q. 2. vbi etiam pensionem iure positiuo introductam firmat.]

Beneficia an sint de iure diuino.

pos creauit, & metropolitanos [a] præfecit, vt tanquam membra capiti [b] obsequentia cuncta secundum eius voluntatem salubriter in domino gubernaret, & tanquã riuuli [c] à perenni fonte Romana, videlicet ecclesia deriuantes, ne angulum quidem dominici agri irrigatum dimitteret: vnde sicut alij Romani pontifices prædecessores nostri suo tempore omni studio curarunt, vt dicta ecclesia vniretur, & in sancta vnione huiusmodi sine ruga & macula conseruaretur, & omnes vepres [d] ab eadem ecclesia abolerentur, cuius propriũ est (diuina opitulante gratia) virtutes colere, & vitia radicitus extirpare, ita & nos tempore nostro & præsenti durante consilio ea facere & curare debemus, quæ vnioni & conseruationi eiusdem ecclesiæ conducere videntur. Ea propter omnes vepres quæ vnioni huiusmodi obsistunt, & segetem domini pullulare non sinunt, tollere prorsus & extirpare, ac virtutes in vinea domini inserere satagimus. Sanè inter arcana mentis nostræ reuoluentes quot tractatus [e] inter piæ memoriæ Pium ij. Sixtum iiij. Innocentium viij. Alexandrum vj. & Iunium ij. Roma. pontifices prædecessores nostros, & claræ memoriæ reges Franciæ Christianissimos super abrogatione certæ constitutionis

Metropolitanus & archiepiscopus non differunt.

a Metropolitanos.) Hic Io. Dayma instat, dicens metropolitanos ab archiepiscopis differre, per tex. in c. cleros. 21. dist. qui hoc mihi ex sententia nõ probat, quia licet sint diuersa nomina, sunt tamen synonyma. probatur in summa. 9. q. 3. nisi archiepiscopus sumatur pro primate, quia tunc differt à metropolitano, teste Cald. Alexan. in d. c. cleros: sed quòd metropolitanus & archiepiscopus sint idem, firmat tex. in c. referente, ibi ad metropolitanum videlicet Remensem archiepis. appellauit. de præb. c. hæc quippe, ibi, ad Turon. archiepis. ipse enim est metropolitanus, & c. 3. q. 6. quid adhuc egemus testibus? cum prædicti tex. planè probent. Item tex. in c. licet in corrigendis. de officio ordin. vocat archiepisc. Senonen. metropolitanum in c. fin. de his quæ fiunt à prælat. vocat archiepiscopum, ergo sunt idem. hoc etiam probat tex. in c. cum ex officij. de præscri. c. vt litigantes, ibi, archiepiscopus iure metropolitano, de offi. ordi. in 6. idem dicitur in c. pen. de arbit. c. 1. de offi. leg. c. suffraganeis. & ibi Panor. in 2. no. de ele. Item metropolitani possunt frui, aut primatuum, aut archiepiscoporum nomine c. 1. in fi. 99. dist. & c. sequ. hoc etiam admisit cõmunis vsus loquendi, ita quòd nudis tantum verbis differunt archiepiscopus & metropolitanus. tex. in extrauag. vna. in verbo archiepiscopi. de censi. in extrauag. communibus. [hodie solent archiepiscopi esse primates & eo iure vti.]

Subditi debẽt obsequi principi.

b Capiti.) Et sic membra mystica debent diligere, & obsequi capiti, & ab eo non discedere. c. cum non liceat à capite membra discedere. de præscrip. c. 1. & ibi Card. 11. dist. quòd maximè in duobus esse debẽt, in vnitate affectus, & vnitate effectus. vnitas affectus est, vt idem velint membra, id est subditi, quod caput, id est Papa vel princeps. Paulus ad Eph. 4. c. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus, scilicet eiusdem voluntatis, prout exponit gl. ibi. Vnitas effectus est, vt membra vnanimiter impleant voluntatem sui capitis & principis, & qui implet voluntatẽ illius in eo manet. Ioan. 15. c. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, & qui non remanet in illius vnione mittetur foras, & arescet, & in ignem mittetur, & ardebit. d. c. 15. Io. & ideo subditi ex debito fidelitatis tenẽtur seruare præcepta & ordinationes capitis sui. Ioã. 14. c. Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit, & qui non diligit me sermones meos non seruat: & hoc expressim tenuit Ioã. de terra rubea in trac. contra rebelles regũ. art. 3. tertij tra. vbi plenè prob. & Præp. in c. quanuis. 21. dist. scripsi in bulla cœnæ domini. in gl. vnitatem. nisi illa præcepta sint cõtra deum. c. si dominus, & seq. 11. quæ. 3.

Romana ecclesia mater, caput & domina aliarum est ecclesiarũ.

c Riuuli.) Sicut omnes riuuli à fonte, ita omnes ecclesię à Romana deriuãtur. c. fi. 11. dist. c. loquitur. 24. q. 1. Ipsa enim ecclesia Romana est caput omniũ ecclesiarũ ratione principij institutionis & prælationis. c. quãuis. 21. di. c. 1. 22. dis. Præp. per illũ tex. in sum. 15. dis. & in c. 1. 22. dist. & dicitur domina in c. oportebat. 79. dis. & mater. c. qui abstulerit. 12. q. 2. c. fi. de foro cõpe. vbi etiam magistra dicitur, quod præcipuã curã aliarum habeat. l. quibus, vbi scripsi. ff. de verb. sign. & à Papa omnes dignitates procedunt. c. 1. in 22. dist. Decius cons. 573. in casu. col. 1.

d Vepres,) hoc dicẽdi schemate vtitur tex. in cle. dudum. §. j. de sepult. & tex. in rub. de authoritate generalium concilio. in Prag.

Tractatus non attenditur, sed conclusio.

e Tractatus.) Multa tractãtur inter partes quę nõ veniunt ad cõclusionem nec effectũ. l. si ex causa. §. nunc videndũ. in fi. ff. de mino. c. dudum. de reb. ecclesię nõ alien. & multa dicũtur quę nõ fiunt. l. sciẽdum. §. 1. ff. de edilitio edict. Bal. in l. multũ. per illũ tex. C. si quis alteri vel sibi. Dec. cõs. 11. quoniã. col. 1. vnde ea ratione testes deponẽtes de tractatu cõtractus, nõ probãt, nec sufficit probare tractatus & pręãbula actus. Ias. in cõs. 22. in quæst. in fi. & cons. 24. in causa. col. 7. in 3. volu. Nec aliquod ius ex tractatu quæritur partibus, donec res fuerit firmata. c. tua. de his quæ fiũt à præl. sic cõsuluit Alex. cõs. 28. visis. col. 1. in 1. vol. ideo tantũ attenditur cõclusio cõtractus. tex. in l. si volũtate. C. de rescin. ven. & sic dies cõclusionis actus, & locus cõclusionis in instrumẽto debent describi, quia sola cõclusio dicitur contractus & actus. Bald. in l. cõtractus, per illũ tex. C. de fid. instr. Barb. in repet. rub. in fide instr. col. 61. in paruo vol. Itẽ in libello attenditur conclu. Bal. in l. præscr. in fi. C. si cõtra ius. & in l. domũ. col. j. de rei vendi. Idẽ in rescripto dicit Ioan. & alij in c. super literis, de rescr. in dicto

in dicto regno Franciæ vigentis, quæ pragmatica vocatur, habiti fuerunt. Et licet Sixtus IIII. præfatus nunciis ad claræ memoriæ Ludo. X. Franciæ regem Christianissimum destinatis tātis eidem persuaserit rationibus, vt rex ipse pragmaticam sanctionem huiusmodi tanquam in seditione & schismatis [a] tempore natam suis patentibus literis abrogauerit [b], tamē huiusmodi abrogatio, nec etiam literæ Apostolicæ præfati Sixti super cōcordata, cum oratoribus præfati regis Ludouici ad præfatum Sixtum prædecessorē destinatis habita, expeditę per prælatos & personas ecclesiasticas dicti regni receptæ [c] non fuerunt, nec ipsi prælati & personæ ecclesiasticæ illis parere, nec monitis Innocentij & Iulij prædictorum aures præbere, sed eidem Pragmaticæ costitutioni inhærere voluerunt, vnde præfatus Iulius prædecessor in præsenti concilio Lateranensi vniuersalē ecclesiam repræsentante per eum legitimè indicto abrogationis Pragmaticæ sanctionis huiusmodi negocium, & illius discussionem venerabiliū fratrum suorum Cardinaliū (de quorum numero tunc eramus) & aliorum prælatorum congregationibus, relationémque discussorū sibi & eidē concilio faciendam commisit: Gallicosq; [d] prælatos, capitula,

Schismatici tribus modis dicuntur.

a Schismatis.) Quod scissuram sonat. cap. schisma. 24. quęst. 1. Et schismatici sunt hi qui ab vnitate Roma. ecclesiæ se segregant, constituendo sibi ecclesiam, & ordinando sibi clericos & sacerdotes. c. inter. 24. q. 3. Panor. & alij in rub. de schisma, vbi sic propriè capitur. Largissimè schismatici dicuntur omnes in mortali peccato constituti. ca. audi. 11. q. 3. Large verò excommunicati schismatici vocantur, quia sunt extra ecclesiam & communionem fidelium. c. cum excommunicato. & seq. 11. q. 3. abundè scribit de schismate Cōra. in sua tract. de schismate ad regē Carolū, per totū. vide multa de hac Prag. in defenso cōcord. in 5. ratione maximè, ego cum iam sit abrogata eam aliis rationibus non impugno.

b Abrogauerit.) Et sic tempore Sixti Pragmatica fuit antiquata, & quædam concordata facta, sed non fuere in regno recepta, vt dicitur hic, & in præfa. ad rub. de colla. infra scripsi.

c Receptæ.) Ergo non ligauerunt cum leges ex alia ratione nos non teneant, quàm ꝙ iudicio populi sunt receptæ. l. de quibus. ff. de legibus. vide gl. in §. præfatiq; ordinar j in verbo post præsentium acceptationem infra de colla.

d Gallicos prælatos.) Quando apparet contradictor, is primo per hunc tex. citādus est, postea generaliter omnis cuius interest. c. fi. de electio. in 6. cuius verba sic habent, vocationē autē huiusmodi nominatim vbi est coelectus, vel apparet oppositor, aliàs generaliter in ecclesia, in qua electio facta est, &c.

Itē hæres cōficiens inuentariū debet citare legatarios & creditores nominatim, si certi sint, alioqui generaliter. Bar. Bal. & Ias. in l. fi. §. 1. col. 3. C. de iure delib. Panor. cōs. 73. in quæst. colla. 3. in 2. vol. & Antho. capyti. in decis. Neap. q. 101. quāuis Bart. contrarium teneat in l. si eo tēpore. C. de remis. pig. Et quādo nō defenditur pupillus citandus est tutor nominatim, si sit, vel affines, & consanguinei primò nominatim: & postea omnes quorū interest. l. hæc autem. §. 1. ff. quib. ex cau. in pos. eat. & hæres institutus citādus est, si sit certus, aliàs debēt citari generaliter illi, quos proxima successionis causa tāgit. l. 1. §. denūciari. ff. de vē. inspic. l. si curatoris. C. de iure delib. Bar. in l. si qs instituatur. §. itē si cōditioni. ff. de hær. instit. Barb. cōs. 18. clementiss mi, & c. mihi videtur. col. 3. in 1. vol. & cons. 28. scripsit. col. 9. ibid. Hippol. sing. 259. generalis citatio. Idē in vassallis consuluit Card. cōs. 74. dominus alioqui citatio generalis nō valeret. Doct. in auth. si omnes. C. si mino. ab hære. se absti. Imol. in c. in nostra col. pen. de procur. Alb. Brunus. cōci. 87. circa. in fi in materia feudali. Hipp. in rep. l. de vno nu. 179. ff. de re iud. & in rub. de ꝓb. fol. 44. col. 2. Proinde adiudicationē factā in solutū, nō citato possessore certo nominatim quādo erat, nō valere, licet generaliter citatus sit aduersarius. cōsuluit Alex. cōs. 5. in causa, in 2. vol. & cōs. 98. sup eo. col. vlt. in 7. vol. Soci. cōs. 13. insignis. col. 3. in fi. cū seq. in 4. vol. Quādo minor vult petere restitutionē in integrū aduersus creditores pręsentes, id est in ciuitate existētes, debēt hi nominatim citari, quando certi sunt, si incerti, vel absentes generaliter. Auth. si omnes: & ibi Bal. & Iac. C. si minor se ab hær. absti. Præterea si res vi aquarū ad fundū meum tracta, & portata sit, debeo dño denūciare, vt tollat, si certus sit. l. pretor. § fi. ff. de dān. infec. si dñs sit incertus potero generaliter proponere, ꝙ quicūq; fuerit dominus, veniat, & tollat intra certū tempus in citatione pręstitutū, & tūc si nō cōparuerit, is cuius est res cēsetur habita pro derelicto. Fede. cōs. 107. dñe Francisce. & seq. vide Iac. in l. pars. ff. de iu. idē debet fieri de rebus inuētis & animalibus oberrantibus (quæ expaua vocamus) de quibus Io. Fab. in §. examē. instit. de rerū diuis. Lucas de pēna in l. 1. C. de coarta. lib. 12 & plenè D. Chassag. in cōsue. Burgūd. rub. 1. §. 1. Idē in executione bonorū tradūt Bar & Ias. in l. decē. ff. de verb. obli. & Barba. cons. 28. scripsit. col. 8. & seq. in 1. vol. Idē in remedio. l. fi. C. de edicto diui Adriani tol. vbi abūdè nota. Et in testamenti publicatione idē censet Bal. in l. publicati. col. 2. q. 6. C. de testa. Et in protestatione non omisit Bart. & alij in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nunc. Feli. & alij in c. cum M. col. 14. nu. 28 de constit. & in vsurarum restitutione sic faciendū esse consuluit Anch. cōs. 306. efficax. Et quādo est vnio reuanda seruandā hāc practicā firmat Pet. de Perus. in tract. de reuoca. vnionis. c. 6. in fi. Et quando procurator est constitutus contra Titium, sic reuocetur, intimatio est Titio

Citādus est nominatim is cuius interest, fallit vt infra.

De rebus oberrantibus, & vi portatis, quid sit faciendum.

facienda, si generaliter sit constitutus, generalis intimatio sufficit. Feli. in c. ex parte decani. col. 11. in 4. regula. de rescri. regulariter seruatur hæc practica. Quam amplia tam in criminalibus quàm in ciuilibus. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo per edictum, circa finem quomod. in læsæ maiesta. crimi. proced. Secundò amplia etiã si reus non sit principio certus, sed est de facili certificãdus, adhuc nominatim & specialiter debebit citari. Domin. in d. c. fin. Alex. consi. 5. in causa. col. 1. in 12. vol. Fel. in c. 2. col. 6. versi. & possent ista. de consti. Tertiò intellige etiam si statutum vel consuetudo seu ordinatio dictaret proximiores vel cõsanguineos citandos, debet enim intelligi vt hic, & secundum ius commune, prout consuluit Alex. consi. 107. perspectis. col. 1. in 5. vol. per l. 1. §. denuntiari. ff. de vent. inspic. quia per prouisionem statuti non censetur esse derogatũ iuri, nisi hoc appareat. l. quoties. ff. de act. & oblig. Bart. in l. prætor vltima. ff. de vi bon. rapt. Bald. in l. eum. C. de furt. Pan. & Dec. in c. de causis. de off. deleg. Quartò extende quòd hæc citatio nominatim potest fieri in personam, si persona inueniri posit, alioquin ad domũ, in qua degit citandus. l. 4. §. prætor. ff. de damn. infect. Alex. vbi supra. & d. cõs. 107. col. 2. in 5. vol. Quintò procedit etiam si per rescriptum mandetur vocatis vocandis procedas, adhuc debet fieri citatio specialis, si aduersarius sit certus. cap. exhibita. de iudic. Dec. consi. 275. ideo fuit annullatus processus in causa Ferrariensi cõmissa vni iudici à Roma. pontific. contra Titium & alios sua putantes interesse, eo quòd specialiter non erant citati, licet essent certi. Feli. in c. cum inter. col. 7. vers. nam licet Papa. de except. Sextò amplia etiam si superior mandet, quòd citentur omnes, quorum interest, adhuc debebit citari nominatim certus aduersarius, & alias generaliter. Soc. in tract. de cita. artic. 5. q. 13. Innocen pulchræ in cap. dilecti. colla. 1. de except. quod intellige quando mãdaret tribuendo iurisdictionem, secus si iudex seruiẽti committeret, vt citet omnes, quorum interest, tunc non poterit, ne mandatum excedat, in specie citare. Nicol. Milius, in verb. citatio. q. 66. de Rota decis. 419. si impetretur, in nouis. [Ego tamen contrarium dicerem, quia id videtur ei commissum, prout de iure. c. eum in iure. de offic. delega.]

Generalis fit citatio in his casibus.

Primò limita, quando citãdus esset incertus, nec de facili certificandus, tunc potest fieri citatio generalis, seu monitio. c. 1. qui matri. accu. poss. Anch. & alij in d. c. fi. de elect. lib. 6. vbi dicunt colligit regulam, quòd quando aduersarius nõ est certus, sufficit generalis citatio. ratio est, quia tunc pars diuinare non cogitur. l. si putator. ff. ad leg. aquil. Barb. consil. vlt. 1. dubio. in 4. vol. col. 6. vbi dicit constare de certitudine personæ per famam.

Secundò falli in facto generali. l. si eo tempore. C. de remis. pig. vt quando imminet venditio fundi, qui potest esse alij obligatur, ignoratur tamen an & cui, tunc satis est generalem facere citationem, ꝙ qui sua putauerit interesse tali die habeat cõparere. Inn. in ca. humilis, de maio. & obed. vel quãdo natura rei seu causæ respectu petitionis non dirigitur contra certam personam, vel propter ignorantiam citandorum, vel aliàs. Inn. in c. cum in tua. qui matr. accus. poss. c. fi. de clandest. despons. Imol. & alij in c. ex tuæ. col. 4. de cleri. non resid. Bald. in l. fin. col. 10. q. 4. C. de edict. diui Adria. toll. Ang. in l. vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. & sic scholaris volens recedere de loco studij potest proclama facere, quòd quicunque voluerit aliquid ab eo petere, compareat intra certum tempus. glo. in l. vna. C. vt nemo inui. agere. Pan. & Præposi. in d. c. fin. col. 1. qui mat. accus. poss. Et hoc debent facere episcopi in studiis existentes, & abbates maximè, cum multos habeant famulos, qui creditoribus possent (ob subitum domini discessum) fraudem facere, quòd nõ debent permittere. Sed hodie bene multi scholastici recedunt de nocte, sicut noctuæ, & creditore insalutato, imo quòd peius est socio. solet etiam apponi comminatio, quòd si intra terminum non se opposuerint, non audientur. Soc. vbi supra. artic. 22. q. 5. An requiratur sententia, quòd nullus audietur de cætero? Inno. in d. c. fin. qui mat. accus. poss. tenet quòd sic, vt deinceps nõ audiatur opponere volens, ante verò poterit se opponere, quàm decretũ sit interpositum, vt supra dixi, & donec res est integra: vt d. c. fina. vel silentium impositum. Alioqui secus, nisi fuerit ignorans. Feli. in c. 2. col. 6. de constit. vel nisi peteret se restitui in integrum. Et hoc literis (vt solet in Francia fieri) à cancellaria impetratis. Imol. in c. in nostra. col. vlt. de procur. Et debent tres interuenire citationes, nec vna pro omnibus sufficeret. Ioan. And. in c. ex tuæ de cleric. non residen. Bald. in d. l. fin. q. 4 C. de edict. diui Adria. tollen. glo. in cle. 1. de vita & honest. cler. Sal. in d. l. fi. distinguit, vide eum.

Episcopi ab studiis ante procla. discedere nõ debent.

Tertiò restringe quando iudex ex officio procederet, tunc generalis citatio valeret Inno. & Imol. in d. c. humilis. de maior. & obed.

Intelligẽdo vt supra.

Quartò modera quando non interesset alicuius principaliter: sed generaliter. Card. cons. 74. Dominus Abbas. col. 2. vt quando citantur Scabini decuriones, & alij ad consilium ciuitatis. quia non interest principaliter vnius, sed generaliter, ideo valebit citatio generalis. l. 2. C. de decuri. lib. 10. quod in Francia non substineretur. Idem in matrimonio. Inno. in c. fi. qui matri. accu. pos. vbi not. tunc habere locum citationem generalem, vbicũque admittuntur plures ad agendum & contradicendum, vt in matrimonio, restitutione, adoptione, & similibus. c. lator. qui fil. sint legiti. & d. authent. omnes. C. si minor se ab hære. absti. ratio est, quia nescitur quæ persona debeat citari, sicut de electione actionum. l. 1. §. quia autem. ff quorum leg.

Quintò limita quando esset multitudo personarum citanda. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. citatum. Ias. in l. decem. col. antepenult. num. 39. versicul. limita tamen. ff. de verbor. obligat. dicens esse menti tenendum, quia paucis notum, vide ibi.

Sextò non procedit vt per Petrum de Bellapertica. in q. 434. quando agebatur de iure reali competente declarari, quod resultabat ex persona solius petentis, allegat l. intra. ff. de mino. & l. ad rem. de mun. & honori. vide an probent.

Septimò

Septimò limita in talleis, tributis & collectis, in quibus nullus ordo iuris requiritur, nec citatio: sed valent præcepta generalia, & denunciationes, quòd quicũq; debet soluere talleas, vel collectas, soluat. glo. ordina. in l. incola. in 2 ff. ad munici. Bal. consil. 434. licet. in 4. vol. vide alias in gl. sequen.

Arrestum. Et debent istæ citationes literis constare, nempe ann. 1533. die 24. Martij, fuerunt commissiones à iudicibus, verbo concessæ seruientibus reprobatæ. Et fuit dictum equum alicuius malè arrestatum per seruientem, qui verbo à iudice hoc impetrauerat. quod est notandum contra iniquos iudices, qui literis vix aliquid concedere volunt: ne iniquitas eorum deprehendatur, sed vt iniustè semper absque pœna procedere possint.

Commissiones literis cõstare debent.

Ecclesiarum & monasteriorum conuentus ac parlamenta, & laicos illis fauentes cuiuscunque dignitatis, etiamsi regalis existerent sanctione prædicta: vtentes, seu illam approbantes omnésque & singulos alios sua communiter vel diuisim interesse putantes [a].

Citatio cõtra interesse prætendentes, an & quando valeat.

a Interesse putantes.) Et sic de iure valere citatio, compareant prætendentes interesse, vel compareas si tua putaueris interesse. glo. sing. in l. ea quidem. in fi. C. si manci. ita fue. alie. vt manu. secundũ Pan. in c. 1. col. 2. de causa poss. Alex. in l. de pupillo. §. meminisse. in fin. ff. de noui ope. nunc. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 3. de offi. procons. vbi in hanc partem multa verba facit. Item valet citatio, si velis intersis productioni testium, vel alteri actui. c. significauit. de testibus.

Illud autem certo certius est, quòd præcisè & simpliciter nemo in ciuilibus citatur, sed sub modo præscripto, scilicet si vult compareat, alias procedetur vt iuris fuerit & rationis. arg. c. quia propter. de elect. c. 1. illo tit. lib. 6. Spec. eo. tit. §. sequitur. versic. illud. Nec impugnatur hæc citatio, licet vsus eam non receperit, compareas, si de iure tuo confidis, vel de defensionibus tuis. l. diffamari. C. de ingẽ. & manumis. Valet etiam citatio, compareas si in pœnam incidisti. per gl. in d. l ea quidem, secundùm Bal. in marg. in verbo, citatio. q. 59. Stylus tamen Franciæ eam non admisit, vel si senseris te grauatum compareas. c. ex parte, 2. de verb. sign. Pan. in d. c. 1. vel soluas sub pœna excommunicationis, aut alia, nisi causam allegare in contrarium velis, ad quam, &c. glo. in l. de pupillo. §. meminisse. de noui oper. nũc. Iac. in l. ad peremptorium. col. vlt. ff. de iudic. & hæc exercetur in curiis ecclesiasticis maximè.

Hæc citatio quãdo possit fieri, & quid prosit.

Quæro quando possit fieri hæc citatio? Respon. quando dubitatur cuius intersit, quia si esset certũ, nominatim deberet fieri: vt supra in gl. proxima dixi. nam citatio nunquam facienda est de aliquo, cuius non intersit. l. ille à quo. in prin. ff. ad Trebel. glo. in l. 3. §. si in causa. de bo. posses. quia eo fit, vt citatus compareat, & de iure suo doceat. c. fin. de elect. lib. 6 si non interesset, non admitteretur. l. Titia. ff. solu. matri. Bal. vbi supra in verbo citatio. q. 12. Et cum sit incertum, fit generaliter vt hic. Anchar. consil. 206. visis actis.

Secundò quæro quid operetur hæc citatio? Resp. Primò si non compareat is qui interesse prætendit, procedetur in causa nonobstante contumacia. Soci. vbi supra. q. 14. non tamen reputatur contumax ad hoc, vt possit mulctari, nec ad hoc vt possit excommunicari. Bal. in c. vno. col. 4. vers. & nota q̃ nõ potest. nu. 36. de mili. vassa. qui cõtu. est. Ratio est, quia deficit conditio sub qua fuit citatus, videlicet quia putat sua non interesse, ideo non debet reputari cõtumax. Iac. in l. ad peremptorium. col. vlt. de iud. ff. nec condemnatur in expensis, nisi iudex cõminationem expensarum in citatione apposuerit. c. fi. de maio. & obed. quod non solet fieri. Item comparẽs citatus sub illa clausula nõ potest petere se relaxari, seu, vt practicè loquar, congedium, ita fuit prolatum arrestum, vt patet per Aufre. in stylo parlamẽti, in 4. parte, arresto 63. sequitur Boërius in repet. l. consentaneum, in 5. opposi. & in addit. C. quomodo & quãdo iudex, quia non censetur citatus, nisi conditionaliter. ita in q. per arresta. q. 109. arresto 4. per Ioan. Gallum quippe non tenebatur comparere, si noluisset. De Rota decisi. 419 si impetretur. circa finem, in nouis. *Arrestum.*

Clericus quãdo possit corã iudice seculari citari.

Insuper licet clericus non possit citari compariturus coram iudice seculari. c. si diligenti. & c. significasti, de foro compet. etiam si consentiret, vt ibidem patet, tamen quando citarentur omnes sua putantes interesse, clericus adstringeretur ad comparendum, quia potius est quædam admonitio, quàm citatio. secundùm Bal. Ias. & alios. in l. testamenta. col. 2. C. de testa. Anch. consil. 333. an dubia. Bal. in c. fi. de offic. iudic. infert quòd si testamentum sit insinuandum coram potestate loci citatis creditoribus, si aliqui sint clerici, poterunt citari per illam clausulam, si sua putauerint interesse, cùm non sit citatio præcisa, sed monitio. quæ nõ arguit superioritatem monentis, sed pari potest fieri secus in alia citatione. glos. Panor. & Barb. in c. cum causa. de offic. deleg. sequitur Iaco. in l. 1. col. 4. ff. de iud. Maleret. in tractatu de elect. fo. 34 versicul. secundum dictum est, plus dicens quod factum proclama per iudicem secularem, quod comparẽt quorum interest talem carceratum non relaxari, comprehendi etiam clericos. Tutius est tamen secundum eum quod iudex secularis requirat ecclesiasticum, vt moneat clericos si velint aliquid opponere. & sic transit cum doctrina Ias. in d. l. testamenta. hæc tamen requisitio non est solita fieri, vt ibi dicit Paul. se consuluisse. Idem tenet Sali. in l. cõsulta diualia. de testa. & Fel. in c. cum inter. col. 7. in 2. limitatione. de excep. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & sic vidi in forensi iudicio seruari. Præterea tenetur sic citatus probare sua interesse, secus si simpliciter esset citatus. Bald. in l. fin. q. 5. C. de edict. diui Adria. tol. Soc. in l. Libertus. col. 2. ff. de in ius vo. Fel. in c. cum super. col. 6. de re iudic. & incontinenti hoc probare debet. Panor. in ca. veniens. in 2. no. 4. de testi. sufficit tamen semiplena probatio, quia iudicum est summarium. Dec. in d. l. fin. nu. 45. versic. circa primam conclusionem.

Notandum

Citatio quando habilitet personã citati.

Notandum est, quòd licet citatio nominatim facta habilitet personam citati, ita vt contra ipsum nihil postea possit inhabilitatis opponi. Inn. & alij in d.c. cum inter. de except. Bart. in l. cum mulier. col. 2. ff. solut. mat. Ioan. de Ana. in c. intelleximus. col. 8. vers. nec obstat. si dicatur. de adult. Hippo. in l. qui ignorãs. coll. 2. ff. ad l. Cor. de fal. limita quãdo citaretur sub conditione, si sua putauerit interesse, quia videtur esse defensio voluntaria, & non necessaria. teste Roma. in l. de pupillo. §. 1. ff. de noui oper. nuncia. Ex quo infertur, quòd stante consuetudine generali regni Franciæ, vt consanguineus possit offerre precium pro re vendita extraneo intra annum, vel intra recissus tempus secundũ cõsuetudines, & elapso tempore exterus conueniat consanguineũ si velit retrahere rem quòd offerat preciũ, si postea videat tempus elapsum non poterit hoc opponere: quia ex quo reus fuit citatus, censetur habilitatus. hoc pulchrè tradit Cepola, caut. 68. & si petens se mitti. sequitur Ias. in d.l. de pupillo. §. seruo. in fi. quod est not.

Retractus quãdo post tempus fieri possit.

Secundò si statuto caueatur, ꝙ ciues omnes in prima instantia, non extrahantur extra ciuitatem, vt in Montepessulano est, & ego conuenio quendã tanquam ciuem, non possum postea opponere, ꝙ non sit ciuis, quia habilitatus censetur. Ideo secundũ eum sis cautus in practica, quòd nunquã facias aliquem citare simpliciter, sed conditionaliter, si sua putauerit interesse, vel si habeat ius comparendi, contradicendi, opponendi, vel aliud simile, tunc nõ censetur habilitatus, quod est notandum secundùm Paul. & alios. in l. libertus, in 1. ff. de in ius voc. idem tenet Cep. caute. 203. si facias aliquem, &c.

Excõmunicatus reus non potest esse in iudicio.

Tertiò licet excommunicatus reus possit esse in iudicio, quando specialiter citatur. c. intelleximus, de iudi. d. c. cum inter, secus si sit citatus cum illa clausula, si sua putauerit interesse, cum voluntarius sit defensor Feli. & Dec in d.c. cum inter. vbi limitant. vide Alex. in l. 3. §. fi. ff. de no. oper. nunc. in curiis secularibus Franciæ illum vix (& male) depellerent. [Etiam in aliis casibus per ea quæ scribit Io. Fab. in § fi. de cura. in insti. de quo alibi dixi. & Ant. Capyti. in decis. Neapol. q. 8. in causa reuerendi.]

Quartò si fecero citare testem, nõ potero postea illum reprobare, quia citatio eum habilitare videtur. Bald. & Imol. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testa. Sequitur Hippol. in rub. de fideiussor. in 2. quæst. num. 69.

Producens instrumentũ approbat notarium.

Vltimò si producam instrumentum videor etiã approbare personam illius notarij, qui conscripsit esse habilẽ. Ias. in l. 1. §. editiones. in 3. col. ff. de edendo, vbi plura similia adducit, tu illum videto. & Boër. q. 252. in decis. Burdegal.

Et non solùm personam sed etiam videor confiteri omnia contenta in d. instrumento esse vera, tam expressa, quã præsumpta. text. in l. iurisgentiũ. §. quod fere. ff. de pact. & connexa & copulata. l. cum de lanionis. § 1. ff. de fundo instruct. Bald. expressim in c. præsentium. col. 1. de testib. Si tamen quis citaretur, si sua putauerit interesse non videretur illa approbare per supradicta. Limita quando faciens citare ignoraret causam, quamobrem citatus posset repelli, quia tunc etiam personam suam poterit impugnare, nonobstante citatione, arg. c. pastoralis. de excep. & c. nulli. de elect. in 6. & talis ignorantia iuramento probabitur. c. vt circa. de elect. lib. 6. Felin. in c. super his. col. 8. in fi. 2. conclus. de accus. Sequitur Hippol. in l. si quis. num. 46. de quæst. quod intellige, quando vitium erat per partem remissibile. gl. in §. & licet. in verb. & suppliciis. in auth. de testib. colla. 7. Vel intellige nisi veniret pro interesse publico. Fel. & alij in d.c. cum inter. & d.c. super his.

Praxis in beneficialibus.

In causa tamen beneficiali notandum est, quòd si interesse prætendens probationes in illa causa factas videat posse sibi prodesse, bonum est vt veniat ad illam causam pro suo interesse, & hoc si sit comprehensus in commissione, vel si sit iudex ordinarius, tunc impetret literas à cancellaria, si de possessorio tractatur coram iudicibus secularibus, hoc in regno, prout est consuetum. Guido. quæst. 1. in decis. Delphi. In quibus petat se admitti pro suo interesse, & processui adiungi. Ita seruatur in hoc regno. vide in form. aduo. curiæ Rom. lib. 1. cap. 16.

Per edictum [a] publicum (quum ad partes illas tutus non pateret accessus) in certis Ecclesiis tunc expressis affigendum moneri & citari, intra certum

Citatio per edictũ quãdo possit fieri, & per quos, & cõtra quos.

a Edictum.) Citatio per edictum quando possit fieri probatur in clem. 1. de iud. videlicet quando non patet tutus accessus, vt hic dicitur, cum ad partes illas tutus non pateret accessus, &c. & quando citandus impedit per se, vel per alios, ꝙ citatio ad eum non perueniat. d. clem. 1. & glos. in c. 1. §. facta. in verbo vocetur. de elect. in Pract. & extr. vna. de dolo & contu. in communibus, & antequàm fiat hæc citatio, debet examinatio fieri, an locus sit citationi faciendæ per edictum, & an qualitates. d. clemen. 1. de iudi. interueniant. arg. l. de ætate. ff. ad Trebel. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. per edictum. & in hac examinatione non requiritur citatio partis. Soc. in tract. de citatio. q. 5. licet hodie ex consuetudine non fiat hæc examinatio, sed nuncij referunt citasse in valuis, quia locus non erat tutus, vt in conseruatoribus apostolicis vidi seruari. de quo abundè scripsi in tract. de cita. in ord. reg. in 3. tom. commen.

Arrestum.

Tamen fuit annullata citatio facta in domo cantoris Pictauis in causa nouitatis, vbi in persona famulorum citabatur cantor, qui erat consiliarius in curia suprema Parisiens. Et hoc notorium erat. Sic fuit pronunciatum pro D. Iacobo Mesnager. regis consiliario, anno 1518. die 21. Aprilis. quamuis Boër. in decisio. Burdegal. quæstio. 11. quemadmodum dicat valere citationem in loco originis, licet citatus officium alibi habeat, vt de 1. præside Parisiens. ibi speciem tradit. Fit etiam aliquando hæc citatio per edictum contra subditum, vel exterum commorantem in patria non subdita regi citanti tunc voce tubæ, die fori, seu (vt dicunt) mercatus, citabitur talis in ciuitate subdita proxima illi ciuitati. In qua residet citandus, & postea affigitur citatio cum expletis portæ ciuitatis, per quam

itur

Citatio per authorisationem de extero quo modo & quãdo fieri possit.

itur ad citãdum, vt ad eius notitiam peruenire possit. & vocatur hæc citatio per authorisationem. de qua Ioan. Botelier in sua summa Rurali. fol. mihi 4. Et Cassado. decis. 6. de dolo. Et ista non fit, nec concedi debet, nisi diligẽti inquisitione facta de inueniendo partem, vel eius domiciliũ. vt fuit in senatu pronunciatum, Anno 1534. die 2. Iunij. Item citatio per edictũ potest fieri per Papam, & principes, & etiam per iudices ordinarios, & delegatos à Papa, vel principe, sed pedaneus iudex vel alius infimus non potest citare per edictum. Bart. in d. verbo per edictũ, & in l. sancimus. C. de iudic. refert d. Boërius in repet. l. consentaneum. in 3. opposi. fol. x. C. quomodo & quando iudex. & istud in practica seruatur teste patruo Iacob. Rebuffo. in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. 11. vbi dicit magnos tãtum magistratus hac citatione vti. Sed per edictum quis citari possit. respon. omnis cuiuscũque status, conditionísve sit. d. cle. 1. & Soc. in d. tract. de citat. art. 23. vbi tradit quot modis accipiatur edictum, & multa ibi de eo videre est, & per gl. in d. §. facta. in verbo, vocetur. de elect. in prag. Et quamuis olim in albo affigeretur, tamen hodie debet affigi in valuis ecclesiæ cathedralis, aut ecclesiæ maioris ciuitatis illius loci, vbi degit citandus vt hic, aut in valuis palatij seu scholarum, si scholasticus sit citandus, vel in aliis locis vbi verisimile sit quod perueniet ad notitiã citandi. text. in l. iubemus. ibi, in frequẽtioribus ciuitatum locis proponẽdi. C. de defen. ciuit. Soc. vbi supra. q. 9 Bart. in d. extrauag. in ver. publice. Bald. in c. dilecti. in fi. de excep. Effectus huius citationis est, vt sic citatus debeat comparere, alias contumax reputabitur. d. cle 1. Hippol. in repet. l. de vno. nu. 192. ff. de re iud. Fel. in ca. quoniam. §. porro. vt lite non cõtest. alia quæ in forensi iudicio in Francia seruantur scripsi in d. tract. de cita.

Arrestum.

Vbi affigi debeat citatio.

competentem terminum [a] præfigẽdum, ad comparendum coram eo in concilio præfato, causasq; [b] dicendũ quare sanctio præfata in concernentibus authoritatem, dignitatem & vnitatẽ ecclesiæ Romanæ & apostolicæ sedis, sacrorúmque canonum, & ecclesiasticæ libertatis violationem nulla & inualida declarari, decerni, & abrogari non deberet. Et quum super his in forma iuris [c] in præfato concil. Lateranens. procederetur, dictúsque

In citatione an requiratur terminus.

a Terminum.) Et sic patet hic, quòd in citatione requiritur terminus certus per text. in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. & ibi Bart. l. per interuallum. de iudic. l. ita stipulatus, & ibi doct. de verb. oblig. l. 2. in verb. certo dierum spacio. C. vbi in rem act. & in l. consentaneum. ibi, certis temporibus, vbi Boërius. C. quomodo & quãdo iudex, & quæst. 235. adiornamentum, per decis. Burde. l. fi. ibi, certũ tempus. de iure. domi. impe. Soc. in repe. rub. de dilat. art. 20. quæst. 10. Et hanc sententiã approbat consuetudo generalis curiarum regni Franciæ tam ecclesiarum, quã seculariũ. & vidi sic in forensi iudicio seruari, quãuis contrariũ teneat Spec. in tit. de citatio. §. sequitur. ver. quid si nõ præfixeris, & c. per text. in c. eũ parari. de app. & c. cũ dilecti. de dolo. Fel. in ca. consuluit. de offi. deleg. sed Pau. Alex. & Ias. conciliant opiniones in l. liber homo. §. 1. ff. de verb. obli. tenẽ tamẽ primam. Et ibi terminus est arbitrarius, & debet concedi secundùm stylum & consuetudinem curiarum in quibus citationes conceduntur, considerata loci distantia. d. cle. 1. & glo. & ibi Aluaro. in c. 1. col. 3. de mili vassal. Roma. consi. 497. diligenter Berber. in viatorio iur. rub. de iudi. in 4. parte. ver. quæro respectiue. Bal in authen. & qui iurat. C. de bonis aucto. iud. possid.

Fallit in literis emanatis à principe, vel à sua cãcellaria in causa appellationis in quibus dicitur, cites vel adiournes ad diem certam & competentẽ, & seruiens postea præstituit terminum, ne sub incerto vagetur. Boic. in cap. cum parati. in fin. de appel. & hoc in practica seruatur.

In literis cãcellariæ an terminus apponatur.

Secundò etiam si citatus sine termino non compareat, quã cito cõmode poterit, de contemptu puniri poterit. doct. d. c. cum parati, vbi sic intelligunt illum text. sed in practica respueretur, nec sic citatus non cõparens mulctaretur, nec contra eum per hanc citationem procederetur.

Tertiò valebit citatio iuris etiam sine termino. c. quamuis. circa medium. de offi. ord. in 6. c. cupientes. § 1. de elect. ibidem. in citatione etiam generali idem tenet Ias. in l. liber homo. §. decem. in fin. ff. de verb. oblig. alleg. Ang. in l. 1. § hæc stipulatio, si cui plus quam per leg. falc. Et idem in requisitione extra iudiciali. tradit glo. in cle. 1. in verb. requisierint. de hæret. Boërius in d. repet. l. consentaneũ. q. 1. Feli. & alij in c. 2. de testib. cogen.

b Causas.) In citatione requiritur causæ expressio, vt hic. & l. 2. §. legatis. & ibi Iacobi. ff. de iudic. l. 2. si quis in ius voc. non ierit. gl. in c. si episcopus. 3. q. 2. & in c. cũ contumacia. de hæret. in 6. vbi Peru. & Spec. in tit. de citat. §. 1. versi. item quid in ea. vbi Io. And. in addit. ad hoc multos text. allegat. & huius sententiæ est. Bal. & Boër. in d. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Soci. consi. 10. insignis. in 4. vol. cum consi. sequent. Auffr. in stylo. parlamẽ. in 1. parte rub. de adiorn. hære. mor. §. 1. ratio est, vt paratus reus veniat responsurus. ca. fin. 5. quæst. 1. & vt citatus instrui plenè possit, super quibus conuenitur, clem. vlt. vt lite penden. ad hæc si citatio non habeat causam, censetur nuda. & indiscreta: ideo non valet, quia debet esse certa. l. 2. § circa. ff. de doli. except. Bald. in pract. sua. rub. de cit. q. 3. ideo Lud. 12. ordinauit [vt patet in rubr. *que les lai: ne seront conuenus par deuant les iuges d'Eglise.* art. 5.] quod de cætero iudices ecclesiastici non citent laicos, nisi causam exprimãt in citatione, vt citatus possit perpendere, an cognitio illius causæ ad iudices ecclesiasticos pertineat, nécne. Ibi dixi plenius, his nunc contentus ero.

In citatione requiritur causa.

In 3 tomo coment. in constit.

c In forma iuris.) Ergo concilium, siue sit generale, siue synodale, debet procedere in forma iuris, vt probatur in ca. 1. de iud. vbi docto. plenè de hoc alibi dicam.

Iulius

Iulius prædecessor, sicut domino placuit, rebus fuisset humanis exemptus, nósque diuina fauente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuissemus, & cōtra prælatos, capitula, conuentus, & personas huiusmodi ad nonnullos actus processissemus, tandem considerantes pacē esse vinculum charitatis, & spiritualē virtutem qua saluamur, dicente domino, qui biberit aquam, quā ego dabo ei bibere, nō sitiet in æternum, & quod in pace consistat salus vniuersorū, Cassiodoro testāte, omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium custoditur. Matura deliberatione cognouimus, non per nūcios aut legatos nostros, sed in præstatione obedientiæ [a] filialis, quā charissimus in Christo filius noster Franciscus, Francorum rex Christianissimus, personaliter nobis prēstitit hæc cum maiestate sua coram discutere, cúmque paternis [b] hortati monitis, vt ad laudem Dei & sui honorem prompto animo libens ac volēs dictæ pragmaticæ sanctioni abrenunciaret, & secundùm leges sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quemadmodū cæteri Christiani viuere, ac mandatis apostolicisq́; à sede Apostolica pro tempore emanarent parere ac [c] obedire vellet.

Multa de obedientia hic vide.

a Obedientiæ.) Rex est obediens sanctæ sedi, & semper fuit. considerans id quod dicitur 1. Reg. 15. c. Melior est obedientia quā victimæ. c. sciendū. 8. q. 1. Aug. in lib. 14 de ciuit. Dei. Obedientia est (inquit) mater quodāmodo, custósque omniū virtutū: ideo pōtifici conuenit id quod dixit quondā Pharao Ioseph, Ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Et alibi dicitur, Obedite præpositis vestris, etiā dyscolis. Obedientiam autem inferiores ex ordine superioribus debent: summo enim pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei cōmunicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit, nec in ecclesia esse poterit, qui cathedram eius deserit. Vide Alua. in tracta. de planctu Ecclesiæ lib. 1. in fi. fol. 79. & seq. & fol. 22. & peccatū quippe paganitatis incurrit quisquis (dum se Christianū esse asserit) sedi apostolicæ obedire contemnit. ca. si qui presbyteri. 81. dist. & Eccles. 3. c. dicitur, filij sapiētes ecclesia iustorum, & natio illorum obediētia & dilectio: & hæc obedientia debet esse humilis, deuota, festina, iucunda & perseuerans, quæ prosequitur Alua. in d. tract. de planctu eccle. lib. 1. art. 68. & tredecim effectus obedientiæ cumulat Flor. in 4. parte summę, tit. 5. c. 11. & in §. vlt. in sum 93. dist. dicit Præposi. q. in his in quibus est obediendū, summo pontifici prius & magis est obediēdum ei, quàm cuiuis alteri humanæ potestati. Bal. in c. pastoralis. §. fi. col. 1. de offic. deleg. arg. l. contra. §. fi. de re iudic. quia est omnibus superior. licet multi potius obediant potestatibus sæcularibus, quàm sibi, imò potius quàm Deo, quod est illis periculosum, & hæc obedientia est actus intellectus, & voluntas humiliter obtemperans superiori ex debito, & consistit in mandatis. Bal. in l. liberti. col. 2. C. de oper. lib. vbi dicit obedientiam debere esse cū reuerentia, quæ frenat animos & vitia compescit, imò ex lege veteri. Deut. 17. c. qui non obediebat imperio sacerdotis, qui eo tempore ministrabat domino Deo suo, ex decreto iudicis mori debebat, & extra castra positus lapidabatur à populo, c. absit. 11. q. 3.

Principes & iudices erga subditos qualiter habere se debeant.

b Paternis.) Papa, qui est pater omnium, debet paternè monere, & tractare suos filios, vt hic facit, quia tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nos si subiecti fuissemus, nostros volemus esse præpositos. Sunt verba Greg. tradita in c. quorūdam. 74. dist. Et iudices debent se habere circa subiectos, sicut patres erga filios. § eos, in auth. vt iudices sine quoque suffrag. col. 2. vnde dicitur, In iudicando esto populis misericors, sicut pater. Eccles. 4. ca. Decurio, consul vel Scabinus, etiam pater ciuitatis nuncupatur. l. vna. C. de ratioci. oper. publ. & de patrib. ciuit. & ibi glo. & l. qui conditioni. C. de his qui sponte publica munera sube. lib. 10. vbi dicit Lucas eos dici patres, quia debent subditos sibi cōmissos iustitiæ iugo subdere, & in cæteris virtutum operibus eos erudire, sicut patres spirituales filios suos, non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificare. c. in decima. 18. q. 2. & defensores ciuitatum debent patris vicem exhibere plebi. l. 4. C. de defens. ciuit. Sic & comites, barones & alij domini rusticos & vassallos eorum debent ad fidē seu Dei cultum & salutem animarum suarum adducere, vt Deo per obseruationem iustitiæ à peccato liberi præsententur, alias de ipsorum animabus reddere rationem tenentur, teste Luca, vbi suprà, vnde Greg. in registro, lib. 3 c. 23. de his loquens, sic ait: Quas rationes omnipotēti Deo de subiectis vestris reddituri estis aspicite. Ad hoc quippe illi vobis cōmissi sunt, quatenus & ipsi vestræ vtilitati valeant ad terrena seruire, & vos per vestram prouidētiam eorum animabus, quæ sunt æternæ, prospicere: sic & princeps dicitur cōmunis pater omnibus hominibus, in auth. neq; virum quod ex dote, in fi. colla. 8. maximè illis qui sibi nequeunt auxiliari. in authē. vt hi qui obli, in fi. colla. 6. ecclesia verò est communis mater. c. pe. de consecr. dist. 1. iuncta glo.

Superiores ad fidem & Dei cultum subditos allicere debent.

Parere papæ & suis episco. subditi debēt.

c Parere.) Non immeritò, quia parere quilibet Christianus tenetur etiā suis episcopis, vt habetur in cap. sacerdotes, & reliqui sacræ ecclesiæ ministri, omnésque plebes episcopos suos diligere debēt, & eorum præceptis obedire, etiamsi ipsi aliter (quod absit) quàm debent, agant, nisi in fide errauerint. 2. q. 7. & c. nonne. 8. q. 8. vnde Aug. his verbis vtitur: si conculcetur ecclesia, ad cuius cōfugiemus auxiliū? vbi relinquemus gloriā nostram? c. aliorū. 9. q. 3. non recalcitro, quia extra eam gratia Dei, misericordia

Extra ecclesiā quis saluus esse non potest.

Dei non est, si (quod absit) iniustè iudicat suffero, si iustè veniam peto, sed non apostato, nec à petra recedo. c. in memoriam. & c. ita dominus. 19. dis. ne ab ea collidar, & quo ire? & vbi communicarem? Io. 6. c. in fi. & c. audiuimus. 24. q. 1. & vbi viuerem? c. quemadmodum. 23. q. 7. & vbi saluarer? c. quicunque. 24. q. 1. extra arcam diluuium est. ca. quoniam. ibidem, extra hortum conclusum diuisio est. cap. omnibus. ibidem, sine tunica inconsutili algesco frigore. ca. sicut. 16. q. 7. membrum sum putridũ, si separer à corpore. d. c. quemadmodum. extra domum agnũ non comedam. c. quia. 24. q. 1. extra domini vineam vinũ non bibam. Dauid Psal. 59. Refert. Aluar. in d. tract. lib. 1. in fi. Ideo rex Franciæ, verus ecclesiæ filius Papæ monitis parere voluit, vt verus Rex obedientiæ passim nuncupari possit.

De electionis derogatione.

Et cum ex electionibus [a], quæ in

Sex tempora in electionibus cõsideranda.

a T cum ex electionibus.) Notandũ est, ꝙ à principio ius eligendi erat, prout est apud Deum, qui suo filio domino nostro Iesu Christo facultatem exercendi in mundo dedit, quam exercuit, vt patet Luc. 6. c. vocauit Iesus discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit. & in summa. 21. dist. & aliis in nõ paucis locis, hãc demũ potestatẽ Christus Papæ, tanquã suo vicario cõcessit. cap. 1. dist. 22. quam ex humilitate diuus Petrus collegio apostolorum & seniorũ exercere permisit. Act. 6. & 15. ca. & alibi sæpius. Vnde beatus Iacobus in archiepisc. Ierosolymitanum à sanctis Petro, Iacobo & Ioanne electus extitit. ca. porro. 66. dist. & post Iacobi obitum, Simon Cananeus ex consensu omnium apostolorum etiam ecclesiæ Ierosolymitanæ præfectus fuit. At mortuo Iuda (qui episcopus erat, vt in Psal. 108. scribitur, Episcopatum eius accipiat alter) apostoli, cum duos idoneos haberẽt, dubitarẽtq; vtrum in locum Iudæ proditoris sufficerent, tunc sors cecidit super Matthiam, Act. 1.

Quando à clero & populo electio facta fuit.

Secundum tempus subsequens fuit, in quo gens efferata cœpit excrescere, & clericis nolle obedire, & per consequens neminem velle recipere, nisi ab ipsis approbatus fuisset, quod longo tolerarũt tempore summi pontifices, vt fides Christiana augeretur, & per populũ tueretur. Ideo aliquoties per clerũ & populum electio celebrata, & per vniuersam turbam extitit, saltem de cõsensu populi electio à clero fiebat. c. plebs. & c. seq. 63. dist. vnde Nicolaus Papa episcopos non esse consecrandos, nisi post electionem vel consensum cleri & populi. ca. episcopos. 63. dist. ibi, cleri plebisque consensus requiratur, ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat, aut odiat. c. fi. ibidem. c. in nomine. 23. dist. quãdoquidem ipsorum interest habere bonum episcopum, sub quo non patiantur famẽ, nec sitim. Anch. in c. 1. in fi. de parroch. Sed quia vulgus aliquando ad acclamationem ignaros, seu populares nulla ratione habita probitatis eligebat, argu. glo. in l. decurionum. C. de pœn. Ideo hac vsurpatione fuit priuata, & prohibita, ne deinceps electioni interesset, vt sequitur.

Ad reges & principes quando electio pertinuit, & [illegible] reprobata.

Tertium tempus successit, in quo reges & principes ecclesiæ grati fuerunt, & erga illam benemeriti. Ideo Papa Carolo regi Francorum & imperatorem facultatem eligendi summum pontificem permisit, ac omnes archiepiscopos, & episcopos per suas prouincias ab eodem inuestiturã accipere diffiniuit. c. Adrianus. & seq. 63. dist. c. hinc est etiam. 16. q. 1. Et idem priuilegiũ fuit concessum regi Hispaniæ. c. cum longè. 63. dist. repræsentabãtur ergo electiones clericorum principibus, vt illorum authoritate roboratæ, nullus hæreticorum vel schismaticorum auderet contraire, vt ipsi principes tanquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt eis in omnibus suffragatores existerent. ca. vota. §. fi. 63. dist. Deinde huic priuilegio renunciarunt principes. c. ego Ludouicus, & seq. 63. dist. etiam imperatores modum suum ignorantes, non in numero cõsentientium, sed primi distribuentium, imò verius exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiã prolapsi, catholicæ matris vnitatem ecclesiæ impugnare conati sunt. Ideo sanctorũ patrum statuta aduersus eos prodiderunt, vt semel electioni nõ insererent, & quisquis eorũ suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur, tex. in c. quia sancta. §. verum. 63. dist. Maleret. in tract. de electio. fo. 54. Panor. in c. venerabilem. nu. 18. de elect.

Et quia plurimas perturbationes in ecclesia oriri, imò ruinã sanctæ religionis cognouit Greg. Ideo in synodo generali hoc prohibitum extitit in hæc verba, Decernimus vt nullus clericorum inuestituras episcopatus, vel abbatiæ, vel ecclesiæ de manu imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ personę, viri, vel fœminæ suscipiat: ꝙ si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam apostolica authoritate irritam esse, & se vsque ad dignam satisfactionem excommunicatione subiacere. c. quoniam inuestituras. 16. q. 7. vt sequitur.

Beneficia à secularibus nõ accipienda.

Quartum tempus aduenit, in quo electio omnino secularibus principibus fuit prohibita, fuitq; statutum, vt quicunque electionem ecclesiastici ordinis tentauerit, anathema sit, donec obediat. & consentiat, quicquid ecclesia de electione & ordinatione proprij præsulis se velle monstrauerit. c. 1. & seq. 63. dist. nec valet cõsuetudo in contrariũ. c. massana. de elect. imò recipientes beneficia à manibus secularium principũ sunt fures & latrones, cũ sine titulo illa possideant: quia laicus illa nõ potest dare, his verbis vtitur Præpo. in c. imperiũ. col. 2. 10. dist. allego tex. in c. dudum. 2. col. 1. de elect. & quia non intrat per ostium, vt in euangelio habetur. & in c. relatum. de iure patro. & Panor. in c. præterea. illo tit. nisi laici hoc habeant ex priuilegio, vt hic.

Canonicis & religiosis quando electiones cõcessæ fuerint.

Quintum tempus proximum fuit, in quo canonicis & religiosis simul concessæ sunt electiones episc. & archiepiscoporũ. c. sacrorũ. 63. dist. Quòd si exclusis religiosis electio fieret, irrita habebatur. c. obeuntibus. ibidem. & Panor. in c. 1. de electio. & ad electionẽ adhuc archiepiscopi. ecclesiæ Viennensis vocari erant soliti religiosi S. Theodori, dum fiebãt

electiones ante ista concordata, fuit tamen postea separatim electio singulis concessa in eorum ecclesiis, quia melius cognoscebant singuli in suis ecclesiis viros iustos & sanctos, quàm extranei, ideo eos eligere poterant. c. in Genesi. & c. cum terra accu. c. cum ecclesia. & ibi gl. de elect. postea cõsilium Basiliense approbauit, vt vnaquæq; ecclesia aut collegium, seu conuentus, sibi prælatum eligeret, vt in Pragma. sanct. patet. rub. de elect. hinc dicit Bald. in l. quicunque. C. de bonis lib. ꝙ episcopus nõ debet esse datiuus, sed electiuus, vt refert Bertach. in tract. de episcop. in 3. parte. lib. 1. in prin. verũtamen quia canonici, & alij electores abutebantur, vt in hoc tit. dicitur, & propter abusum perditur priuilegium. c. vt priuilegia. de priuil. Ideo electionibus fuerunt priuati, vt hic patet. Nam dicitur auferetur sceptrũ à vobis, & dabitur genti facienti fructum.

Sextum tempus est horũ concordatorũ, in quo dantur nomina regi Frãciæ de archiepiscopatibus, & episcopati. abbatiis & prioratibus verè electiuis, prout in tit. seq. sancitum est, & reditũ est ad tertiũ tẽpus supra eo. descriptũ. Cauendũ erit tamẽ ne per abusum *a*, aliquãdo reuolet ad *a*. c. ab exord. 35. dist.

Ecclesiis cathedralibus [a] & metropolitanis ac monasteriis dicti regni à multis annis citra fiebant grandia animarũ pericula [b] prouenirent, cum pleræq; [c] per abusum secularis potestatis, nonnullæ [d] verò præcedentibus illicitis [e] & simoniacis [f]

a Cathedralibus & metropolitanis.) Quæ sit cathedralis & metropolitana, dixi in §. 1. infra de colla. hic non repetam.

b Pericula.) Quòd in genere explicat, postea sigillatim causas more boni oratoris recenset, prout est de sent. glo. in §. fin. instit. de liber.

Electio quãdo dicatur fieri p abusum secularis potestatis.

c Per abusum.) Tum dicitur fieri per secularis potestatis abusum, quando de consilio vel consensu laicorum electio celebratur. vtpote cum electores requirunt consensum principis secularis super certa persona eligenda. c. cũ terra. de electi. vel conuocant laicos, vt intersint electioni episcopi, vel alterius prælati, & eos recipiunt ad electionẽ. c. Massana. de elect. vel quia minis alicuius singularis personæ potentis quempiam eligunt. Collect. Inno. & alij. in c. quisquis. de elect. Et dicitur abusus contra rei naturam vsus. Bald. ibi. vnde tales sic electi per hunc secularis potestatis abusum, efficiuntur intelligibiles ad alias dignitates, & adhuc ista electio est ipso iure nulla. c. quoniã. 16. q. 7. imò si recipiens dignitatem à laico, postea eam impetraret à Papa nõ facta hac expressione, illam non posset obtinere, quia subreptitia est impetratio. Pan. in c. præterea. 1. de iure patro. & d. c. quisquis. Auffr. decis. Tho. q. 483. de viassio. in directorio electionum. in 1. parte. c. 10. adeo ꝙ is qui inuestituram de manu laici recipit, nullatenus inter episcopos haberi debet. c. si qui. deinceps. & c. constitutiones. 16. q. 7. quia hæc quippe electio est contra canonicam libertatem, vt d. c. quisquis. nec valet consuetudo ꝙ electio de voluntate secularis potestatis vel laici fieri debeat. d. c. cũ terra. de elect. nempe detraheretur substãtiæ actus, qui postea nõ potest remanere. c. cum ad monasterium, de stat. reg. l. cum precario. ff. de precar. & glo. sing. in c. 2. de consue. in 6. Nam eligere est vnũ ex pluribus assumere, quod nõ possent facere ij qui ad voluntatem alterius eligere haberent. Maleret. in tract. de elect. fo. 47. versic. 5. principaliter quæro. & fo. 61. vide Roma. in sing. 286. vbi allegat cle. cum terra. & debet allegare cle. statutũ. de elect. nisi propter seditionem vitandã concederetur laico, vt electioni interesset, vt alias regni Francorum. c. hinc etiam. 16. q. 1. Cautela est, quando laici se violenter ingerunt electioni, & canonici non audent illos expellere, quod protestẽtur Io. And. Panor. & alij in c. cumana. de elect. vbi plus dicunt, ꝙ si violentia esset magna, ita quòd non auderẽt protestari, excusarẽtur sine protestatione, per not. in c. veniẽs. 2. de spõsa. Cepola caute. 230. cum dubitatur. De alio tam horrendo secularis potestatis abusu tradit text. in c. clericis. de immunitate ecclesiæ. in 6. ibi, quilibet intueri potest.

Simoniaci per Christũ à tẽplo sunt eiecti.

d Nonnullæ.) Secundũ periculũ deterius cæteris. Nam humani generis redemptor omnes emẽtes & vendentes de templo eiiciens, cathedras vendentiũ columbas euertit, numulariorum pecunias effudit. Matt. 21. nusquam reperitur (quod sciam) dominum tanta seueritate, tam districta cẽsura iustitiæ peccãtes corripuisse, non solùm eloquio increpans, verũetiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de tẽplo. Per columbarũ venditores illi denotantur, qui sacram manus impositionem vendere conantur, sic per numularios ecclesiastici beneficij venditores designantur, qui domũ Dei speluncam latronum efficiunt, text. in c. ex multis. 1. q. 3. & istorum sicut stultorum infinitũ esse numerum vulgò iactatur, quis enim locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si venerãda Dei tẽpla pecuniis expugnentur? quẽ murũ integritatis aut vallũ fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? l. si quẽquam. C. de episc. & cler.

e Illicitis.) Multa pacta sunt illicita, quæ non sunt simoniaca: ideo dicit hic illicitis & simoniacis, vel dic, & id est, simoniacis, cùm pactiones simoniacæ sint illicitæ: ideo is qui fecit aliquod pactũ cũ eligẽtibus, nõ potest eligi. gl. & doct. per illũ tex. in c. per inquisitionẽ & c. venerabilẽ. de elec. c. 1. & seq. 8. q. 3. Bertach. in tract. de episc. in 2. lib. q. 11. tex. in c. ex diligenti. & ibi Ancha. de simo. sed quotusquisque est electus ab hoc exẽptus munere? pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardens erexit ad æthera virtus.

Pactiones simoniacæ vt sæpius venientes.

f Simoniacis.) Has pactiones simoniacas bene intelligebant olim canonici, vt hic dicitur, quia pro suffragio, seu vt dicũt, voce danda in electione, aliquid passim recipiebant, & sic simoniã cõmittebãt. c. Matthæus. de simo. vnde qui dat simoniacus vocatur, qui recipit pro spirituali quippiã Gieziticus, ab illo Giezi, qui in veteri testamẽto salutem Naamam regis Syriæ vẽdere pertentauit, vt est 4. Reg. 5. c. & in glos. in summa. 1. q. 1. & in c. sicut. 2. de simon. sed nos indiscriminatim vtimur verbo simoniacus, tam pro dante, quàm pro recipiente: quippe promissio beneficij, vt quis eligatur, est simoniaca.

c.de hoc.de simo.gl.in verb.temporalis.§.& cũ humanæ.de elect.In pragma.vel si aliquid promittatur pro habenda præsentatione,seu nominatione.c. cum super.de confessis.c.veniens,1.de testib.cousuluit.Rom.cons.317.circa propositum.Dec.cons.118. viso.col.1.etiã si promitteretur pro fabrica, & pauperibus:nam qui malè accipit vt bene dispenset,potius grauatur quàm iuuatur.c.ex multis.in fin.1.q.3. & talis electio simoniaca est nulla. c.sanctorum.1. q.1.c.si alicuius. de elect.etiam si commissa sit cum vno ex eligentibus,dum tamen non ab inimicis,vt electio impediretur.c.nobis.de simo,& ibi doct.

Item dicitur simo.in contractu facio vt facias, vt si promittam te eligere,& tu me, vel si dicã, eligas meum nepotem nunc, & ego eligã tuum in prima electione:nam & patrui,& nepotes scientes, sunt simoniaci, omnis nempe pactio est in spiritualibus prohibita.c.quàm pio. 1.q.2.Io.de Selu.in tracta.de benefi.in 1.parte.q.7.nu.64.idem si eligatur aliquis, vt habeat tali nominato prouidere,vel ei beneficiũ cõferatur,vel tales cõpensare,vt dicunt,quod multoties fit,testis in hac re erit nobis Petrus Viassius in d.direc.in 1.parte.c.14.& in 2.parte.q.28.vide Rom. cons.359.Quia beneficij, idem si conferatur beneficium famulo ob compensationem seruitiorũ. Inn. in c.tuam.de æta.& qual. idem si promittatur pẽsio vel stipendia quousque de benefi.prouiderit. Boër. in addit.ad Bened.plumbi.in l.Cassij Caij.ff.de fidei.liber.vide tamen Host.& Pan.in c.nisi essent.de præb.& tales sunt excommunicati,qui gratiam aut iustitiam donis obtinent.extrauag.1.de sentẽ.exc.in communib.isti casus frequẽter cõmittebantur, maximè in hoc regno Franciæ. c.fertur.1.q.1.ideõ electiones fuerunt sublatæ [Hodie Alex.Papa sic scribit episcopus in c.ex multis.1.q.3. multis tẽporibus hoc detestabile malum in vestra ecclesia inoleuisse cognouimus, vt nulli vnquam clerico quãuis religioso,quamuis scientia & moribus prædito, ecclesiasticum beneficium cõcedatur,nisi ei qui prophano pecuniæ munere illud emere studuisset, fiebátq; ecclesia & re eius ita venalis, velut quædã terrena, & vilis merces negotiatoribus ad vendendũ exposita,&c.] [Vide Paul.Paris.cõs.29.cõtra in 2.vol.]

Collatio vt quis nominato prouideat,vel famulo ob cõpensationẽ seruitij simoniaca.

Et beneficia istorum simoniacorum etiam ante declarationem impetrari possunt,cum ipso iure vacent glo.in regula cancel.27.& hoc in simonia reali,quando aliquid datũ est,secus in mentali, vel cõuentionali,Cassado.teste in dec.5.consti.rub.de cõsti.vide eum, deci.1.de simo.Sed quid fiet istis, qui hæc perpetrant?Dominus dicit ad eos,Ite in ignem æternũ,qui paratus est diabolo,& angelis eius, &c. ô vox semper tremenda,& in singulos saltem dies cogitanda,sed stomachari in eos desinamus, & castra nostra repetamus,cum pauci collatores(vt quidam dicunt)sine hac labe quiescant,vide tamẽ quæ dixi in tract.de pacifi pos.nu.198.[& in praxi benefic.in 3.parte tit.de simo.in resigna.] & quis possit cum simoniaco dispensare?scribit gl.in §.simoniaci.in verbo,perpetuo.de elect. in pragma. Alia permulta de hoc scriberem ni Ioan. Nauclerus edidisset huius materiæ pulchrum tractatum, & delectabilem,videlicet non simoniacis, sed ipsis multum austerum,quia vitia eorum detegit,& pœnas tradit. Et ego vltra eas multas alias congessi in additionibus ad dictum Nauclerum,quas si non graueris bone lector perlege,& exosum & detestabile hoc crimen habebis:vt S.habuit Ludouicus olim rex Frãciæ,qui à regno hoc crimen pestiferum adimendũ iussit,& per hoc voluit iudices suos cognoscere quo ad hoc vt regno expellatur.Et fuit constitutio edita anno 1268.in mense Martio in hæc verba:

Beneficia simoniacorum impetrari possunt.

LVdouicus Dei gratia Francorum rex ad perpetuam rei memoriam pro salubri & trãquillo statu ecclesiæ,& regni nostri, necnon pro diuini cultus augmento,& pro Christi fidelium animarũ salute, vt quia etiam auxilium omnipotentis Dei, cuius soli ditioni atque potentiæ regnum nostrum semper subiectum extitit: & nunc esse volumus, consequi valeamus, quæ sequuntur hoc edicto consultissimo atque in perpetuum valituro statuimus & ordinamus.

Ordinatio S.Ludouic. cõtra simoniacos maximè.

Primò vt ecclesiarum regni,prælati, patroni, & beneficiorum collatores ordinarij, ius suum plenarium habeant,vnicuiq; sua iurisdictio seruetur.

Item ecclesiæ cathedrales,& alia regni nostri liberas electiones, & earum effectum effectualiter habeant.

Item simoniæ crimen pestiferum ecclesiam labefactans,à regno nostro penitus volumus & iubemus adimendum.

Item promotiones,collationes,prouisiones & dispositiones prælaturarum, dignitatum,& aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, & officiorum regni nostri,secundum ordinationem & determinationem iuris cõmunis. Sanctorũ conciliorum ecclesiæ Dei, atque institutionẽ atiquorũ sanctorũ patrum fieri volumus,pariter ac iubemus.

Item exactiones & onera grauissima pecuniarũ per curiam Rom. ecclesiæ regni nostri impositas, vel imposita,quibus regnum nostrum miserabiliter depauperatum existit,siue etiam imponẽdas aut imponẽda, leuari aut colligi nullatenus volumus: nisi duntaxat pro rationabili,pia, & vrgentissima causa,vel ineuitabili necessitate,& etiam de spontaneo & expresso iussu nostro, & ipsius ecclesiæ regni nostri.

Item libertates,franchesias,immunitates,prærogatiuas,iura & priuilegia per inclitæ recordationis Francorũ reges prædecessores nostros, per nos ecclesiis nostris,atque locis piis,& religiosis personis, aut ecclesiasticis regni nostri concessas, & concessa laudamus, & approbamus per præsentium tenorẽ, vniuersis iustitiariis officiariis,& subditis nostris,& locatenen.præsentibus,& futuris,& eorũ cuilibet ad eum pertinuerit districtè præcipiendo mandantes, quatenus omnia, & singula prædicta diligenter, & attentè seruent,custodiant,& teneant, teneri & custodiri inuiolabiliter faciant,nec aliquid in contrarium quouismodo attentent, seu fieri vel innouari permittant. Transgressores autem contra facientes iuxta casus exigentiam tali plectantur pœna,q̃ cæteris cedat in exemplum, in quorum omnium & singulorum testimonium sigillum mitti fecimus. Datum Parisiis anno Domini 1268.mense Martij.

pactionibus aliæ [a] particulari amore & sanguinis [b] affectione, & non sine periurij reatu fierent, cum [c] electores ipsi etiam si ante electionem per eos faciendam idoneiorem [d], & non eũ quem promissione

Affectio illicita reprobatur.

a Aliæ.) Tertium inconueniens, & periculum: quia amore eligentes illicito inducebantur ad eligendum. c. Moyses. 8. q. 1. vbi in hæc verba dicitur, cernimus plurimos hanc rem facere, vt non quærãt eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse, sed quos ipsi amãt, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorũ quispiam rogauerit, & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt text. in ca. si quis neque. 1. q. 1. ibi, iniusto cordis amore, vbi glo. dicit, ex hoc collige omnem illum esse simoniacũ, qui ductus amore alicui indigno confert beneficiũ. Vel dic particulari affectione ad aliquem, & quia hoc omnibus modis etiam fiebat, ideo electio antiquata est hîc, quæ malum est hæc simoniaca labes? quæ tot ecclesias peruagata, in eis habitare non erubuit. & multi collatores sunt hoc dotati munere, sed væh illis, sciunt enim quid faciunt.

b Sanguinis.) hoc malum plus hedera serpebat in ecclesia. quia nemo vnus carnẽ suã habet odio. ca. non existimemus. 13. q. 2. licet carnis affectio reprobetur in c. graue. de præb. & Abachus. c. 2. Væh illis qui ædificant ciuitatem in sanguinibus, ideo dictum extitit D. Petro, Mat. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi. & valde pauci inueniuntur, qui carnis affectione non ducantur, vnde per sanguinis affectionem eligitur non eligendus, & confertur beneficium alicui puero, & cõmittuntur mille animæ Christianorum, cui consanguinei nollent committere duo pira, etiam non bona Christiana, vel alia quæcunque optima: vnde talis eligens vel conferens acceptionem personarũ à Deo reprobatam admittit, & infideliter agit, non gerens negotium domini, vti debet. Henric. Bohic. in d. c. graue. in 1. dist. dicens, episcopum conferentẽ beneficium consanguineo ratione sanguinis sola, esse simoniacum. Alleg. Pan. in ca. nemo. de simon. quia simonia est aliquem fauore reconciliare, multo fortius fauore sanguinis, vide tamẽ quæ dico in §. præfatique ordinarij in glo. libere infra de col. vnde versus ad hanc rem alludunt sequen.

Per quatuor portas intratur ad ecclesias.

Quatuor ecclesias portis intratur ad omnes,
Cæsaris, & Giesi sanguinis atque Dei.
Prima patet magnis & nummis altera, charis
Tertia, sed paucis quarta patere solet.

Non multum adhorrent huic materiæ, quæ scripsi in præfa. ad Rub. de collat. infra circa fi. Notandũ est quòd Iepte princeps Israël ex meretrice natus, filiam propriam interfecit, virginem, & humilem. Iudic. 11. c. hoc nempe denotat quòd hi, qui à meretrice, simonia videlicet, vel carnis affectione in ecclesia nascuntur, filiam suã, id est, plebem sibi commissam grauant, occidunt & prædãtur, ac pauperes monachos humiles sibi commissos spoliant. Petr. Bercho. his verbis vtitur in suo morali dictio. in verbo natiuitas. col. pen. vbi plus addit tales sic intrantes cõmuniter malè viuere, scilicet iniustè, crudeliter, immundè & carnaliter, superbè & ignominiosè, ac instabiliter, prosequere, vt per eum ibidẽ.

Ex quibus cognoscatur prælatus qui malum habuit ingressum.

Vnde dicit Host. in c. penul. in verbo venale, ne præla. vices suas. Quod si spiritualis sit promotio, spiritualia promotus quæret, si verò venalis, pecuniam, si carnalis, carnalia. quia natum ex carne, caro est, natum ex spiritu, spiritus est. Ioan. 3. c. & sic cognoscentur habentes dignitates ecclesiasticas, & à fructibus illorum, vt est in euangelio. Quomodo cognoscãtur hæretici, scripsi in bulla cœnæ domi. artic. 1. in glo. hæreticos. circa fin.

Iuramenti præstandi in electione forma.

c Cum electores.) Ecce quartum periculum, ꝙ electores iurabant, & tamẽ nõ seruabant iuramentum, quod describitur de elect. in c. 1. in pragma. sub hac forma, Ego N. iuro, & promitto omnipotenti Deo, & N. sancto, vel sanctæ, sub cuius nomine dedicata est hæc Ecclesia, eum eligere, quem credam futurum ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec illi vocem dare, quem verisimiliter sciuero promissione, vel datione alicuius rei temporalis, seu prece, per se aut per alium interpositis, aut aliàs qualitercũque, directè, vel indirectè pro se electionem procurare, seu procurasse: & tamen omnes canonici sciebant electionem ab illis procuratam, & se iam promissionibus saltẽ repletos. Ideo periuri erant sic eligendo, quamobrem electiones fuerunt eis sublatæ, quo ad prælatos, subinde casus in quibus aliquis iure suo priuatur, tradit gl. in c. renouantes, 22. distinct. his versibus,

Paupertas, odium, vitium, fauor, scelus & ordo:
Personas spoliant, & loca iure suo.

Vide ibi declarationẽ, procurẽt igitur electores in aliis in quibus electionẽ adhuc habẽt ecclesiis de idoneis prouidere omissis vitiis supradictis, & quod ad me attinet eos talia perpetrantes semper macte virtute esse optaui, ꝙ dij faxint. sed videndum est num maiora hodie ex his nominationibus.

Magis idoneus an sit eligendus.

d Idoneiorem.) An quis teneatur eligere idoneiorem? quod videtur per ea quæ diuinitus scripta sunt Deut. 17. c. Eum cõstitues, quẽ dominus Deus tuus elegit de numero fratrum, id est, eliges illũ, qui habet spiritum Dei in semetipso, & præcepta Dei in conspectu, quia ille est à Deo electus. c. si ergo. 8. q. 1. Gen. 41. c. quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus est, nunquid sapientiorem & similem tui inuenire potero? tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. & 3. Esdr. c. 3. dicamus vnusquisque nostrum sermonem, qui præcellat, & cuiusque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere. Et Num. 11. c. congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti ꝙ senes populi sint, id est, meliores & sapientiores exponunt, quidam Theologi. & 1. Reg. c. 15. Scidit dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Dauidẽ nẽpe Salomonem aliis fratribus iuniorem (quia sapientior erat) prætulisse legimus. 2. Reg. 1. c. ꝙ nutu spiritussancti factum esse non dubitauit. gl. in c. Moyses. 8. q. 1. & Lucas de Penna in l. fi. col. 2. & seq. C. de tyro. lib. 12.

lib.12.iure ipso canonico suadetur in c.metropolitano.64.distin.& in c.licet ergo.8.q.1.vbi sic inquit Hieronymus.sciant omnes, & certi sint, quòd qui præstatior est ex omni populo,qui doctior, qui sanctior,qui in omni virtute eminentior, ille eligatur. Idem dicitur in c.Moyses.ibidem. & c.fi.de off.custo.vbi sic dicitur,ad hoc opus tales ordinētur. quales meliores, & sanctiores esse viderint. Iuri ciuili etiam non est dissonū.l.3.§.si tamen plures, ibi, eligendus est à prætore is, qui idoneior est.ff.de lib. ho.exhib. l.fœminæ. ibi, in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ. C.de secund.nupt. ac rubr. C. de potioribus ad munera nominandis, lib.10.& l.fin.de tyronib.lib.12. & qui non eligit idoneiorem & meliorē, peccat mortaliter, tum quia est infidelis domino suo, vt dicitur in euangelio,fidelis seruus,& prudens,quē cōstituit dominus, tum quia cedit in detrimentū ecclesiæ, & dedecus. Graue est enim inexpertes Dei seruitio applicare.c. monasteriis.19.q.3.gl.pen.in c.ad apostolicā.de reg. & quia transgreditur canones,volentes meliorē eligi debere,& ius diuinū,vt supradictū extitit, & etiā quia est periurus,eo q iurauit eligere idoneiorem, vt hîc.Subinde legitur de Leone Papa,cui totos cū quadraginta dies ad corpus B.Petri orasset,vt à domino remissionē peccatorū impetraret, apparuit ei beatus Petrus,dicens,remissionē peccatorum sibi à domino obtinuisse,excepta manuū impositione, id est,ordinatione & collatione indignis facta. de qua adhuc dño habes reddere rationē,hæc archiepiscopus Floren.in 3.parte summæ,tit.20.c.2.§.1. itē narrat Greg.in dialog.4.c.9.de Pascasio quod fuit dānatus,eo q partē Laurētij fouerat cōtra Simachum eligendo illū ad episcopatū, cū posset meliorē eligere,Refert Io.Lupus in repet.c.per vestras, nota.2. §.26.de don.inter vir.& vx.Quod intellige meliorē secundū quid,videlicet q sit melior ad illum statū, ad quem eligitur,non autē tenetur eligere meliorē simpliciter,qui est ille,qui est sanctior,& in charitatete perfectior,probatur Act.1.c.de Ioseph, qui licet esset simpliciter melior & sanctior, quā Matthias, quia ille propter sanctitatē vitæ iustus dicebatur,tamen quia Matthias erat magis idoneus ad apostolatū,fuit à Deo electus,hæc probat Leonard.de vtino sermone.26.de sanctis.& hæc est cōmunis opin. tenenda in conscientia secundum Pan.& alios in c. constitutis.in 2.de app.Adrianus in quolibeto 9. & in 4.sent.rub.de restit.vers. Quia iam determinatū est.fol.43. & seq.licet de iure canonico electio de digno valeat.c.cū nobis olim.de elect. c.fi.de offic. custo.Dec.cōs.129.& pro tenui, nisi quis appellauerit quando videbat electores velle eligere dignum, & est iusta causa,si idoneior inueniatur. c.cum nobis olim.& c.cum dilectus.de elect.gl.in c.1.in verbo,vtiliorem.de elect.in Prag.alia dico in c.postulatis.in 4.not.de cler.excom.ministr.vide Bercho, in verbo,electio,Isti timeant collatores, & suæ saluti melioribus conferendo prouideant, sed oculi eorum fortè sunt grauati,nec eos cognoscant.

Peccat non eligens idoneum.

Quis dicatur melior.

Aut datione alicuius rei temporalis [a], seu prece vel precibus per se vel alium interpositis,electionem procurare didicissent eligere sponte iurarent [b], iuramentum

a Rei temporalis.) Idem si detur res spiritualis, vtpote beneficiū,vel promittatur pro habenda electione,vel nominatione.text.in c.de hoc.de simo. c.Matthæus,& ibi Pan.& Feli.ibidem,dixi supra in verbo simoniacis.& sic cōmittitur simonia in dando,etiā si detur familiaribus, vel ministris collatorum,vt dicitur in Gieso, qui fuit seruus Elisæi.glo. in summa.1.q.1.& in c.cito. ibidem. Itē cōmittitur simonia,quando datur beneficiū ad preces alicuius, vt hic.& in c.tua.de simo.quod declarat gl.& doct. in c.tuā.de ætat.& qualit.idem quādo pro obsequio datur,& seruitio.c.sunt nōnulli.1.q.1. & in summa. ibidem,& in c.cum essent.& ibi doct.de simo.ideo in defensorio cōcord.in prin.dicitur in hæc verba. propter ipsam etenim Pragmaticā nulla libera, sed coactiua potius electio fiebat, & vt plurimū beneficiorū pollicitationes,munera,& dationes interueniebant,mulierúmq; precibus importunis & suasu assiduo sæpiuscule factitabantur electiones, & eligentium cōsanguinei aut amicitiæ nexu coniuncti, illas nōnunquam pro voto tractabāt electi insuper & ad electiones dirigendas nominati, non charitatis tentigine,sed insatiabilis æris epotādi ingluuie, aut quauis alia traducti corruptela eligentiū vota, & mentes inuertebant, bellico etiam furore, & vi quodam armorum & more bacchantiū, qui fœnū in cornu gerūt,plerique animarū suarū salutis immemores ecclesiis iure,vel iniuria intrudebātur, & insiliebant,ipsarum dotes & patrimonia diripiētes: ibidem alia multa tradit, quæ possunt videri, ecce quod precibus fœminarum fiebant electiones, hodie vero cōcubinarum precibus multæ fiunt simoniacæ renuntiationes & pactiones illicitæ, vt qui in beneficio succedet,concubinam alat,&c.

Simonia cōmittitur dādo quicquā familis collatorum.

Precibus mulierum renuntiationes & electiones simoniacæ fiunt, & collationes.

b Iurarent.) Istius iuramēti formā posui suprà eo. in glo.cū electores,& quia iuramentū nō seruabāt, erant periuri,& sic beneficiis priuati,aut saltem priuandi,vt dico in tract.de pacifi. poss.in 4.limit.nu. 218.cū seq.Nota q in prædictis casibus priuātur eligentes ipso iure,& in casibus subsequētibus, videlicet in his, qui sciēter eligūt hominē malæ vitæ, vel illegitimum,seu ignarū penitus.c.cum in cunctis.& c.innotuit,& c.scriptū.de elect.Alius casus est,quādo eligitur postulādus. ca.1.de postu.præla.qui sint postulandi,habetur in c.fi.illo tit.Alius, qui sciēter receperūt postulatū,vel electū, cuius nulla est electio vel postulatio, c.bonæ memoriæ Magunt, de elect.aliqui tamen dicūt non esse ipso iure priuatū, sed priuandum, vel ex alia causa,ibi erat priuatus. Alius casus est,quando aliqui eligētes sunt priuati, seu suspensi,vel excōmunicati. c.cum dilectus. de postul,præla.Alius,in illis qui nō eligūt intra tempus trium mensiū.c.ne pro defectu. de elect. Alius, quādo post appellationem legitimā postulāt. c.bonæ memoriæ.de electio,secus si eligerēt, quia electio est maioris fauoris, & magis innititur iuri.ca. cōsiderauimus.de elect.Itē quādo electio est nulla propter personā electā,electores sunt ipso iure priuati,si scienter elegerunt.c.cū in cūctis.in fi.de elec.

Casus in quibus quis priuatur ipso iure.

secus si propter formæ defectum, quia tunc erunt priuandi.c.quia propter.de elect.vtilitas est,quia nō vocatis priuatis tenet electio.& postulatio. Compostelanus in d.c.gratum. de postula.prælat. quod est menti tenendum.

huiusmodi non seruarent, sed cōtra proprium huiusmodi iuramentum in animæ suæ præiudicium venirent, vt nobis notoriè constat ex crebris absolutionibus [a], & rehabilitationibus [b] à nobis & prædecessoribus nostris petitis, & obtentis, idem Franciscus Rex nostris paternis monitis tanquam verus obedientiæ filius parere volens, tam pro bono obedientiæ (in qua magnum meritum vere consistit) quàm pro cōmuni & publica regni sui vtilitate [c] in locū dictæ pragma.sanctio. ac singulorum capitulorum in ea contentorū, leges [d] & constitutiones infra scriptas inuicem tractatas, & cum fratribus, nostris [e] sanctæ Romanæ ecclesię Cardinalibus diligēter examinatas, & de eorū consilio cū præfato rege cōcordatas per dilectū filiū Rogerium Barme Regium aduocatum [f]

a Absolutionibus.) Quo ad iuramenta vel quo ad crimina cōmissa, oportebat eos ante absolui, quā rehabilitarētur, & quādo sunt simoniaci in ordine, vel beneficio, sunt excōmunicati, & nō possunt absolui ab alio, quā à Papa, nisi in mortis articulo. extrauag.cū sit detestabile.de simonia.in cōmunibus. [scripsi in praxi.benefic.in 3 parte tit. de simon.]

Rehabilitatio quid & an per breue detur.

b Rehabilitationibus.) Quo ad simoniam etiam solus Papa rehabilitat. c.de simonia.glo.in verbo perpetuo.§.simoniace.de electio.in prag.vel dic rehabilitationibus, quo ad tenendum beneficia. Nam licet quis sit absolutus à simonia, non tamē erit habilis ad habenda beneficia, nisi rehabilitetur, vt hic dicitur, nec ad exercitium ordinum, & sic impetrabant isti electores absolutiones, & rehabilitationes, vt hic vult dicere text.& hæ rehabilitationes non dantur per breue, nec dispensationes, vt in regulis Alexandri sexti.sub rub.de signatura gratiæ continetur. Ex prædictis satis supérque dignosci calamitas futura electionum poterat, cū electores tot crimina cōmittere super his electionib.non verērētur, solet enim Deus opt.max.cum aliquid diri, vel aduersi imminet, plerūque portētis & prodigiis, ac signis euidentissimis exitiū ostendere.nam tunc temporis quo Tarquinius regno pulsus fuit, canē fuisse loquutum, & serpētem latrasse. Gallis etiam Senonibus ad vrbem properantibus in noua via auditā vocem, quæ Gallos aduētare, diceret. Liuius & alij retulerunt.aliáq; exēpla tradit Alex.ab Alex.in li.3. genialiū.c.15. sed de his criminibus ab electoribus cōmissis hactenus dixisse sufficiat: alia magis subiungamus quibusdam arridentia hominibus, perlegere enim delectabilius singulis (vt reor) erit, quæ paulò post subiiciemus.[Ex his malis sublatæ sunt electiones, sed mala corrigi debebant, & electiones sustineri, nec puto tutum, qui tolleret ordinem presbyterorum, eo ꝙ quidā presbyteri delinquunt, ipsi vident: nam occasiones quærūt multi, vt mala pallientur, sed istæ fraudes nihil apud Deū prosunt, aliquādo libri aperientur, & hoc videbimus, ne plura.]

Futura calamitas electionū deſtruendarū cognosci poterat.

Pro regni vtilitate edita cōcordata, & sic intelligenda.

c Vtilitate.) Et sic hæc concordata facta sunt pro cōmuni huius publica regni vtilitate, ad quod debent aduertere iudices, vt intellectū ad regni vtilitatem tendentem accipere habeant, vt dixi in §.fi. infra de reser.de lega. vt possit creare canonicū ad effectum, quia publicè vtile est regno, & alibi sæpius potest hic tex.ponderari, cui similis est tex.supra de approb.conuento.circa fin. vbi scripsi.

Quadruplex est virtus concordatorum.

d Leges.) Hæc concordata sunt leges, ob id non erit absurdū allegare in l.vna.de reserua. Nam lex est sanctio sancta, iubēs honesta, prohibēs cōtraria. l.2.ff.de leg. Et sunt leges huius regni, & sicut legis virtus est imperare, vetare, permittere, & punire.l. legis virtus.ff.de legib.hoc faciunt istæ leges.

Primò imperant præbendam theologalē theologo conferri, & beneficia qualificatis per totū titu. de collat.vetant etiam hæ constitutiones in §.statuimus, 2.de colla.ne parrochiales ecclesiæ in ciuitatibus, & villis muratis sitæ conferantur, nisi qualificatis, etiam vetant in §.monemus, & in §.volumus.de colla. & in rub.de friuol.app. & in titu.de publ.concub.& tit.seq.aliquando permittūt, vt habentibus speciale priuilegium eligendi, eligere. §.fi. tit.seq.& duo mandata cōcedi in collatorē habentem collationes 50.beneficiorū.rub.de mand.apost. in prin.de hoc vide pulchrè Bal.in rub.C.de cōdict. ex lege. Item puniunt in §.monemus.& §.fi.de col. & in rub.de publi.cōcubi.& in rub.de pœna temere venienti.contra concor.& alibi etiā videre, ideo cū hæ constitutiones legū habeant effectū, merito nomine carere non debent.l.à nullo.C.de fer. & an appellatione legū veniant statuta, & cōsuetudines, & iura canonica plenè tradit Feli.post Panor.in c. ius generale.1.dist.ex consuetudine tamen non allegamus hic leges, sed paragraphos. & rubr.vt in rub.de col.§.præterea.& sic de aliis.

Canonici cathedralis ecclesiæ fratres episcopi vocātur, licet inuicē parum amicitiæ intercedat.

e Fratribus nostris.) Cardinales omnes hic vocat fratres, sicut episcopos, & archiepiscopos. c.quā graui de crimine falsi, dixi in forma mandati in princip.in glo.fratri. vbi plenius vide. Nota etiam quòd canonici cathedralis ecclesiæ vocantur fratres episcopi, vel archiepiscopi.c.nouit.& seq.de his quæ fiunt à prælat. & sic eos episcopus & archiepisco.tanquam fratres tractare debet, licet aliquando eos tanquam serpentes odio prosequatur, & fratres eum alibi habitantem, & incognitum, debito vix honore afficere possunt, sed tanquam scorpionem eum habent, & inter hos fratres infinitos processus videmus.c.dilectorum.de test.cog.per quos soluitur intima fraternitas, & nascuntur diabolicæ dissentiones.

f Regiū aduocatū.) Officiū boni aduocati est breuiter, & summatim loqui.teste Aret.cōs.120.procedendo.& diximus in 2.not.repet.l.vnice.C.de sent.

quæ pro

quæ pro eo quod interest, nempe quia regij aduocati me aliquando priuilegiis honestare voluerunt. Ideo ego illos pro virili priuilegiis compensabo, & cõiungã procuratorẽ regiũ, sine quo aduocati sunt elingues. Aduocatus quidem fisci primũ ab Adriano institutus est. secundum D. Budæũ in suis annot. in Pandectas in l. fi. ff. de off. quæstor. Duo quippe aduocati fisci fuerũt olim instituti, & nũc in parlamentis quibusdã adhuc sunt. l. binos, & l. post duos. C. de aduoc. diuers. iudi. & illa priuilegia quę cõceduntur vni, conceduntur & alteri, vt ibidem patet, dicitur procurator generalis in parlamẽto, alij speciales in seneschaliis & Balliuatibus secundũ Chassagneum in catalogo gloriæ mũdi in 7. parte, consideratione 34. nec potest dici generalis, nisi secundum quid, vt procurator generalis Aquitaniæ, imò procurator regius parlamenti Parisi. vocat omnes alios suæ iurisdictionis seu ressortus substitutos suos vt audiui in palatio sæpissimè. Primũ ergo priuilegiũ eorum est, quod vterque aduocatus regius ac procurator sexcentos aureos pro stipendiis habere debet, ne post decursum celerẽ aduocationis, & labores gloriosos egeni exeant. l. per hac. §. sexcenti autem aurei. C. de aduoc. diuer. iud. & hæc stipendia etiamnum dari sunt solita aduocatis singulis regis, & procuratori eius in senatu Parisi. quãuis Iustinia. in l. restituẽdæ, in prin. C. de aduo. diuer. iud. statuerit lx. libras auri eisdem dari debere, & cũ habeant iusta stipendia nil possunt nec debẽt recipere à partibus, vt est statutũ in ord. reg. rub. *des aduocats & procureurs du Roy.* & hæc stipendia multo magis deberentur aduocatis pauperũ in parlamentis existẽtibus, vt in parlamẽto Aquen. cũ ex publico etiam salaria eisdẽ debeãtur. Bal. in l. vna col. 2. C. de suffr. tũ quod sint regij aduocati, tum etiã quia pro pauperibus postulando in vinea domini laborãt, ad hęc q; officium gerant dei optimi maximi, qui teste Dauid adiuuat pauperem de inopia. & Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationẽ cordis, &c. & Iob. 29. c. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Ideo his dicitur Ecclesi. 4. c. Congregationi pauperum affabilem te facito. & ibid. c. 7. Pauperi porrige manum tuam. & hoc officio debet vti aduocatus regius, vbi non est aliquis pauperum aduocatus: ipsi enim pauperum sunt tutores. vide Fel. in c. 1. de off. iud. de his loquentem pauperum aduocatis, apud Nemausi seneschali curiam. Est etiã egregius ac non mediocri eruditione commendandus D. Iacobus Bonaudus, qui egregias tracta. contra rebelles regum inseruit additiones.

Priuilegia aduocatorũ & procuratorum regiorum.

Substituti vocantur procuratores regij curiarũ inferiorum.

Stipendia aduocatorũ & procuratorum regiorum.

Salarium aduocatis quãdo sit illis soluendũ & an adhęredes illi transmittant.

Secundum quod salarium non debet solui in fine temporis, sed Kal. Octobris sine cunctatione. d. §. sexcenti, tamẽ si non soluatur salarium ex aliqua causa, non debent ob hoc causam fisci deserere. l. 1. de aduoca. fisci. sed possunt computare tẽpus instar amantum, vt est apud Ouid.

Tempore si numeres quæ nos numeramus amantes,
Non venit ante diem nostra querela suum.

Tertiũ q; illud salarium trãsmittit, ex quo illud officium peragere cœperit ad quoscũque siue suos hæredes, siue extraneos, siue ex testamento, siue ab intestato. l. post duos. in fi. C. de aduo. diuer. iud. l. iubemus. in fi. de aduo. diuer. iud. & l. petitiones. in fi. illo ti. Purpura. in rub. de offi asses. n. 189. hodie salariũ tantũ præteriti tẽporis heredibus acquirit quilibet officialis Regius hoc in regno ex cõsuetudine.

Quartum est, quia est nobilis & in dignitate positus. l. nemo. C. de dignita. lib. 12. Chassa. in cõsuet. Burgũd. in rub. *des droicts.* §. 19. in gl. 1. & in §. 4. rub. *des enfans de plusieurs lictz.* gl. 1. idem in procuratore regio no. patruus meus Rebuff. in l. si quis. C. de decur. lib. 10. l. vna. C. de mand. prin. Aret. in l. fori. C. de aduo. diuer. iud. & aduocati fisci multis gloriosis nominibus à iure decorantur, dicuntur enim clarissima eloquentiæ lumina. l. restituendæ. C. de aduoc. diuer. iudi. & facũdissimi. ibidẽ. & clarissimi in l. 1. illo ti. etiã deposito officio, vt ibidem patet, & spectabiles in l. in sacris in tertia. C. de proxi. sacro scrinio. lib. 12. & in auth. de iud. §. quia verò competens. in fi. colla. 6. l. laudabile. C. de aduoc. diuer. iud. ideo spectabiles, id est spectatione digni, quasi admirabiles testis est nobis Purpur. in l. 1. nu. 117. & seq. ff. de offi. eius. Item comites. l. 1. C. de aduo. diuers. iud. l. laudabile. ibidem, quamobrem æquiparantur iuriũ comitibus, sed non in stipendiis. [& iniuria atrox dicitur, quæ illis fit. § atrox. de iniur. in instit. vnde fuit condemnatus mercator, vt practicè loquar, ad emendã, & honorabilem & pecuniariã, quia dixerat aduocato regio cui negotiũ erat datum visitandi ligna, quòd eum proiiceret in aquam, si suam ingrederetur nauim, anno 1418. die tertia Ianuarij.

Quibus nominibus honestentur aduocati regij.

Arrestum cõtra eum qui iniuriã protulit in aduocatũ regium.

Quintum debet mitti ad eos, sicut ad egregias personas. Bar. in l. 1. C. de offi. diuer. iud. & ibi Aret. & Ias. in l. ad egregias. col. 2. in fi. de iureiu. ff.

Sextum licet olim esset annale afficium. l. cũ aduocatis. & l. binos. C. de aduo. diuer. iud. aut ad summum biennale. l. sancimus, in 2. & l. fi. illo tit. & l. iubemus. tit. seq. & ob id d. lex. per hanc dicit celerem decursum. quia habenti magnam dignitatem celeriter currit tempus, litigantibus verò mensis pro anno habetur, sicut his qui sunt in purgatorio, quibus æquiparantur litigantes, & adamantes. Hodie est perpetuum in Francia, id est, quandiu viuũt. Benedi. in repet. c. Raynutius. in verbo, duas. num. 38. cum seq. de testa. nisi propter crimen depositi fuerint, vt Tholosæ quandoque fuit obseruatum. & hic.

Septimum vilia etiam sua sponte gerere non poterunt, ideo mimi, ioculatores, vel histriones esse non possunt, nec istorum officia exercere. l. cum aduocatio. C. de aduoc. diuer. iud. & l. fin. vbi Azo in summa illius tit. & l. aduocatos. C. de aduo. diuer. iud.

Octauum non possunt postulare pro priuatis. l. pe. iuncta ibi gl. & Bal. C. ne fisc. vel respub. Paul. in l. cum allegas. C. illo tit. satis enim supérque ad regia negocia occupati sunt, ideo negocia aliorum omittere debent vt ibi dixi.

Nonũ non debẽt consulere contra fiscũ. l. 2. C. de aduo. diuer. iud. l. 1. C. de aduo. fisci. & in ord. regis Lud. 12. primo publicatis. art. 34. rub. *des aduocatz & procureur du Roy.* art. 11. alioquin priuantur & officio & stipendiis, vt ibidem patet. Idem dico in doctore

Aduocati regij in quibus casibus consulere possint.

vt priuetur lectura, clericus beneficio, miles militia, gl. in c. si imperator. 96. dist. & in c. iii. q. vlt. Aret. in d. l. 3. ibi, tamen nō prohibetur consulere quādo non consuleret contra regem, vel contra causam regis, ideo regij aduocati seneschalliatum, cū non habeāt iusta stipendia, soliti sunt pro priuatis postulare, & cōsulere, in causis quæ nō tangūt regem, nēpe quod nō prohibetur, permittitur. l. cum prætor. ff. de iud. alias agerēt contra dictam l. per hūc. §. sexcēti. C. de aduo. diuer. iud. Præterea nec inuenirētur docti, qui id muneris vellent recipere, quia docti ad lucrū tendūt, c. 1. & ibi not. de præb. in 6. Sed quandoq; rex ad tollendū dubium propter personæ excellentiā permittit etiā aduocatis fisci parlamentorum consulere, ne egeni exeant. d. l. per hāc. §. sexcēti, vt fuit cōcessum multis tamen recusantibus egregiis, doctissimis atque facundissimis viris dominis Liseto, Poyeto, & Montolonio, olim aduocatis regiis, nūc verò præsidētib. viris profecto omni laude dignis, Deus eos seruet incolumes. [Fuit tamē aliàs in hoc senatu prohibitū D. Ioā. Rappeu aduocato regio cōsulere partib, licet non haberet nisi quadringētas libras pro stipendiis, anno 1420. & die 21. Febr. vt est in regist. consilij. imò anno 1522. die 17. Iulij fuit prohibitum aduocato regio Castilon. in Turonia, ne de cætero pro priuatis postularet.

Arrestum.

Decimū, q̃ ista priuilegia conceduntur ob reuerētiam studiorū, quod incitare debet scholares ad studiū. l. quicquid. & ibi Albe. C. de aduo. diuer. iud.

Vndecimū statuitur vt nulla eis inspectio ingeratur, nullá ve peræquatio, nulla operis instructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur, nullū denique eis mādetur præter arbitrium. l. sancimus. 1. C. de aduo. diuers. iud. & dicit ibi Alb. quod à legationibus excusantur, & aliis muneribus, & cōtra faciens punitur 50. librarum auri pœna, vt habetur in d. l. sancimus.

Vagari aduocati & procuratores regij nō debent.

Duodecimum, extra ciuitatē vagari non debent. l. 2. & ibi Bal. C. de aduo. diuer. iud. habet etiam locum in procuratore regio, vt ibidem not. nam negociis regiis vacare debent, ne desertio negociorū regiorum & gaudiorum sectatio, luctum afferat. Iuxta dictum euangelij Lucæ 6. c. Væh vobis qui ridetis nunc, quia flebitis & lugebitis.

An præsumptio calūniæ in eis sit.

Decimumtertium, excusantur à pœna præsumptæ calumniæ, sed non probatæ. l. 2. C. de delatori. lib. 10. Bart. in l. 2. §. si publico. col. 3. ff. ad leg. Iul. de adult. Bal. in l. iubemus. C. de prob. Auffrer. in decis. Tholos. q. 6. Hippo. Marsil. in pract. in §. superest. Benedict. in verbo, mortuo. 1. nu. 204. c. Raynutius. de testa. etiam procedit in procuratore, vt ibidem scribitur, & dico in dictis ordinationib.

Pars nō accusat in hoc regno.

Decimumquartum, q̃ procurator regius omnia delicta prosequitur, quo ad vindictam & pœnam publicam, pars verò quo ad interesse. Benedict. vbi supra. nu. 159. licet de iure quilibet admitteretur regulariter ad accusandum per totum tit. de accus. ff. & C. qui accus. non poss. sed hodie non admitteretur in regno pars accusans delinquentē, & concludens ad mortem, sed interesse tantum petere debet.

In expensis quando regius aduocatus condemnari possit.

Decimūquintum, non cōdemnantur in expēsis, licet succūbant. l. fi. C. de fru. & liti. expē. l. in sacris. 3. vers. Et quoniā de proxi. sacro. scri. lib. 12. Auffr. in q. 6. si procurator. Bened. in d. verbo, mortuo. in 1. nu. 169. l. per hāc. §. fi. C. de aduoc. diuer. iud. quia ex debito officij prosequuntur, ideo excusantur. l. monēte. C. de delat. lib. 10. ne timore expēsarum ius Regis indefensum dimittāt. l. illud. ff. de petit. hær. Hipp. in d. §. superest, in practica criminali. [Nec pars ipsis p̄curatoribus regiis condēnatur, arg. illius rub. quod quisq; iuris. vnde cum procurator regius pontisare prosequeretur criminosum, qui appellauerat, & fuerat dictū malè appellatum & bene iudicatum cum expēsis, ideo receptor voluit exigere expēsas, delinquens appellauit ad senatū, qui malè iudicatū pronūciauit, cum non debeantur procuratori regio expēsæ, cū ipsæ parti non debeat. arg. c. j. de iud. in 6.] Nisi quis receperit eos tanquā priuatos, dū suo abutuntur officio, cōmittendo dolū, fraudē, vel cōcussionem, & tunc potest accipere eos (vt practicè loquar) in partes formales. Guido papæ in deci. delph. q. 269. denunciator. Henricus Bouerius in sing. incipien. expensæ. q. 23. Vel quando iurisdictionē impediunt ecclesiasticam, vt fuit prolatum arrestū, anno 1525. vlt. die vel pen. mensis Ianuarij, pro episc. Beluacen. contra procuratorem regiū ciuitatis Claremontē *en Beauuoysi*, vt est videre inter arresta Auffr. nu. 417. in stilo parlamen. imò si procurator regius vel fiscalis episcopi est iūctus cū parte, & succūbāt, pars ad omnes tenetur expēsas, p̄curator ad nullas, vt fuit dictū in senatu, anno 1520. die 16. Aprilis pro magistro Antonio rebours, adiūcto, cōtra habitātes *de Terci en Brie*, & anno 1542. die secunda Octobr.

Procurator regius quando in partē accipi possit.

Arrestum.

Arrestum.

Decimūsextum, non tenētur milites in domo suscipere. l. iubemus. C. de aduo. diuer. iud. & ibi Sal. quia illi possent instrumēta regis subripere. Ideo hi in camera debēt esse sicut passer solitarius in tecto.

Filij aduocatorum regiorū alijs preferendi.

Decimumseptimum, filij eorum si sint sufficientes, cæteris sunt præferendi, vt ibidem patet. & in l. petitiones. illo tit. & gratis debēt admitti ad officia patris, vel ad alia, quod nuper vidi obseruari in filio doctissimi ac facūdissimi viri dn. Daygua aduocati regij in parlamento Tholosano. Ista enim incitare debent regios aduocatos, vt suos erudiant filios.

Existens in dignitate an & quādo torqueri debeat.

Decimumoctauum, hi aduocati & procuratores non debent torqueri, tanquam existentes in dignitate. Bar. & Aret. in l. 1. C. de aduo diuer. iud. quod in hoc regno Franciæ nō admitteretur, quia delictum omnem honorē excludit. l. 1. C. vbi senator. vel clarissi. Releuarentur tamen in hoc, quia sine magnis indiciis, & in crimine grauissimo nō torquerentur, quū præsumptiones pro se habeant innocentiæ.

Procurator fisci nihil debet concludere sine aduocatis.

Decimumnonum, q̃ procurator fisci non debet causam fisci agitare absente aduocato. l. fi. C. de aduoc. fisci. l. nō intelligitur. §. diuus. & l. si fiscus. ff. de iure fisci. Guilliel. le Rouille in tract. de rescr. iusti. li. 3. c. 6. de aduocato & procuratore, fisci, eo quippe datur aduocatus regius, vt consulat procuratori, q̄d agendum sit, & si eius consilium respueretur, res fisci in irritum cedere posset, imò sententia nō valeret absente aduocato, per dictā l. fi. vbi Aret. not. & in d. l. si fiscus. dicitur, nihil esse actum, ideo ex integro cognosci oportere, quod est menti tenendum.

Et ideo fuit annullata appellatio procuratoris re-

gij ciuitatis Ambianen. qui appellauerat à sententia iudicis, eo quòd fuerat elargitus reus, cum consensu aduocati regij, & fuit ei præceptum factum, vt concluderet ad consilium aduocatorum regiorum, anno 1539. die 9 Iunij.

Arrestum. Procuratores regij ac aduocati omnibus alijs præferũtur.

Vigesimum priuilegium est, quòd omnibus aduocatis etiam doctoribus, & tempore antiquioribus debent præferri, quia à principe sunt approbati ratione officij. l. 2. & l. restituendæ. in fi. C. de aduoc. diuer. iudi. ibi, nam qui à nobis digni iudicati sunt, ij multo magis in anterioribus sunt iudicandi, & debẽt alij aduocati eos honore, & ipsi alios prosequi, meminisse debent patres quòd & filij fuerũt. §. hæc autem. in auth. vt cum de appel. cogno. col. 8. Etiam habet locum in procuratore regio, cum sit magnus magister in Francia. Io. Fab. in §. fi. insti. de excep. & quandoque non absurdè aduocatus nuncupatur, quia aduocato deficiente postulat, vt sæpissimè vidi in hoc parlamento. est nobis testis gl. in l. non intelligitur. §. diuus Adrianus. ff. de iure fisci: idem dico in regio aduocato magni consilij, vt etiam iis priuilegiis decoretur, est enim magni cõsilij angelus, nec excludo etiam eiusdem procuratorem, cum sit teriaca dicti sacri magni consilij.

De aduocato et procuratore magni consilij.

Strenas suscipere à principe debent.

Vigesimumprimum, quòd à manu principis strenas debent in singulas Ianuarij Calend. recipere. l. laudabile. C. de aduoca. diuerso. iud. vide tex. in c. legauit. 37. dist. & in c. non obseruetis. 26. quæst. vlt. vbi reprobantur illa dona. ideo hodie non seruatur hoc priuilegium, quod si fortè principi ostenderetur, illud reciperet, & eis seruaret.

Vigesimumsecundum, possunt à principe illustri dignitate decorari, & vnus filius illorum, aut alius nomine suo. l. restituendæ. §. ad hoc. C. de aduoca. diuer. iud.

Aduocati ad custodiã ciuitatis an teneantur.

Vigesimumtertium, quòd non tenentur ad custodiam ciuitatis, nec ad excubias. text. & ibi Bal. in l sancimus in prima. C. de aduo. diuer. iud. nisi in subsidium. Aret. ibi, post gl. & ex causa necessitatis, vt nota. in l. ad instructionem. C. de sacrosanct. eccl. quia satis supérque eos vigilare oportet pro causis regiis.

Vigesimumquartum, quia ab omni onere sunt exempti, tam ipsi quàm liberi eorum, etiam ante susceptam aduocationem nati. l. aduocatos, & ibi Aret. C. de aduo. diuer. iudi. etiam à tutela excusantur. l. geometræ. & ibi Bar. ff. de excus. tut. §. item diuus, illo tit. in lib. insti.

Vigesimumquintum, etiam post suum officiũ finitum vel renunciatum vnam ex suis domibus habent exemptam ab onere imponendorum stipendiorum. tex. & ibi Aret. in l. iubemus. C. de aduo. diuers. iudic. Fallit si propter delictum esset officium ademptum, quia delictum honorem excludit, vt supra dictum fuit.

Vigesimumsextum, non debent agere, vel cõueniri, nisi coram præside. i. corã seneschalo, bailliuo, vel gubernatore. d. l. iubemus. & l. petitionem. sed in hoc parlamento coram dominis supplicationum sicut consiliarij agunt, & conueniuntur, sunt enim grandi signori.

Vigesimumseptimũ est, quia eis salariũ debetur, etiã tempore quo nõ litigant, id est tempore vacationum, quia per eos non stat, & interim seruiũt regi in consiliis, hoc expressim Card. tradit in clemẽ. ita tutũ. q. 6. de ele. in procuratore ecclesiæ, cui ęquiparatur procurator regius, quod secus in aliis regis officialibus, vt super hoc extant regis ordinationes.

Salarium quocunque tẽpore anni istis est debitũ etiam in vacationibus.

Pro quibus facit text. iuncta gl. in l. Titius. ff. de testa. milit. & in officialibus curiæ Ro. quod non gaudeant prærogatiuis & priuilegiis, si tempore vacationum non exerceant actu sua officia. concludit Ioan. Staphile. in tracta. de literis gratiæ, fol. 116. de prærogatiuis expectantium. Et fuit dictum in senatu, quod hi procuratores regij non possunt habere nisi vnum substitutum, contra procuratorem regiũ castelleri. Idem dico in tempore valetudinis aduersæ. Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de variis & extraord. cogn. doct. in d. l. diem functo.

Arrestum. Vnũ substitutũ habet tãtũ procurator regius.

Vigesimumoctauum, quòd à collectis & aliis impositionibus sunt exempti. l. actores. & ibi patruus meus Rebuff. C. de exact. tribu. lib. 10. quia postquã laborant pro seruitio reipublicæ, debent collectam cum seruitio compensare. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. & in præstatione tributorum laboris & operę ratio habenda est. l. nemo, cum l. seq. C. de decurio. lib. 10. vide Francisc. de Parma in tracta. de priuileg. fisci. q. penult.

Vigesimumnonum, procurator Cæsaris potest hæreditatẽ fisco delatã adire, & est hoc præcipuum in procuratore Cæsaris. l. 1. in fi. ff. de off. procu. Cæsar. quãuis in alio procuratore, cõtrarium statutum sit in l. per procuratorem, quæ aliàs incipit Paulus. ff. de acq. hær. & de isto dicit gl. in l. fi. ff. de assesso. quòd parũ amicis & inimicis potest prodesse: sed aduocati & procuratores fisci & regij multo amicis emolumẽto esse possunt, & inimicis plurimo nocumẽto, si velint, salua etiam conscientia, quæ omnibus rebus præponi debet, quam tanquã palladium præ se habere quilibet, si Christiano nomine vti velit, debet.

Adire hæreditatem an procurator regius possit.

Trigesimum, viri eloquentissimi fisci patroni liberantur à patria potestate per huius adeptionẽ officij. l. fi. C. de decur. lib. 10. quis enim sub potestate eos dixerit? qui omnes homines, etiam per lasciuiã delinquentes, sub quadam potestate habere dicuntur? homines verò bene faciẽtes à potestate eorum eximũtur. Nã vulgò dicitur, Fac bene, & nõ timebis iudicẽ. Ad Roma. 13. & c. in cunctis. 11. q. 3. l. nulli. & ibi patruus meus Rebuffus. C. de agenti. in reb. li. 12. Fel. in proœmio decret. rex pacificus. col. 1. Iusto enim non est lex posita. 1. ad Tim. 1. c. qui spiritu dei aguntur, non sunt sub lege. c. licet. de regula.

Aduocati fisci à patria potestate liberantur.

Trigesimumprimum, quod hoc nobile munus recipiens à cohortali conditione tam ipsi quàm eorum liberi etiam ante officium nati liberantur. l. 2. C. de aduoc. diuer. iudic.

Trigesimumsecundum, quod ad nullas sportulas in eorum causis tenentur præter descriptas in d. l. per hãc. §. fi. C. de aduoc. diuer. iud. & l. petitiones. §. pro sportulis ibidem.

Trigesimumtertiũ, quod si filios ingenuos habeant, eos clarissimorum notariorũ inseri consortio, sine quadã suffragij solutione cõcedit Imperator in l. laudabile. §. & postquam. C. de adno. diuer. iudic.

Trigesi

Priuilegia curiæ data comprehendunt aduocatos regis. Arrestum.

[Trigesimumquartum, quod in priuilegiis datis curiæ, aduocati & procuratores comprehendũtur, eo quòd sunt de corpore curiæ. & ita fuit pronunciatum anno 1416. die 20. Martij, vt indultum de non soluendis collectis datũ curiæ extenderetur ad gentes (vt vocant) regias, & indultum de nominatione consiliariorum & curiæ eos comprehendit.] [& reipub. causa abesse censentur. l. abesse. cũ l. seq. ff. ex quibus causis maio.]

Vltimum præcipuum, illis est, quòd si aduocati vel procuratores fisci iniuriis & deprædationibus quemquam vexent, viui comburẽdi sunt. text. sing. oculo toruo conspectus, in l. vniuersi. C. vbi causæ fisca. & est melior iuris secundum Bal. in marga. in verbo dãnatus. in 1. q. ratio illius tex. est, quia illa delicta redeunt in principis ignominiam, cum à suis officialibus, qui alios corrigere, & instare vt corrigantur, debent, committantur, vnde dicit text. in c. primum. itaque. 25. dist. quomodo enim potest præses auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? qua libertate peccantem corrigere potest? cum tacitus. ipse sibi respondeat eadẽ se admisisse, quæ corripit? debent ergo esse viri omni exceptione maiores, & sine macula, vt possint dicere illud euangelicum, Quis ex vobis arguet me de peccato? & supradicta decisio est iuri diuino cõformis. Psal. 119. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. & Psal. 131. Labor labiorum ipsorum operiet eos, cadent super eos carbones, in ignẽ deiicies eos, &c. nec possunt ipsi aut alij officiales impetrare à rege, vt pœna eis remittatur non facta mentione. l. mancipia, iuncta gl. C. de seruis fugitiuis. D. Ioannes Sainxon. in curia Delfi. præses. in ordi. Turonen. art. 38. in fi. prin. alia priuilegia vobis scribam clarissimi aduocati in ordinat. Regiis, in quibus vos ephoris, qui erant apud Lacedæmonios, comparo. Interim hæc benigno suscipite animo, & meipsum vestrum agnoscite.

Aduocati & procuratores regij quales esse debeant.

oratorem suum ad hoc ab eodem Francisco Rege ad nos destinatum, habentem ad hoc speciale [a]

Casus speciale mandatum requirentes.

a Speciale.) Est ergo hic vnus casus in quo requiritur speciale mandatum, videlicet vt acceptentur constitutiones, seu ordinationes in regno, nempe hoc arduum est, vel vt de nouo flant. §. cumque hoc deo, ibi, specialiter in prooemio Insti. [§. quibus. in 1 consti. C. vbi etiam Bart. notat.]

Acceptatio beneficij mãdatũ exigit speciale.

Secundus casus est, in beneficij acceptatione, gl. & doct. in cle. vna. in verbo, præsenti. de concess. præb. & Rota decis. 323. nota. Paul. in Antiq. Panor. & alij. c. accedens, de præb. Card. in cle. 1. q. 6. de procur. per tex. in c. si tibi absenti. de præb. in 6. quia inuito non acquiritur beneficium. l. inuito. ff. de reg. iur. Io. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 55. Bertran. consi. 226. Quæsitum. col. 2. vol. 3. secundũ impress. primam. [Etiam quia per adeptionem secundi, & acceptationem pacificam vacabũt alia beneficia. c. de multa. de preb. extra. execrabilis. eo. tit. Io. 22.] dic vt scripsi in tract. nomina. q. 14. nu. 94.

Tertius, iussus super hæreditate adeunda specialis esse debet. l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acq. hær. quia in ea paratur graue prejudiciũ, vel parari potest propter debita & credita, secũdum Ang. ibi, sæpiuscule latet anguis in hæreditate.

In hæreditate, & in integrũ restitutione, & matrimonio speciale mãdatum requiritur.

Quartus, absque speciali mandato in integrũ restitutio non conceditur. l. illud. §. si talis. ff. de mino. [c. coram, de in integ. restitu.] quod est verum, quãdo principaliter petitur, secus si incidenter. l. fi. C. vbi & apud quem cognitio in integrum restitu. agi debeat. gl. & doct. in c. suscita. de in integ. resti. quia agitur de retractãdo factum domini, quod non potest quis facere sine speciali mandato, nisi magna ex causa. Bal. in d. §. si talis. per l. si hominem. ff. manda. & tres rationes tradit Bal. in d. l. vna. C. etiam per procu. in fi. & in hac in integrum restitutio. oportet exprimere causam, & personam. nec sufficit dicere constituo procuratorem ad petendum in integrum restitutionem. Bar. in l. generali. ff. de ritu nup. Ang. in d. l. si quis mihi. §. sed vtrum, quod declara. vt per Bal. & Sal. in d. l. vna. C. etiam per procura. vide tamen Cassado. in decis. 1. de procur. & Aufrer. in decis. 55. in decis. Tholos.

Quintus, matrimonium sine speciali mandato vnus pro alio non contrahit, & sine expressione certæ personæ. c. fi. de procur. in 6. l. generali. ff. de ritu nupt. quia de perpetua hominis seruitute agitur. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. & Neuisanus in silua nuptia. quippe sub pulchræ mulieris specie interdum aspidum latet venenum, vt apud coniugatos in cõfesso est, requiritur etiam speciale mandatum in matrimonio spirituali, vt tradunt domini de Rota decisio 375. fuit dubitatum in nouis.

Sextus, non facilè per procuratorem quis suspectus accusabitur, quoniam famæ causa est. l. non solum. §. fi. ff. de procur. scripsi in tract. de recusa. art. 1. in ordi. reg.

Septimus, interdictum de libero homine exhibendo nõ instituit procurator, nisi nominatim eidẽ mandatum sit. l. Pomponius. in prin. ff. de procur.

Procurator quæ sine speciali mãdato non faciat.

Octauus, qui duos procuratores omnium rerum suarũ relinquit, nisi nominatim præceperit, vt alter ab altero pecuniam petat, non videtur mandatum vtrilibet eorum dedisse. l. qui duos. ff. de procurat.

Nonus, nisi specialiter procuratori concessum sit pignus, remittere non potest. l. si consensit. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hippoth. solui. nec etiam constituere. l. solutum. §. fi. ff. de pign. act. abundè declarat Ant. de Fano, in tract. de pigno & hippoth. in 1. membro. 3. partis. nu. 36. & seq.

Decimus, per procuratorem, nec liberari, nec liberare quisquam acceptilatione sine speciali mandato potest. tex. & ibi gl. in l. per procuratorem. ff. de accep. vbi ratio traditur.

Vndecimus, pacisci. nisi specialiter eidem concessum sit, procurator nõ potest. l. rescriptum, cum l. nam nocere. ff. de pact.

Duodecimus, sine speciali mandato procuratori non soluitur. l. hoc iure. ff. de solu. dic vt in seq. casu.

Decimustertius, iudicati actio procuratori ad lites nõ datur d. l. hoc iure, nisi habeat generale mãdatum, & ad negotia & ad lites. l. 2. & 3. ff. de admi. tut.

Bal. in

Bal in rub.de his per quos agere possu.col.2.in insti. per gl.in l.puræ. §. actoris. ff.de doli excep. vel nisi liberam illius causæ administrationẽ haberet, quia tunc & ei solui,& transigere poterit. Mathessi.nota. 30.nota quod licet procurator.

Decimusquartus,procurator iuramentum deferre non potest,nisi totorum bonorum, vel nominatim eidem mandatum fuerit. l. iusiurandum quod ex conuentione.§.fi.ff.de iureiu.c.qui ad agendum. §.fi.de procur.in 6.

Item procurator pro domino non iurat. l. quotiens prima.§.si tutor,de noxa.actio.

Decimusquintus, iurare de calumnia sine speciali mandato procurator non potest. c. fi. de iura. calumniæ.in 6.plenè Bar.& Alex.in l. qui bona.§.si alieno.ff.de damno infect.

Fidelitas sine speciali mandato non fit, nec feudũ negatur domino.

Decimussextus, procurator fidelitatem pro domino absque speciali mandato præstare nõ potest. c.tibi domino.63.dist.& ibi Arch. Bal. in l.1.q.56.ff. de rer. diuisio. Refert Boërius in § 10. de consuet. feud.in cõsuet.Bituricẽ. & Dominus Chassagneus in consue.Burgund.§.2. in gl. *faire hommage*, Rub. *desfiefz*.vbi idem dicit in iuramento cõfirmatorio, & in iuramento per quod aliquis asserit se in negligẽtia,& in iuramẽto per quod positionibus respondetur,vt infra videre est. Idem in procuratore constituto ad negandum feudũ moueri, seu teneri ab aliquo domino, seu (vt dicũt) *desauouër*, quia tunc perdit feudum negans, nisi regem Franciæ confiteretur,vt scribit Boer.in §.13. in fi. de consue. feu. & censual.in consue.Bituri, & hæc negatio debet esse specialis de specialibus de rebus quas,vt dicũt, *desauouër*,vt fuit iudicatum Anno 1520.die 8.Iunij.

Arrestum.

Decimusseptimus, libellus obscurus sine domini speciali mandato non potest declarari. Bar.& Ang. in l.inter stipulantem.§.1.ff. de verb.oblig. quia diuersorum raro est vna voluntas. c. quia diuersitatẽ. de concess.præb.& solus deus est voluntatis scrutator.c.erubescant.32.distin.

Non transigit procurator, nec compromittit.

Decimusoctauus,procurator,nisi eidem hoc specialiter concessum fuerit,transigere nõ potest, quia faceret contra mandatum suum. tex.in l.mandato. ff.de procur.l.transactionis.C.de transact.Soci.cõs. 255.visa.col.2.in 2.vol.Limita,vt ibi & per domi.de Rota.decisio.62. Nota quòd vbi.in antiq. c. qui ad agendum.in fi.de procura.in 6. & ibi addi di.& in l. interdum.2.§.Qui tutelam.ff.de furt. transactio tamẽ facta ad vtilitatẽ domini valebit.Corse.singulari incip. Pupillus. Et ibi in additio. nec indebitum soluere.l.illud.ff.de minor.l.si procurator,de cond. inde.

Decimusnonus,cõpromittere sine speciali mandato procurator non potest.c.per tuas.de arbi. gl.in c.cum dilectus.de relig domi.Bolog.consi.6.viso.

Vigesimus, in pace facienda exigitur speciale mandatum.Speculator in tit.de treuga. §.1.ver. hoc quoque.Roma.sing.460.nunquid.

Vigesimusprimus, beneficia sine speciali mãdato conferri (quia donare est)nõ possunt.c.fi.de offi. vica.in 6.& ibi multa addidi.& in praxi beneficiali in forma vica.episcoporum.

Vigesimussecundus,non potest quis donare bona alterius sine speciali mandato.l.filiusfam.ff. de don.Fallit in l.cum plures. §.fi.ff. de admi. tut. & in aliis casibus à iure expressis.

Vigesimustertius, est in proroganda iurisdictione,de qua tex.& doct.in c.cũ olim.in primo.de offi. delega.Guido papæ in deci.delphina.q.285.statuto.

Vigesimusquartus, procurator nõ nunciat nouũ opus sine speciali mandato.gl.in l.de pupillo. §.qui procuratorio.ff.de noui ope.nunc. sed ibidem contrarium tenent Bar.& Ias. videlicet sufficere generale mandatum.

Vigesimusquintus,est in denunciatione,quã mulier facere debet,si prægnantem se existimet.l. 1.§.1. & ibi Bar ff.de liber.agnosc.

Rescripta sine speciali mandato impetrari solent.

Vigesimussextus, rescripta ad lites sine speciali mandato impetrari non possunt,alioqui impetrans tanquàm falsarius punitur,quia sunt odiosa, & potestati præiudicant ordinariè.c.nonnulli. §.1. de rescrip.illam tamen pœnam nunquam vidi in Frãcia imponi, cum passim sine mandato impetrentur in ea.* Et de consuetudine impetrantur rescripta ad lites,etiam sine mandato, & curia, non solet illam admittere exceptionem defectus mandati: vt doc. dicunt in d.c.nonnulli.scripsi abundè in tract.de rescript.in ordi.reg.[in 2.tomo commenta.]

Vigesimusseptimus, instrumenta vetustate consumpta transcribi, ac reparari non debent absque speciali mandato. c. fi. de fide instr. Spec. in tit. de procur. §.1.versi. item opponitur ibi, vndecimo in instrumentis,vide in l.notionem. §.instrumentorũ. ff.de verb.sign.Et quæ ibi scripsi.

Vigesimusoctauus,in beneficiorũ renunciatione Card.in cle.vna.de renun.col.1.quia quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auferri non potest.regula,id quod nostrum.ff.de reg.iur.

Vigesimusnonus,ad petendum dispensationem. Bal.in l.illud.§.1.ff.de minor. Panor. in c. innotuit. col.2. de elect. hoc tamen non vidi seruari, alioqui pueris non impetrarent parẽtes tot dispensationes, quia non valerent, sed multa per patientiam tolerantur,quæ si venirent ad iudicium,non tolerarentur.c.cum iamdudum.de præb.

Trigesimus,votũ vltramarinum sine speciali mãdato Papæ cõmutari nõ potest.c.ex multa.de voto.

Euictio speciale mandatum requirit.

Trigesimusprimus, procurator non habens speciale mãdatum dominum ratione euictionis defendere nõ potest,not.in c.fi.vt lite non contest.& ideo curia parlamẽti ordinauit,ann.1323. quod deinceps hi qui volunt euictionem assumere per alium potestatem hanc concedant procuratoribus,sic videlicet, *donnant & octroyant audict procureur plain & special pouuoir, & auctorité de faire adueu ou desadueu sans guarantise.* Auffr.in stylo parlamenti in 1.parte. rubr.de dilatio.quæ datur pro garando,& citari debet ad euictionem dominus,& non procurator.Ioã. Gal.in quæ.per arrest quæst.94.

Trigesimussecundus, iudex accusatus post officium depositum non debet discedere, nisi dato procuratore instructo.l.vna. versi. quod si intra. C. vt omnes iud.tam ciuil.quàm milit.

Trigesimustertius,quãdo papa vel rex sibi reseruat quicquã, tunc speciale mandatũ exigitur antequam in

quam inferior de hoc cognoscere possit. c. vt nostrum.de app.Bal.in d.rub.inst. de his per quos agere poss.dixi in tracta.de euoca.in ord.reg.in 1.tomo. commen.

Trigesimusquartus, tutor non excusatur per libellos, id est per procuratorem generalem, per specialem sic.exponit gl. in l.excusare. ff. de excu. tut. quanuis aliter exponi potest, sed de hoc aliàs. [In meis no.Interpreta.]

Trigesimusquintus, idem in alio officio & ad petendum legitimationem. Bar. in d.l.excusare. & Bald.in rubr.de his per quos agere possu.

Trigesimussextus, ad alienandum. l. si procurator.ff.de condict. indeb. nisi res tempore perituras. l. procurator totorum. ff. de procu. vel si solitam alienationem fecerit.l.vel vniuersorum. ff.de pign. act.Bal.cons.138.factum.in 5.vol.vide eum cons.181. eo.vol.

Procurator non renunciat appellationi. Trigesimusseptimus, non potest procurator sine speciali mandato appellationi renunciare. Bal. in l. fi.§.fi.C.de tempor.appel.Ias.in l. cum procurator. ff.de noui oper. nunc. potest tamen habito consilio in curia acquiescere, vt est in ordin.regiis videre, & quotidie ita in pract. seruatur, vt abundè trado in ordina.regiis.rub.de appe.in 3.tom.comm.

Trigesimusoctauus, procurator nō debet aliquē nomine domini capere, vel relaxare sine speciali mandato.l.non solum.§.fi.ff.de procu. sic consuluit Soci.cons.120.cum in præsenti. col. 3. cum seq. in 1. vol.Alex.cons.133.circa.in 6.vol.vbi tenet hoc casu valere ratihabitionem, vel generale mandatum cum libera.

Trigesimusnonus, speciale mandatum in absolutione petenda requiritur.not.in c.cum desideres. de sent.excom.Barb.cons.7.visis dubiis.col. 4. q. 4. vol.3. Auffr.in decisio.Tholo.q.56.quia pœnitentia & confessio non potest fieri per alium.Fel.in c.cum desideres.de sent.excom.

Quadragesimus, procurator non potest opponere crimina, & defectus sine speciali mandato.cle. 2.de procur.

Quadragesimusprimus, in respondendo positionibus requiritur speciale mandatum. Imol. in l. pe. §.ad crimen.ff.de pub.iudic.quem refert & sequitur Maria.Soci.cons.55.præstantissime, in fi.vol.1. [scripsi in tract.de respon.per credit.art.1.in fi. in 3.tom. comm.in const.reg.]

[Quadragesimussecundus, ad recognitionem schedulæ debet speciale interuenire mandatum, vt plenè docui in tracta.de chirog.recogni.in ord.reg. artic.1.nu.26.in 1.tom.comm.]

Quadragesimustertius, libri scholasticorum sine mandato speciali alicui non sunt restituendi, nec tradendi. Alber.in l.quia ita.§.1.in fi.ff. ad Trebel.& dixi in priuilegiis schola.priui. 114. vbi fusius videre est.

Quadragesimusquartus, nec venia ætatis impetratur sine speciali mandato. l. 2. C. de his qui ven. ætat.impet.scripsi in tracta. [de regestis baptis. art. 1.in 2.tom.comm.in const.reg.]

Quadragesimusquintus, non potest procurator sine speciali mandato ab executione sententiæ appellare, quia dominus in pœnā incideret. l. ab executione.C. quorum app. non recip.Auff.in dicisio. capel. Tholo. q. 476. sic hodie cū per ordinationes incidat in mulctā sexaginta librarū malè appellans.

Quadragesimussextus, ad accipiendum possessionem beneficij requiritur speciale mandatum, quando illa possessio multum habet iuris, secus si facti. Auffr.in decisio.Tholo.q. 486. elucidat gl. in c.cum nostris.de conces.præb.

In diuisione speciale requiritur mādatum. Arrestum. Quadragesimusseptimus, idem in diuisione bonorum, nec sufficeret procuratorium ad petendum diuisionem, sed oportet quod inseratur, *pour iecter aux lots, opter, & faire autres actes apartenans aux faicts de partage*, si diuisio sic fiebat, ita iudicauit senatus, ann.1543.die 7. Aug. quia diuisio pro alienatione habetur.

Vltimò in omni arduo & ponderoso negocio, & in aliis casibus in quibus reperitur tanta vel maior ratio, requiritur etiam speciale mandatum. Ioan. Fab.nuncupatim in §. procurator. instit. de his per quos agere possumus, quem sequitur Auffr.in stylo parlamenti, in 1.part. rub. de dilatio. quæ datur pro garando.§.item si adiornatus, vide gl. in verbo vel alterius, in forma manda. vigintiquatuor casus tradit Spec.in tit.de procur. §.j. versi. Item opponitur. intercise tamen. & gl. in d. c. qui ad agendum, sed non inueni vsquam, ita planè deductos, & hic huius finis gl.esto, dum prius dixerimus quando dicatur speciale mandatum? respon. tunc dici, quando ab omni verborum generalitate est extractum, & nominatim concessum.l.Pompo.ff.de procura. Iac.in l.vna.col.4.nu.33.ff.de offi.procur.Cæsar. & quāuis mandatum generale cum libera æquipolleat speciali mandato. Fallit tamen, vt per Ias. in l.iusiurandum quod ex conuentione.col.1. & 2. ff. de iureiur. & quando requiritur speciale, nec id potest ratificari, vt concludit Laur.Calca.Consi.77. in Christi. & c.1.col.2.facit glo.in c.nonnulli.in verb.sine speciali.de rescript. *Speciale mandatum quando dicatur, & an sufficiat ratificatio.*

Nec sufficit generale etiam cum libera. l. si quis mihi.§.iussum.ff.de acq.hær.Alex.consi.133.circa.in 6.vol.[vide in l.non solum.in fi.l.seq. ff.de procura. vbi etiam speciale mandatum requiritur.]

& sufficiens [a] mandatum acceptauit.

Sufficiens mādatum quando dicatur. a Et sufficiens.) Tollit ea quæ not.in c.j.de app.in 6. vbi procurator minus instructus non dicitur habere sufficiens mandatum. Bal.in l.illud. §. fi. ff. de min. nempe quando mentio fit de procuratore intelligitur de legitimè constituto; & cum sufficienti mandato Bald.in l.vna. col. 1. C. etiam per procur. causam in integ. resti. agi posse. & si primò fuit generaliter constitutus, & is prosequatur causam requirentem speciale mandatum, si postea producatur speciale mādatum ante exclusionē productionis, cōualidatur iudicium.Bal.in l.falsus.col.9. vers. ad tertiam.nu.25.C.de furt. ideo solent cauti demū scribere practici, talis constituit talem cum ratihabitione gestorum, &c. & dicitur tunc sufficiens, quando per illud potest facere ea quæ sibi mandata sunt argu.eorum quæ notant in c.cum in cunctis.in princ.de elect.finem huic rub.impono.

Rubr.de

De regia ad prælaturas nominatione facienda.

DE eorundem [a] fratrum consilio, & vnanimi consensu, ex certa [b] nostra scientia, & potestatis plenitudine [c], statuimus [d] & ordinamus [e], quòd de cætero

Huius tituli diuisio. HIc titulus habet tres partes principales, prima præbet regi nominationem in cathedralibus ecclesiis, ac metropolitatis, certúmque tempus eidē præstituit, intra quod si non nominet, plena erit papæ dispositio. In secunda quæ est, ibi, monasteriis, idem statuit in monasteriis & prioratibus conuentualibus electiuis. tertia, ibi, per præmissa, & ecclesiis habentibus priuilegia eligendi electionem reseruat, & hæc sit huius tituli summa. de nominatione regia est tex. in c. quòd sicut. de electio.

Hic §.1 sic diuiditur, imprimis prohibet electionem fieri in metropolitanis, & cathedralibus. In secunda parte nominationem regi præbet faciendā de viro qualeficato intra certum tempus ibidem præstitutum. In tertia parte duos excipit casus, videlicet quando tempore præstituto non prouidit, & quando vacant in curia. In quarta parte annullat electiones factas contra præmissa. In quinta à qualificatione prædicta excipit regis cōsanguineos, & alios de quibus, ibi, secunda pars est, ibi, sed illarū, tertia, ibi, alioqui. quarta, ibi, decernentes. quinta, ibi, consanguineis, & sit hoc loco summarij ad istū. §.j. & cum forma nominationi regiæ data sit, optimum est ipsius interpretationem facere verbis eius relatis, vt in simili tradit Vlp. in l. item veniunt. §. præter. ff. de pet. hær.

a De eorum fratrum consilio.) Et sic papa ardua cum consilio cardinalium explicat tex. in c. per venerabilem, vers. si difficile, &c. qui filij sint legitimi, dixi tit. 2. supra. eo. in verbo de eorum. Idem in episcopo, vt ex consilio canonicorum ardua tractare debeat. c. nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt à præl. & quæ dicantur ardua, relinquit arbitrio boni viri. Fel. in c. causam. 1. col. 2. de iud. Imperator etiam in arduis procedit, cum consilio, vt in auth. habita. C. ne filius pro patre, vbi dixi: sic rex debet capere cōsilium pro repub. sicut pater pro filiis suis. Bal. in c. intellecto, nota. 2. de iureiur. vbi dicit regem debere tueri salutem reipub. imò quando constitutio regis tangit populum, debet requiri populi consensus, non totius, sed principalis. Nam decuriones, consules, & scabini vocari debent, arg. §. interim. in auth. de defens. ciuit. colla. 3. Bal. expressim in c. quanto. col. 1. de iureiur. & ideo gentes trium statuum solēt conuocari in hoc regno ex cōsuetudine, licet Imol. in c. fi. de maiori. dicat sufficere requiri consensum capitanei prouinciæ. alia hic multa tradit Ioann. Dayma, quæ licet videre. Multo maiora scribit Boschus de codecha in rub. de const. col. 16. cum multis seq. vbi tradit regulam de papa, quod ardua cum consilio cardinalium tractare debeat cum decem ampliationibus, & quatuor limitationibus, quæ omnia missa facio, tanquam sint in arca principum recondita, quando debeant vocare, nisi iuri naturali non vocando derogarent, prout scripsi in ordin. reg. rub. *des adiournemens personels.*

Rex consilium capere debet pro republica.

b Ex certa scientia.) Tunc Papa dicitur scribere ex certa scientia, siue in literis exprimat. arg. cap. si motu proprio. de præb. in 6. siue ex verbis eius elici possit. Panor. & alij in c. adhæc. de rescrip. Fel. in c. cum inter. de excep. Ias. in l. si quis iniquum. in prin. col. 2. ff. de iurisd. om. iud. multa hic de certa sciētia possem scribere, quæ addidi ad Alber. in dictio. in verbo clausula ex certa scientia, vbi sexcentas ferè allegationes inuenies. Item dum dicit hic Io. Dayma standum esse dicto summi pœnitentiarij, de his quæ dicit sibi esse commissa viuæ vocis oraculo de consuetudine curiæ, secundo etiam in prẹiudicium tertij, intellige in his quæ respiciunt forū conscientiæ, quia in illis non quærimus testes, sed procedimus simpliciter & de plano, in aliis secus crederem per l. vnam C. de manda. princ. & gl. in regula cancel. 37. tex. in c. cum à nobis, vbi plenè doct. de testib. Barba. in tract. de præstant. Cardin in 1. q. 2. partis. glo. & doct. in c. sicut. de sentent. excom. hodie ex communi Franciæ praxi non credimus etiam legato de latere asserenti se viuæ vocis oraculo dispensandi potestatem, vel aliam à Papa habere, nisi eam ostendat, & in parlamentis eius potestas registretur & postea qui ea indiget, potest habere exemplum à regestris parlamenti, & facit fidem, ac si originale produceretur, vt vidi sæpius obseruari in hoc Parisien. parlamento, scripsi in rubr. de registra. concor. in curiis facienda, infra.

Quādo sit credēdum pœnitētiario dicēti sibi commissum viuæ vocis oraculo.

c Plenitudine.) Quæ est arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullisque iuris publici regulis limitata, & non cōceditur nisi à deo. Bal. in l. si aquā. col 6. nu. 38. & seq. C. de serui. & aqua. & hæc clausula solet apponi in legibus condendis, & ordinationibus, ac in arduis, quæ operatur, vt videatur princeps supra ius dispensare. c. proposuit. de concess. præb. cle. pastoralis. de re iud. in his tamen quæ rex præsumitur ignorasse, vt sunt iura partium, & possessiones, hæc clausula nihil proderit. c. 1. de constit. in 6. Bal. in l. fi. C. sent. rescindi non posse. Soci. cons. 129. memini. co. 7. in 3. vol. multa hic Dayma de hac clausula de plenitudine potestatis, de qua dixi in gl. iuramento. infra in forma manda. apost. & in addi. ad Alber. in dictio. in verbo clausula, de plenitudine, quæ si hic addere vellem, chartas multas implerem.

Clausula de plenitudine, quid sit, & quid operetur.

d Statuimus.) De hoc verbo dixi in gl. 1. §. 1. de col. infra. & in interpre. vnicæ. not. 4. C. de sent. quæ pro eo quod interest. vbi vide, si non graueris, abundè.

e Ordinamus.) Id est disponimus, & quasi in ordinem redigimus, aliquando tamen ordinare idem est quòd consecrare. c. quia diligentia. de electio. vel ordinare, id est benedicere. c. 2. de testa. aliquando ordines conferre. c. episcopus. de præb. c. episcopus. 24. dist. interdum beneficium conferre. c. si tibi absenti. de præb. in 6. c. nulla & c. pen. de concess. præb. gl. in c. super eo. de offi. deleg. & aliquando instituere. c. 1. 16. q. 5. & ibi gl. vel prouidere. c. nullam. 18. q. 2. licet gl. ibi exponat eligere, & aliquando sic sumitur, vt in c. cum in illis. & ibi Archi. de præb in 6. aut institutionem confirmare. c. 2. de arbit. c. postquam.

Ordinare quotmodis accipiatur.

& ibi Præposi. 50. dist. vnde dicit gl. in verbo ordinationem, in extrauag. vna de offi. deleg. in cõmunibus verbum hoc esse multum generale comprehendens quemuis modum, quo quis habet de re propria disponere iure suo quod est notandum, vide tex. & gl. in l. sancimus. 2. §. personis. C. de admi. tut. & prooe. ordina. in verb. *ordonnances.* 1. tomo. commenta. dixi in gl. 3.

perpetuis futuris [a] temporibus loco dictæ Pragmaticę sanctionis, ac omnium & singulorum capitulorum in ea cõtentorum, videlicet vt decætero cathedralib. [b] & metropolitanis ecclesiis in dicto [c] regno Delphinatus [d] & comitatu Diensi. ac Valent. nunc & pro tempore etiam [e] per cessionẽ

Verbũ decætero quid signifi.

a Futuris.) Ergo ad futura tantũ hæc concordata extendũtur per hoc verbum, & verbũ decætero hic positum, de quo in c. non debet. de consang. & offi. & c. vno. de postul. præl. in 6. & c. licet cano. de elect. eo. li. c. detestãda. de concess. præb. ibidẽ. gl. in prooe. cle. in verbo, decætero. & in cle. 1. de vsur. quia natura legis est futuris dare formam negociis. c. fi. de constitu. & ibi plenè Fely. & alij tradunt limitationes, haberet etiam locum in ecclesia vacante tempore horum concordatorum per verbum tex. nũc & pro tempore, vt infra firmaui.

Reges in ecclesiis cathedralibus an sint patroni.

b Cathedralibus.) Reges in cathedralib. ecclesiis sunt patroni. Archi. teste in c. lectis. 63. dist. & Bal. in prooe. decret. Rex pacificus. col. 2. nu. 12. & in c. quãto in fi. de iud. quod est verum quoad protectionẽ ecclesiarum, & rerum ipsarum. c. principes. & c. res. 23. q. 5. sed non vt habeant potestatem eligendi, pręsentandi, vel nominandi episc. vel archiepisc. in illis. c. nobis. de iure patr. Card. in c. imperium. 10. dis. & in d. c. lectis. vnde dicit Pan. in c. venerabilẽ. col. pen. nu. 20. de electio. quod imperator est aduocatus, & defensor ecclesiæ, non patronus, sequitur Roch. Curtius. in tracta. de iure patr. in ver. in ecclesia. q. 1. vide Maleret. in tract. de elect. fo. 19. Boer. in deci. Burd. q. 32. alia per nos. & q. 46. nisi expressim eisdem concederetur à Papa nominandi potestas, vt hic, alias superflua esset hæc concessio, & omnes principes haberent hanc nominandi potestatem, quod non est verum, nisi expresè concessa fuerit, vt hic patet.

Rex an possit nominare ad ecclesiam cathedralẽ de nouo erectam.

Quid si aliqua nunc erigeretur in cathedralem? an rex posset nominare ad eam? videtur ꝙ sic, per verba huius tex. ibi pro tempore & ibi decætero, & quia verba conueniunt ergo & dispositio. Item facit l. placet. ff. de lib. & posth. vbi institutio posthumi trahitur ad omnẽ posthumũ, etiam postea natũ. & l. fi. §. fi. ff. de li lega. l. si cognatis. de reb. dubiis. c. quãto. de censib. cum aliis multis quæ possent hic allegari. in contrarium tamen videtur, ꝙ rex non haberet nominationẽ, si nõ concederetur eidẽ expresè in erigendo, tũ quia quod hic statuitur est odiosum ecclesiis, ergo debet restringi. l. cũ quidam. ff. de lib. & posth. tum etiam quia laicus nõ habet beneficiorum nominationem, vel collationem, nisi sibi expresè cõcedatur. c. si quis deinceps. 16. q. 7. Adhæc quia hæc cõcessio intelligitur de ecclesiis præsentibus, & nõ futuris. nam nominatio nõ potest dari ad ecclesiã, quæ nõ est, sicut seruitus nõ [extenditur ad personas futuras. l. nõ modus. C. de seruitu. & c. subgestũ. de dec.] & sic verba huius tex. quo ad hoc nõ trahẽtur ad futuros episcopatus. per cle. fi. & ibi doc. de rescr. tex. in l. si ita. ff. de auro & arg. leg. l. Iulianus in fi. cum l. seq. & l. vxori. §. 1. de leg. 3. multa adducit ad hãc rem Fel. in c. cũ adeò. de rescr. scripsi de vniuersitate recẽter erecta, in trac. nom. q. 6. n. 10. maximè quãdo verteretur in præiudiciũ alterius quã cõcedentis. c. quia circa. de priuil. vt est in hoc casu, qa esset præiudiciũ non solũ cõcedentis Papæ, sed etiã ecclesiæ erectæ, ergo nõ extẽdetur, nisi aliter prouisum fuerit. & intellige regẽ in cathedralibus posse nominare, siue illa ecclesia fuerit regularis, vt Nemausen. Vticen. Sarlatẽ. & aliæ, siue secularis, quia constitutio loquens de ecclesia cathedrali comprehendit eam, siue sit regularis siue secularis. Barb. in cle. 1. col. 13. de elect. & sic seruatur. debebit tamen eo casu regularem nominare: quia verba debent intelligi secundum qualitatem personæ ad quam diriguntur. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu & habi. Bar. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb.

In regno & de regno an differant.

c In regno.) licet aliqui tradant differentiã quando dicatur de regno, vel in regno, quia generalius est dicere de regno Franciæ, quàm in regno Frãcię: nã Vasconia, Normania, & Britãnia sunt de regno, non tamen in regno. Bonif. in cle. vlt. nu. 46. de priuileg. sic dicimus de exemptis ab episcopo, vt sint in diœcesi, nõ tamen de diœcesi, teste Pan. in c. abolendæ. no. vlt. de sepult. tamen quando datur priuilegium regi & suo regno, vel habitãtibus in regno, vel his qui sunt de regno, includentur omnes qui sunt sub ditione regis. & reginæ, & expressio facta in intitulationibus, videlicet dilecto filio regi Franciæ, &c. censetur facta causa demonstrandi, cuius causa, vel cuius hominibus indulgentia fiebat, non autem causa limitandi concessionem ad eos tantũ, qui essent de regno, vel in regno Franciæ. arg. l. pen. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma. sed ideo expressit hic Delphinatum, & comitatum causa tollẽdæ dubitationis, vel quia sunt separati à regno.

Quare dicatur Delphinatus, & quomodo fuerit acquisitus.

d Delphinatus.) Dicitur Delphinatus ab Imberto Delphino, qui cum sine liberis esset, Philippum Valesium, Franciæ tum regem successorem atque hæredem illius principatus fecit, nec multo post pecunia de qua conuenerat accepta à Philippo, mundo renuncians, prædicatorum ordinem Lugduni idẽ Imbertus ꝓfessus est, & ibidẽ sepultus, & ab eo quidẽ tẽpore Imberto defuncto Franci Viennã, Delphinatúmq; possederũt, si Guaguino credatur in li. 8. de Philippi Valesij gestis scribẽti, vnde primogenitus regis Frãciæ filius Delphinus vocari est solitꝰ, vt est omnibus obuium, ꝙ pietate ac amicitia Delphini naturã sequatur, de quibus dicit Plin. li. 9. c. 8.

e Etiam per cessionẽ.) Id est, per resignationem quacunque, siue fuerit simplex, siue in fauorem, cũ hic tex. simpliciter loquatur, & generaliter, ergo generaliter intelligetur de omni resignatione, etiã si quis resignaret pensione retenta, quia semper dicitur cessio, & cessio, indefinitè hic reseruatur regi,

ergo omnis,etiam quia regis intereſſe poteſt in hac ceſsione facta retenta penſione,de qua dixi in tract. de pacifi.poſſ.in 18.amplia. ſicut in aliis. & quando Papa vult intelligere de ſimplici reſignatione tãtũ, hoc exprimit,vt in §.volumus. infra. de colla. & in regula cancel. 18. & ceſsio in fauorẽ alicuius facta ceſsio eſt,ergo hic comprehenditur, cũ nõ excipiatur, nec poteſt aſsignari ratio, cur de vna magis quàm de aliis hic intelligatur, ergo de omnibus hic intelligitur,arg.tex.& ibi Pan.in 1.no.in c. ſuper eo. de paro.vbi dicit illum tex. loquentem de præſcriptione,intelligendum de omni,ſiue cum titulo,ſiue ſine titulo, & quia hic nihil excipit, cum potuerit excepiſſe,ergo.c.quia circa.de priuileg.

Rex an poſſit nominare ad epiſcopatũ vacantem per ceſsionem cauſa permutationis factã.

Idẽ intelligo in ceſsione facta cauſa permutationis per ſupradicta,cũ tunc dicatur vacare,ergo cõſenſus regis (quẽ *le placet du Roy* dicũt) requiretur, cùm poſsit nominare occurrente vacatione, vt hic dicitur.facit gl.in cle.vna de rerum permut.huc accedit ꝙ in permutatione requiritur præſentatio & cõſenſus patroni tex.in c.cũ dilectus.& ibi Anch.in 4. not. de iure patr. ſic & in hoc regno in permutatione epiſcopatus requiretur regis aſſenſus. Item capitula nõ poſſunt procedere ad electionem quãdo vacat archiepiſcopatus, vel alia dignitas,de qua hic per ceſsionem,ergo rex nominabit, quia in ſuũ fauorem ſunt ſublatæ electiones, & ne vna res diuerſo iure cenſeatur.l.eum qui ædes.ff.de vſucap.& ita ſeruatur, vt audiui à ſummæ notæ viris.

Idem ſi ceſsio fieret per vnũ ex collitigãtibus lite pendente,tunc etiã ex regis cõſenſu alter admittetur in eo ſtatu,in quo inuenit litẽ pendere. c. ſi.vt lite pend. in vj. probatur in hoc tex.ibi, in manibus noſtris factã,ergo quãdocunq; fit in manibus Papæ ceſsio,rex nominare poteſt,ſic ſemper, cũ in manibus aliorũ epiſcopatus cedi nõ poſsit.c.pen. & ſi.de transla. epiſc. & ſic ex hoc tex. patet quòd licet per Prag. ſanctionẽ ceſsio epiſcoporũ à ſolo Papa recipi poſſet.§.quibus.& ibi gl.de ele.in Prag.& de iure ad ſolum Papam pertinet admittere reſignationes epiſcopatuum. c.niſi. in de renunc. tamen per hæc concordata ex conceſsione Papæ, rex nominat ad epiſcopatum vacantẽ etiam per ceſsionẽ,vide infr. eo.in gl.vacãtibus.& Domi.in conſ.125.dubia.q 3.

Facta conſtitutione procuratoris ad beneficiũ reſignandum corã Papa, non poteſt interim corã alio reſignari.

Notare debemus ſolenne verbũ, ꝙ ſi quis cõſtituerit procuratorẽ ad reſignandũ beneficium corã Papa, nõ poterit interim reſignare corã ordinario, niſi pri⁹ notificaret reſignationẽ procuratori,&hoc propter eluſionẽ & variationem clericis maximè prohibitam cle. vna.de renun.vbi etiam gl.tenet ꝙ ſiue expreſsè ſiue tacitè procurator reuocetur,oportet quòd fiat notificatio,vt dicitur in tex.ibi, duxerit quomodolibet reuocandũ.Reuocat tacitè, quãdo corã ordinario reſignat poſt conſtitutionẽ procuratoris primò factã, vt in curia reſignetur,& illuditur Papæ,quãdo reſignatur corã ordinario, & ſic corã inferiore,ſic expreſsè cõſuluit Barb.cõſ.48.clementiſsimũ.in 4.vol.per tex.ſing.in c. bonæ.2. in fi. ibi, ſi enim poſtquã poſtulatio ſubſcriptionibus poſtulantiũ roboratur & præſentatur Ro.pontifici approbanda,poſſent ab ea recedere poſtulantes,nobis frequenter illuderent, & iudicium noſtrum ex eorum pendere arbitrio videretur.de poſtula.præla.

Arreſtum.

Et ita ſeruat parlamentum Pariſien. teſte Petro Biaſsio in tract. de elect.in 3. parte. c.j. & ſic fuit iudicatũ in ſupremo ſenatu Burdeg. vt teſtatur Boër. in deciſ.ſuis. q.207. ad ſecundã. Et ideo infert Pan. in c.cũ olim.col.6. verſ. quæro quid intendit. de re iud.ꝙ ſi habẽs collationẽ beneficij à Papa poſtea ab inferiore recipiat alterã,ſuper eodẽ beneficio,Papa poterit illum priuare eo beneficio, quia eſt quædã ingratitudo,& deluſio erga ſuperiorẽ,propter quas inducitur legitima cauſa priuãdi eum,& in hoc caſu non debet multiplicari titulus.Fel.in c.in noſtra. col.3 verſi.titulus multiplicatur.de reſcrip.quem ad verbũ trãſcribit,non correctis quidem verbis Io.de Selu.in tract.de beneficio. in 3. parte. q.19. Item dicunt regaliſtæ, ꝙ ſi quis collationem à rege iure regali habuerit, & poſtea ab ordinario, vel ab alio alteram, debet priuari vtraque, quia indignũ ſe facit collatione regia,qui alterã recipit, quod non firmo maximè quãdo à Papa haberet. Ad hæc ſubdiaconus Papæ aſſumẽs alios ordines ab inferiore,poteſt deponi ab inferiorib. quia videtur renũciaſſe priuilegio,ſec⁹ in ordinato à Papa,qui nõ poteſt deponi, niſi à Papa.Bal.& alij in c.illud.de maio. & obed.

Regaliſtæ quando ab alio collationem habent,an priuentur.

Reſignans epiſcopatũ ſine regis nominatione, an ad illum redire poſsit.

Quæro quidam reſignauit corã papa epiſcopatum in fauorẽ nepotis:& ſine nominatione,& regis cõſenſu,Papa iſti prouidit:demũ rex aliũ nominat. An reſignãs poſſit regreſſum habere ad ſuũ epiſcopatum,per illam clauſulam nõ aliter nec alias, quæ denotat actũ in contrariũ non valere. gl. not.in l.ſiquidẽ.C.de excep.Iaſ.cõſ.86.in cauſa.in fi. vol.3.reſpondeo in hoc caſu,quia partes nõ vſæ fuerũt conceſsione iuris,non reuertentur ad ſua beneficia.cle. vna.de rer.permut.vbi gl.& doct.aiunt, quod ſi reſignatio nõ poterit ſortiri effectũ propter dolũ,vel culpã compermutantiũ, tunc reſignatio & vacatio firma remanet.doct.in c.licet.de rer.permu.in 6.vbi doct.plenè explicant. Sed reſignans & reſignatarius erant in dolo,volentes priuare regẽ ſua nominatione,aut ſaltẽ in culpa lata ignorãdo hæc iura.gl.ſing. in l.ꝙ te.ff.ſi cert.pet.cũ quilibet teneatur ſcire iura cõmunia, vt ibidẽ dicitur, & in l.leges. C.de legib. Et ſi vnus erat in culpa, alter non, is qui non erat in culpa, ad ſuũ beneficiũ redire poterit.Bonifa.in d. cle.vna.col.vlti.Et culpa reſignantis deprehẽditur, ſi in inſtrumento in quo conſtituit procuratores ad reſignandũ epiſcopatũ,non ſit appoſita aliqua clauſula nominationis habẽdæ, vel cõſenſus regis,quia per hoc fraudare velint regem ſua nominatione, & hoc caſu potior erit nominatus à rege, & iſta ſunt magni ponderis, quæ fieri non debent ſine prudentum conſilio,quo his obuiare poterit.

Non valet conſtitutio procuratoris ad reſigñãdũ, niſi ſit procurator certus & nominatus.

Notandum eſt tamen,quòd in cõſtitutione procuratoris maximè ad reſignandũ, debet nominari procurator conſtitutus,& certus eſſe debet, nec valeret ſi nullus eſſet certus,ſed in albis,id eſt,ſine ſcriptura.tex.notab. in l.2. ibi dummodo certus ſit,q datus intelligitur.ff.de procur. Et hoc eſt de ſubſtãtia,aliàs ferè tolleretur facultas reuocandi. & intimãdi reuocationem procuratori,quia neſcirem cui procuratori intimare reuocationẽ poſſem,vt in cle. vna.de renunc.Et iſta ſunt notãda.nempe ſępius de

his fui consultus. Tamen recipi in albis & approbari curia Romana scribit Boër. in decisi. Burdeg. q.274. an valeat.

in manibus [a] nostris, & successorum nostrorum Romanorum pontificum

Manus regia quando imponi debeat, & de quo prosit.

a In manibus.) Hoc dicendi schemate sæpius vtitur Papa, vt in c. pen. & vlt. de renun. c. cum pridem, de pact. c. fi. de excess. præla. c. cum accessissent. & ibi Dec. col. j. de const. post Barba. in cle. vnic. de renunc. & alibi multoties. & tunc accipitur pro potestate, vel authoritate, vt Psal. 118. Anima mea in manibus meis semper. Eccl. 15. c. Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit eũ in manu consilij sui. c. 2. de arbi. & quãdo beneficiũ est contentiosum in hoc regno Franciæ, ne partes veniant ad arma, iuxta l. æquissimũ. ff. de vsufruct. solet poni ad manũ regiã: & multa alia ponũtur ad manũ regiã, & saisiũtur in hoc regno, sicut olim omnia manu regia gubernabãtur. l. 2. in princ. ff. de origi. iur. vnde vsurparunt iudices regij, & in practica seruatur, q̃ nulli iudici ecclesiastico competit manũ iniicere, seu vt dicunt practici saisire, nec sequestrare, ne partes veniant ad arma, nisi fuerit iudex regius, & si contrariũ fiat, vidi appellari tanquam ab abusu, anno 1537. die prima Iunij, & fuit dictum bene appellatũ, & abusiuè concessum per archiepis. Senonen. qui sic concesserat, pro quo facit singulare dictum Bal. in c. significasti. de offi. deleg. asserentis episcopum posse pronunciare de dote restituenda, sed non mittere in possessionem laicalem, nisi per iudicem secularem, quia nõ habentes territoriũ non possunt mittere in territorium. l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iudic. [Bal. in l. j. §. j. col. 2. ff. de offi. præfect. vrbis.]

Saisire an possit iudex ecclesiasticus.

Arrestum.

Et hodie nimis cito iudices ponunt res ad manũ curiæ, siue ad manũ regiã, teste Pet. Iacob. in pract. sua. rub. de statu curiarum. versi. item est aduertendum, &c. & sistere pecuniã & arrestare non pertinet ad iudicẽ ecclesiasticum in territorio regis, vt regales dicunt, & ita seruant in forensi iudicio. Tamen spiritualia capi & saisiri non debẽt, etiam pro debito curati, vt fuit decisum, anno 1533. die 8. Maij. hæc manus regia dicitur quidam murus defendens à violentiis & oppressionibus subditos, si rectè fuerit imposita, vt in somnio virida. lib. 1. c. 26.

Spiritualia saisiri non debent.

Et solet poni manus regia, ne vis fiat inter gallos homines, vt Prouerb. 31. Manum suam misit ad fortia. & quatuor facit.

Effectus manus regiæ.

Primò protegit ne litigantes occidantur, vt dixi. & Esaiæ 51. c. In vmbra manus meæ protexi te. & Dauid Psal. 137. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. Nam securitatem litigantibus præbet, & timentibus offendi, nota in l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad ecclesias confugiunt, plenè Io. Raynault. in comprehen. feuda. in tract. de securitate.

Secundò, hæc manus regia destruit iniquos, & delinquentes. Dauid, Manus tua gentes disperdidit, & istã sicut dicitur Gen. 22. c. debet habere princeps, nam Abraham portabat in manibus suis ignẽ & gladium, ignem correctionis, quo delinquentes coquantur, & emendentur: gladium verò occisionis, vt proterui & pertinaces scindantur, & euellantur, vel ignem in hæreticos, & gladium in alios scelestos. l. quisquis. in prin. ibi, gladio feriatur, C. ad leg. Iul. maiesta. l. cum vir, ad leg. Iul. de adult.

Tertiò adiuuat pauperes, Psal. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei.

Quartò conseruat ius habenti, quia per manum regiam non tollitur possesio alicui, sed cõseruatur ius habenti. Henric. Bouhic. in c. examinata. de iud. sequitur Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in 2. parte. q. 9. col. 2. [Si tamen manus regia fuerit imposita generaliter super successione, & hæreditate, nõ conseruat singulas res, si vnus aliquã rem hæreditatis possideat, nẽpe ille manutenebitur, secus si fuerit imposita super re singulari, vt hic, & an in leuatione manus debeat pars cuius interest, citari, quòd non concludit Fran. marc. in suis deci. q. 66. in 2. parte. vide quæ scripsi in §. 1 de sent. execut. in ordi. reg. in 1. tomo.

Manus regia an singulas res cõseruet.

Vltimò hæc manus regia prohibet, ne quid fiat cõtra hanc manus appositionẽ, alioqui cõtrà faciẽs infringit manũ regiã, & is qui hoc facit, etiã si fuerit clericus, puniri solet per iudices regios, dicentes esse casum priuilegiatũ, vt tueãtur eorũ iurisdictionem etiã pœnali iudicio, vt permittitur in l. vna. ff. si quis ius dicẽti nõ obtemperaue. & habetur in stylo parlamenti, in 1. parte. rub. quorum cognitio specialiter spectat ad regem. §. item de factis contra.

Et postea facta reuocantur tanquam attentata in causa appellationis. de quibus in c. non solũ. de appellatio. in 6. Item quando est manus regia apposita, prouisus non debet ante manus leuationem administrare, vt idem asserit Francisc. marc. in decis. 44. in 2. parte. quanuis Fel. teneat hoc non valere, in c. ecclesia. q. 11. de const. hoc tamen iure vtimur [in hoc regno.] & aliquando hostiarij parlamenti, vel alij commissarij regij, alicui rei affigunt manũ ferream, per quam prohibetur, ne quid fiat aut attentetur, quòd si contra fiat, crimine læsæ maiestatis puniunt. Host. not. in summa de sacrament. non reiter. §. & qualiter. in fi. pulchrè D. Guillel. le Rouil'e in consuetud. Cenomacen. in 1. parte, art. 1. gl. 2. vbi iura ad regem spectantia congerit.

De manu militari loquitur text. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. l. 3. §. 1. ne vis fiat ei. De manu ministrorum in l. j. si ventris no. Ex quo dicunt practici, quòd manus armata à principe datur, manus verò fortis à senatu. tex. tamẽ in c. licet de voto. dicit manum regis, manũ fortẽ, & sic cõfunditur illa differentia. Manus aliquando accipitur pro instrumẽto corporis, vt in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. si quis suadente. 17. q. 4. & Ecclesiastes 9. c. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare. & alibi dicitur: Væh manibus malefacientibus. & manus dicitur organum organorum, & omnia opera manibus attribuuntur, secũdum Aristot. 3. de anima. de multiplici manu scripsi in l. mulieris. §. abesse. ff. de verbo. signif.

In confirmatione & sponsalibus cur quis percutiatur & miles.

Postremò nota quòd in confirmatione solet episcopus manu percutere maxillam eius quem cõfirmat, vt deinceps reminiscatur. Sed miles quando

creatur

creatur percutitur in signum quod in futurum sustinebit malum.Bal. in l.1.§.fi.ff.de testa.milit. Idem in sponso,quando sponsalia contrahit. gl.in verbo, rapismata. in l.fi.C.de emancip.libe.D.Boër.in §. j. rubr.de consuet.matri.& Boerij,in additio. ad consuet. Bitur. Quid si detur alicui domus ea lege, ne exeat à manibus suis, declarat Claudius de Seysello,in l.manumissiones.col.1.ff.de iusti.& iure.

canonicè [a] intrantium sponte [b] factam vacantibus [c] illarum capitula.

Quãdo dicatur canonicè intrare.

a Canonicè intrantium.)Elicitur ex c.ego N.ibi, successoribus canonicè intrãtibus.de iureiur.& tũc dicitur canonicè intrare, quãdo secundum regulas canonicas eligitur,& quãdo intrat per ostium.c.relatum.de iure patro. & quando est electus à duabus partibus cardinaliũ,vel à maiori parte, & iure. c. licet de vitãda.de elect.c.vbi periculum,illo tit.in 6. alioqui anathemate cũ suis authoribus, fautoribus, & sequacibus à liminibus sanctæ dei ecclesiæ separatus abiiciatur,sicut antichristus, & inuasor & destructor totius Christianitatis. c.1.col.3.dist.23. dixi in gl.quilibet.in § 1.de mand. apost. infra. illi ergo, qui canonicè intrauit est faciẽda nominatio,nõ alij, vt hic,etiam si alter vi esset in possessione,quia non canonicè intrauit, vt hic requiritur, alioqui est fur & latro,qui nõ intrat per ostium, vt est in Euangelio,etiã non dicitur papa,qui non intrat per ostium. sicut nec omnes, vel prælatus, qui non est de iure. Refero verba Bal. in §. marchio, in prin. qui feud. dare poss.dixi in repet.l.vnicæ,in præfa.nu.76.C.de sent.quæ pro eo quod interest,& in dubio præsumitur, quod canonicè intrauerit, quia delictũ non debemus prçsumere.l.merito.ff.pro socio.maximè in Papa, qui vices Dei in terris gerit. vt nõ semel scripsi supra.& in praxi benefic.post princ.

Actus quando dicatur sponte vel metu factus, & an & quãdo valeat.

b Sponte.)Secus si quis coactus sit abire sacerdotio,vel prælatura,quia tũc sicut resignatio nõ debet recipi per Papã, ita non debet Rex nominare, imo non obstãte tali resignatione metu facta, poterit is qui resignauit repetere episcopatũ, vel aliud beneficiũ metu resignatũ.c.abbas.& c.ad aures. & c.seq. de his quæ vi metúsve causa fiunt.scripsi in tract.de pacif.possess.limit.4.nu.130. [& in praxi benefi.in 3. parte.] quippe metu gesta rata non habentur. l. 1. & per totum.ff.quod met. causa. & sic verbum sponte excludit omnẽ metũ,adeo quod actus postea factus non valebit,teste Barb.cons.60.sapienter.in 1.volu. vbi dicit actum esse tunc ipso iure nullum, quando sponte debebat fieri,& non fit. Vel, quando voluntas debet interuenire, ideo concludit ordines receptos metu, vel professionem factam coactè, esse nullam.vnde infert Bald.in § iniuria.col.penult. de pace iuramen. firm. notarium committere falsum. si dicat reum coram tormentis spontę confessum, sed voluntariè confessum, potest scribere per l. velle non creditur.ff.de reg.iur. dicens esse nouum. & in magarita,in verbo, notarius. q.23. ideo solent in instrumentis notarij apponere,talis N. non vi, non dolo,non metu coactus, sed sponte, &c. *& de leur bon gré & vouloir.* facit gl.in c. 2. & quæ ibi notant doctores de capellis monacho.in verbo sponte. & non præsumitur metus, nisi præcedant verba, vel verbera,quia metus est res extra naturam innatę libertatis:& ideo non præsumitur cadere,præsertim in animum sapientis, nec præsumitur inferri à sapiente,nisi probetur, quia delictum est. Bal. verbis vtor in c.causam.1.de offi.deleg.

Quid si coactè quis resignauerit, postea facta prouisione recipit prouisum, an conualescat resignatio? Resp.non,per regulam nõ firmatur,de reg. iur.in 6.& regulam quod in initio.ff.illo tit.quia fuit intrusus,qui executionem non habet.c.si quis deinceps.16.q.7.vide gl.in c.1.§.ad tollendum, in verbo procedatur.de elect.in pragm.& in verbo non violentus. de pacifi. possess. ibidem plenè prosequitur Petrus falco.olim collegij Eduẽ.primarius in tract. de appetitu prælaturarũ, & earum multitudine sacris canonibus inimica, quem inueni in bibliotheca eiusdem collegij Parisiensis,vbi nunc habito.

c Vacantibus.)Quomodocunque tum quod hic indefinitè text. loquitur,indefinita autem æquipollet vniuersali.c.vt circa. de elect. in 6.tum etiã quia iste tex.in versi.alioqui excipit hos casus, videlicet quando vacat in curia per obitum, & quando rex non prouidit intra nouem mẽses,ergo illa exceptio firmat regulam in aliis casibus non exceptis, iuxta. l.1.ff.de reg.iur. Dy.in procemio regula sexti, ita vt hic tex.velit dicere, quod quomodocũque vacabit episcopatus, vel alia dignitas ne qua hic, canonici non possint eligere,nec alij prouidere de illa dignitate, nempe verbum vacare adaptatur cuilibet vacationi.l.si quis sic stipuletur.ff.solu.matri. gl.in c.si propter.de rescr.in 6.gl. in verb. vacantia. §. statuimus primò.infrà de collatio Ioã.Franciscus in trac. de offi.& potesta.c. sede vacante, in vltimo prælu. col.2 Bal.nuncupatim in c.ex parte 1.per illum tex. col.1.de offi.deleg.scripsi in §.seq. *An ex qualibet vacatione nominatio regi cõpetat.*

Ex quo infero gl.in §.quibus.in verbo clausis,de elect.in Pragma.perperam hoc tempore sensisse,dũ dicit translationes episcoporum posse per Romanũ pont. tantum fieri, in quo errore etiam perstitit Guilliermus. de Montserrat. in 3. parte super Pragm. sanctio. cum istæ translationes episcoporum fiant pro communi personarum & ecclesiarum vtilitate, vel necessitate.c. scias. & c. mutationes. 7. q. 1. & c. quanto.de transl.episc.& publica vtilitas & necessitas semper dicitur excepta.c. venientes. de iureiu. etiam quia hæc translatio habet vim permutationis:& ideo secundum eum cum hæc tria æquiparẽtur à iure, videlicet cessio, depositio, & translatio, solus Papa in his casibus prouidebit per reseruationem in corpore iuris clausam, gl. in c.inter corporalia de transla.episco.c.nisi cum pridem, de renunc. & seq. & canonici in his casibus non possunt eligere,ergo nec rex nominare hæc gl. & Montserrat, vbi supra, poterant adducere text.in c 1. ibi, ac per hoc translationes episcoporum ac sedium mutationes ad summum potestatis antistitem de iure pertineant. de transl. episc. Ego verò puto regem posse nominare etiam in reseruationibus iure exceptis,tum quod in d.versi.alioqui.infra.eo.excipitur tantum reseruatio vna in corpore iuris clausa, ergo *Reprehenditur gloss. pragm.quo ad translationes faciẽdas cum regis cõsensu.*

aliæ excluduntur, quia papa reseruauit sibi tantum quando vacaret per obitum in curia, ergo quando alio modo vacabit, etiam reseruatione in corpore iuris clausa nominatio pertinebit ad regem, qui vnum excipit, aliud videtur concedere. c. nónne. de præsumpt. & si voluisset Papa ob alias reseruationes in corpore iuris clausas prouidere, sibi retinuisset, sicut vnam sibi retinuit. c. ad audientiam. de deci. & longa in hoc est differentia inter prag. sanctio. & concordata. In pragmatica enim Papa non consenserat, & etiã sunt alia verba, nam concilium retinet prouisionem Papæ in reseruationibus clausis in iure, quod non facit hic Papa, potuisset si voluisset. Item regula sub generalitate omnes casus comprehendit. Vnde si aliquis casus speciatim excipitur, alij sub regula remanebunt, arg. l. cum prætor. ff. de iudic. hoc nuncupatim. tenet Decius in l. 1. nu. 27. ff. de reg. iur. Rom. cons. 337. quo ad primum. col. 2. etiam quia reseruationes sunt in hoc regno sublatæ ex sententia. text. in rub. de reserua, infra, vbi abundè scripsi.

Ex his patet, quòd sine regis consensu Papa non transfert in regno Franciæ episcopos, cum sapiat permutationem, quam diximus non posse sine regis consensu fieri, etiam si fieret ex causa publicæ vtilitatis, vel necessitatis, cum in hoc regno magis intersit regis & regnicolarum, & concordatum etiã in vtilitatem regis & regni promulgatum est, vt supra patet, nec obstat dict. c. 1. quia translationes per Papam fiebant illo iure. sed hoc iure nouissimo concordatorum secus per hunc text. vbi occurrente vacatione, rex potest nominare.

Item si episcopa. vacet per c. auaritiæ. de electio. in 6. videlicet quando electus ante confirmationẽ administrauit, vel alio modo est priuatus (nisi per breue eidem concedatur administratio, vt fieri aliquando solet) etiam tunc regi cõpetet nominatio, quia vacat prælatura: idem, quando vacat per regulam cancellariç, vt quia non leuauit bullas intra sex menses, sed non vidi seruari illam regulam in Francia, quod ob hoc quis priuetur.

Dans aliquid proba bẽda nominatione, est simoniacus. Item si quis procurauerit habere nominationẽ per simoniam, dando alicui petenti pro eo nominationem à rege mille, tunc nominatio de illo est irrita. c. si alicuius. & c. nobis. de simon. Ideo rex qui nõ peccauit, poterit iterum nominare Papę alium idoneũ, & hic simoniacus repelletur: imò est excõmunicatus, & non potest absolui ab alio quàm à Papa, nisi in mortis articulo. §. si verò. de ele. in prag. & in extrau. cum detestabile, de simonia in cõmunibus, vt supra. tit. proxi. plenius dixi. & in praxi. benefic.

Itẽ si matrimoniũ contraxerit episcopus, poterit rex ad illum episcopatum nominare, quia vacat. c. Ioan. de cler. coniug. Ro. cons. 483. dubitatur primo. col. 2. idem dicens. si matrimoniũ esset nullũ, quia fecit quod potuit. dixi in trac. nom. q. vlt. nu. 13. Et regulariter quomodocunque vacet, rex poterit nominare. *Quando episcopus est captus à Turcis solus Papa coadiutorẽ dare potest.* Fallit quãdo episcopus esset captus à schismaticis, vel à turcis, tunc Papa poterit dare coadiutorem sine regis nominatione. c. si episcopus. de supplen. negligen. præla. in 6. quia non verè vacat episcopatus, & vacantibus, rex tantum nominat eadem ratione. Item si episcopus valetudine perpetua, vel morbo detineatur, vel alio modo, Papa sine regis nominatione coadiutorem dabit c. vno. §. si autem. de cleric. ægrota. in 6.

Et canonici [a] ad electionem [b] seu

a Et canonici.) Expone pro, idest capitulorum canonici. per glo. in rub. C. de vindicta & lib. & ibi cumulaui multas gl. in C. meo antiquo. & sic vult dicere tex. quod vacante ecclesia, pastore, capitula & canonici. i. canonici capitulares, & cætus, seu cõgregatio canonicorũ non possunt procedere ad electionẽ futuri prælati, quia regulariter alij extra canonicos non eligunt, ideo de his tantũ dicit. not. in c. cum ecclesia de causa poss. c. nouit. de his quæ fiũt à præla. Nam curia Romana tenet, q; soli canonici faciunt capitulum cum prælato. Compostel. in c. 1. co. 2. de ele. Ioã. Franciscus in trac. de offi. & potesta. c. sede vacante, in 5. prælud. col. 1. vbi multa vide de capitulo, & ideo dicit capitula & canonici, quia tãtum illis vult prohibere electiones, secus ergo si electio spectaret ad alios, quàm ad canonicos, vt infra dico in gl. seq. [& quo ad ecclesias metropolitanas & cathedrales de quibus ipse §. loquitur.]

b Ad electionem.) Quę est alicuius personæ ad prælationem canonicè facta vocatio. vel est quædã ad prælaturas vel beneficia vacantia, ab his ad quos pertinet ritè facta optio. aliam diffinitionem scribit D. Boër. in decis. Burdeg. q. 1. vbi multa de electione Doct. in rub. de elect. & infra dicetur in §. fi. & ideo hic conditores præmiserunt electionem. quia prius, si posit, fieri debet quàm postulatio, & frequentius prouidetur ecclesiis per electionem, quàm per postulationem. D. Boër. in addit. ad Mãdagot, in tract. de elect. in 1. parte. c. 53. & prius etiam prohiberi debet, vt Papa hic fecit, quia est de iure comm. postulatio verò innititur gratiæ sed fortius est ius cõmune, quàm priuilegium. l. eius militis. §. militia. ff. de testa. mili. licet contrarium seruauerit Papa in decretalibus, prius tractans de postulatione prælatorum, quia est præparatoria electionis, ideo ad docẽdum præparatũ prius præparatoria edoceri debent. Bal. in l. ordinarij. C. de rei vẽd. q; secus est hic. Alia de electione dicam in §. fi. infra. eo. & si collatio episcopatus iure speciali spectaret ad aliquem, rex non posset nominare ad illum, tum quia hic tantum prohibetur electio & postulatio, collatio non, cùm sint diuersa. c. cũ in illis. §. 1. & seq. de pręb. in 6. quod ratũ est, ideo prohibuit electiones, & postulationes quę frequenter in ecclesiis cathedralibus fiebant, & vnius appellatione non venit aliud. d. c. cum in illis. §. j. nec electionis appellatione venit postulatio. gl. in cle. 1. in verb. eligatur. de ele. c. indemnitatibus. in verbo, eligatur. de ele. in 6. ideo hic vtrũque expressit: & quia hic non fecit mentionem, nisi de capitulo, & canonicis, ergo de aliis non intellexit. arg. c. nónne. de præsumpt. l. cum prætor. ff. de iud. in §. seq. fusius fortè tradetur, & sic aliis non prohibuit, vt non conferrent sicut capitulis, quod est notandum. facit c. cum venissent. & ibi doct. de in integrũ resti. Imol. Perus. & alij in d. c. cum in illis dicunt intelligi tantum de electione requirente confirmationem, si canonici

Quid sit electio.

Vbi est collatio nõ est nominatio.

canonici eligendo conferrent, non censeretur hic prohibitũ.per §.seq.hoc expresse dicentẽ, & dixi in gl.quãuis aliã,in §.præfatiq; ordinarij. de col.infra.

postulationem [a] inibi futuri prælati procedere nõ possint [b],sed illarũ [c] occurrente [d] huiusmodi vacatione rex Franciæ [e]

Postulatio quid sit.

a Postulationem.) Quæ est gratia quædam à superiore facta,de promouendo aliquem ad prælaturam,ad quam de iure cõmuni propter aliquod impedimentum eligi non poterat.doct.in rub.de postul.præla.& ibi Hosti.in summa tradit vnam diffinitionem,gl.alteram,& aliam habes in cap.Osius. 61.distin.tu eas(si lubet)videto.

Primò dicitur gratia, nam postulatio de gratia admittitur,non de rigore iuris.c.1.c.bonæ.& per totum de postul.præl.postea dicitur à superiore in definitione,qui à superiore qui super tali defectu dispensare potest concedi solet.gl.in c.fin.de postula. prælat.& in c.indemnitatibus.in verbo,eligatur. de elect.in 6.demum dicitur ad prælaturã,per rubr.de postu.præla.in aliis etiã potest habere locum postulatio.Imo.& alij in c.1.de oblig.ad ratio. Decius in rub.de postul.præla.col.1.refert.Postea dicitur propter aliquod impedimentum, non dicit delictum, quia criminosus regulariter non potest postulari, c. 1.& fi.eo.tit.de postula.prælat.

Vltimò dicitur eligi nõ poterat,quia si eligi posset,non debet postulari,c.vno.eo.tit.in 6.glo.in d.c. fi.eo.tit.Ideo si aliquis illegitimus fuerit dispẽsatus, vt possit obtinere episcopatum, non tamen poterit eligi,sed postulari.quia adhuc remanet illegitimus, & sic impedimentũ.Bal.in c.fi.col.1.de trãsla. episc. & duplex est postulatio, vt no.gl.in §.sed quod per electionẽ.in verbo,postulationibus.de elec.in prag.

Electores an possint eligere de cõsensu Papæ vel regis.

b Non possint.) Per hoc verbum possint præcedente negatiua vt hic, tollitur omnis potentia eligendi,& postulandi, nisi canonici habeant priuilegium,vt in §.fin.infra eo.nam negatiua præcedens verbum potest,inducit necessitatẽ.gl.in c.1.de reg. iur.in 6 l.non potest.ff.de furt.l.non possunt.de legib. Bart.& alij in l.gallus in princip.ff.de liber.& posthu.Cors.in sing.incipien.potest.Barb.consil.52. scripsit.col.4.2.vol.Hippo.cons.57.per lecto.nu.9.& reddit actũ de iure impossibilem. c.1.de causa poss.c.1.de fide instru.& si contra fiat,nõ valet actus. Bal.in vlt.nu.22.C.de fideicom.& huic cõstitutioni partes renunciare non possunt.Barb.consil.43.præclare.col.11.in 1.vol.& cons.70.illud col.5.in 3.vol. & huic sententiæ est ordo comitum longissimus, quem trahit D.Tiraq. in tract.de legib.connub.in glo.2.actum esse nullum asserens, vbi aufertur potentia,etiam si electores essent sancti viri,& vellẽt eligere sanctum virum, eligere tamen non poterunt,nam licet rationes omnes supra in titulo proximo cessent in electione sancti viri, tamen non cessabit hæc dispositio,quia illæ rationes sunt impulsiuæ,quibus cessantibus non cessat lex. glos.in l. 2.§.fin.ff.de dona.doct.in c.cum cessante.de appel. l.1.§.sextum.ff.de postuland.Etiam si Papa permitteret,quia sicut vnus sine altero non potest tollere totum concordatum,vt infra dico in præfa.ad rub. de col.ita nec partem cum totius ad partem sit bonum argumentum.l.quæ de tota.ff.de rei vendicat. Nec obstat c.generaliter.7.quæst.1. vbi Papa solus dat facultatem eligendi. Fateor quando eam non sustulerit per contractum,quia tunc cõtractui vnus solus non potest derogare.l.1. C.quando liceat ab emp.disced.

c Sed illarum.) Aut illius, nam si occurrat vacatio cathedralis tantum,rex nominabit,vel si occurrat vacatio Metropolitanæ ecclesiæ, etiam rex nominare poterit,sed vsus est numero plurali, vt comprehenderet quod vtraque vacante rex nominare poterit,& pluralis locutio etiam in vno multotiens procedit.per text.in l.4.§.1. ff.de negot.gest. ca.literis. & ibi glo.de præsumpt.dixi fusius in §. præfatique graduati in glo.nominationis. de col. infra & Ias.in l.qui filiabus.§.1.not.2. ff.de legat.1. & consil.145.Beatissimus.in fin.volu.2. Dec.consil. 50.quia verba.

Non potest rex ad episcopatum vacaturũ nominare.

d Occurrente huiusmodi vacatione.) Et sic Rex ad vacãtem episcopatum nominare potest, & quotiens occurret vacatio,non ad vacaturum, quia vacatio non occurrit,vt hic requiritur, & quia episcopatus esset duorum, quod esse non potest.cap.cum non ignores.de præb.ca.quoniam.de iure patron.& sicut collatio de vacaturo, vel electio non potest fieri,vt dixi supra in glo.alieni fati in proœmio. sic nec nominatio,& si fieret,non valeret:ideo rex iterum occurrente vacatione posset nominare. Nec rex promittere debet aliquem nominare,antequam episcopatus vacet per cap.2.de conceß.præb. quòd si fecerit, nullius est momenti,vt dixi in d.gl.alieni supra in proœmio.& ob importunitatem fecisse videtur,quamobrem reprobatur in l.1. C.de petit. bono.subla.lib.10. est tamen turpe non adimplere promissum, maximè regibus quibus conuenit dicere quod dixi,dixi:& quod scripsi,scripsi.

Delphino vel reginæ matri regis, an cõpetat hæc nominatio.

e Rex Franciæ.) Ergo Delphinus,vel alius extra regẽ,etiam si esset regina, vel mater regis,nominare nõ poterit:quia non est rex Franciæ,cui conceditur nominatio hic,non alij,ideo dicit tex.in l.seruus si hæredi.in fi.princ.ibi,personæ duntaxat eius, qui demonstratus est adhæret.ff.statu.liber. quia priuilegium regiæ dignitati est cõcessum,quamobrẽ ad dignitatem tantum transit.c.quoniam abbas.de offic.deleg.sed hoc potest rex etiam ante coronationem(quæ in æde sancti Remigij reuerend. fieri solet.) nempe imperator ante coronationẽ priuilegia cõcedit.Bar.& alij in proœmio digest.quæ ad coronationem attinent,magis honoris causa vel officij fiunt, quã vel necessario,vel vt ex hac coronatione quicquam iuris regibus accedat,teste Hiero.Balbo. in tract.de corona.impe.fol.68.rationes,&c.per tex. & ibi not.in c.venerabilẽ.de elect. Lucas de penna, in l.vna.col.2.C.de reis postula.lib.10.idem asserit.

Filij regis eo viuo an reges vocari possint.

Nec refragatur quod filius regis viuẽte etiã patre dicatur rex.c.fi.& ibi gl.24.q. .Bolog.in secundis interpret.per illum tex.in l.cum quasi. §. plerunque.ff.de fideic.li.Corse.in tract.de potestate regia. q.25.& filij imperatorũ Augusti, & Cæsares etiam parentibus eorum viuis vocantur.text.cum glos.

in c. Adrianus primo. 63. dist. ibi, ad Basilium Imper. & ad filios eius Leonem & Constantinum Augustos, &c. etiam filij comitum & Baronum, comites & barones viuentibus parentibus nominantur. Lucas de penna in l. vna. col. 2. C. de reis postul. lib. 10. quia quodammodo domini sunt, l. in suis. ff. de libe. & posthu. Respon. verum esse spe, & non re. Archi. in d. c. si, vel fictè & impropriè, & quo ad nomẽ, sed reges dicũtur minimè quo ad veritatem & effectũ. per d. l. in suis. ibi, quodãmodo, & §. sui, insti. de hær. quali. & diff. ibi, dictio quodammodo importat impropriétatem, vt dixi in tract. meo de fictio. vbi tradidi verba fictionem importantia, & huius sententiæ est Ias. post alios in d. l. in suis. & in cons. 192. in præsenti. col. pen. in 2. volu. Item in d. ca. fin. 24. q. 1. non dicitur simpliciter rex, sed rex iuuenis, cum adiuncto, vel, ibi, fortè habebat aliud regnũ quàm patris. Lucas de penna, in rub. C. de auro coronario. col. 1. lib. 10. quod est diuinare, & in hoc regno Franciæ, filius regis primogenitus, vel alius, nõ solet vocari rex viuo patre, sed primogenitus vocatur dominus simpliciter & Delphinus, secundo genitus vocatur dux Aurelianens. tertius dux Engolismen. & sic non vocantur de cõsuetudine reges, ergo ipsi non poterunt nominare ad episcopatus, vt asserit Iacob. Bonaud. in addit. ad Ioannem de terra rubea in tracta. contra rebelles regũ. fol. 23. conclu. 6. quod est notandum. [an possit rex hoc ius cedere alteri dicam si operæpretium fuerit alibi.]

Filij regũ Frãciæ viuo patre quibus nominibus vocari soleãt.

pro tempore [a] existens [b] vnũ [c] grauem [d]

a Pro tempore.) Id est, tunc temporis quãdo vacabit prælatura, & complectitur totum actũ à principio vsque ad finem tex. & ibi not. Bal. in cap. cum terra. col. 2. de elect. & significat temporis aptitudinem. Bal. in c. veniens primo. col. 1. de test. & in cap. cum inter. nu. 7. col. 2. de re iudi.

b Existens.) id est, apparens. l. quotiens. §. si tutor. ff. de noxa. actio. vnde si rex non appareat, vtpote quia est à Turcis captus, quod Deus auertat, tunc dicunt quidam ꝙ gerens vices in regno poterit nominare, per ea quæ notat Archi. in c. reatina. 63. dist. dicens ꝙ si requiratur consensus regis ad electionẽ, si sit extra regnum vicarium requirendum, quod an sit verum decidas, vt per Maleret. in tract. de elect. fol. 75. versic. quæro duodecimo. Iste tamen text. loquitur in rege Franciæ. ergo in alio non procedit, ideo fortè tunc non esset absonum, quod ecclesiæ Franciæ eligerent, quia electiones sunt sublatæ in fauorem regis, vt nominare possit, quo non existente melius est quod ecclesiæ eligant, sicut dixi nominatis non existentibus collationem aliis posse fieri. §. teneantur. de colla. infra. cogitandum est, egeret enim declaratione conditorum.

Vicegerens an rege absente possit nominare.

c Vnum.) Non ergo duos, vel plures, vt omnes admittantur simul, poterit rex ad vnum episcopatum nominare. per text. in c. 1. 26. distin. & ca. licet vniuersis. de testib. l. si ita relictum, in princ. ff. de legat. 2. quia episcopatus vnius, & non duorum esse debet. c. cum non ignores. de præb. [c. ecclesias. 13. q. 1.] scripsi in §. j in gl. vni magistro. de colla infra. Nota tamen ꝙ vnum pluribus modis dici potest: Primò ratione viuificationis, vt Christus & ecclesia sunt vnum corpus, vna anima, & vnus spiritus, id est, vno spiritu coadiuuãtur. Secundò vir & mulier vnum dicuntur, videlicet vna caro, & vnum corpus quo ad sobolem procreãdam, quia materia duorum vnum gignit, licet quando se verberibus afficiũt sint duo. Tertiò etiam dicitur vnũ quo ad cõsensum, vnde in definitione matrimonij habetur, viri, & mulieris cõiunctio, &c. Quartò quo ad veritatem, vt electio & consecratio faciunt vnum episcopum, scilicet iustum per electionem, verum per consecrationem. Archi. & Præpo. in c. sicut. 40. dist. omitto quòd dialectici vnum in cõmuni seu in generali, alterum per numerum dicũt, vt memini me aliquando legisse in lib. prædica. Potest igitur rex tempore vacationis vnũ tantũ nominare, qui si per Papam recusetur, alterum, vt infra est videre, & si nominauerit duos simul, primò nominatus præfertur per c. eam te. de rescrip. & c. si eo tempore. eo. tit. in 6. l. quotiens. ff. de vsufruct. etiam si secundo nominato fuerit primo prouisum. Ratio est, quia rex non poterat nominare secundum, nisi à die recusationis primi, vt in hoc text. patet. ergo si nominauerit, illa nominatio non valet, nisi prior recusetur, qui si non recusetur, etiam post prouisionem factam secundo, valebit prouisio facta primo: & sic est differentia inter hanc nominationem & præsentationẽ, quæ potest fieri cumulatiuè, secus in hac nominatione per illũ text. & Pan. in c. quod autem. & c. cũ autẽ, per illũ tex. de iure patro. glo. in cle. plures. illo tit. in nominatione quod non sit locus variationi. concludunt Domi. de Rota. decis. 22. nota ꝙ vbi ordinarius. in antiq. & decis. 35. ibidem per l. apud. ff. de optio. leg. nisi hoc fuerit expressè concessum, vt hic dicitur, si non appareat de ordine, vel de prioritate, Papa gratificare poterit. arg. c. duobus. de rescr. in 6.

Vnũ quot modis dicitur.

Prouisio facta secũdo nominato quando valeat.

Et sicut ad vnum episcopatum, vnum debet rex, non plures nominare, ita vnum nõ debet ad plures episcopatus, abbatias, vel prioratus, nominare, quia ille solus ad duas ecclesias, nec officium valet persoluere, nec rebus earum necessariam curã impendere. c. vnio. 10. q. 3. pulchrè scribit D. Greg. in c. singula. 89. dist. vt nullus presbyter duas habeat ecclesias. c. per laicos. 16. q. 7. c. quia in tantũ. & c. de multa. cũ multis aliis quæ possem adducere. de præben. quia nemo potest duobus dominis seruire. c. 1. 21. q. 1. & vix vni ecclesiæ dignè quis valet deseruire. c. 1. de consuet. in 6. ideo hi plurales tam in prælaturis, quã in aliis beneficiis à Deo maledicũtur. Esa. 5. ca. Væh qui cõiungitis domũ ad domũ, & agrum agro copulatis vsque ad terminũ loci, nũquid habitabitis vos soli in medio terrę? Et is qui habet duos episcopatus, vel episcopatũ cum abbatia, dicitur bigamus, quia carnem suam diuisit in plures. gl. in §. 1. in verb. pluralitatis. de colla. in Pragma. vbi refert Paul. 2. pontificẽ summũ cuidam supplicãti pro filio regis, vt ad duos episcopatus secum dispẽsaretur, dixisse, absit (inquit) vt in ecclesia Dei ponam bigamiam, quo ergo ibit anima huius pluralis in beneficiis? ex prædictis satis apparet, ne plura.

Vnus ad plures episcopatus nominari non debet.

d Grauem.) Non intelligas obesum & pinguem vel superbum, sed grauem, id est, maturum ex grauitate,

Graues qui dicantur.

uitate,& temperantia morum.4.q.3.c.si testes.vers. in testibus. & l.2.ff.de testibus vel dicitur persona grauis,id est,non leuis ingenij, sed bonæ famæ & opinionis.glo.in ca.licet ex quadam.de testibus.ca. cum in tua.de sponsa.vnde solemus dicere hos leuis ingenij homines de tribu Leui emanasse. Graues etiam dicũtur seniores à quinquagesimo anno. Archidi.cap.estore.1.q.1.seniores enim figere pedẽ grauius,& meliores existimãtur.c.si officia.50. dist. & maior in eis sapientia præsumitur. ca.porro.84. distin.& maior morum grauitas.c.1.12.q.1. [l.fi.ibi tuæ grauitati.C.vectigalia noua.] Isti ergo archiepiscopi & episcopi debent esse graues, id est, maturi,honesti,humiles, & virtutibus ac peritia præditi. de ista grauitate loquitur Apostolus ad Titum 2.c. Teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina,in integritate,& grauitate.ca.cum in cunctis.de electio.momentaneus nãque episcopus nescit humilitatem seruare,& modos personarum,& sese contemnere,non ieiunauit,non fleuit,non se correxit,nõ pauperibus erogauit.in summa.48.dist. vnde dicit text.in c.fin.41.dist.in incessu autem debet esse sacerdos ornatus,vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendat, incompositio enim corporis(vt ait Augustinus) inæqualitatẽ indicat mentis,isti nempe archiepiscopi & episcopi graues, id est,maturi,volunt inferius descendere per humilitatem,subsistere per perfectionem, nec facilè moueri possunt per tentationẽ, & hi grauitate ista præditi nominari debent,teste Petro Bercho.in suo dictio.morali,in verbo grauis,faxint dij vt tales semper nominentur,& ecclesiæ bene habebunt, & regentur. [Quia pueri hodie multis solent ecclesiis præfici in periculum animarum præficientis,& præfecti,quæ malum,&c.]

Episcopi quales esse debeant.

magistrũ [a] seu licẽtiatum [b] in theologia, aut in vtroque, seu in altero iurium doctorem [c] aut licentiatũ [d] in vniuersitate

a Magistrum.) Hi magistri dicuntur,quibus præcipua rerum cura incumbit,& qui magis quàm cæteri diligentiam,& solicitudinẽ rebus, quibus præsunt,debent.l. quibus. vbi plenè scripsi. ff.de verb. signi.quippe cuiuslibet disciplinæ præceptores magistri vocari possunt,vt dixi in §.1.in glos.magistro. infra de de collat.ideo hic tex.declarat magistrũ in theologia,& sic propriè in theologia dicitur magister,vt dixi in gl.magistro.quia maiorem curam & solicitudinem de regimine ecclesiæ, quàm alij habere debent, episcopum nempe doctorem esse debere testatur D.Paulus 1 ad Tim.3.c.vnde dicebat etiam Constantinus episcopus Cypri, non oportet nos qui episcopi sumus,indigere doctrina,sed aliorum doctores esse. ca.conuenientibus.1.q.7. doctor & doctus debent esse tam episcopus quàm archiepiscopus. ca.cum in cunctis.de elect. Et in quibus sit examinandus est tex.in c.qui episcopus.23.dist.

Quis dicatur magister,& quã obrem.

Episcopus doctor esse debet.

b Seu licentiatum.) Ad regẽ ergo pertinet optio, an velit nominare in theologia doctorem, vel licentiatum,quia dictio seu alternatiuè capitur. ca.si quis presbyterorum.& ibi Barb.de reb.ecclesi.non alien.dixi in glo.seu in forma mand.apost.infra. & in alternatiuis est electio debitoris. l.3. ff.de eo quod certo loco.& l.plerunque.de iur.dot.Etiam eligere poterit rex, an velit doctorem theologum, aut iurium, seu in altero, vel licentiatum in theologia, aut in altero iure nominare, & præsentatus huius qualitatis nõ debebit recusari per Papam, dummodo aliàs sit idoneus,& qualitatis hic requisitæ.

Optio regis, est vt doctorẽ vel licẽtiatum nominet.

Quæro an rex teneatur præferre theologum doctori iuris canonici? Respon.quòd si pullulent hæreses in dicto episcopatu, vel sit hæreticis vicinus, tunc debet theologum nominare,aliàs si in illo loco magis ventiletur causarum cognitio, præferet canonistam.ca.1.& ibi Hosti.& alij, de cõsang.vbi his verbis dicit Petr.Ancha. quòd theologus per suam theologiam nesciret populo & clero prouidere,nec temporalia gubernare, nec ecclesias & personas regere, & vidi plures theologos præsertim mendicantes promotos ad episcopatus, & maiores dignitates,per quos nec bona ecclesiarum, nec clerus,nec populus bene regulati sunt, nec ius reddere sciunt,& credẽtes scire præ cæteris intricant, & canonistas secundum ius procedentes odio habent,de casibus dubiis interrogati contra iura sæpe respondent.Aliud inconueniens nascitur,quod eorum ordines propter istas promotiones in bonis fratribus deficiũt,ex digno igitur religioso & venerabili episcopus qualis efficitur,hæc ille. si ergo rex mistum inueniret,illum nominare magis esset iuri conforme.per not.in c.clerici.de iudic.sed non passim inueniuntur,sicut mendacia & lunatici.

Iuris canonici doctor quãdo theologo præferendus sit.

c Doctorem.) Et sic probatur hic,quòd doctores in theologia dicuntur magistri, in iure vero canonico & ciuili, doctores. Si tamen Papa promiscuè scribat doctoribus alicuius vniuersitatis, solet omnes vocare doctores, vt in procem.decreta. patet. ibi,Gregorius seruus seruorum Dei, dilectis filiis doctoribus & scholaribus vniuersis Bononiæ commorantibus.sic dicitur in procemio sexti, & clem. Aliquando tamen magistri solent vocari doctores cuiuslibet facultatis.cap.1. de loca. & hoc maximè procedit apud Parisios,qui omnes vocãt magistros nostros,licet in glos.magistro.infra in §.1.de col.dixerim conuenire tantũ doctoribus theologiæ, ideo excludit iste text.medicos, quia scientia eorum nõ tendit ad ecclesiæ gubernationem,vt dixi in §.præterea.de col.infra & in tracta.nomina. q.21.nu.42. male se haberet ecclesia,si in manibus medicorum esset,sicut dicimus de iurisdictione cõmissa medico,de qua exemplum in Montepessulano olim videri poterat,& hic text.vult doctorem nominandũ esse,non doctorculum magis sumptuosum quàm quæstuosum,nec doctorem de placebo, sed doctorem Deo placere, non hominibus, instar D.Pauli affectantem.

Doctores vocantur magistri, & qui.

d In vniuersitate.) Regni, & Delphinatus, quia hæc cõcordata sunt in fauorẽ regni & regnicolarũ, vt supra satis supérque dictum est,introducta, non esset fauor regni,quod quisque sumeret gradum extra regnũ,& postea in regno virtute illius gradus episcopatus haberet, sicut dixi in §.præterea. infra de colla.nec est hic credendum Ioanni Dayma, quia gradum sumpserat vltra montes sub Decio: & vocat

Promotus extra regnum non potest per regem nominari.

vocat illum patrem,& suum gradum tueri volebat. Item præcedentia declarant sequentia,& ecôtrario. l.si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.1.sed supra est locutus de regno & Delphinatu, ergo de vniuersitatibus regni & Delphinatus ac comitatus intellexit, & de promotis in illis, sic indefinita ista restringetur per præcedentia, & per regni ordinationes, vt plenè dico in tract.nominatio.q.10.quia certæ qualitates positæ in §.præterea.infra de collat.sunt seruandæ in istis graduandis in vniuersitatibus Franciæ,quas nõ obseruant aliæ vniuersitates,ergo promotus omisis his solennitatibus non erit aptus ad regni priuilegia,& regis nominationẽ.& in pragm. dicebatur in vniuersitate priuilegiata, videlicet ad hoc,sed vniuersitas extra regnum, ad hoc non est priuilegiata.Igitur non potest quo ad hæc priuilegia promouere, sed concordata successerunt in locum pragma.vt supra non semel visum extitit. ergo,&c. Item promotus sub bulla, nõ est huius regiæ capax nominationis,cum non fiat ab vniuersitate, vt dixi in gloss.doctorem.§.statuimus.1.de col.

Sed vtinam alia non obstarent nominato, quia facilè recipiendus esset, si qualitates alias requisitas haberet.

famosa a & cum b rigore examinis, & in 27.suæ ætatis anno ad minus constitutũ c,

Famosa vniuersitas quæ dicatur

a Famosa.) Dicitur quælibet vniuersitas regni famosa,in qua est literarum exercitiũ,vt dico in §. præterea.infra de collatio.10.Dayma, hic famosas vniuersitates regni nominat, & vniuersitates extra regnum non, quasi non sint famosæ, quoad huius text.priuilegia,licet quoad exercitium dicantur famosæ,& egregiæ,vbi sunt soliti semper doctisimi viri iura interpretari,& cum magnis stipendiis.

Clausula quæ solent poni in literis licentiæ.

b Cum rigore examinis.) Examinatũ intellige, & oportet ꝙ hæc qualitas sit inserta in literis licentiæ,vt talem,&c.licentiatum cum rigore examinis nomino,alioquin non censetur eius qualitatis.Nam hæc qualitas,cum sit extrinseca, nõ præsumitur nisi probetur.c.si fortè.& ibi glos.de elect.in 6.l.quæcũque.§.1.ff.de publ.in rem actio. valeret etiã nominatio dummodo res ita se haberet, licet in literis non esset expressa illa qualitas examinis.

Quid si vniuersitas non est solita cõcedere gradum licentię,cum hac clausula de rigore examinis, sed tantum cum clausula de gratia,pro ignaris, vel de bona iustitia pro mediocriter doctis,vel de bona & mera iustitia pro diuitibus & ciuibus, vel de bona & mera iustitia, & benemerito pro doctisimis, vel fauorem habentibus,nunquam tamen vel raro cõcesit cũ rigore examinis,sicut vniuersitas Tholosana,Montispessulani, & Caturcen. quæro an talis licentiatus sic promotus sit capax huius regiæ nominationis?videtur ꝙ non,quia vbi non conueniunt verba,nec dispositio.l.4. §.toties. ff.de damn. infect. sed non conueniunt verba huius text.ergo, nec dispositio,quãdoquidem hæc verba non debẽt esse superfluè posita,cum in constitutione non debeat poni aliquod verbum sine virtute operandi, teste Bal.in rub.C.de contrahend.emp.q.9. Item qui debet admitti,vt talis, debet se talẽ probare. l.non ignorat.C.qui accus.non pos. quod nõ potest facere ille qui talem non habet qualitatẽ,alioqui sequeretur quòd tam ignari quàm docti admitterentur.

Clausula de rigore examinis.

In contrarium inclino,quia conditores se retulerunt ad loca & vniuersitates,vbi hæc facta sunt cõcordata,seu dictata:sed dictata fuerunt in Francia, vbi omnes licentiati sine discrimine fiunt cum rigore examinis,ergo nolunt alios excludere:nam si conditores cogitassent, quod in aliis vniuersitatibus regni,vt Tholosæ,& alibi,non promouerentur cum rigore examinis,idem in illis sic promotis statuissent. Ergo & nos dicere debemus.l.Titius.§.1. ff.de liber.& posth.glo.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.alioqui has leges in fauorem certarum personarum alicuius loci tulissent, contra ea quæ dicuntur supra de approba.conuento.ibi, regnorum personæ & in procem.circa finẽ.ibi, regno ac potentatui supradicto vbique præbitura. & in c.cũ omnes. de const.& in dubio beneficium principis debet esse vniuersale,non locale.text. in §.1.vbi Ange.not. instit.de vsucap.Item non est verisimile quòd rex & regnum acceptassent hæc concordata in priuilegiũ vniuersitatum aliquarum Franciæ, & in aliarũ præiudicium, & quod locale esset concordatum, contra ea quæ dicta sunt in proximo titulo. ibi, pro communi & publica regni sui vtilitate acceptauit. & ibidem habetur tit.2.supra.& ibi, vbique præbitura, &c. sed credo per hoc verbum cum rigore examinis,conditores velle intelligere, quòd sit per doctores examinatus,& quòd sine examine ad gradum non sit receptus. & ita bene examinabitur Tholosæ, & in aliis vniuersitatibus regni, quam in his consuetudinariæ Franciæ vniuersitatibus,ergo sic examinati nominari poterunt per regem, etiam si essent facti sub titulo de iustitia, dum modo in literis licentiæ non sit illa clausula de gratia, quia doctores non possunt in hoc casu facere gratiam examinis, etiam si ille esset notoriè doctus, quamuis aliàs contra,per text.& ibi docto.in clem. vna.de iureiur.cum hic detur rigor examinis,cautè igitur iste textus non expresit promotum, quia licet quis non fuerit promotus cum rigore examinis, sed de bona iustitia, vel cum alia clausula necessaria,dum tamẽ fuerit cũ rigore examinis receptus & examinatus,sufficit.& ideo nõ placet,id quod Ioan. Dayma supplet promotũ,quia per hoc excluderet omnes promotos Tholosæ, vel in aliis vniuersitatibus,quæ non vtuntur hac clausula, cũ rigore examinis in promotione.Ideo ego intelligo regẽ debere nominare vnũ grauẽ doctorem, aut licentiatũ in vniuersitate famosa, & cũ rigore examinis examinatum quãuis non sic promotũ,quod est notandũ.

Annus an debeat esse completus.

c Constitutũ.) Et sic videtur requiri annus vigesimusseptimus cõpletus,per hoc verbũ constitutus, probatur in c.2.& c.indecorum.de ætat.& qualit.& per hoc verbum ad minus.Item constitutus in minoribus requiritur ꝙ habeat ordines minores totos.c.præterea.& c.tua.de ætat.& quali.sic & totum tempus. Ad hæc derogat iste text.c.cum in cunctis. in prin.de elect.c.presbyter.78.dist.vbi requirebantur 30.anni completi,ergo & hic, & non est verisimile quod in duobus voluerint corrigere iura,& in

ætate,

ætate,& quod annus non sit completus. Contrariũ tenet Io.Dayma, hic dicens hunc annũ haberi pro completo,per hoc verbũ cõsti.utum,quia is qui annũ incepit 27.est iam in ea ætate cõstitutus, elapso 27.anno,non est amplius cõstitutus in 27.sed in vigesimooctauo,probatur in ca.cõstitutus.de appell. nec obstant tex.supra allegati,illi nempe verbo infra vtuntur,non verbo constitutum,vt hic. Nec refragatur verbũ ad minus,quia verificatur in eo, qui est in ætate vigintiseptem annorum licet nõ compleuerit, nam ad minus debet esse in 27.suæ ætatis anno,nec obest dictum c.cum in cũctis, vbi episcopus debet cõpleuisse 30.annum instar Christi,qui in ea ætate baptizatus fuit,& cœpit prædicare. c.presbyter.78.dist.ibi enim hoc est expressum, hic contrarium per hoc verbũ constitutũ,vide extrauagan. vnam.de postul.prælat.in communibus. per quam hic text.videtur declarari.ibi,illum,qui 27.non attigerit annum ad cathedralẽ pustulari edicto perpetuo prohibemus, & sic sufficit attingere: & ideo non reqiritur annus completus.

& aliàs [a] idoneum

Qualitates requisitæ ad hoc. vt quis possit per regem nominari.

a Aliàs idoneũ.) Id est de iure cõmuni, vltra sequentia hic requisita.

Primò,hic requiritur, quòd archiepiscopatus in hoc tex.ibi,occurrente huiusmodi vacatione, &c. & ibi dixi.

Secundò,requiritur ꝙ vacet in regno, vel Delphinatu,vel comitatu Dien.vel Valen.si ergo vacaret in prouincia,vel in Britannia, non procederet hic text.ibi in regno dicto, &c.cùm ibi concordatum non sit receptum.

Tertiò,ꝙ ille archiepiscopatus spectaret (si electio fieret ad electionẽ,vel postulationẽ capituli, & canonicorum, aliàs si collatio vel electio ad alios spectaret iure speciali, nõ haberet locũ nominatio, quod probat hic tex.ibi,illarũ capitula,& canonici ad electionem seu postulationem,&c.& ibi dixi.

Quartò,requiritur quòd rex Franciæ nominet, non Delphinus,vel alius,ibi,rex Franciæ, & supra in eodem verbo scripsi.

Quintò,ꝙ nominet Papæ, seu sedi apostolicæ, hoc elicitur ex tex.ibi, nobis & successorib.nostris Rom.põtificibus,seu sedi prædictæ nominare, &c.

Sextò.ꝙ fiat Romano pontifici canonice intrãti,alioqui si per violentiam,aut aliàs indignè intraret,nominatio idem fieri nõ debet, ex text. legitur. ibi,canonicè intrantium,vbi plenius scripsi.

Septimò,requiritur ꝙ nominatus per regem sit magister in Theologia,vel in ea licẽtiatus, aut doctor iurium,seu in altero, vel licentiatus, nec sufficeret quòd esset bacchalaureus etiam formatus,vel vtriusque iuris, vel doctor in medicina, cum tantũ hic admittat doctores,& licentiatos.ibi,magistrum seu licentiatum in theologia,&c. quod non procedit in consanguineis regis, & aliis ibidem descriptis in versicul.consanguineis, infra eod.vbi plenius elucidatur.

Octauò,quòd sit grauis persona, honestæ vitæ, & nõ leuis capitis,vel iudicij.in text.ibi grauẽ, &c. & ibi declaraui.

Nonò,quòd rex nominet vnum, non duos, ibi, vnum,&c.alioqui dic,vt in gl.vni.in §.1.de col.infra.& supra dixi in verbo vnum.

Decimò,quòd sit graduatus in vniuersitate,ergo graduatus sub bulla non posset nominari, vt probatur in tex.ibi,vniuersitate,vbi dixi.

Vndecimò,quòd illa vniuersitas, in qua sumpsit gradum,sit famosa,vt in tex.ibi,famosa,&c.

Duodecimò,quòd in vniuersitate regni,vt supra dixi in verbo vniuersitate.

Decimotertiò,quòd sit examinatus.ibi, cum rigore examinis,si ergo aliquis esset sine examine factus,caligatus doctor non gauderet hoc priuilegio nominandi.ibi,probat text. cum rigore examinis, vbi dixi.facit text.in c.qui episcopus, vigesimatertia distin.vbi sic inquit text.qui episcopus ordinandus est,antea examinetur,licet de alio examine loquatur,de quo infra,versic.17.Quia magistri & custodes canonum dicuntur,ideo eos scire debent.ca. cum quibus in fin.24.q.3.

Decimoquartò,quod talis nominatus saltem sit cõstitutus in 27.suæ ætatis anno.ibi,in 27.suæ ætatis anno ad minus constitutum,&c.

Decimoquintò,quòd fuerit nominatus intra sex vel nouem menses,vt infra patet in hoc text.

Decimosextò, quòd nominatio regis procedat prouisionem Papæ,in infra vers.alioqui.ibi, præcedente nominatione.& in §.seq.in verbo expectata, quamuis Dayma.duo requisita tantum ex text.eliciat,ætatem videlicet,& gradum, sed ponderando celebrius text.vides alia multo plura.[Et hodie per regis edictum & declarationem non valet nominatio regia,ob fraudes vitandas, si intra sex menses non fuerit Papæ præsentata,& expedita:& ideo secunda postea valebit, vt audiui esse in magno consilio publicatum non tamen vidi.]

Requisita in episcopo de iure.

Decimoseptimò, requiritur ꝙ aliàs sit idoneus, scilicet de iure communi, & quando dicatur idoneus de iure communi,declarat tex.in c.qui episcopus.23 dist.cuius verba sunt,qui episcopus ordinandus est,antea examinetur si natura sit prudens, docilis,si moribus temperatus,si vita castus,si sobrius, si peruigil,si semper suis negotiis cauens, si humilis,si affabilis,si misericors,si literatus, si in lege domini instructus,si in literarum sensibus cautus, vel acutus,si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c. Hodie dicebat quidam hos versus præsulibus quibusdam conuenire, Præsul amat marcham plusquam distinguere Marcum, Plus amat & lucrum,quàm facit ipse Lucam.

Item non debent nominari,qui in hæresim lapsi sunt vel defectum membrorum habent, vel fornicarias, seu concubinas habuerunt, seu qui ambitu honorem quærunt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur, qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur. hæc & alia describuntur in cap.fin.51. distinct. Nullus etiam per ambitum ad episcopatus honorem permittatur accedere. cap. nullus itaque,1.quæstio.1. sed debet quodammodo inuitus promoueri, meritis tamen suffragantibus. cap.in scripturis. 8.quæstio.1 [Itaque castus, & humilis, nostris temporibus eligatur episcopus, vt

Castus & sine ambitu fiat episcopus.

locorum

locorum quocũque peruenerit omnia vitæ propriæ integritate purificet, non pretio, sed precibus ordinetur antistes, tantum ab ambitu debet esse depositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi, profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus, text. pulcher.] in l. si quẽquàm. C. de episc. & cle. Bertach. in tract. de episc. in 1. parte. 2. lib. non enim nomen facit episcopum, sed vita. c. plerunq; 2. q. 7. & sicut dignitate præcellunt, sic & religione debẽt aliis præeminere. Vtor verbis text. in c. ex multa, in fin. de voto. vnde his verbis dicit Barb. in c. literas. col. 5. de iura. cal. vtinam regnaret illa antiqua bonitas, quæ nihil ambiebat, imò donata recusabat, nec valuit episcopus Bononiens. tunc temporis inuenire aliquem, qui vellet acceptare canonicatum illius ecclesiæ cathedralis extra vnum sartorem clarum & honestum virum, hodie inuenirentur ferè tot acceptantes, quot in orbe figuræ, vide per Alua. in tract. de planct. ecclesiæ. lib. 1. c. 69. & per Petr. Falc. in suo tract. de appet. præla. vbi plenè prosequitur. Itẽ natus ex illegitimo matrimo. etiã non est idoneus. c. cum in cunctis. in princ. de elect. vel patiens aliquem defectum ex his quos scripsi in tract. de pacific. posses. in 4. limit. vide etiam in epist. 1. ad Tim. 3. c. & ad Tit. 1. c. & in Prag. sanct. tit. de elect. §. deinde verò si fuerit nominatus aliquis nõ idoneus poterit per Papã recusari, vt in hoc tex. habetur. [Sed timeo ne interdum lupis potius quã pastoribus committantur, sed quid grauius quid intolerabilius, & periculosius, quàm vt detur lupus loco pastoris, dissipator loco tutoris, homicida pro medico, tyrãnus pro defensore, inimicus pro aduocato? hoc expressè scribit Panor. in c. dilecti. 2. col. 2. de excep. per c. ne pro defectu. de elect.]

Prælati regni Frãciæ præstãt regi fidelitatem.

Vltimò, nota quòd antequàm prælatus in hoc regno habeat exercitium suæ prælaturæ, solet præstare iuramentum fidelitatis regi Franciæ. cle. vna. & ibi Bonifa. not. 11. §. porro. de iureiur. & in ca. nimis. ibidem. vbi dicit Bald. q per hoc iuramentum clericus non efficitur subiectus laico, vel eius debitor, nempe qui iurant ratione ordinariæ iurisdictionis, vt prælati, non dicuntur vassalli, sed domini iurisdictione dominica & in capita, quia non faciunt pro ea aliquod seruitium notabilis quantitatis, sed solius recognitionis. c. indignum. de reg. iur. Bald. in rub. de iud. nu. 15. in prima lectura decreta. vide c. Adrianus 63. & per extrauagan. iniunctæ. de elect. in comunibus, quæ omnia notes, quia non passim tacta inuenies.

intra sex menses [a]

Tẽpus requisitum in omnibus electionibus & collationibus, & quibussuis prouisionibus.

a Intra sex mẽses.) Hic additur ad c. ne pro defectu, de elec. vbi electio in his maioribus dignitatibus intra tres menses fieri debebat. c. postquam. 50. distin. c. obeuntibus. 63. dist. sed hic dantur sex menses regi ad nominãdum ratione loci distantis longe à Francia, intra quos si nõ nominauerit, vel inhabilem, adhuc intra tres menses nominare poterit, vt sequitur in tex. Item patronus clericus intra sex menses præsentare tenetur, laicus verò patronus intra quatuor, vtrumque probatur in c. vno. de iure patro. in 6. qui computantur à die notitiæ veræ vel præsumptæ. Rota decis. 263. si propter. in nouis. gl. in verbo, computandum. §. visum. de collat. in Prag. Io. de Selua in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 59. vel à die quo de nouo constructa est ecclesia, vel consecrata. Fed e. cons. 129. casus talis est testor. facit cle. si. de rescri. vbi doct. Et mãdatarius ratione clausulæ motus proprij habet decẽ dies ad eligendum beneficium pinguius, iuxta c. si pluribus. de præb. in 6. optio intra viginti dies fieri debet. c. si. de consuetu. in 6.

De collatione, & intra quod tempus fieri debeat.

Alia verò beneficia regulariter conferri debent intra sex menses, alioqui collatio ad proximum superiorum deuoluitur, c. 2. de concess. præb. & ibi dixi. Et tam primus collator hos sex habet menses, quàm quilibet alius alios sex menses per ca. fin. de supplen. negli. prælat.

Idem in electione, vt intra sex mẽses, nisi in maioribus dignitatibus fieri debeat, tradit Panor. in c. cum nostris, per illum textũ. in 2. not. & c. dilectus, & c. postulastis. in 3. nota. de conces. præb. Item conferri per id tempus debent tam per episcopum quã per alium collatorem. Panor. in d. c. cum nostris, etiã si collator fuerit exemptus. cle. vna. de suppl. negli. prælat. etiã si iure deuoluto conferat. d. c. 2. & c. licet ibidem, siue collator sit in diœcesi, siue extra. c. nouit. de offic. lega. etiam si fuerit in curia. Ioan. And. in c. si apostolicæ, de præb. in 6.

Legatus verò tandiu poterit conferre, quandiu alij prælati suæ legationis iure proprio vel deuoluto possunt, sed si collatio sit deuoluta ad prælatum extra legati collationem existẽtem, tunc non poterit legatus cõferre, donec sit deuolutio facta ad Papam. Imol. & alij. in d. c. 2. & d. c. licet. Ioan. de Selua in tract. de benefi. q. 54. in 3. parte & Brunellus in tract. de dignit. lega. q. 19.

Papæ non est præstitutum ad cõferendũ tẽpus, nec eius executori.

Papæ verò cum non habeat superiorem qui possit supplere eius negligentiam, nõ est aliquod tempus præfixum. c. cum nostris. de cõcess. præb. c. aliorum. 9. q. 3. nisi in beneficiis vacantibus in curia, quę si non conferat intra mensem, poterit is ad quem spectat collatio, conferre Papa non excluso. c. statutum. de præb. lib. 6. item Papæ executori non est à iure præstitutum tempus ad conferendum, si non fuerit eius potestas limitata. cle. 1. de concess. præb. glo. & doct. in cle. si de beneficio. de præb. glo. in §. visum. in verbo respectiue. de colla. quod tempus non currit, quando collator ordinarius esset impeditus. c. quia diuersitatem. de concessio. præb. idem si non inueniret idoneum. glo. in ca. bene nouit. 61. distin. & in §. in ecclesiis. in verbo poterunt. de col. in prag. quod in regno non posset allegari, cùm in eo bene multi periti reperiantur, vel quando lis super collatione duraret per annũ, & postea per sententiam fuerit dictum collationẽ ad talem N. &c. pertinere, is adhuc poterit intra sex menses conferre cum tempore litis non fuerit negligens, non curret eidẽ tempus. quod secus est in præsentatione. d. c. quia diuersitatẽ. sic expressè consuluit Feder. cõs. 232. casus talis, &c. cui sententiæ subscribit per illa iura Panor. & alij in c. quoniam. & c. cum propter. de iure patro.

De institutione.

In institutione quippe non est certum tempus à iure

iure præfixum, sed si is ad quem pertinet institutio fuerit negligens, poterit superior eidem præstituere terminum ad instituendum. glo. in reg. cancel. 40. Panor. in d.c.2. Roch. de curte. in tract. de iure patr. in verbo, honorificum. q.25. & Paul. de citadinis in eo. tract. parte 6. q.53.

De confirmatione. Idem in confirmatione, vt is qui debet confirmare non habeat à iure certum præstitutũ tempus, secus in eo, qui eam petere debet, hoc enim intra tres menses facere tenetur. gl. & doct. in c. cũ in cũctis. §.1. de elect. c. quàm sit. illo tit. in 6. idem tempus datur ad petendum consecrationem, quod computatur post cõfirmationem obtentam. c. quoniam. 75. distin. c. quoniam. 100. dist. idem ad petendum pallium. c.1. c.100. dist. idẽ in permutatione, vt superiori non sit præfixum tempus ad eam approbandam. gl. in d. §. visum in verbo respectiue, in prag. & Nicol. Milius. in verbo beneficium. q.66.

Item quando non est certus præbendarũ numerus, potest conferri præbenda post sex menses. c. ex parte. de cõcess. præb. gl. in verbo, tempus, in d. §. visum. idem in collatione hospitalium. *De collatione hospitalium.* Vt certũ tempus ad prouidendũ illis non sit præfixũ. tradit Feder. de senis, in tracta. de permuta. benef. q.29. & 64. Feli. in c. de quarta. col. 4. de præscript. Io. de Selua in d.3. parte q.64. intellige vt traditur per tex. & no. in clem. quia contingit. de religio. domi. quãdo hospitale non datur in beneficium, vt dixi in tract. nomina. q.15. vers. 6. nu.12. & seq. alioqui sicut beneficium conferri debet, & intra sex menses, per d.c.2.

Nominatus intra sex menses requirere debet. Vltimò, nominatus & graduatus intra sex menses beneficium requirere debet, alioqui excluditur ab illo beneficio, non à suis nominationibus. glo. in §. item quod vniuersitas. in verb. scilicet. de colla. in prag. dixi in tract. nominatio. q.17. in princip. & sic summatim habes iura quod tempus beneficia conferri, vel de illis prouideri debeat, quæ nota, quia alibi non sic inuenies breui descripta.

Episcopus quãdo administratorem benefi cio præficere posset. Postremò figendum est menti, quod eo casu quo episcopus non valet conferre, vel prouidere de beneficio, vtpote quia est reseruatum, vel deuolutum ad Papam, si non sit aliquis, qui interim valeat illis beneficiis prouidere, poterit episcopus deputare administratorem idoneum, donec per Papam fuerit prouisum. arg. c. regenda. 10. q.1. hæc est pulchra decisio. Panor. in c. cum nobis olim. vlt. nota. de elect. quam sequitur Probus in addi. ad Io. mona. in c.2. in fi. de præb. in 6. & est notanda, quia episcopis vtilis.

à die vacationis [a] ecclesiarũ earũdem cõputandos nobis [b] & successoribus nostris

Tẽpus currit à die vacationis quãdo hoc dicitur in cõstitutione. a A die vacationis computandos.) Etiam si non haberetur notitia vacationis, quia quãdo lex exprimit, vel alia cõstitutio, vt tempus computetur à die vacationis, vt hic, tunc stabitur dispositioni cõstitutionis, etiam extra notitiam. text. est formalis in ca. statutum. de præb. in 6 cuius Io. Day. memorem nõ fuisse miror. & ibi gl. singula. dicit currere tũc tempus ignoranti, quando fuit statutum in fauorem, vt hic videlicet in fauorem ecclesiarum regni, ne diu vacent, & ne gregi dominico diu desit cura pastoris. c. oblatæ. in fi. de appella. secus quando tempus fuit statutum in odium negligentis, tunc ignoranti non currit, quia nõ est negligens. c. quia. de concess. præb. quia text. decepit Io. Day. & primæ sententiæ fuit Pan. in repet. c. cũ esses. col. vlt. de testa. & omnes doct. in d.c. statutũ, facit c. placuit. 2. ibi à die cõuentionis. 16. q.3. & l. eos. ibi, à die condemnationis. C. de vsu. rei iud. l. in dotibus. de dote cauta. ibi, à morte mariti, vel mulieris, vel missione repudij, & c. quã sit ibi à tẽpore præsentationis huiusmodi. de elect. in 6. licet canon. ibi, infra annum à sibi cõmissi regiminis tempore numerandum. ibidem. l. fi. C. de posthu. hære. insti. l. hæc oratio. ff. quib. ad lib. procla. non licet. l. quinquaginta. de excus. tut. l.1. §. quod dictũ est. de separa. l. ait prætor. §. annus. ibi, ex die venditionis, quæ in fraud. cred. l. mariti. §. sex mensium. de adult. & l. quinquennium. ibidem. l. annus. de requirend. reis. *Refellitur Io. Dayma decisio.*

Item hic bis repetitur cõputari tempus à die vacationis, ergo ista geminatio declarationem saltem operari debet, iuxta l. bal. sta. ff. ad trebel. & lõga est differentia si assignetur tempus certum, ad constituendum aliquem in negligentia, vtpote ꝙ intra sex menses debeat beneficiũ cõferre, & tũc tempus: quia simpliciter profertur, debet intelligi à die notitiæ, & sic etiam c.2. & c. quia. de cõcess. præb. & alia iura loquentia de tempore simpliciter. aut iura loquuntur quicquam esse faciendum intra sex mẽses à tali tempore cõputandos, vtpote à die vacationis, & tunc nõ quærimus notitiam, regulariter, vt hic. & d.c. statutum, alioqui cõditores dixissent à die notitiæ. c. ad audientiam. de decimis. Item quia expressum est hic, ideo faciet cessare tacitũ. l. fin. C de dote promiss. l. cum filio. §. filio. ff. de vulg. & in certis non est locus coniecturis. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. hic certum est cõputari à die vacationis, ergo non à die sciẽtiæ. & sic patet istos sex menses cõputari à die vacationis, etiam ante notitiam, aliàs esset loqui cõtra hunc tex. expressim, dicẽtem cõputari à die vacationis. Item quia pro certo habuerunt cõditores, ꝙ intra sex menses rex bene poterit scire, quod si ignorauerit, habet adhuc tres alios menses, intra quos si non nominet, imputetur ei, nam diu vacarẽt ecclesiæ Franciæ, & lupus tempore vacationis triumpharet, vt dicit Bald. in c. ne pro defectu. de elect. ideo constanter dicemus hos sex mẽses à die vacationis cõputandos. Fallit quando rex esset iusto impedimento detentus, vel sedes vacaret, quia ei nõ valenti nominare, nõ curret præscriptio, arg. l. vnicæ. C. de anna except. nota. in d.c. quia. quod an fuerit iustum, relinquetur arbitrio boni viri, extra illa quæ sunt à iure expressa. gl. in c. si quis iusto. de elect. in 6. vide glo. in verbo impedimento. §.1. de collat. infra, & dies vacationis nõ cõputatur. gl. in d.c. statutum, & in l. datio. §. fi. ff. de act. empt. doct. in c. super eo. in 2. de appel.

b Nobis.) Ergo hæc nominatio non potest fieri alij quàm Papæ, vel sedi apostolicæ, vt infra dicitur, nec etiam legato à latere, cũ à sede apostolica differat. c. si apostolicæ sedis. de præb. in 6. & si legatus posset per idẽ omnia quod Papa, nõ esset differẽtia nisi nomine, & multi essent Papæ, ad verbũ refert Bald. in c.1. de offic. lega. sed poterit hæc nominatio

fieri successoribus Papæ eo mortuo, si tamen cederet dignitati, iuxta c.1. de renun. in 6. nominato fieri deberet successori, quia retinuit sibi tanquam pontifici, vt supra eo, ibi, in manibus nostris & successorum nostrorum Rom. pontif. canonicè intrantium, & sic tanquam successori in pontificatu, nō tanquā successori bonorū per c. si gratiosè. de rescri. in 6. Et probatur hic & successorib. nostris Romanis pont.

Nec etiā vacāte sede potest nominatio fieri collegio Cardinaliū, tum ꝙ hæc verba nō congruunt, tum ꝙ collegiū nō possit cōferre. c.2. ne sede vacāte. cle. ne Romani. in prin. de elect. Ad hæc si collegium Cardinaliū hoc posset, fortè differrent prouisionem Romani pont. vt aliquā vtilitatē ex his nominationibus haberent, quod est prohibitum. c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & quia collegium cardinalium sede vacante nō succedit in his, quæ sunt ordinis, vel iurisdictionis Papalis. d. cle. ne Romani. vbi Bonif. dicit eo esse, quia cū celeritatē desideret prouisio sedis Apostolicæ, vt eidem celeriter prouideatur omnis materia est amputanda cardinalibus, per quā nollent, aut differrent, aut nō possent facere electionē, arg. l.1. ff. de dam. infect. nisi fortè instaret summa necessitas, vt quia nō permitteretur eisdem cardinalibus eligere Papā, & tūc fortè posset nominari collegio cardinalium, vel si duo essent in discordia electi, & nesciretur vter eorū esset verus pontifex. nam necessitas facit licitum, quod aliàs est illicitum. c. si quis propter. de furt. cum multis cōgestis per Gerard. sing. vlti. & multa ego ipse addidi ad l.1. ff. de off. cons. ita tradit hic Dayma, quem videas, vel fortè melius est tenere capitula posse tunc eligere, vt occurratur diutinæ vacationi. de qua in c. quàm sit. de elect. in 6. hæc declaratione conditorum indigerent, sunt enim supra caput.

An collegio cardinaliū nominatio fieri sede vacāte per regē possit.

Romanis pontificibus, seu sedi prædicta nominare [a], & de persona per regem [b] huiusmodi nominata per nos, & successores nostros, seu sedem prædictam prouideri [c]. Et si contigerit [d] præfatū regem

a Nominare.) Intellige, debeat, quod verbum est infra positum. certè si rex nominare velit, debet sic qualificatum nominare, tamē nō tenetur nominare, si nolit, quia ad factū præcisè quis cōpelli nō potest. l. si quis ab alio. ff. de re iudi. & l. stipulationes nō diuidūtur. de verb. obli. sed si nō nominet lapso tempore, Papa ꝓuidebit, prout statuitur hic. [Et vtilius forte esset animabus, si spiritualia spiritualibus relinquerētur, & temporalia rectè administrarētur ab ipsis secularib. & nō miscerentur sacra prophanis.]

b Per regem.) Ergo per aurū vel argentū nō debet quis nominari, sed per regē Frāciæ, vt hic habetur, permittat ergo quilibet, vt rex libere nominet, nō verò instigatus per alios, sed spiritus sancti nutu hoc faciat. argentum enim vel aurum pro nominatione rex nunquā reciperet, sed de astantibus quibusdā dubitandū est, ideo hic text. dicit per regē, & nō per aliū. Quid si rex esset pupillus? Responde si maior sit infante, requisito prius cōsilio (si suæ conscientiæ prouidere velit) sui confessoris, tutoris, & præceptoris, is ipse poterit nominare instar patroni. de quo per Pan. in c. fi. de cōces. preb. si minor infante fuerit, canonici interim liberè eligent, cum hic sublatæ sint electiones in fauorē regis, si ipse nō nominet, ecclesiæ regni eligere poterūt, cum habeant electiones, nisi rege nominante, vt supra tit. proxi. dixi. in princ. vel tutor instar patroni, nomine tamē regio nominabit, per ea quæ dixi in tracta. nominationum. q.17. nu.20. scribitur Ecclesiastes 10. c. in fi. Væh tibi terra, cuius rex puer est, &c. prima tamen ecclesiis vtilior tenenda potius esset.

Rex pupillus, an & quādo nominare possit.

c Prouideri.) Adde verbum debeat, quod est infra, quia Papa debet prouidere nominato per regē, si sit idoneus, & qualificatus, aliàs Papa poterit eundem recusare, vt sequitur.

Intrusus est qui recipit fructus ante papæ prouisionem.

[Et sic ex isto text. patet requiritur Papæ prouisionem, alioqui si à rege nominatus receperit fructus episcopatus ante Papæ prouisionem, aut abbatiæ, seu prioratus, amittit ius nominationis, & dicitur intrusus, quia sine titulo valido fructus recepit. text. in c. auaritiæ. de elect. in 6. inde poterit rex postea alium nominare, cum iste sit sua priuatus nominatione, & iure, siue fructus receperit sub manu regia, siue tanquam procurator, vel alio colore, vel aliter se ingesserit administrationi per illum text. & ibi abundè doct. scribunt.]

d Contigerit.) Fato vel alias quomodocunque. l.1. §.1. ff. de lega 3. siue scienter, siue ignoranter, cū hic text. generaliter loquatur, & indistinctè, tum quia Papa hoc cōcessit regi, quæ cōcessio parum operaretur, si intelligeremus secūdum ius commune: & ideo debemus intelligere, quod aliquid addat, vt in simili tradit Bart. in l.4. §. prætor. ff. de damn. infect. Item quia Papa reseruauit sibi approbationem personæ nominatæ, ergo quocūque modo nominauerit rex primum, habebit post illius recusationem à Papa tres alios menses. Præterea patronus laicus potest variare, licet præsentauerit indignū. ca. quod autem. de iure patro. fortius in rege cui expressè per hunc text. concessum extitit per viam contractus. huc accedit ꝙ rex præsentando scienter, non qualificatum, arbitratur Papam velle cum isto per eum nominato dispensare, si ergo non posset alium nominare, videretur iniquum, & nihil prodesset ista concessio, vt alium nominare posset, denique antequam rex præsentasset secūdum, oportet quod iuraret an scienter, an ignoranter presentasset primū, ad quod iuramentum text. eum non astringit, igitur nec ego regem ad id astringam. Item nō inuenio in hoc casu pœnam statutam, ideo ego nō statuam, vt dicit tex. in l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & sumpti. fune. Nec est aliqua constitutio tale quid dicens. §. cum igitur. in authen. de non eligend. secund. nub. collat. 2. nec Papa hoc dicit, ergo non est nostrum addere. l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. nec pœnam priuationis extendemus ad casus non expressos. glo. in c. fin. de iure patro.

Rex si scienter inhabilem nominauerit, an alterum poterit nominare.

Nec refragatur primo ꝙ eligentes scienter indignum sint priuati prima electione facienda. ea. cum in cunctis. §. fi. de elect. ca. cum Vintonien. ibidem. vbi Panor. not. vlt. Idem in nominatione videtur dicendum, vt nominans scienter indignum sit priuatus

Reprobatur sententia Io. Dayma.

uatus poteſtate nominandi pro prima vice, vt dicunt noſtri, & ſic concludit Ioan. Dayma. in verbo computandos, quod nõ eſt verum: nam hic expreſſim conceditur, vt ſi rex nominauerit non qualificatum, quod poſsit alium nominare, ſed in electionibus & aliis non ſic permittitur, imò prohibetur, & priuantur, vt dixi eligentes poteſtate eligendi, & contra ſuam ſententiam eſt text. in ca. perpetuo. de elect. in 6. vbi ſunt hæc verba perpetuo ſanctionis oraculo declaramus, quòd ſcienter in electionibus nominantes indignum, propter ſuffragium in ſcrutinio præſtitum, niſi adeò in eo perſtiterint, quod ex votis eorum electio ſubſequatur, nequaquam poteſtate eligendi priuentur, ſed rex nominando ſcienter indignum, ſi poſtea nominet aliũ, non perſiſtit in prima nominatione, ergo non erit priuatus poteſtate alium nominandi etiam de iure.

Nec me mouet quòd rex non debet ex ſuo (vt dicit Ioan. Dayma) dolo reportare commodum. ca. ſedes. & ſeq. de reſcrip. reſpõ. non poteſt notari dolus malus in permiſsis. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. quia quod fit legitimè nullam meretur pœnam. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adul. ſed rex ſecundo nominat hac conſtitutione permittente, ergo non poteſt in eo notari dolus, nec meretur pœnam priuationis, etiamſi nominauerit ſcienter inhabilem: ſed conſcientiæ ſuæ caueat, ſi alium indignum nominauerit. Et ſic conſtanter teneo contra Io. Dayma, contrarium aſſerentem in glo. vlt. cui per prædicta ſufficienter reſponſum eſſe arbitror, & iſta eſt mera veritas iuri & æquitati conſona, videlicet quòd rex Franciæ poſsit nominare ſecundum, etiam ſi primò ſcienter nominauerit inhabilem, quem Papa recuſauit, aliàs de nihilo prodeſſet vt ſecundum poſſet nominare primo recuſato, vt prædixi.

perſonam taliter non qualificatam [a] ad dictas eccleſias ſic vacantes [b] nominare nos & ſucceſſores, ſeu ſedes [c] huiuſmodi

Quis dicatur qualificatus.

a Non qualificatam.) Id eſt, non habentem qualitates requiſitas ſupra, quas tradidi in glo. aliàs, vnde dicitur qualificatus, quaſi factus qualitatis requiſitæ, & ideo nominatos ritè & graduatos vocamus qualificatos, quando habent qualitates requiſitas in his concordatis. §. præfatíque ordinarij. §. ſi quis verò. §. volumus. & ſeq. de colla. infra quæ ſunt notanda ad declarationem illius tituli.

b Vacantes.) Ergo ad vacaturas non poteſt rex nominare, nec illas debet promittere, vt dixi ſupra eo in glo. occurrente vacatione. & in gl. alieni fati. ſupra in prooemio.

Sedes apoſtolica qd, & de regali, imperiali, & alia.

c Sedes.) Et ſic Papa non debet prouidere indignis, vt hic, & mirabile videtur continere iſte text. cum ſedes ipſa ſit res inanimata voluntate carens, ſiue beneplacito, teſte Archid. in ca. ſi gratioſè. col. 2. de reſcript. in 6. & tamen poteſt prouidere, vt hic: ſed dic quòd ſedes aliquando capitur pro dignitate. §. ſic igitur. in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. collation. 2. quæ non moritur. dicto cap. ſi gratioſè. Nam licet habens Papatum ſit corruptibilis, tamen Papatus, imperium, & dignitas, ſemper ſunt, nec corrumpuntur. ca. cum veniſſent. de inſti. l. proponebatur. ff. de iudic. Ioan. Monac. & Archid. in d. c. ſi gratioſè. de ſede apoſtolica, imperiali, regali, cardinalium, patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, & aliorum, abundè ſcribit Ioan. Franciſc. in tracta. de offic. & poteſt. ca. ſede vacan. in 6. prælud. ſcripſi in l. in lege cenſoria. ff. de verbo. ſignificatio.

Quærebat aliquis num magis peccet rex nominando indignum, quàm Papa recipiendo? magno ſe iudice quiſque tuetur. Primò, quòd rex magis peccet, probatur, quia fons peccati eſt, & origo: vt in ſimili dicitur per Hoſtien. in ſumma. §. fin. vbi dicit eligentes iſta ratione magis peccare quàm confirmantes. Item in Euangelio dicitur, qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. & ſic qui nominat maius habet peccatum, quia tradit Papæ, & Papa de illo confidit. Tertiò, qui nominat indignum, contra conſcientiam agit. cap. perpetuo. in fin. de electio. in 6. verba ipſa ſubiiciam, licet pro eo quòd indignum nominando ſcienter contra conſcientias ſuas agant, & diuinam vindictam, & apoſtolicæ vltionis metum non immerito poſſunt reformidare, & præſumitur ſcienter nominare, cum cognoſcere eum debeat. regu. qui cum alio. ff. de reg. iur. ſaltem per relationem boni viri. glo. in l. mulieri. ff. de conditio. & demonſtra. glo. in ca. cupientes. in verbo, notitiam. de electio. in 6. Bald. in patrono, vt videatur ſcienter præſentare indignum: ita ſcribit in cap. cum vos. col. 2. de offic. ordi. & qui eligit aliquem ad beneficium, vel officium, præſumitur ipſum habere notum. Barto. in l. ſi patronus. ff. de confirm. tut. Deci. in cap. cum in cunctis. §. fin. in princ. de electio. vnde imperator. in §. 1. in auth. quomodo oport. epiſc. collat. 1. his verbis fatur. Sancimus igitur ſacras per omnia ſequentes regulas, dum quiſpiam ſequenti omni tempore, ad ordinationem epiſcopatus adducitur, conſiderare prius oportet eius vitam ſecũdum ſanctum Apoſtolum, ſi honeſta & inculpabilis, & vndique irreprehenſibilis ſit, & in bonis teſtimonium habeat, & ſacerdotem decens, &c.

Imò videtur, quòd Papa plus peccet, quia maior plus peccat quàm minor. cap. inter. §. fin. de tranſla. epiſcop. ibi, & quamuis iidem archiepiſcopi tanquam maiores plus exceſſerint in præmiſsis, &c. Secundò, qui perficit delictum magis tenetur, quàm qui incepit. Nam Celſus ſcribit in hæc verba, Si alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea exanimauerit, priorem quidem non teneri, quaſi occiderit, ſed quaſi vulnerauerit, quia ex alio vulnere periit, & poſteriorem teneri, quia occiderit. l. item Mela. §. ſed & ſi ſeruũ. ver. Celſus. ff. ad leg. Aquil. Tertiò, Papa poteſt non admittere nominatum à rege indignũ, ergo ſi admittat magis peccare videtur. Dicam cum Marone, Non eſt noſtrũ inter vos tantas componere lites. [ſed vterq; ſibi caueat, quia de his reddituri ſunt Deo exactam rationem, vt plenè ſcripſi in interpretatione ca. poſtulaſtis. in glo. de cler. excom. miniſtran. & tenetur de omni damno & diſpendio. quod per eos acciderit. c. Valentianus. vbi glo. 63. diſt.]

de persona sic nominata eidem [a] ecclesiis minimè prouidere debeat [b]. Sed teneatur [c] idem [d] rex infra tres [e] alios menses à die recusationis [f] personæ nominatæ non qualificatæ solicitatori no-

a Eisdem ecclesiis.) Ergo de aliis ecclesiis poterit Papa isti nominato prouidere, quia si non sit habilis ad episcopatum, vel archiepiscopatũ, erit fortè habilis ad beneficium simplex. Ant. in c. ex ratione. col. 1. de æta. & quali. vel ad alium non requirẽs tot qualitates, sicut prælatura, de quibus supra dictum extitit. & tradunt doct. in c. cum in cunctis. de elect. ideo hic text. expressit eisdem ecclesiis.

b Debeat.) Et sic à contrario consensu Papa debet prouidere nominato à Rege, quando est qualitatis requisitæ per hunc text. alioqui contractus non seruaretur, quem nõ seruare non est egregij animi, vt dixi in præfat. ad rub. de coll. infra, & si alteri prouideret, nulla esset prouisio, vt patet infra in versic. decernentes. Et posset rex resistere illi prouisioni factæ per Papam. Innoc. in c. quod sicut. de elect. refert & sequitur glos. in regula cancel. 40.

Quãdo Papa recusat nominatũ per regem recipere, quid faciẽdum sit.

Quid si Papa nollet admittere nominationẽ de idoneo factam? posset fortè rex nominare aliquem illi capitulo, quod episcopũ poterat ante hæc concordata eligere, & tunc capitulum eliget illum nominatum per regem, & tantũ proderit quantũ nominatio factæ Papæ, vel fortè capitulum tunc poterit liberè eligere, quia electio non fit contra qualificationem hic positam. & in versi. decernẽtes. infra eo. annullantur electiones factæ contra præmissa, id est quando rex nominauit, & Papa prouidit, non ergo si aliàs factæ sint, id est quando Papa non prouidit, vt hic quod cogitandum relinquo, super his quippe effari periculosum est, cum nec caput nec pedes habeant.

c Sed teneatur.) Si velit ex sua nominatione prouideri ecclesiis, & tenetur intra tres alios menses, post non, & ad hoc refertur verbum teneatur hic positum, non tamen tenetur rex nominare, si nolit, vt supra dixi.

Vacãte sede ad quẽ spectat beneficiorum collatio.

Sed dubitaret quis, ad quem spectet vacantiũ beneficiorũ collatio, interim sede vacante? responde si rex iure regali habuerit priuilegiũ cõferendi, vt in quibusdã habet episcopatibus, in illis poterit cõferre beneficia episcopatus, vel archiepiscopatus, per c. generali. de elect. in 6. Si autem iure regali hoc sibi in fundatione, vel aliàs ex priuilegio cõcessum non fuerit, sed tantũ quod vacante sede illos capiat fructus, vt futuro reseruentur successori, tunc conferre non poterit: sed Papa, aut legatus, tunc cõferret, vel archiepiscopus post sex menses iure deuoluto. ca. 2. de cõcessio. præben. Et quamuis capitulum succedat episcopo sede vacante, tamen beneficia cõferre regulariter non poterit. c. illa, ne sede vacan. nisi, vt dixi in tracta. nominatio. in collatione necessaria.

Dictio idẽ quomodo capiatur.

d Idem rex.) Etiam eo mortuo alius. Nam idem dicitur, sicut idẽ populus Parisiẽsis qui abhinc mille annis fuit. l. proponebatur. ff. de iudi. quia dignitas non moritur. c. si gratiosè. de rescript. in 6. maximè regalis Franciæ dignitas, quæ diuinitus est instituta, & diuinitus conseruatur, & dictio idẽ potest referri ad genus, vt in l. 2. in princ. & ibi doct. si cert. pet. vbi in mutuo, idem in genere debet reddi. Aliquãdo refertur ad speciem, & in dubio. Bart. in l. hoc legatũ. ff. de lega. 3. Quandoque dicitur idem numero, vt hic, & in d. l. proponebatur, & per hoc excluditur alius extra regem, vt supra dictũ extitit. [vide quid si rex moriatur post præsentationem, seu nominationem, per Bal. in c. cum adeo. in prin. de rescript.]

An rex possit iterum nominare quãdo nominatio suũ non est sortita effectum.

e Tres alios menses.) Quos rex habebit, quando non qualificatũ primo nominauit, qui fuit per Papam recusatus, si tamẽ prima nominatio per regem non fuerit plenũ sortita effectũ, vtpote quia nominatus (quod rarò cõuenit) cõsentire recusat, vel post cõsensum renũciat iuri suo, aut fortè diem clausit extremum, seu propter occultum eius vitium nominatio irritatur, tunc rex intra alios sex mẽses nominare alium poterit, ac si vacatio noua esset. text. elegans in c. si elect. de elect. in 6. Nam correctionẽ iuris non debemus facere. l. vna. C. de inoffic. dotib.

Nec refragatur, quòd si episcopus vel alius habẽs potestatem nominãdi vnum canonicũ in prima sui creatione, si nominauerit vnum, qui acceptauit, & postea renũciauit, nõ poterit iterũ nominare, postquam nominatio est semel sortita effectũ. De Rota, deci. 22. nota ꝙ vbi ordinarius. in antiq. & Fel. in c. innouamus. col. 2. not. 5. de treuga. quia debet intelligi quãdo ille habebat potestatẽ nominãdi vnum tantum, secus quãdo datur facultas nominandi semel, & iterum, vt hic, tunc poterit iuxta potestatem datam nominare, successiuè tamen, nõ simul, vt supra dixi. Item cùm sint hic taxati tres menses, vltra non habebit rex, etiam si primum præsentauerit intra duos menses, & adhuc superãt quatuor menses de sex, qui primo præstituti sunt, tamen à die recusationis primi non dantur, nisi tres menses, vt hic.

f A die recusationis.) Ecce quomodo hi tres nouissimi menses computantur, videlicet à die recusationis intimatæ solicitatori regis, vel alterius, vt in glo. seq. nec dies termini computatur in termino. glo. in c. statutum. de præben. in 6. & hic plenè Ioã. Dayma, tractat. de dictione, à. Et intellige recusationis vnicæ, nam non poterit rex nisi semel nominare à die recusationis, per hoc verbum recusationis, non dicit recusationum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific.

Si nominatus fuerit inhabilis, potest ecclesia se opponere.

Quid si inhabilis fuerit iterum ignoranter nominatus, qui no fuit per Papam recusatus, sed admissus, faciendum erit? Respon. si notoria est inhabilitas, tunc ecclesia poterit se opponere. Nam hæc concordata sunt facta inter Papam, & sedem apostolicam ex vna, & regem, & regnum ex altera, licet videantur Papa & rex consentire, tamẽ ex magna causa adhuc regnũ vel vnus ex regno poterit se opponere, & audiri debebit in magno consilio, si sua intersit. glo. in l. iubemus. §. sanè. in verbo, œconomis. C. de sacros. eccles. text. in c. siquis presbyterorum. ibi, sed etiam licet quibuscunque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre. de reb. eccles. non alie.

Feder. cons. 95. super quæstionũ. col. 1. Feli. plenè in c.

in c.cum olim.col.2.de testib. Papa quidem & rex non intendunt prouidere inhabilibus, si cōtrarium faciant, sunt circūuenti. Bal.in c.cū olim.de re iudi. Et ij tres menses currūt regi, siue ipse sciuerit recusationē, sine nō: quia postquā recusatio est intimata solicitatori regis, is debet certiorem facere regem, quod si non fecerit, imputetur regi. & de se queri debet, qui parum dilegētem solicitatorem sibi assumpsit §.fi.Instit.pro soc. prout dixi de aliis sex mensibus in gl.contigerit.supra eo.& si fuerint plures solicitatores, sufficit vni intimare. arg.l.de pupillo. §. si plurium.ff.de noui.ope.nun. facit quod scripsi in tractatu nominationum. quæst.14. nume.62.quod si sint plures vicarij, sufficit vni insinuare. vide ibi alia huic rei confinia.

minationē non qualificatam prosequenti [a] consistorialiter [b] factæ intimandæ [c] computando alium [d] supradicto [e] modo qualificatum nominare [f].

a Prosequenti.) Et sic solicitator regis debet prosequi nominationē factā per regem, sicut dictaui in nominatis in §.fi.de colla.infra. & per hoc infertur ꝙ rex tenetur habere Romæ solicitatorem, qui nominationem hanc prosequatur. Quid si solicitator regis mortuus fuerit? Respō.putarem nominationē posse intimari procuratori nominati, vel illi cui directæ sunt literæ, arg.clem.causam. de elect.fortè etiam posset eo casu recusatio intimari protectori Galliarum, vel alteri negotia regis Romæ gerenti, vel alteri solicitatori prosequēti hāc nominationē: nam si nominatus recusatus habeat Romæ solicitatorem, ad prosequēdum hanc nominationē, illi poterit intimari hæc recusatio, & ideo cautè dicit iste tex.solicitatori.non exprimēdo regis, vel alterius, & sic generaliter poterit intelligi.postquam nō distinguit.l.de precio.ff.de publ.in rem act.& si solicitator productus sit testis, an recusari possit, dixi in tracta.de repro.& salua.test.in verbo solicitator.

Solicitatore regis mortuo Romæ cui debeat recusatio intimari.

b Consistorialiter.) En ergo ꝙ hæc nominatio solet præsentari Papæ consistorialiter, scilicet præsente collegio cardinaliū, & per Papam sic recusari, posset tamen Papa istā naminationē domi recipere instāte necessitate, & collegiū cardinaliū ibidem cōgregare.arg.nota.in l.1.ff.de offi. cōsu.tamen stylus ecclesiæ Roma.est in his maioribus dignitatibus, vt cōsistorialiter recipiātur, vel recusentur, per nota.in ca.quod trāslationē.de offi.lega. vnde cōsistorium propriè est Papæ gl.in c.Romana. in prin. & ibi Archid de appel.in 6.Io.Montagne. in tracta. de authoritate magni cōsilij.vers.3.pro magno consilio, vel principis.gl.in §.ad hæc.in auth. de appel. collat.4. Nec debet intelligi hic text. vt quidā contorquebant, dicētes Papæ recusationem debere intimari cōsistorialiter, sed recusatio nominationis secundum quosdam consistorialiter fit. & sic debet tex.ordinari, à die recusationis personæ nominatæ, non qualificatæ factæ, consistorialiter intimandæ solicitatori prosequenti nominationem non qualificatam, &c. vel dic melius prosequenti consistorialiter, videlicet ꝙ solicitator debet nominationem consistorialiter prosequi, & hic est germanus (vt reor) ad hunc tex.sensus. [Et hoc cōsistoriale est sicut alienatio castrorum ecclesi.l.dicit Bal.in l.1.col. pen.num.7.ff.de iurisd.omn.iud.

Nominatio per regē facta cōsistorialiter, recipitur vel recusatur.

c Intimandæ.) Id est, exhibendæ seu denunciandæ, & debet fieri hæc intimatio solicitatori, vel alij vt supra dixi in gl.prosequenti. nec sufficeret domi solicitatoris fieri, quum hic dicatur solicitatori, nō domi.per not.in cle.causam, de elect.vbi vide abūdè. quāuis domi facta citatio regulariter nō inuēta persona valeat.l.1.§.1. ff.de lib.agnosc.alibi scripsi plena manu in tract.de cita.in ordi.in 3.tomo.

d Alium.) Et sic videtur ꝙ rex possit tres nominare per hanc dictionem alius, quæ tria requirit. gl. in lege ancillæ. C.de furt.dixi in gl.ad alium.in §.si quis verò infra.de colla. & sic primo vnum nominabit rex, si Papa eum recuset, rex alterum nominabit, si iterum Papa eum recuset, alium, & sic tertium nominare poterit. Contrariū teneo, nam patronus laicus licet possit variare, non tamen vltra semel, quia vbi licita est variatio non permittitur, nisi semel.tex.in l.si quis iusiurandum. C.de iureiur. Bal. in auth.habita.col.8.nu.35.C.ne fil.pro patre. Alex. in l. si ex toto.§.fi.col.pen. ff.de lega.1 & ita in propriis terminis cōsuluit Calde.consi.16.an laicus.rub. de iure patrona.& sic rex non poterit post secundā recusationem alium nominare, arg.l.boues. §.hoc sermone.ff.de verb.signif.& vt infinitas vitetur. de qua plenè dixi in repet.l.vnicæ, no. primo. C.de senten.quæ pro eo quod inter.& sic quum non possit primo nominare nisi vnū, vt tex. supra dicit vnū grauem, &c. ita hic non poterit nisi alterum nominare, ideo post primam recusationem, non habebit nisi tres menses, quum hic tex. non concedat vltra, quod concederet si à die cuiuslibet recusationis posset alium nominare. Nec obstat dictio alius, quia aliquando ad duos tantum refertur c.quum autem. de iure patron.dixi. in d.gl.ad alium. & sic per hoc verbum non debet rex nominatum primo recusatum nominare, sed alium, vt hic vltra nominatum primum, quod est notandum.

Rex quot possit nominare.

e Supradicto modo.) Ergo secundo nominatus per regem debet habere qualitates supra descriptas in glo.alias idoneū, alioqui recusari potest per Papam: ideo hic monet regem, vt alium supradicto modo qualificatū nominare habeat, & hoc declarat etiam dictio alium, quæ implicat similitudinem. cle.1.de rescrip.& erit sensus, vt facta recusatione primi nominati, alius qui sit similis qualitatis supra scriptæ debeat nominari.non verò intelligas, quòd alius similis primo nominato nominari debeat, quia si primus esset ignarus, vel aliàs inhabilis, in secunda nominatione posset præsentari similis inhabilis, quod hic reprobat tex.dum dicit supradicto modo qualificatum.

Secundus nominatus per regem qualitates in text expressas habere debet.

f Nominare.) Si rex non nominauerit intra sex menses, aliquem, videtur quòd non possit postea, quia alij tres menses dantur ratione recusationis factæ per Papam quando rex inhabilem, fortè circūuentus nominauit, vt variare possit nominādo habilem, nam nominatio quæ non est sortita effectū, quia recusata nō debet eidem regi esse damno.ca.

Quādo rex non nominat intra sex menses, an possit postea.

perpetuo.de elect.in 6.probatur in hoc versi.si verò contigerit,& ibi à die recusationis,& in verbo semper.&c.potuit enim rex esse deceptus nominando inhabilem,ideo Papa voluit eidē morē gerere,concedendo vt intra alios tres menses alium nominare possit,quod nō est quādo non nominauit aliquem, quia tunc negligentiā supplebit Papa post sex mēses,quia cōcessio facta in vno casu nō extēdetur ad alium.l.commodissimè.ff.de lib.& posthu.& vt dispendiosè vacationi ecclesiarum consulatur. cap. quàm sit.de elect.in 6.

Contrarium tamen videtur tenendum per hunc tex.ibi,alioqui,& ibi tunc sic vacanti, & quia facti appellatione non factum cōprehenditur,quādoquidem qui nō facit quod facere debet, videtur aduersus ea facere,quia nō hoc facit l.qui non facit. ff.de reg.iur.scripsi in gl.prout.in repet.l.vnicę.C.de sent. quæ pro eo quod interest.& postquam Papa voluit cōcedere regios nouē menses,in casu quo inhabilē præsentauit fortius & quando non nominauit intra sex mēses,vt etiam postea alios tres menses habeat. Nam illud debemus dicere ꝙ statuētes (si interrogati fuissent)statuissent.l.Titius.§.Lucius.ff.de libe. & posthu. & verisimile est ꝙ sic statuissent, & per hoc tolluntur in contrariū allegata, quia nō procedunt quando fortior est ratio in casū omisso, vel quando verisimile est quòd sic prouidissent, per gl. in l.tale pactum §.fi.ff.de pact.Ias.in l.1.col.4. ff.de vulg.facit tex.solemnis.in §.porro.ibi, si qua fuerit atiquioribus causis similis, seu maior,&c. quæ fuit prima caus. benefic. amit. & dispendiosa vacatio hic vsque ad nouem menses toleratur, & in hanc partem etiam videtur inclinare Dayma.hic, licet ita expresè non decidat.

Alioquin [a] (vt dispendiosè [b] ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter cōsulatur) ecclesiæ tunc sic vacanti per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi

a Alioquin.) Tres limitationes hic describūtur. Prima est quando rex intra tempus præstitutum non nominauit,vel inhabilem.Secūda est,ibi, necnon quando per obitum episcopatus vacat in curia, & in istis casibus Papa liberè prouidet. Tertia pars,ibi,consanguineis tradit de regis consanguineis, & aliis ibidem conscriptis, vt possint à rege nominari, etiam si non sint qualificati, vt supra descriptum extitit.

Papa ante tres vltimos menses finitos, an possit prouidere.

b Dispendiosè.) Quàm sit dispendiosa ecclesiarum vacatio,declarat rerum magistra experientia. c.quàm sit.de elect.in 6.nam ex defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuadit.ca.ne pro defectu.de elect.& sic per hanc rationem non tenebitur Papa post recusationem secūdam expectare finem trium mensium, si rex iterum nominauerit inhabilem, quòd probat etiam verbum celeriter,in hoc text.positum, & verbum liberè, & quia frustra expectaretur finis,qui nihil operaretur.

Non obstat c.commissa.de elect.in 6.quem tex. allegat glo.in cle.vt hi qui.in verbo constitutus. de æta.& qualit.vbi ante finem termini non potest superior prouidere.Nam ibi ideo est, quia ius non est deuolutum ante lapsum terminum ad superiorem. ergo finis termini expectatur ibidē, hic verò simulátque rex præsentauit secundum inhabilem, & Papa recusauit illum, Papa habet ius prouidendi, per verbum liberè,& verbū celeriter, & vt dispendiosè ecclesiarum vacationi consulatur, & sic non tenetur aliud tempus expectare,nec refragatur glo. in c.vbi periculum.in verbo, decem.de elect.in 6. quæ dicit cardinales Romæ existentes,teneri expectare decem dies,alios cardinales absentes, etiam si appareat illos non posse venire intra illū terminū, quam glo.sequitur Bal.in c.licet de vitāda.de elect. & Ias.in l.non omnis.col.3.num.8.ff.si cer.pet. Respondeo esse verum, quando rex non nominaret post primam recusationem, tunc Papa ante tres menses non posset prouidere,& sic debent intelligi iura supra adducta,secus si iam nominasset, & secūdo nominatus recusatus fuisset,vt in casu isto,& ita intelligitur casus sequens,quia fortè ante finem termini per legem præfixi rex prouidebit, & sic etiam appellatio non dicitur deserta, nisi totum tempus effluxū fuerit.c.personas.ibi,ex tunc.de appel.quod facit ad intellectum ordinationis regiæ permittentis iudici à quo sententiam exequi post desertionem,vt non possit exequi.etiam si vnus dies superesset, & appareret appellantem intra illud tempus non posse releuare.Ias.in ca.cum stipulatus sim mihi.col.pen.in prin.ff.de verbo.oblig.

Concludendum ergo est, ꝙ Papa non poterit prouidere ante finem trium mensium, quando rex non nominauerit aliquē à die recusationis primæ. secus si nominauerit,& inhabilem, quia tunc Papa poterit prouidere statim à die istius secundæ recusationis,siue sint elapsi tres vltimi menses, siue nō. Et ideo si rex nominauerit Petrum, & mandauerit solicitatori, vt si Papa recusauerit Petrum, quòd ipse nominabat Ioan.tunc à die illius secundæ nominationis,& recusationis per Papam factæ, Papa liberè,prouidebit,non expectato alio tempore, nec alia regis nominatione,vt hic probatur.

Regula cācellariæ de vigintidiebus an habeat locum in Papa & rege.

Quæro,rex nominauit vnum ad episcopatū vacantem per resignationem,Papa prouidit illi, siue vacet per resignationē, siue aliàs quouis modo derogando regulæ.18.dicenti quòd si resignās moriatur intra viginti dies,de ipsa infirmitate,beneficium censeatur vacare per mortem, moritur resignans ante viginti dies, an rex iterum possit nominare, tanquam vacet per mortem ? videtur ꝙ non, quia postquam semel nominauit, & non fuit recusatus nominatus per regem,ergo nō poterit alium nominare,cum hic sibi concedatur nominare aliū quando recusatur primus,ergo si non recusetur,nō poterit rex alium nominare.Item illa cancel.regula non loquitur in episcopatibus,vel abbatiis, ergo in illis non habebit locū,quia episcopatus vel abbatiæ nō veniūt appellatione dignitatis.tex.in c.venerabilis. de præb.gl.in c.2.illo tit.in 6.Præterea Papæ est derogare illi regulæ cancellariæ,quam ipse edidit, derogauit, & sic valet illa derogatio. in contrarium me trahit text. supra vbi dicit regem posse nominare,quando episcopatus vacat per resignationem etiam

etiam quando vacat per obitum, sed si nominauerit ad episcopatum vacantem per resignationem, non censetur nominare quando vacat per obitum. Ergo Papa non debuit prouidere, aliàs prouisio est nulla, vtpote facta sine regis nominatione, vt patet in versic. decernentes. Nam actus agentium non operatur vltra eorũ intentionem. l. non omnis. ff. si cert. pet. sed regis non erat intentio, vt nominaret, si vacaret per mortem, quæ intentio probatur si post mortem alium nominauerit. vt in simili not. in c. susceptũ. de rescr. in 6. gl. in verbo aliam. in forma manda. infrà.

Reg. cãcel. de 20. diebus an in præsentatione locũ habeat,

Et per hoc dixi illam regulam cancellariæ. 8. habere etiam locũ in institutione facta ab ordinario, vt si patronus præsentauerit ad beneficium vacans per resignationẽ, si resignans moriatur ante viginti dies, poterit iterum præsentare, quia nõ præsentauit in casu mortis, & prima præsentatio est nulla, ergo non præstabit impedimentum alteri præsentationi, licet contrarium consuluerit Dec. cons. 224. cui respon. in tract. nominat. q. 17. nu. 5. Item si patronus præsentauerit ad beneficiũ vacans per priuationẽ, si alio modo vacet, non videtur per prædicta præsentasse, ideo poterit iterum præsentare, licet cogitandum relinquat Rochus Curt. in tract. de iure patro. in verbo honorificum. q. 51. alioqui censeretur esse facta institutio sine præsentatione. & sic non valeret. c. decernimus. 16. q. 7. c. illud. de iure patro. sic & prouisio in hoc casu mortis censetur esse facta sine regis nominatione, quando vnus tantũ modus vacandi in d. nominatione, vel præsentatione esset expressus, & quod dicta regula cãcel. 18. habeat etiam locum in collationibus factis per regem, fuit, vt dicunt, in hoc senatu decisum die prima Decembris, an. 1494. in causa possessoria pendente super capella S. Laurentij in ecclesia Meldẽsi. Nam alia est vacatio per mortem, alia per resignationem. c. susceptum. de rescri. in 6. & illa regula cancellariæ est facta ad vtilitatem omnium collatorum, & eorũ qui habent repræsentare, seu nominare, ergo illi fauori debent collatores derogare, nec solius Papæ derogatio potuit præiudicare nominationi per regem faciendæ in casu mortis. nam & si Papa possit illi regulæ derogare in aliis beneficiis, tamen in his dignitatibus hic expressis non solet sine rege, ratione contractus sic facti, & illa regula loquens in beneficiis etiam habebit locum eadem ratione dictante in episcopatibus, abbatiis, & aliis in hoc tex. positis, per gl. in regula 1. de reg. iur. in 6. Et sic patet quòd in nominatione facta per regem ad episcopatũ vacantem per resignationem, debet exprimi, vel aliàs quocunque modo vacet, cum derogatione reg. de xx. diebus, aliàs per mortem non obstante regulæ derogatione facta per solum Papam poterit rex in casu mortis iterum nominare. & ita fuit decisum in magno consilio in causa abbatiæ de villa longa, cõtra eum qui sic habuerat per resignationẽ, cum dicta clausula, & aliàs quouismodo, &c. Imò in eodẽ concilio fuit pronunciatum pro domino Ioanne gay, iurium doctore. & recredentia illi adiudicata, quamuis alter habuisset prouisionem per resignationem cum consensu regis. Sed non acceperat possessionem, nisi eo die quo mortuus fuerat resignãs:

Arrestum. (beside "cunt, in hoc senatu decisum die prima Decembris")

Arrestum. (beside "cta clausula, & aliàs quouismodo")

quamuis probasset se per sex horas antea recepisse: quia videbatur quædam fraus per not. in l. filiæ. ff. sol. matr. alibi dico.

de persona, vt præfertur qualificata, [a] necnon ecclesiis per obitum [b]

a Qualificata.) Et sic quando deuolutio fit ad Papam, ipse de persona, vt supra dictum est, qualificata, prouidere tenetur, vt dixi in gl. qui eisdem. §. si quis verò. infrà. de colla. idem si vacet per obitum in curia, per hoc verbum, necnon, per obitum. &c. & quia vna dispositio determinat hic duo, ergo ea pariter determinare debet. l. iam hoc iure. ff. de vulg. secus quando prouidet consanguineis regis vel personis sublimibus, seu religiosis reformatis, vt infra excipitur, & illa exceptio in non exceptis firmat regulam, vt l. j. ff. de reg. iur. Et sic antequam Papa sine regis nominatione prouidere possit, requiritur quòd rex non nominauerit intra sex vel nouem menses, vel quòd nominauerit inhabilem, & is sit recusatus. nam regis nominatio canonica esse debet. c. bonæ. 1. in fi. de postulat. præla.

Requisitæ antequã papa sine regis nominatione prouideat.

Secundò, quòd post recusationem rex non nominauerit aliquem intra tres mẽses à die recusationis computandos, vel quòd nominauerit alterum inhabilem, qui iterum fuit reiectus, vt supra dictũ extitit.

Tertiò, requiritur quòd Papa prouideat post tẽpus elapsum, & non ante, aliàs non valeret, nisi, vt dixi supra eo. in verbo dispendiosè.

Quartò, quòd prouideat de persona qualificata, probat tex. ibi, de persona, vt præfertur, qualificata, nisi vt dicetur. infrà. in vers. alioquin.

Quintò, requiritur quod episcopatus vacet in curia Romana vt sequitur in gl. seq.

Episcopatus vacãtes in curia per obitũ Papa sine regis nominatione confert.

b Per obitum.) Si ergo episcopatus, vel alia dignitas hic affecta vacet in curia per resignationem, non potest prouideri sine regis nominatione, quia hic sibi tantũ Papa reseruauit vacationem per obitum in curia factam, ergo alios vacandi modos exclusit. ar. l. cũ prætor. ff. de iudi. c. nonne. de præsum. Quia superius vacantia per cessionem fuerunt regis nominationi reseruata. & licet beneficiũ in curia resignatum, in curia dicatur vacare. gl. in cle. 1. vt lite pendente, non tamen episcopatus quo ad hunc tex. & ad hoc vt Papa solus prouidere possit. gl. in §. quibus. in verb. causas. de elect. in prag. & quanuis mortis appellatione veniat, etiam mors ciuilis. gl. in c. susceptum. de rescri. in 6. in casib. à iure expressis. gl. in c. placuit. 16. q. 1. doc. in l. gallus. §. & quid si tatum. ff. de lib. & posth. tamen appellatione obitus nõ venit cessio, vel alia mors ciuilis. tex. in c. j. 24. q. 1. l. fi. C. de silent. lib. xij. nota. in c. fi. de secun. nupt.

Obitus appellatione non venit mors regis ciuilis.

Item si episcopus, vel abbas, propter hæresim, vel aliud delictum priuaretur apud sedem prædictam, eo casu sine nominatione de hoc episcopatu non prouideretur, aliàs prouisio esset nulla, quia non vacaret per obitum, & vacatio per obitum, tantum Papæ hic reseruatur, etiam si condemnaretur ad perpetuos carceres, nisi ad mortem condemnaretur, sine aliqua sententia priuationis antea lata, quia tũc dum moritur in curia, dicitur in curia vacare. Bal. in l. si quis sub cõditione. ff. de testa. tute.

Peruſ.in d.c.præſenti.§.ſanè. vide Barb. in conſ.82. Clementiſsimi.vol.4.in primo dubio, quòd priuilegium conceſſum cardinalibus, vt beneficia vacãtia per obitum ſuorum familiariũ non poſsint impetrari, nõ habeat locũ quando beneficia vacant per priuationẽ. Etiam à Papa conferri poſſunt cum derogatione indulti, quia maiorem ſibi poteſtatem retinuit quàm conceſſerit.c.dudum.de præb.in 6.

Nec hic comprehenduntur epiſcopatus vel abbatiæ curialiũ, ſi non moriãtur apud ſedem apoſtolicam: nam licet dicantur vacare in curia, extrauag. ad regimen.de præb.in communibus, & in reg.cancel.tamẽ non debet prouideri eiſdem, ſine regis nominatione, ſi non vacent per obitum, vt hic intellige per obitum, quomodocunque contingentem, morte violenta, vel etiam del bocone, vel alia cum hic nõ diſtinguatur gl.in §.A.in inſt.de ca. diminut.

apud ſedem [a] prædictam vacantibus ſemper [b] etiam nulla dicti [c] regis præcedẽte [d] nominatione libere [e] prouideri [f] poſsit.

a Apud ſedem.) Tunc dicitur apud ſedem. vacare, etiam ſi in locis vicinis per duas dietas moriatur, ſiue ibi occaſione curiæ moraretur, ſiue alia cauſa apud ſedem prædictam eſſet, tex. elegans in c.pręſenti.de pręb.in 6.quanuis dictio apud aliquãdo ſignificet coram & in præſentia.tex.in l.de iure. ff.ad munic.l.eum pro quo.ff. de in ius voc. tamen aliquando etiam accipitur pro prope, vt d. c. præſenti, & ita dicit Alex.& Iaſ.in l.j. in princ. ff.de acquir. poſſeſ. abunde ſcripſi de hac dictione in l.penes.ff.de verb.ſig. & ſic Papa tunc ſine regis nominatione prouidere poterit.

Dictio apud quid ſignificet.

b Semper.) Et ſic rex ad hunc epiſcopatum in curia vacantem non poterit nominare, etiam ſi Papa non prouideat intra menſem, ſicut alius ordinarius de aliis beneficiis prouidet per c.ſtatutum. de præb. in 6. & probatur per hoc verbũ ſemper. & hoc verbum liberè, vt ſit ſenſus huius text. quod Papa intẽdit ſemper prouidere ſine regis nominatione metropolitanis & cathedralib.eccleſiis, quãdo vocant per obitũ in curia ſemper, i.omni tempore, & omni caſu.ita exponit gl.in l.1. ff.ſol.mat. & l. ſemper. de iure immuni.c.ſacerdotib.ibi, ſemper ſacerdotibus caſtitas obſeruanda præcipitur.31.diſt.& monachus ſemper debet ferre habitum monachalem, etiam ſi ſit factus epiſcopus.c.ſanctimonialis.& ibi doct.23. diſt.c.decretum.10.q 1.ita & Papa poterit prouidere ſemper ſine regis nominatione, quãdo epiſcopatus vacat in curia per obitum, & intellige ſemper ſiue intra menſem, ſiue poſt. vel poteſt intelligi quod Papa poterit prouidere ſemper intra tempus iuris, videlicet intra menſem, poſt non, & iſta expoſitio ſuadetur ex c.1.de in integ.reſtit. & gl. vlt. in c. contingit.de tranſact.vbi eccleſia ſemper illæſa ſeruari debet, id eſt, legitimo tempore.ita exponit etiã Lucas de penna in l.vna. col. pe. C. de caſtren. om. pala.pec.lib.12. faciunt not.in procemio decre. Rex pacificus. & per Iacobi. in l. 1. ff. de iure dot. tamen præcedens intellectus eſt magis textui conueniens, ponderãdo verbum hic poſitum nulla nominatione, & ſic excludit in hoc caſu omnem regis nominationem, ſiue fieret intra menſem ſiue poſt, per l. quemadmodũ nulla.ff.de acq.poſ.l.nulla.de reg.iuris.Et de his dictionib.ſemper, continuo, & aliis dicetur plenius (deo auſpicante) in tit.de verb.ſign.

Rex an poſſit nominare ad epiſcopatus vacãtis in curia poſt menſem.

De dictione ſemper.

c Dicti regis.) Nec alterius, videlicet delphini, aut regentis, ſeu legati ſeu cuiuſuis alterius, quod probatur in verb.liberè, & verbo nulla, &c. Nec poterunt etiam capitula eligere poſt menſem à die vacationis computandum, alioqui Papa non ſemper prouideret, nec liberè, vt vult hic tex. niſi dicas, vt in gl.dixi proxima.

d Præcedente.) Nec ſubſequente, per hoc verbũ nulla & verbum liberè: ſed hoc ideo dicit vt demõſtraret regis nominationem pręcedere debere Papę prouiſionem in caſib. in quibus debet interuenire, vt ſupra dixi in gl.aliàs.ſicut præſentatio inſtitutionem præcedit, tex.in c.decernimus. 16.q.7. aliàs nõ valet.not.in c. cum ex officij. de præſcrip. ſcripſi in gl.diſpoſuerit.in verſ.2.infertur.in §. ſi quis verò.de col.infrà.

Præcedere debet nominatio prouiſionem.

e Liberè.) Id eſt ſine regis nominatione, & ſine alicuius contradictione, aliquando tamen denotat quandam prærogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actũ cui adiicitur.l.procurator cui libera.ff.de procur.c.cum nobis olim. in fi.de elect. Pet. Anch. in c.cum liberum.col.2. de ſepult & de hac dictione multa ſcripſi in §.præfatique ordinarij.in gl.liberè.infrà. de col. Nota quòd is qui ſuo arbitrio & liberè non poteſt vti frui re ſibi conceſſa, dicitur in ea turbari, ideo interdicto vti poſsidetis experiri poterit text.in l. vim facit. ff. de vi & vi arma. ſic expreſſim conſuluit Frãciſquinus Curt. cõſ.2. Vaſſallus col. 1. poſt tractatum feud. dixi fuſius in ordina. regiis, in rub.*des matieres poſſeſſoires*, vbi etiam ſcripſi quot modis quis dicatur turbari.

De verbo liberè.

f Prouideri poſſit.) A Papa vel à ſede, poſſet etiã Papa in his caſibus regis nominationem acceptare, ſed non tenetur, vt hic, dum dicit liberè prouideri poſſit.

Sed ſi ſemel acceptaret, non poſſet poſtea alteri conferre liberè, vt fuit iudicatum me præſente, Anno 1539.die verò 29.Decembris, per dominum cancellarium, pro aliquo nominato per regem poſt tẽpus nouem menſium, qui fuerat admiſſus per Papam ad regis nominationem, poſtea tamen Papa iure deuoluto alteri liberè contulerat, certè prior in poſſeſſione fuit defenſus, & illi adiudicata plena poſſeſſio quod eſt notandum. Poſſet etiam rex Frãciæ in hoc caſu, quando vacat per obitum in curia, contra prouiſum per Papã ſe apponere, & excipere, ſi timeret de coniuratione, ſeu proditione patriæ, ſeu reuelatione ſecretorum ſuorum ratione patriæ, vnde prouiſus eſt oriũdus, vel propter parẽtes ſuos, qui ſemper regi fuerũt infeſti, & tunc eſſet audiendus, quia ſatis proſequitur intereſſe proprium, teſte Inn.in c.ſuper his.col.3 nu.13.de accuſ. vbi Pan.dicit eſſe ſingulariter notandum in practica.& idem in c. cum terra.col.2.& c.quòd ſicut.de elect.interpretes in c.reatina.63.diſtin. Idem tenet Franciſc. Marc.in deciſio.delphinali.q.44.& ſequen.

Nominatio regis poſt tẽpus recepta an valeat. Arreſtum.

Rex quando poſsit ſe opponere cõtra prouiſum per Papam.

Item ſi archiepiſcopatus vel epiſcopatus in curia vacãs eſſet in partibus limitrophis regni, nullus ad eum re

eum recipi deberet sine regis consensu, sicut Narbonæ, & Carcassonæ, per text. & ibi gl. in l. 2. C. de fundis limitroph. lib. 11 quia istud priuilegiū censetur semper esse exceptum per text. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo & vxorem. n. 405. de test. nam quando ecclesia habet feudum à rege, tūc ratione feudi, vel quando est patronus, debet requiri regis assensus post electionem celebratam. c. sacrosanct. in fi. de ele. c. nobis. de iure pàtrona. doct. in c. sacrosan. in fi. de ele. c. nobis. de iure patrona. doct. in c. cum inter vniuersas. de ele. Maleret in tract. de elect. q. 8. limita. 3. & sic post prouisionem Papæ, requireretur regis assensus in his casibus, qui per fidelitatē à prouiso factā regi declaratur. hoc etiā firmat Boer. in dec. 2. Burd. co. antepe. Nota igitur in q̄bus casibus Papę prouisio valet sine regis nominatione.

In quibus casibus prouideatur extra regis nominationē.

Primus, est quando rex est negligens ad nominandū intra sex vel nouem mēses, prout supra dixi.

Secundus, quando primo nominauit non qualificatum, & intra tres menses à die recusationis nominauit alium etiam non qualificatum, & vterque à Papa fuit reiectus.

Tertius, quando intra tres nouissimos menses nullum nominauit post primi recusationem.

Quartus, quando episcopatus vacat in curia, vt hic, necnon per obitum apud sedem, &c.

Quintus, quādo ecclesia habet speciale priuilegiū eligendi, vt in §. fi. infrà. eo. vbi dicetur, sed tunc Papa non prouidet, sed ecclesia, seu capitulū eligit.

Sextus, quando episcopus esset à Turcis captus, vel perpetuo morbo laboraret, tunc Papa sine regis nominatione coadiutorem dare poterit, vt supra dictum extitit in gl. vacantibus. in fi.

Septimus casus est, quando collatio iure speciali spectaret ad fundatorem, vel alium, quia tunc is poterit sine regis nominatione conferre, vt supra eod. in gl. electionem, declaraui.

Decernentes [a] electiones contra præmissa attentatas, ac prouisiones per nos, & successores nostros, seu sedem huiusmodi factas nullas [b] & inualidas existere. Consanguineis [c] tamen

Electiones hodie fieri posse non ambigitur.

a Decernentes.) Hic annullantur tam electiones capitulorum, quàm prouisiones factæ per Papam, aliter quàm supra fuerit statutum, & si superueniret confirmatio ad electionem sic factam, non conualesceret c. auditis. de elect. gl. in c. quorundam. in fi. illo tit. in 6. si ergo fieret electio de nominato per regem hic non annullatur, quia hic tex. dicit cōtra præmissa factas, sic adhuc potest hodie capitulū eligere, dum tamen modo eligat nominatum per regem. Sed de quo prodest illa electio? Responde, si prouisio esset nulla, saltē ex electione posset obtineri prælatura, & quia potest quis pluribus iuuari titulis se defendendo. c. post electionem. de concess. præb. & vt capitula suas seruent electiones, & eligēdi possessionem. c. si verò. de iure patro. vbi patronus qui euicit ius patronatus, præsentat post præsentationē & institutionem admissas, vt possessionem præsentandi acquirat, licet non possit alium præsentare, quàm iam institututum, vide ibi Pan. & alios. & Roch. Curt. in tract. iurispatro. in verbo competens. q. 19.

Et vt electus magis gratus sit canonicis, & his qui eum elegerunt.

b Nullas.) Et sic tam electio quàm prouisio Papę est nulla, si contra prędicta fiat per hūc rex. & potuit sibi Papa imponere legem contractus per hāc clausulam decreti. Bal. in præl. feud. col. 8. versi. expedita allegat Io. Monach. in c. j. de const. in 6. gl. in reg. cācel. 40. in fi. Item per hoc verbū dicunt quidā prouisiones, seu electiones in contrarium factas non esse coloratas, quia quod nullum est, non dicitur habere colorem, & sic qui possederit episcopatum hoc modo per triennium non iuuaretur decreto. de pacifi. possess.

Electiones an sint coloratæ.

Cōtrarium videtur, nam hæ electiones sunt nullæ, si quis petat eas declarari nullas, & prosequatur intra triennium, sicut dixi de beneficio villæ muratæ. in tract. de pacifi. possess. amplia. 13. facit quòd licet lex velit aliquid competere ipso iure. tamen intelligitur si petatur. l. 2. C. de iure emph. l. si constat. de compens. l. scimus. gl. ipso iure. C. de inoff. testa. not. Lancelo. Galiaula. in repet. l. centurio. col. 118. versi. 13. conclusio. ff. de vulg. dixi in gl. ipso iure, in §. si quis verò. de colla. infra. tamen ne de cætero contra præmissa fiant electiones per eos, qui eligēdi priuilegium non habent, fuit in sacro magno cōsilio (vt fertur pronunciatum) omnes electiones futuras non iure factas incoloratas dici, & sic possidentes per triennium decreto de pacifi. posses. deinceps non iuuari, ne fiat contra hæc sacra concordata, quod probatur per ea quæ no. Barb. in cle. 1. col. 2. de elect. vbi dicit, quòd si Papa concesserit, q̄ abbas non possit conferre beneficium regulare clericis secularibus, & apposuit decretum, si postea abbas cōferat secularibus tempore longissimo, non orietur consuetudo, nec præscriptio propter clausulam decreti, per quæ limitatur c. cū de beneficio. de præb. in 6. ista sunt notanda, quia frequentia. primæ tamē sententiæ, si non petatur inhærerem.

Qui dicantur regis consanguinei.

c Consanguineis.) Hic traduntur personæ exceptæ à qualificatione supradicta. Primò cōsanguinei regis excipiuntur, qui dicuntur à con & sanguine, quasi communem habentes sanguinem, & cōmuni sanguine nati. gl. in §. 1. instit. de legit. agn. success. Host. in summa de cōsang. §. & vnde dicatur. & Ioā. And. in declaratione arbo. consang. & ibi dixi. Soc. in repet. l. cum auus. col. 2. ff. de cond. & demonst.

Quæro qui dicantur hic consanguinei? quidam dicebant vsque ad quartum gradum, per c. non debet. de consang. gl. in c. requisisti. de testa. Alij vsque ad septimum, per glos. singul. in l. si fœmina C. ad senatusconsultum Turpil. text. in c. ad sedem. 35. q. 5. gloss. in c. postremo. de app. Quidam verò vsque ad decimum gradum protendebant, cùm in agnatis successio locum habeat vsque ad illum gradum. §. fi. instit. de legi. agn. success. Alij dicebant eos cōsanguineos, qui ex vtroque latere nati essent. vel ex latere patris tantum. l. post consanguineos. ff. de suis & legit. hæred. & hoc magis propriè. Alex.

in l. cum

in l. cum quidam. §. j. ff. de acq. hæred. Ego verò puto hic vocari cõsanguineos omnes, qui quoquomodo regis sanguine iuncti sunt, per rub. de consang. vt est ex sententia expressa. Perusi. in c. si pater. versi. 23. nu. 114. de testa. lib. 6. Item communis vsus loquendi Franciæ vocat consanguineum quocunque modo sanguine coniunctum. Bart. in l. cũ quidam. §. j. nu. 2. ff. de acq. hære. etiam si essent vulgo quæsiti, quia ex eodem sanguine exeunt. Host. vbi suprà, maximè quando essent legitimati. gl. in verbo, filiis. in extrauag. execrabilis. de præb. Io. 22. vbi idem dicit, siue consanguinei essent nati antequam esset rex, vel postea. per l. senatoris filium. ff. de senat. l. 2. §. in filiis. de decur.

Etiam ex latere materno ex communi vsu loquendi, licet non de propria significatione. Barb. in repe. l. cum acutissimi. col. 52. versi. quid si testator dicit. C. de fideicom. etiam hoc modo posse capi in statutis affirmat Paul. in d. §. j. quod intelligit Alex. quando constitutio fieret à Papa, si verò à principe, debet intelligi secundum iuris ciuilis constitutiones, quod est notandum secundum eum, imò quando constitutio non esset pœnalis, venirent affines regis, alioqui contra, sed non in hoc tex. vt in gl. seq. dico. Io. And. in c. sciant. de elect. in 6. Barb. in repet. l. cum acutissimi. col. 52. C. de fideic.

Consanguinei regis nõ qualificati, an possint ad abbatias nominari.

Quæro an cõsanguineus regis, vel sublimis persona, licet non sit qualificata, possit nominari ad abbatias? de quibus in §. seq. sicut potest ad archiepiscopatus & episcopatus, videtur quòd sic, quia hi sunt excepti à qualificatione præmissa, & clausula hic posita refertur ad sequentia. l. talis scriptura. ff. de leg. j. c. 2. requiris. de appel. Itẽ excepit eos in maioribus, videlicet in episcopatibus, & archiepiscopatibus, ergo in minoribus videtur eos excepisse per auth. multo magis. C. de sacrosanct. eccl. & c. cui licet quod est plus, vtique licet quod est minus. de regu. iur. in 6. Tertiò, iura fauent consanguineis regum, & sublimibus personis. c. de multa. de præb. extrauag. execrabilis. Ioan. 22. illo tit. ergo & hic. In contrarium videtur, quia hic consanguineos regis excipit à præmissa prohibitione, ergo non à sequẽte, ibi, in textu sub prohibitione præmissa minimè comprehensis. Item in textu dicitur dictis ecclesiis poterit liberè prouideri, ergo non dicẽdis, sic arguit in simili Alex. cons. 140. viso dicto. col. 2. in 6. vol. & sic cum prioratus & abbatiæ non sint dictæ, nec expressæ supra, non comprehendentur hic, ideo non poterit his sublimibus non qualificatis, vel consanguineis regis prouideri de istis abbatiis. Præterea hoc probat §. sequẽs, dum semper loquitur de religioso qualificato, ibi, prioratus verò personis, vt prefertur qualificatis dũtaxat cõferri liberè possint, ergo aliis personis non, quia dictio duntaxat limitat & restringit. l. solutum. §. si in sortem. ff. de pign. act. & est dictio exclusiua. Bart. & alij in l. j. in prin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. ergo excludit alias personas non qualificatas, alioqui conditores dixissent, si voluissent & excepissent in §. sequent. sicut in hoc §.

Dictio dũtaxat, limitat & restringit.

Nec refragatur primum quod ad omnia hic vercul. consanguineis referatur, respondeo tunc clausulam in vno loco positam non referri ad alia, quãdo facta est per materias diuisio, & paragraphos, gl. in c. vno. de postul. præla. in 6. c. vt circa. de elect. eo. lib. & cle. 1. de sepul. sed hic est facta diuisio de materiis per §§. nam §. monasteriis. est ab isto diuisus, ergo hæc clausula ad illum. §. non extendetur, etiã quia est dare diuersam rationem in §. seq. vt infra dicam, & est diuersa materia. Igitur hæc clausula ad eum §. non extendetur, vt plenè dixi in repeti. l. vnicæ. in gl. & non ex quibusdam. C. de sent. quæ pro eo quòd inter. vel non refertur ad proxima, quando constat de mẽte, vt hic per verbum à præmissa prohibitione, & c. ergo non à sequente.

Nec obstat regula, cui licet plus. Respondeo, ꝙ plus est præficere religiosis secularem, qui regulam non est expertus, quàm eidem concedere archiepiscopatum secularem, nam dicitur abbatibus, & aliis administrationem habentibus 3. Reg. 20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius. & ad Heb. vlt. c. ipsi peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Vnde monachus potest eligi ad episcopatum in ecclesia seculari, sed secularis in ecclesia regulari non. cle. 1. de ele. quia clericus secularis non est instructus in regula monachali, sed monachus cùm sit clericus, est instructus in officio clericali, ideo eligi non prohibetur, & in hoc sunt melioris conditionis monachi. gl. 1. in c. cum ad nostram. de elect. & in magistrum assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit, nec est præficiendus, qui subesse non nouit. c. cũ in magistrum. de elect. c. nullus. eo. tit. in 6. & prius quis debet esse discipulus, quàm magister. c. ordinatos. 59. dist. c. miserum. 61. dist. facit. c. presbyteros. 16. q. 1. & qui sub tutela aliorum esse debet, videlicet ad professionem faciendam, alios sub tutela habere non debet. l. fi. C. de legi. tut.

Qualis debet esse abbas.

Vnde in concilio Triburien. fuit statutum in hæc verba, si quis abbas cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, sobriúsque non fuerit, ac diuina pręcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo, in cuius territorio consistit, & à vicinis abbatibus, & cæteris deum timentibus, à suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio vitiis suis cõsentiens, eum abbatem habere voluerit. c. si quis abbas. 18. q. 2. & Aug. de abbatibus, & aliis prælatis sic scribit, seipsum scilicet prælatus bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuendus imponat, & tamen magis amari à subditis appetat, quàm timeri. hæc prosequitur Florent. in 3. parte summæ. titul. 16. c. 7. § 1. & sic abbas debet esse Roscius, hoc est miræ (vt apud Romanos vulgò dicebatur) & perfectæ probitatis homo. En ergo magnum in abbate periculum, nam expers regulæ quomodo poterit monachos inducere ad regulam? quidem certè deuotionem potius tollet, & monasterium euertet, discutiat bonus, ac doctus iudicet. ego verò sic tam in foro seculi, quàm poli iudicarem, & sic iudicare debemus, si veræ religioni fauere (vt tenemur) volumus. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune.

Præfa

Consanguinei reginæ non qualificati, an possint nominari.

a Præfati regis.) Secus in consanguineis præfati regis, [a] ac personis sublimibus [b] ex causa rationabili [c] & reginæ per hunc text. qui tantum regis consanguineos excipit, & consanguinei reginæ non sunt regis consanguinei, quia non sunt ex eodē sanguine nati, & quanuis Augusta gaudeat eisdem priuilegiis quibus Augustus l. princeps. ff. de legib. quod est verū, nisi concedatur regi tantū, vt hic præfati regis, quia tunc personale priuilegium non egreditur personā. Reg. priuilegium, de reg. iur. in 6. & quanuis Augustæ priuilegia extendi possint, verum est per principem, sed non per iudicem, vel doctorem. Lucas de penna in l. 3. col. vlt. C. de præpos. sac. cub. lib. 12. fallit quando haberent qualificationes supradictas, & etiā in aliquibus crederem esse eis deferendum, vt pulchrè loquitur tex. in c. fi. de offi. deleg. in 6. & c. ne aliqui. de priuil. eo. lib. in hæc verba regibus & reginis, qui sicut dignitatis altitudine præeminent, sic prærogatiua gratiæ ipsos conuenit anteferre.

Et posset Papa eos pro regis consanguineis acceptare, vel saltem loco sublimiū vt sequitur. Multas prerogatiuas regum tradit Corse. in tract. de potesta. reg. vbi licet videre, ne solius transcriptoris persona fungar.

Qui dicantur sublimes et quæ idoneitas in illis requiritur.

b Sublimibus.) In qualificatione supra posita, nō comprehensis, vt patet infra, & fundatur in c. de multa. in fin. de preb. vbi Papa erga sublimes in pluralitate beneficiorum dispensat. Dicuntur enim sublimes personæ nobiles in altum eleuatæ, dictæ à limine superiori quod est supra nos, sicut sublimes personæ sunt supra nos. Card. in d. c. de multa. circa fi. vbi dicit sublimes sunt nobiles magni status. arg. c. solitæ. in prin. de maior. nam sublimis dicitur excelsus, quasi supra limen eleuatus, & sic qualificationes supra positæ non requiruntur in his.

Quæro in istis exceptis quæ idoneitas requiratur? Respondeo, illa quæ traditur in epist. Pauli ad Tit. c. 1. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, nō iracundum, non violentum, non percussorem nō turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignū, &c. & alia quæ sunt de iure communi, quæ tradidi. suprà. in gl. aliàs. in versi. 17. quia istis remittuntur qualificationes hic positæ, quas in d. gl. aliàs enumeraui. Aliæ verò quæ sunt de iure diuino, vel positiuo, nō remittuntur hic, nec sufficeret q̄ hic nominandus esset magnus grammaticus, vel orator, sed tali sciētia præditum eum esse decet, qua sciat soluere quæstiones, quæ habent ventilari in curia sua, & in hoc canonista præfertur philosopho. verba subiicio Bal. in c. cùm in cunctis. col. 2. de elect. licet hodie multi sacram theologiam, & iura relinquant propter fucos verborum: vel medicinam, quanuis non quęramus medicum eloquentem si curare nesciat.

An Papa possit sine acceptione personæ ad petitionem regum & principum aliquem promouere ad prælaturam ecclesiasticam? vide per Augustinū de Anchona. in tract. de potesta. eccl. q. 47. versi. ad quintū. non tamen requiro hic vtrunque, videlicet q̄ sit consanguineus & sublimis simul: licet ista dictio, ac in textu posita videatur contrarium notare, sed coniungit, vt consanguinei sint excepti à qualificatione supra posita, ac sublimes personę: & sic loquitur hic de magnis nobilibus, non de omnibus nobilibus, sed de principibus, vel filiis principū, in quibus etiam relaxatur ius canonicum. in cle. vna. de baptis. c. fi. de pœnis, quia hi gallicum loquendi ornatum, & fucum verborum à pueris didicerūt, & pro scientia sibi retinuerunt vide gloss. in verbo sublimitatem, in d. extrauag. execrabilis Ioan. 22. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 385. de testa. & omnes consanguinei regis sunt sublimes, sed omnes sublimes non sunt consanguinei regis, vt omnibus est obuium.

Causa rationabilis quæ dicatur, & an in regis cōsanguineis requiratur.

c Rationabili causa.) Rationabilis dicitur, quę nō est pro libito voluntatis, sed ex ratione, cle. vna. circa prin. de exces. prælat. Guill. de Montferrat in 4. parte sui tract. super prag. sanctio. vel dicitur rationabilis, id est iusta. c. cum plures. & c. statuimus. & ibi Arch. de offi. deleg. in 6. An sit rationabilis statur iudicio Papæ, qui habet nominatum per regem admittere. arg. l. 1. ff. de iure delib. & postquam est facta prouisio de his personis exceptis, præsumitur q̄ iusta causa & rationabilis interuenerit, quū ab honestis & prouidis viris, videlicet à Papa & rege factum extiterit. c. nisi. de præb. Nam quis dubitat illum honestum & prouidum, quem apex tantæ dignitatis attollit? c. 1. 40. dist. ideo prouisus nō tenetur aliàs probare istam causam, postquā erat in literis expręssa, & sic intelligitur hic tex. quod sublimes personæ sint exceptæ. ex causa tamen rationabili & legitima. Nam vltra sublimitatem requiritur secundum quosdam in eis causa rationabilis, & legitima, quæ in consanguineis regis non exigitur, sed sufficit consanguinitas: Nec in aliis sequentibus requiritur alia causa, quàm eminens scientia & reformatio, quia vtraque causa est rationabilis, ideo hic adiecit causam ad sublimes, quia quum plures sint in Francia, ex causa rationabili, vtputa, quia perpetuo grati ecclesiæ fuerunt, & ex alia causa nominabitur sine qualificatione præcedente.

Alij causam tam in regis consanguineis, quàm in sublimibus requirunt, sed non est verisimile regem suos consanguineos velle vti iure aliorum, & tantum dilexisse extraneos quàm suos consanguineos. Nam in dubio nemo præsumitur carnē suam odio habere, c. nō existimemus. 13. q. 2. vel potest intelligi, quòd hic consanguinei regis & sublimes censeantur excepti à qualificatione prædicta ex causa rationabili in literis exprimenda, scilicet consanguinitate & sublimitate. Volens dicere text. quòd ex causa rationabili & legitima hi consanguinei ac sublimes sunt excepti à prædicta qualificatione. Nam rationabile est, quòd his prouideatur, vt supra probaui, & causa est legitima id est, à iure approbata in c. de multa, de præb. & in extra. execrabilis Ioann. 22. illo titul. hæc tamen causa est in literis exprimenda, videlicet an sit consanguineus vel sublimis: & aliam vix causam requirit Papa extra consanguinitatem, vel sublimitatem. Potest tamen causa esse rationabilis & legitima, vtpote quia episcopatus est situs iuxta inimicos regis, & opus est habe

est habere hominẽ potentem, tunc nominabuntur hi.c.officij.de elect.Pan.in c.constitutus,3.de app.

legitima [a] in nominatione & apostolicis literis exprimanda [b], necnon [c] religiosis [d] mendicantibus [e]

a Legitima.) Non sufficit ꝙ causa sit rationabilis, nisi sit legitima, vt hic, id est à lege vel canone approbata.l.legitima.ff.de pact.l.vna.C.quando nõ petent.part.& ibi Sali.& Dec.cons.258.in casu.col.2.c.legitima.de app.in 6.dic.vt in proxi.gl.scripsi.

b Exprimenda.) Requiritur ergo expressio consanguinitatis secundum quosdam in nominatione regis, vt nomino sanctitati vestræ Petrum N. consanguineum nostrum, alioqui non valet ꝙ factum erit, quia hic datur pro forma, quæ seruari debet. l. cum hi.§.si prætor, ff. de transact.idem in sublimibus, vt Nomino D.V.talem.N.sublimem virum, & magni status ac nobilitatis ad talem episcopatum N. Quia si actus non possit fieri nisi in certis casibus, tunc qui vult illum actum facere, debet exprimere quod est in aliquo illorum casuum.Inn.& Pã. in c.ad nostram.in fi. de app. vbi appellans à correctione debet exprimere excessum, & in citatione facta die feriato requiritur, quòd exprimatur causa alimentorum, vel alia causa permissa. l.2.in fi.cũ gl. & ibi Bart.ff.si quis ius dicen.non obtempe. iũcta.l.1.& 2.ff.de feriis.faciũt no.per Inn.in c. præterea.de app.& Ro.cons.483.dubitatur.col.3.nu.14. Bar. in l. non solum.§.sed vt probari. ff.de noui ope.nuncia.

Causa an sit in bullis exprimenda. Item postea in literis apostolicis dicetur: prouidemus tali consanguineo regis &c. vel tali sublimi personæ &c.& idem statuebatur in prag.vt reseruationes non fierent nisi ex magna, rationabili & euidenti causa in literis apostolicis exprimenda. §. decreuit.de elect.in prag.& ibi gl.in verbo, exprimenda.dicit non præsumi causam, nisi exprimatur, quia vbi constitutio requirit expressionem causæ, non præsumitur nisi exprimatur.c.vt debitus. de app. c.1.illo.tit.in 6.nec in principe præsumitur causa, quãdo veniret contra suum contractum. Pan.in c.quæ in ecclesiarum, num.14.de constitu. Aliàs posset recedere à contractu, quòd non potest. vt conclusi in præfat.ad Rub.de collat. infra. Et si rex expresserit, non solet Papa inquirere an causa vera sit, sed solet nominato prouidere, sicut etiam dicitur in c.in nostra.de rescr.per doct.quando quis exprimit aliqua in impetrationibus, nã tunc Papa credit impetranti, sed postea opponi potest de subreptione, & quotidie ita fit, nec sufficeret exprimere, in nominatione si in literis apostolicis non exprimeretur. per hunc textum copulatiuè loquentem, nec posset causa haberi pro expressa, cum hic expressio necessario requiratur, licet aliàs regulariter sufficiat vt dixi in gl.pro expressis, in forma mandati apostolici infra. *Quando aliquid non potest haberi pro expresso.*

Quæro an alia sint exprimenda, videtur ꝙ non. postquam de vno expressit. Ergo aliud nõ vult exprimi, in contrarium inclino, vt consanguineus vel sublimis à rege nominatus teneatur etiam exprimere si quem defectum habeat, vtpote, quia erat regis spurius legitimatus tamẽ vel minor 27. anno. & etiam alia quæ de iure sunt exprimenda, vt dixi superius, & in forma mandat.in d. gl. pro expressis. quod est mente tenendum.

c Necnon.) Hic addit religiosos reformatos eminentis scientiæ & doctrinæ non comprehendi in qualificatione supra expressa. Et duæ negationes æquipollent affirmationi.l.duobus.ff.de verb. sign. vbi plenus scripsi, & sic tres tantum personæ à qualificatione supra tradita hic excipiuntur. Primò regis consanguinei, secundò sublimes, tertiò religiosi mendicantes, reformati, eminentis scientiæ, & excellentis doctrinæ viri, vt sequitur.

d Religiosis.) Propriè hic accipitur pro eo, qui fecit professionem in aliqua religione approbata, in qua solent profiteri tria substantialia regulæ, scilicet paupertas, castitas, & obedientia, subiiciendo se imperio prælati. c.ex multa. de voto. Pan. & alij in rub.de reg.& c.si religiosus.de elect.in 6.& talem religiosum non facit habitus, sed professio facta in manibus eius, qui potest incorporare religioni. c. porrectum.de regula.Card.in cons.138.in aliquibus. & hi habent nouem ligamina, quibus religantur. Primum est castitas, & hæc ligat luxuriam, quia religiosus non castus, hircus est fœtidus. Paupertas auaritiam, nempe sepeliri debet in sterquilinio religiosus auarus pecunias congregans.c.cum ad monasterium.de statu monach. Obedientia & humilitas ligat superbiam, pro monstro est videre religiosum superbum & elatum. Communitas inuidiam, quæ vix contra hosce succumberet in casu nouitatis, & interdicto vti possideris. Parcitas gulę immũditiam, pauca habentes parcitatem gulæ sequuntur. Charitas iracundiam. Taciturnitas oris insolẽtiam & maledicentiam. Labor accidiam, vnde illis dicitur Ecc.9.c. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare. Habitus vtilitas inanem gloriam, quæ prosequitur Berth.in dictio. in verbo religio. Quamuis religiosus largissimè vocetur omnis Christianus, inde dicitur religio Christiana, c.1. de homici. in 6. c.1.97. dist. vnde quis dicitur effici religiosus per leges, quia religant hominum volũtates, & coarctant ad bene viuendum, in proœmio insti. in princ. Item largè dicitur religiosus omnis christianus honestæ vitæ instar religiosorum. c. ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.c. fi. de reb. eccl. non alien. Aliquando accipitur pro prælatis, vel aliis clericis secularibus si dicatur religiosus vir.gl. & doct. in c.1.23.dist.& c.obeuntibus.63.dist.sed propriè capitur hic, vt dictum primò extitit, vide quæ plenè scripsi in l.inter publica.ff.de verb.sign. *Quis dicatur religiosus, & quibus ligetur ligaminib.*

e Mendicantibus.) Quidam sunt mendicãtes validi, de quibus in rub.C.de mendic.valid.lib.11. Alij sunt mendicantes, & hi dicũtur quibus ad congruã sustẽtationem reditus, aut possessiones habere professio sua regula vel constitutiones interdicunt, sed per quæstum publicum tribuere victum solet incerta mendicitas.c.vno.§.1.de relig.domib.in 6. & gl.in c.vno.de exces.prel.eo.lib.vnde hi mendicantes non habent aliquid certi, ex quo victum sumãt, nec dicuntur mendicantes, qui proprium habere possunt, licet non habeant, & mendicent. teste Bal. consil. *Mendicantes qui dicantur.*

consil.438.viso.col.1.vol.1. Card.consi.17. An ordo. rub.de regula.

Carthus. Cœlestini & obseruantes, an sine doctoratu episcopi esse possunt.

In hoc tamen tex.puto comprehendi Carthusiē. quibus permissum est in communi habere possessiones, non tamen villas, aut castra, vel feuda, quæ homagia dicit tex. in c.recolentes.de statu monac. etiam alios religiosos reformatos non excludit hic tex.videlicet S. Victoris, & Cælestinos, aliósq; omnes qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi non possunt, & sic obseruantes hic comprehenduntur, quia ex statutis eorū prohibentur sumere gradum doctoratus, aut alium, licet alij quatuor mendicantes non prohibeantur. Bonif. in cle. 1. in fi.de regula. & istorum paupertas fœlix est, cum sit voluntaria, & propter charitatem, & de ea dicitur, Beati pauperes spiritu. secus de illa quę pręter animi spē venit, forte propter prodigalitatem. de qua in c.diaconi.5.dist.93. cuius tex.verba hic reddam. Mendicat infœlix in plateis clericus, & seruili operi mancipatus publicā à quolibet poscit eleemosynam, qui ex eo magis despicitur à cūctis, quo miser & desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. facit l.3.in prin.ff.de testib.l. cura.§.deficiētium.de muneri.& hono.sicut illi qui ex fundatione suæ regulæ vel de iure mendicantes sunt, licet de facto non mendicent, mendicātes dicuntur, vtpote, quia contra prohibitionem retinent possessiones, vel quia super hoc à Papa habēt priuilegium, ꝙ possint certas possessiones retinere, & illarū fructus recipere, vt sunt moniales sanctæ Claræ, & religiosi dominicani sancti Maximini in Prouincia, qui etiā curati ibidē sunt, & diuites, vt ipse vidi. & not. Lappus alleg. 4. dispositio. ideo quo ad alia priuilegia retinēt mendicantiū, vt Carthusienses & mēdicantes dicuntur: quia esto ꝙ sint habiles ad possessiones, non tamen ad alia, & sic de iure mendicarent, si non haberent, possessiones, & ideo poterunt nominari sine qualificatione prædicta.

reformatis [a] eminentis scientiæ [b], &

a Reformatis.) Non sufficeret ꝙ esset religiosus, nisi esset reformatus. Reformatio enim est rei veteri facta additio, aut eiusdem renouatio, gl.in verbo reformat.de authoritate generalium conci.in prag. vnde 2.Mach.5. c. dicitur, non propter locum, sed propter gentem locum deus elegit. tex. in c.quamlibet.40.dist.& ad Rom.12. c.nolite cōformari huic seculo. Sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacens, & perfecta. Notandum est quòd quando agitur de reformatione, parlamentum in hoc Franciæ regno cognoscit, & compellit episc. vt creet vicarios generales certos consiliarios clericos, qui faciunt statuta, & alia ad reformationem pertinentia, vt vidi sæpius seruari in hoc senatu, licet de iure secus. c. tuam. de ætate & qualit. c.relatum ne cleri. vel monach. per Dec.consil.22.monasterium.

Quis de reformatione cognoscat.

Hoc etiam episcopus potest vocatis aliquib. abbatibus & religiosis reformatis. Sed non solus, vt fuit dictum in senatu contra episc. Carnoten. qui solus processerat contra religiosos sancti Patris, anno 1526. die 13. mensis Decemb.

Religiosi an possint ad reformationem cōpelli.

Quæro an religiosi possint compelli ad reformationem subeundam? videtur quòd non, quia ab initio datur annus probationis ingresso, vt asperitatē ordinis experiatur. c.ad apostolicam.de regula. vnde videtur quod postea ad duriorem vitam, & ad viuum (vt dicitur) resecari contra suam voluntatē adstringi non possit, nisi alius annus sibi de integro concederetur, sic cōsuluit Oldr. cons.96. nunquid, &c.facit gl.in c.gesta.74.dis.gl.in c.integritas.22.q. 1. Contrarium est verum. quia religiosi propriæ voluntati renunciauerunt. c.non dicatis.12.q.1.& ideo nolle non habent.c.si religiosus. de elect. in 6. ob id sustinere debent iugum, licet videatur intolerabile. c.in memoriam.19.dist. probatur in c. vno. de statu monach. in 6. vbi monialibus perpetua inducitur clausura. & sic strictior regula, quàm in principio esset. Pan. in c. ad nostram. de appellat. plenè Card. Alex.in c.ante triennium.col.2.dist.31.

Primò fallit, quando professio esset limitata, vt ego voueo seruare regulam S. Francisci, quæ tunc seruatur, tunc si alia addatur non tenebitur sic profitens. nam actus agentium operari non debent vltra eorum intentionem. l.omnis. ff.si cert. pet. & limitata causa non capit accessionem. l.in agris.ff.de acqui.rer.domin. Host. ita placet in summa de voto. §.vtrum. sed raro fit sub hac forma.

Secundò fallit, quando tanto tempore regula relaxata fuisset, cuius initij memoria non esset in cōtrarium, quandoquidem propter tantam temporis taciturnitatem reputaretur noua austeritas, de qua ingressus non cogitauit. Pan.in c. Deus qui.col.2.de vita & honest.cleric. vbi dicit, quod si in certo monasterio non est memoria in contrarium, quòd esus carnium non fuerit prohibitus, licet per regulam prohibeatur, si aliquis ibi sumat habitum, non peccat comedendo carnes, & sequendo mores longo tēpore per alios obseruatos, & maximè Papa sciente, & tacente ac tolerante. Nam consuetudo tanti temporis inducit præsumptionem alicuius tituli c. 1.de præscr.in 6. Card. in c. cum ad monasterium. de stat.mona.& ibi. Pan. col. pen. & in c. super eo. col.pen.de regula. Alias limitationes vide per Dec. in d.c.ad nostram.de appel. vbi limitat etiam si propter corporis debilitatē ingressus non posset tolerare, vide alia ibidē. & per Præpo.in c.1.dis.31.& ista sunt notāda pro reformationibus quæ in dies fiūt,

Sciētia eminēs quæ dicatur.

b Eminentis scientiæ.) Illa dicitur eminens sciētia, quando quis per eā potest bene explicare quæstiones sine reuolutione librorum. ex sententia Inn. & communiter aliorum in c. cum in cūctis. in prin. de elect. vndę Barb. se nunquam inuenisse aliquem in consil.34. præclare. col.18.in 2. vol. planè fatetur, ideo Dec.in d.c.cum in cunctis. dicit sciētiam eminentem esse, quando quis scit omnes quæstiones etiam difficilimas iure decidere cum reuolutione librorum, aliàs nullus inueniretur. & sic hic text. nihil nobis seruiret, nec tex.in c.venerabiles. de pręb. nec alij text. iuris canonici loquentes de scientia eminente. Eminens dicitur eo, quasi præ aliis manens, vnde scientia eminens est, quæ manet penes aliquem prę aliis, allusionem vocabuli insequendo, quæ bona aliquando est.l.2.§.mutui datio.ff.si cert.

pet. Ille ergo dicitur eminentis scientię, qui pre aliis maiorem habet scientiam, & bene scit respondere quæstionibus propositis. Ego vidi aliquos respondentes ad omnes quæstiones ex tempore, tamen nõ dicebam eos habere scientiam eminentẽ, quia non bene respondebant, sed quodam casu (Apollinis instar) omnibus responsa dabant indiscriminatim, & melius fortè ex tempore respondebant, quàm cum librorum reuolutione.

Mediocris sciẽtia quæ dicatur. Mediocris est illa quando scit respondere cum reuolutione chartarum, secundum Pan. in d.c. cum in cunctis. Ego intelligerem mediocrem scientiam commune, quando habet multos sibi pares. Nam mediocris dicitur quasi medium tenẽs. Aduocatus ergo, vel doctor qui est doctus, sed nõ excedit alios in doctrina, dicitur habere scientiam mediocrẽ, vnde ingenuus, qui manifestauit desertorẽ immunitate mediocris loci potiatur. dicit l. 1. C. de desertorib. li. 12. vbi gl. exponit mediocris. i. pauper. Ego tamen exponerem mediocris loci. i. mediocris rei, vel fortunarum, per l. quidam in testamento. ff. de leg. 2 ibi, aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum. vide text. in l. cum hi. §. si in annos. ibi, honestioris loci. ff. de transact. &c.

Sufficiens sciẽtia quę. Sufficiens verò dicitur, quando per illã expedire scit ea, quæ sibi & suo beneficio, vel officio incumbunt, quæ arbitrio iudicis relinquuntur, teste Bonif. de vitali. in cle 1 q. 1. de ætat. & qualit. ideo nobilis, qui sequitur militiã, est sufficienter literatus, si sit instructus in grãmaticalibus & historiis, teste Barb. in d. cons. 34 nu. 36 in 2. vol. quia tam exactam sciẽtiam non requirit militia, nec verbera, sed prouidẽtiam, robur & vigilantiam, teste Vegetio de re militari. [Et iste tex. ideo dicit eminentis scientiæ, non eminentis artis, quia si fuerit aliquis excellens latomus, vel armiger, non poterit nominari, quia non est excellentis scientiæ, licet cõtrarium factum audiamus, quòd in perniciem animarum, & ecclesiæ elusionem cedit, ideo dolendum.

excellentis doctrinę [a] qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad gradus [b] huiusmodi assumi non possunt, sub prohibitione præmissa minimè [c] comprehensis, sed de

Quæ dicatur scientia excellens. a Excellentis doctrinæ.) Id est, excedẽtis, vel maximè, & sic ratione excellentiæ fit, q̃ aliàs nõ fieret. Nam ratione excellentiæ in mulierẽ compromitti potest. c. dilecti. de arbitris. Spe. eo. tit. §. potest esse. in prin. Vnde licet inter Rotę auditores non debeat admitti quis, ni prius examinetur, etiã si sit doctor, & notus, vt dicit Bal. in c. scriptum. col. vlt. de elect. Tamen si esset doctor valde excellens, & maximi nominis, recipi poterit sine vllo examine. arg. l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut. ibi, valde disciplinatos, & ibi Bal. dicit recedi ab statuto propter eminentem scientiam alicuius, vel saltem est iusta causa dispensandi, & ita quandoque fit Romæ, teste Decio in c. constitutis. not. 4. de app.

Cõsiliarius quando nõ sit examinandus. Idem seruatur in parlamentis Franciæ, vt nõ soleant consiliarios recipere sine examinatione, nisi sint doctores valde excellentes, & magni nominis per supradicta, vel nisi sint nominati ab eis, quia nõ possunt reprobare, quod semel nominando approbarũt. l. in arenã. C. de inof. testa. Item doctor legẽs extra patriã suam gaudet priuilegiis, & excusatur à munerib. suæ patriæ datis præsentib. quãdo est excellẽtis sciẽtiæ, per d. §. amplius, quia vbicunque sit, dicitur esse decus & gloria suæ patriæ. Barb. in tract. de præstan. card. in 1. q. 1. partis. nu. 58. & in proœ. cle. in verbo, salutem. col. 11. vers. 8 si doct. Et minor 18. annis, si sit excellentis doctrinæ (quæ in eo nõ præsumitur) potest gradũ doctoratus assumere. Bene. in repe. c. Raynutius. in verbo, adiectæ. nu. 18. de testa. alle. Bal. in l. 1. §. interdum. ff. de legi. tute. nu. 31. & seq. facit l. ad bestias. ff. de pœ. & ibi multa addidi.

Non ergo est mirum, q̃ hic reseruetur nominatio de homine excellentis doctrinæ, licet non sit vt suprà qualificatus, quod intellige verũ, quando est religiosus reformatus, secus si sit secularis, quia is potest si velit, has textus qualificationes habere, si nõ habeat, imputetur ei, etiam si sit excellentis doctrinæ, non poterit, vt suprà dixi per regem nominari, & multũ attenditur vita, vt patet in beato Nicolao, fuit enim, licet laicus esset id temporis, ob sanctitatem vitæ in episcopum electus, & D. Ambrosius in archiepisc antequam esset baptizatus. c. statuimus. §. his omnibus. 61. dist. Et sic hæc exceptio est valde elegans.

Ignarus et nominatus reprobandus. Nota tamen, q̃ si aliquis propter falsum rumorẽ esset à rege nominatus, postea reperitur ignarus, qui peritus credebatur, debet cassari eius nominatio c. fi. de æta. & qualita. gl. sing. in c. veniam 35. q. 9. in practica tamen esset difficile obtinere. vide Bart. in l. cum quid. & quæ ibi, addidi in fi. ff. si certum pet. & quæ dixi in tract. nomi. q. 21. nu. 11. [Ideo bonum esset. quod hi latomi & voraces armigeri, & pãtiuori ab eisdẽ ecclesiis, quibus indebitè præfecti sunt, iustè & sanctè amouerentur, & stolidi protonotarij studerent, & in scholis prudentiam acquirerent, & iuuentutem purgarent, antequam eis ecclesiarum regimina committerentur, quia infirmatur ecclesię regimen propter multorum stoliditatem præfectorum, deus prouidere velit.

Qui gradus sint religiosis permissi, & qui prohibiti. b Ad gradus.) Doctoratus, licentiæ, vel baccalaureatus etiam in Theologia, vt obseruantes Carthusien. Cælestini, & alij id genus religiosi, nec assumi possunt etiam habita licentia ab eorum superioribus, quia cum sit statutis illorum prohibitum, & illa statuta sint per Papam confirmata, non poterit inferior à Papa illis quo ad hoc derogare, nec dispensare, per tex. in c. dilecto. de præb. ad gradus tamen honoris & vtilitatis in suis conuentibus admitti possunt, ideo potest quis esse pincerna, clauiger, sacrista, prior, vel alios gradus monasterij recipere, nec prohibet hic tex. cum dicat huiusmodi, & supra locutus fuerat de gradu doctoratus & licentiæ, & in *Primus gradus est perfici addocendum &c.* religionibus est dare gradum, teste Alberico, in verbo religio. versic. sed nunquid. Nam primum gradum tenent, qui ordinantur ad docendum, seu prædicandum. Secundum illi, qui ad contemplationem. Tertium illi, qui ad exteriores actus præficiuntur.

c Minimè comprehensis.) Scilicet consanguineis

regis

regis sublimibus, ac religiosis, & sic hi tres hic excipiuntur, vt supra dixi.

eorum personis [a] dictis [b] ecclesiis pro tẽpore vacantibus ad dicti regis nominationem per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi liberè [c] prouideri possit.

Nominari qui possint per regem, & quæ dicatur persona.

a Personis.) Apparet igitur per hunc text. regem posse nominare consanguineum suum, vel sublimẽ non qualificatum ad episcopatum, vel archiepiscopatum, oportet tamen ꝙ ille sit persona, id est rationabilis creatura. Card. in c.2.§.cum verò. de concess.præb. Quippe persona dicta est, quod per se sonat, & est natura rationabilis, indiuidua substantia. Lucas de penna in l.2.col.2.C.de delato.lib.10. vnde philosophi tria esse necessaria, antequam persona dicatur, arbitrati fuere. Primum, vt sit indiuiduum. Secundum, quòd sit in genere substantiæ. Tertium, quòd sit rationale, & per hoc excluditur non natus, vel natus, & adhuc infans, vel puer, quia non est persona, id est, rationabilis creatura. & si fuerit nominatus, debet per Papam repelli, quia istis non debent committi tot milia animarum, quibus non committerentur duo falcones, vel pira, seu poma, custodienda, vnde dicebat quidam:

Petro non puero, claues Deus ecclesiarum
Tradidit, atque Dei iussit habere vices.

Hodie verò dicitur his puerulis:

Est puer, & nondum discernere possumus, vtrum
Fæmina, vel mas sit, & modo præsul erit.
Talibus est hodie cleri populíque potestas,
Atque domus domini cura regenda data.
Talibus ecclesia est Christi suffulta columnis,
Decidet ante suam præiugulata diem.

Item per hoc verbum amens, furiosus, & prodigus prohibẽtur nominari, quia propriè appellatione personæ hic non veniunt, vt dixi in gl. personis. §.statuimus.1.de col. infrà. licet quandoque in alia materia posthumus persona vocetur. §. posthumi. instit. de exhæredat.liberorum. Item si essent aliàs inhabiles, non debent nominari, de quibus scripsi in tract.de pacifi.possesso.in 4.limita. Vult ergo hic dicere text. quòd isti consanguinei & sublimes possunt nominari, licet non sint doctores, & supradicto modo qualificati, requiritur tamẽ quod sint personæ, & habiles de iure naturali, aliàs non possent nominari. De religiosis si sunt reformati excellentis scientiæ & doctrinæ, vt requirit hic tex. non est dubium, quin sint personæ.

Ecclesiis de persona prouideri debet, nõ personæ de ecclesia.

c Dictis ecclesiis.) Et sic ecclesiæ debet prouideri de persona, & non personæ de ecclesia, quod non fieret, si prouideretur de istis inhabilibus. Item dicit tex. dictis ecclesiis, scilicet metropolitanis, & cathedralibus, & sic de aliis beneficiis non solet istis mẽdicantibus in hoc regno prouideri etiam per dispẽsationem Papæ, cum per hoc auferatur substantia regulæ, & generetur scandalum laicis, imò si illis fiat alicuius beneficij collatio, & illud per triẽnium possideat mendicans, non iuuatur decreto de pacificis poss. vt nu. 258. in tract. de pacifi. possess. dixi. Præterea dictis ecclesiis potest prouideri de his nõ qualificatis, sed de ecclesiis dicendis, vtpote de abbatiis, non vt supra dixi in gl. consanguineis. eo.tit. & de his tamen religiosis reformatis non esset iuri contrarium, etiam abbatiis prouidere vel prioratibus, quia in his cessat ratio, quæ in consanguineis & sublimibus militat.

c Liberè.) i. sine qualificatione suprapo sita, de hoc verbo est videre gl. in §.præfati.1. de colla. in verbo liberè. infrà. & gl. in §.simoniacè. in verbo, liberè. de ele. in prag. & suprà. in eo. verb. Et sic nota requisita in his religiosis antequam à rege nominari possint.

Quæ requirantur antequam religiosus per regem nominari possit.

Primò, requiritur ꝙ sit religiosus, ibi, religiosis, si ergo esset secularis, licet esset sanctæ vitæ, vel excellentis doctrinæ, nõ posset nominari sine qualificatione supra dicta, quia poterit habere qualitates has, si velit, assumat, vt capax fiat. dé quo supra dixi.

Secundò, requiritur, ꝙ sit religiosus mendicans, ibi, mendicãtibus, secus ergo in aliis, quia de his expressit, ergo de aliis negat. l. cũ prętor. ff. de iud. dixi in gl. mendicantibus quomodo intelligatur.

Tertiò, requiritur ꝙ sit reformatus, ibi, reformatis, si ergo esset religiosus dissolutus, vel bonus curialis, eum non admitterem.

Quartò, requiritur quòd sit eminens scientiæ & excellentis doctrinæ, ibi, eminentis, & declaraui supra in gl. eminentis. & gl. seq.

Quintò, ꝙ ille religiosus nõ possit assumere gradum propter statuta sui ordinis, ibi, qui iuxta, &c. si ergo posset, requiritur qualificatio supra scripta, vt assumat gradum, & aliæ supradictæ, si verò esset pauper, cuius ratione non posset assumere gradum, non tamen excusaretur, quia difficultas non excusat, sed impossibilitas sic. l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. l. impossibilium. de reg. iur.

Sextò, quòd nominetur per regem, ibi, ad dicti regis nominationem.

Septimo, requiritur quòd ecclesia sit vacans, ad quam nominatur, & eo tempore quo nominatur, ibi, pro tempore vacantibus.

Octauò, quòd per Papam nominatio recipiatur, ibi, prouideri possit. & intellige concurrentibus supradictis Papam teneri huic nominato per regem prouidere, aliàs veniret contra suam conuentionem, & sic cum his declaratus erit hic primus. §. transeo ad sequentem.

§. MONASTERIIS.

HIc §. diuiditur in quatuor partes. in prima cõcedit regi nominationem in monasteriis & prioratibus conuentualibus, & verè electiuis in suo regno vacantibus, & Delphinatu comitatúq; Dien. illíque. Primo præstituit tempus sex mensiũ ad nominandum habilem & idoneum. Secunda pars cõcedit regi, qui primò nominauit nõ qualeficatum, vt possit variare, & qualificatam personã intra alios tres menses nominare, ibi, si verò idem rex. Tertia, excipit duos casus, in quibus Papa liberè prouidet, ibi, alioqui dictis, &c. Quarta electiones & prouisiones contra præmissa factas irritat, ibi, electiones, &c. & sit hoc loco summarij ad istum. §. [Ponderanda sunt verba tex. huius §. in quo quatuor requiruntur. Primò ꝙ per electionem assumatur, alioqui assumptum reuocari potest, c. cum ad monasteriũ.

Elucidatio ad §. monasteriis, de nominatione reg. in concorda.

§.talis. de statu mona.secus si per electionem. c. 2. de statu monacho. Secundò quod prioratus sit verè electiuus:ergo si per præsumptiones probaretur, non haberet locum iste text. etiam si ex fundatione appareret quod esset verè electiuus, non haberet locum iste text.nisi consueuerit forma seruari.c.quia propter.vide Bal. in l. fi.de falsa causa adiectiua lega.Tertiò quòd in eius electione forma capit. quia propter.seruari consueuerit,quæ seruari non debet nisi in prælaturis & prioratibus, in quibus ecclesia est viduata pastore,gl. & doct. ibi, De Rota decis. 452.ex hoc. vbi hanc opinionem dicit euãgelicam: & hoc propter magna pericula quæ imminent illis ecclesiis. Ideo text.loquitur cum ministerio, quod si in illis prælaturis non consueuerit seruari forma c.quia propter. non comprehenderetur hic per hoc verbum,etsi consueuerit forma seruari, etiã in aliis inferioribus dignitatibus voluit hic comprehendi, sed ad tollendum dubium illius c. quia propter.addidit verbum consueuerint. Quartò quòd electionum confirmationes solenniter peti consueuerint: & verbum consueuerint in duobus ad minimum verificatur,gl.vlt.in l.3.C.de episc.aud. & in c.cum ecclesia Sutrina. in verbo, tertio. de causa possess. si ergo ista non apparent, nõ habebit locum tex. quia de his quæ nõ sunt, & non apparent, idem est iudiciũ l.duo. ff.de testa. tut. Itẽ si probetur quod prior habet alium supra se,non dicitur tũc ecclesia viduata.ergo in illo non habebit locum.d.c. quia. gl. in c. cupientes.in verbo,regularium.de elect.in 6,]

An rex nominare possit ad monasteria monialiũ.

a Monasteriis.)Monasterium propriè monachorum vocatur habitatio.l.generali.C.de sacrosanct.eccle. 16.q.1.c.

§. Monasteriis [a] verò & prioratibus [b] conuentualibus, &

placuit.2. An comprehendantur hic monasteria monialium,videtur quòd sic per tex. in c. monasteria. de vita & honest.cler.& c.monasteria.18.q.2.c.vno. de statu regul.in 6.tex.iuncta gl. in cl.1. de elect. vbi vocantur monasteria,& rex in monasteriis per hũc text.habet nominationem, ergo & in istis. In contrarium videtur, quia illa non dicuntur simpliciter monasteria,sed cum adiuncto,monialium, & quãdo aliquid profertur cum adiuncto,nõ est illud propriè sicut cum dicitur,homo mortuus,sententia arbitri.Bart.in l.Lucius.§.quæsitum.ff.de lega 3.facit. l.j.§ j.ff.de donat.vbi donatio conditionalis non dicitur propriè donatio.Decius in rubr.de probat.co. 10.ver.6.Aretinus.Dixi in repet.l.quod iussit.nu.65. in pręfa.ff.de re iudic.Tantum abest quòd verbum huius tex. presbyterum conueniat mulieribus, vt iure satis est cautum.ergo nec huius text. decisio. l. 4.§.toties.ff.de damn.infect.Itẽ forma. c. quia propter.in electionibus monialium nõ seruatur, quam requirit hic tex.sed forma.c. indemnitatibus.de ele. in 6.Pan.in c.ad probandum.col.vlt.de re iudi.gl.in §.& cum humanæ. in verbo abbatis de ele.in prag. Et in materia odiosa, vt hic & pœnali appellatione abbatis,nõ venit abbatissa.c.quoniam. de simonia. [vbi vtrunque exprimitur & regulariter vbi vult moniales comprehendere.] c. postulastis. §. vni.de cleri.excom.ministr. vbi exprimuntur moniales.& in cle. vna. de consang. quandoquidem si conditores de monialibus intelligere voluissent, expressissent. c. ad audientiam. de decim. Maius quippe est periculum in monialibus, quã viris,quia hæ potius facerent se saracenas, quam odiosam illis reciperẽt. c.tua nos.de iureiu. Ideo vidi quasdam nominationes per regem factas,in quibus dicebat Papa,prouidemus tali N.dummodo monialium maioris & sanioris partis consensus interueniat. Et sic hæ moniales eligere poterunt etiam hodie. & in his cessabit regis nominatio.

Item priuilegiũ concessum fratribus minoribus, vel prædicatoribus,non extẽditur ad sorores etiam illorum ordinum. Alex.consi.15.viso testamẽto.col. 2.vol.4.& Barb.cons.50. clementissimum.in fi.vol. 4. Etiam rex non nominat in monasteriis conuersarum meretricum,de quibus per collecta.in c.2.de regula. nec ad monasteria viduarum, sed ipsæ eligent,vel si ex fundatione competat prouisio Papæ, ille prouidebit.Nam in hoc text. non comprehenduntur,dum dicit illorum conuentus, non dicit illarum,&c.& ibi,illorum occurrente,&c.

Et in odiosis & differentibus masculinum non comprehendit fœmininum.gl. & doct.in c.generali.de elec.in 6. Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur. scripsi in l.1.ff.de verb.sign.

Prioratus cõuentuales qui dicantur.

b Prioratibus cõuentualibus.) Cõuentualis prioratus dicitur vbi est congregatio religiosorũ,tam ex ꝓprietate, quàm ex cõmuni vsu loquendi.De Ripa in c.cũ ecclesia.in 3.no.de cau.poss.& propr.doct.in cl.& si principalis.de rescr.Pan.in c.cũ terra.no.1.de ele. vbi congregationem religiosorum dicit cõuentum: secularium autem capitulum, dixi in §.volumus.in gl.collegiatis.de coll.infrà. hoc pulchrè declaratur in hoc tex. ibi, dum dicit religiosum eiusdem ordinis,& in ver.si verò,vbi secularis est inhabilis ad istos prioratus,ergo intelligitur de regularibus,aliàs secularis non esset inhabilis.Prioratus verò nomen simpliciter prolatum, ad seculare & regularem extendi potest,est enim prioratus verbum generale.gl.& doct.in c.cùm de beneficio.de præb. in 6.tamen hic debet intelligi tantum de prioratu conuentuali ex fundatione,vel ex præscriptione.c. cùm de beneficio.

An rex ad seculares dignitates nominare possit.

Et sic ratione adiuncti verbi conuentualis, non comprehenduntur hic prioratus ecclesiarum collegiatarũ seculariũ, & per ea quæ cõsuluit Geminia. consi.131.quoniam beneficia. col.2. vbi dicit constitutionem Papę disponentem prioratus conuentuales vacare,si electi non fuerint intra sex mẽses promoti ad ordines requisitos, non comprehendere collegiatas ecclesias secularium, præposituras, vel decanatus illarũ ecclesiarum,quia in materia exorbitanti, quæ disponit contra ius antiquum, vt est ista, appellatione monasterij non comprehendũtur ecclesiæ seculares,tex. & ibi gl. in cle. 1. de elect. in verb.monasteriis.c.grandi.de suppl. neglig. prælat. Io.And.in c.Ioannes.co.2.de regula.etiam appellatione ecclesiæ conuentualis venit ecclesia regularium,non secularium.cle.1.de reb.eccl.non alie.

Item quia tex.in §.fi.infra.eo.ponit differentiam inter capitulum & conuentũ, & exprimit vtrũque, ideo si

ideo si voluisset iste tex. de vtroque intelligere, etiã expressisset. c. ad audientiam. de deci. ergo non habebit locum, si dignitas secularis esset electiua, & in ea seruaretur forma c. quia propter. extra expressas in §. suprà. proxi. & in gl. in §. sed quòd per electiones. in verbo collegiatis. de elect. in pragm. quod est notandum, quia vidi sæpius dubitari.

Declaratio quanti sit emolumenti.

Quid si declaratum fuerit per Papam velle comprehendi, an comprehendantur? Respon. non per modum declarationis, cũ hic nullo modo comprehendantur seculares dignitates electiuæ non expressæ supra co. sed bene per modum additionis, in qua eadem solennitas requiritur, quæ in faciendo vel in destruendo, auth. ecõtra. C. de rep. in hoc casu requiritur noua acceptatio per regnũ, sicut in aliis.

Item noua proclamatio & recitatio, de quibus dixi in rub. de regia acceptatione. infra. nec poterit retrotrahi hæc declaratio, etiam si diceretur, quia extrema sunt inhabilia.

Primum, videlicet à quo, quia non comprehenduntur sub his verbis, & extremum ad quod, vt no. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

Nota ꝙ is qui habet hunc prioratum conuentualem, dicitur in dignitate. c. nisi. in fi. de præb. ideo potest esse iudex delegatus Papæ. c. statutũ. in prin. de rescript. in 6. cle. & si principalis illo tit. quia ex quo habet collegium & iurisdictionem in illos de collegio, iuxta no. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ord. Oldr. cons. 257. factum tale. nu. 34. Si verò nullos habeat monachos, non dicitur habere illã dignitatem. Ias. cons. 77. præsupponitur. col. 6. in 1. vol.

Nominare an rex possit ad prioratus nõ habentes monachos.

Poterit tamẽ rex nominare ad illum prioratum conuentualem, licet non habeat monachos, tã quia non desinit esse prioratus conuentualis, tum etiam, quia aliàs esset in potestate prioris, remouendo religiosos regem sua priuare nominatione, quod nõ est permittendum, & hic text. requirit prioratũ esse conuentualem, & verè electiuum, & non religiosos: ergo si desint, non minus nominabit rex, & quia est verè electiuus, habitu saltem, per not. in c. 1. de elect. Et intellige siue sit prioratus monachorum, siue canonicorũ regularium, cùm omnes sint religiosi. c. quod dei timorem. de stat monach. & appellatione prioratus venit vterque. cle. etsi principalis, vbi Bonifa. Vital. hoc in prin. declarat. de script.

verè [a] electiuis, videlicet in quorum electionibus forma c. quia [b] propter seruari, confirmatione [c] electionum huiusmodi

Quis dicatur prioratus electiuus, collatiuus, & an vterque hic comprehendatur.

a Verè electiuis.) Hic probatur melius quàm alibi in corpore iuris, ꝙ illud beneficium dicatur verè electiuum, in quo procceditur per electionem, & postea requiritur confirmatio, allegatur tex. in cle. quia cõtingit. de relig. domib. iuncta gl. Fel. in c. in nostra correla. 32. de rescrip. [sed pro hoc tex. in c. cum in cunctis. §. cum verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit. de ele.] dixi in tractatu nominationum. q. 15. nu. 25. & iura loquentia de beneficio electiuo, in dubio intelliguntur de isto, in quo requiritur electio & confirmatio, aliud est beneficium electiuum, sed non verè, vtpote quando canonici eligunt, & eligendo conferunt, nec alia expectatur confirmatio, & de isto non loquitur hic tex. qui expressit verè electiuis, & confirmationem requirentibus, de quibus per gl. in verbo, electiuis, in §. sed quod per electiones. de elect. in prag. gl. in regula cancellar. 33. vide Oldr. consi. 146. factum est tale. col. 2. * Nam quando canonici, vel alij eligẽdo conferunt, verius conferre dicuntur, quàm eligere. vt probat. c. post electionem. versi. cum igitur, ibi, illum vnanimiter contulerunt. de concess. præb.

An præsumatur prioratus electiuus, & an comprehendatur.

Et sic excluditur hic prioratus conuentualis collatiuus, postquàm de electiuo expressit, arg. c. qualis. 25. dist. intellige siue sit electiuus ex fundatione, & an præsumatur electiuus? nam hic duo requiruntur, primò ꝙ sit verè electiuus, 2. ꝙ in illius electione seruetur forma c. quia propter. Respondeo, non quo ad hoc, vt hic comprehendatur, tum quia est odiosum, tum etiam quia non esset verè electiuus, sed præsumptiuè, qui hic nõ includitur is, ergo à rege prouisus probare hoc debet: cum hic requiratur, ꝙ sit verè electiuus, & sic nõ per præsumptiones: & sic iudicauit (vt fertur) magnũ cõsilium super prioratu *de chantelle* contra D. abbatem S. Ambr. Bituricen. an. 1539. in mẽse Septemb. quod est notandum, siue ex præscriptione fuerit electiuus. Priorat[9] enim ex præscriptione collatiuus, licet ex fundatione fuisset electiuus, non comprehenditur hic, sed qualitas præsentis temporis est inspicienda. c. cũ de beneficio de præb. in 6. & possessio præsentis tẽporis attenditur. c. cum ecclesia. de causa poss. c. consultationibus, de iure patro. & sufficit prioratum esse electiuum de consuetudine antiqua. Card. cons. 103. casus super quo. col. 3. nu. 17. licet ex fundatione non esset, vide Dec. cons. 126. in causa an prioratus dicatur collatiuus, si semel Papa contulerit, quod non ibidem concludit, quia iure deuoluto conferre potuit. Card. in cle. 1. de supplen. negl. præl. Fed. cõs. 61. vacante. In dubio tamen quis præficitur de iure ad prioratus conuentuales per electionem, per tex. in c. 2. vers. priores. de stat. monach. doct. in c. 1. & in c. nobis. de elect. cle. 2. vbi Imol. de rescr. Alex. cons. 106. perspectis in 2. vol. Potest etiam præfici per collationem. cle. ne in agro. §. cæterum. de elect.

Arrestum.

b Quia propter.) De elect. & sic nota hic quod non allegatur titulus, dum allegatur decretalis famosa, vel alia constitutio, vt abundè scripsi supra in prooemio, in gl. iura.

c Confirmationes.) Quæ in camera regis non debent fieri, quia ratione loci timetur impressio, dictũ est Bal. in rub. de postula. prælat. col. 1. allega. c. qua fronte. de app. & consensus prestitus per episcopum & canonicos ad mandatum regis, videtur extortus per metum, ideo potest fieri reuocatio. text. & ibi nuncupatim Pan. in 5. no. in c. cum olim. 2. de priui. Et scias, ꝙ electio dat principium, confirmatio perfectionem, ingressus officij possessionẽ. Bal. in rub. de elect col. vlt. & confirmatio est iuris quæsiti per electionem corroboratiua declaratio. Card. in cle. 1. §. nos itaque. 20. not. de iureiur. Nota ꝙ confirmatio est triplex. Prima fit occultè per surreptionem, vt ius forsan alterius supplantetur, & hæc non valet, arg. d. c. quia propter. in fine. & c. vlt. de elec. in 6. nec producit aliquos effectus, arg. c. cum olim. de

Quid sit, et quotuplex sit cõfirmatio.

dolo, & c.cum olim.de causa posses.& propriet.Secunda est, quando superior præmissa quadam citatione generali, nemine se opponente confirmat, & hæc approbatur in c.vl.de ele. in 6. quæ citatio habet etiam locum in electione abbatissæ, gl. in c. indemnitatibus.§.1.in gl.nonobstante.de elec. in 6.de Ripa,consi.14.non videntur.in 2.lib.respon.Tertia est,quando superior contradictoribus citatis nominatim & auditis in iudicio cõfirmat electionem. & de ista loquitur c.Bonæ memorię primũ.de elect.& c.cum dilectus,ibidem.d.c.fi.de elect.in 6. & tex.in c.1.§.facta,illo titulo in prag.in gl. inquisitionis. Et quid debeat confirmans inquirere, tradit ibi gl. in verbo circunstantiæ,& si nolit confirmare, vide gl. in c.pen.de post.prælat.

Electio quãdo habeat vim confirmationis.

Nota tamen, ꝙ si ad eligentem spectet electio & cõfirmatio eodẽ iure, tunc electio habet vim cõfirmationis,secus si diuerso.gl.in verbo,elect.c.vt circa.& in c.1.in verbo prouisionem. de elec.in 6. Cõpostel.in c.cũ inter canonicos.de ele. Nicol.Milius, in verbo elect.q.2.Quæro an electus in abbatem & confirmatus, si post appellationẽ inducatur in possessionem,possit inhiberi, ne lite pẽdente se immisceat? & an electione & confirmatione cassatis acta per eũ valeãt?tradit Ægidius de Mandelbertis,in q.2.titius &c.Et an rex videatur cõfirmare statuta ciuitatis,quãdo iurat ea seruare:quod sic cõsuluit Bal. consi.86.per statutum.in 3.vol.per tex. in l.cũ pater. §.filius matrem.ff.de leg.2. quod est bene notandũ.

Rex iurans statuta seruare ea cõfirmat.

Quis cõfirmationẽ petere & cõfirmare possit.

a Solẽniter peti.) Vt in cap. fi.de elec.in 6. & hæc confirmatio debet peti ab electo,vel eius procuratore intra tres mẽses, computandos à die præstiti consensus,seu acceptatæ electionis, quã intra mensem tenetur iusto cessante impedimento acceptare, alioqui electio in irritũ cadet. c.quã sit,& c.si electio. de ele.in 6.poterit etiã confirmatio requiri per electores.c.cũ ecclesia. & ibi not. Anch. & Card. de causa poss.vel per amicũ electi etiam sine mãdato,dũmodo electus intra tres mẽses ratã habuerit huiusmodi petitionẽ.arg.l.bonorũ. ff.rẽ ratã hab.gl.in c.dudũ.2.in prin.de ele.c.postquã.& ibi præposi.50.dist. gl.in verbo præsentata.§.facta.de elect.in prag. vbi etiã dicit populum posse petere confirmatione electionis sui prælati. per c. quod dei timorẽ. de statu monachorũ,quia eorũ interest habere bonũ prælatũ,& hæc cõfirmatio poterit fieri vbiq;,tã in ecclesia,quã in loco solito reddi ius, vel in alio loco honesto.arg.l.si cũ dies.§.si arbiter.ff.de arbitr.hoc expressim tradit Bal.in l.si vt proponis.2.in fi.C.quomodo & quãdo iud.Imo.& Perus.in c.qua frõte,per illũ tex. de app.Quæro quis cõfirmare possit. Resp. Papa cõfirmat electos ad dignitates,quę immediatè subsunt Ro.põtif.siue sint episcopatus,siue abbatiæ,vel aliæ superiores dignitates.c.nihil.de ele.vbi dicit Inn.cõsuetudinem in curia esse, vt non soleat cõfirmare,nisi duob⁹,qui interfuerãt electioni,pręsentibus,quæ consuetudo hodie non seruatur. vide quomodo petatur ista cõfirmatio à Papa,per tex.in c.cupientes.de elect.in 6.imo etiam hęc cõfirmatio potest à Papa fieri, siue immediatè subsint electi, siue non : quia Papa concurrit in potestate & iurisdictione cum quolibet alio inferiore. c. ad Romanam.2.q.6.cuncta per mundum, & c. per principalem.9.q.3.sic expressè tradunt Card.& Imol. in d.c. cum ecclesia.de causa poss.

solenniter [a] peti consueuerunt in regno, Delphinatu & comitatu huiusmodi nunc & pro

Legatus in prouincia sibi decreta potest cõfirmare.Ioã.And.& alij in d.c.nihil.& in c.cũ venerabilis. de consuet.per c.si abbatẽ.de ele.in 6.& quia in prouincia sibi commissa concurrit cũ quolibet ordinario.c.2.de offi.leg.in 6.Episcopum verò non exemptum confirmat archiepiscopus c.illud.64.dist.c.cũ dilectus.de electione, etiam si archiepiscopus nondum esset consecratus. c. quoniam. 100. dist. arg. c. nosti. & c. transmissam. de elect. Archiepiscopum confirmat primas,seu patriarcha, si sit,aliàs Papa.c. quia igitur.& ibi gl.63.dist.Arch.in c.de persona.65. dist.& c.mos ibidem.c.1.de translat.episc.

Electos autem ad dignitates inferiores episcopo, si non subsint immediatè Papæ, episc.poterit cõfirmare in sua diœcesi,vt abbates,& alios c.1.18.q.2.& ibi gl.c.cum olim.de maiorit.& obed.Et sede vacãte capitulum poterit confirmare eos, quos episcopus potuisset,gl.in d.c.cum olim.& in c.1.de transl. episcop.Inn.& alij in c.ad abolendã. de hære. Io. de Pauinis in tract.de offi,& potestate c. sede vacãt. in 2. parte q.7. Electionẽ verò Imperatoris confirmat Papa,qui illum examinabit,c.venerabilem.de elec.

Electionem Papę nullus confirmat,nempe quia in mundo non habet superiorem.c.1.23. dist. & hæc confirmatio prius fieri debet, quàm consecratio, aliàs non valet.c.prouida.de elect.in 6.gl. & doct.in c.cum olim.de dolo. Et si pro hac cõfirmatione detur pecunia,simonia est.c.1.§.si verò.in verbo simoniaca.de elect.in prag.Et quid requiratur in episcopo confirmando vel alio, & qualiter fiat confirmatio,& quis sit effectus confirmationis,declarat Bertach.in tract.de episcopo,in 2.parte 3. lib. & in parte seq.vsq; ad finẽ.In hoc regno sublatæ sunt cũ electionibus. [Electio prioris in ecclesia conuentuali, seu regulari vel seculari,collegiata spectat ad cõuẽtum seu capitulũ vel collegiũ, c.j. de elect.& c.2. de statu monacho.c.cõgregatio.16 q.vlt. gl.in c. quanquam. de ele. in 6. & regulariter quis debet per electionẽ adsumi ad prioratũ conuentualem,cle.2.vbi Imol.nõ.de rescr.Itẽ nõ valet consuetudo quod electio expectans ad ecclesiã conuentualẽ, debeat per viã nominationis expedi,c.cũ terra.de ele.vbi Ant. de But.dicit, non valere statutũ ecclesiæ per quod disponitur quod non possit prouideri ecclesiæ, nisi per viã nominationis, vel postulationis:quia ecclesiæ tribus modis prouideri põt.c.bonæ 1.de postula. præl.sed in concordatis valet, cũ sit eisdem iuribus derogatũ,& per viam cõstitutionis, c.2. de in integ. rest.c.cũ ecclesia vulterana.de ele.gl.in d.c.quãquã. de ele.in 6. Ale.cõs.106.perspectis.co.pen.vers 9 ꝓbatur. in 2.vol.tamẽ decisio cõcordatorum cum sit iur.contraria, debet restringi, & sic in suis proprijs terminis intelligi. Præterea generalis potestas data per papã alicui,vt possit addere, minuere, mutare, &corrigere statuta ecclesię, nõ extẽdit̃ ad electionẽ, vt possint

Electio ad quem spectet in ecclesia seculari vel regulari.

Potestas data à Papa corrigendi,&c.

vt possint electionẽ prioris in ecclesiis regularibus mutare.sic cõsuluit Alex.cõsi.106.perspectis. col.2. vol.2.sic ergo §.monasteriis.nõ videtur auferre electionem his qui non consueuerunt petere confirmationem solenniter,vt dicitur in text.]

tempore etiã per similem cessionem [a] vacantibus [b] illorum

Cessio & resignatio an differant.

a Cessionem.) factã in curia, de qua in princ. huius tit. supradictum extitit. Et licet quidam voluerint subtilem præbere differẽtiam inter cessionem & resignationẽ,vt gl.in regula cãcellariæ 43.dicẽs,resignationẽ esse, quãdo quis possidet beneficium:sed cedere est ius, quod habet dimittere,etiã si nõ possideat,tamẽ hic non sit illa scrupulosa differentia, quia siue abbas cedat iuri, quod in abbatia habet,siue eã possideat, siue nõ, requiritur regis nominatio,vt hic probatur.& illa differẽtia glossæ cõfunditur per text.in c.susceptũ. de rescri.in 6.si bene inducatur. Et per gl.expressam in rub.de renũc.in cle.& Bonifa.in cle.vna. col.1.ibid.

b Vacantibus.) Nunc,& sic secundum quosdam comprehenduntur abbatiæ, seu prioratus vacantes tempore horum concordatorũ,licet alij dicant non cõprehendi, sed primæ opinioni adhæreo per hæc verba tex.nunc & pro tẽpore,&c.vide gl.in verbo vacationẽ.§.præfatiq; graduati.de col.infra, & quæ dixi in verbo,vacãtibus.§.1. supra eo. Quæro quot modis dicatur beneficiũ vacare?respondeo, multis.

Quot modis dicitur vacare beneficium.

Primò,per mortem,c.susceptum.de rescri.in 6.

Secundò,per depositionem & priuationem.c.ex literis.& c.grauem.de excessib.prælat.

Tertiò,per electionum cassationem.c.considerauimus.& c.super eo.cum similib. de elect.

Quartò per postulationum repulsionem. text.in extrauagan.ex debito. de elect.in communib.c.2. & 3.de postul.prælat.

Quintò,per renunciationem simplicem, vel ex causa permutationis factam.c.1. de rerum permut. in 6.& per totum tit.de renunc.

Sextò,etiã per translationẽ,nã eo ipso q̃ translatus cõsentit trãslationi vacat prior ecclesia.c.in apibus.7.q.1.post tamẽ adeptã possessionẽ secundũ gl. & doct.in c.si quis iam trãslatus.21.q.2.c.quanto.de trãsla.epis.c.cũ singula.§.prohibemus.de pręb.in 6.

Septimò,per ingressum religionis & professionẽ ibidem factam.c.beneficium.de regula.in 6.facit c. ex transmissa. de renunciatione.ca. Consaldus.17. q.2.& habetur in regul.cancel.44.

Octauò,vacat primum beneficiũ, quando quis aliud violenter occupat alio in possessione existente.c.eum qui.vbi dixi.de præb.in 6.

Nonò,per contractum matrimonium,vel sponsalia per verba de præsenti.glo.in c.1.de cleric.coniug.in 6.Panor.in c.1.illo tit.Auffre.decis.239.glo.& doct.in cle.gratiæ.de rescript.

Decimò,per adeptionẽ beneficij secũdi incõpatibilis pacificã vacat primũ.c.de multa.de præb.c.1. de cõsue.& in extrauag.execrabilis.de præb.in extrauag.Io.22.Etiam ius ad rem.cle.gratiæ.de rescri.

Vndecimò,si habẽs ecclesiã parrochialẽ nõ fuerit ꝓmotus intra annũ.c.licet cano.de elec.in 6.nisi iusto fuerit detẽtus impedimẽto.c.cõmissa.de elec.ibi.

Duodecimò,si electus intra mẽsem à tẽpore electionis præsentatæ, vel si à tempore sibi præstituto non consenserit,vacat prælatura.c.quã sit.de elect. in 6.extraua.si religiosus in communibus. de elect.

Decimotertiò, si electus intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem iure quod habet per electionem, priuatur ipso iure.d.c.quàm sit.in fi.

Decimoquartò,vacant beneficia episcopi electi post cõfirmationẽ,& tres mẽses datos ad petẽdum consecrationẽ.c.cũ in cunctis. §.cum vero.de elect.

Decimoquintò,quãdo habetur pro derelicto.c.1. de offic.vicarij.c.ex parte primo.de cler.non resid.

Decimosextò,per nõ ostẽsionẽ tituli.c.ordinarij. de officio ordi.in 6.& habetur in rub.de pacifi.poss.

Decimoseptimò, quando violatur sequestrum. clem.1.de sequest.poss.& fruct.

Decimooctauò,si quis ingerat se administrationi ante cõfirmationem. c.auaritiæ. de elect.in 6.ista ferè tradit Ioan.Franc.in tractatu de offic.& potest. capituli sede vacante,in vlt.prælud.

Decimononò, quãdo q̃s adipiscitur possessionẽ beneficij cũ simplici signatura.Feli.in c.veniẽs.col. 2.de accus.sed hoc iure nõ vtimur in Frãcia cõsuetudinaria,vt scripsi in trac.de pacif.pos.nu.50.& seq.

Vigesimò,quando quis se ingerit administrationi tempore suspensionis.c.1.in fin.& c.cupientes. §. cæterùm.de elect.in 6.

Vigesimoprimò,quando quis alienat res sui beneficij, quia tunc ipso iure vacat beneficium illud cuius res alienauerit. extrauag ambitiosè.de rebus ecclesiæ non alien.in communibus.& dixi in compendio alie.rerum eccles.

Vigesimosecundò,per crimẽ hæresis cõmissum per illum qui possidet beneficium. c.ad abolẽdam. de hæret.etiam si fuerint tãtum fautores, defensores,vel hæreticorum receptatores,quia eadẽ pœna puniũtur.c.excõmunicamus.de hęret.&c.vt cõmissi,illo titu.in 6.& dixi in bulla cœnæ domini.art.1.

Vigesimotertiò,vacant brneficia illorum qui ea ad preces hæreticorum, dignitates, aut personatus sunt adepti:& si illa receperint scienter, inhabiles sunt ad alia.c.quicunque.§.ad hæc.de hæret.in 6.

Adeptus beneficium ad preces hæreticorũ non habet titulum.

Vigesimoquartò,vacant beneficia simoniacorũ. c.insinuarum.& ibi Feli.de simo.extrauag.cum detestabile,illo tit.in communib.

Vigesimoquintò,beneficia falsariorum literarũ Papæ.c.ad falsariorum.de crimi.falsi.

Vigesimosextò,beneficia percutientis cardinalem,vt in c.Felicis.de pœ.in 6.& committentis crimen læsæ maiestatis.vt scripsi in tit.de pacific.poss. nu.201.vbi alios casus inuenies.

Vigesimoseptimò, occidentis clericum, vacant etiam beneficia.Feli.in c.inquisitionis. de accu.idẽ in alio homicida qualificato.c.1.de homicid.in 6.

Vigesimooctauò,si quis ceperit clericũ,& in carcere detinuerit,donec resignaret beneficiũ suum,est suis beneficiis priuat⁹.iuxta cle.multorũ.de pœnis.

Detinẽs clericũ donec beneficium resignet, est suis beneficiis priuatus.

Vigesimononò,vacat beneficiũ illius,qui id resignauit,si non superuixerit per viginti dies, vel non fuerit regulæ cancellariæ derogatum. Regula 18.

Trigesimò, quãdo resignatio fit in curia, & non publicatur in eadẽ intra sex menses, vel si fiat extra curiam, & non fit intra mẽsem resignationis publicatio in regula cancel. 34. quã non vidi in hac patria seruari, sed sufficit publicari, & possessionem adipisci ante obitum resignantis ex consuetudine.

Adhærens antipapæ perdit beneficia. Trigesimoprimò, vacat beneficiũ per adhæsionem, vtpote, si quis adhæreat antipapæ, aut hæreticis, hoc beneficium sic vacabit. probatur in c. olim. de accusa. Iacob. in tract. de feud. in verbo de adhærentibus. Solet tamen Papa adhærentes antipapæ priuare, quando notoria est adhæsio, etiam illis non vocatis, & breui manu conferre aliis.

Vltimò, vide alios text. in quibus vacare dicitur beneficiũ in c. nemo. de elect. in 6. cle. attendentes. §. statuimus. de statu monachorum. extrauag. vna. de postul. prælat. in cõmunibus. extrau. vna. de pœnis. in extra. Io. 22. & in extraua. vnica. de sent. excõmu. ibidem. & in c. fundamenta. de elect. in 6. cle. fin. de præb. not. in c. fi. de cleri. coniugatis. c. miror. 50. dist. vbi Præpos. c. cum bonæ. de ætate & quali. & not. in c. 1. de iud. vide alia per Io. Franc. in tractat. de offic. & potest. ca. sede vacante, in vlt. præludio. & quot modis capiatur hoc verbum, scribit Rom. cons. 350. in casu. col. vlt. post Io. Frãc. vbi supra. in quibus locis enumerãt multos modos, qui possint videri ibi.

conuentus [a] ad electionem seu postulationem [b] abbatis seu prioris [c] procedere non possint [d], sed idẽ rex illorum occurrente [e] huiusmodi vacatione religiosum [f]

Rex nõ nominat quãdo iure speciali electio spectat ad aliquem. a Conuentus.) Ergo si iure quodam speciali spectaret electio abbatiæ, vel prioratus ad clericos seculares, nominatio nõ pertineret ad regem, arg. tex. in c. si propter. de rescri. in 6. tum quia non conueniunt verba huius text. tum etiam quia horũ requireretur mentio. Et hic vult derogare electioni faciendæ per conuentum, & sic non per alios, nec debemus ampliare hunc textum in eo, quod ad iuris correctionem venit, quia in correctoriis non est licita extensio. text. & ibi glo. Bart. & Ias. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. text. iuncta glo. in auth. de administran. offic. in sacris appel. col. 3.

Idem si spectaret electio ad conuentũ simul cum aliquo patrono laico, cui Papa concessit, vt haberet suffragium in abbatia vel prioratu vacãte, tunc propter laicum reseruatur electio cõuentui, per l. si cõmunem. ff. quemadmodum seruit. amittant. canonũ interpretes in c. nobis. de iure patr. Dixi in tractatu nominationũ. q. 15. vers. 3. nu. 6. Et sic rex nõ poterit tunc nominare. itẽ quia nunquã derogatur iuri patronatus laicorũ, nisi illius sit expresse facta mẽtio. *Iuri patronatus non derogatur.* c. cum dilectus. de iure patr. Rom. in repetit. l. si verò. §. de viro. col. 28. ff. sol. ma. Feli. & alij in c. in nostra. de rescr. sed in hoc cõcordato nunquã est facta mentio patroni laici, sed tantũ ecclesiastici, ergo illi non intendit derogare, nec electioni per laicum faciendæ. Præterea postquã expressit vnum, videlicet patronũ ecclesiasticũ, ergo laicũ voluit excludere, vt supra sæpius dixi. Itẽ in c. 2. de pręb. in 6. prohibetur, ne quisquã extra Papã cõferat beneficia in curia vacãtia, & tamẽ nõ cõprehenduntur beneficia, quæ sunt sub patronatu laicorũ, vt not. in d. c. 2. Ergo episcopatus sub præsentatione laicorũ existẽtes tẽpore horũ cõcordatorũ nõ cõprehẽduntur. Nec aliæ dignitates in hoc tex. nõ cõprehẽsę, vt rex ad illas nominare possit. Perus. in c. cũ in illis. §. 1. de pręb. in 6.

Nec refragatur, ꝙ electiones sunt prohibitæ secularibus supra in proximo. §. & hic regularibus, ergo nec seculares cũ regularibus, nec contra eligere poterunt. Respõ. in §. 1. supra esse prohibitas electiones secularibus ad archiepiscopatus & episcopatus, hic regularibus tantũ ad abbatias & prioratus, ergo secularibus non est prohibitũ eligere nisi in Metropolitana ecclesia, & cathedrali, ideo in aliis cẽsetur esse permissum. arg. l. præcipimus. C. de app. & quia in §. fi. reseruãtur electiones habẽtibus speciale priuilegiũ eligẽdi, igitur & istis si habeant. Sed ista hodie cessare videtur per ea quæ in §. fi. infra eo. scribo ratione indulti post hæc cõcordata concessi ad vitã regis tantũ, quod nũc est extinctũ cũ rege Frãcisco. *Electiones quæ prohibitæ sint secularibus.*

b Postulationem.) Prohibet hic electionẽ & postulationẽ, sed nõ collationẽ, præsentationẽ, & institutionẽ. cũ magna inter ista vocabula differẽtia noscatur. c. cũ in illis. de pręb. in 6. Ergo rex nominabit, quãdo electio ad cõuentũ spectabat, vel postulatio: sec⁹ si pręsentatio, institutio, vel collatio abbatię, vel prioratus, ad eos ptineret, considerãdo verba huius tex. à quibus nõ est recedẽdũ. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. sed ei est inhęrẽdũ, sicut Bonon. carrotio. gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & dixi in proxi. gl. supra.

c Abbatis seu prioris.) Et sic non procedit in aliis officiis, vel dignitatibus, cum hic duo tãtum exprimat. Nam qui de vno exprimit, vel duob. de aliis negat. c. nonne. de præsump. Nec procedit in his nisi requisita in tex. interueniant, quæ infra dicam.

d Non possint.) Quod si de facto procedant, electio erit nulla, & postulatio, vt patet infra, in fine huius §. ibi, electiones autem. &c.

e Occurrente.) Ergo rex ante vacationẽ nominare non potest, vt supra eo. dixi in §. 1. in eo. verbo, & quomodocũq; vacet, dũ tamen modo nõ per obitũ in curia, rex nominat, vt supra eo. dixi in verbo vacãtibus. in d. §. 1. Nec obstat iste tex. in verbo huiusmodi vacatione, qui non debet referri ad huiusmodi vacationẽ, per cessionẽ videlicet, sed debet intelligi, occurrente vacatione huiusmodi abbatiæ, vel prioratus, rex debet nominare. Et hic intellectus efficacior videtur, tum ꝙ intellectu cõueniat, tum rei subiectæ, ad hæc verbis, demum scripturæ. testis est nobis Stepha. de Feder. in tracta. de interpretatione legum in tertia parte.

f Religiosum.) Expressè professum, de abbatia. est tex. in ca. cũ in magistrũ. de elect. & c. nullus, illo tit. in 6. de prioratu. in cle. ne in agro. §. sane. 2. de statu monach. tum ꝙ ante professionẽ nõ dicatur propriè religiosus, quia potest religionem dimittere: doct. in rub. de relig. domib. Barba. in cle. 1. col. 7. de elect. & supra dixi, tum etiã, quia hoc exprimitur in ordinationibus regiis. rubr. *des mandatz.* arti. 6. ibi, *& des ordres desquelz ilz sont profez, & non autres,* &c. Et in hac professione requiruntur sequentia. *Quæ in professione requirãtur.*

Primò, quòd profitẽs masculus compleuerit annum 14.

num 14.fœmina 12.c.1.de regul.in 6.

Secundò, requiritur ꝙ professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, vel de eius licētia, seu nomine eius sequente ratihabitione. c.porrectum. de reg. Sic consuluit Calder.cons.26.professus, rub.de regu. Et Guido Papæ in decisi. Delphinal.q.502.vbi quis emittit. [Cardi.cons.138.in aliquibus.]

Tertiò, quòd fiat in aliqua religione approbata. c.vno. de vot.& voti redem.in 6. Valeret etiam si fieret domi in manu prælati.d.c.porrectū. Et quomodo fiat? vide in c.omnes.27.q.1.

Quartò, quòd prælatus requirat consilium sui capituli, quod sequi non tenetur, nisi ex statuto, vel regula ad id astringeretur per regulam iuris, quod omnes tangit, &c. Ioan.And.& Pan.in c.ad apostolicam.in fi.de regul.

Quintò, ꝙ expressè fiat de tribus votis, aliàs si tantum vellet profiteri castitatem, vel vnum sibi ex tribus votis reseruaret, non valeret professio, quia contra substātiam regulæ. c.cum ad monasterium. de statu monach. Valeret tamen si profiteretur regulam sancti Benedicti, vel aliā, nō exprimēdo vota. secundum iuris pontificij interpretes in d.ca. cū ad monasteriū.de statu monach. Et quot requirantur in professione tacita, declarat Pan.in c.vidua, & in c.ad nostram.de regul. Siluester de Prierio in sua summa, in verbo religio.3.in q.19. Floren. in 3.parte summæ.tit.16.c.3.& Card.in consi.21. quidam Laurentius vbi tradit modos tacitæ professionis. & Phil.Perus.in ca.constitutionem.de reg.in 6. Et an durante anno professionis dicatur religiosus? & priuilegiis religiosorum vti debeat? Scribit Anch.cōsi. 69.contra donationem.col.3. Si verò rex nominaret religiosum non professum, & Papa illi prouideret cum derogatione iurium, & horum concordatorū in literis expressa, an valeret? Sentit Panor.& alij in c.2.de testa. Io.de Selua, in tracta.de beneficio.in 3. parte.q.51.intellige quod in hoc casu abbas nō poterit pro voluntate prioratum remouere ab isto nominato per regem, postquàm à Papa est eidē prouisum. Dom.in c.cum singula.de præben.in 6.scripsi abundè in tract.de pacific.posses.in nu.274.cum seq. [Et bene dicit religiosum non secularem rex nominare debet, quia incongruum existimat Innocen. Papa, vt regulares secularibus supponantur in c.2.versi.ad hæc.de capel.monacho. licet in quibusdam locis armigeris & latomis (vt ferunt) illorum sint commissa regimina.]

eiusdem [a] ordinis in ætate viginti [b] triū annorum ad minus constitutum, infra simile tempus sex mensiū, à die vacationis monasteriorū & prioratuum huiusmodi cōputandorū nobis & successoribus nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona per regē huiusmodi monasterio vacanti nominata, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi prouideri.

a Eiusdem ordinis.) Si ibidē idoneus reperiatur. Alioqui religiosus alterius ordinis nominari poterit.ca.quàm sit.18.q.2.c.inter quatuor.de maior.& obed. Tamen potest quis sana conscientia præferre idoneum, qui est de gremio idoneiori; nō existenti eiusdē ordinis, nec de gremio. Pan.in c.cōstitutis, 2. de app. Nam dicitur Deut.17.c. Eum cōstitues, quē Dominus tuus elegerit de numero fratrū tuorum. Non poteris alterius gentis hominē regē facere, qui nō sit frater tuus. Et sic de eodē collegio debet nominari, si sit aliquis, ibi, idoneus.c.in nomine.23.dist. & ibi gl.Io.de Turre crema. aliàs facta diligenti inquisitione alius nominari poterit.c.obitū. & ca.nullus.61.dist. valeret tamen electio facta de aliquo alterius collegij, licet malè faciāt eligentes.c.cū inter canonicos.de elect.& ibi glo.in verbo aliā. Et si semel rex nominauerit aliquē alterius ordinis, vtpote quādo non inueniebatur aliquis in illo monasterio idoneus, nō præiudicatur monasterio quo minus in alia nominatione debeat recipi de eodem ordine, si tūc idoneus reperiatur.gl.vlt.in c.abbate sancti Siluani.de verb.sign. Monachus verò vnius monasterij nō potest eligi in abbatem alterius monasterij & ordinis.cle.1.de elect.idem dicitur in prioratibus & officiis, in c.cū singula. §.fi.de præb.in 6.sed hic debet nominari religiosus eiusdem ordinis, non dicit eiusdē monasterij. Et sic poterit nominari, licet sit alterius monasterij, dum tamen modo sit eiusdem ordinis, quamuis doct.in d.cle.1.dubitent, cum hic non prohibeatur.

Quādo religiosus vnius ordinis possit in alio præfici.

b Viginti trium annorū.) Hic derogatur ca.cū in cūctis.§.inferiora.de elect.& cle.1.§.cæterū.de statu monach. vbi tam in abbatia, quā in prioratu cōuentuali requirūtur de iure 25.anni incepti, sed per hunc text. sufficiunt 23.incepti, quia semper vita hominū minuitur, sicut mores, nec tantū homines hodie viuunt quantū olim, ideo variātibus tēporibus necessum fuit variare iura humana.c.non debet. de consang.& affini. Et citius hodie efficiūtur homines sagaciores, & mali, quā olim, ideo abbreuiatū fuit tēpus. Nec refragatur, quod ante 25 annos nō poterit promoueri ad ordinē sacerdotalē.cle.vlt.de æta.& quali. quia esto sanè, tamē poterit retinere abbatiā, vel prioratū. Postquā enim est secū dispēsatum, vt possit in ætate 23.annorū tenere abbatiā, vel prioratū, cēsetur dispēsatū, vt nō teneatur promoueri intra annū: iuxta not.in c.licet canon.de elect.in 6.facit gl.sing.in c.quia in tantū.de præb.& in c.nō potest.eo.tit.in 6.& c.si quis in clero.7.q.1. Sic expressim firmat Barb.in cle.1.col.54. versi.24.de elect.& quāuis de iure requireretur ꝙ abbas esset sacerdos. c.primo.& c.tuā.de æta. Tamē hodie consuetudo se habet in cōtrariū, quę valet vt notat Præpo.in c.accedēs.col.vlt.50.dist. [Et si nō promoueatur intra annū, nō est priuatus, tum quia iure cautū nō est, & iura loquentia in parrochialibus.in d.c.licet canon. & in prioratibus, nō habēt locū in abbatiis, quia odiosa, & sic restringēda, vt plenè scripsi in praxi.beneficiali, in rescri.de nō promouēdo, vbi regulā cū limitationibus inserui, & amplia. sed nō est secūdū Lucā abbatiæ fructus deuorare, & Deo non seruire, nec ꝓmoueri.& tales sunt Deo exactā reddituri rationē, sed cōsciētias eorū oneram⁹.] sequētia declaraui in §.supra ꝓxi.vsq; ad vers.si vero.In moniali-

Quare in 27.anno qs hodie potest esse episcopus.

bus, in quibus triginta anni requirũtur in c.indẽnitatibus.de elect.in 6.cũ hic nihil inueniam immutatum in illis, nec ista constitutio de illis loquitur, ergo remanebit ius scriptũ.l.præcipimus.C.de app.

Prioratus verò personæ ad illum per eundem regem nominatæ conferri debeat. Si verò idem rex presbyterũ secularem [a], aut religiosum alterius ordinis, aut minorem vigintitrium annorum, vel aliàs [b] inhabilem [c] nobis aut successoribus nostris infra dictum semestre, seu sedi huiusmodi nominaret, talis nominatus recusari, & nullatenus [d] sibi prouiceri debeat [e] sed rex ipse infra trimestre à die recusationis supradicto modo

Secularis quis dicetur, & an possit præfici regularibus.

a Secularem.) Qui dicitur omnis qui non profitetur regulam. Bal.in c.licet.de offi.ordi. Et per hoc patet ꝙ secularis nõ debet præfici in ecclesiis regularium, quia nõ cõgruit rationi, vt homines diuersæ professionis in vnum cõgregentur. cle.1.de elect. c. Deus qui.de vita & honest.cleri.ratio abhorret in vnitate deformitatem & diuersitatem, vnde statuit Innoc.8.in reg.cancellaria.41.ꝙ nulli seculari de regulari beneficio, & nulli religioso de seculari commenda detur, nisi in signatura super petitione huiusmodi cõmendæ, de cõmenda ipsa mẽtio fiat. vide tex.in c.fi.§.prohibemus.de statu regu.incõgruũ enim videtur, vt regulares secularibus supponãtur. c.dilectus.circa fin.de statu monach. & tres causas habiles ad depositionem prælati regularis tradit Panor.in ca.monachi.col.2.de statu monacho.

Quid si rex nominauerit secularem, dummodo intra annum sumat habitum, Papa cõcedit isti nominato per regem abbatiam in cõmendam per annum, & postea quam sumpserit habitũ in titulum, nõ sumit habitum, an possit rex post annum ad abbatiam prædictam nominare alterum? Quod videtur, quia deficiente conditione, deficit actus sub qua actus est factus.§.sub cõditione.institu.de verb. oblig.& ibi nota. Et Papa sub hac cõditione potuit prouidere.c.si gratiosè.de rescrip.in 6.postquam sic prouidit, nõ valebit actus, nisi cõditio adimpleatur.

An Papa dispenset vt seculares præficiantur abbatiæ.

Quid si Papa solus dispensauerit durante anno, vt iste prouisus nõ teneatur sumere habitum, an valeat? Dicerem, ꝙ non, per verbum nullatenus infra positum, quia non potest solus derogare huic concordato, interest enim regis & regni, inter quos est factũ: Et quia eidem tũc prouideretur sine regis nominatione. Nam lapso anno vacat abbatia, vel episcopatus: ideo Papa prouidendo nõ seruat hæc concordata, quamobrem non valet, quod factum extitit, ideo non obstãte hac dispensatione poterit rex nominare alterum elapso anno, quia abbatia vacat deficiẽte cõditione, vtpote quia non est factus religiosus intra annũ. facit quod no.D.Rota, deci.331. supposito.in nouis. vbi concludunt dispensationem Papæ non tenere in præiudiciũ collationis laicorũ. & in præiudicium regaliorum fuit arrestũ pronunciatũ in hoc senatu, prout refert D.Rusæus, in tract. *Arrestum.* iuris regal.in 18.priuile. per multa iura quæ per eum videre licet. & an Papa possit rehabilitare personã inhabilem in præiudicium iuris regalio. vide eundem D.Rusæum, vbi supra in 25.priuileg.concludentem quod non per rationes ibidem scriptas.

b Aliàs.) Exclusiuè ponitur, vt in l.alias. ff.de in litem iuran.& in l.admonendi, in fi.de iureiur. Not. Bal.in practica sua, rubrica de significatione dictionum.quasi velit dicere iste text. quòd si rex nominauerit secularem, vel religiosum alterius ordinis, aut minorem 23.annorum, vel aliàs inhabilem, quã supra expressum fuerit, talis nominatus recusari poterit, vt si homicida, vel inhabilis, de quibus in seq. glo.nominetur.

c Inhabilem.) Fortè non professum, cle.1.§.cæterum, de statu monach. vel alia inhabilitate notatũ, de qua dixi in glo.aliàs idoneum.supra eo. §.proxi. & in tract.de pacific.possess.in 4.limit.

d Nullatenus etiam per dispensationem. glo.in cle.vt hi qui.de æta.& qualit. Et sic vult dicere tex. ꝙ si rex nominauerit inhabilem, quòd Papa non possit circa illum dispensare, nec poterit eum ad mittere. Nam dictio nullatenus annullat actũ ipso iure.glo.in cle.vna.in verbo nullatenus, de sequest. poss.& fruct.similis in l.si qua.C.ad Velleia. Et idẽ est dicere nullatenus sibi prouideri debeat, quantũ si diceremus, si secus actum fuerit decernimus irritum & inane.gl.in regula cancel.43.Fely.in c.cum accessissent.col.4.nu.8.& c.ex parte col.5.num.7.de const.vide quæ in illis locis congessi. Sed licet tollatur dispensatio inferioris per hoc verbum nullatenus, non tamẽ superioris. Corse.in sing.incip.nullatenus. Quod est verum, nisi ponatur in cõtractu, vt hic. Alioqui Papa semper admittere posset primum, & nũquam haberet locum iste text. quod regularis obtineret abbatiam, sed secularis quidã iuuenis malè instructus reciperetur, ob id & monachi, & abbatia in irritum caderẽt, prout cadunt, nisi Deus promptũ præstet remediũ, ideo hic tex. dicit, ꝙ recusari debeat. Aliàs cõuentus se opponere poterit in receptione istius, quia contra legem regno datam fit, nisi fortè magna & rationabili ex causa per ambos dispensatum esset, quæ non præsumitur, nisi in literis regis, & in literis Papæ habita sit expressa mentio per supradicta, & per glo. sequentem. Et nisi hæc seruentur actum est (proh dolor) de monasteriis huius regni. *Dictio nullatenus excludit dispensationem.*

e Debeat.) Cum negatiua præcedat, necessitatẽ importat.c.proposuit.cum gl, de app.c.1.de reg.iur. in 6. Et sic astringitur Papa ad prouidendũ hoc modo. Quid si aliter prouideat? Respon.non valebit prouisio etiam cum derogatione. Tum quia hic ligatur clausula derogatoria, quæ est apposita in fauorem regni & regnicolarũ, ideo regnicolæ se opponere poterũt.c.nullus.61.dist.ibi, sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari, &c. Nam cõtractus est etiã factus cũ regnicolis, ideo sine eorũ facto rescindi nõ debet.l.sicut.C.de act.& oblig. Dixi in præfa.ad rub.de collat.infra eo. & rex non intẽdit in ecclesiis sui regni inhabiles esse recipiendos. Et quando pro aliquo inhabili scribit præsumitur circunuentus. Bal.in c.cum olim.de re iud.

intimandæ

intimandæ [a] computãdum alium modo supradicto [b] qualificatũ monasterio seu prioratui tunc vacanti nominare, & de persona ad monasterium nominata illi prouidere. Ad prioratum verò nominato prioratus ipse per nos, & successores nostros, seu prædictam sedem conferri debeat: alioqui [c] dictis nouem mensibus effluxis [d], nulla [e] seu de persona minus idonea, & modò præmisso inqualificata facta nominatione, ac etiã vacãtibus apud [f] sedem prædictam semper etiam nulla dicti regis expectata [g] nominatione per nos & successores nostros, seu sedem prædictam, monasteriis prouideri: prioratus verò personis, vt præfertur, qualificatis dum taxat conferri liberè possint.

a Intimandæ.) Quid si Papa nõ recusauerit, sed admiserit inhabilem, postea alius impetrat, an ista impetratio regi debeat intimari, quod non crederẽ, quia tantũ loquitur de recusatione intimanda regi, quãdo est intra tempus, intra quod rex potest nominare, si ergo lapsi fuerint nouem menses, exclusus est rex, ergo pleno iure Papa cõfert, iure videlicet deuoluto, arg. no. in c. 2. de conces. præb. Et hæc prouisio non est regi intimanda, nisi vt prouisus iuret fidelitatem illi, ad quam rex istum admittere debet, nisi regi sit odiosus & infestus, vt in. §. 1. supra eo. in verbo prouideri scripsi.

b Modo supradicto) Requiritur primò, ꝗ nominandus ad abbatiam, vel prioratum conuentualẽ, sit religiosus patet in hoc text. ibi religiosum.

Tredecim requisita ante quam possit quis nominari ad abbatiam.

Secundò, quòd sit eiusdem ordinis, ibi, eiusdem ordinis, & dixi supra in eo. verbo.

Tertiò, ꝗ sit saltem in ætate 23. annorum in text. ibi, in ætate 23. ann. vt supra declaratum extitit.

Quartò ꝗ nominetur à rege, ibi, sed idẽ rex, &c.

Quintò, quòd vacet abbatia, seu prioratus; quia ad vacatura non potest rex nominare, ibi, occurrente huiusmodi vacatione.

Sextò, ꝗ rex intra tempus sex mẽsium nominet, vel à die recusationis primi postea per alios tres menses, vt supra dictum extitit in §. 1. supra eo.

Septimò, quòd hæc recusatio facta per Papam intimetur solicitatori regis, ibi, supradicto modo intimandæ, vt est dictum in §. 1. supra eo.

Octauò, quòd prioratus sit vere electiuus, non collatiuus, ibi, verè electiuis, & supra scripsi.

Nonò, quòd electio spectet ad conuentum, secus ergo si ad seculares vel alios, vt supra dixi.

Decimò quòd in eius electione seruetur forma ca. quia propter. de elect. vt est in hoc tex. videre.

Vndecimò, ꝗ sit cõuentualis prioratus, ergo non comprehendetur alius, ibi in text. conuentualis.

Duodecimò, quòd hæc nominatio fiat Papæ, ibi, nobis aut successoribus nostris, &c.

Vltimò, requiritur quòd nominandus sit expressè professus. glo. in verbo religiosum. supra eo. & hæc notanda sunt.

c Alioqui.) Mirabilis dictio est, nõ solùm faciẽs orationẽ cõditionalem, sed in seipsa cõtinet dispositionem contrariã præcedẽti dispositioni. Et exponitur, id est si prædicta nõ fuerint. Bar. in l. 1. col. 3. ff. de condit. & demõs. Corn. cõs. 253. licet col. 3. Perus. in c. mandato. col. 2. de prēb. in 6. Aliis etiam modis accipitur, vt per Alb. in dictio. in verbo alioquin, & plenè per Ias. in §. in personã. col. 3. inst. de act. Pan. & alios in c. quoniã in fi. de decimis gl. in l. si cui legata. ff. de fideic. li. gl. & doc. in c. cõstitutus. de testi. — De dictione alioquĩ.

d Effluxis.) In totũ: alioqui si vnus dies remaneret, nõ poterit Papa prouidere. c. cõmissa. de elect. in 6. Et si ante prouiderit, nulla erit ꝓuisio, vt in vers. electiones seq. Nam in priuatiuis requiritur ꝗ totũ tẽpus sit elapsum. Bal. in c. cũ in cũctis. col. 1. de elec. intellige tamẽ, vt scripsi sup. eo. §. 1. in gl. dispẽdiosè.

e Nulla.) Nota ex hoc verbo cũ sequẽti, ꝗ paria sunt non nominare, vel nominare minus idoneũ. l. quoties. ff. qui satisd. cog. & ibi Ias. & alij. & nulla differentia est, nõ interueniat authoritas tutoris, an perperã adhibeatur. l. 2. ff. de autho. tut. quippe non quæuis exhæredatio submouet filiũ à cõtra tab. bo. pos. sed quæ ritè facta est. l. nõ putauit. §. nõ quæuis. ff de bon. pos. cõtra tab. Multa addidi ad l. 4. §. cõdẽnatũ. ff. de re iud. & ad d. l. quoties, quæ alibi seruiẽt.

f Apud sedẽ.) Per obitũ tantũ, cũ in princ. huius tit. voluerit beneficia etiã per cessionẽ vacãtia, spectare ad nominationem regis, quæ potest fieri in curia: & ideo vacabit tunc in curia per glo. in cle. 1. vt lite pẽd. sed intellige vt supra §. 1. vers. alioqui. quod si vacet in curia per obitũ, Papa sine regis nominatione prouidere poterit. Nã sequẽtia declarantur ex præcedẽtibus l. hæredes. §. sed si notã. ff. de testa. & l. si seruus pluriũ, in fi. de leg. 1 proinde supra in princ. huius §. expressit etiã ꝑ similẽ cessionẽ, vbi scripsi.

g Expectata) Et sic Papa tenetur expectare regis nominationẽ per nouẽ mẽses, quãdo antea non fit, sed si fiat prima & altera intra tres mẽses, nõ tenebitur amplius expectare, vt supra dixi in hoc titu. §. 1. gl. dispendiosè, & hic tradũtur limitationes. Prima, quãdo rex nõ nominauit intra nouẽ menses, tũc liberè Papa prouidet, nõ expectata regis nominatione. Secũda, quãdo nominauit inhabilẽ, & nõ qualificatũ, vt supra in §. 1. dixi. Tertia quãdo vacat in curia tantũ per obitũ, in his etiã casibus tenetur qualificatæ personæ Papa, vt supra prouidere. Nam licet possit prouidere liberè, id est, sine regis nominatione, debet tamẽ prouidere de persona qualificata. Et hoc videtur sentire tex. ibi: Prioratus verò personis (vt præfertur qualificatis) duntaxat conferri liberè possint, &c. Dicit in simili Bal. in c. fi. col. 1. de elect. quod licet canonici possint dare sponsum ecclesiæ, tamẽ intelligitur de tali spõso, quẽ habere nõ sit luctui, nec dedecori ecclesiæ. arg. l. 3. §. si emãcipatus. ff. de bon. pos. cõtra tab. Sic nec pater, qui in potestate habet filiũ potest luctum filij procurare. l. fi. C. de sent. pass. nec patrimonij onus euertere, vel dissipare l. imperator. ff. ad Treb. Bal. in c. fi. col. 1. de elect. Sic videtur in Papa, & alio prælato, vt non debeat monasteriũ euertere, & luctũ filiorũ ꝓcurare, quod multi — Tres casus in quibus Papa prouidet sine regis nominatione.

multi nõ seruant ideo si hominum cõditiones non mutentur, in vanum descriptus erit hic §. quia monasteria inuenientur nulla, vel admodum pauca, ꝙ dolendum est. totis enim neruis probi veteres religionem induxerunt. Hodie peruersi iuuenes religiones, vt cum maximè abolere conantur, sed ij destruentes destruentur, & in inferni ignem mittentur perpetuum.

Electiones [a] autem & illarum confirmationes, nécnon prouisiones per nos & successores nostros, ac sedem prædictam contra præmissa pro tempore factas, nullas irritas, & inanes esse decernimus.

§. PER PRAEMISSA.

Hic §. vlt. tres habet partes. Prima, reseruat electiones ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligendi. Secunda, declarat quam formam eligentes seruare teneantur, si forma in priuilegiis expressa non fuerit. Tertia, tradit quomodo sit facienda fides de huiusmodi priuilegiis. Secunda, ibi. Et si in eorum. Tertia, ibi. Dummodo, & hoc sit loco summarij ad istum §. vltimum.

PEr præmissa tamen non intendimus in aliquo [b] præiudicare [c] capitulis [d] ecclesiarum & conuentus monasteriorum, & prioratuum huiusmodi

a Electiones.) Ecce clausulam derogatoriam ad prædicta, eadem est posita in §. supra proxi. in versi. decernentes, &c. & ibi dictum extitit. Sequitur. §. vltim quem interpretandum aggredior.

b In aliquo.) Nec in forma, nec in electione liberè facienda per illos. nam dictio aliquo hic posita significat, quod non vult præiudicare etiam in minimo. glo. in cle. vna, in verbo aut eorum aliqua. de for. compe. Et sic per istum text. dicunt quidam Romanum pontific. non posse in dignitatibus, vel in officiis electiuis in hoc regno electores præuenire: aliàs præiudicaret electionibus istorum. Sed in contrariũ facit, quia Roma. Pontifex. infra, de manda. apostol. §. declarantes, reseruauit sibi generaliter præuentionem in omnibus, ergo & in istis electiuis. nec refragatur iste tex. quia dicit per præmissa, non intendit Papa præiudicare capitulis habẽtibus speciale priuilegium eligendi, sed per præuentionem quod nolit præiudicare non prohibet hic text. & cũ plenaria dispositio omnium beneficiorũ ad Papam pertineat c. 2. de præben. in 6. ergo & istorum electiuorum, etiam quia non inuenitur prohibitum, & sic permissum, quãuis per pragmaticã esset prohibitum, tamen est abrogata per hæc cõcordata, quæ succedũt in locũ illius, vt supra in procemio patet, & per hæc concordata nõ est prohibita præuentio, imò permissa. Ergo poterit Papa etiam in electiuis eligentes præuenire, licet quidam teneãt contrariũ, quorum opinio est vera, quãdo nominatio spectat ad regem per supra dicta. Secus si electio spectat ad capitula, vel conuentus, per d. §. declarãtes. & quia maiorem sibi Papa potestatem retinuit, quã concesserit his eligentibus, per c. dudum. de præb. in 6.

An Papa in electiuis possit præuenire eligentes.

Et ita fuit iudicatum in magno regis consilio pro decanatu Andegauen. *Arrestum.*

c Præiudicare.) id est præiudicium afferre, poterit fieri tamen permutatio, vel simplex resignatio prioratus, vel abbatiæ, seu alterius dignitatis coram Papa, quando nominatio non spectat ad regẽ, sed eligentes speciale habent priuilegium eligendi, nec prohibetur hic: quia per hũc text. nõ intẽdit tollere electionem, quãdo habẽt priuilegia eligẽdi, tamẽ se nõ adstringit Papa quo minus occurrẽte vacatione (de qua dixi supra) per eũ possit fieri prouisio. nam de iure hoc potest, ergo in hoc nõ est iuri derogatũ per hũc textũ. Nec refragatur, ꝙ supra dictum est, videlicet Papã nõ posse prouidere, quãdo nominatio ad regẽ spectat, quia illud intelligitur, quãdo cõcessit eidẽ nominationem per cõtractum, vt hic: secus si per priuilegium seu per legẽ, quia hoc sicut legem reuocare poterit, vt dixi infra, in præfa. ad rub. de colla. Cõtractus enim difficilius tollitur quàm priuilegium, & sic potest Papa hic derogare capitulis ecclesiarũ habentibus priuilegium, tam quo ad suspensionem quàm præuentionem.

Papa in electiuis an resignationes recipere possit.

d Capitulis.) Et per hoc dicebãt quidam sumẽdo argumẽtum à cõtrario sensu, quod hic comprehẽduntur ecclesiæ collegiatæ, videlicet vt etiã nõ possint eligere Decanum, Præpositum, aut ad aliam dignitatẽ, cũ hic faciat mẽtionem de capitulo, quod est ecclesiarũ secularium. c. capitulum. de rescript. cle. 1. de magistr. Sed respõ. per hũc tex. nõ comprehendi ecclesias collegiatas seculares quo ad regis nominationem, vt in eis illam habeat, quia inducta ad vnum finem nõ debẽt operari contrarium. l. legata. ff. de legat. 1. sed hæc clausula est inducta ad tollendam dubitationẽ, per quam posset quis dubitare, an per supra dicta sit etiam abrogata electio in ecclesiis habentibus speciale priuilegium eligendi. & text. respondet quòd non per præmissa intendimus prẹiudicare capitulis ecclesiarũ cathedralium, vel metropolitanarum, quominus eligere possint si habeant priuilegia eligendi à Papa, & idem in conuentibus decreuit. vide Io. Francis. in tract. de offic. & potest. c. sede vacante, in 5. præludio.

Electiones non sunt sublatæ in ecclesiis collegiatis secularibus.

Hodie verò ratione benemeritorum regis Franciæ Papa Clemens 7. sperans eundẽ in persona nominanda, Deum præ oculis semper habiturum, de fratrum cõsilio suspẽdit priuilegia capitulis metropolitanarum & aliarum ecclesiarum cathedraliũ, & cõuentibus monasteriorum, prẹterquam eorum, quæ per generales suorum ordinum reguntur, seu regi consueuerunt, eligendi sibi prælatum cõcessa, quãdiu vixerit rex Franciæ nunc existens, & potestatem nominãdi in his ecclesiis eidem regi cõcessit, electiones & postulationes cõtra præmissa attẽtatas nullas decernendo, voluit tamẽ idem summus pontifex regem seruare in nominatione qualificationes prædictas in §. 1. & 2. supra eo. Aliàs cassa & irrita omnia quæ fierent contra concordata, statuit. Hoc fuit cõcessum ann. 1531 5. Idus Iunij, pontificatus sui ann. 8 publicatum & registratum in magno cõsilio, ann. 1533. die sexta Octob. & sic vides regem posse nominare etiam in ecclesiis habẽtibus speciale priuilegium eligendi, ex hoc edicto. Nónne requiratur per prælatos Franciæ ac regni noua acceptatio, & publicatio, cogita & decidas per ea quæ dixi in gl. prioratib. supra eo. §. monasteriis. proinde non

Suspensio generalis electionum ad vitam regis.

non prohibet indultum hoc (per edictũ enim nihil est immutatũ)quominus posſint adhuc eligere decanum,Præpoſitum,vel ad alias dignitates inferiores,quia edictum tantum expreſsit archiepiſcopatus,epiſcopatus,abbatias,& prioratus cõuentuales. Ergo ad alias dignitates non extendetur,etiam quia non excedit terminos concordatorum, quæ in proximè dictis tantũ procedunt, quod eſt not.quia ſæpius ſuper his fui cõſultus. ſed quia per mortẽ regis expirauit,ideo remanet hic §.in viridi obſeruantia.

a Priuilegia.)

Non ergo ſufficit quod de iure communi habeant facultatem eligendi, ſed requiritur

. priuilegia [a] ſede apoſtolica [b] propriũ [c] eligẽdi prælatum [d] obtinentibus [e], quominus ad electionem [f]

Priuilegiũ an facilius tollatur quàm ius. priuilegiũ,nec obſtat ſi dicatur facilius tolli priuilegium quàm ius cõmune.l.eius.§.ſi militia.ff.de teſt. milit.Reſp.verũ eſſe,quãdo cõditor iurium priuilegium vult tantũ tollere , ſecus ſi ius cõmune tollat tãtũ,& priuilegiũ reſeruet,vt hic Lãcel.Galiaula in l.centurio.col.3.not.3.ff.de vulg.Itẽ quãdo qs habet priuilegiũ eligẽdi & ius cõmune, duplex funiculus difficilius rũpetur.c.1. de treug.auth.itaq;. C.cõmu. de ſucceſ.& ſublato iure communi adhuc remanet priuilegium.l.ſi domus. ff.de ſeruit. vrba.præd.c.ex tuarũ.de author.& vſu pallij tex.reputatus ſing.in l. decurionib.C.de licẽtia.li.12.vbi p reuocationẽ priuilegiorũ nõ videtur reuocata priuilegia alicui ſpecialiter cõceſſa,ſic cõſuluit Alex.conſ.vlt.in fi.vol. 4.maximè hic , quia exprimitur. Nã priuilegiũ potuit dari ob benemerita, ideo hic noluit ea tollere, & ſic reſeruat electionẽ habẽtib. priuilegia eligẽdi.

Quis eligẽdi priuilegia concedat. b A ſede apoſtolica.) Hic patet à quo debet haberi iſtud eligendi priuilegium,quia à ſede apoſtolica quæ in his plenariã obtinet poteſtatẽ.c.de præbẽ.in 6.Adeo q ſi eccleſia haberet priuilegiũ eligendi ab alio,videlicet à legato,vel alio, non reſeruatur hæc electio eccleſiis habentibus illud priuilegiũ ab alio quàm à ſede apoſtolica,vt patet hoc in tex.ibi,à ſede apoſtolica propriũ eligẽdi prælatũ obtinentibus, & c.ideo opus eſt quod oſtendant à quo habuerint, vt infra dicitur.Et nota q hoc priuilegiũ conforme iuri cõmuni eſt latiſsimè interpretandũ , licet aliàs regulariter cõtra Bal.per illũ tex.in c.inter corporalia.col.2.de trãſlat.epiſ.Bar. & alij in l.beneficiũ.ff. de cõſti.prin.Feli.in c.cauſam de reſcri.Electio ergo poteſt alicui cõpetere,tam ex priuilegio , quàm de conſuetudine, vel de iure.tex.in c.cumana. iuncta gl.de elect. nõ tamen reſeruaretur hic ſi alia ex cauſa quàm ex priuilegio competeret , vtpote ſi ex præſcriptione,vel conſuetudine , per not.in c.cum eccleſia.de cauſa poſſ.& glo.in d.c.cumana.

c Proprium) Ergo ſi electores haberent priuilegium eligendi prælatum in alia eccleſia , & ſic non proprium,non poſſent eligere per hunc tex.dicentẽ proprium. de quo tractatur in c.cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſ. & c.cum dilectus. de cõſuet.vnde *Proprium multis modis dicitur.* dixit tex.nemo dicat proprium , quod eſt cõmune. in c.ſicut hi.47.diſt.Proprius dicitur multis modis, proprius hæres,dicitur conſanguineus.l.1.ibi,vel in hæredes proprios iure ſanguinis transfuderunt , vel in extraneos.C.de anno.ciuil.lib.11.plenè probat.d. Chaſſa.in conſuetu. Bur.in rubr.*des ſucceſsions*.§ 3. gl.*à ſes vrais heritiers*.Item cauſa ſeu lis dicitur propria,cuius damnum vel emolumentum ad aliquem ſuo nomine pertinet.l.1.§.propriũ. ff.quando appel. ſit gl.in c.authoritate.de priui.in 6.vnde ſi canonici Aurelia.haberẽt priuilegium eligendi prælatũ Pariſi.non reſeruaretur eis hoc in tex.priuilegium eligendi,quia prælatus Pariſ.nõ eſt proprius prælatus Aurelia.& hic tantum loquitur de proprio prælato, quod eſt notãdum,vide quot modis propriũ ſumatur in l.interdum.ff.de verb.ſignif.vbi plenè ſcripſi.

d Prælatum.) Largè accipitur tam pro archiepiſcopis,epiſcopis,quàm etiã abbatibus , & prioribus conuentualibus,gl.c.nullus.de elect.in 6.gl.& doct. in cle.1.in verb.prælatum.de elect.vnde vult dicere hic text. quod Papa non vult præiudicare eccleſiis habentib.priuilegia eligẽdi proprium prælatũ , ſiue habuerint priuilegiũ eligendi archiepiſcopum, ſiue epiſcopum,ſiue abbatem,ſiue priorẽ cõuentualem, vt infra declaratur,illi enim dicuntur prælati,ſi ſint perpetui.Boniſa.in cle.1.col.1.de ſupplẽ.negli.prælat. Et ſic rex non poterit nominare ad prælaturas triennales,de quibus in eccleſia ſancti Sulpitij apud Bituriges,quia conditores non intendunt reformationem ſic factam tollere, & dare eiſdem abbatem reformationis religioniſque deſtructorem,vt reperiuntur multi hodie.Sed væh illis,neſciunt quid faciunt,ſcietis enim(vt teſtatur Chriſtus)poſtea , ſcilicet cum in inferno cruciabimini,vide quæ dixi de prælato in tractat.de pacific.poſſ.in 10.ampli.nu.63. & ſeq.& per doct.in c.2.de iudi. *Prælatus quis dicatur.*

e Obtinentibus.)Cum effectu,vt dixi in gl.obtinet in forma mãda.infra. An hoc priuilegium perdatur per non vſum,& intra quod tempus?vide tex. & ibi plenè doct.in c.cum acceſsiſſent. de conſti.gl. & doct.in c.vt priuilegia.de priuile.l.1.ff.de feriis. [Lucã de penna in l.in filiis.in fi.C.de decurio.lib. 10.] & Io.Franc.Bal.in tract.de præſcrip.in 4.parte 5.partis.q.2.col.60.& ſeq.& Claud.de Seycel.& Iaſ. in l.beneficium.ff.de conſtit.princ.Et vndecim modis perditur priuilegium,quos tradit Lucas de penna in l.penul.C.de vetera.lib.12.

f Ad electionem.) Quæ tripliciter accipitur. *Tripliciter capitur electio.*

Primò paſsiuè, vt eligatur is qui eſt de gremio,c. cum dilectus , & ibi Barb.col.14. de conſenſu. vel idoneus.c.cum in cunctis.de elect.ſicut teſtamenti factio.§.teſtamenti.inſti.de hære.qualit.& differ.

Secundò,capitur pro cõfirmatione,& hoc quando emanat ab eodem fonte , vtpote ab eo qui per negligentiam non eligentium prouidet.gl.in c.1.de elect.in 6.c.ne pro defectu.de elect.Barb.in propriis terminis in d.c.cum dilectus.col.14.

Tertiò,capitur pro electione actiua,vt hic,& regulariter in rub.de elect.in decre. & in 6.in cle.vlt. illo tit.& ad hanc electionem admittitur quilibet de collegio,niſi à iure prohibeatur. c.1.de ele.Hoſt. in ſumma illius tit.§.quis poſsit.

Proinde qui perdidit electionem actiuè nõ perdidit paſsiuè,vtor verbis Bald.in c.irrefragabili. in fine,de offic.ord.

CC

Electio quot modis vitietur.

Vitiatúrque hæc electio pluribus ex causis.

Prima est quādo fuit facta per secularis potestatis abusum.c.nullus.63.dist.c.quisquis.de elec.& supra tit.proxi.in glo.per abusum,quando hoc modo dicatur fieri enucleaui.

Secundò,si fuerit facta per canonicos & laicos simul.c.Massana.de elect.

Tertiò,si omittatur forma.c.quia propter de elec. vel vna ex illis formis, vt mox non publicetur, vt ibidem dicitur.

Quartò,si fiat electio à suspensis, vel de suspenso.c.cum inter R.de elect.& c.cum dilectus. & ibi glo.& doct.de consuet.

Quintò,si à minori parte capituli facta fuerit.c. cumana.de elect.nec sufficit maior pars, nisi sanior sit.c.ecclesia.2.de elec.& dicitur maior respectu totius capituli,& nō aduersariorū.c.licet,in fi.de elect.

Sextò,quando non præstito iuramento ante electionem est processum ad eligendum, in prag.sanctio.rub.de elect.c 1.

Septimò,quādo nō audita missa spiritussancti eligūt,vt ibidē dicitur.& in c.cū ecclesia.de causa pos.

Octauò, quando sacramentum eucharistiæ eligentes ante electionem non susceperunt,vt ibidem patet.& gl.in verbo,suscipiant, dicit hoc procedere in electionibus episcoporum & abbatū, in electionibus vero aliorum, vt prioratuum, vel minorum dignitatum,seu beneficiorum,non habet locum.

Nonò,si tractare incipiant de electione, & eligāt antequam corpus episcopi sit traditum sepulturæ.c. bonæ memoriæ,supra de elect.canonici timent impreßionem principis, statim mortuo prælato eligere poterunt.c.episcopo primo.ibi, qui post obitū quiescentis potestatem habent.8.q.1.sequitur Guido Papæ in consi.206.circa fin.

Decimò,quando habitus est tractatus seu colloquium cum illo,qui erat eligendus, vel cum amicis suis.c.per inquisitionem. de elect.quia tunc videtur præsumptio simoniæ,& ambitus,hodie omnes electiones vitiarentur, quia vix fit electio sine rogatu, & promisìionibus præcedentibus, vt titulo proximo dictum extitit supra,& ideo poterant dici requirentibus sumptuosæ electiones.

Vndecimò, vitiatur electio,si fiat post appellationē legitimè interpositā.c.cōsiderauimus.& c.cū nobis,ac.c.auditis.de elec.de Ripa li.2.resp.c.13.appel.

Duodecimò,si præstitit suæ electioni assensum, antequā eligeretur ratione ambitionis.c.cum post petitam.de elec.satis dicuntur hodie præbere assensum,postquam ante electionem multa eligentibus promittunt,& ante mortē currunt ad eligentes, ita ꝙ non expectent mensem ad consentiendū, vt dicitur in c.quàm sit.de elect.in 6.contra id quod in c. si 4.dist.habetur,quicūque desiderauerit primatum in terra,inueniet cōfusionē in cœlo,nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. [ideo oporteret statuere,quod procurans per se,vel aliū,eligi inhabilis esset,& suis etiā priuatus beneficiis, & quicūque elegerit procurantē, vel ambientē, perpetuò sit priuatus suffragio, ac beneficiis, & inhabilis ad alia.& sic reuerteremur ad illā sancti spiritus iam omissam electionem, & formam (quam Deus nobis restituere dignetur) in perpetuū duraturā,si prælati sanctos præfecissent,non esset in electionibus discordia, ideo de his omnibus tenentur præficientes, vt alibi dixi etiam de Papa qui creauit tales Cardinales quales videmus aliquos.]

Decimotertiò, si fiat clam.ca.quia propter.§.de elect.Perus.in c.si tibi absenti.de præben.in 6.

Decimoquartò,si fiat simoniacè,etiam ignorante electo.c.si alicuius.de elec.nisi hoc fuerit in fraudem electi factum. c.nobis. de simon. & supra titu. proxi.dictum extitit in glo.simoniac.

Decimoquintò,si fiat electio secūda, prima non cassata.c.considerauimus.de elect.quia per primam contractum fuit matrimonium inter ecclesiam & electum.c.cū inter canonicos. de elect.Ideo nō potest aliud contrahere illo non dissoluto,nisi esset secunda electio facta de primo electo.de Ripa lib.2. respon.c.15.canonica. vel nisi prima sit ipso iure & notoriè nulla.c.cum terra. eo.tit.Pan.in ca.auditis. col.pen.ibid.&c.illud de iure patro. *Secunda electio quādo valeat, non cassata prima.*

Decimosextò,si compromissarij contra formam eisdem datam eligant.c.cum dilectus. de elect,facit.c.cum dilecta.de rescrip.& ibi plenè doct.

Decimoseptimò,si fiat ad clamorem populi.ca. Osius.de elect.vanæ enim voces populi non sunt audiendæ.l.decurionum.C.de pœn.vnde nō valet manumisio ad clamorem populi facta. l.si priuatus.ff.qui & à quibus manu.lib.non fiant.

Decimooctauò,si non fiat in ecclesia. c.quod sicut.de elec.vel in capitulo,vel in loco in quo est solita fieri.c.cum terra.de elec.glo.tamen in §.& cum humanæ,in verbo locum.de elec.in prag.dicit non esse vim vbicūque fiat, dummodo intra ambitum ecclesiæ,quod intelligerem,nisi consuetū esset eam facere in capitulo, tunc facta extra sine causa non valebit.c.in nomine.ver. quod si prauorum.23.dist. imo electio scabinorum rupellæ facta extra locum solitum fuit annullata per Senatum Parisiens.1532. die 26.Aprilis. *Electio extra locum solitum nulla.* *Arrestum.*

Decimononò, si fiat post tres menses. ca.ne pro defectu.de elec.nisi eligentes iusto impedimento fuerint detenti.Rofre.in summa libello iuris canonici.rub.de causis propter quas vitiatur electio.

Vigesimò, si electus ante confirmationē administret.c.auaritiæ.de elect.in 6.& ca.qualiter. & c.bonæ.illo tit.in decreta.nec valet consuetudo in contrarium.Anchara.consil.51.

Vigesimoprimò,si fiat ab excommunicatis, vel de excommunicato.c.venerabilem.de elec.ca.constitutus,& ibi glo.de appel.dixi in reperi. c.postulastis.in 2.no.de cleric.excommun.ministr.

Vigesimosecundò,si fiat ab interdictis,vel de interdicto.c.1.de postul.prælat.ca.cū inter R.de elec.

Vigesimotertiò,si eligatur inhabilis & indignus. c.cum in cunctis.§.fi.& c.scriptum. de elec. & quis dicatur inhabilis tradit Hosti.in summa. de elec.§. quis eligitur,vbi scribit hos versus.

Anni triginta,sacer ordo pura voluntas,
Et morum grauitas,sapientia,sponsa parentis,
Concurrens fama,decus hoc dant pontificale.

Prosequere vt per eum, & per ea quæ dico in tract.de pacif.poss.in 4 limitat.

Vigesimo

Vigesimoquartò, si de aliena ecclesia fuerit electus, & non postulatus. c. innotuit. de elect.

Vigesimoquintò, si fiat per subreptionis astutiā. c. cum dilectus. de elect.

Vigesimosextò, quando electio fuit sigillatim & singulariter facta. c. in Genesi. de elec. gl. in c. nullus. 63. dist. & in c. sicut. de elec. in 6. gl. in verbo conueniant. §. & cū humanæ. de elec. in prag. idē si nō fiat vno cōtextu. Bonif. in cle. ne Romani. §. porro. circa fi. de elec. sicut testamentū. l. hæredes. §. fi. ff. de testa.

Vigesimoseptimò, si in abbatem, vel in priorem eligatur non professus. c. cum in magistrum. & c. officij. & c. cum causam. de elec. c. nullus. illo tit. in 6.

Vigesimooctauò, si aliquo vel aliquibus cōtēptis fiat. c. quod sicut, & c. vēnerabilē. eo. tit. idē in postulatione. c. bonæ. de postul. præl. & in permutatione facta nō vocato patrono, qui habebat ius præsentādi. gl. in verbo die. §. & cū humanæ. de elec. in prag.

Vigesimononò, si electio fuerit sine causæ cognitione confirmata. c. nihil. de elec. & c. fi. illo tit. in 6.

Trigesimo, si fuerit factus monachus ea causa vt eligeretur. c. cum ad nostram. de elect.

Vltimò, si fiat electio cōditionalis, vel alternatiua. c. 2. de elec. in 6. alia quæ cōtra electiones opponi possunt, tradit Nepos de monte albano, in rub. cōtra electiones prælatorum, vbi licet alia videre. Hæc tamen ita cumulata & in ordinē redacta nusquam reperies. licet multa tradat Petrus Viassius, in tract. directoriū electionum nūcupato. in 2. parte. c. vlt. Notandū est, ꝙ quādo electio annullatur vitio personæ, electus non potest promoueri, si verò vitio electionis sic. c. super eo. de elec. vnde cautela est quod quādo cassatur electio, ꝙ causa inseratur, sicut quādo quis remittitur ab exercitu. l. 2. ff. de his qui not. infa. Et quando tutor à tutela remouetur, alioqui vitio electionis censetur electio reprobata. l. hæc enim. ff. de suspect. tut. l. si præses. de pœn. Ioan. And. & alij in d. cap. super eod.

Causa in annullatione electionis exprimenda.

a Episcoporū.) Idem si haberent priuilegiū eligendi archiepiscopū, quia non intendit Papa derogare capitulis ecclesiarum obtinētibus speciale priuilegiū eligendi, si ergo metropolitana ecclesia habeat speciale priuilegium eligendi, eligere poterit, licet hic non fiat speciatim de ea mentio. Episcopatus quippe in ecclesia est nomen generale, quòd sibi etiam Papa non veretur assumere, vt in procemio Decreta. & Sex. & Cle. patet, vt supra eo. rub. de constit.

episcoporum [a] ac abbatum & priorum, iuxta [b] priuilegia eis concessa [c]

Episcopi nomen generale est.

Item cōueniunt verba huius tex. metropolitanis, dum reseruat ius eligēdi propriū prælatū obtinētibus priuilegiū, sed dicitur proprius prælatus etiam archiepiscopus. Ergo & hæc dispositio ad eū extendetur. c. indēnitatibus. §. supra dicta. de elec. in 6. Et nō intendit præiudicare capitulis ecclesiarū hic Papa, capitula etiā dicūtur in ecclesia metropolitana, vt omnibus est obuiū, per c. graue. de præb. cle. 1. in fi. de magist. Præterea permittit vt eligant iuxta priuilegia eis cōcessa pro archiepiscopis, eligēdis, eligēt, & liberè, & iuxta formā in priuilegiis cōtentā. Item si causa esset cōmissa episco. Senē. & postea causa pendente episcopus esset erectus in archiepiscopum, poterit archiepiscopus cognoscere, quia archiepiscopus episcopus est. Pan. in c. quoniam abbas. col. pen. de offic. deleg.

b Iuxta priuilegia.) Et sic eligētes nō debēt transgredi priuilegia, sicut nec mādatarius mādatū. c. cū dilecta. de rescri. scripsi in 6. not. repet. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo ꝙ interest. Igitur si capitulū habeat priuilegiū eligēdi prelatū de grēmio, nō poterit eligere illū qui est extra gremiū, quia non fieret iuxta priuilegiū concessum, vt hic dicitur. Nempe dictio iuxta ponitur relatiuè hic. & in l. 1. & ibi Bald. C. de episc. & cler. & exponitur pro secundū. Cle. ne Romani. §. sanè. de elect. cle. si iuxta. de præbē. & c. si is cui. illo tit. in 6. plenè Feli. tradit de hac dictione in c. 2. col. 4. vers. clausula si preces. de rescrip. post patruum meū Rebuffum in l. decernimus. & ibi in additio. ad eum. C. de aquæ ductu. lib. 11. & Bald. in l. fin. ff. de seruit. vrb. præd. vide de Viassio, in 1. parte in directo. electio. ca. 3.

De dictione iuxta.

c Concessa.) Secus ergo si Papa posthæc concordata cōcederet, quia non valeret priuilegiū, cū hic nolit derogare iam habenti. Ergo si nondū habeat, nō poterit esse detrimēto regi, quin possit nominare nō obstante priuilegio à Papa de nouo concesso posthæc concordata, nisi huic concessioni rex consentiret. arg. l. pen. C. de pact. Et hoc priuilegium eligendi cōcessum canonicis regularibus nō amittitur, si ecclesia in alium locum transferatur, & de regulari in secularem iure commutetur. Inno. in c. 2. de oper. no. nunc. & expressim consuluit de Ripa. in lib. 2. respon. ca. canonici. in vlti. q.

Ecclesia regularis erecta in secularem, an priuilegiū eligēdi perdat & bona.

Quæ tamen cōuersio de regulari ad secularē nō est bona, sed ecōtra sic, & ita olim fiebat, nunc contra, nam magis laborantiū debet firmior status esse. c. extirpādæ. de præb. Ista expressim firmat Guillel. Montehaudu. in cle. 1. de rescrip. quāuis passim hodie fiat, ob diminutā in nobis deuotionē, Deus per suam gratiam illam augere nobis dignetur: nempe ecclesia ad quā est facta translatio, & canonici seculares sunt subrogati in locū & ius regulariū canonicorū, ergo & in priuilegia subrogati intelliguntur. §. fuerat. inst. de actio. cle. vna. de supplēd. negl. præl.

Item in religione debēt etiam esse, & deuotione subrogari, ne diabolici potius quàm canonici dici mereātur, quādo laqueus contritus erit, quia subrogatus, &c. l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si quis caut. plenè Fel. in c. cum accessissent. col. 7. nu. 18. cū seq. de cōstit. maximè quādo est fauorabile ecclesiæ. Henric. Boic. in c. ecclesia. vbi plenè distinguit, vt lite pendente. sequitur Soci. consi. 93. eleganter. in fi. vol. 3.

Et Perus. in c. cū personæ. in fin. de priuileg. in 6. firmat ꝙ quādo ecclesia est exēpta, & transfertur in aliū locū, nō perdit exemptionē. vide ibi. & si ciuitas destruatur, & alij ciues subrogētur, gaudebūt priuilegiis datis ciuibus illius ciuitatis. Bertrand. cōsi. 192. Multa. nu. 16. in 2. volu. ex noua impressione.

Exēpta ecclesia, & in aliquem locū translata, non perdit exēptionē, nec bona.

Imò si prædia donata sint monasterio ea lege, ꝙ redirent ad dantem, si cōtigeret eos mutare habitū, vel à loco recedere, si de licentia Papæ mutēt habitum, nō poterunt prædia repeti, quia habitus nouus

cẽſetur ſubrogatus in locum alterius. Io. And. & Petruſ. in d. c. 1. §. ad hæc. de relig. domib. in 6. quia mutatio ſtatus auget ius antiquũ, nõ verò aufert. l. pen. ff. de ſenat. l. falſa. §. 1. de cõdi. & dem. gl. in c. ex parte. in verbo, Andegauẽſis. & ibi doct. de foro comp. Bar. in l. fi. C. de Præpo. agent. in reb. lib. 12. vbi dicit nunquàm tolli data priuilegia per concesſionẽ noui, quia non debet operari diminutionem quod ad augmentum inductum eſt. l. legata. ff. de legat. 1.

Item eadem ratione priuilegia conceſſa prioratui, non amittuntur, ſi erigatur in cathedralẽ. Oldr. conſ. 267. quod domino. col. & Domin. cõſ. 125. dubia. in fi. Nam ſi eccleſia priuilegiũ eligẽdi non haberet, rex nõ perderet ſuam nominationẽ, quamuis mutaretur ſtatus eccleſiæ, ſic nec perdet eccleſia priuilegiũ, etiã ſi mutet ſtatũ. Etiam bona non perdit regularis eccleſia, quæ trãsfertur in ſecularẽ, vel contra. Petrus de Peruſ. in tractat. de mutatione ſtatus eccleſ. c. 3. q. 1. arg. c. eccleſia, vt lite pend. hoc etiã plenè probat Philip. Probus in addit. ad Io. monachum. in c. cũ de beneficio. de præb. in 6. in mutatione ſtatus eccleſiæ Bituric. & quãdo fuit è regulari in ſecularem reducta. Ad tollendum tamen dubiũ rex ſolet conſentire huic tranſlationi & mutationi, vt nuper contigit in eccleſiæ Magalonæ mutatione, & trãſlatione ad Montempeſſulanũ, anno 1536. Fallit quãdo priuilegiũ eſſet certo ordini conceſſum propter ſtrictiorem vitã, tunc ſi non ſeruetur regula inſtituta, antiquitus amittitur priuilegiũ. Pan. per illũ tex. in 2. not. in ca. recolentes. de ſtatu monach. arg. clericorũ negociantiũ, vt nõ gaudeãt priuilegiis in illis bonis. c. fi. de vita & honeſta. cler. [Abundãtius dixi in meo cõſ. an ſubuẽtiones debitæ monaſterio tollantur ſi monaſteriũ redigatur in ſecularẽ ſtatũ.]

De tranſlatione eccleſiæ Magalonæ ad Montẽpeſſulanum.

Quid ſi monachus dederit aliqua bona monaſterio priori, & poſtea trãſlatus fuerit in alterũ monaſterium? Reſpond. tunc vſufructus bonorum acquiſitorum primo monaſterio dabitur ſecũdo monaſterio, & deinceps acquiret iſti ſecũdo monaſterio, ne oneroſus eidem exiſtat, ſed proprietas bonorum ante tranſlationẽ acquiſita primo monaſterio, penes illud remanebit. c. de lapſis. & ibi glo. 16. q. 6. Specu. in tit. de ſtatu monacho. §. 2. verſ. ſed quæritur. & q. 23. Bart. in l. 2. §. fi. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. Panor. & alij in ca. quod à te. col. vlt. de cleric. coniug. & c. cum olim. 2. not. de priuileg. Card. cõſ. 23. quidam fecit. rub. de regula. Henri. de Piro in §. de his. inſt. per quas perſo. nobis acqu. Barb. conſ. 19. vbi col. 5. in 3. vol. facit gl. vlt. in c. fin. de regula. niſi primum monaſteriũ eſſet deſtructum, quia tũc ſecundo monaſterio applicabitur etiam proprietas, cũ primũ amplius nõ extet. ita tenet Pet. de Peruſ. in d. tracta de mutat. ſtatus eccleſia. c. 2. Et ne ſit ſecundo monaſterio oneroſus. dicit tamẽ in fine, ꝙ ſi in illo monaſterio non ſit aliquis religioſus, vel religioſa, epiſcopus cum conſenſu ſui capituli poterit donare illa bona aliis eccleſiis, vel ædificare eccleſiam, & illa bona aſsignare pro dote illius eccleſiæ, cùm ſint vacantia, vel epiſcopus poterit hoc largiri pauperibus, prout melius viderit expedire. text. in c. vno. de relig. domib. in 6. vbi reſeruat illa bona ſedi Apoſtolicæ in terræ ſanctæ ſubſidium, vel in alios pios vſus, per locorum ordinarios, vel alios quibus hoc Papa commiſerit conuertenda, &c.

De monacho tranſlato ad aliud monaſterium, cuius erunt illius bona.

Quando nõ ſunt religioſi in monaſterio, quid fiet de illis bonis.

Item nominato religioſo vnius monaſterij ad abbatiam alterius monaſterij, tenebitur primũ monaſterium prouidere de victu & expẽſis, donec pacificam poſſeſsionem habuerit in ſecundo monaſterio, per c. cum ad monaſterium. §. porro. de ſtatu monach. vbi monaſterium tenetur prouidere ſuo monacho in victu & veſtitu, & talis ſic nominatus per regem, & prouiſus per Papam, eſt prioris monaſterij monachus, donec ſit plenè tranſlatus. c. ſi quis. 21. q. 1. & nõ dicitur plenè tranſlatus, donec pacificã poſſeſsionem in alio habuerit monaſterio, vel per eum ſteterit, quo minus haberet. c. cum in cũctis. §. cum verò. de elect. c. commiſſa. illo tit. in 6. Calde. conſi. 13. an promotus. rub. de regula. & cõſi. 24. monaſterium ibidem decidit, ꝙ ſi monaſterium abundet fructibus, & patiatur defectum monachorum, quorum receptio ſpectet ad abbatem & conuentũ, ſi abbas recuſet monachi non poterunt recipere.

liberè [a] procedere poſſint [b], iuxta formã [c] in eorũ priuilegiis cõtentam. Et ſi in eorũ priui-

a Liberè.) Id eſt, ſine regis nominatione, & iuxta priuilegia eiſdem cõceſſa. Quid ſi rex nominet idoneum his electoribus? Reſpon. non tenẽtur eum recipere, cum liberã habeant electionem. Alioqui non eligerẽt liberè, ſi tamẽ ipſi illum nominatum per regem eligerẽt, valeret electio, vt tradit Maleret in tit. de elec. fol. 36. & ſeq. licet eo ipſo ꝙ princeps præcipit aliquẽ eligi, nõ valeret electionẽ, quia eſt iuſta cauſa timoris. aſſerat gl. expreſſa in c. cõuenior. 23. q. 8. in verbo morere.

Quid ſi poſtulauerint aliquẽ, an valeat? videtur ꝙ ſic, quia iura loquentia in electione, habẽt etiam locũ in poſtulatione. gl. in c. 1. de poſtu. prælat. & in c. fi. de elec. in 6. Contrariũ fortè erit verius de ſtricto iure, quia ſupra eodem. in §. 1. interdicitur electio & poſtulatio, hic tantũ reſeruatur electio habẽtibus priuilegiũ eligendi iuxta formã eis cõceſſam, & nõ poſtulatio, ergo poſtulare non poterunt, quia vno hic reſeruato aliud remanet ſublatum.

Poſtulare an poſsint habentes priuilegiũ eligendi.

b Poſsint.) Facta prius canonicorũ abſentiũ per nuncium vel literas vocatione, quæ debet fieri per decanum, vel illum ad quẽ de iure, vel cõſuetudine huiuſmodi pertinet conuocatio, vel per antiquiorem prædictis deficientibus. l. 2. C. de Decur. lib. 10. Innoc. & alij in c. 1. de maiorit. De Viaſsio in 3. parte. c. 4. in d. directo. de elec. & formam huius citationis tradit Mandagot. in tracta. de elect. in 2. parte. c. 59. in prima forma & ſeq.

Ad quos ſpectet citatio canonicorũ in cauſa electionis.

c Formam.) Sed quã? cum tres exprimantur in d. c. quia propter de elec. Reſpon. vnã ex illis contentam in eorum priuilegiis, & expreſſam, & ſic nõ tenentur omnes formas ſeruare in qualibet erectione, vt eſt tex. in d. c. quia propter. Cardinales verò, quia vice Dei eligunt ad aliquam formã nõ aſtringuntur. Bald. in d. c. quia propter. col. 1. Quippe hæ formæ à iure poſitiuo introductæ fuerunt propter ſcandala & deceptiones euitandas, quæ in electionibus quandoque interuenire ſolent. teſte Petro Viaſsio

Triplex est forma in electionib.

Viasio in directo.electionum.in 3.parte.c.20.

Notandum est ꝙ tres sunt formæ dicti concilij. Prima, est per viam spiritus sancti, qua fuit electus D.Ambrosius, Nicolaus, Seuerus, & multi alij, de quibus in c.statuimus.61.dist.& ibi per glo.& Io.de turre crema.& hæc nõ indiget confirmatione, quæ enim spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. c.duæ sunt.19.q.2.post D.Paulũ c.licet.de regula.& de hac non est tractandum, cum non sit hodie in vsu apud nos propter peccata nostra. Nam fabulosè dicitur, ꝙ columba quæ solebat sanctũ spiritũ deferre, fuit occisa per coruum.per Ioan.And. in d.c.quia propter.de elec.col.61.& quòd spiritus sanctus occupatus circa alia interesse electionibus non valet.

De forma spiritus sancti.

Alia est, quæ fit quasi per inspirationem, vtpote quando omnes eligentes in vnum cõsentiunt, tunc ratione pacis & concordiæ, præsumitur inspirata, quia spiritus sanctus est in vnitate & concordia, vt patet in euangelio. Vbicunque fuerint duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ego sum.& non inter segregatos.c.scisma.24.q.1.& c.de illis. eadem causa.q.3.glo.in §.& cũ humanæ.in verbo inspirare.de elec.in prag.requiritur tamẽ quòd talis electio fuerit facta absque vitio simoniæ, cõspirationis, coniurationis, requisitionis, seu consensus habiti extra capitulum, alioqui non dicitur quasi per inspirationẽ. Hostien.in §.qualiter.vers.tertia est.de elec.in summa, per c.per inquisitionem cũ similibus.de electio. poterit tamen generalis tractatus interuenire, vtpote præsidẽs in capitulo dicere poterit, Oremus Deũ pro bono prælato habendo, non tamen debet fieri persuasio certæ personæ, vt eligatur.Io.And.& Panor.in d.c.quia propter. sed si vnus ex eligentibus proponeret, quid videtur de tali persona, & omnes ad vnum eam eligerẽt, dicitur illa electio quasi inspirata.teste Anch.in d.c.quia propter.Et quia non est certum de inspiratione, ideo requiritur confirmatio.c.nisi.de renuncia.quia nõ est qui possit vias spiritus sancti perscrutari. Baruch c.3.& ista est etiã admodum rara, & vix in vita hominis semel fit, cùm domina ambitio totum possideat orbem, & cum homines eam omiserint, & nunc ego.

De forma compromissi.

Alia est forma compromissi, vtpote quando eligentes cõpromittunt in aliquẽ, vel aliquos, qui omnium vice eligant, & requiritur in hac forma singulorũ cõsensus.c.in causis.de elect.Et potest fieri cõpromissum in vnum, siue is fuerit de collegio, siue non. c.causam quæ.de elect.vbi moniales cõpromiserunt in episcopum.& ibi hoc tradit Pan.dũmodo non fuerit laicus.c.Massana.de elec.Domi.in c. si cõpromissarius, illo tit.in 6.Et debent eligi compromissarij in numero impari, vt à maiori parte facta electio valeat aliis præsentibus.c.cum in iure.& ibi Compostellanus.de elect.arg.l.si in tres.ff.de arbit.& l.duo ex tribus.de re iud.si tamen minor pars elegerit dignum, maior indignũ, præfertur electus à minori parte. Pan.in c.cum in iure.col. vlt.de elec. Sed cũ hæc forma hodie raro vsu veniat, quia pauci volunt (propter lucrum quod ex electionibus habent) suffragiis priuari, ideo aliis nolunt cõmittere.glo.in c.cum expediat.de elect.in 6.nisi aliquãdo dubitent incurrere regis vel alterius principis indignationem, vel quando timent in electione impressionẽ fieri ideo eam etiã hic amplius non tractabo.

De forma scrutinij.

Alia est forma scrutinij, quæ est in frequẽti vsu, quãobrem abundãtius eam prosequar, & quia hæc forma est valde difficilis, & in ea quandoque periti deficiunt, si practicam ignorent.glo.in cap.cum expediat.in verbo, inquisitis.de elect.in 6. Ideo in hac forma sequentia requiruntur.

Viginti requisita in forma scrutinij.

Primùm, ꝙ eligẽtes in vnũ congregentur. Nam spiritus sanctus descẽdit in discip.in vnum congregatos.Act.2.& Matth.18.vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, &c.ca.audiuimus. 24.q.1. not.in c.congregato.de elec.text.in c.in Genesi, illo tit.& ibi glo.in verbo communiter. gl.in c.sicut. in verbo formam, illo tit.in 6.

Scrutatores quales esse debeãt & quot.

Secũdò, requiritur ꝙ scrutatores honesti, ac fide digni per collegium assumantur. c.quia propter.de elect.Alioqui se ingerentes redderentur suspecti. arg.l.quæ omnia.ff.de procura.valeret tamen communis electio, quãuis scrutatores non essent assumpti, postquam sciente & tacente. c.procedunt; quia agitur de re meritoria, videlicet de canonica prouisione.Inn.in d.c.in Genesi.col.2. Tutius est tamẽ vt assumãtur secundum Pan.in d.c.quia propter. vel si fuerint infames electio nõ vitiabitur, quia approbati sunt per electores.c.nulli.de accus.c.in præsentia. de sent.excõmunica.Hosti.in d.c.qualiter. si tamen potentes & terribiles eligerentur scrutatores, esset iusta causa appellandi secundum eum, & doct.in d. c.quia propter.

Tertiò, ꝙ tres scrutatores assumantur, & nõ plures, vel pauciores.d.c.quia propter.& ibi Io.And.& communiter doc.tenent non valere electionem, si plures vel pauciores assumerentur. arg.l.si vnus.de testa.C.licet.Inn.ibidem, dicat non esse de substantia, quod est verũ quãdo in collegio non essent nisi nisi duo vel tres, aliàs secus.Pan.in c.1.de elect.

Scrutatores de collegio esse debent.

Quartò, requiritur quod scrutatores sint de collegio ecclesiæ vacantis.Inno.Ioan.And.Bal.Pan.& alij in d.c.quia propter.quia præsumitur quod hi fidelius tractabunt negotium electionis, & procurabunt ecclesiæ vtilitatẽ.ar.c.cum in officiis.de testa. Hosti.in d.§.qualiter.vers.de collegio.& etiam, quia non est honestum exteris secreta collegij pandere. arg.l.2.C.quando & quibus quarta pars, lib.10.

Quintò, ꝙ suffragia singulorum electorũ, & vota secretè per scrutatores exquirãtur, vt quilibet eligentium liberius loqui valeat, & suum manifestare consensum.d.c.quia propter.ibi, secretè, & ne vnus instruat alium.gl.in c.venerabili. de testib.possunt tamen duo plurésve testes interesse, ne scrutatores alia renuncient quã fuerint dicta per eligentes Panor.in c.cum causam, in primo.col.2. de testibus.

Sextò, scrutari debẽt suffragia eligẽtium sigillatim, nõ bini, nec terni: ideo debet quilibet interrogari per scrutatores, quẽ eligere velit.d.c.quia propter.ibi, sigillatim.c.in causis.ibi, ad tractandum de electione secessissent in partẽ.de elect.exẽplo Daniel.c.13.quod in testibus seruatur.l.testiũ. C.de testi.vt dico in tractatu de reprobat.testium & saluat.

Praxis scrutinij & scrutantium.

Septimò, requiritur ꝙ suffragia omniũ eligentiũ præsentium exquirantur. d.c.quia propter.ibi, vota

cunctorum diligenter exquirât ex cõsuetudine solẽt scrutatores ante se missale habere, & sanctã crucem, vel euangelia, & adiurare ipsos eligentes, hac verborum serie, postquã eligẽs manũ super missale posuerit & crucem genibus flexis tetigerit, sic vnus scrutatorum inquiet, Nos tales N. & N. scrutatores nomine nostro, ac vice & mãdato omniũ eligentiũ, & totius capituli S. Petri Montispessulani ex potestate nobis per dictũ capitulũ attributa, adiuramus te N. coeligentẽ, vel cõscrutatorem nostrũ, per patrem, filiũ & spiritũ sanctũ, vt semotis quibuscũque fauoribus, odiis & rãcoribus, secundũ Deũ, & conscientiã tuã illũ in prælatũ ecclesiæ S. Petri Montispessulani eligas, quẽ in spiritualibus & tẽporalibus reputaueris vtiliorẽ, hæc probãtur in c. constitutis 2. de app. in electione abbatis, ꝙ monachi debeant iurare prepositis sacrosanctis euãgeliis. est tex. in §. iubemus igitur. in auth. de sanctis. epis. colla. 9. & sunt periuri & infideles, qui veritatem sequi non solent.

Suffragia eligentiũ in scripturam redigenda sunt.

Octauò, ꝙ in scripturã suffragia eligentiũ redigantur, vt appareat quis elegit, & in quẽ directũ est suffragiũ, vt si vellet variare, quod obuiet scriptura. c. omnes. 27. q. 1. & d. c. quia propter. ibi, in scriptis redacta. & hãc scripturã potest scribere vnus scrutatorum, eo ꝙ tex. in d. c. quia propter, non dicit in scriptis publicis seu authenticis, si tamen eligentes vellẽt habere tabellionẽ, qui scriberet, nõ esset prohibitũ: sed solent habere scribã, seu graphariũ capituli, vel quilibet, vt scripturã suã recognosceret, posset scribere sua manu, sic ego N. eligo talẽ N. & hoc est tutius, vt nõ possit fieri fraus, nec falsũ cõmitti.

Et cum text. in d. c. quia propter dicat scrutatores secretè, & sigillatim vota cunctorũ diligẽter exquirant, & in scriptis redacta mox publicẽt, ibi, nõ dicit per quẽ redigi debeat in scripturã. Ideo eligentes hoc poterũt, dãdo scripturã, & tũc suffragiũ censentur dare dum legũt illã scripturã, quãuis contrariũ dicat D. Boër. in decis. 1. Burd. nec censentur venire cõtra formã, quia voce electio fit, quod fit legendo scripturã, vt plenè in cõfessione, quæ potest fieri legẽdo scripturã, vt scripsi in interpretatione. c. omnis vtriusq;. de pœni. & remis. facit de ele. in 6. in c. sicut. vbi plenè doc. & Barb. in rep. l. cũ acutissimi. col. 71. C. de fideic. alia scripturus cũ operæprecium fuerit.

Poterit tamẽ eligens variare re integra antequã scrutatores sint coniuncti cum aliis electorib. Inn. in c. ecclesia. 2. col. 3. de elect.

Nonò, ꝙ vota & suffragia electorũ in scripturã redacta per scrutatores, aut notariũ adhibitum ad scribendum publicentur. in d. c. quia propter. ibi, publicẽt, nec posset quis appellare, quod hæc publicatio statim nõ fiat, & si de facto quis appellaret, ea nõ obstante fiet publicatio. c. qua fronte. & ibi doc. de app. vnde vnus scrutatorũ post collecta singulorum suffragia sic dicere poterit, Placuit vobis dominis eligentib dare negotiũ scrutãdi suffragia singulorũ, qui in electione inter esse debebãt nobis tribus N. & N. & N. coelectoribus vestris, nos secretè, & sigillatim scrutati sumus, & in scripturã redegimus quæ suffragia ex sociorũ meorũ ac vestro mandato publicare decreui. Ideo vnusquisq; vestrũ (si nõ grauetur) aduertat an scriptura verũ cõtineat, & eo facto legat papyrũ in qua singulorũ suffragia scripta sunt, qua perlecta dicere poterit, an sit aliquis, qui huic scripturæ cõtradicat, & si aliquis velit contradicere, poterit, dicẽdo se nõ elegisse talem: ideo bonũ est, quod notarius vel secretari⁹ capituli cũ duob. testib. adhibeatur, vel ꝙ vnusquisq; scribat electũ, vt dixi.

Publicatio electionis quomodo fieri debeat.

Decimò, requiritur ꝙ hæc publicatio fiat mox. d. c. quia propter. ibi, mox. arg. stipulationis. l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. & l. hæredes palã. §. fi. ff. de test. nec sunt priuati potestate eligẽdi hi, qui scrutati fuerint, si indignum scienter nominauerint, nisi electio sequatur. c. perpetuo. de elect. in 6. secus in electione. c. cum in cunctis. §. fi. de elect.

Numeri meriti & zeli quomodo collatio fieri debeat.

Vndecimò, ꝙ facta publicatione fiat collatio numeri ad numerũ, meriti ad meritũ, & zeli ad zelũ, quãdo duo sunt electi. tex. in d. c. cumana. in fi. & c. in Genesi. illo tit. Si maior fuerit numerus ex vna parte, fiet collatio, vel an illi habuerint potestatẽ eligendi, fiet etiã collatio meriti, si alter electus sit idoneus, vtpote doctor, sanctus vir, vel aliàs habilis. Itẽ zeli, quãdo eligẽtes bono zelo elegerunt, & nõ corrupti prece vel pecunia aut sanguine. c. cũ post petitã. de elec. & ibi Pan. & alij. Spe. in eo. tit. §. 1. vers. publicatione autẽ, &c. Et numeri, si maior pars totius collegij inclinauerit in vnũ. d. c. cumana. ibi, ad maiorẽ partẽ totius capituli. &c. Vnde qui istã habet facere collationẽ, sic dicet electorib. Domini scitis ex publicatione scrutinij suffragia nostra in plures diuisa. Nam ex nobis 24. eligẽtibus, 13. cõsenserũt in Petrũ, sex in Io. 5. in Ludouicũ, vnde cõstat Petrum habere maiorẽ capituli partẽ. Deinde reperio eligẽtes eundẽ Petrũ meliorẽ habuisse zelũ, quia nullo cõsanguinitatis nec affinitatis iure sunt eidẽ iuncti: ideo bono zelo moti vidẽtur. Alij verò qui elegerũt Io. & Ludouicũ, omnes sunt cõsanguinei, vel affines: ideo caro eis reuelauit dictã electionẽ, quo verò ad meritũ, etiã reperio Petrũ à maiori electũ, magis meritum quã alios coelectos, is enim est doctor, literis præditus, castus, liberalis, bonis moribus imbutus. Alij sunt illiterati, adulatores, curiales, & verè mundo dediti. Hanc practicã elicio ex Spec. in tit. de elect. §. 1. vers. publicatione autem facta.

Duodecimò est necessarium, quod dicta collatio zeli, meriti, & numeri, fiat mox post publicationem scritinij, id est, antequam eligentes ad alios actus diuertant. d. c. quia propter.

Decimotertiò, quòd statim facta collatione cõmunis electio sequatur. c. in Genesi. & c. ecclesia, in primo, & ibi glo. de elec. & c. cum post. c. sicut, illo tit. in 6. vbi dicitur, quòd hæc electio debet fieri ab vno, nomine & vice capituli per verba singularis numeri, quia sicut capitulum est vnicum, ita vnica electio esse debet. Do. & Perus. in d. c. sicut.

Decimoquartò, ꝙ is eligatur, in quẽ maior pars & sanior copulatiuè ipsius capituli cõsenserit. c. ecclesia, in 2. c. corã. ibidẽ. nec sufficeret si vna electio esset facta à maiori parte, altera à saniori, vt doct. notant in d. c. ecclesia. Feli. plenè in ca. cum omnes. col. 12. de constit. vbi dicit requiri maiorẽ partẽ respectu totius capituli, per c. ecclesia. 1. & c. in Genesi. de elec. vt si ex duodecim canonicis tres elegerint vnũ, quinq; aliũ, quatuor aliũ, nulla electio valebit, quia non

quia non est facta à maiori parte capituli, in vna enim debent interesse septē, vel plures ad cōstituēdū maioritatē respectu toti⁹ capituli.Fal.in electione ministri prouincialis minorū.tex.in cle. exiui. §. demū. de verb. sig. Sanior pars consistit in authoritate zeli & meriti,& illa dicitur sanior,quę digniorē elegit,& authoritas consideratur in dignitatibus eligentium,in prouectiori ætate,in gradu,& in maioribus ordinibus,vt d.c.ecclesia,2.iuncto c.dudum primo.& c.in Genesi.ibidem. [quia alij sunt stolidi iuuenes,qui sani non sunt:hi senes cōsiliarij vel aliis præditi dignitatibus: ideo magis sani, & sic sanior dicitur pars] zelus consistit in animo, videlicet quo animo motus elegerit,an ob virtutes,vel cōsanguinitatē,seu ꝓpter potentiā,& hic zelus ex cōiecturis probatur.c.2.de renūcia.in 6.l.dolū.C.de dolo.si tamen electio facta fuerit à duabus partibus capituli, vt ex duodecim octo elegerūt vnū,quatuor alterū, non poterit facta à maiori parte impugnari ratione zeli vel meriti.c.si quādo.de ele.in 6. & ibi Io.And.

Sanior pars quę dicatur.

Decimoquinto, requiritur ꝙ illa electio verbo pronūtietur,& singulari num. c. sicut. vbi gl.tradit formā.de ele.in 6.sic dicim⁹ in baptismo,in c.detrahe.1.q.1 idē in sentētia.l.ꝓlatā.C.de sent. & interlo. omn.iud.scripsi in 2.no. repeti.l.ꝙ iussit.ff.de re iud. in 7. differētia inter interlocutoriā & diffinitiuam.

Decimosextò,electio debet sollenniter publicari,vt clādestina nō sit,quæ non valet.d.c. quia propter. §. electiones.gl. in verbo occulta, in c. vno,vt ecclesiast.benefi.sine diminu.cōferant.& fit duplex publicatio,vna scrutinij, in qua suffragia singulorū publicantur, de qua supra dictum extitit,altera est publicatio electionis, quæ fit à clero & populo pulsatis cāpanis, qua facta cātatur, Te Deū laudamus. & portatur electus ante altare.c.ecclesia.ibi, deportationis solennitas.de elect.& intronisatur.c. qualiter.ibidem.Spec.in eo.tit.§.1.vers.consequenter.

Duplex publicatio,

Decimoseptimò, vt ordo præmissorum seruetur,nec præposteratio fieri debet, alioqui non valebit,si prius fiat publicatio quàm electio. Io. And.& alij.in d.c.quia propter.

Decimooctauo, requiritur etiā per Basil. concilium, ꝙ ante electionē eligētes audiāt missam sancti Spiritus.§.& cū humanæ. & §.1. de elec. in prag. licet antea missa nō esset de substātia electionis.Pā. &de Ripa in c.cū ecclesia sutrina,primo no.de causa poss.& propriet. Nec missa etiā est de substantia collationis ordinū.gl.in c.quod sicut. in verbo diuidantur.de ele. sed ob reuerentiā sacramentorū dici solet & de cōsuetudine, & debēt eligentes deuotè illam missam audire, & non inter audiendum colloqui.c.decet de immunit.eccl.in 6. Et aduertendū est, ꝙ in hac missa non possunt tacere hi qui simoniam in capite habent, & affectionem inordinatā, & sic cognoscuntur simoniaci, quod bene notes, vt postea impugnes talem electionem,& eam ob hoc probes vitiosam,cum aliis adminiculis.

Quomodo cognoscantur simoniaci, & affectione repleti.

Decimononò,requiritur ꝙ post missam eligētes communicent, & tā pretiosum Eucharistiæ sacramentū sumant,vt eos ad dignè eligendi pastorē inspirare d gnetur.d.§.& cū humanæ. quæ ista tria vltima etiā tenentur seruare cōstituentes procuratores,& etiā ipsi procuratores,ac illi in quos fit cōpromissum,vt ibidem dicitur.alioqui nō valebit etiam procuratoris cōstitutio, tanquam forma omissa sit.

Vigesimò & vltimò, ꝙ iurent in manib.eius qui capitulo præsidebit, & ipse præsidens prius iurare debet in manibus eorum electionem facere illius, quem credent futurum ecclesiæ in spiritualib.& tēporalib. vtiliorem,vt in d.§. & cū humanę.habetur. Et ista tria vltima debent etiā hodie in electionib. archiepiscoporū, episcoporum, & abbatū seruari, non in inferiorib.dignitatib.quamuis prag.sit abrogata, tamē hæc qualitas in his adhuc seruari debet, cum ex consuetudine inualuerit, concordatáque has generales consuetudines non contrarias nō tollant, sed alia supradicta seruantur etiam fermè in aliis dignitatibus & beneficiis inferiorib.

legiis forma aliqua expressa [a] non fuerit, tunc [b] formam concilij [c] generalis c.quia propter tantum seruare teneantur: dummodo [d] de priuilegiis sibi concessis

a Expressa.) Et sic Papa potest cōcedere aliquib. vt eligāt secūdū formā scrutinij vel aliā. Quid si nō expresserit,datur optio eligentib. quā formā velint seruare ex tribus positis in d.c.quia propter.ar.l.3.ff. de eo quod certo loco.& l.plerunque.de iure dot.

b Tunc.) Videlicet si forma nō fuerit expressa in priuilegio.Nam dictio tūc significat extremitatēm temporis cui adiicitur.l.4 §.si ff. de cōd.& demōst. Bal.in auth.cōtra.in prin. C. ad treb. vnde exponit gl.in cle.1.in verbo extūc.de iure patro.1.elapso termino,gl.in c.ex parte1. de cler non resid.tex. & ibi doct.in c.2.de suppl.neglig. prælat.& est talis naturæ,vt conditionem præcedentē prius velit impleri, quā ad executionē sequentiū ꝓcedatur. Calca.cōs. 78.dubiū. co.2.nu.3.Ideo si notarius dicat talis tunc mutuauit decem,intelligitur tunc cum instrumentum fuit confectum.l. aduersus. C. de non numer. pecu.Bal.in l.si ex cautione.co.4.ibid.de hoc verbo multa scripsi in l.mulieris.§.abesse.ff.de verb.sig.

Tunc quid significet.

c Cōcilij generalis.)De quo dictū extitit supra in rub.de approbat.cōuēto.per Latera.conciliū facta.

d Dūmodo.) Modificat primū dictū, in quo habetur ꝙ cōditores dictorū concordatorū nō intendūt derogare capitulis ecclesiarū,nec cōuētibus monasteriorū,habētib⁹ speciale priuilegiū eligēdi, dūmodo ostendāt illa priuilegia ꝑ literas apostolicas, vel alias.auth.c.cōtra morē.ibi,ꝙ hæc Rauēnati ecclesiæ sūt cōcessa,à vobis oportet ostēdi.100.di.hęc em̄ dictio dūmodo nō facit conditionē,sed obligat ad sic faciēdū,qa mod⁹ est obligare valēs reciprocè,sed cōditio nō obligat reciprocè. Bal. in c.dudū. 2.col.6.nu.26.de elec. Vnde si electores non ostendant priuilegiā per authēticas scripturas eligere nō poterunt, si dispēsatis de non promouēdo ad sacerdotiū per quinquēniū, dūmodo intra annū ad subdiaconatū fuerit promotus,si intra annū non fuerit ordinatus ad subdiaconatum, non proderit dispensatio,quia modo nō impleto actus infirmatur.Bar. & Soc.in l.quib.§.termilius.ff.de condi. & demōst. Corn.consil.130.viso.col.3.vers potest, in 3. vol. intellige quādo iungitur rei perfectæ dictio dummo,

Dictio dūmodo an faciat conditionem.

do, non facit conditionem, secus si rei imperfectæ. c. vt præteritæ. de ele. gl. & doc. in c. non potest. de præb. in 6. Do. de Rota deci. 231. ordinat. in no.

huiusmodi per literas apostolicas, seu alias authenticas [a] scripturas docuerint [b]: omni alia specie probationis [c] eis in hoc

Authētica scriptura quæ dicatur.

a Authenticas.) Et sic potest probari priuilegium per literas apostolicas vel aliàs authēticas, id est, per se fidē facientes, vtpote publicas, vel etiam nō publicas, vt si priuilegium vetustate corrūperetur, & fuerit renouatū per habētem potestatē, illa scriptura erit authētica, & priuilegiū per eam probabitur. c. si. de fide instr. & c. cum dilecta. de confir. vtili. Idē si fuerit iudicatum secundū priuilegium, & non reperiatur nūc illud, sentētia illa plenam faciet fidē, & probari priuilegium poterit per hāc scripturam authenticā, not. in c. 1. de fide instr. ideo hic excludit priuatam scripturam per hoc verbū authēticas. Nā authenticū dicitur quasi ex se authoritatē habens. Pan. in d. c. 1. de fide instr. gl. & ibi Barb. in cle. causā. in verbo, authentica. de ele. abundè scripsi in trac. de literis obli. in verb. *authentique*, in ord. reg. in 1. tomo. quot modis scriptura authētica dicatur, & quādo habeat executionem paratam, vide ibi si lubeat.

b Docuerint.) Sed cui debent electores has literas ostendere, tex. non dicit: ideo dicerē regi seu eius procuratori, vel aliis quorum interest, & integrè, vt legi possint. c. cum personæ. de priui. in 6. tenetúrq; capitulum ostendere illud priuilegium propriis impensis, per gl. & ibi doct. in cle. causam. de ele. & dixi in gl. dare. in §. teneantur. de col. infrà.

Viginti species probationis.

c Specie probationis.) Quæ multę sunt, attestantibus Host. Spe. & bona parte doct. de quib. infrà. dicetur. Sal. tamen in rub. C. de prob. dicit duas esse tātum species, vna vera, altera præsumpta. vera, alia plena, alia semiplena. & aliàs tradere, est magis ponere species causarum, per quas legitima fit probatio, quàm species legitimæ probationis, teste Philiberto in repe. l. neque natales, vers. sequūtur, pag. 17. C. de prob. verumtamen vt istū tex. declaremus loquentem de scriptura authentica, & de omni alia specie probationis, ergo est multiplex, ideo nos veterum doctrinam insequemur.

Prima species, est scriptura publica & authentica, quæ hic admittetur, de qua in rub. de fide instr.

Secūda est scriptura priuata, quæ est multiplex, de quib. p gl. Bar. & alios in l. admonēdi. ff. de iureiur. l. in bonæ fidei. C. illo ti. c. fi. eo. ti. quæ nō recipit hic.

Tertia species probationis est per testes, vt in rub. ff. ac C. & in decret. de testib. & parem habent vim testes & instrumenta de iure, sed non quoad istius priuilegij probationem. l. in exercendis. C. de fide instr. c. cum ad sedem. de restit. spol.

Cōfessio an probatio dicatur.

Quarta est confessio. l. publia. in fi. ibi, sed probationem depositarū rerum. ff. deposit. auth. si quis. iūcta gl. C. de edend. c. 1. de confess. in 6. vbi positiones negatiuæ, quæ aliàs probari non possunt, per cōfessionem probantur, & q sit probatio, tenet Bar. in l. triticum. ff. de verb. obli. sed Dec. in rub. de prob. col. 5. in antiq. dicit non esse probationē, sed releuatur per eam quilibet ab onere probandi, & per iuramentū, an hic recipiatur, quo ad hunc textū crederē q sic, cū nulla sit magis euidens probatio, quàm illa quæ resultat per confessionem. l. generaliter. C. de nō nu. pec. c. per tuas. de prob. & multa quæ non possunt probari per testes, probari solent per cōfessionem, vt negatiua. c. 1. de confess. imò illa quę nullo modo probari possunt, per cōfessionē probātur. gl. not. in auth. de æqualita. dotis. §. si autē. in verbo scribat. col. 7. quam notat patruus meus Rebuffus. & ibi. in addit. ad eum in l. quicunque. C. de apoch. pub. lib. 10. & Alex. in l. à diuo pio. §. si pignora. col. 1. ff. de re iudic. & l. in ratione. §. quod vulgo, ad legē Falc. & Barb. consi. 40. præclare. col. 3. in 1. vol. cum his quæ addidi in d. §. si autem.

Quinta species probationis est iuramentū. l. fi. §. licētia. C. de iure deli. c. 2. vbi doc. de prob. c. statutū. §. cum verò. & ibi gl. de rescr. in 6. q est verū in iuramēto necessario, & iudiciali, sec9 in voluntario, vel litis decisorio. l. admonendi. ff. de iureiur. & multos casus in quib9 iuramētū plenè pbat. cōgessit Hippo. in rub. de pbat. fol. 17. & seq. & non admittitur hic.

Sexta est sentētia, nā sentētia pbat tenorē libelli amissi, qui talis pręsumitur, qualis ex sentētia colligi poterit gl. sing. in c. dudū. in gl. vlt. de deci. & sentētia pro veritate habetur. l. ingenuū. ff. de statu homi. & nihil minus operatur sentētia, quàm dicta testiū, vel instrumentorū ad probandū. Bal. in l. fi. nu. 9. C. de fal. cau. adiecta. quod intellige quādo transiuit in rem iudicatā. gl. in l. res iudicata. ff. de reg. iur. & quod possit hac probationis specie probari priuilegium eligendi, supra dixi in principio huius gl.

De probatione quæ per rei fit euidētiam.

Septima species pbationis est, quæ fit per rei euidentiā, seu per oculorū inspectionē. l. si irruptione. §. 1. ff. finiū regū. §. fi. inst. de gradibus. Hæc qppe omnibus aliis probationibus præfertur, & omnes superat Barb. cons. 7. clemētissimi. col. 4. in 1. vol. & Ro. cōs. 104. pater reuerēde, in fine. & nulla legis virtus potest hanc probationē excludere. Bal. in rub. C. de probat. co. 1. & seq. facit l. inde Neratius. §. fi. ff. ad. le. Aquil. & l. cōfessionibus. de inter. act. ideo si statutū prohibeat cōtra instrumentum sigillo regio sigillatū aliquā opponi exceptionē, tamen poterit opponi exceptio. quæ ex ipsius instrumēti inspectione apparet Bal. in l. ex prædiis. C. de euictio. Rom. cōs. 42. visis. ver. 3. hoc idē, &c. & hæc nō respueretur si procederet ex literis authenticis, vt ex. tex. patet. ideo si in literis sculptis esset priuilegiū scriptū, probaret.

De vehementi opinione.

Octaua est vehemēs opin. nempe vehemēs opinio veritati cōsona, idē operatur, q certitudo. gl. in l. si quis extraneus. §. fi. in gl. vlt. ff. de acq. hære. & ibi Bal. dicit multa esse de quibus nō potest haberi vera certitudo, tamē vehemens opinio iūcta cū veritate idē operatur, q certitudo gl. in l. 2. §. idē Labeo. 1. in verbo sciāt. ff. de aqua plu. arc. gl. in l. libera. de pecul. & l. si paterfamiliàs. de hær. inst. Bar. in l. qui bona. §. si alieno. col. vlt. de dam. infect. Ideo si iudex vehementer suspicetur calumniā in opponēte exceptionem peremptoriam, poterit eam non admittere, & licet ille appellet, non tamē irritabit factum iudicis primi, nisi appellās probet veritatem suę exceptionis. Anch. cons. 158. ex narratis. col. pen. post Inn. in c. post electionem. in fi. de concess. præb. &

gl. in c.

gl.in c.super eo.de offi.deleg.in verbo, tenebit,ꝙ in practica notandum esse dicit Barb. in conſ.18. clementiſſimi.col.10.in 1.vol.quod Franciæ paxis non reciperet,ſed ſufficeret appellare, ꝙ exceptio perēptoria nō ſit recepta,multa cumulat Hippoli. Marſ. ſing.205.vehemens opinio, iſta hic non attenditur.

Nona eſt ratio naturalis, per quā probatur eum, qui fuit ſuis membris per annū captus,nō genuiſſe, ideo vxor quę interim peperit,dicitur adultera,vel ſi maritus fuerit per duos annos abſens,& poſtea reuerſus inuenit anniculum, probatur ratione naturali non eſſe mariti.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.Fel.in c.præterea.col.1. de teſti. iſtam excludit tex.hic, dum dicit omni alia ſpecie probationis adempta.

De ratione naturali & legis coiectura. Quando cauſa iniqua præſumatur.

Decima ſpecies probationis fit per coniecturam legis,ſi enim iuuenis inueniatur abditus & occultatus in domo pulchræ mulieris, probatur adulteriū per coniecturā.Bar.in l.2.ff.de furt. Itē quando quis falſum committit in actis cauſæ, præſumitur iniuſtam fouere cauſam,quia ſi bonā habuiſſet cauſam, hoc non feciſſet, ideo debet illā cauſam perdere.gl. & Bar.in l.in fraudem.§.quoties.ff.de iure fiſci.Bar. in l.1.§ 2.in fi.de calumnia.Bal.in l.qui teſtamento. de excuſ.tut.Idem dicūt doctores, ſi corrumpat iudicem. Pan. & Fel.in c. cum venerabilis. de excep. Idem ſi recuſet omnes curiæ practicantes, vbi ſunt plurimi,& quādo probatio eſt difficilis, tūc admittitur ꝓbatio per coiecturas.Arch.in c. inter memoratas.15.q.3.Bar.& alij per illum tex.in l.ſi quādo.C. vnde vi.& c.afferte.de præſump. hæc etiam repellitur per illū tex.Et hæ ſunt ſpecies probationis,quas tradit Bal.in rubr.C.de prob.& Io.And. in addit.ad Spec.in rub.de proba.§.fi.tradit quoſdam verſus ſic dicētes: Aſpectus, ſculptum, teſtis,notoria, ſcriptū, Iurans confeſſus,præſumptio,fama probatur. & ibi Spec.enumerat 12.ſpecies probationum.

Verſus cōtinentes ſpecies probationem.

Vndecima ſpecies,quæ fit per ſculpturam.i. per literas ſcriptas ſeu in ſculptas in lapidibus, aut in marmore,quando de re antiqua probāda agitur.gl. in c.cum cauſam.de prob.& l.monumentorū.C.de relig.& ſum.fune.ideo quandoque cōſului Caturci literas ſcriptas in calice, probare calicē eſſe illius, de quo ſcriptura cantabat,vt licebit plenè videre in meis conſiliis,& hæc fortè non repelletur hic, quia poteſt dici ſcriptura authentica per prędicta,& quę addidi ad d.c.cum cauſam.& ſuperius dixi.

Duodecima, eſt quæ fit per notoriū. notoria em̄ non indigent probatione, quia æquiparātur ſentētiæ.l.emptorē.in prin.ff.de act.emp. Bal.in l.1.C.de curat.furio.ideo notorium dicitur probatio probata, vel ſaltem de facili probabilis. Bal. in l.1.col. 2. verſ.porro.C.de reuo.his quę in fraud.credit.alien. ſunt.tradit Io.Fab. multa de notorio, in procemio inſtit.imper.doct.in c. veſtra.de cohabita. cleric. & mul.gloſ. in c.manifeſta.2. q.1. & hæc admitteretur quando fieret per literas authenticas.

Decimatertia,eſt quæ fit per præſumptionē violētam,vt in c.afferte.de præſump. c.dixit dominus. 32.q.1.l.ſi qui adulterij.C.de adulte. Matheſſilla.no. 119.nota quod præſumptio. & de præſumptionibus aliis tradit Hoſt.in sūma,de præſum.& doct.per totum illū tit.gl.& doct.in c.is qui fidē.de ſponſ.l.fin. ff.quod metus cauſa.iſta reiicitur quo ad hunc tex.

Decimaquarta eſt fama,gl.& doct.in l.admonēdi.ff.de iureiur. plenè Ang.in tract.de maleficiis.in gl.fama. & differentiā inter famā & rumorē tradit Bald.in Margari. in verbo, tumor. multa addidi ad Albe.in dictio.in verbo fama.hęc non conſideratur ratione habita ad tex.ſi literæ obtumeſcant.

Taciturnitas quando probetur.

Decimaquinta ſpecies, eſt quæ fit per taciturnitatem, ſi enim mittam literas ad te, in quibus dicā te mihi eſſe debitorē in decē, ſi tu recipias literas & taceas, inducetur probatio contra te per taciturnitatem,non præſumit lex ꝙ tacuiſſes, ſi verus debitor non exiſteres,per tex.ſing.in l.ſi filiusfamiliās.in 2.ff.ad ſenatuſcōſul.Maced.l. publia.in fi.ff. depoſi. Matheſ.no.22.nota mirabilem. Corſ.in ſing. incip. taciturnitas,de vento,iſta probatio ſeruiret,quo ad hunc tex.requirentem ſcripturam.

Decimaſexta,eſt illa quæ fit per rationes.l.nuda. & ibi Bart.ff.de donat.l.rationes. C.de probat. not. Dec. in l.1. C. de edend. & quia non ſunt ſcripturæ apoſtolicæ,nec authenticæ,quæ hic tantum amplectuntur,ideo non poſſent priuilegium probare.

Solutio cēſus an probet.

Decimaſeptima, per ſolutionē cēſus, ſi enim ꝓbem te ſoluiſſe cēſum pro tali domo, præſumptio eſt,ꝙ eam habueris à me, & ſic quod proprietas eſt mea.Bal.in l.indicia.col.2.C.de rei vend.text.& ibi Bar. & patruus meus Rebuffus in l.litibus. C. de agricol.& cēſit.lib.11.Bal.& alij in l.ſi certis annis. de pactis.quia quando quis vtitur re tanquā dominus, præſumitur dominus.gl.4.in fi.in l.quidā. C.de cōdi.inſti.Iaſ.in l.2.co.53.nu.159.C.de iure emphit.Bal. in l.cenſualis.de donat.ſed nil ad hunc tex.

Decimaoctaua ſpecies probationis eſt per fugā, quæ aliquando plenè probat. l. conſiliarios. C. de aſſeſſo.aliquando non,vt plenè ſcribit Fel.regulam cum limitationibus.in c.nullus.de præſump. Iaſ. in repetit.l.admonendi.col.60.ff.de iureiur. quæ non agnoſcitur per hunc text.

Decimanona comparatio literarum.l.comparationes.C.de fide inſtr.& in auth.de inſtr.caute.& fide.col.6.& hæ excluduntur hic.

Sigillum probat.

Vltima probationis ſpecies fit per ſigillū, ſi in aliquo inſtrumento apponatur ſigillum alicuius, appoſitio ſigilli tantū operabitur, quantū ſubſcriptio. gl.Bar.& alij in l.2.C.de rebus alien.non alien. & in l.quæ dotis.in fi.ff.ſol.matr.Rom.conſ.303.hęc ſcriptura facit ꝙ not. Arch.in c.2.de procur. in 6. & quæ dixi in tract.nominat.q.10.nu.20.cum ſeq.in verſ.5. requiritur. & ſi hoc ſigillum faceret ſcripturam authenticam, & adhæreret inſtrumento, reciperetur. [Quotuplex ſit ſigillum,& quid continere debeat, ſcripſi in tract.nominatio. q.10. nu. 24. & ſeq.] De indiciis & aliis adminiculis quando probent, vide in l.ſi.C.de proba.& per Hippol.in rub. illius tit. & vide ſpecies probationis ex quibus multæ hic ſunt ademptæ,vt ſequitur in gl.proxi.

An probatio poſſit adimi vel coarctari.

adempta[a]. a Adempta.) Et ſic adimi poteſt probatio, ꝙ videtur cōtra tex. in l. quoniā.C.de hęre.vbi dicitur probationes non eſſe anguſtādas,ſed ampliandas.Item nō valet pactū partiū, quod nō poſſit ꝓbari ſolutio, niſi per

nisi per scripturam.gl.testante in auth.vt sine prohi. mat.debit.§.j.colla.7.in gl.magna,quam not.Alex. in l.iubemus.C.de iudic.& ad examinationem veri omnis iure prodita probatio admitti debet.l. nec omissa.C.de lib.causa.Sed respon. primò posse intelligi in dispositione hominis, secus in dispositione legis,vel statuti,quia lex vel statutum probationes potest restringere,vt per gl.in c.1. de cēsib. in 6. vbi licet videre casus, in quibus requiritur scriptura, & probatio per testes nō valeret,vt scripsi in gl. literas.§.j.de mandat.apost.infra.non obstā. gl.in d. auth.vt sine prohi.quia reprobatur per Bar.in d.rub. C.de decre.decur.lib.10.& quod valeat pactum, est tex.in l.cōtractus.C.de fide instr.tradit gl.& doct.in auth.iubemus.C.de iud.Vital.de Canbanis,in tract. clausula.rub. an possit renūciari probationi. Barba. consi.64.scribitur in 4.vol.& principem posse releuare partem ab onere probandi. concludit Boer.in decis.Burdeg. q.247. nunc ad secundam. quod non est simpliciter verum,vt alibi scripsi.imò etiam valet statutum quod non fiat probatio, nisi per testes, vt firmat Bar.in l.certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & ibi multa ad hanc rem facientia cumulant doct. Vel quod non fiat probatio nisi per instrumentum, nisi in certis casibus. per Ant. & Feli. descriptis in c.cum Io.de fide instru.

Amissio scripturæ quomodo per testes probetur. Posset fieri etiam in hoc casu probatio per testes, quando perditū esset priuilegium, vel igne aut bello,seu alio casu.l.testium.in fi.C.de testib. dummodo probentur tria, scilicet priuilegium fuisse concessum, scripturā publicam vel authenticam inde confectam, & casus amissionis. Item per confessionem partium si Papa & rex confiterentur ecclesiā habere priuilegium eligendi, satis esset probatum. vt supra in gl.proxima dictum extitit.Bart.in auth. sed iam necesse. C. de donat.ante nupt. gl.in auth. de æqualit.dotis.§.si autē. col.7. facit quòd no. Fel. in c.ad aures.de præscrip.& ibi Paul.Parisius,in fin. hoc plenius prosequitur.Ad hęc poterit coadiuuari hoc priuilegium per testes. Bal. in d. l. certi condictio.§.quoniā per gl.ibi. & tex.in c. series. de testib. nec recusabitur probatio qualitatis per testes, vt quod fuerit scriptura apostolica, vel aliàs authentica.Anto.But.in c.auditis.in 6.notab.per illum text. de in integr.restit.

Item si pars non opponeret, probatio per testes valeret.Bal.in d.§.quoniam.quia pars tacēdo videtur approbare. arg. l.si quis testibus.C.de testib. Itē non procedit secundum Fel.& alios in c.2.de prob. quando fieret probatio per quinque testes, per d. l. testium, quod non admitterem, cum hic omnino adimatur probatio præter scripturam authenticā, & literas apostolicas,quo ad hoc,sed quo ad alia nō. Item limitant quando probaretur per testes legalissimos, quos etiam hic non admitterent iudices, cum hic adimatur omnis species probationis præter scripturam authenticam.Et sic limitationes alię Feli.in d.c.2.cessant quo ad hunc text.

Periclitatur etiā cautela Cepolæ.165.regulariter. imò nec officio iudicis alia ꝓbatio recipietur, quā literæ apostolicæ vel authenticæ in hoc casu. licet Hippo.dicat aliàs posse admit.in rubr. de proba.fol. 11.vbi tradit multas cautelas ad probādū,per testes, quæ videntur cessare hic.Ista sunt quæ ad hanc primam partem(bone lector) addenda censuimus, tū iussis,tum precibus amicorum deuicti,impulit me præcipuè ille senator in sacro magno consilio egregius Do.Brelleius,nō modo iure cōsultissimus, verumetiam gręca ac latina lingua doctissimus,nunc verò in sacro & magno regis consilio præses benemeritus,licet fœliciori stilo ac eruditione super his scribere potuisset,si per otium ei licuisset,in quibus tamen si alicuius personæ ecclesiæ, vel iuris iacturā aliquam fecero,à quolibet corrigi, ac detexere illa paratum me offero,veniam etiam petens, si aliqua iuri contraria (præter tamen animi spē) in summos principes locutus fuero,vel si eos tantis(vt dicebat) non fuero prosecutus honoribus,si verò aliqua vtilia descriptas sint Deo Optim.Max.tribuo,cui agā perpetuas gratias, gratia quippe eius in me vacua non fuit,sed abundantius aliis omnibus super hisce concordatis scripsi, Non autem ego, sed gratia Dei mecum, vtor verbis D. Pauli hanc primam concordatorum partem,quę tamen in editione vltima fuit claudens.

De reseruationibus,tam generalibus quam specialibus sublatis.

Reseruationes ac expectatiuæ generales,& speciales, à Papa concedi non debent ad vacatura beneficia, & si concessa fuerint,irritæ sunt & inanes.hoc in summa habet hic §.



Volumus [a] quoque & ordinamus, quòd in regno, Delphinatu,& comitatu prædictis decætero non dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ,ac speciales,vel generales reseruationes ad vacatura beneficia, per nos & sedem prædictam non fiant,& si de facto per importunitatem, aut alias à nobis & successoribus nostris, & sede prædicta emanauerint, illas irritas & inanes esse decernimus.

à DEi optimi maximi inuocato præsidio. Hactenus ferè legitur D. Io. Dayma, doctor Tholosanus excellentissimus,& ibidem,dum legebam,collega meus,qui olim ad me literas(dū apud Pictones & Bituriges iura interpretarer) misit in quibus se ad vmbilicū glossemata concordatorum duxisse,in hisque explicandis totis (vt aiunt neruis interdiu noctúq; multos annos elaborasse enunciauit,quæ me multo tēpore tenuerūt,ne super his aliqua scriberem. At cum nuper eius vidissem glossemata ad hanc tantum rubricā protendi, non potui nō aliqua hic scribere,& auditoribus nostris(quod commodo meo fiat) hæc concordata publicè non interpretari. Verumenimuero cū in his interpretādis scholastici boni cōsulerent, rogaréntque vt has glossas meas in apertū ꝓferrē:hoc solum reprehendentes,ꝙ hanc vtilē materiā illis tādiu subticuerim allegantes text.in l.si quis fortè.ff.de pœnis. Quibus negare

negare operā meam, & si adhuc abortiuā, nō potui mente reuoluens, multo melius illis prodesse per hęc pauca, quàm multis inutilibus eosdem grauare ac nostras vigilias cum blattis & tineis rixantes dimittere. Igitur lectores boni, æquique consulite, & meam operam gratanter vobis oblatam hilari animo suscipite. Quod si (vt spero) feceritis me ad hęc expurganda, & quæ in palatio quotidie occurrerint, his addenda incitabitis.

Reseruationes & generales & speciales sunt prohibitæ.

Interim notandū est plures rationes esse descriptas in prag. sanctio. ob quas prohibētur reseruationes in hoc Frāciæ regno: ea videlicet potissima, qa ex illis ingeritur votū captādæ mortis ipsis etiā gētilibus exosum. c. nulla. de cōces. præb. etiā quia bonis moribus nō cōueniūt, vt in procœmio supra patet, alias ibidē videre rationes qlibet poterit. Et sunt ꝓhibitæ siue sint generales, vt si Papa suæ collationi reseruet omnes dignitates maiores post pōtificalē in cathedralibus & metropolitanis, vt in regula 3. Cancella. & in extrau. Io. 22. execrabilis. de præb.

Affecta Papæ beneficia ab ordinario cōferri possunt.

Itē vbicūque collatio beneficij facta per Papā vel legatum nō tenuit, vel ꝓpter subreptionē literarū, aut ob indignitatē personæ, aut super nullitate prouisionis papalis, requiritur causæ cognitio, tūc beneficiū est Papæ affectū, vt alter nō possit conferre extra eū. Pan. & alij in c. inter dilectos. co. pen. de exces. pręl. & generaliter vbicūque Papa apponit manum. c. vt nostrū. de app. vt consuluit Rom. plura allegās, cons. 335. circa primū, col. 1. Istæ tamē affectiones, quia sunt generales reseruationes, etiā hic prohibentur, & ideo ordinarij conferre poterūt, nō obstante q de iure sit affectū: alioqui priuarentur ferè suis collationibus, vt concludit gl. in isto tit. in verbo causa. c. licet. & ita seruatur, vt abundè scripsi in praxi beneficiali in hac materia reseruatio.

Duplex reseruatio hic declaratur.

Specialis reseruatio, est quādo Papa suę collationi vnam dignitatem vel beneficium reseruat, vt patet in prag. eo. tit. Ægid. de Bellamera, cons. 34. supposito. col. 4. versi. ad tertium. vide tex. in c. cum in partibus. & ibi doct. de ver. sig. Et sic vidi reprobari literas continentes constitutionem pēsionis, in quibus cōtinebatur, si prædictus N. per annū à fine terminorum huiusmodi computandum, à solutione pensionis prædictæ cessauerit, ex tunc idem N. prædicta ecclesia sit priuatus eo ipso, ipsaque ecclesia ex tūc ad te pertineat, liceátque huiusmodi possessionē propria authoritate recipere, & etiā perpetuò retinere. vel si talis N. moriatur, vel alio priuetur modo dicta ecclesia, tunc ad ipsam propria authoritate redire, ipsámque tenere & possidere, ac eius fructus reditus, & prouentus & recipere, & habere liberè & licite valeas, sicut prius concedimus: quia continebant reseruationem quæ hic prohibetur.

Nota reseruationes hodie permissas.

Et concessæ irritæ sunt & inanes per hunc tex. Notandum est in tribus casibus adhuc reseruationes hodie permitti.

Primo, ratione loci vtpote quando beneficia in curia vacāt. c. 2. de præb. in 6. Et in ciuitatibus, & villis muratis, tunc reseruantur etiam graduatis, & viris qualificatis. §. statuimus, 2. de colla. infrà.

Secundò, ratione personæ, vt officialium sedis apostolicæ. extrauag. ad regimen. de præb. in communibus, nisi iure regali vacent, vt fuit conclusum in senatu, an. 1338. die 3. Iulij, inter magistrū Robertū le Gay, & magistrū Guillelmū de Machicolo ratione canonicatus & præbēdæ ecclesiæ Rotho. & propter theologi personā est eidem reseruata præbenda theologalis. in §. 1. infrà. tit. proxi. Idem si beneficia vacent tempore præstituto. in §. præfati. 1. infrà. de col. *Arrestum.*

Reseruationes in corpore iuris clausæ sunt exceptæ.

Tertiò, ratione beneficiorū, vtpote si sint maiores dignitates & alia beneficia, de quibus in ti. prox. supra. Prouin. fol. 57. vers. Itē omnia q est notandū. Et licet hic nō excipiātur reseruationes in corpore iuris clausæ, de quibus in c. 2. de præb. in 6. cle. vna. de rer. perm. & aliàs enumerat D. Probus in addi. ad Io. mona. in c. præsenti. de off. leg. in 6. tamen tacitè secundū eū intelligūtur exceptæ per gl. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & in l. 2. §. legatis. ff. de iud. vbi in derogatione priuilegiorum non cōprehenduntur priuilegia in corpore iuris clausa. sic dicemus hic sublatis reseruationibus nō cōprehendi in corpore iuris clausas. gl. in l. hæres absens. in prin. ff. de iud. & in tit. de causis. in verbo, in iure. in prag. Vital. de Cāba. in trac. claus. clausula generali. nō obstātibus quibuscūque priuil. fo. 8. in paruo vol. Ro. in repe. l. si vero. §. de viro. col. 18. fallen. 22. ff. sol. matr. Dec. cons. 165. in fi. plenè scripsi in scholastico, priuil. 179. Quod probat iste tex. dum prohibet, q non fiant decætero, ergo factæ in corpore iuris non tolluntur, & postea in tex. dicitur, si à sede emanauerint, ergo si à iure, vel aliàs essent emanatæ, non hic comprehenduntur. Dicit tamen Io. de Monteferrat. in 4. parte super prag. san. q ex magna & euidenti causa posset Papa hoc in regno reseruare, vtpote si in ecclesia cathedrali, vel collegiata, seculari vel regulari non reperiretur doctus, tunc propter excellentem doctrinam literati, poterit ei reseruare episcopatū. Vide Dec. consi. 168. reuerende, quòd non paterentur regnicolæ.

Regressus, & reseruatio omniū fructuum prohibentur.

Imò, per arrestū curiæ parlamēti Parisi. prolatū ann. 1496. die 19. April. fuerunt damnatæ nedum reseruationes, sed etiam impetrationes cum regressu, videlicet quod vno decedente beneficiū reuertatur ad alterū, & hoc in causa magistri Francis. de stagno protonotarij, contra canonicos ecclesię Lugd. (quāuis in Prouincia & Delphinatu tolerētur, teste Frācis. marc. in decis. Delphi. decisio. 277. in 1. parte.) [quod fortè est verum sua memoria, sed hodie, si quis cū regressu resignauerit, valebit resignatio, regressus tamē annullabitur, quia vtile per inutile nō vitiatur regula iuris, sed adhuc regressus tolerātur, sed non reseruationes, nisi in prouincia.] itē eo. arresto fuit in hoc regno prohibita reseruatio omnium fructuum, vt etiam refert Aufre. in stylo parlam. arresto. 192. Itē die 19. mensis Aprilis. Et quia hæc materia reseruationum parum vsu venit in palatiis cū omnino sit Gallis exosa hominibus, ideo eam missam facio, cum satis supérque sit descripta per gl. prag. sanct. Et per Gaspar. de perus. in suo tract. de reserua. ac abundantius, ab Ænea de falco. in eo. reseruationum tracta. si indigeas illos lege. Et quomodo capiantur per theologos, vide per Pet. Berchorium in verbo reseruatio, qui optimè explicat. *Arrestum.*

An sit

An sit facienda mentio reseruationis, tradit Fel. in c.in nostra.correla.3.de rescript.

Papa intendit in hoc regno posse creare canonicos in ecclesiis metropolitanis, & collegiatis, ad effectum obtinendi dignitates, hoc dicit.

[a] IN cathedralibus tamen, metropolitanis & collegiatis ecclesiis, in quarum statutis caueretur expresse, quòd nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem vel officium obtinere possit nisi in illis actu canonicus existat: canonicos ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem, personatum, administrationẽ vel officium huiusmodi, & non consequẽdi primam præbendam vacaturam creare posse intendimus.

De creatione canonici ad effectũ obtinẽdi dignitatem.

a In cathe.) Licet reseruationes sint prohibitæ in hoc regno, Delphi. & comitatu Diensi. ibi, tamen Papa creat canonicum ad effectum duntaxat obtinendi dignitatem, personatum, administrationem vel officium in ecclesia metropolitana, cathedrali, seu collegiata, tam seculari quàm regulari, cum hic generaliter loquatur, & non distinguat: ideo nec ego. Et intellige ꝙ Papa creet canonicũ, siue statutis ecclesiæ, caueatur expresse quod nullus, ibi, dignitatem obtineat, nisi sit actu canonicus, siue consuetudine ita obseruetur, vt communius in ecclesiis huius regni. [valet illa cõsuetudo, vt docet Barb. in c.cum consuetudinis. in princ. de consuetu. [c.tuæ. vbi Pan. in 2. not. de his quæ fiunt à præl.]

Papa tamen non creat canonicũ ad primã præbendam vacaturam obtinendam, quia esset illam reseruare, ꝙ hic est prohibitum, etiã intendit creare canonicos ad effectum obtinendi dignitatem, non verò plures dignitates, simul: vnde in creatione canonicatus debet exprimi, si iam obtinuerit dignitatem, quia Papa nõ intendit per istum tex. creare canonicum, nisi ad vnam dignitatem, & nõ ad plures in vna ecclesia, quod est odiosum ideo in literis exprimendum. c. ad aures. c. super literis. de rescr. Et si Papa sciuisset habere, vel habuisse dignitatem in illa ecclesia verisimile est, ꝙ illum canonicũ ad hoc non creasset, vel non ita de leui. c. postulasti. de rescr. Scripsi in forma mandati in verbo pro expressis, intellige, vt dico in ver. octauo. infrà.

Et hæc creatio non frangit numerum canonicorum in ecclesia statutum. Imol. in c. vacãte. de pręb. Et quid possit iste canonicus honorarius facere, tradit Fed. de Senis, cons. 290. quia in præsenti. col. 3. doc. in c. dilecto. de præb. & infra dicam. Istud est valde vtile pro nominatis in ecclesiis cathedralibus & metropolitanis, vt faciant se creare canonicos à Papa ad effectum obtinendi dignitates, ibi. Alioqui etiam si dignitates vacent in mensibus nominatorum, non debebuntur ipsis nominatis, vt dico in tract. nomi. q. 15. ver. 22.

Legatus an possit creare canonicum ad effectum.

Vtilius tamen est scire, an legatus à latere possit creare canonicum ad hũc effectũ. Videtur ꝙ nõ, vt patet hic. quia sibi tãtũ reseruat Papa: ergo inferior, vtpote legatus, non poterit. quia tex. debet intelligi in casu in quo loquitur l. 1. ff. de magist. conue. Barb. cons. 57. præclare. col. 2. in 1. vol. facit etiam l. cum prætor. ff. de iud.

Secundò dicit Car. in cle. fi. q. 5. de præb. ꝙ Papa indistinctè etiam ante vacationem præbendæ potest canoniam conferre, legatus non, sed reseruare poterit. Collect. in c. ecclesia. col. 7. de sortileg.

Tertiò, quãdo in ecclesia est certus numerus canonicorum & præbendarum statutus, & iuratus, ac per Papam approbatus, nõ potest legatus illum numerum infringere, gl. sing. in c. pro illorum & c. dilecto. de præb. Spec. in tit. de leg. §. nunc tractemus. ver. sed si legatus. vbi dicit, ꝙ si canonici reciperent illum, pro quo legatus mandat, teneret receptio. Anch. in c. si eum. de præb. in 6. & ibidem Perus.

In contrariũ videtur. nam ordinarius potest conferre canoniã non vacantem c. relatum c. dilectus. 1. de præb. c. cũ super. de conces. præb. Et plus potest legatus quàm ordinarius. c. dilectus. de off. leg. Ergo & canonicum creare poterit ad effectum, vt hic.

Secundò, potest legatus compellere canonicos, vt recipiant aliquem in canonicum, & præbendã non vacantem reseruare. tex. not. in c. si eum. & c. hi qui. de præb. in 6. & ibi Perus. Et cum hæc quæstio in hoc venerabili senatu Parisien. mota fuisset tempore Georgij de Ambasia, tunc legati in Francia, fuit per curiam conclusum, & vt dicitur, in mente curiæ retentum, anno 1512. die 26. Aprilis, quòd legatus potuit ad istum effectum creare canonicos, ne pecuniæ ex regno ob hoc extrahantur, & ne res nummariæ Gallię diminuantur, vt in procemio supra patet, quod per hoc fieret, & etiam quia hoc cõcordatum ad vtilitatem regni & rẹgnicolarum est factum, vt ibidem patet. & ista est regni vtilitas, vt omnibus apparet. ergo, &c. *Arrestum.*

Substitutus tamen per legatum non posset, imò legato *de Boysi* per curiam fuit prohibitum, ne haberet creare substitutum, vel vicarium cum simili potestate, qui eo pręsente, vel absente, legatione vti posset, sed regentem cãcellariæ, & datarium, ac alia officia necessaria habere potest. aresto parlamẽ. Parisien. anno 1519. die vero 5. Septẽb. [per ea quæ scribit Ioã. Fran. in tract. de offi. & potesta. c. sede vacã. in q. 10. partis. 2. co. 11. vers. adde quod delegatus.] Et bonum esset quod ad postulationem regis, vel alterius, seu motu proprio Papa cõcederet singulis vniuersitatibus Franciæ, vt nominatos possint creare canonicos ad effectum, postquam nominare est eis concessum, ergo & consequens eis concedi debet. l. ad legatum. ff. de procur. Et si Romæ essem, hoc ꝓcurarẽ pro vniuersitatib. Frãcię. hodie à Papa cõcedi solet legato potestas creandi hos canonicos.

Substitutus legati nõ potest canonicũ creare, & an habeat similẽ cũ legato potestatẽ.

Vniuersitatibus à Papa concedi potest facultas creandi canonicos.

Notandus est iste tex. dum dicit ad effectũ, duntaxat, ꝙ iste canonicus dicitur esse canonicus in herba. Ioã. And. in c. dilectus. 1. de præb. vt refert additio. ad Pan. in c. in nostra. de rescr. Sicut frumenta in herbis. l. fistulas. §. fi. ff. de contrahen. emp. & habet nomen canonici inane & vacuum, nisi quoad hunc effectum Anch. in c. eum cui. de præb. in 6. & ius habet ventos. dicit gl. in §. item censuit ipsa. in verbo. numerus. de col. in prag. Ideo infertur ꝙ alij canonici habentes præbendam isti honorario præferuntur, &

Canonicum honorarium alij canonici præcedunt.

tur,& præcedere eũ in honoribus debent. Nõ. Do. in c.epiſcopus.27.diſt.refert de Ripa,lib.1.reſpon.c. vlt.col.2.quia habens maiora ſtipendia, pręferri debet nõ habenti,vel minus habenti.l.nemo.C.de off. magiſt.offi.ibi, vt is gradus cæteros antecellat, quẽ ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. Poteſt hic canonicus vocari minimus, vt dicitur in c.quæſiuit.de his quæ fiunt à ma. part.c.vbi Pan.dicit in 1.not. quòd quidã ſunt canonici maximi quoad ventrem, quem habent maximum & tumidum,alij maiores,alij minimi:tum ratione defectus ſcientiæ,dignitatis,ordinis,tum temporis, ſeu receptionis.vide ibi.

Non poteſt h canonic⁹ eſſe iudex delegatus. Secundò infertur ꝙ is canonicus creatus nõ poterit eſſe iudex delegatus à Papa vel à legato, ſicut alij canonici præbendati in cathedralibus eccleſiis ſecularibus.c.ſtatutum.in prin.de reſcr.in 6.cum ad effectum tantum obtinendi dignitatem ſit creatus, licet cõtrarium teneat gl.in extrauag. ſedes.de offi. deleg. in verbo ius ad rem. in communibus. Quæ fortè poteſt intelligi de creato in canonicum cum plenitudine iuris canonici, & reſeruatione præbendæ,iuxta c.ſi poſtquam,de pręb.in 6.Secus ſi creetur ad effectum tantum,vt hic declarat Ioãnes Staphil. in tractatu de literis gratiæ.fol.7. Tamen in hoc regno nõ reciperetur creatio cum reſeruatione, quia reſeruationes ſunt hic prohibitę,vt ſuperius dictum extitit.Et an poſſit eſſe cõſeruator, vide tex.& doct. in c.fi.de offi.deleg.in 6.quod non.

Tertiò,ꝙ dignitas nõ eſt affecta iſti canonico,ꝗn poſſit alteri cõferri niſi per nominationes, mãdata, vel alio modo canonici adſtringantut ad conferendum.nã ratione huius canonicatus nõ tenẽtur,quia ad effectum tantum,&c.& nõ cõſequendi primam præbendã vacaturã,vt dicit hic textus.licet ratione canonicatus cõtrarium videatur.no.in c.relatũ.de præb.& c.dilectus.ibidem.c.ſi clericus. eo.tit.lib.6. Pet.Paul.pariſi.conſi.83.electus.col.1.in 4.vol.

Quartò, ꝙ hic canonicus non poterit poſſeſſionem ratione huius canonicatus dignitatis vacantis propria auctoritate ſibi apprehẽdere,nec agere poſſeſſorio recuperandæ, antequam poſſeſſio dignitatis fuerit ſibi tradita, licet contrarium teneat Pet. Anch.in reg.ſine poſſeſſione. col. 27. de re iud.in 6. vt refert Fel.in c.cum M.col.9.in fi.& ſeq. de conſt. per hanc rationem quo ad effectum tantum. facit l. ſi ex ſtipulatione.ff.de acq.poſſ.

Dans pecuniã dro ingreſſu an committat ſimoniam. Quintò, etiam infertur quod hic can. honorarius nil tenetur ſoluere pro ſuo ingreſſu,cum nil aut parũ vtilitatis habeat,licet canonici præbendati ex eccleſiæ conſuetudine ſoluãt, quod eſt ſimoniacũ, vt in c.quoniã.& c.veniens.de ſimo.& c. ex multis. 1.q.3.[Paul. Pariſ. cõſil.93. Michael in 4.vol.] Vide tamen doct.in d.c.cum M. de cõſt.& an ingrediens religionem,& aliquid dãs pro ingreſſu,cõmittat ſimoniã quod ſic decidit c.tua nos.& c.dilectus.2.de ſimo.& d.c.quoniã.text.in c.monachi. de ſtatu monac.Auffr.in dec.Thol.q.311.& Guid. Papæ in dec. Delph. q.80. videmus. ꝙ intellige vt ibi, dicitur, & diſtinguitur. Et quid de prãdio pro ingreſſu debito *Nota de prandio.* tex.in c.Iacob.de ſim.& Ægidiũ de bella mera,cõſ. 31.quod mulier.col.3.ver.2.vbi dicit valere cõſuetudinẽ per c.ad apoſtolicam.de ſimo.quæ eſt in eccleſia Andega.vt epiſcopus & aliæ dignitates in modũ annui reditus teneãtur canonicis & capellanis eccleſię ſingulis feſtis maiorib.dare prãdia cõſueta,in qua eccleſia fuit archidiaconus maior de Bella mera,vt ipſe refert in d.conſ.31.& hæc cõſuetudo dãdi prãdia ibi fuit nuper approbata per arreſtũ,& cõfirmata in ſupremo ſenatu Pariſ.anno 1536.die 21.Feb. in magna camera.Sed in vaſis argenteis vel vitreis, & per quos ſeruire debeant. fuit dictum in eodem ſenatu.anno 1528.die 8. Aprilis, ꝙ in vaſis honeſtis, ſiue argenteis,ſiue vitreis, vel aliis, & per honeſtos & non viles, contra canonicos de Chinõ contrariũ petentes. [Tamen ſtatutum canonicorũ S. Hilarij Pictauen.quo cauebatur, vt de nouo recept⁹ ſolueret vel xl.aureos,vel dimitteret vnius anni redditus, pro eccleſię fabrica,fuit declaratum abuſiuum à ſenatu,vt ſcribit Auffr.in ſtilo parla.arreſto.377.

Andegauenſi.

Arreſtum.

Miles ordinis quid in ſuæ receptione ſoluere debeat. Item quilibet miles ordinis S. Michaelis in ſua receptione debet ſoluere quadraginta aureos, in vſus veſtium eccleſiæ. Et ornamentorum conuertendos,& hoc inuenio ſtatutũ per regem Ludouicũ in fundatione ordinis militię S.Michaelis, quę fundatio eſt per Papam approbata.Et ſic extra ſimonię labem hoc fit,vt not.doct.in rub.de ſimo.

Sextò,nõ tenebitur hic cano.in impetratione beneficij facere mentionẽ de hoc leui canonicatu, vt expreſsè Ægidius de Bella mera, cõſ.34. ſuppoſito. col.3.verſ.ſuppoſitis decidit,quia nõ dicitur habere beneficiũ c.in noſtra.de reſcr.& ibi Pan.& alij not.

Septimò,quamuis canonici alicuius eccleſię ſint exempti, vt Ceno.& Bituric. canonicus tamen honorarius non erit exemptus, ſic expreſsè decidit Ægid.de Bella mera,conſ.20. primo. videre. col.2. verſ.de canonicis.Alioqui omnes ſe creare canonicos facerent,vt exemptionem haberent.Nec domũ præbendatis affectam poterit hic habere in aliorũ præiudicium:quia ad effectum tantum,&c.

Canonicus honorarius an aliũ canonicatum obtinere poſſit. Reprehenditur gloſ. prag. Octauò, poſtquam hic canonicatus extinguitur, ſiue deſinit per mortem vel renunciationem, & ſic facto beneficiati,tamen per adeptionem præbendę, vel dignitatis,licet poſtea eidem renunciet,non vacabit leuis canonicatus,per not.in d. c. dilecto. vbi nõ dicitur canonicatus ſupernumerarius, ſed deſinere,vt no.etiam,in c.cõſtitutus.de reſcr. c.ſi clericus.ibi,cũ remanſerit in ea canonicus.de præb.in 6. licet contrarium teneat gl. in verbo numerus. in §. Item cenſuit. de col. in prag.nec obſtat textus allegatus per eã in in cle. fi. de præb. vbi quis nõ poteſt habere duos canonicatus, verum eſt cũ præbenda: quia iura dicunt quẽ non poſſe obtinere duas præbendas in c.literas.de conceſſ.pręb.in eadem eccleſia vel vel diuerſis.c.fi.70.diſt.quia per hoc flagitur numerus certus & conſtitutus in eccleſiis. Bonif.in d.cle.vlt.quod non fit per hũc leuẽ canonicatũ, ideo non deſinet per adeptionẽ alterius canonicatus & præbendæ, ſed interim quieſcet, ſicut præſcriptio tempore hoſtilitatis.c.ex tranſmiſſa.de præſcr.

Et ideo licet renunciet primæ dignitati,quã obtinebat ratione huius canonicatus ſterilis, ſi tamen non renũciet eodem tenore huic canonicatui, non vacabit, & ſic poterit ratione illius ventoſi canoni-

cat⁹, postea habere aliã dignitatẽ in ecclesia, quãdiu viuet tũ quia id quod nostrum est sine facto nostro euelli nõ potest, tum etiã quia decet à principe beneficiũ esse mansurum. Regula decet, de re.iur.in 6. tex.& ibi Alb.in l.1.§.casum.ver.quãuis.ff.de postu. Nec refragatur ꝙ debeat intelligi de prima dignitate per legem boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sig. vbi dixi, quia hoc nõ habet locũ quando dispositio est inducta per viã priuilegij.nã illud decet esse mãsurũ per regulã iuris, ita expressè tenet Fel. in c.innouamus, in fi.de treuga & pace, & maximè quãdo materia est fauorabilis secũdũ eũ.vt est ista, tũc verba indefinite plata, videlicet vt possit obtinere dignitatẽ, intelligi debẽt de quacunq; tam prima quã secũda.c.vt circa.de ele. in 6. Nec tenebitur hic canonicus residere, nec ecclesiæ in qua est creatus canonicus, seruire, prout alij canonici. nã seruitiũ fit ob beneficium.c.fi.de rescr.in 6.postquam nihil habet ab ecclesia, ergo sicut alij canonici non tenebitur horis interesse & matutinis, quod est notãdum.

Residere nõ tenetur canonicus seruire, nec permutare.

Nonò nõ poterit hic canonicatus cũ alio permutari, nec propria beneficia sibi incompatibilia facit vacare, nec super isto quasi pro certo titulo poterit ordines recipere.gl.expressa in verbo ius ad rem. in extrau.1.de offi.dele.in deleg.in communibus. quia cum extinguatur per mortem. c. dilecto. de præb. ita per resignationem. Et sic nil transferretur ad cõpermutantẽ.& natura permutationis est, ꝙ extrema permutata eadẽ numeraliter maneãt etiã in beneficialib. vt probatur per totũ titulum de rerũ permuta.quod non esset in hoc casu. Hoc etiam videtur sequi Imo.in cle.vna.col.5.nu.21.de re.permu. Et quia canonicus iste est tantũ datus ad hunc effectum, & actus agentiũ nõ debẽt operari vltra eorũ intentionem.l.nõ omnis.ff.si cer.pet.quamuis contrariũ firmet Petrus de vbal. in suo tract.de ret.permu.col.1. Allegat Io.And.in c.vno de rerum permut.in 6.

Simplex signatura an sufficiat, et in quibus.

Decimò hæc creatio in canonicum sufficiet cũ simplici signatura, quia ex ea perficitur gratia.c.institutionis.25.q.2.scripsi in trac.de pacif.poss.nu.50. vers. 6. etiam requiritur tamen ꝙ expressè sit creatus, nec sufficeret, si Papa derogaret statutis & consuetudinib.ecclesiarũ, nec haberetur pro creato. Sic fuit iudicatum in hoc senatu Parisi.& prolatũ in vigilia assumptionis diuæ virginis, anno 1539.

Arrestum.

Vndecimò, si collator dubitet istum esse canonicũ honorariũ, eidẽ est insinuatio literarũ suæ creationis insinuãda, arg.c.ordinarij.de off.ord.li.6.& c. cũ personæ.de priui.eo.li.6.poterit tñ exhibitio fieri quolibet tẽpore, cum concordatum ad id nos nõ astringat, vt scripsi in tra.nomina.q.14.nũ.41.& seq.

Distributiones quotidianas non habet iste canonicus.

Vltimò non habebit vocẽ in capitulo nec distributiones quotidianas, nisi cõsuetas, nec intererit in actib.capitularib. Imol.in d.cle.fi.col.2.de præb.nec gaudebit priuilegiis aliorum canonicorum. Bal. in lege, administrantes.§.1.ff.de exc.tut.gl.in §.itẽ cẽsuit.in verbo numerus.de coll.in prag.quãuis Arch. videatur tenere contra.in c. hi qui.de præb.in 6. Et D.Gomes.in tract.gratia. expecta. in prima forma. [Primam sententiam veram censuit senatus Paris. pro canonicis sacri sacelli Paris.anno 1413.12.calẽd. Octob.] Reliqua de istis canonicis honorariis discutienda omitto, quia cum lucrum illorum sit in herba, granum aduocatis non dant.

Præfatio ad Rub. de collationibus.



HOc anno 1535. in instaurata decretorũ Paris. facultate interpretaturus Rub. de col. in concord. sequentia præmitto ad totius tituli faciliorem elucidationem.

Quid sit concordatum.

In primis sciendum est concordatum, de quo hic loquimur, esse legem datam communi concordia principum, videlicet Papę, & regis, arg.l.1.§.conuẽtionis.ff.de pactis.& l.si voluntate.C.de rescind.vẽditio. Inde concorditer dicitur fieri, quod fit nemine contradicẽte.gl.in verbo, singulis.c. vbi.§. iidem cardinales.de elect.in 6. Et concordare & conuenire parum differunt.c.pen.ibi, concordare nequeant.& ibi no.de elect.in 6. Et quia sunt duæ personæ, quibus mundus iste regitur, regalis videlicet & sacerdotalis: sicut reges præsunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis dei.c.nos si incompetenter. §.sed notandum.2.q.7. Ideo hæ duæ personæ tulerũt has leges, vt sequitur.

Duæ sunt personæ quibus mũdus regitur.

Secundò præmittẽdum est cõcordata facta esse, vt legerentur & seruarentur in hoc Franciæ regno, sicut aliæ regum constitutiones, vt patet in rub. de cõclusi. Lateran.concilij. infra. ideo his commotus, & quia nullus hactenus in his elucidãdis scripserat, extra Io. Dayma. qui principium tãtum inchoauerat interpretari cœpi hoc die 18. Februarij, & aliis diebus extraordinariis: vt hæc instaurata decretorũ facultas omnibus frugem afferat, & hæc Parisien. maximè floreat, quod futurum spero.

Concordata legi debent in hoc Franciæ regno.

Tertiò præmittendũ est, ꝙ olim in synodo Eugenij statutum sanctè fuit, vt ab omnibus episcopis omnino cura & diligentia haberetur, vt magistri & doctores cõstituerentur, qui studia literarũ, liberaliúmque artium dogmata assiduè docerent: quia in his maximè diuina manifestantur, atq; declarantur mãdata.c.de quibusdã.37.dist.verũtamẽ quia id tẽporis magistri ab episcopis ordinabãtur sine stipendiis & beneficiis, q. nõ poterãt honestè viuere, ideo docere nõ poterãt: quare vidẽs conciliũ Lateran. ꝙ os bouis triturantis ligari non debet.c.25.Deut.& c. extirpandæ. in prin. de præb. & quod mercenarius est dignus mercede.1.ad Co.9.c.& c.cũ secundũ.de præb. statuit in c. quia. de magist. quod in singulis ecclesiis cathedralibus & collegiatis præficeretur grãmaticus, qui doceret clericos illarũ ecclesiarum gratis: in ecclesiis verò metropolitanis, vt theologus eligeretur, qui doceret sacerdotes & alios sacrum euãgelium, & bonos mores, quibus singulis voluit assignari prouentus vnius præbendæ, quãdiu docerent, [sed canonicos eos esse non decernebat: ob id sæpius ab ecclesiis, propter veritatẽ denũciatã, quæ odium parit, expellebantur.] tamen ista à concilio statuta fuere, vt docẽtis releuaretur necessitas, & vt via pateret discentibus ad doctrinam.d.c.quia.

Vnde originẽ habuerunt cõcordata.

Sed quia nil de religiosis statutum erat expressè, ideo Clemẽs 5.in cõcil. Vien. ordinauit, vt ipsis mochis & aliis religiosis proficiẽdi in sciẽtia, via oportuna nõ desit, ꝙ in singulis eorũ monasteriis, quibus ad hoc suppetunt facultates, idoneus præficeretur magister,

magister, qui eos in scientiis primitiuis instruat, ne adagio possit dici monacho imperitior. Cle. ne in agro. §. cursus. & §. ad ampliationem, de stat. mona. & in const. benedictinis. c. 6. de studiis. Verumenimuero, quia studiũ theologiæ deficiebat propter vnum tantũ theologũ, ideo in cõcilio Basil. fuit statutũ, vt in singulis ecclesiis cathedralibus theologus cõstitueretur, qui ibidẽ canonicatũ & præbẽdã haberet, vt prædicare, & legere posset: quod bonũ visũ fuit primo ecclesiæ gallicanæ: ideo id approbauit, vt in prag. habetur in §. ordinat. Et postea cõcordatũ fuit inter sanctisi. Papã & dñm nostrũ regẽ, vt illud seruaretur, vt patet in hoc ti. de col. §. 1. Et hoc optima ratione fuit introductũ, videlicet, vt errores vitẽtur, & reprobẽtur, qui nisi agnoscãtur, reprobari nõ possunt. c. legimus. 37. dist. c. si. 24. q. 3. vnde ex defectu doctrinæ olim euenit veteres plures deos coluisse. Sap. 13. c. non cognoscentes qui esset omniũ rerũ artifex, aut ignem, aut aerem, aut gyrum stellarũ, aut solem, rectores omnium terrarum putauerũt. c. qui sine. 26 q. 2. & q. 5. c. nec mirum. Alias rationes tradit gl. in §. sequitur. in ver. afferat. eo. ti. in prag. & originẽ cõcordatorũ latius tradũt primæ literę Ro. põti. supr. in procemio. ibi, cernere licet, vbi etiã scripsi.

Cur theologo detur præbenda.

Quartò præmittendũ est quod conciliũ Basilien. cõgregatũ, vidit etiã ecclesias indigere viris literatis, vt dicitur in c. cũ ex eo. de ele. in 6. quibus minimè prouidebatur, sed post exaustũ patrimoniũ in acquirẽdo sciẽtiã, opus erat quod mendicarẽt prætextu paupertatis, de qua in auth. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi. Et ideo prouidere voluit hoc ordine, quod singuli collatores graduatis qui in acquirẽdo gradum exhauserunt patrimoniũ, tertiã partem beneficiorum in recõpensationẽ tam laborũ quàm bonorũ in studio expensorum cõferant, quod approbauit ecclesia gallicana, vt patet in tit. de coll. vbi fusius declaratur in prag. sanct. *Et quamuis ignari episcopi putent se in hoc paruo grauari numero, qui si viderẽt. c. 25. Paralip. 1. vbi scribitur, quod numerus eorũ erat, qui erudiebant cãticum dñi, cuncti doctores, ducẽti octoginta, non arbitrarentur se in his paucis oneratos, sed quidã ex his canes alere mallent, vel forte, quod est deterius, meretrices, quam hos qualificatos, doctos, & expertos, sed væh illis, rationem enim de his reddituri sunt apud deum exactam.

Quare statutũ primo fuit vt literatis prouideretur.

Quintò præmittendũ est, quod hæc prag. fuit Rom. pontifici & ordinariis collatoribus exosa, adeo vt eã hæresim appellarẽt, & inscissurã ecclesiæ, & mẽbra diaboli vocauit Barb. c. mãdatũ. col. 5. de rescr. ideo cũ Ludo. 11. antequã ad regnũ peruenisset. promisisset Papæ se prag. deleturũ, cũ rex creatus esset, quod cõtingit, ideo promissi memor Sixtus Põt. maximus ad eũ legatũ Io. Belluã monachũ irregularẽ pro antiquãda dicta prag. misit. Rex egregij animi fidẽ obstrictã liberare cupiẽs, prag. sublatã, iri voluit, sed schola Parisiaca restitit, & Io. Romanus regius tũc procurator, quibus multa dolosus ille Bellua minatus fuit, vt etiã meminit Benedic. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorẽ. n. 450. & seq. & in verbo si absque. in 2. de subst. fidei cõmissa n. 44. de testa. Tandẽ quædã cõcordata fuerũt inter Sixtũ & Ludouicum inita quæ nõ fuerũt recepta, vt in extrauag. ad vniuersalis ecclesiæ regimen. de treuga. l. cõmunibus. & Gagui. lib. 10. in vita Lud. 11. vers. fama ante hos dies, &c. fol. 263. scribitur. & in rub. de cõst. §. vnde supra. eo. & gl. in §. nõ volumus. de colla. in prag. in verb. quatuor. Verũenimuero quia nõ fuerunt à regnicolis (vt dixi) recepta, ideo non ligauerunt. gl. in c. 1. de treuga. Et ideo semper erat inter summum pont. & Franciæ regem pro prag. cõtrouersia, quare instigãte diuina gratia Leo Papa X. & christianisi. Franciscus Franciæ rex, huius nominis primus hæc concordata tulerunt, anno 1517. apud Bononiã, quæ fuere recepta, vt videre licet in quibusdã, nec quidem in omnibus, vt inferius dicetur.

Pragmatica erat Papæ, & ordinariis exosa.

Sexto pręmittẽdũ est, quod in his cõcordatis theologo in primis de prębẽda (quã theologalẽ vocarunt) prouideri voluerunt, tã in ecclesiis metropolitanis quàm cathedralibus, vt studiũ theologiæ magis ac magis ampliaretur: vt planè demonstratur infra eo. §. statuerúntque tertiam partẽ beneficiorum conferendam esse nominatis graduatis, ac ritè qualeficatis. Verũtamen erat difficile elucidare turnũ in prag. statutũ, & scire tertiam partẽ nominatis & graduatis debitam. Ideo clarius concordata statuerunt, vt loco tertiæ partis beneficiorum, tertia pars temporis graduatis & nominatis assignaretur, intra quod tẽpus beneficia vacantia nominatis & graduatis conferrẽtur, & hoc statutũ est in hoc tit. maximè, & est optima declaratio, quàm summè optauit fieri. gl. in verb. ordo. §. item placuit. eo. tit. in prag.

Bona declaratio cõcordatorũ pro graduatis & nominatis.

Vltimò præmittendũ est, quod ista cõstitutio volens prouidere literatis est cõformis legi, tam diuinæ quã naturali, canonicæ, & ciuili. Primò diuinæ, in qua dicitur quod Pharao tẽpore sterilitatis alebat sacerdotes. Gen. 47. c. & cũ Abrahã descẽdisset in Ægyptũ docuit sacerdotes Ægypti astronomiam, & tunc cœperunt illã sciẽtiã studere, & à rege habebant victum, vt dicit Ioseph. lib. 1. antiq. & sacerdotibus in Ægypto primo philosophiæ vacare cõcessum est. Arist. in 1. Meta. quos refert Conrad. in tract. de contract. q. 73. vult. in hoc ti. prouideri doctoribus & graduatis. Item in l. noua diuina dicitur 1. Cor. 9. c. Quis militat suis stipẽdiis vnquam? quis plãtat vineã, & de fructu eius non edit? Nescitis quod qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altari deseruiunt, cum altario participent? & Luc. 10. c. permisit Christus discipulis comedere & bibere, dicẽs: In quancumque domum intraueritis, in eadem manete, edẽtes & bibẽtes, quę apud illos sunt. dignus est enim mercenarius mercede sua. sic dignus est docens, mercede. & Osee 4. dicitur: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. facit c. si iusta. 38. dist. plenè Fel. in c. si quando. col. 9. vers. dum gl. dicit de rescr.

Prouidere literatis est iuri diuino canonico & ciuili conforme.

Item conformis est legi naturali, qua cauetur vt filij alant parentes suos, sicut cõtra pater suos filios. l. si quis à liberis. ff. de lib. agnosc. l. 1. in fi. & seq. ff. de iust. & iur. Sed doctores & alij graduati dicuntur parentes illorum, quos docuerunt. l. 1. C. de excusat. artifi. lib. 10. & ad Galat. 4. c. dicitur: Filioli mei quos iterum parturio. & 1. ad Co. 4 c. Ego per euãgelium vos genui. & ibid. c. 9. dicitur. Si vobis seminamus spiritualia, est magnum si metamus carnalia vestra?

Discipulus an præceptorem alere tentatur.

c.cum ex officij.de præscript. Vnde cum præceptores alãt animas discipulorum, & anima est plusquã esca. Luc.12.c. & præferenda omnibus rebus. l. sancimus. C. de sacrosan. eccl.ergo ipsi sunt alendi, & non possunt melius ali, quam quod prouideatur eis de beneficiis. ergo hæc constitutio volens vt eis prouideatur, est illi iuri conformis.

Item conuenit legi canonicæ volenti prouidere viris literatis, & non asinis deferratis, dicit Io.Mo.in c.cum ex eo.de elect.in 6.no.in c.cum in cunctis.in prin.de ele. Imò ignarus est iuri magis exosus, quã homicida.c.si.de æta.& qual. tenent. Inn. & Panor. in c.cum nostris.de concess.præb.

Item conuenit præterea legi ciuili, in auth.habita.C.ne fil.pro patre.& in proœmio fforum.& in §. fi. in proœ. inst. Ex his ergo patet constitutionem istam, & animæ, & corpori salubrem esse, & ideo literatis & graduatis fauendum est, vt dixi supra rub. de approb.conuento.in gl.personæ.

Vna pars an concordatis derogare possit.

Insuper quæro an altera pars valeat derogare his concordatis. Grauis est quæstio & ardua: super qua possum dicere, Ista non decent humeros gestamina nostros. Barb.cons.1.vol.1. Dicam tamen quid in ea sentiam.

Primò videtur ꝙ sic, quia conditori licet aduersus suã constitutionẽ dispensare, etiã sine causa. nã sicut fuit motus ad faciendũ, ita ad tollendũ siue dispensandũ. est enim pars ius ligãdi & soluẽdi.c.verbũ.de pœn.dist.1.l.qui cõdemnare.ff.de re iud. Eius est nolle, qui potest & velle.l.eius.ff.de reg.iur.

Secundò, legimus apostolicã sedem olim Antiochiæ existentem, iussu domini per B.Petrum Romã translatam.c.rogamus. 24. q. 1. vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentiliũ principes habitabant, illi ecclesiarũ principes morarentur.c.beati.2.q.7. Et mutationes cathedraliũ ecclesiarum suadente necessitate & vtilitate fieri posse nõ ignoramus.c.mutationes.7.q.1.ac mutationes sanctorum.c.tribus.de cons.dist.1.c.si quis vult.16.q.7.sic & constitutionum mutationes.

Mutatiões ecclesiarũ et sanctorũ fieri possunt.

Papa & rex sunt delegati Dei, licet sint hominũ iudices ordinarij.

Tertiò; Papa & rex habent plenitudinẽ potestatis.l.princeps.ff.de legi.c.proposuit.de cõcess.præb. Bal.in c.fi.de prohib.feu.alie.per Feder. Et licet sint iudices ordinarij hominũ, tamen sunt delegati Dei, Papa videlicet in spiritualibus, Rex in tẽporalibus. gl.sing.in proœmio.vol.in 1.gl. quam notat Barb.in repet.c.Raynaldus.col.77.de testa.& cõs.34. col.21. in 2.vol.& cõs.1.co.3.in 3.vol. D.Boer.in trac. de authori.sacri magni cõcilij, in add. ad Mõtaigne.f.28.

Contrarium credo verius, quia concordata cõtractus vim habent, vt patet infra de firma & irreuocabili concordato. stabilita. & contractus ligant etiam principem.c.1.de proba.c.posteaquam.25. q. 2.c.1. de natura feudi. Nil est ꝙ ampliore luce præfulgeat, quam recta fides in principe. epistola, Inter claras.C.de summa trini. gl. in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. Et concordata habent vim decreti, vt quicquid factum fuerit contra illa, non teneat. Do. consi 56.inter sanctissimum. col.vlt. Et decretũ est appositum in dicta rubr.de firma & irreuoc. in §.1.

Constitutio nõ reuocatur quando transit in contractũ.

Item quando constitutio transit in contractum, reuocari non potest in præiudiciũ eorum, quibus ius ex eadem quæsitum est. Inn.in cap.nouit.de iud. Ioann. Andreas in additio.ad Speculator.in titul.de censi.§.nunc dicendum.versicul. quid si vniuersitas. Bart.in l.hi qui.ff. de iure immunit. Refert Roma. cõs.352.queritur.col.3. Deus ipse seruauit quod promisit Abrahæ.Gen.22. Multiplicabo semẽ tuũ, &c.

Itẽ de spiritussancti missione, Luc.vlt. Ego mittã promissum patris mei in vos spiritũ. Ergo & principes debent seruare. Nec obstat ꝙ constitutionem conditor reuocare potest, quia, fateor, nisi transeat in cõtractum, tũc tollere, vel dispẽsare aduersus eã nõ potest, arg.l.ꝙ semel.ff.de decret. ab ord.faciẽd. Inn.in d.c.nouit.de iudic.Bal.in c.innotuit.col.1.de ele.Roma.d.cons.325.quo ad primũ.col.pen.vers.1. nisi cõstitutio.& cons.116.visis necessariis.col.1. Ratio est, quia si esset in voluntate principis contractũ factũ infringere, nullus cũ eo contrahere vellet, & sic commercio hominũ careret contrahendo, quod esset absurdũ, vt qui est princeps omniũ, cõmercio omniũ careret, & qui est omnium præsul, esset omniũ exul. verba sunt Bal.in l.princeps.ff.de leg. Alex. cons.vlt.n.22.in 4.vol.Barb.in cons. 2.à Ioue. col. 2. in 4.vol. Alber.Brunus, in cons.2.viso themate.col. 4.& cons.12.patres.col.6.& de Ripa in lib.2.respon. c.28. Allobrogũ.Ias.in l.si pecuniã. col.5.nu. 13.ff.de cõdic.caus.data. Et magna pœna est inter homines esse, & hominũ carere commercio. l. hi qui sanctã. C.de aposta.vt erat Tantalus, prout poetæ dicũt, & Horat. Satyra 1. Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina.text.satis accommodus in l. quod si minor.§.1.ff.de minor.qui sic habet, ne magno incommodo huius ætatis homines afficerentur nemine cum eis contrahente, & quodammodo commercium eis interdiceretur.

Plures rationes quare princeps cõtractum nõ reuocet.

Secunda ratio est, quia nullus potest contra substantiã actus illo remanẽte disponere.l.cũ precario. ff.ad preca. gl. in c. 2. de consue.in 6.l.vbi.ff.de do. cau.mor.sed substãtia contractus est. vt sit vltro citroq; obligatorius.l.Labeo. ff.de verb. signifi. ergo princeps contrahendo substãtię contrarius se subiicit, alioqui non esset contractus, sic in simili dicitur in c.cum ad monasterium.de statu mona.

Tertia ratio, quia id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis non potest auelli.l.id quod nostrum. ff.de reg.iur.Roma.cons.352. quæritur. col. vlt. sed per contractum nobis quæritur, ergo non poterit auelli sine nostro facto.

Quartò, non seruare fidem contractus, est mẽtiri. l. dolus. ff. manda. & mendacium abominabile est in ore principis maximè.Bal.cons. 24. ius abbatialis.vol.2.ergo fidem seruare debet contractus.

Quintò, contractus sui natura est transmissibilis ad hæredes. §.ex conditionali. & ibi Christop. Porc.insti.de verb.oblig.Bal.cons.159. super.eo.col. 2.in 3.vol.

Sextò, de iure naturali obligatur princeps propter consensum. l. 1. ff. de pac. ideo non potest tolli per principem. Dec.cons.286.in causa. & cons.292. & pro tenui.col.vlt.

Septimò, si princeps nõ obligaretur ex cõtractu, nec cõtrahens secũ, ex natura, tam contractus quã correlatiuorum.l.2.C.de indict.viduit.tol.& ibi Ias.

Octauò,

Octauò, contractus sunt de iure gentium, cui nō potest derogare princeps. c. 1. de prob. & gl. in l. 2. C. de precib. imper. offer. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. l. eas. de capit. diminut. vbi dicitur q ciuilis ratio non potest iura naturalia tollere. §. fi. de legit. agna. tutel. in instit. l. bona fides. ff. deposi.

Nonò, in contractibus princeps consideratur vt priuatus, qui à principio contrahere potest vel non, sed postea factum contractum obseruare tenetur, sicut & priuatus. l. sicut. C. de act. & obl. sic consuluit Dec. d. cons. 286. in causa. col. pe.

Princeps nō est solutus à lege naturæ nec à ratione.

Decimò, naturalis ratio vult, vt quæ cōtrahentibus placuerunt, ea seruare teneantur. l. 1. ff. de pact. quia graue est fidem fallere. l. 1. ff. de consti. pec. Et sic licet princeps sit solutus legibus, non tamen dictamine rationis naturalis, nec lege naturæ. verba sunt Bal. in l. 2. co. 6. nu. 40. C. de seruit. & aqua. Dec. cons. 48. & maturè. col. 3. Et quamuis imperator sit supra caput iuris ciuilis, tamen est sub pedibus iurisgentium, & eo iure ligatur, teste Barb. in c. 1. col. 11. nu. 78. de consti.

Item dicit Dauid Ps. 148. Statuit ea in æternū, & in seculum seculi: præceptū posuit, & nō preteribit. Et ista est communis cōclusio vtriusq; iuris professorum, q Papa & alij principes ex pacto & cōtractu obligētur. Bar. & alij in l. digna vox. C. de legib. Bal. in l. fi. C. de trāsac. & l. ex imperfecto. de testa. Ias. in l. ciuitas. col. 3. ff. si cert. pet. & cons. 1. vol. 1. Ioan. de Ana. in cons. 81. viso instrumento. col. 2. & omnes. in d. c. 1. de prob. Barb. in c. 1. col. 5. de cōst. & col. 9. cum sed. Dec. cons. 410. in causa. & consi. 689. viso. col. 2. Anto. Nicel. in concor. iuris. vlt. estque communis opinio aliorum, quos si citarem turbæ illorū lectores fatigare possent. eos igitur nunc missos facio.

Vndecimò, æqualitas in contractibus requiritur, & ideo in illis princeps iure communi vtitur Bal. in c. 1. de natura feudi. refert Dec. consi. 580. quæritur.

Vltimò, facit dictū Bal. in c. cū omnes. de consti. quem refert Fel. in c. cū accessissent. col. 2. nu. 5. eo. ti. quod si episcopus cū cōsensu capituli (qui aliàs erat necessarius) fecerit statuta, q solus episcopus nō poterit ea reuocare, sic nec alter concordata. & sic cōcluditur, q alter, videlicet Papa vel rex, concordata reuocare non possit. imò si esset fas dicere, cōcludēdum esset, nec Papam cum rege concordata posse reuocare, quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdē dissoluitur. c. 1. de reg. iur. & l. nihil tam naturale. ff. illo tit. Sed ista concordata fuerunt inita inter Papā, sedem apostolicā, & regem ac regnum Franciæ vt patet in rub. de firma. & irreuo. concor. stabi. in prin. ergo, &c. & in vers. necnon sic dicitur. Necnon irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquo, à quoquam quauis authoritate, etiam per nos & successores nostros præfatos scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus, ecce ibi tex. formalem pro huius quæstionis decisione. [& consuluit Petr. Parisi. consil. 2. nu. 120. & seq. in 4. vol.]

Cōcordata fuere inita inter Papā, sedē apostolicā, & regem ac regnum.

Successor an contr. cū reuocare possit.

Quæro an successor possit reuocare contractum factū à prædecessore? videtur q sic: quia licet princeps ligetur cōtractu, nō tamē successor, nā contractus principis nō trāsit in successorē, qui non habet causam à prædecessore. morte enim regis finitur honor regis, dicit expresse Bal. in l. si pater. C. si pendē. appel. mors interuen. l. lex vectigali. ff. de pig.

Secundò Papa, imperator vel rex, non potest imponere legem suo successori. Ioan. Mona. in c. 1. de const. in 6. Bal. in proœmio feudo. col. 8. versi. expedita. & c. 1. in prin. col. vlt. qui feu. dare poss. post gl. ibi, in ver. abbatissam. & Ant. de But. in cons. 74. visis statutis. col. 1. per c. innotuit. de elect. paulo post prin. ibi, qui successoribus suis nullum potuit in hac parte præiudiciū generare, pari post eū, imò eadem potestate functuris, licet lex non possit imponi successori, iudicari tamen potest. c. fi. in fi. de rescr. in 6.

Tertiò, par in parem nō habet imperium. l. 4. ff. de arbitris. l. ille à quo. §. tempestiuum, ad Trebel. & dicit Bal. in proœ. ff. orum. co. 4. versi. sed oppo. quod sicut imperator non potest imponere successori legem legis, ita nec legem contractus. nam omnis authoritas pendet ex lege. l. legitima. ff. de pac. plenissime Bar. consi. 1. in 1. vol.

Contrarium est verius per text. in d. c. 1. ibi, prædecessores tuos, de prob. l. fi. ff. de don. inter vir. & vxor. Alber. in l. f. col. penult. ff. de offi. procu. Cæsa. Nempe iustitiæ ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus sua mandata seruari desiderant, prædecessoris sui proculdubio voluntatem, & statuta custodiant. c. iustitiæ. 25. q. 1 quia successor cēsetur vna persona cum prędecessore. in auth. de iureiur. à morient. præsti. col. 4. dicit iurisconsultus legionem eādem haberi ex qua multi decessissent, quorū in locum alij suffecti essent, & populum eundem hoc tempore putari qui ab hinc centum annis fuisset, cū ex illis nemo nunc viueret in l. proponebatur. ff. de iud. Ideo dicit Bar. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. q concessio seu donatio facta à rege, quæ non affert magnum præiudicium iurisdictioni regali, præiudicat successori in regno. per c. abbate sanè. de re iud. in 6. Oldra. consi. 95. ex forma.

Donatio facta à rege quæ nō magnū affert præiudiciū, præiudicat successori.

Item dicit Bar. in l. digna vox. C. de legib. q pacta & concordata quæ fierent hodie cum regibus Franciæ & Angliæ, porrigerentur ad successores. Et sic successor ligatur ex pactis & concordatis initis cum prędecessore. Bal. in c. 1. qui success. feud. da. teneantur. Et idem Bal. consi. 271. casus Silij. in 1. vol. & cōs. 371. verba Cyni. in 3. vol. plene D. Ioā. igneus in repet. l donationes. col. 2 & seq. C. de dona. inter virum & vxor. Et ista est vera & communis cōclusio vtriusque iuris doctorum, videlicet q cōtractus principis transit ad suos successores, ac eis præiudicat, & obligat, vt tenet Ias. in cons. 10. videretur. col. 3. in 3. vol. facit quod notat Oldr. consil. 94. elegāter. in fi. vbi sentētiam latam contra vnum, nocere successori asserit. Calca. consi. 62. factum tale. col. 2. Et allegata in contrarium non procedunt in cōtractibus vel pactis gestis per principem. Domi. cons. 74. attentis col. 1. Bologni. cons. 6. viso igitur. col. pen. nisi concederet Regalia. c. intellecto. de iureiu. quia sicut non potest iura successorum subuertere, ita nec minuere. l. si optio. ff. qui & à qui. c. 1. quæ sint rega. Ias. consi. 1. col. 3 vol. 1. & d. consi. 10. in fi. vol. 3. Intellige quando pacta essent inita sub nomine dignitatis. c. quoniam abbas. de offi. deleg. vt hic sunt

Successor ligatur pactis prædecessoris fallit vt infra.

inter Papam & sedem apostolicam, & regem ac regnum: ergo à Papa, à sede, & à rege ac regno seruari debent, & etiam à successoribus, quia dignitas non moritur. c. si gratiosè. de rescr. in 6. & sic semper erit sedes apostolica, & regnum Franciæ.

Itẽ quando aliquid statuitur super fide & moribus à Papa, successor eius non potest hoc reuocare. extrau. quorundã. vers. ad impugnãdas. de ver. sign. in extra. Ioã. 22. Anth. Nicellus in conc. vlt. gl. iuris canonici & ciuilis vbi tradit quatuor limitationes. vide gl. in verb. iuret. §. decreuit. de elect. in prag.

Itẽ quando pacta sunt realia, vtpote facta sub nomine gentis, tunc etiam transeunt ad successores. l. cõuentionũ. ff. de pact. Bal. in d. l. digna vox. in fi. nisi dolus interuenerit ex parte vnius, quia gesta dolo, rata prætor non habet. l. 1. & per totum ff. de dolo.

Item quando fit mentio successorum tunc sunt in rem scripta. Bal. consi. 159. super eo. col. 2. vol. 3. * Imò dicit Ias. in l. 1. col. pe. ff. de consti. prin. quod reges & alij, qui per successionem veniunt tenentur seruare contractus, & conuentiones prædecessoris, sicut quilibet successor priuati. per text. in l. cum à matre. C. de rei vẽd. & c. licet. de voto. refert. Anth. Capit. in decis. Neapol. q. 121.

Priuilegiũ quãdo non possit reuocari.

Item priuilegium licet in contractũ transiuerit, tamen potest princeps illud reuocare ex causa publica, & iusta. l. si hominẽ ff. mãd. Soci. cõsi. 4. super quæstione. col. 3. vol. 3. Alex. cons. 16 in causa. col. pe. vol. 5. Aret. in c. nouit. in gl. quicunque. de iud. Quãdo illa reuocatio fit in præiudiciũ subditi reuocantis, secus in subdito alterius principis, vtpote in Hispano vel Anglo, à quo priuilegium auferri nõ posset. Alex. cõs. vlt. nu. 19. in 4. vol. per. c. in nostra. de iniur. & ibi Inno. & alij. Ias. cons. 227. col. 11. vers. 14. in 2. vol. vt quãdo concedit exẽptionẽ venientibus de nouo ad habitandũ ad aliquem locum. Bar. in l. omnes. ff. de iusti. & iur. Alex. cons. 54. viso puncto, in 4. vol. Barb. in repet. c. cũ M. col. 26. nu. 70. de constit. Roma. in repe. l. si vero. §. de viro. fallent. 24. ff. sol. matr. Et quando dicatur iusta causa, Ias. d. cons. 1. col. 10 vol. 1. vide aliam limitationem per Bal. in c. vno. qui successo. feu. da. col. 2. Et Bertr. cons. 214. Multæ sunt. col. vlt. in 2. vol. secundum nouam impressionem. Lud. de Gozand. consi. 5. an in quæstione. col. 3. nu. 11. & Capyt. in decis. 166. in 1. & 2. q.

Priuilegiũ datũ veniẽtibus ad habitandũ in aliquo loco non reuocatur.

Item quando priuilegium concessum est ob remunerationem, vtpote, quando princeps concesit ob laborum remunerationem, quos pro reipublicæ vtilitate subditi perpesi sunt (vt nuper habitatores Peronæ, qui ob eorum benemerita exemptionibus tributorum seu tailliarũ, ac aliis priuilegiis à rege hoc anno 1536. donati sunt in mẽse Februario. hi enĩ Saguntinos longo superãt interuallo. Illi enim pernacia quadam in foro igni extructo quicquid erat pretiosarum rerum in eum coniecerunt, ac demum se, suósque liberos ne in hostiũ manus venirent: hi verò eorum prudentia ac prouidentia seipsos liberósque, ac res suas à faucibus inimicorũ eripuerunt: vnde adagio dici potest, Peron. defensio, id est mirabilis, ac prudens) non potest reuocari etiam prætextu ingratitudinis l. si pater. §. si ff. de donatio. Bal. in l. si cũ mihi. de dolo. Rom. cons. 436. quod indultũ. Et derogatio generalis priuilegiorũ nõ tollit hoc priuilegiũ, vt docet Rom. in repe. l. si vero. §. de viro. fallen. 24. ff. solut. matr. & Tiraquel. in repet. l. si vnquam in verbo donatione, n. 13. C. de donat. Ideo cũ hæc concordata ligẽt tam Papã quàm regem, & suos successores, fortius & suos subditos, ꝙ intellige in his quæ fuerunt recepta, & quæ tangunt commodum ecclesiæ gallicanæ. gl. in c. 1. de treuga.

De priuilegiis Peron. ciuium.

Et ideo quo ad expressionem veri valoris non fuerunt per regnicolas recepta, licet statutum fuerit in his concord. in rub. de manda. apost. in fi. ꝙ verus valor exprimatur, alioqui gratiæ sint ipso iure nullæ, si à summo pontifice emanatæ sint: quia regnicolę, vt fulgura, constitutiones bursales odio prosequũtur, & quantũ in se est abiiciunt. Istis ero cõtentus, recordatus dicti sapiẽtis Catonis, Cũ sis mortalis, quæ sunt mortalia cura, & quia sunt supra caput.

Cõcordata in quibus non sunt à regnicolis recepta.

Postremò, vt inter iurisconsultos materia collationum est vtilis & ardua, teste Paul. in rub. C. de colla. sic apud canonum professores est valde vtilis, ideo attingenda iuxta l. legaui. ff. de liber. lega. & quia hæ sunt leges regni, ideo sciri debent, vt sciantur. Sequitur rubrica.

Collationũ materia vtroque iure vtilis est.

Rub. de collationibus. a

a DE COLLATIONIBUS.) Pro cuius elucidatione in primis videndum est, quot modis capiatur collatio.

Collatio quot modis accipiatur.

Primò igitur expediendo materiã rubricę, collatio accipitur secundum quosdam pro diuisione librorum, vt in lib. auth. col. 1. 2. & seq. Vel, & melius, pro libro. vt colla. 1. id est, lib. 1.

Secundò, dicitur publici muneris impositio. l. 1. C. de epis. & cleri. & in authen. de collat. colla. 9. & in rub. de collatio. donator li. 10. & ibidem. de colla. æris. & lib. 11. de colla. fund. patrimo.

Tertiò, accipitur pro disputatione quam faciunt inuicem doctores, vel scholastici conferendo de aliqua quæstione. Dec. & alij in rub. de coll. C.

Quartò, pro quadam communicatione rei propriæ causa diuidendi pro portionibus hæreditariis seu pro commistione. l. illam. §. fi. C. de coll. & est in commune latio. dicit glo. in rub. ff. de colla. bono. & ita accipitur ibidem, & de colla. dotis. & in rub. C. de colla. & ibi passim per iurisconsultos. vnde Iuriscon. ait, Conuitium dici, vel à concitatione, vel à conuentu, hoc est à collatione vocum, cum enim in vnum plures voces conferuntur l. item apud. §. cõuitium. ff. de iniur. * Item quandoque collatio dicitur contributio. l. 1. & l. amissæ. ff. ad leg. Rhodiam. de iactu. vbi in vna l. dicitur contributio in alia collat.

Quintò, pro comparatione, vt in auth. de instru. cautel. & fide in prin. colla. 6. & ibi gl. in verb. collatio. & §. si verò etiam. in auth. de his qui ingred. ad app coll. 5.

[Sexto pro collatione vini accipi dicit Salic. in l. si emancipati. col. 1. C. de colla. quod latine dici non potest, sed solet comessatio vocari. tex. in summa. & in c. comissationes. 44. dist. & Galli idiomate gallico ad hanc, quam vocant collationem, frequenter inuitantur.]

Galli inuitant homines ad collationem.

Septimò,

Septimò, pro aſsignatione beneficij eccleſiaſtici, quam prælatus facit de aliquo beneficio vacante: & propriè eſt tráſlatio ſeu cõceſsio iuris libera. Pan. in c. ex frequẽtib. col. pe. & c. authoritate. col. 2. de inſt. Domi. & alij in c. cũ in illis. § 1. de prębẽn. in 6. & ita hic & in iure pontif. cõmunius accipitur. Aliis etiã modis capitur apud Rhetores & Grammaticos, apud quos cernere licet. Hic tamen not. ꝙ tex. vult tractare quomodo & quibus cõferenda ſint beneficia in hoc Franciæ regno. Vt intelligatis, primò de iure dicam breui qualiter cõferenda ſint beneficia. ſecundò, à quo. tertiò, quibus perſonis. quartò intra quod tempus. poſtea ad leges regni veniam.

Qualiter de iure cõferẽda ſint beneficia.

Ad primũ qualiter cõferẽda ſint beneficia de iure? Reſp. purè, palã, liberè, & ſine diminutione. Primò, purè debent cõferri, videlicet ſine pacto, & ſine cõditione. c. ſi. de pact. c. quãꝑio. 1. q. 2. nã huiuſmodi cõditiones ſimoniã inducunt. c. cum pridem. de pact. ſiue ſint tacitæ, ſiue expreſſæ. c. per laicos. 16. q. 7. & multi ſunt collatores tales qui frequẽter ſimoniam cõmiſerunt aliquam ſæpe adiiciendo conditionem in collationibus, & eorum prouiſionibus.

Item nõ debet interuenire modus, qui æquipollet cõditioni. C. de dona. quæ ſub modo. l. 1. & c. verum. de condit. appoſi. Imò magis obligat modus quàm conditio. nam ſi is cui ſub modo aliquid relinquitur, caueat de implendo modum, ſtatim agere poteſt. l. ſi tibi legatum. ff. de lega. 3. l. quibus diebus. § fi. de cond. t. & dem. ſecus in cõditione, cuius implementũ expectari debet. l. qui hæredi. §. fi. ff. de condi. & dem. l. cum in teſtamento. de fideic. liber.

Collatio clã facta non eſt valida ſine teſtibus.

Palam etiã beneficia cõferri debẽt, alioqui ſuſpecta eſt collatio. c. vno. § porro. vt eccleſiaſt. beneficia. facit l. nõ exiſtimo. ff. de adminiſ. tut. c. clericus. 81. diſt. non tamen ob hoc reprobantur collationes, dũmodo is cui confertur, capax ſit. arg. l. 1. C. de delatorib. li. 10. Peruſ. in c. ſi tibi abſenti. de præb. lib 6. & ſic inoleuit conſuetudo, vt in cameris ſuis paucis præſentibus epiſcopi beneficia conferant. Non admittũtur tamẽ collationes epiſcoporũ, nec aliorum collatorũ ſine teſtibus cõſcriptæ. ſenatuſcõſulto dictãte, vt fraudes vitẽtur: Et fuit præceptũ factũ omnibus collatorib. ne diſtribuãt collationes ſine teſtibus & ſecretario, vel duobus notariis Arreſto huius ſenatus, anno 1527 die ſeptima Iunij. aliàs nõ creditur collationi ordinarij in præiudiciũ alterius, ſiue iure ordinario ſiue deuoluto cõferant propter eandem rationẽ in vtroq;. & requiritur ꝙ teſtes deſcripti in his collationibus ſint omni exceptione maiores, ideo familiares & domeſtici, quibus imperari poteſt, nõ probarẽt. c. in literis. de teſtib. & paria eſſent nõ habere teſtes, vel habere domeſticos, & iſta ſtrictè ſeruari debẽt ad euitãdas falſitates, quas fere in collationibus quidã maligni ordinarij, ſeu eorũ vicarij ad hoc bene inſtructi faciunt, [& ita ſtatuit ſenatus anno 1550. die 24. Iulij in publicatione edicti *de la reformation des prouiſions*. in fin. l. poteſt ibi videri in publica facta illius cõſtitutio.] nec etiã valere videtur vicariatus ſine teſtib. p l. oratio. ff. de ſp õſal. Nam prohibito vno videtur prohibitũ omne per quod peruenitur ad illud. Scripſi in c. poſtulaſtis, de clerico. exc. miniſtrã. & inferius in §. teneãtur. de

Arreſtum.

Teſtes deſcripti in collationibus ordinariorum quales eſſe debeant.

quo plenius ſcripſi in tract. nomina q. 10. nu. 22. nam literis epiſcopi in præiudiciũ aliorũ credi nõ debet ſine teſtib. Archid. in c. vt circa. col. 2. in ver. inſtrumẽto publico. de elec. lib. 6. & in deciſ. Rotæ, cauſa vltima. Bal. cõſ. 319. ſuper primò, in 3. vol. glo. in verbo quibuſcũq; in fi. rub. de ſubla. cle. literis. in prag. [Et iſta eſt cõmunis opinio, vt teſtatur Areti. in d. c. poſt ceſsionem. col. 2. & ſeq. de probat. quẽ refert & ſequitur Bertran conſi. 132. dubitatur. col. 2. nu. 7. & ſeq. in 2. vol. ex 1. editione. Nec putet ad iniuriã ſuã epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non credatur. ca. placuit. 6. q. 2. facit. c. nuper. de teſtib. alioqui poſſet epiſcopus pro voluntate cuique pręiudicium inferre, nec enim omnes huiuſmodi eulogia ex bona fide conſcribunt. l. diuus 2 ff. de cuſto. reo.

Ideo ſi interuenerit diutina occultatio, collatio præſumetur frauduloſa, & ex quibuſdã circũſtãtiis, vt d. c. vno hodie eſt deciſum per regulã cancel. 34. Quod ſi reſignatio in curia nõ fuerit publicata intra ſex mẽſes. nec is in cuius vtilitatẽ eſt reſignatũ, poſſeſsionẽ adeptus fuerit intra id temporis, & reſignans moriatur in poſſeſsione, beneficia ex illa occultatione cenſentur per mortem vacare, vt ibi dixi.

Intellectus ad regulã cãcella. de publicãdis reſignationibus.

Quæ regula fuit publicata in hoc parlamento, die 27. Aug. anno 1492. & demũ arreſtis curiæ confirmata, contra Guillelmum Carton pro magiſtro Hugone Rogier, anno 1504. die 4. Auguſti. & anno 1505. die 23. Decemb. & anno 1526. die 7. Septemb. & aliis plu. ibus arreſtis. Ita quod in hoc regno ſeruatur ad vnguẽ, & vbi debeat publicari, dixi in gl. in quo. §. cum vero, in addit. infra eodẽ. & in praxi. benefic.

Arreſta.

Idẽ ſi fuerit extra curiã reſignatũ. & infra mẽſem nõ fuerit reſignatio publicata, vt ibid. dicitur. Et intellige qñ reſignãs moritur, ſecꝰ ſi viuat, qa ſemper poſſeſsio accipi põt, vt ibi dicit gl. vide Domi. cõſ. 85. & Rom. cõſ. 317. quo ad primũ. col. 2. Electiones vero clãdeſtinę reprobãtur in c. qa ꝑpter. §. fi. de ele.

Tertiò liberè, id eſt, puro, iuſto, & rationabili motu, non carnali, vt Abacuc. 2. c. dicitur, Væ qui ædificant ciuitatẽ ſcilicet ſanctam, in ſanguinibus. c. graue. & c. relatũ. de præb. & c. vno. in fin. vt eccleſiaſtica benefi. & c. ad ſupplicationẽ. de renunc quia non ſanguini, ſed vitæ meritis ſunt eccleſiaſtica beneficia conferenda. c. Moyſes. 8. q. 1.* Hodie conſanguineis nõ ſolũ cõferuntur, ſed adulatoribus, ſtabulariis, ac aliis, de quibus eſt tacendum, quia viri ſancti ab his non quæruntur, nec docti, & minus probi, vt experientia docet. c. quàm ſit. de elect. in ſexto. vel liberè, & non per pecuniam, vel auaro modo. c. ſi quis præbendas. 1. q. 3. c. dilectiſsimi. 8 q. 2.

Item liberè, non verò beneficium viuentis. ca 1. de conceſ. præb. Expono fuſius verbum liberè, in §. prælatique ordinarij. glo. libere. infra eo.

Quartò, ſine aliqua diminutione. c. vno. §. pen. vt eccleſia benefic. ca. de monachis. & ca. auaritiæ. de præb. facit c. prohibemus. & c. grauis. de cenſib. Ideo epiſcopus nõ poteſt ſibi retinere penſionem conferendo beneficium, nec ſuo nepoti iuueni, qui non poteſt obtinere illud beneficium curatũ. c. extirpandæ. §. qui vero. in fi. de præb. & ibi Panor. & Imol. vt dixi in tracta. de pacificis poſſ. in 18. concluſio.

Epiſcopus penſionẽ an poſsit pro ſuo retinere nepote in beneficiorũ collatione.

Secundò, eſt videndũ à quo cõferantur. Reſpon.

A quo conferātur beneficia.

Aliquando à Papa.c.si à sede.de præbē.lib.6.& c.si gratiosè.de rescr.eo.li.cū infinitis similib.Et an cōciliū generale possit beneficia cōferre,tradit Panor. in disputat.1.incipien. episcopus. in 4.dubio.refert Ioan.de Selua in tracta.de benefic.in 2.parte q.2.

Aliquando à legato de latere.ca.1. de offic.legat. lib.6.c.dilecto.cum similibus.de præben. & ibi dixi hoc anno,interpretando illum tit.

Item quādoq; ab episcopo.c.omnes basilicæ.16. q.7.c.2.de conces.præb.c.ordinarij.de offic.ordi.lib. 6.Quandoque ab inferiore , puta abbate vel alio, cle.vna.de supp.negl.præl. Aliquando à capitulo. c.eam te.de rescript.c.si capitulo.de cōcess.prēb.lib. 6.c.cum ecclesia.& ibi glo.de elect. Nulla , inquit, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur , qui nec à clericis sunt electi.c.1.vers.nulla.23.distin.Aliquando à laico ex priuilegio.c.dilectus.3.de præbē. Vide quæ dixi in 8.q.principali.tract.nomi.

Quibus cōferēda sint beneficia.

Tertiò,quibus conferenda sint beneficia ? Resp. idoneis.c.graue.& c.referente.de præben. & c.2.de instit.extrauag.ad regimen.de præben.in communibus glo.in §.1.in verbo idonei. de colla.in prag. Card.in c.ex parte q.2.de constit.idoneis & honestis,dicit tex.in c.post electionem.de concess.præb.

Idoneitas in tribus cōsistit.de quibus in c.cum in cunctis.de elect.in moribus,ætate & scientia: & ibi declaratur.& per Anch.in cle.vna.not.1.de conces. præb.quæ scientia requiratur?[Respon.illa, quæ est sufficiens ad regendum,& administrandum ea,quę sibi incumbunt facienda,& idoneus dicitur, qui digne valet administrare.c.2.de concess.præb.& Deo seruientibus ecclesiæ beneficia negare non conuenit.c.Christianis. 11.q.1. quamuis hodie adulatores & proditores omnibus præferantur. vide quæ scripsi in gl.idoneis.§.præfatique ordinarij.infra eo.

Beneficia intra quod tempus cōferantur.

Quartò,& vltimò,quæro intra ꝙ tempus cōferri debeant beneficia ? Respon.de Papatu est text.in c.vbi periculum.de elect.& cle.ne Romani,illo tit. vbi cardinales post obitum Roman.pontificis.decem dies expectare debent alios cardinales,& postea,quàm citius poterunt eligere.

Item beneficia vacantia in curia,nō possunt conferri per ordinarium vel aliū ante mensem, post sic per sex menses.c.2.& 3.de præben.lib.6. nisi apostolica sede vacante.ca.si apostolica.illo tit.

Dignitates,episcopatus,& aliæ, siue cathedrales, seculares sint,siue regulares, in quibus ecclesia est viduata pastore,debent assignari intra tres menses. c.ne pro defectu.de electio.Alioqui ad proximum superiorem dispositio deuoluitur. ibidem. & not. Floren.in tertia parte summæ in tit.15.c.1.§.5. quod limitatur in c.quanquam.de elect.in 6.

Hodie tamen rex Frāciæ in hoc regno in his dignitatibus habet sex mēses ad præsentandū aliquē Roma.pontifici , seu nominandum. & nisi intra id temporis nominauerit idoneū, habebit adhuc tres menses,ita dicitur supra hoc libro , in rub.de regia ad prælaturas nominatione facienda, vbi dixi.

Collationes verò beneficiorū intra sex menses fieri debent. Alias deuoluitur collatio ad proximū superiorem.c.2.de concess.præbend. & ibi scripsi.

Præsentatio etiam debet fieri à laico intra quatuor menses.c.vno.de iure patron.lib.6.Si à clerico vel ab vtroque simul,intra sex menses,vt tenet glo. fin.ibi,communiter approbata.alia abundè tractaui in glo.intra.§.1.supra.de nomina.reg.

Vidimus de iure,nunc superest videre quid immutetur per hæc concordata. Et dic quòd hic primò statuitur, vt theologo præbenda theologalis, demum nominatis & graduatis debitè qualificatis, & aliis idoneis beneficia conferantur.

Quæ beneficia ? Respon. beneficia vacantia in mensibus præstitutis in §.præfatiq; ordinarij. Item prębenda theologalis & parrochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus,seu villis muratis, graduatis, seu nominatis debentur,alia beneficia aliis idoneis prout à iure statutum est.

Tertiò,à quo sint conferenda?Respon.à collatoribus ordinariis,& si illi recusauerint,ad proximum superiorem deuoluitur ius cōferendi. Hæc est summa huius rub. Alia dicentur prosequendo text.

Hodie per 5.casus beneficia obtinentur.

Notandum est tamen, ꝙ hodierna consuetudo etiam ex his multa repulit.Nam vt dicit S.Vincentius prædicator in suis sermo. hodie ad dignitates & beneficia peruenitur per quinque casus,videlicet per nominatiuum,genitiuum,datiuum,accusatiuū, & ablatiuum,& hodie vocatiuus casus dormit,nec est in vsu,eo conqueruntur grammatici, nō valentes,sicut olim,sex casus inuenire.

Primò prouidetur dignitatibus per nominatiuū, vt patet supra in rub.de regia ad prę latur.nomi.fac. [Item iure regali rex Frāciæ dicit vacāte sede episcopali in aliquibus episcopatibus se posse conferre præbendas & dignitates ecclesiarum cathedralium: sed non vidi priuilegium:vide in c.generali.de electio.in 6.& in ecclesia Carnotensi præbendas alternatim confert cum capitulo ex trāsactione, vt censuit Senatus anno 1286.vt in lib.etiam continetur.]

Secūdò prouidetur per genitiuū, videlicet genitis à principibus,& à magnis dominis, siue sint infantes quasi modo geniti , siue maiores , & vitiis irretiti,siue sint filij sacerdotis. his enim per genitiuum prouidetur,vt patet per totum titulum de filiis presbyter.& circa hos dicit glo.in c.peruenit. 1.q.3. quòd episcopi sunt cæci ac surdi , quia vitia à suis filiis & nepotibus commissa,audire nolunt.

Tertiò,per datiuū prouidere etiā beneficiis,quia hodie dicitur,Date,& dabitur vobis. & magis frequēs est hic casus,vt patet per totā rub.de simonia. Audiui quendam canonicum olim fuisse qui nunquam suū dedisset suffragiū in electione,quin prius aliquid cōsecutus fuisset,dicens,*rien pour rien.* & eo fuerunt electiones in hoc regno sublatæ,vt patet in rubr.supra.de electio.deroga.vbi fusius scripsi.

Quartò per accusatiuum multi ingrediūtur tam episcopatus quā alia beneficia. Accusabitur bonus ab impio.c.cum oporteat.& per totum. de accus.& qui per accusatiuum ingrediuntur, per accusatiuum egredientur,vt similes fiant illis, qui faciunt ea.

Per vocatiuū pauci admittūtur , sed quos æquus amauit Iupiter.nā colūba quæ solebat afferre sanctū spiritū, fuit occisa per coruū,secundū Host.& Card. in c.quia propter.versi.nisi.de elect.Refert de Ripa in 2.li.resp.c.13.de elect.licet dicatur ad Hebræos 5.

Nec

Nec quisquam sibi sumat honorẽ, sed qui vocatus est à Deo, tanquam Aaron. c. qualiter. de electio.

Item per ablatiuũ multi veniunt, quia per potentiam vi afferũt beneficia à pauperibus, vt in rub. de resti. spoli. per totũ. [Itẽ molestando eos laboribus & expẽsis, & causam euocando ad consiliũ, & alias deglutiendo, ac eorum bona deuorant vt cibum panis. Dauid, Psal. 52. sed hos deuorabit ignis.] & potest dici quòd regnum cælorum vim patitur, id est, ecclesia, vel viri ecclesiastici. Transfuga miles ego non sim, mea castra reuisam. Aggrediens titulum, lector adesse velis.

§. PRIMVS.

Canonicatus & præbenda in qualibet ecclesia metropolitana, & cathedrali, conferri debet theologo, magistro, licentiato, aut baccalaureo formato, qui residere, prædicare, ac legere, saltem semel in hebdomada debet: qui si defecerit, puniri à capitulo potest, & absens à diuinis, dum legit, nihil perdere debet. hoc dicit §. vsque ad §. præfati.

STatuimus [a] insuper [b] quòd ordinarius collator [c] in vnaquaque cathedrali [d] ac etiam metropolitana [e] ecclesia,

QVatuor continet partes hic 1. §. Prima præcipit præbendam in ecclesia cathedrali & metropolitana cõferri theologo. Secũda declarat qualis is esse, & quid agere debeat, ibi, qui per decẽniũ. In tertia punitur theologus, ibi, & quotiens, &c. In quarta cõceditur eidẽ priuilegiũ fauore studij. ibi: & vt liberius, & legitur vsque ad §. præfati. In primis aptanda est nobis singulis verbis congrua interpretatio. dicit iurisc. in l. item veniunt. vers. aptanda. ff. de petitio. hæred.

Verbum statuimus ius importat nouum.

a Statuimus.) Ius importat nouũ. cle. fi. de rescr. c. 1. de offi. delega. lib. 6. dixi in repet. l. vnicæ. not. 4. C. de sent. quæ pro eo ꝙ interest. Tamẽ quando ponitur super materia iam decisa, nõ importat ius nouũ, sed intelligitur secundũ subiectã materiã. vt in hoc tex. quia istud erat decisum in §. sequitur. eod. tit. in prag. Tradit Pan. & alij in c. decernimus. de iudic.

Limitat etiã Perus. in c. fi. §. 1. de deci. in 6. quãdo in principio cõstitutionis opponeretur verbũ declaramus. nam tunc verbũ statuimus, ibidẽ subsequẽs nõ erit iuris noui promulgatorium per text. ibi. idẽ coniunctim apponeretur, videlicet declaramus & statuimus per supra dicta. Nota tamen ꝙ verbum statuimus perfectã rem significat, & cũ effectu, non verbo tenus. tex. in c. in his. de verb. signif. quasi velit hic tex. dicere, istud statutum postquam animo condendi legem inter Gallos est factum, esse cum effectu seruandum, l. leges sacratissimæ. C. de legibus. c. in memoriam. 19. dist. gl. in verbo statuimus. in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. de præbend.

De dictione insuper.

b Insuper.) Id est, præterea. c. statutũ. §. insuper. de rescr. in 6. l. 1. C. cõmu. de leg. §. alia insuper. inst. de dona. gl. in §. insuper. de col. in prag. exponit insuper. id est, vltra vel præterea. quasi velit dicere text. quod reseruationes & gratiæ expectatiuæ sunt sublatæ in hoc regno. Potest tamẽ (vt supra diximus) Papa in ecclesiis metropolitanis, cathedralibus, & collegiatis canonicum creare ad effectum obtinendi dignitates. Et præterea tenetur ordinarius collator prouidere vni theologo de præbenda theologali, cum eidem theologo reseruetur, per hunc text.

Collatores ordinarij qui sint & ad quem spectet præbẽdæ theologalis collatio.

c Ordinarius collator.) Hi dicũtur ordinarij collatores, qui à Papa, vel cõsuetudine cõferendi habẽt potestatẽ. arg. c. à iudicibus. 2. q. 6. not. in c. ordinarij. de offi. ordi. in 6. & dixi in octaua principali. q. tract. nomina. & §. seq. Et hic ponitur ordinarius collator ad tollendũ dubitationes, quæ erãt in d. c. super. specul. de magist. ibi, Constituatur magister idoneus à prælato cũ capitulo, intellige, si collatio ad vtrũque spectat. si vero ad vnum tantum spectet collatio præbendæ theologalis, ille solus poterit conferre. c. cum ecclesia Vulterana. de elect. c. vno. ne sede vacan. in 6. Et dicitur ordinarius, qui iure suo potest conferre. glo. in verbo ordinario, in extrauagã. execrabilis. de præben. in extrauag. Ioan. 22.

Cathedralis ecclesia quæ dicatur.

d Cathedralis.) Cathedralis ecclesia dicitur episcopalis, quæ ob honorem cathedræ episcopalis sic vocatur: quia ibi cathedra episcopalis, & sedes sita est. Archi. in c. statutum. col. 1. de rescrip. lib. 6. Host. & alij in c. ne pro defectu. de elect. & metropolitana nomine cathedralis continetur. c. quãuis. 1. de præb. in 6. Ioan. mona. in c. vno. col. 1. de re rerum permut. in 6. & hoc quãdo non est expressum verbum metropolitana, quia tunc expressum facit cessare tacitum: vt hic, & l. cum filio. §. j. ff. de vulg.

Quid dicatur cathedraticũ & synodaticum.

Item dicitur cathedralis cuius ratione episcopus recipit cathedraticum. c. conquerente. de offi. ordin. c. pastoralis. de donatio. & 10. q. 3. c. placuit. Et dicitur cathedraticum id quod soluitur in honorẽ cathedræ principalis. Et aliquãdo dicitur synodaticũ, quia in synodo solui debet. Panor. in c. cum olim. de censib. Alias exactiones nõ potest episcopus facere. c. placuit. 10. q. 3. alioqui punitur in quadruplũ. c. quoniam. in fi. 18. dist. Henri. Boteus in tract. de synodo episcopi. 3. parte, arti. 1. nu. 86. cum seq. fol. 26. & solet appellari ab eis, si exactiones indebitas faciant, vel alias abutantur, à notario abusu ad senatum, qui abusus regni reformat, vt latè dico in rubr. de publi. concubi. §. quia vero. infra.

Metropolitana ecclesia quæ dicatur, & an veniat sub appellatione cathedralis.

e Metropolitana.) Ecclesia metropolitana dicitur archiepiscopalis. l. vna. & ibi glo. & doct. C. de metro. Beryto, lib. 11. c. vt ligantes. de offi. ordi. libr. 6. §. 1. de ecclesiast. tit. col. 9. & dicitur metropolitanus archiepisc. text. in c. referente. ibi, ad metropolitanum, videlicet Remensem archiepiscopum appellauit. de præben. à menstra, scilicet ciuitatũ & episcoporum, quibus præest. c. 1. 21. distin. Debet enim habere sub se decem vel vndecim ciuitates, & totidem episcopos. c. scitote. 6. q. 3.

Episcopus curiam regis adire an possit.

Et nullus episcopus curiã regis vel imperatoris absq; facultate aut licentia archiepiscopi adire debet. c. si quis episcopus. 23. q. 8. & ibi reprehenduntur Gallicani episcopi, qui nõ seruãt illã dispositionem. vnde dicit D. Ambrosius in c. conuenior. versi. quid ergo. 23. q. 8. Ad palatium imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quàm in ecclesia, &c. Nam legimus D. Petrum in atrio principis Christum negasse. ex quo dicit Guagui. in vita Caroli sexti, nonnunquam in Francia compertum esse plus damni in rempublicam inuehi, dum sacerdotis cõsilio res agitur,

agitur, quàm cũ prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus agẽdis præficitur. Ille enim nescio qua insatiabili ambitione omnia sibi vendicat, hic populi misertus & cõmunitatis detrimentũ esse ratus reipublicæ bene, vt potest, cõsulit. sequitur Maleret in tracta. de electio. fol. 59. col. 3. & seq. imo dicit text. episcopus aut sacerdos nequaquã seculi curas assumant, sin aliter, deiiciantur. 88. dist. in ca. episcopus. Lucas de Penna in l. milites. col. 2. C. de re milit. lib. 12. Item hic expressit metropolitanum, quia in materia odiosa, appellatione cathedralis, nõ venit metropolitana, licet sit cathedralis. vnde illegitimus dispẽsatus, vt possit etiam in cathedrali habere beneficia, nõ poterit habere in metropolina. Io. mona. & alij in c. quamuis primo. in fi. de præb. in 6. per c. primum. de filiis presbyter. illo libro.

Præbenda & canonicatus simul cõferri debent theologo.

canonicatũ & præbendam [a] theologalem [b]

a Canonicatum & præbendam.) Non ergo sufficeret conferre canonicatum theologo, & alteri præbendam, vel præbẽdam sine canonicatu, cum hic text. copulatiuè loquatur ad veritatem, cuius requiritur vtramq; partem esse veram. l. si hæredi plures. ff. de condit. instit. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. c. inter cæteras. de rescri. siue copulentur affirmatiuè, vt hic, siue negatiuè. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. obli. & copulat æquè principaliter. c. querelã. & ibi Panor. de simo. Bart. in l. si cui. ff. de fundo instruct. Ias. in l. Titiæ. ff. de legat. 1. etiam copulat diuersa gl. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & ibi addidi alia iura. nam nõ est congruum vt præbenda careat, qui in canonicũ noscitur esse receptus. c. relatum. de præb. valeret tamen, si conferret præbendam simpliciter theologalẽ consuetam conferri canonicis, & canoniæ inhærentẽ. tunc enim censeretur esse collatus canonicatus, & idem ecõtrario, text. sing. in c. proposuit. iuncta gl. in verbo inuestiuit. de concess. præb. & ibi Imol. plenè not. Barb. & alij in c. cum M. de constit. & idem tenet Barb. in c. eam. col. 7. num. 38. de rescript. facit. c. peruenit. 2. de appel. & c. proposuit. de cler. excom. ministr. vbi confertur præbenda, vel de ea quis inuestitur, & tamen nil dicit de canonicatu. vide fusius in d. c. cum M. & Domi. in c. si postquam Ancha. & alios in c. si clericus. & Perus. in c. cum ecclesia. de præben. in 6.

De copulatiua.

Collata præbenda an cẽseatur collatus canonicatus vel cõtra.

Item valeret impetratio, in qua fit tantum mentio de canonicatu, vel de præbenda tantum, quando inhærent, & sunt connexa, alioqui contra. Rota decis. 449. Quidam habens. in no. & decis. 547. vtrum. in antiqui. Card. cons. 103. casus super quos nu. 19. versi. confirmatur. Felin. & Decius in c. cum adeo. in princ. de rescri. Sic seruari in practica dicit Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte. q. 11. & Ancha. in rub. de concess. præb. in cle. Et ideo infert Aegi. de bella mera. cons. 34. supposito. col. 3. versi. suppositis. literas non dici subreptitias, si in eis fiat mentio de canonicatu, & prębenda, & in signatura siue supplicatione non fiebat, nisi mentio de canonicatu, quia vnum connexum trahit ad se alterum. arg. c. trãslato. de consti. nec vnũ plus dicitur quàm aliud continere, quod est notandum. & idem docet Staphile. in tracta. de literis gratiæ. in rub. de qualita. & statu benefic. versi. quid autem econtra.

Intellige etiam ecclesiã annexã præbẽdæ theologali esse theologo debitã, si qua erat, quia postquam habet principalẽ præbendã. ergo & annexã, & accessoriã, cũ sequatur naturã sui principalis. l. cũ principalis. ff. de reg. iur. not. in c. super eo. de præb. lib. 6.

Annexa etiã theologo est cõferenda.

Notandũ est ꝙ duplex est canonia, vna, quæ non cohæret præbendæ, sed per se ad tempus consistit. c. eum cui. c. si clericus. c. hi qui. de præb. in 6. & supra tit. proxi. dicitur, quòd Papa creare canonicum ad effectum obtinendi dignitates in illa ecclesia. Ancha. in rub. de concess. præben. in cle.

Duplex est canonia.

Et est quoddã ius spirituale de nouo creatũ. c. dilecto. de præbẽ. vbi melius declaratur quã alibi, in quo consistat possessio canonicatus. Primò in lectione euãgelij in sua hebdomada. Secundò quãdo episcopi electioni, & aliorũ negotiorũ tractatibus interfuit. Tertiò, quãdo domũ obtinuit, quæ nõ nisi canonico consueuerat assignari. Quartò quãdo ad osculum pacis cum aliis canonicis est receptus. ibi, licet alia videre. & in c. in Genesi. in fin. de electio. [Quintò quando lectiones legit in ecclesia. Sextò quãdo respõsoria, & alia cantauit. probatur in c. super. in antiq. de cõcess. præb. vbi sunt ista verba, qui à tempore receptionis in canonicũ locũ in choro, & capitulo, sicut alij canonici habuisti, lectiones legisti in ecclesia, & responsoria cantasti, &c.]

Possessio canonicatus quomodo probetur.

Altera canonia est quæ cohæret præbẽdæ, vt hic, qua possessa possidetur præbẽda. Feli. in c. cũ M. in gl. receperũt. de cõsti. vbi dicit præbẽdã quãdã esse tẽporalẽ sine canonicatu, quã potest laicus obtinere, per gl. ibi: & hæc datur de reb9 ecclesiasticis pro aliquo labore tẽporali alicui tanquã benemerito, vt aduocato, vel bidello. Altera est spiritualis, licet ei9 substãtia cõsistat in tẽporalib. & est canonicatui annexa. d. c. dilecto. Card. in c. fi. 12. q. de præb. & cons. 126. Roma. cõs. 328. præsens cõsultatio. col. 3. Pan. & alij in c. maiorib. de præb. & hæc potest cũ iure spirituali permutari. c. ad quęstiones. de rer. permut. altera nõ. arg. c. cũ esset. & c. querelã. de simo. & de ista loquitur hic tex. Et hic ꝓpriè capitur præbẽda pro iure percipiẽdi prouẽtus in ecclesia: interdũ largius sumitur pro quocũq; beneficio & dignitate, vt docet Aegidius de bella mera, decis. 647. si expectans. Felin. in ca. postulasti. col. 8. de rescript. Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in prima parte. q. 3. & sic capitur in rub. de præben. & in rub. de conces. præb.

Duplex est præbenda.

b Theologalẽ.) Dicitur theologalis, id est theologis affecta, & debita, & illis est cõferẽda: sicut dicitur de pbẽda sacerdotali, vt sit illa q̃ sacerdoti debetur, vel ille q. eã habet, ad sacerdotij ordinẽ promoueri debet. c. cõstitutus. de concess. præb. & ibi Panor. & Imo. c. ei cui. & c. cui de nõ sacerdotali. de pręb. in 6.

Sic dicitur vinum theologale, optimum vinum theologis (qui boni sunt vel esse debẽt) debitũ, quo vino vtuntur in prandiis magistralibus. & illa prandia ex septem decorantur, ex preciosis ferculis, quæ nõ debẽt mitti ad singulos magistros, sed in cõmuni deuorari debent. Archi. c. non oportet. 1. 42. dist. quod dicit facere cõtra inuitatos, vt nil debeant ad domũ mittere, sed vẽtrẽ repletũ referre, nisi cõsuetudo

De vino theologali, & prandio quod ex septem decoratur.

tudo esset in contrariũ: vt in nuptiis Biturigũ. decoratur etiam hoc theologale prandium ex suauibus poculis, ex generositate ministrantium, ex dignitate recumbentiũ, ex tẽporis congruitate, ex dilectionis charitate, ex locutionis alacritate. & hæc prãdia iustè sibi theologi vsurparunt, imitantes Christum, qui optimam cœnam habuit cum discipulis, in qua fuerunt septẽ supradicta. Alber. in verbo cœna. Sed hodie senatuscons. hæc prandia theologalia restrinxit, legem Didiam sumptum cohibẽtem imitatum (& tex. in c. fi. 10. q. vlt. etiam enormia prandia fieri prohibet, ne eo prætextu pauperibus theologis dãna incutiantur.) Voluit tamen ad sexaginta libras hoc solẽne prandium protendi posse, nisi in religiosis, qui vino theologali vti nõ solent suis impensis, cũ nil habeant: ideo dicit hic text. theologalem, non magistralem, quia nõ omnibus magistris est affecta hæc præbẽda, videlicet artiũ magistris. nam verbũ magister est generale pro omnibus docẽtibus. l. quibus. vbi scripsi. ff. de verb. signifi. doct. in rub. de magist. quamobrem dicit theologalẽ, id est theologis debitam, & non magistralẽ, quod est notandum.

a Inibi consistentem.) Id est, in ecclesia cathedrali & metropolitana, & est aduerbiũ compositum ab in, & ibi gl. in cle. vna. de regu. sic capitur in c. fi. ibi, inibi vacatura. de cõsuet. in 6. c. fi is cui: de præb. eo. lib. c. 1. §. statuẽte. de magist. Intellige collatorem debere cõferre præbendam, cũ facultas se obtulerit, id est cum primum vacare contigerit. tex. & ibi glo. in §. ordinat. eo. tit. in prag. antequam ergo vacet. non debet conferri, nec promitti. cap. 1. & seq. de conceß. præben. dico in verbo vacare. §. seq. & in prooemio supra.

inibi cõsistentem [a] conferre teneatur [b]

Quæro, quid si nulla præbẽda theologalis consistat? Respon. debet vna deputari simulátq; vacauerit, vt habetur in d. §. ordinat. arg. c. dilectus in 2. de præb. Ang. de clauas. in summa Ange. in verbo magister. in §. 8. vbi dicit ꝙ interim debet quilibet canonicus præbẽdatus dare tantũ, quamuis valet vna alia præbenda, si supersit aliquid. arg. c fi. de his quæ fiunt à maio. parte cap. c. de his de eccles. ædifi. Nec debet minima (si inęquales sint) isti theologo deputari, sed æqualis, cum omnes debeant esse æquales. c. cum omnes. & cap. cum M. ibi, pares. de constit. & ideo præbendæ sancti Hilarij, maioris Pictauen. & Lugdun. reductæ fuerunt per senatum ad æqualitatem, anno 1522. die 5. Martij. Reseruata tamen optio antiquioribus fuit.

Præbendæ Lugdun. & Pictau. ad æqualitatẽ reductæ sunt. Arrestum.

b Teneatur.) Verbũ præceptiuũ est. tex. in §. item ordo. cle. exiui. de verb. signi. gl. in c. duobus. in verbo teneantur. de rescri. in 6. gl. in §. insuper. de colla. in prag. & quod præcipitur. imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri. 14. q. 1. c. fi. ideo quocunque tempore hæc præbenda vacet, conferri debet theologo, cum hic non assignetur tempus, sicut in mensibus statutis nominatis & graduatis infra. & intellige quocunque modo conferatur, siue ipsi per se conferant, siue cum alio, siue eligendo conferant, vt fit in metropolitanis, in quibus capitulum eligendo confert, & dicitur potius conferre, quàm eligere. gl. in cle. quia. §. vt autem. in verbo electionẽ. de relig. domi. Feli. in c. in nostra. correl. 32. de rescrip. & hoc verbum conferre comprehendit præsentationem, institutionem, & aliam prouisionem, vt dico in §. statuimus. 2. infra eo. in verbo conferantur.

Præbenda theologalis quocunque tẽpore vacet, est theologo conferenda.

Quid si collator nolit conferre? Respon. supplebit superior immediatus. §. si quis verò. infra eo. per c. nullus. de iure patro. & c. 2. de magist.

Quid si nullus reperiatur theologus? Respon. debet conferri graduato in iure canonico, cum proximè accedat ad theologiam, vt dicam etiam infra, & in symbolisantibus facilior est trãsitus. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & quia etiam inhabiles in defectum habilium admittuntur. l. vt gradatim. ff. de muner. & honorib. l. cõsensu. §. super plagiis. C. de repud. text. in l. eos. ff. de decur. ibi, nam paucitas eorum qui muneribus publicis fungi debeant, necessario hos etiam ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, inuitat. nam deficientibus idoneis in vna ecclesia, de aliena quis potest assumi. c. nullus. & c. obitũ. 61. dist. Car. in cle. vna. oppo. 6. de suppl. neglig. prælat. vbi dicit, deficiente monacho sui monasterij, potest monachus alterius monastrij (eiusdem tamẽ religionis & habitus) eligi, vt dico in §. volumus. infra eo. in verb. & conformitatem. Et similiter tertia pars beneficiorum debet conferri nominatis, & graduatis, si tot nominati & graduati poßint inueniri. dicit text. in prag. sanct. eo. tit. §. & similiter. qui hodie non deficient.

Theologus si nõ reperitur in aliquo loco debet præbenda doctori in iure canonico cõferri.

Quid si spectet præsentatio ac prælatum cum capitulo, prælatus præsentat vnum, capitulum alterũ, vter istorum debeat institui? Respon. præsentatus per capitulum si idoneus reperiatur, quia ipsorum magis interest habere idoneum, quàm prælati, & scientia coalescere nequit, nisi sociata fuerit tradentis accipientísque concordia. Card. in d. c. quia. col. vlt. Vnde Quintil. lib. 2. orato. instit. inquit, Vt præceptoris est officium docere, sic & discipulorum præbere se dociles. Sed capitulum in singulos dies audiet istum theologum tam legentem quàm prædicantem, vt supra dixi, prælatus verò non, ergo istorum magis interest, ideo superior pro discretione sua ista ponderabit, quia oportet quod præsentatio seu collatio sit ritè facta, per ea quæ notat Fede. consi. 1. & aliàs consuluit neutram præsentationem valere.

Electus per capitulũ an præferatur.

Quæro, an theologus debeat insinuare? videtur quod non, quia hoc non dicitur in text. & clausula de insinuatione infra posita, ad istos non debet referri. arg. l. talis scriptura. ff. de lega. 1. & hoc expressè tenuit gl. in §. & similiter. in verb. tertiæ. eod. tit. in pragma. Contrarium teneo, quia voluntas per insinuationem theologi declaratur, vt infra dicitur, actu subire voluerit. Ideo dicerem ꝙ stãtibus theologis qui insinuauerunt, non debet aliis, qui non insinuauerunt, conferri præbenda theologalis. Si verò nullus theologus insinuauerit, & alij alterius facultatis etiam decretorum insinuauerint, dicerẽ theologum qui non insinuauit, eisdem, quo ad hãc præbendam præferẽdum, quia hic tex. rationem habet maiorẽ ad theologos, & potiorẽ quàm ad alios, ergo præferentur. tex. in §. exhortamur. eo. tit. in prag. vbi sic

Insinuare an debeat theologus.

vbi sic dicitur. Exhortamur ordinarios collatores, vt in coferendis beneficiis præsertim quo ad dignitates, respectum habeant singularem ad magistros, necnõ licẽtiatos, & bacalaureos formatos in theologia probatur in d.c.quia. Ergo quãdo repeteriuntur theologi, illis est præbenda theologalis conferẽda, si eam petant & requirãt.arg.l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de dãno infec.& in §.fi.infra eo.vbi dicitur, prosequentibus beneficia illis affecta esse conferenda, & sic debet intelligi gl.prag.sancti.[vnde si collata fuerit præbenda doctori decretorum, & nõ venerit theologus intra annum, excludetur ab interdicto vti possidetis, quod est annale.l.1.in fi.ff.de interdic.doct.in c.licet.de proba.& per triennium in possessorio & in petitorio, vt in decreto de pacific. possess.cautum est, quæ etiam scripsi in eod.tracta.]

vni [a] magistro [b], seu

a . Vni.) Nõ duobus, quia sectio præbendarum fieri non debet.c. maioribus.de præbend.& ecclesia vnius debet esse sacerdotis, & sacerdos debet esse vnius ecclesiæ.ca. cum non ignores.de præben.c.quoniam.de iure patro c.fi.21.q.2.Item duo non possunt ad vnam præbendam eligi.c.tuæ.de præben.

Pro resolutione huius materiæ notandi sunt casus sequentes.

Vna præbẽda duobus nõ debet cõferri.

Primus est, quòd duo non possunt ad vnam & eandem præbendam recipi, vt quilibet habeat dimidiam fructuum partem. ca.maioribus. & c.dilecto.de præben.& c.nisi.in fi.ibidem.

Secundus casus est, ex causa vna præbẽda potest in duas diuidi, qua diuisione facta, duo poterũt recipi.c.vacante.de præb.vbi dicit Panor. hoc procedere quatuor cõcurrentibus, sicut ex duabus ecclesiis, causa suadente poterit fieri vna.c.exposuisti. de præbend.& Petr.Perus.in tracta.de vnio. beneficio. per totum.& in tracta.de reuocatio.vnio. Alexand. consi.5.in consultatione.col.2.in 5.volumi.

Duo an possint ad vnã præbẽdam recipi.

Tertius casus, non valet receptio duorum ad vnam præbendam, etiam si facultates vtrique sufficerent. Pan.& Imol.in d.c.vacante & d.c.maioribus. Intellige quando duo simpliciter reciperentur ad illam præbendam, secus si ex causa rationabili & animo declarato vt diuideretur, & sic his duobus daretur. Moder.in c.cum M.in glos.in verbo duos. de constit. & hoc videtur probare d.c.vacante.ibi, constituens, id est constituere intendens, vt ibi dicit Host.& sic sufficit propositum expressum, licet non sit facta diuisio temporalium quantum ad effectum iuris videlicet vt valeat ipsa receptio.& sic ad ea quidẽ quę sunt iuris sufficiet diuisio facta ex proposito, secus verò quo ad factum, ad hoc, vt partes assignentur cuilibet recepto, quia in his requiritur diuisio, Panor. in d.c.maioribus. & sic conciliabuntur opiniones.

Item intellige nõ posse beneficium aliquod dari duobus, quãdo eis vt singulis assignaretur, secus autem si vt collegio, quoniam tunc nequaquam contingeret aliqua sectio, sed ipsum corpus collegij repræsentat personam vnius, arg.l.mortuo. ff.de fideiuss. Panor.in c.tuæ.in 2.not.de præb.nam quamuis plures sint, tamen vice vnius funguntur, vt ibidem dicitur.licet in delictis vniuersitas non fungatur vice vnius per text.in l.semper.§.si in sepulchro.ff. quod vi aut clam. quem Bart.pulchrè not.in l.aut facta, §.fin.nu.9.ff.de pœn.& Boërius in tract.de seditiosis. de hoc multa dixi in §.monemus. in verbo vniuersitates.infra eo.

Quartus casus est, quando vacat canonicatus cui est annexa præbenda, & duo à toto capitulo simpliciter eliguntur in canonicos, & de præbenda nil dicitur, tunc valet electio, & præbenda debetur primo recepto: & si simul essent recepti locus est gratificationi.glo.Pan.& alij in d.c.cum M.per tex.in c.pen. de rescr.in 6.c.dilecto.de præb.

Quintus casus est, si vacante canonicatu & præbenda duo recipiantur cum hoc pacto, vt vnus habeat præbendam, & alius expectet primam vacaturam, tunc ratione incertitudinis, neutra receptio valebit. secus si expressum sit quòd Petrus debeat habere præbendam nunc vacantem & Ioannes vacaturam, quia respectu Petri receptio valet, & respectu Ioannis non: quia est contra concilium Lateranens.in c.2.de conces.præben.tex.in d.c.tuæ. & c.dilecto, de præben.& vtrobique per Imol.

Sextus casus est, ꝙ plures possunt recipi ad vnã præbendam consistentem in mera temporalitate. Panor.in d.ca.tuæ.& hoc casu potest duobus laicis dari, vt illam communem habeat, sicut possunt canoci omnes viuere ex reditibus communibus.

Septimus casus est, quando duo recipiuntur ad eandem præbendam diuersis temporibus, valet receptio vtriusque, sed primus habebit præbendam, secundo verò desuper excrescentibus fructibus erit prouidendum.text.in ca.cum M.de constitut.& ibi Barb.col.34.

Octauus casus est, quòd non valet collatio beneficij facta duobus, vt alternis annis vtantur, quia esset contra cõcilium Turonen.positum in d.c.maioribus.nec obstat.l.quotiens.ff.de vsufruct.quia loquitur in vsufructu, qui est diuiduus l.1.§.si vsusfructus.ff.ad leg.falcid.ius verò præbendæ non. Card. in d.c.tuæ.de præben.& ibi Imol.col.vlti.quia sicut non potest scindi realiter, sic nec temporaliter.

Collatio cõditionalis quando valeat.

Vltimus casus est, non valet receptio facta de secundo sub conditione, si primus eam noluerit, secundus habeat: quia collatio conditionalis non valet.glo.in c.2.de electio.in 6.valebit tamẽ collatio facta primo, quia illa conditio, si voluerit, tacitè inest.c.relatum.ibi, si vacat.de præben. nec censetur electio de primo facta conditionalis, dum dicitur, eligimus Ioannem, & sic noluerit, eligimus talem. sed electio secundi sic. licet contrarium teneat Panor.in d.c.tuæ. Intellige quòd vnus collator debet conferre vni theologo, & alter alteri, nõ quòd omnes vni cõferre teneantur, quia vni præbẽdæ theologali vix dignè vnus seruire potest, ergo multo minus duabus.c.1.de consuet.in 6.

Magister dicitur in theologia & in medicina, & quare.

b . Magistro.) Magister propriè vocatur in theologia, eo ꝙ sectator Christi est, vel esse debet, quasi theogonius.gl.in cle 2.in verbo doctoratus.de magist.vnde Christus dixit, Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis. In medicina etiam potest appellari magister in l.magistros. C.de profess.& medic.

medic.lib.10. Ex consuetudine in Montepessulano doctores regentes in medicina vocantur magistri reuerendi,quasi ab scholasticis & aliis reuerentiam habeant,vel habere debeant,vt dicit Salomon, Honora medicum, propter necessitatem creauit eum dominus. Et etiam magistri artium vocantur magistri cum adiuncto communius, & etiam sine. c.1. & c.quia.de magist.c.1.in 24.q.5.in fi.vbi vocantur magistri liberalium artium. & appellatione magistrorum veniunt doctores cuiuslibet facultatis. c.1. & ibi Barb.no.de loca. sic etiam legum doctores dicuntur magistri legum,text.in procemio ffo rum. in §.his igitur.& ibi glo.& Feli.in rub.de magist.

Doctores iuris domini vocantur, & cur.

Ex consuetudine tamen doctores iurium appellantur domini:alterius verò facultatis magistri.gl. in auth.habita.C.ne filius pro patre.glos.in clemen. vlti.de magist. Panor.in quæstione incipiente Gandulphus.col.7.Feli.in c.1.col.vlt.de magist. Et iurium doctores insequuntur etiam Christum, qui voluit dici dominus: Vos vocatis me magister & domine,& quia omnibus dominantur, ideo domini dicuntur,&c.Et puto eos recusasse nomẽ magistri,ne facerent contra dictum Christi. Matth.23. Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus.

Aliquando tamen doctores etiam theologi vocantur domini.1.ad Timot.1.& c.sit rector.43.dist. Differentiam tamẽ inter doctores & magistros tradit Archi.in c.de quibusdam.37.dist.

Artifex ei vocari debeat magister.

Item cuiuslibet doctrinæ præceptores magistri vocantur.l.quibus.ff.de verbo.signifi.& ibi dixi.Est tamen differentia,quia quãdo artifex vocatur magister, debet poni à parte post, vt Petrus magister faber, vel latomus. Si verò magister vocetur doctor theologiæ, vel alterius disciplinæ, debet dici à parte ante, vt magister Petr.Hosti.in summa. de magist.§.j.

Quare doctores theologiæ vocẽtur magistri nostri.

Ex consuetudine doctores theologos vocamus magistros nostros, & puto eo consuetudinem introductam esse,quòd sunt cõmunes omnium, tam in prædicationibus,quàm in lectionibus gratis seruiendo:ideo quilibet eos nostros appellat, sicut fatuus maritus vxorem nostram,& non suam vocat, contra text.in l.Lucius. §.j.ibi, mulieri meæ.ff.de leg.3.& l.vxori meę.de vsufr.leg.& l.filium.de opt. lega.vide text.in c.quod autem.ibi,& non solũ quæ dicunt sua, sed etiam nostra.23.q.7. sic Papa vocat cardinales scribendo in genere fratres nostros. secus si exprimat nomen proprium. ita Bonifac.in procemio cle.Ioannes.num.4.& sic ecclesia dicitur nostra, quia nemini claudit gremium,sic & isti doctores magistri nostri dicuntur.l.fi.circa fin.ibi, nostras diuinas domos. C.de quadri.præscri.ergo doctores aliarum facultatum non debent vocari magistri nostri,quum non sint communes omnium sine mercede,sicut theologi.

Molestum non debet esse vocari magistrũ, sicut erat scholasticis Tholosæ.

Notandum est quòd is magister solum meretur dici,à quo totum & quicquid vbique dubitatur, potest & debet in eo inueniri. Hiero.lib.2. super epist. ad Ephes.quem refert Lucas in l.medicos,col.1. C. de professo.& medi.lib.10. Ideo non debet aliquibus esse molestum, si magistri vocentur, maximè quando est illa consuetudo, vt Tholosæ mea memoria erat,tamen scholastici grauius ferebãt,quàm si vocati essent canonici de petra vel de grauia.

Qualis debet esse theologus.

Qualis debet esse iste theologus? Gene.47. dicitur,quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

Primò ergo debet esse notus in bonis moribus, & scientia à superiore,qui eum debet præficere ad theologalem præbendam, vt dicitur Numero.11.c. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel,quos tu nosti,quod senes populi sunt & magistri.& præcipitur Prouer.27.c.diligenter agnosce vultum pecoris tui,tuósque greges considera.

Secundò debent esse viri,id est,fortes in increpatione,non in adulatione.Luc.19. Magister, increpa discipulos tuos. & Marc.4.Magister, nónne ad te pertinet,quia perimus?

Tertiò requiritur industria,id est, scientia & doctrina.3.Reg.c.11.dicitur. Videns Salomon adolescentem bonæ indolis, & industriam constituit eum præfectum.

Item in c.2.de magist.statuitur eligendos esse viros prouidos, honestos, & discretos. idem in l.1.C. de conde.in publi.horreis,lib.10. quod nobilis prudens & discretus eligatur.

Item dicitur 8.q.1.c.oportet eum qui instruit animas rudes esse talem, vt pro ingenio semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere.Debet ergo apprimè esse eruditus & doctus,irreprehensibilis,maturus, pauidus, & inter plures is est præferendus, qui doctior est, qui sanctior,& qui in omni virtute est eminentior. ca.licet ergo.8.q.1.Si tamen fuerit vnus theologus concionator & mixtus in iure canonico,is erit præferẽdus alteri,qui tantum est subtilis in disputatione de trinitate,de natura angelorum,& metaphysicalibus,& aliis subtilitatibus,per c.eum sit ars artium.de ætat, & qualit.c.nisi cum pridem.de renunc.not.in c.1.de consang.c.inter cætera.de offic.ord.c.quia nonnulli.& seq.de magist.& sic fuit Romæ consultum teste Prouincial.fol.37.concurren.&c.

Theologus cõcionator est præferẽdus aliis.

Regularis præbenda regulari est cõferenda.

Intellige secundum conditionem suæ personæ, quia monacho prouideri debet in ecclesia regulari, seculari vero theologo in ecclesia seculari. Nam verba debent intelligi secundum conditionem personæ ad quam referuntur.l.plenum.§.equitij. ff.de vsu & habita.l.librorum.§.quòd tamen Cassius. de leg.3.l.ex militari.& ibi Bart.ff.de testa.milit. vnde si fiat bãnum,vt quisque vadat in exercitum, debet intelligi secundum qualitatem & cõditionem suæ personæ.Bart.in l.si nõ sortẽ.§.libertus. ff.de condi. indeb.Bal.in l.liberti.C.de oper.libert.Si tamẽ non inuenirentur seculares ad illam præbendam poterunt eligi religiosi.c.quòd Dei timorem.de statu monach. ca.inter quatuor. de relig.domibus: quia melius est præponere religiosum doctum, quàm secularẽ ignarũ.c.sunt nõnulli.16.q.1. Et ista dispar professio est tolerabilis in defectum.cle.1.de elect. Nec obest quod monachus habeat officiũ plagentis,non docentis.c.monachus.16.q.1. quia ibi intelligit glo.quando non habet curam animarum, vel nisi eligatur ad docendum,vide ibidem.

licentiato [a], aut baccalaureo formato [b], qui [c] per decennium [d]

Licẽtiatus an veniat appellatione doctoris.

a Licentiato.) Et sic appellatione doctoris non venit licentiatus: alioqui text,non expresisset,& quia requiritur aliud examen in eo,& secunda approbatio,nec prima sufficit. l.magistros. C.de profess.& medic.lib.10.& ibi Bart.ita tenet Ang.& Bauer.in §.sed & si quis.insti.de testa.milit. Et Bolog.in repet.auth.habita.nu.186. C.ne filius pro patre.Idem tenuit Bal.in l.1. C.illo tit.licet cõtrarium dicat in l.1.ff.solu.matri. videlicet in fauorabilibus, sed non in odiosis,cõprehendi.quod nõ est verum, alioqui essent melioris cõditionis quàm doctores. vide Feli.in proœmio decreta. Greg.nu.18. Ias.in l. ad egregias.in fin.ff.de iureiuran. & quòd non gaudeant priuilegiis doctoribus addictis, fuit decisum in Parlamento,eo quod non habent illam dignitatem, vt refert Guido Papæ in decis.Delphina.q.390. Sed quid de licentiato,&c.vnde dicit patruus meus Rebuffus in l.stigmata.col.2.C.de Fabric.lib.11.quod si licentiatus impetrauerit beneficium à Papa tanquam doctor,non valet impetratio:quia birretum est doctoris insigne seundum eum.vide in regula cancellariæ Iulij 21.in tertia parte.& Bal.in l.Athletæ. in principio,per illum text.ff.de excusat.tut.& licentiati vel baccalaurei non possunt interpretari publicè iura,quia hoc dignitati doctoreæ inhæret. teste de Ripa in l.ex facto.nu.8.ff.de vulga.hoc tamen prohibitum à iure non inuenio, vt scripsi in scholastico.priuileg.vbi dixi baccalaureos etiam posse legere, vt addiscant. Firmat Panor.& alij in c.1.de fer.quod est verum si profiteantur tanquam scholastici,vel licentiati,vel baccalaurei, non tanquam doctores & iuris professores,alioqui punirentur,per l.eos.§.qui se pro milite gessit.ff.de falsis.

Licẽtiatus & baccalaurei an publice interpretari possint.

b Baccalaureo formato.) Ad differentiam simplicis dicit,cui nõ tenetur ordinarius collator conferre hanc præbendam: quia postquam de vno exprimit,videlicet de formato,ergo de alio negare videtur.c.qualis.25.distin.ca.nonne.de præsumpt.l.cum prætor.ff.de iud.Fallit quado nullus baccalaureus formatus esset,vel alius doctor seu licentiatus.arg. l.vt gradatim.ff.de muner.& hono. vel quando alij non prosequerentur.§.fi.infra eod.

Ordinarius an possit baccalaureũ doctori præferre.

Quæro si ordinarius collator habeat doctorem, licentiatum,& baccalaureum an possit alteri quem velit coferre? Videtur quòd sic,quia in alternatiuis est electio debitoris.l.3. ff.de eo quod cert.loc.& l. plerũque.ff.de iur.dot.

Contrarium teneo, quia primo nominatus censetur esse dignior.l.1. C.de albo scriben.Et doctor est hic primo nominatus: item primo nominatus præsumitur esse magis dilectus.Ias. in l.1.§.fin.ff.de vulg.& primus debet prius admitti quàm secũdus. l.quoties.ff.de vsufr.Et hæc videntur probari in §. si quis vero.ibi.contra prædictum ordinem, & qualificationes superius ordinatas.infra eo. Ecce ergo quomodo secundum ordinem debent preferri,atque admitti.& hoc probo per gl.in c.metropolitano.63. dist.dicentem, qui prior est in ordine, prior erit in electione,& ibi allegat alia iura. latè Feli.in c.cum dilecta.col.3.& seq.versi.ordo scripturæ de rescrip. facit gl.in regula,in alternatiuis. de reg.iur.in 6.& sic primo doctor recipi debet, quàm licentiatus, primo licentiatus quàm baccalaureus,& baccalaureus formatus prius quàm alius simplex.

Alioqui posset ordinarius semper repellere doctores,& baccalaureos doctoribus præferre, quod esset graue & iniquum.

Nisi Papa baccalaureum præferret magistro, vel licentiato,vt scripsi in §.declarantes. in gl.quomodocunque,de mand.apost.infra.

Quare dicatur Baccalaureus formatus.

Et potest dici formatus quasi formosus, & bene ordinatus & compositus.Bal.in l.ius ciuile. col.1.ff. de iusti. & iure,per l.an inutilis. ff.de acceptil.Psal. 44.Speciosus forma. Item formẹ dicitur quod habet perfectionem,informe,quod non habet.Bart.in l.si is qui quadringẽta.§.quædã.ff.ad leg.falc.facit l. 1.§.1.& §.opus.iũcta l.stipulatio.§.opus.de ope.noui nuncia.Et vbi quis totum contractum approbat, dicitur formatus,siue formis,vbi non totum,informis,vt si non approbet qualitatem.Bal.in l.cum interdictæ.C.arb.tut.Et iuramentũ dicitur formiter præstitum,quãdo est expressa causa.l.si duo. §.pen. ff.de iureiur.informiter quando sine causa.vt ibi, & sic dicitur hic baccalaureus formatus [id est, canonicè factus,quemadmodum formata dicitur canonica epistola.c.si.71.dist.& 73.dist. in summa.] quia non ante tempus sumpsit gradum,sed secundũ statutorum formam Bal.in rub.de postu.prael. col.2. quia teste Arist.in li.de quinque substantiis, forma est lumen pulchritudinem,essentiam,& signũ omnibus tribuens.Multa tradit P.Berchorius in reductor.moral.lib.6.de forma.Et solemnitas præsumitur circa,ea quæ formiter acta sunt,& non circa informia.l.2.§.circa. ff.de doli exceptio. Bald.in §.si quis per triginta.col.2. si de feudo contentio fuerit inter domi.& agna.vassa.

De pronomine qui.

c Qui.) Declaratiuè ponitur,non restrictiuè. glo. in prag.sanct.eo.tit.Et sic debet intelligi, videlicet vt præbenda theologalis conferenda sit magistro, licentiato, aut baccalaureo formato, qui videlicet prædicti per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerint,id est,si studuerint.l.stichum.& l.seq. ff.de leg.1.nam quãdo qualitas, quæ ponitur per relatiuum conuenit cuilibet de genere.stat declaratiuè.l.omnes. ff.de iusti.& iure.& hoc relatiuum ad omnes præcedentes personas refertur,etiam si esset numeri singularis.l.hæres meus.§.vxori.ff.de leg.3. Bar.in l.Plautius.ff.de auro.& arg.leg.Et quot modis ista dictio,qui,accipiatur,tradit Bart.& alij in d. l.omnes.& l.1.C.de summa trinit. vbi cernere licet: vt materiam tantum text.congruentem prosequar, alia non scribo.

Decennium debet esse completũ.

d Per decennium.) Intelligo cõpletum, quia dictio per, denotat perfectionem.l.vrbana. §.pernoctare.ff.de verb.sig.& ita dicit gl.in c.veniens, in 2. de sponsa.& c.si constiterit. de accusa.& in regula cancella.Iulij 2.in 4.parte. & nedum perfectionem actus significat, sed temporis continuationem. Io. And.in add.ad Spec.in tit.de teste.§.nunc videndũ. in j.addit.Siue hi theologi sint nobiles,siue non, debent studuisse per hoc tempus, cum in studentibus

tantum

tantū iuri canonico & ciuili reperiatur tempus abbreuiatum in §.præterea.infra eo.tit.vbi dicam. & tantum tempus requiritur in vno sicut in alio quo ad effectum huius text.

Vniuersitas super tēpore studij nō dispensat. Nec posset facultas theologiæ,imò nec tota vniuersitas contra hoc dispensare. gl.in verbo studuerit.§.ordinat.de colla.in prag.allegat.not.per Inno. in c.2.de eo qui furti..ordines recepit.quia inferior non tollit legem superioris.cle.ne Romani.de elec. & quia non seruarēt formam hic præstitutam, sine qua actus nō subsistit.l.cū hi.§.si prætor.ff.de trāsac. *Statutum magistrorū artium an valeat.* Et sic non valeret statutū facultatis, vt tempus quo quis erit absens,computetur,vel tempus quo reget in grammaticalibus, cū non possint immutare formam in his concordatis,præstitutam, vt alibi dico. Traditur 1.ad Tim.5.ca.Nemini citò manus imponas,quis tam arrogans,támque impudēs inuenitur, qui in cœlesti militia (quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda) statim dux esse desiderat,cum tyro antea nō fuerit? & prius velit docere,quàm discere assuescat?c.si officia.59.dist.& dicitur longo tēpore,disce,quæ postmodum doceas.c.sic viue.16.q.1. ne prius sis magister,quàm discipulus.c.seq.& 1.Esdræ 7.dicitur,Esdras parauit cor suum ad inuestigādum legem Domini,vt faceret,& doceret.& in modico tēpore non potest quis multa addiscere gl.in c.tum ex literis.in verb.instructus.de restit.in integr.& ad res magnas & arduas expediendas nō sufficit paruum tempus. Bal.in §.itaque,in procœmio ffotum. ideo statuitur hic decennium,vt patet in tex.

in vniuersitate [a] studij generalis [b] priuilegiata [c] studuerit [d],

In vniuersitatib. studendum. a Vniuersitate.) Et sic si studuerit extra vniuersitatem, nō sufficit, vt hoc text.quia priuilegia data sunt tam legentibus in vniuersitate,quàm discentibus,non domi, vt in procœmio decretal.& in procœ.sexti.ibi, Bononiæ commorantibus.& c.tuæ.de cler.nō resid.nisi tempore pestis domi studuisset,quia tunc perinde esset, ac si in vniuersitate.doct.in l.recusare.§.fin.cum l.seq.ff. ad Treb.de Ripa in trac.de peste latissimè tradit. tu illum videto.& sic facit cōtra scholares, qui in vniuersitatibus vagantur, & non student, vt non debeant gaudere priuilegiis.dico tamē latius in scholastico priuilegio 165.

Studentes in castris non gaudēt priuilegio. b Studij generalis.) Hæc verba addita sunt vltra pragmaticā & nō sine misterio,quia vnumquodq; verbum non est sine virtute operandi.dicit Bald.in rub.C.de contrah.empt.q.9. ideo si in villis vel castris studuerit,non poterit hoc priuilegio gaudere. gl.in prag.sanctio.in verb.priuilegiata,vt in gl.proxima dixi.Item excludit studentes extra studiū generale,etiam si in vniuersitate.vt Auraicæ. nam ibi non est studium generale, cū nemo ferme ibi studeat,nec legat.ideo priuilegia concessa legentibus & studentibus,non competunt nisi legant, vel studeant in studiis generalibus, & approbatis.Bart. & Alber.in §.hæc autem tria,in procœmio ffotum. vide tex.in cle.dudum.in verb.in studiis autem generalibus.de sepul. & d.c.tuæ.vbi dicitur ꝙ vniuersitates in quibus non est competens exercitium studiorum,non gaudent priuilegiis.c.2. de priuileg.in 6.fallit,vt scripsi in scholastico,priuileg.34.Iuuat ergo studere in famosis vniuersitatibus, tum propter doctorum authoritatem,quæ maior est, & doctiores sunt quàm in aliis non famosis. tum propter vrbis authoritatem,teste Cic.in procœmio offic.

c Priuilegiata.) Hoc ponitur ad tollendum illos, qui student vltra montes, vel in alia vniuersitate extra regnum.nam tales,etiam si studuerint decennium,non possunt habere præbēdam in hoc regno theologalem. nam illa vniuersitas non est ad hoc priuilegiata,quia nō esset bonum sumere panem filiorum vniuersitatum Franciæ, qui ibi studuerunt, & dare exteris,id est,extra vniuersitates regni promotis, & hoc extantibus incolis regni. vide tamen quæ dico in trac.nominat.in q.10. Et sic postquā requirit studiū in vniuersitate priuilegiata, ita & gradū.& sic graduatus sub bulla nō posset habere præbēdam theologalē. probatur in §.præfati.in 2.infra eo.& infra dicam fusius. Et verbū studuerit in hoc text. positum perfectam rem significat.l.1. ff.quod quisque iur.quasi velit dicere tex.illi cōferatur præbenda theologalis,qui per decennium studuerit, & magister vel licentiatus aut baccalaureus formatus effectus fuerit in vniuersitate priuilegiata.vide quæ dico in glo.studuerint.§.præterea.infra eo. *Extra regnū promoti non gaudent priuilegiis regni.* *Graduati sub bulla præbendā theologalē obtinere nō possunt.*

d Studuerit.) Debet enim esse ante discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit qui minimè literis operā dederit, præceptor esse non potest literarum.ca.si.59.dist. glo.in eo.tit.& verbo studuerit.in prag. *Nouē requisita antequā præbendā theologalē aliquis habere possit.*

Nota nouem requiri ad habendam hanc præbendam theologalem.

Primò, ꝙ saltem sit baccalaureus formatus in theologia. Et sic gradus requiritur, nec sufficeret studuisse,nisi haberet gradum, vt in nominationibus dicitur in §.præterea,infra eo.

Secundò,ꝙ in ea decennio studuerit completo, vt supra dixi in verb.per decennium, per illud verbum,& ante gradum,vt infra dicam: & licet facultas Theologiæ conferre gradum alicui possit ante decē annos ex priuilegio,tamē hic graduatus non erit capax præbendæ theologalis, vt glo.in d.verb. studuerit,tenet quia sublato vno impedimēto aliud remanet.c.vno.de filiis presbyter.in 6 in aliis graduatis,vide quæ dico in § pręterea.in gl.studuerint. infra eo.Item requiritur ꝙ sit examinatus, alioquin non valet gradus,arg.c.fi.34.dist.Barb.in cle.vna.de iureiur.c.si qui fine.81.dist.scripsi in glo.cum rigore examinis,in §.j.supra de regia ad præla no.fac.

Tertiò,quòd in vniuersitate studij generalis priuilegiata studuerit,nec sufficeret studuisse in villis. §.illud.in procœmio. ff.c.tuæ. de cler. non resid. & supra dixi in gl.studij.

Quartò, vltra gl.requiritur ꝙ illa præbēda cōsistat in ecclesia metropolina, vel cathedrali. ibi, in text.cathedrali,ac etiā metropolitana.ergo si esset in ecclesia collegiata tantum,non procederet hic tex.

Quintò, ꝙ in vniuersitate priuilegiata, & non sub bulla promotus fuerit,vt in tex.dicitur,priuilegiata,&c.& dixi in eo.verbo.

Sextò, ꝙ in vniuersitate regni, & nõ extra regnũ promotus sit, vt patet in princip. concordato. & in §. monemus. infra eo. dico in tract. nomina. q. 10.

Septimò, requiritur, quòd onus residentiæ, lecturæ, & prædicationis actu subire velit, vt hoc in text. inferius exprimitur.

Factus inhabilis non amittit præbendã theologalem.

Octauò, ꝙ illud onus subire possit, quia si esset inhabilis ad lecturam, vtpote mutus, vel aliter imperfectus, non esset huius præbendæ capax. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. vt dicam infra in glo. velit. Si tamen efficeretur mutus, vel alias imperfectus, postquàm adeptus est prębendam theologalem, eam nõ amitteret, per l. cæcus. ff. de iudic. l. 1. §. quamuis. in fin. de postul. l. infamia. C. de decur. lib. 10. l. etiam. 2. ff. de autho. tuto. quia facilius impeditur promouendus, quàm deiiciatur iam promotus. c. quicunque pœnitens. & ibi gl. 50. dist. Pan. cõs. 47. Nicolaus in 1. vol. sed eo casu per substitutum seruire poterit, per not. in l. nemo. ff. de duobus reis. & tũc teneretur habere alterum theologum, qui & prędicaret, & legeret, vt ipse tenetur, si reditus sufficerent.

Vltimò, quòd semel saltem in hebdomada legat. cessante tamen impedimento legitimo, vt in hoc text. Ecce multa requisita in hoc theologo, & præbenda, quæ ex text. eliciuntur, no. ea, quia non inuenies sic declarata.

Onus beneficio imponi non potest.

a onus [a] residentiæ [b] lecturæ

a Onus.) & sic onus potest imponi beneficio, vel ex statuto, vel fundatione. c. sinificatum. de præb. c. eleuterius. 18. q. 2. Inno. in c. cum dilectus. de consuet. glo. & doct. in c. olim. 1. de restit. spol. Et hoc antequam fiat sacrum, quia res nõn sacra seruitute affici potest. vt in rub. de seruit. est videre, sed posteaquam res est Deo dedicata, nõ recipit seruitutẽ hominis. arg. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. Ideo parrochiani laici non possunt ecclesiis iam fundatis præficere sacerdotes, nisi in fundatione id sibi reseruauerint. Bal. in c. sacrosancta. col. vlt. de elect. Et liberatio huius oneris non potest per theologos præscribi, etiam per mille annos, cum singulis sub hoc onere hæc prębenda detur. Et sic omnes qui oneri non satisfaciunt, sunt in mala fide, ideo non præscribunt c. vigilanti. & c. fi. de præscrip. regula possesso. de reg. iur. in 6. & hoc est onus reale ꝙ transit ad quæcunq; res vadat. d. c. significatũ. & ideo nõ poterit theologus pẽsionem huic præbẽdæ imponere, ne duplici grauetur onere. c. at si clerici. in fi. de iud. sic fuit iudicatum in senatu Burdeg. vt refert Boër. in suis decis. q. 226. pensio.

Theologus nõ præscribit hoc onus impositum.

Pauci ad onus, multi verò ad honores aspirant.

Nota tamen ꝙ onus sine aspiratione scribitur, quia nullus ad id aspirat. honor verò cum aspiratione scribi solet, quia fermè omnes ad illum aspirant. hoc expresè tradit Io. And. & Imol. in ca. ad aures. de reb eccle. non alien. Facit rub. C. si seruus. aut libertus ad decur. aspirauerit. lib. 10. & l. Lucius. §. idẽ. Respon. si per accusatorem. ibi, medio tempore honorẽ appetere. ff. ad munici. Vide quãdo spiritualia conditionẽ recipiãt per Bal. in c. significasti. de elec.

b Residentiæ.) Per seipsum. c. quia nonnulli. de cleri. non resid. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. & continuo. & ideo nõ posset habere beneficiũ aliud requirens residentiã ex statuto, vel consuetudine. si tamen obtineret secundũ, per adeptionẽ illius secũdi nõ vacaret ipso iure præbẽda theologalis, per c. referẽte. & c. præterea. de præb. quia iura correctoria loquentia in curatis, nõ habẽt locũ in hac præb. gl. in verbo residẽtiæ. eo. tit. in prag. nam quando requiritur residentia ad finẽ priuationis reddituũ tantum, vt hic, tunc per acceptationem secundi non videtur renunciare primo, sed non habebit redditus, quia quo ad titulum nulla est incompatibilitas, sed solum respectu reddituum: ideo per acceptationem secundi non videtur renunciare primo. Inno. Ant. & alij in c. fi. de cleri. non resid. Et istud est singulare, teste Barb. in cle. gratiæ. col. 11. in glo. beneficium. de rescrip. Et quid si ex statuto iurato teneatur quis ad residentiam, & quòd non possit aliud beneficium obtinere, an possit impetrari dispensatio istius statuti? vide per Aegid. de bella mera. in consi. 34. supposito. col. 1. vbi tenet quòd sic, dummodo ista exprimat, dic vt inferius in vers. quæro. [Sed per adeptionem istius præbendæ videtur renunciare gratiæ ad aliud beneficium incompatibile. per cle. gratiæ. & ibi glo. in verb. beneficium. de rescript. vide quæ scripsi in §. volumus. infra eo.]

Non vacat ipso iure præbenda theologalis per adeptionem secũdi beneficij incompatibilis.

Theologus residẽtiam causa voluptatis non deserat.

Et hanc residentiam causa voluptatis non debet deserere. c. significatum. de præb. sed si vocaretur à superiore, posset discedere. Decius in d. c. significatum. in vlti. not. quia authoritas superioris semper censetur excepta. c. venientes. de iureiur. c. fi. de prohi. feudi alie. per Feder. etiam in iuramento. Ideo si quis iurauerit, nõ exire domo per quindecim dies, si citatus à iudice ante terminum exiuit, non incidit in periurium. Spec. in tit. de citatio. §. 1. vers. quid si quis. & si scholaris iurauerit non discedere à Lutetia, antequam soluat suo creditori: si iussu patris discesserit nõ erit periurus. l. fi. & ibi Alex. ff. qui satisd. cogan. Scripsi in 73. scholastico priuileg. Et si quis iurauit soluere, non est periurus, si iudex prohibuerit ei, ne soluat, nec incidit in pœnã, etiã promissam, si fraus nõ interuenerit. Archi. in c. dixit. 14. q. 5. Alber. in l. si quis id quod. col. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Fel. in c. cõstitutus. col. 6. vers. amplia tripliciter. de rescript. Multa scripsi in rub. de cleri. non resid. quæ si hic trãscribere vellẽ, lectorẽ fastidio darem.

Iurans soluere non erit periurus si superior inhibeat ne soluat.

Theologus an licentiã quando discedit petere teneatur.

Quæro an theologus teneatur petere licentiam, quãdo discedere vult à sua præbẽda? videtur quòd sic. c. relatum. de cler. nõ resid. vbi etiam dicit Ioan. And. & Card. ꝙ non sufficit eam petere nisi impetretur. Resp. petendã esse facultatem discedendi, si copia superioris possit haberi sine periculo personæ, alioqui contra, vtpote si in domo theologi vigeat pestis, quia tunc locus & tempus petere facultatem nõ patiuntur. l. 1. ff. de exerc. actio. Ioan. And. Pan. & alij in d. c. relatum. de cleri. non resid. Imol. in c. inter quatuor. illo tit. dicit lex eum non teneri, qui denunciare nõ potuit. l. itẽm quæritur. §. exercitu. ff. loca. Et si prælatus deneget cõcedere hanc facultatem, poterit theologus adire superiorẽ, vt illũ cogat. c. ex tuæ. & Imol. in c. fi. col. 2. de cleric. nõ resid. arg. ca. nullus. de iure patro. vel si iusta causa, vt pestis, arctet, poterit etiam non obtenta licentia discedere,

discedere, quia vbi periculum est in mora, licitū est spreta denūciatione procedere in opere. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de operis noui nunc. Facit quod not. in ca. si de cleric. non residen. vbi excusatur clericus, qui monitus vt resideat, non reuertitur, si pestis immineat. nam ex causa necessitatis potest omitti cōsensus eius qui debebat requiri. l. tutor qui. ff. de admi. tut. Feli. in c. cū accessissent. de cōsti. nu. 20. & seq. De Ripa in tract. de peste. fol. 25. vbi dicit esse notandū pro cōsiliariis, qui nō possunt sine authoritate superioris à loco curiæ discedere. l. si quis decurio. 1. & ibi Bart. C. de decur. lib. 10.

Et hoc est statutum in ordinat. regiis publ. ann. 1539. arti. 129. Rub. *de la residence que sont tenuz faire mesmement les officiers royaux*, art. 7.

Et qui prouinciam regit, fines eius non excedat, nisi voti soluēdi causa, dum tamē abnoctare ei non liceat. l. illud. ff. de offic. præsid. Et inconueniens esse asserit iurisconsultus in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur. Magistratus temporibus vespertinis in publico esse, ne ab inimicis, cū plures regulariter habeant, iniuriā accipiant: & ne auxilij latio cum opus fuerit ciuibus desit: sicut Aeduis in more fuit, vt qui summū gereret imperiū, finibus regionis excedere non posset: nec tribuno plebis diē integrū ab vrbe abesse licebat: teste Alex. lib. 3. genialiū. ca. 3. Vigente tamen peste poterunt à loco pestifero discedere, etiam facultate non petita, nec obtenta à principe: tamen à curia habere debent, vt fusius dico in ordina. regis. Imò Leo quartus pōtif. max. cardinalatus honore Anastasium tituli sancti Marcelli cardinalem priuauit, quia contra canones quinquennium à parrochia sua abfuerat, teste Baptista Fulgos. de dictis memora. rub. de seueritat. lib. 6. de Leone, &c. Et hodie ob hoc possent multi priuari, quia longiori tempore absunt.

Consiliarij sine authoritate superioris vigēte peste discedunt. Cardinalis propter absentiā priuatus.

Quæro, à quo sit petenda licentia per theologū? Videtur q; ab episcopo. text. in c. relatum. ibi, de licentia suorū prælatorum. & c. inter quatuor. de cler. non resid. Contrariū teneo, quia hic est data facultas capitulo hunc theologū puniēdi. nam magis interest capituli quā prælati, quia illi de capitulo audiunt lectiones, q; non facit episcopus: ideo capitulum hanc discedendi facultatem theologo concedere poterit. & ita seruatur de consuetudine, quæ hodie inoleuit in Francia, nempe scholastici & alij volentes discedere à beneficio vel præbenda: nunquam petunt licentiam ab episcopo, sed à capitulo vbi obtinent præbendam. si verò obtineant beneficia curata, à nullo petunt licentiam.

A quo sit petenda licentia.

Scholastici ex consuetudine non petūt licētiā studia adeundi.

Quæro an Papa possit theologū à residentia dispensare perpetuo? Videtur q; sic. c. cū dilectus. c. ad audientiam. de cler. nō resident. & cum Papa in beneficialibus habeat plenariā potestatē. c. 2. de præb. in 6. non dubitatur, quin possit super residentia dispensare. Pan. & alij in c. pe. de cler. non resid. vbi dicunt quòd solus Papa concedit indulgētiam super non residendo, cum sit contra ius commune, & in præiudicium ecclesiæ non potest episcopus indulgere. c. dilectus. de tempo. ordinan. Sed legatus archiepiscopus & episcopus bene possunt dare licentiam non residēdi: quia verbū licentia, nō importat nudam volūtatem, sed concessionē ex causa factā. Ioan. de Selua, in tract. de beneficio in 4 parte q. 8. Contrariū concludo, cum hoc sit concordatū inter Papam & regem, & sic vnus sine altero non potest isti concordato derogare, vt supra dixi in præfat. ad istum titulum. Hoc enim esset & impedire audire volentes istum theologū prædicare, & legere: & in dubio Papa hoc non intendit. c. inter cætera. de offi. ordi. & etiam veniret contra substātiam actus, quod non potest facere etiam consuetudo. glo. in ca. 2. de consuet. in 6. etiam probatur in §. volumus. ibi, prætextu dispensationis apostolicæ. infra eo.

Papa an possit theologū super perpetua residentia dispensare.

Nec Papa cōtra substantiā actus aliquid facere potest actu remanente. c. cum ad monasterium. de statu regul. & pro hoc est tex. formalis in vers. necnon. de firma & irreuocabili concordato. stabilita. vbi dicitur, etiā per nos & successores nostros, &c. Istud etiam immutaret statum vniuersalis ecclesiæ Gallicanæ, quod non potest Papa facere. gl. & doct. in c. proposuit, de concess. præben.

Nec valeret consuetudo, vt iste theologus possit percipere fructus beneficiorum in absentia, quia esset onerosa ecclesiis. Archid. in ca. sacerdotibus. 31. dist. doct. in ca. cum omnes. de constitut. vbi idem etiam dicitur de aliis in c. 1. de consuet.

Consuetudo nō residēdi an valeat.

Fallit in scholasticis, vt habetur in scholastico priuileg. 31. vbi plenè scripsi, [& pro hoc latum fuit arrestum ann. 1553. die 22. Decembris, pro Stephano Lestan contra capitulum de lafferte aurium per quod fuerunt adiudicati fructus grossi præbendæ scholastico studenti Aureliæ.] Idem in consiliariis parlamentorū, qui etiam grossos recipiunt fructus in absentia, vt asserit fuisse concessum ad hoc priuilegium regi Franciæ. Boër. in decisio. Burdeg. q. 17. [hoc priuilegium concessit Clemēs 6. pontifex summus cuius bullæ transcriptum est in lib. antiq. ordi. fol. 60. in Parla. Parisi.] & in intimo regis consilio fuit idem iudicatum pro domino Mathe. regis consiliario Parisiens. ann. 1539. die 25. Martij. Imitetur ergo theologus Moysen & Aaron, qui indesinenter in tabernaculo domini erant. c. vlt. 36. distin. Imò etiam si theologus resideret per alium, non haberet distributiones quotidianas, tum quia residētia debet esse personalis, tum quia per aliū seruiendo non satisfacit iuri, Calder. in consil. vno. de cler. non resid. nam inter artifices est lata differentia. l. inter. ff. de solu. intellige vt in gl. studuerit. supra eo. dixi, & an valeat consuetudo non residendi. vide Præpos. in ca. sacerdotibus. 31. distin.

Priuilegiū cōsiliariorum.

Arrestum.

Et quando theologus non residet, vt alius beneficium habens, præsumitur iniustè abesse, absens enim à loco, vbi residere tenetur, iniustè præsumitur abesse. c. fi. de eo qui mittit. in possess. caus. rei seruand. Panor. in c. fi. §. porrò. vt lite non cōtest. Idem in marito, qui ab vxore est absens, vt docet. Bar. per illum text. in l. si eum. §. ex iusta causa. ff. de fideic. liber. [nam dicitur illi, si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ, & absentiæ. c. si tu abstines. 27. q. 2.] hoc tamen non procedit in scholasticis, vt scripsi in scholastico priuil. 33. vbi abundantius vide, & de priuilegio dato alicui, vt

Absens maritus iniustè abest.

posſit percipere fructus, qui reſidentibus dantur, quod is nõ poſsit recipere diſtributiones quotidianas, quæ tantum his, qui interſunt diuinis, dantur. vide in c.vno.de cleric.non reſid.in 6. Et multi reſident in ciuitate qui diuinis non interſunt.no.doct. in c.licet.de præben.Sic expreſſe docet Caſſado.in deciſ.vnica de cler.non reſid. Ideo ſicut non valet conſuetudo non reſidendi, vt ſuperius dictum extitit, ita nec tranſactio, nec compoſitio, vnde fuit reprobata cõpoſitio facta inter canonicos & vicarios de leſat ſuper nõ reſidendo, ann.1537.die 14. Martij.

Compoſitio de nõ reſidendo non valet.

a Prædicationis.)

Prædicatio quid ſit, & multa hic de prædicatione.

& prædicationis [a] actu

Prædicatio, eſt Dei manifeſta cõmendatio, vel inſtructio. Cantic.6.c.videntes ſponſam filiæ Sion, beatiſsimã prædicauerunt. De inſtructione patet Matth.4.Cœpit Ieſus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, &c. Et inter cætera, quæ ad ſalutem populi Chriſtiani ſpectant, pabulum verbi Dei quam maxime ſibi noſcitur eſſe neceſſarium, quia ſicut corpus materiali, ita anima ſpirituali cibo nutritur: eo quòd non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. c.inter cætera.de offic.ord. [& officium prædicationis eſt valde priuilegiatum.ca.quod Dei timorem. in fin. de ſtatu monach.]

Quid debeat theologus prædicare.

Quæro quid debeat theologus prædicare? Reſp. declarari 2.ad Timoth.4.c.vbi dicitur, Prędica verbum, ſcilicet Dei, Act. 3. c.habetur. Prædicabant verbum Dei. & 4 c.ibidẽ dicitur, Loquebãtur verbum Dei cum fiducia. c.cauendum. 10.q.3.& c.anteceſſor.11.q.3.vnde dicit B.Greg Papa.in c.fraternitatis.35 q. 0.Eſt enim verbum Domini validum, forte & durabile, & immutabile & perſeuerabile, non momentaneum, non tranſitorium. dicit enim, Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Et eſt quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulcique ſono canitur. Ezech.33.c.in fin. Vel verbum, id eſt Chriſtum, vt dicit Apoſtol. Nos prædicamus Chriſtum.1.ad Cor.1 c.& 2.ad Cor.c.4. non enim voſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum. & Marci vlt. Euntes prædicate euangelium omni creaturæ. Debet inſuper prædicator loqui opportunè, ne tacenda proferat, nec proferenda taceat. c.ſit rector.43 diſt. Item dicitur, Inſta opportune, id eſt ſuauiter. Pſal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Eccleſiaſt.8.ca. Omni negocio tempus eſt, & opportunitas. ideo vt alter Orpheus allicere debet homines, & quandoque inſtare importune, & ſeueriter. inde dicitur Eſaiæ 58. Clama, ne ceſſes. & Hiere.1.c.in fi. Surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum. Et hæc prædicatio debent tendere ad Dei commendationem. Dan.3.c.in fi. Placuit ergo prædicare ſigna eius, quia magna ſunt, & mirabilia eius, quia fortia.

Secundò, debet prædicator concludere ad carnis macerationem, vt 2.Paralip.c.20. Prædicauit ieiunium in vniuerſa Iuda.

Tertiò, ad clementiam debet prouocare. Eſaiæ 61. Vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem, &c.

Vltimò, debet inducere ad gloriæ imitationem. Luc.9. Miſit illos prædicare regnũ Dei. Et hic prædicator debet prius facere, & poſtea docere, exẽplo Chriſti. Act.1. Et dicitur Marc.1.c ꝙ Ioãnes erat in deſerto prædicãs baptiſmũ pœnitẽtiæ. ad denotandum, ꝙ qui vult prædicare, debet in deſerto pœnitentiæ macerari. alioqui dicit Greg.in homil. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. c.infames. in fin.3.q.7. Qui ergo alium doces, teipſum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? Paul.ad Roma.2.c. Alioqui ſi bene docueris, & male vixeris, tui ſolius condemnator eris. c. multi.40.diſt. Et talis dicitur non theologus, ſed theomachus, cui præbenda non eſt conferenda.

Primo facere: poſtea docere debet prædicator.

Nam prædicator eſt rectã viã dirigẽs, vel dirigere debens, nõ ex circuitibus, vt in ſimili dicit tex.in l.nõ ſolũ.§.annus.ff.de exc.tut. Imò prædicator exiſtens in peccato mortali, ſi cõcionetur, peccat mortaliter. c.quid eſt hoc.& c.cũ exaudiero.& ibi Præpoſi.50.diſt. Quomodo enim poteſt præſes eccleſiæ auferre malũ de medio eius, q in delictũ ſimile corruit? aut qua libertate peccãtem corripere poteſt, cũ tacitus ipſe ſibi reſpõdeat eadem ſe admiſiſſe, quæ corripit? c primũ itaqꝫ.25.diſt. Nec etiã ſufficeret vita ſine ſciẽtia, ꝑpter multos errores qui quandoque oriũtur ex defectu ſciẽtiæ. Pan.per illũ text.in c.inter cætera in 4.not.de offi.ordi.c.niſi.de renũc.text. in c.qui eccleſiaſticis.§.hinc etiam.36.diſt.vbi prius veritas tacendo dicitur, & poſtea loquẽdo prædicatur, vnde Chriſtus apoſtolos prius docuit. & poſtea ad prædicandũ miſit, vt ibidẽ patet, & in euangelio Marci c.vlt. Prædicate euangelium omni creaturæ.

Sciẽtia requiritur in prædicatore.

Et hæc duo quãdo cõcurrunt in vnũ bene actum eſt in illo, vt in magiſtro noſtro Picardo doctore theologo Pariſien. nõ minus ſanctitate vitæ, quàm eruditione cõmendato. Deus cũ nobis longæuũ, & vtilitatẽ animarum quæritantẽ (vt ſolet) præſeruet.

Et poſſunt prædicare in eccleſiis & extra etiã in plateis cõmunibus ſine licẽtia, ſed in eccleſiis parrochialibus nõ poſsũt prædicare, niſi licẽtia petita & obtẽta à parrochialibus ſacerdotib. cle. dudũ. §.nos autẽ.de ſepult. Locus tamẽ aptior ad prędicandũ eſt eccleſia. Io.18. Ego ſemper docui in ſynagoga, & in tẽplo, quo omnes Iudæi cõueniunt. Et Lucæ 19. Erat quotidie docẽs in tẽplo. In domibus quis nõ poteſt prædicare, ne oriatur ſuſpitio hæreſis. c.cũ ex iniuncto. de hæret. & ibi, in occulto locutus ſum nihil.

Vbi ſit prædicandum.

Et iſti theologi debẽt eſſe clerici, alioqui prædicare nõ poſſent c.ſicut.de hæret. vbi laico prædicãdi officiũ prohibetur, quia eis interdicũtur actus ſpirituales, vt eſt prædicatio, & decimarũ perceptio. c. decimas.16.q.7.ac beneficiorũ collatio.c.ſi qs deinceps.ibidẽ.& electio.c.quiſqꝫ.& c.maſſana. de elec. & recipere reſignationes, c.quod in dubiis.de renũc. ac oblationũ perceptio.c.quia.& ſeq.10.q.1.denique cauſarũ eccleſiaſticarũ cognitio.c.2.de iud. tam per viã iudicij, quã cõpromiſsi.c.cõtingit. de arbit. alia ipſis prohibita doct. tradũt in d.c.2. imò laicus prædicare præſumens ſine licẽtia ſuperioris excõmunicatur. tex.in c.excommunicamus.1.§. quia verò.de hæreti.& alia pœna arbitraria punitur. clem. vlti.in prin.de pœ.& remiſ. tamẽ nõ requiritur ſacer ordo. licet

Clerici debẽt prædicare, nõ laici, nec mulieres. Spirituales actus qui ſint.

licet gl.teneat contrarium,quæ reprobatur in c.adiicimus.16.q.1.Pan.& Imo.in c.dudũ.1.de ele.quãuis theologi Parisi.nullum recipiant ad gradũ theologiæ,nisi sit in sacris.Item prædicare prohibetur mulier,quanuis docta & sancta sit.c.mulier.23.dist.

Aetas prędicãtis quæ esse debeat. Cuius ętatis debeat esse hic concionator, vide in c.presbyter.78.dist. & decẽ à quibus cauere debent prædicatores,per Flor.in 3.parte summæ,tit.18.c.4. & septem modos prædicãdi.c.seq. *vbi licet Christus in 30.anno prædicare inceperit,tamẽ Io. Baptista,Ezechiel,Hieremias,Salomon,Io.Euãgelista,& Paulus a domino in adolescẽtia, & iuuẽtute, electi sunt,ob id ratione ætatis si quis bonus aliàs,& doct⁹ fuerit,non debet à prædicatione prohiberi.doc.in c. secundum.19 dist.

Ex quibus causis verbum prædicationis auferatur. Aliquãdo tamẽ aufertur verbum prædicationis.

Primò,propter improbitatem,seu indiscretionẽ. Ecclesiastici 20. c. Ex ore fatui reprobabitur parabola.& c.adiicimus.16.q.1.

Secundò aufertur verbum propter indignitatẽ, vt Dauid, Quare tu enarras iustitias meas? c. infames.in fi.3.q 7.& dicit gl.super illo vers. Non auferas de ore meo verbum veritatis:obmutescit facũdia,si ægra sit conscientia.

Tertiò propter insufficientiam. Hier.1. A,a, domine nescio loqui.c.in scripturis.8.q.1.

Quartò,p̃pter audiẽtiũ malitiã taceat p̃dicator, ne det sanctũ canibus, & ne mittat margaritas ante porcos,qui conuersi conculcent eas.c.quãdo.11.q.3.

Quintò,propter timorem persecutionis, vt Petro contingit, qui timore persecutionis negauit Christum. propter hoc tamen tacere malum est. Arch.in c.nolite.2.col.11.q.3.

Et intellige hic lecturæ & prædicationis, diuersis diebus,non vno die vt postea declaratur.

Et quis istum prædicatorẽ non habentẽ theologalem præbendã alere teneatur?vide per de Ripa in l.1.Resp.c.15.in fi.& in c.inter.de offi.ord. per doct. *Cuius expẽsis alendus sit prædicator.* & per Bal.in c. quoniam. ibid. [Vbi dicunt expẽsis curati,cũ ipse prædicare debeat,alendum,nisi esset cõsuetudo in contrariũ,& nisi redditus curę tenues essent,& tũc prouidebit populus de expensis prędicatori,cũ alimenta ipsi tantũ præstanda sint, nõ pecunia,vt notãt Inno.& alij in c.cũ volũtate. de sent. excõ.nec valeret cõsuetudo in contrariũ, nisi amore dei illi fieret donum, non pro labore prædicationis.Panor.in c.suã.de simo.de Ripa,in 15. resp. quia gratis acceperunt.gratis dare debẽt. c.gratia. & per totũ.1.q.1.& hoc modo solet.in Frãcia fieri,ideo qui alias potest idonee viuere sine prædicatione, nihil debet recipere,& ita seruat cõcionator egregius D. Picardus doctor theologus, & decanus in ecclesia S.Germani Altissiod.Paris.Decẽ & nouẽ priuilegia prædicatio habet,quæ docet Hostien.in c.quod dei timorem. de statu mona.& hoc refert Montolo. in verb.prædicare.in fi.in suo iuris promptua.]

subire voluerit [a]

Voluntas & potestas in theologo requiruntur. a Subire voluerit,) & potuerit.c.extirpãdæ.§.qui vero. & c. super in ordinata. & c.graue.de præb.c.fi.ibi, voluerint, & potuerint. in princ.16.q 1.& c.cũ in cunctis §. inferiora. de elect. c.cum inhibitio.de clãdest.desp. c.post electionẽ. in fi.de cõcess.præb.c.excõmunicamus.1.§.fi.de hęret. c.quia propter.& c.ecclesia.2.de elect. & in euangelio Si vis potes me mundare.vnde non sufficeret, si vellet, & esset ignorans. vt tenet Io. de platea, in l. grammaticos. C.de profess. & medi lib. 10. c. quia ibi.& tunc si voluerit,non tamen valuerit.de cõces. præb. & c. post electionem, in fi.ibidem : licet magnum habuerit animum, vt nobiles & iouiales : alij verò sunt,quorum animus est stricti iuris, teste Bolog.cons.37.licet aliàs.col.7 vers.corroboro.

Et isti non sunt boni oratores corã principibus, quum animus illis deficiat, vt dicitur de Cicerone orãte pro Milone,& etiã D.Budæo quãdoq; cõtigit,& Alciato Auenione, licet excellentes viri fuerint.non sufficit igitur si fuerit mutus, aut aliàs imperfectus. c.sit rector.ibi, sacerdos ergo si prædicationis sit nescius,quã tibi clamoris vocẽ daturus est præco mutus? nec sufficeret posse,si nollet.c.ad hęc primo.ibi,potest si voluerit.de appellatio. c.relatũ. ibi,hoc se posse affirmãt,sed efficere cõtradicunt.de cleri.nõ residen.l.1.§.si quis adita.ibi possit,si volet. ff. ad Tertul. Vnde dicit philosoph. quod duo sunt ex quibus humanorũ actuũ constat effectus, videlicet voluntas & potestas:quorũ alterũ si desit, nihil est quod explicari queat. Bal.in c.cũ cõtingat.nu.10. col.4 de iureiu.& in l.cũ te.co.1.C.de don.ante nup. Barb.cõs.123.scripsit in prin.in 4.vo.inter cõs.Alex. vbi dicit,ad tollendũ statutũ,voluntatẽ & potestatẽ necessaria.& per hoc dicit Bald.in c.ex parte. col.2. de constit. quod volũtas debet esse concreta actui, qui debet perfici.abstracta enim voluntas, id est, separata, & per se, quæ reperitur in anima nõ perficit actũ.vtpote possum adire hæreditatem,& volo, tamen voluntatẽ meã non applico alicui actui verbi vel facti,nõ efficior hæres l.potuit. C.de iure delib. Nam tantũ distat fecisse à concepisse, quãtum perfectũ ab imperfecto. & quãtum semen quod est reconditũ in horreo,quod non fructificat ab eo,quod est seminatum in agro.abortum enim facit intẽtio, si conceptũ suffocat in vtero,& non producit in lucem.vnde hanc voluntatẽ mẽtalem nunquã exeuntem in actum, abortiuam dico partus abortiui similitudine.l.qui mortui.ff.de verb.sig. l. quod certatum.ibi,si viuus ad orbem totus processerit.C.de posth. hæred. inst. hæc sunt verba Bal. in consilio schisma.in vers.sed in contrarium.col.3.

Timidi non sunt boni oratores.

Voluntas sine actu nõ prodest.

Volũtas igitur hominis.quæ nõ deducitur ad dispositionẽ,censetur abortiua, sicùt in posthumo,qui licet sit in vtero conceptus, si tamẽ non sit perfectè natus,dicitur abortiuus. Bal.in l.1. nu.32. C. qui admitti.Ias.consil.22 in q col.2 in 3.vol.Vnde Iuriscõsul,ait in l.in omnibus rebus. ff. de act. & oblig. his verbis : In omnibus rebus quæ dominum transferunt concurrere oportere affectus ab vtraque parte contrahentium.Nam nisi animus vtriusque cõsentit,perduci ad effectum,id quod inchoatur,non potest.Sic Papa sola voluntate nõ confert præbendas, nisi vltra procedat, & trãseat ad actũ dispositiuum, vnde dicit Bal.consi.326.Rex Romanorũ.col.2.in 1. vol.quod tria canonicant omnes actus. scilicet potestas,voluntas,& modus. Nam sine potentia nihil ad actum deducitur, & sine voluntate nil consensu

Tria canonicant omnes actus,s. volũtas,potestas & modus.

perficitur, & sine modo nil in finem suum dirigitur. & dicit Bal. in l. omne verbum. col. 2. C. commu. de leg. vel duo requirũtur, quę canonicãt omnes actus, volũtas, & legis authoritas. nã vbi non assistit iuris potentia, voluntas inanis est. Bal. in l. nolle. per illũ tex. ff. de acqui. hær. Et si Bal. in l. cũ testamentũ. C. de iuris & facti ignor. dicit tria necessaria, volũtaté, potestaté, & scientiam: sed potentia scientiã cõprehendit, vt tenet Dec. in c. cũ super. 4. notab. de offi. deleg. Alibi dicit tex. in cle. 2. §. 1. de religios. do. Eligendos esse qui sciant, velint & valeant, quæ notes.

Expositio ad verbum voluerit.

Vel intellige tex. subire voluerit, id est, volũtariè subierit, & nõ coactè, prout exponit gl. in l. fi. ff. de rer. diui. vbi dicit, qui voluerit transcendere muros, id est, voluntariè transcenderit, & facit ad statutum, quo cauetur, quod qui voluerit corrumpere mulierem, capite puniatur: quod debeat intelligi, id est, si voluntariè corruperit. Secus si mulier eũ coegerit. Bar. ibi & Dec. in regula, non vult hæres esse. ff. de reg. iur. & per hoc defendit à morte vnũ, qui voluit aliquem necare veneno. Fran. Cremens. sing. 49. defensaui, &c. quia dicebat statutũ, quod qui venenare voluerit, capite puniatur. gl. in l. 1. ibi, voluerit arbitrari. i. voluntariè fuerit arbitratus. ff. de leg. 2. gl. in l. fi. in verbo voluit. C. de codicil. Et ꝑ hac expositione consonat verbum actu subire voluerit. gl. in c. si diligenti. in verbo purgare voluerint. cum effectu dicit gl. de foro compet. Barb. cons. 21. præclarè. col. 3. & consil. 23. col. pen. in 2. vol. Prior tamen expositio magis videtur conuenire textui.

Collatio si voluerit an sit conditionalis.

Et an collatio facta alicui si voluerit, sit conditionalis, text. in l. si ita. §. illi si volet. ff. de lega. 1. decidit ꝗ sic, & sic expresse tenet Anch. in cle. vna. 6. not. de cõces. præb. & ibi Bonif. nu. 4. dicit necessarium extare conditionem per declarationem voluntatis, & ante illam declarationem gratia est conditionalis, ob id theologus satis dicitur declarare voluntatem suam si requirat prębendam theologalem sibi conferri, quæ transit cum suo onere, vt supra dixi in gl. onus. vide gl. voluerit in extrauag. vna. ne sede vacante in communibus, quæ docet, quot modis declaretur voluntas. vide ibi si te delectet.

quíque [a] bis aut semel ad minus [b] singulas hebdomadas impedimento [c] cessante legitimo,

a Quíque bis aut semel.) Refertur tã ad magistrum quã ad licentiatum, & baccalaureum formatum, vt saltẽ semel in hebdomada legere teneantur, & postquã alternatiuè hic tex. loquitur, theologi erit electio, etiã in alternatiuis iuris. in quibus verba parti diriguntur, vt hic. & in l. quicunq;. C. de ser. fug. l. 3. ff. de eo ꝗ certo loco. doct. in c. inter. de rescr. cũ etiã hic diem nõ exprimat, arbitrio theologi relictus est. l. j. ff. de iure del. Et de hora idẽ, nisi dies & hora iam cõsueta fuerint: quia secũdum cõsuetudinem regi debet hic theologus, cum legem soluere non debeat, sed adimplere: exemplo Christi, de quo in euãgelio, Matt. 5. c. Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Et quamuis non astringantur hic nisi semel in hebdomada legere tamen ex bono & æquo, vt ignorantes instruat, tenetur quãto

Arbitrio theologi relinquitur quo die legere velit.

frequentius potest, argum. c. significatum, de præb.

b Per singulas hebdomadas.) Etiã si plura essent festa in hebdomada, & si vellet legere singulis dieb. vnius mensis, vt computaretur per totum annũ, nõ putarem sufficere. arg. illius emphiteotæ, qui vult censum soluere pro pluribus annis, vt dominus nõ teneatur recipere, si detrimentum patiatur. Ias. in l. 2. q. 22. nu. 63. C. de iure emph. allegando Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. q. 42. Et si non legerit in vna hebdomada, poterit purgare morã, antequã per capitulũ puniatur, quia quando dies apponitur à lege, & pœna ab homine, vel contra, tũc admittitur purgatio morę. gl. in c. licet canõ. in verbo, priuatus. de elect. in 6. Ang. & alij in l. si insulam. ff. de verb. oblig.

Purgare morã potest theologus.

c Impedimento cessante legitimo.) Idem dicitur in c. commissa. de elec. in 6. & in c. cupientes. §. insuper. ibid. cle. vt ij qui. de æta. & quali. Legitimũ impedimẽtum dicitur morbus sonticus, [l. Pompo. in prin. de procur.] nõ leuis febricula, seu vetus quartana. l. quæsitum. ff. de re iud. & c. ad audientiam. de cler. non resid. c. eos. de sent. excõ. in 6. Nisi esset impedimẽto ad studium, cum quilibet morbus etiam leuissimus studiũ facile impedire soleat, quod alacri animo fieri debet. §. fi. in prooemio instit. facit. c. multũ. 3. q. 6. seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros. qui cupiẽtes seruire nobis, propter aduersam valetudinẽ impediuntur. verba sunt iurisconsulti, in l. cũ hæres. §. stichus. ff. de statu lib. & nedũ morbus sui corporis excusat. l. qui cum vno. in fi. ff. de re milit. ibi, affectioni parentũ & affinium. c. si episcopus. 18. dist. sed etiam morbus suorum. gl. in c. communis. 23. dist. Alex. & Ias. in l. 2. §. si quis. ff. si quis caut. Et sui dicuntur quo ad hoc vsq; ad quartum gradum. Bal. in l. petitionẽ. C. de aduo. diuer. iud. Barb. cons. 28. clementissimum. col 3. in 2. vol. gl. & doct. in c. requisisti. de testa.

Legitimũ impedimẽtũ quid sit.

Item pestis dicitur legitimum impedimentum. c. ad supplicationem. de renunc. c. ex parte. in 1. de app. l. sed sciendum. & seq. ff. ad trebel.

Præterea bellum. gl. in verbo guerrarum. de authoritate sacri concilij. in prag. Bald. in cons. 45. lata fuit. in 3. vol.

Item si erat in carcere. Bal. & alij in l. 2. ff. de in ius voc. & l. 2. §. fuisse. de custo. reo. Alex. in d. l. quæsitũ.

Item quando is locus in quo legebat, nõ erat tutus propter inimicos, quibus nullus tenetur se exponere, etiam cum literis de saluo conductu. c. accedens. 2. vt lite non contest.

Item si sit pro ecclesia impeditus, vel medicinam illo die sumpserit. c. vno. §. qui verò. de cler. non resid. in 6. & ibi Perus. Alia impedimenta an sint legitima, relinquitur arbitrio iudicis, & boni viri. gl. in c. si quis iusto. de elect. in 6. text. & ibi no. in c. suscitatus. de rescrip. Non esset tamen legitimum impedimentum, si theologus esset in seruitio episcopi aut archiepisc. seu cardinalis? quia esset ecclesiæ detrimento. c. pe. de cle. non resid. quamuis alius regulariter censeatur præsens, qui est in seruitio episcopi. c. cũ dilectus. c. ad audientiam. de cler. non resid. gl. in prag. eo. tit. & verbo. Requiritur tamen quod hoc impedimentum sit ineuitabile. c. 2. & ibi doct. de testi. c. suscitatus. ibi, aut ineuitabilis necessitatis articulo

Theologus in seruitio episcopi existens nõ excusatur.

articulo impediri. de rescript. nam impeditus non excusatur, quando potest remouere impedimentũ. c. fi. de elect. l. quibus. in prin. ff. de condit. & demonst. [Idem propter aliam necessariam causam. l. fi. C. de proxi. sacr. scri. lib. 12.]

Theologus impeditus non debet seruire per substitutũ. Quęro an durante impedimento legitimo theologus debeat seruire per substitutũ, vel eo sano teneatur sarcire? Videtur quòd sic, per l. nullus qui. in fi. C. de decur. li. 10. Et in famulo probatur quod teneatur seruire tanto tẽpore quanto non potuit seruire. gl. & Bar. in l. si vno. §. itẽ cum quidam ff. locat. Auff. decisio. Tholos. q. 359. Contrarium est verum, tum quia electa est industria theologi, & inter artifices & lectores lata est differentia. l. inter artifices. ff. de solut. tũ etiã, quia quãdo quis impeditur casu, non tenetur dare substitutũ. l. matriculam. in fi. C. de agentib. in reb. lib. 12. & l. fi. in fi. de proximis sacro. scrinio. eo. li. gl. & Bar. in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraord. cogni. Et hoc probatur in hoc tex. sumendo argumentum à cõtrario, videlicet quòd theologus tenetur legere ad minus semel in hebdomada cessante impedimento. ergo si sit impedimentũ, non tenetur, & sic non per se, nec per substitutũ, nec eo sano tenebitur sarcire, cum legere tẽpore infirmitatis nõ teneatur, & sic perit obligatio pro illo tempore sicut periret per interitũ speciei in obligationem deductæ. l. quod te. ff. si cert. pet. & l. si ex legati. de verb. obli. gl. in prag. sanct. in rub. qualiter horæ cano. sint dicen. in verb. syncopando, quod intellige quando impedimentũ esset temporale, secus si perpetuum, quia tunc, ne vtilitas publica pereat, debebit seruire per substitutũ. per ea quæ dixi supra eo. in gl. studuerit. *Possessio post sex mẽses quando possit adipisci.* Sic dicimus in prouiso per resignationẽ, qui obstante legitimo impedimento non potuit bullas prouisionis habere infra sex menses. vt non obstante regula 34. cancel. possit post eam adipisci possessionem etiã non habita protestatione. & talis remanere debet illęsus. no. in propriis terminis Auriol. in addi. ad Guillel. in c. pen. de elec. in 6. quia impedimentum excusat per supradicta.

Mensularius qui nõ dedit bullas tempore legitimo ad quid teneatur. Si verò steterit per mensularium seu banqueriũ, qui erat obligatus dare bullas intra duos mẽses alicui, & nõ dederit, ob id ille perdidit beneficiũ, condẽnabitur mensarius ad interesse, quod non potest esse minus, quàm valor beneficij amissi, nam si centum libris singulis annis valebat, tantum dabit mẽsarius illi, quousque procurauerit beneficiũ similis valoris conferri isti per c. inter. de præb. l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. Ita fuit dictũ in senatu, anno 1525. *Quis impedimentum & quomodo probari possit.* Quæro quis teneatur probare impedimentũ? Respon. qui alleg. l. 2. & l. quotiens. §. qui dolo. ff. de prob. & ibi addidi. & l. actori. C. illo ti. Itẽ quæro quomodo impedimentum possit probari? Respon. tex. in l. vlt. §. illud. ibi, euidentissimis probationibus. C de temp. ap. & sic per testes. quod fallit quando impedimentum non posset per testes facilè probari, quia tunc probabitur per iuramentũ, & hoc arbitrio iudicis relinquitur. l. thesaurus. ff. ad exhib. l. fi. C. de fide instr. Perus. in c. ex ratione. col. 3. de app. Et maxime si sit honestus vir his qui impedimentũ alleg. Guid. Papæ in suis decisio. q. 64. si altera pars. & q. 205. in causa. Ias. & alij in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. Henri. Boteus in tracta. de synodo episcopi in 2. p. quod est notandum.

Probari debet impedimentum fuisse causam cur actum non fecit. Notandũ est, quòd non sufficit probare impedimentũ, nisi probetur, quod fuit causa quare non legit, quia ante infirmitatem legere solebat. l. pen. §. docere. ff. ne quis eũ qui in ius voca. est vi exi. Pan. in c. plerunque. col. vlt. de rescr. & debet quis protestari de impedimento, quod per eum non stat, vel probare debet se adhibuisse diligentiam, ad euitandũ impedimentũ, vt firmãt Bar. & alij in l. 2. ff. si qs cautio. Boer. decis. Burdeg. q. 40. quæritur. Bart. in l. 2. §. quod diximus ff. si quis caut. & l. qui cõmeatus. de re milit. Dec. consi. 552. viso. col. 1. & in c. sciscitatus. vlt no. de rescr. vnde si canonicus probet valetudinẽ, non sufficit, vt habere possit distributiones quotidianas id tẽporis, nisi appareat, quod propter eam non interfuit diuinis, probando quod sanus cõsueuerat interesse. Alioqui absens infirmus distributiones recipere vellet, quod non est ei permittẽdum. Fel. in c. ex transmissa. col. 1. de præscrip. Ias. in l. properãdum. §. sinautem vtraque. col. 1. C. de iud. Iacob. in l. in exceptionibus. §. fi. ff. de prob. doct. in c. ex ratione. de app. Corse. in sing. incip. infirmus. ꝙ nõ tã exacte seruamus, si probetur impedimentum. vt scribo in praxi benefi. in rescr. de non resid.

Legere qđ debeat theologus. legere [a] a Legere.) Euangelia, & librum Bibliorum debet, non Bocatij seu Pogij fabulas. de Moyse enim dicitur Exo. 24. c. assumens Moyses volumen fœderis, legit audiente populo. & 4. Reg. 23. c. Legit Iosias cũctis audientibus, &c. & Ios. 8. c. Legit omnia verba benedictionis, & maledictionis. & Luc. 4. c. dicitur, quod intrauit Christus secundũ consuetudinem in synagogã, & cœpit legere, & traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, vt reuoluit librum, inuenit locũ vbi scriptũ erat, Spiritus domini super me, eo quod vnxit me. & quicunque legerit hanc scripturam, & interpretationem notã fecerit, purpura vestietur, & torquẽ aureã habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Dan. 5. c. & 3. Esd. 9. c. dicitur de Leuitis, qui legebant legem domini, & præferebant singuli eos qui intelligebãt lectionem. Ergo legendus est liber diuinæ scripturæ. vt per illum rectè dirigamur.

Liber decretorum posset à theologis legi. Posset etiam legere decretorum librum, qui sanctorum patrum statuta, & conciliorum generaliũ continet. c. de libellis. 20. dist. Ideo dicitur, ibi, in c. seq si decreta sanctorum patrum nõ habetis, de neglectu atque in curia estis redarguendi. si habetis, & non obseruatis de temeritate estis corripiendi. & alibi; Nulli licet canones ignorare. c. nulli. & c. omnes. 38. dist. *Scientia canonica est theologo necessaria.* Et scientia canonica est. practica theologiæ, vt dicit gl. hic, & ideo theologo necessaria. Flor. in 3. parte summæ, tit. 5. c. 2. §. 2. tex. pulcher. in c. qui ecclesiasticis. 36. dist.

Et intellige, legere habeat, ac interpretari, nec sufficeret ad corticẽ legere, vel ad verbum, & nõ declarare: vel legere oculo mẽtali, & corporis, aut legere superficialiter, & non intelligere: quia legere & non intelligere (vt dicit Cato) negligere est. vel legere in camera, arbitris semotis. Sic tradit Barb. in repet. l. cum acutissimi. col. 71. C. de fideicom. per lr. §. legi. ff. de his quæ in testamento delent. Bal. in marg. in

verbo

verb.legere.gl.& ibi Fel.in proœ. decretal. in prin. tex.in extrau. nonnunquam. in verbo legere ac intelligere de verb.sign.in extrauag.Io.22.vbi gl.dicit parum esse legere,nisi adsit intelligere: & perfectissima lectura dici non meretur, nisi diligētissima ac exactissima legentis interpretatione singula tradātur. §. his igitur. inst. de iusti. & iur. Et lectio debet manifestè declarare sensum scripturæ.l.2.ibi. lectio manifestè declarat.C.de delator.lib.10.Ant.de But. in repet.c.vestra.no.15. de coh. cler. nam qui ea docent, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem legunt.c.fi.43. dist. & alij inter legendum verbis oratoriis & obsoletis vtūtur prætermissis canonum & legum vocabulis propriis, cum ea ignorent. Barb. in c.Raynaldus.col.84 de testa.& hic affectatus modus semper iurisconsultis fuit molestus. l. 2. §. post hos quoque.ff.de orig.iur.dixi in 8.not.repet.l.vnicæ.C.de sententiis quę pro eo quod interest.Catellia.Cotta.in 2.parte memoralium. in verbo legere. & sacerdotes dei omissis euangeliis & prophetis videmus comœdias legere, bucolicorum versuum verba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris adest causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis. verba sunt Hierony.in c.sacerdotes.37.dist.

Publicè legat theologus,alias non excusatur à residentia.

Intellige quòd debeat publicè legere & nō domi, nisi instante necessitate.c.1.& c.quia.de magist.cap. cum ex iniuncto.de hæret.& in proœ.fforum.§.hęc autem tria. nec tenebitur legere, si non habeat auditores, sed tenebitur diuinis interesse, sicut alius canonicus, quia ratione lecturæ excusatur, ergo ea cessante, debet effectus & dispensatio de non residendo cessare c cum cessante.de app.

Theologus an possit legere per substitutū.

Quæro an possit legere per substitutum? Videtur quòd sic,per tex.in l.1.in fi.ibi,per substitutum. C.de præpositis agent. in reb.lib. 12. Secundò facit tex.in l.quisquis.1.C.de episcopis & cler. c. scripsit. 7.q.1.Contrarium est verius, tum quia electa est industria istius theologi, & posset inhabilem substituere,& inter artifices lata est differentia.l.inter artifices.ff de solut. Secundò probatur in l. nullus qui nexu.C.de decur.li.10.quæ sic dicit,nullus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius per substitutā quācunque personam curiales impleat functiones, sed ipse per se debitum patriæ munus exoluat, nisi hoc speciali beneficio sit cōcessum.probatur in l.1.& ibi gl.C.de mancip & colo.lib.11.Bar.in l. nemo. ff. de duob.re.s.l.his quidem.C.qui militare non possunt. lib.12.l.vna.§.ne autem.de cadu. tollen. Rom.in repet.l si vero.§.de viro.fallē.16.& 19.ff.solu. matrim. & sing.64. Ang.in §.1.de vsufruct.in lib.instit. Barb. & alij in c.1.de sum. trin. atque in tract. de præstan. Card.in 9. q. 1. partis. Et contraria sunt specialia in casibus,scilicet à iure expressis. & tunc quādo quis legit per substitutum, debet seruire per hominem eiusdē cōditionis.d.l.1.C.de præpo.Corse.sing.inci. substitutus. gl. in prag.eo.verbo.vide quæ dixi in gl. impedimēto.s.eo.

Verba quæ important necessitatem.

a Debeat.) Necessitatem notat.gl.in cle.attendentes.in verbo debeant.de statu monach.tex. in l.prætor.ff. de eden. Soc.cōs.73 capiendo.col.2.in 4. vol. Idem in verbo tenetur.cl.exiui.§.item ordo.de verb. sign. & supra dixi.Idem in verbo oportet.c. super inordinata. & ibi Pan.1.not.de præb.gl.in c.fi.de litis contest.in 6. Idem de verbo iubeo.gl.& doct.in l. sæpe audiui. ff. de offic.præsi. Idem in verbo imperare,& præcipere.c.fin.14.q.1.

debeat [a]. Et quotiens [b] ipsū in huiusmodi lectura deficere [c] contigerit,

b Et quotiens.)Intellige quotiens defecerit,scilicet semel in hebdomada, non quotiens defecerit, scilicet in singulos dies, quia cum non teneatur legere vltra bis,aut semel in hebdomada, vt supra est declaratum,non est verisimile quòd statim iste tex. se corrigat.l.non ad ea.ff.de condi.& demonst.alioqui posset dici,huy,tam cito? dixi in l. vnica. no. 4. C. de sent. quæ pro eo quòd interest. nu. 13. Et hæc dictio quotiēs,iteratiua est.l.fi. C.de indict. viduit. tol.l.quotiens.ff.qui satisd cogant. & quot actus requirat, vide Bar. in l. eum qui certatum. in fi. ff. de verb. oblig. & de dictione totiens quotiens, vide Alex.cons.145.quoniam.in 2.vol.& vult dicere tex. toties debet puniri theologus, quoties defecerit semel legere in hebdomada.

Capitulum an possit cūtheologo dispensare.

Quid si capitulum velit dispensare, vt nullo modo teneatur legere, an possit? videtur quòd sic, quia arbitrio capituli relinquitur, vt hic patet in text.

Contrarium teneo, quia præbenda est data cum onere lecturæ,quod onus non potest capitulum remittere,vt notatur in cap.significatum.de prębend. nam si te priuetur theologus id est lectura, nec nomen habere meretur,quod sit præbenda theologalis.c.corepiscopi.68.dist.l.à nullo. C. de feriis. Puto tamen quòd ex causa posset capitulum per aliquod tempus modicum dispensare, non per longum tēpus:quia reipublicæ interest vt legat, cuius scientia mundus illuminabitur. authent. habita. C. ne filius pro patre. & hic relinquitur punitio capitulo, non dispensatio. & intellige cessante impedimento, vt supra dictum extitit.

Prædicare quoties teneatur theologus.

Item cum prædicatio non fuerit taxata,credo q etiam semel ad minus, die videlicet dominico,vel alio die festo prædicare teneatur. & hoc tenet gl.in verbo habeat:qa vna determinatio determinās duo determinabilia,ea pariter debet determinare. l.iam hoc iure.ff.de vulga. Si tamen sint tria festa in hebdomada,in quibus sit prædicandum, prædicare tenetur,& hoc etiam approbat consuetudo, licet non exprimatur in hoc tex.

Theologus per horam legere debet.

a Deficere.)Deficere dicitur,si omnino nō legat, vel modicū: quia semel in hebdomada debet legere,& per horam. Nam ita cōsueuerunt alij lectores legere,& bonum est argumentum à solitis. l. si quis donaturus.ff.de vsufruct.& ibi addidi. l. certi condictio.§.si nummos.ff.si cert.peta. Putarem tamen non posse puniri si modicum horæ omitteret.argu. l.1.in fin.ff.de vent.inspiciend.quia paruus defectus non nocet.l.quanuis. ff. de conditio. & demonstra. Et Bald.in c.cum adeò.col.2.de rescript. dicit quòd qui parum transgreditur, non vituperatur. & sic de modico non curatur. l.scio. ff. de in integ. restit.

& Corset.

& Corset.in tract.suo de nominis,vbi casus hincinde tradit. Vide quot modis quis dicatur deficere,in l.amissione.§.qui deficiunt.ff. de cap. diminutio. & in c.1.§.fin.& ibi gl.& Domi.elect.in 6.& per Berch. in verbo deficere.& quid differat à decedere,tradit Dec.consi.227.in casu.col.2.

ad arbitrium a capituli per subtractionem distributionum b totius hebdomadæ

Capitulum an maiorē pœnam imponat.

a Ad arbitrium capituli.) Nec poterit capitulum ex defectu lecturæ maiorem pœnam imponere, cū hic sit taxata, videlicet vltra subtractionem distributionum totius hebdomadæ, & sic non posset punire in subtractione distributionum totius mensis, vel in fructibus grossis,licet glos.in verbo possit.in pragm.contrarium teneat, videlicet durante pertinacia: quod nō est verum. sed si alio modo deliquerit,alia pœna imponi potest: vt in rub. de iis qui tēpore diuini offic. vagan. sed non pro simplici defectu lecturæ.quod est bene notandum : nam quando pœna à iure statuta est,vt hic , non debet transgredi sine magna causa.l.quid ergo.§.pœna.& ibi Bart.ff. de his qui notan.infam.& Bar. in l. hodie.ff.de pœnis.& in l.3.C.ne sacrum baptisma reitere. & l.1. vt infra certum tempus crimina. quæstio terminetur. not.in c.in archiepiscopatu.de raptoribus. Nec obstat quòd hic relinquatur arbitrio capituli:quia verum est vt possit punire deficientem ad hanc pœnam si velit, sed non vt aliam pœnā imponere possit:alioqui dixissent conditores,vt dicit tex. in c. ad audientiam. de decimis . nec tex. dicit ad voluntatem, sed ad arbitrium. nam verbum arbitrium importat iudicium bōni viri. Pan. in c. 1. col. 4. de sequest.poss.& fruct.Ias.in l.si sic.ff.de leg.1. Voluntas verò refertur ad absolutam voluntatem, non ad regulatam rationem.Bald.in l.voluntatis. col.1. in fi. C.de fideic.Et in l.si cum ea.de dotis promis.Pan.in c.1.not.3.de his quæ fiūnt à maio.par.cap.Bar.plenè in extrauag.ad reprimendum, in verbo videbitur. quomodo in læsæ maiesta. crimine procedatur. Et Ias.in §. in bonæ fidei. insti. de actio. repetentes. in cle.sæpè.in §.non sic tamen.in gl. defensiones. in fi. de verb.sign.vbi plenissimè per Geor.natham. dixi in tract.nomina.q. 21. Vult dicere text.ꝙ si theologus defecerit à lectura:poterit capitulum , si sibi videatur,punire , eum per subtractionem distributionum totius hebdomadæ. ergo si videat theologum ex iusta causa non legisse, non puniet eum:ideo eius arbitrio hic relinquitur, quo ad impositionem pœnæ,non quantam pœnam imponat, quia ex inuidia maiorem imponere fortè vellent, ob id iste text. taxauit pœnam , ad arbitrium tamen capituli imponendam.

Pœna à iure statuta non debet transgredi.

Differentia inter arbitriū & voluntatem.

Non potest tamen capitulum ecclesiæ maiores fructus beneficiati absentis sine licentia episcopi recipere,nec de illis prouidere,teste Feli. in c. olim. col.2.de rescript. ideo hic data est potestas capitulo puniendi , alioqui non posset , nisi ex consuetudine vel priuilegio haberet iurisdictionem , vt in capitulo Bituricen.vide c.cum contingat.& ibi not. de foro compet.

De distributionibus.

b Distributionum.) Capitur hîc pro prouentibus, qui quotidie distribuuntur his qui intersunt diuinis officiis , ac horis canonicis sine fraude c. licet. de præb. & istæ verè sunt quotidianæ distributiones,vt in extrauag. cum nonnullæ. de præb. in extrauag. communibus.Dec.consi.280. in casu.col.1.

Et puto anniuersarium hic etiam comprehendi. Lappus alleg.43. an residens , tum quod æquiparetur distributionibus.c.vno.in fi.de cler.non resi.lib. 6.tum propter rationis identitatem. c. si postquam. §.1.de elect.in 6.Sic concludit gl.in prag.in §.iubet. in verbo distributiones , quo tempore quis debeat esse in choro. Lappus d.allegat. 43. an residens. Sed fructus grossos non perdit , nec distributiones alterius præbendę,arg.c.si compromissarius.de elect.in 6.Et sic etiam panem qui in singulos dies datur posset amittere , cum comprehendatur appellatione distributionum. Card.in c. dilectus. in 1. col. 4. de præb.vbi etiam dicit comprehendi portiones priuilegiatas,sed non quo ad hunc tex.cum potius computentur inter fructus grossos. quia portio priuilegiata dicitur quando omnes reditus sunt cōmunes, & percipiuntur per vnum loco capituli , & in fine anni fiūnt certæ portiones secundum priuilegium, seu statutum , & cuilibet datur portio sua [& Fel. consi.18.stante consuetudine.] Panorm.ibidem.vide Panorm.& Fel.in c.cum olim.de re iudic. [non habita ratione alicuius residentiæ : alias dicerentur veræ distributiones.] gl.in §.item censuit.in verbo numerus.eo.tit.in pragm. vide Pet. Paul. Parisi. in consil.32.licet.col.1.& seq.in 4.vol.

Quæ dicatur portio priuilegiatá.

Et istæ distributiones accrescunt aliis canonicis interessentibus diuinis. cle. vt hi qui. in verb. pars dimidia.de ætate & qualita.Quòd intellige,nisi ex statuto daretur certum quid singulis canonicis. gl. in verbo neque. de tenentibus capitula tempore missę,in pragm.vel nisi essent fructus grossi,qui applicantur ecclesiæ. gl. in verbo suspensus in cle.vlt. de vita & honest.cler. Fel.in c.apostolicæ, col. 5. de de excep.Dec.in ca.1.not.8.de iud.in 2.lectura.

Distributiones absentiū,an præsentibus accrescant.

Et fuerunt istæ distributiones quotidianę inuentæ in honorem cultus diuini, vt beneficiati facilius conuenirēt ad diuina.clem.vna.de reliq.& venerat. sanct.Pan.in d.c.licet.in 2.notab.& Petr. Paul.Parisien.cons.33.in ecclesia.in princ.in 4. vol. Et sunt in triplici differētia,vt per gl.in §.iubet.verbo distributiones.quo tēpore quis debeat esse in choro.& vide ibidē gl.in verbo actualiter,& in verbo percipiunt. Nec valet statutum,vt fructus grossi reducantur ad distributiones quotidianas,tum quia non est in potestate inferioris vires priuilegij absoluere, vel eludere.c.vlt.de renun.in 6.tum etiam, quia aperta esset via ad tollenda priuilegia studij,contra Papæ, ac imperatoris intentionē.Ant.de Butr. cons.42. visis, co.1.vbi fusius probet.& in addi.ad Ioan.Mona.in c. fi.de rescr.in 6.[Et an decima papalis vel regalis ex distributionibus solui debeat , negatiue concludit Marc.de Mantua.in cōs.1.tum ꝙ diuinus relinqueretur cultus & quia in literis excipi solent , & aliis rationibus quas ibi videre licet.] Et an clericus cōuertens fructus sui beneficij in malos vsus teneatur ad restitutionem? quod sic,& etiam hęredes eorum & ideo

Distributiones quotidianæ cur inuētæ sint.

Clericus cōuertēs fructus beneficij in malos vsus ad restitutionem tenetur.

& ideo magni episcopi & cardinales multotiens non habent hæredes. Præpo. in summa. 44. dist.

punirí possit: [a] & si residentiam deseruerit, [b] de illis [c] alteri [d] prouideri debeat.

De verbo potest an et quando importet necessitatem.

a Puniri possit.) Si capitulum velit, quia hoc verbum posit, est verbum voluntarium & non importat necessitatẽ, vt dicit iurisconſ. Vlp. Sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentem hac rescriptione, eum qui prouinciæ præest, adire potes, non imponi necessitatem proconsuli, vel legato eius, vel præsidi prouinciæ, suscipiendæ cognitionis, sed eum æstimare debere, an ipse cognoscere, an iudicem dare debeat. in l. sæpe. ff. de offi. præsi. & l. non quicquid. de iud. & l. 1. C. quomodo & quando iudex. text. iũcta gl. in verbo posit. in c. statutum. §. 1. de rescrip. in 6. Corset. sing. incipiente potest. gl. in cle. auditor. de rescript.

Potest & debet necessitatem important.

Aliquando tamen importat necessitatem secũdum subiectam materiam. l. 1. & ibi Alex. & alij. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. si mandauero tibi. §. fi. ff. mand. auth. sed periculum. C. sine censu vel reliquis. Vel quando potest & debet iunguntur. c. oblatæ. de appella. c. 1. de conuersio. coniug. l. cum postulassem. §. fi. de dam. infect. l. 2. C. quemadmodum testa. aperian. Idem si negatiua præcedat verbum potest. gl. sing. in c. 1. de reg. iur. in 6. tex. in c. 1. de causa possess. de hoc verbo vide. gloss. in c. faciat homo. 22. q. 2. & in c. sciscitatus. de rescript. Bartol. in l. gallus. in princ. ff. de lib. & posthu. & in l. 1. de iniusto rupt. testa.

Deserere quando dicatur, & quomodo à derelinquere differat.

b Deseruerit.) Deserere propriè dicitur, quando consuetudinem & animum ad hanc præbẽdam reuertendi reliquit. §. pauonum. instit. de rerum diuisio. & dicitur desertor. c. placuit. 21. q. 2. & milites desertores. l. desertorem. & per totum. ff. de re milit. Alioqui si ex causa, animo tamen reuertendi, esset ruri per modicum tempus, non videtur residentiã deserere: quia qui corporaliter est in vno loco, & voluntate & mente in alio, videtur esse eo loci, in quo animo, non in eo, in quo est præsens. l. nihil. ff. de captiuis. nec videtur ibi morari, vbi est ad modicum tempus. l. 2. & ibi Alberi. & alij. C. de verbo. signifi. Soci. plenè in l. si quis ita legauerit, vlt. nota. ff. de conditio. & demon. l. penul. si seruus exportan. veneat. l. ex facto. §. rerum. & §. cum fundus. ff. de hæred. inst. Quod facit ad hospitem, vt non videatur receptare bannitum, si transeat per villam publicè, & bibat ibi in taberna, & statim recedat. Alber. in tract. statu. in 4. parte. q. 8. facit l. quæsitum. §. fi. & l. si ita legatum. ff. de leg. 3. hæres absens. §. 2. ff. de iud.

Nõ pro receptatore.

Differunt tamen deserere & derelinquere. qui enim derelinquit, ex pœnitentia non reuocat. l. 1. ff. pro derelicto. §. hoc amplius. inst. de rer. diuisio. sed qui deserit, reuocat. l. qui agros. C. de omni agro desert. & ibi Bar. & Platea. lib. 11. Et deserere quo ad hunc text. dicitur, quando monitus à capitulo non venit. c. ex tuæ. de cleri. non residen. nam & si monitio non requiratur in curatis. c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. c. licet de elect. in 6. tamen in præbendis & aliis beneficiis simplicibus bene requiratur monitio, nec in istis inducitur correctio iurium antiquorum requirentium monitionem. gloss. hic, in verbo prouideatur, in prag. nec poterit priuari, si reuertatur ante priuationem. c. inter. ibi, nisi redierint. de cleri. non resident. Et maximè si ante tres monitiones. Ioan. Selua. in tracta. de beneficio. in 4. parte. quæst. 5. & not. in d. c. ex tuæ.

Monitio requiritur ante priuationem.

Si dubitetur de beneficiato an viuat, vel mortuus sit potest beneficium conferri.

Si tamen tamdiu abfuerit, vt dubitetur an viueret, an mortuus esset, tunc posset hæc præbenda, & aliud beneficium alteri conferri. glos. sing. in c. non oportet. in 1. de consec. distin. 5. quam sing. notat Cors. sing. incipiente vagabundus. Et quando dubitatur an procurator viuat, vel mortuus sit, finitur mandatum. tex. sing. in l. libera. ff. de peculio. secundum Rom. sing. 215. morte. Barb. consil. 11. scripsit. col. 9. vol. 1. Et in repet. rub. C. qui admitti. col. 48. quod est notandum, quia vidi in practica.

Si tamen postea reuertatur is, de quo dubitabatur, an viueret, recuperabit beneficium suum, acsi nõ esset alteri collatum, nisi fuerit per sententiam priuatus propter non residentiam. tunc appellatione opus erit. docto. in d. c. ex tuæ. & c. vnico. de cler. non resid. in 6.

c De illis.) Scilicet canonicatu & præbenda. & sic cum connexa sint canonicatus & præbenda. vtrunque simul est conferendum, vt hic. & probatur in c. dilecto. de præb. & suprà dixi in verbo canonicatum.

Theologus an posit cum non theologo permutare.

d Alteri.) Magistro, licentiato aut baccalaureo formato. dictio enim alteri, eandem qualitatem videtur repetere, sicut dictio alius. cle. 1. de rescrip. Et eo ordine quo supra dictũ extitit, videlicet vt prius doctori in theologia de hac præbenda (si inueniatur) secundò licentiato, in defectum doctoris. tertiò, baccalaureo formato (quando non reperitur licentiatus) prouideatur. Et sic quando fieret permutatio per theologum de ista præbenda alteri quàm supradictum est, non valeret, quia rei affixum est onus, vt patet hic. ideo res cum onere transibit vt lege traditio. ff. de acq. rerum domin. l. alienatio. de contrahen. emptio. [nec posset pensio assignari super hac præbenda non theologo, vt decisum fuit Burdeg. anno 1529. contra magist. Francis. de molendino regio, vt docet Boer. in deci. suis. q. 226. hoc probatur in c. extirpandæ in fi. de præb.] posset tamen doctor permutare cum licentiato, vel baccalaureo formato, sed non cum simplici, quem currentem dicunt, cùm sit huius præbendæ incapax. quid si fieret posset per alium theologum capacem requiri & acceptari.

Imò non posset iste theologus, qui iam resignauit suam præbendam non capaci ad eam redire, etiam si esset adiecta clausula aliter, nec aliàs, quia non est vsus concessione iuris. cle. vna de rer. perm. vt dixi supra in rubr. de regia. §. 1. gl. etiam per cessionem. in fi.

Item vbi qualitas exigitur in aliquo, si non adsit, deficit actus. l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postul. l. fi. §. ait lex de diuort. Resignatio tamen valebit in præiudicium resignantis, si superior approbet, alioqui poterit superior eam ratam non habere c. quod in dubiis. de renunciatio. Imò si collatio fuerit facta non theo

non theologo, & postea alius theologus prosequatur, quod videns episcopus confert præbendam nō theologalē cum isto onere theologo, demū euincitur præbenda theologalis à primo per theologum, quæritur an secundus theologus habebit præbendā cum hoc onere? Resp. quòd non, sed onus habetur pro non adiecto, & collatio facta isti secundo theologo valuit. non tamen dicetur præbenda theologalis, nec poterit post mortem istius acceptari per theologum, vel requiri tanquam theologo affecta. gl. in prag. verbo. de alio.

Et vt liberius [a] studio vacare possit, etiam si absens [b] fuerit à diuinis, habeatur [c] pro præsente, ita vt nihil [d] perdat.

Studium liberum esse debet. a Liberius.) Studium liberum esse debet à cura rerum temporalium. auth. habita. vbi scripsi in nono requisito. C. ne filius pro patre. & ab oneribus & exactionibus. l. 1. & seq. C. qui ætate se excus. lib. 10. Et liberum debet esse studium in eundo, stando & redeundo. dict. auth. habita. & ibi, multa dixi in priuilegiis scholarium, quæ hic nō repeto: & in c. quia. hoc anno interpretando in hac Parisien. vniuersitate, de concessio. præben.

Absens ratione studij recipit distributiones, secus si absens fuerit causa voluptatis. b Absens à diuinis.) Intelligendum est si absens fuerit ratione studij: secus si ratione voluptatis, cū tex. hic dicat, vt liberius possit studio vacare & sic patet quod si non legat, vel studeat, debet diuinis interesse, per istum textum à ratione cessante, & ita vidi seruari apud Bituriges, etiam si theologus pręsens fuerit in ciuitate, vt supra dictum extitit, & hoc exprimit hic tex. dum dicit à diuinis. Si tamen ratione studij esset fatigatus, licet non studeret, posset tamen percipere distributiones quotidianas: quia ratione studij hoc fit. Hic si quærerem congerere materias, possem sexcentas quæstiones de absente & de absentia tractare, sed prosequor tantum text. & eius propriam materiam non verò incidentem. vide in l. absentem. ff. de verbor. signific. & ibi scripsi.

Theologus in diuinis fingitur præsens ratione studij & lecturæ. c Habeatur pro præsente.) Sunt verba addita vltra pragma. & sunt valde rationabilia: nā qui abest à ciuitate causa studiorum, dicitur esse in ciuitate. l. Seiæ §. Pamphilæ. ff. de fundo instr. l. quæsitum. in princip. de leg. 3. tamen non habetur pro præsente in diuinis. vnde legitima causa absentię, licet fingat interdum quem haberi pro residente. c. decætero. & c. cum dilectus. de cleri. non resid. tamen non fingit eum haberi pro præsente in diuinis. text. in c. licet & ibi Imol. not. de præbend. hic tamen fauore studij & lecturæ, vt liberius studio vacare possit theologus, pro præsente habetur etiam in diuinis. & ni fuisset hic expressum, hoc non diceremus, vt nota. in c. vno de cleri. non resid. in 6. Feli. consil. 18. stante.

Statuta canonicorum contra theologum non valent. Et has distributiones recipiet etiam non obstante statuto canonicorum in contrarium, quod non valet in præiudicium istius theologi, cum inferior legem superioris tollere non possit. cle. ne Romani. de elect. vt fuit alias prolatum arrestum in hoc senatu contra canonicos Remen. ecclesiæ, qui sic statuerant contra theologum, anno 1523. die quarta Ianuarij. vide arrestum contra canonicos Carno. diœces. pro theologo, latum hoc anno 1544. quia solent ignari canonici hos probos & doctos odio prosequi & literatos. *Arresta.*

Et hoc intellige per fictionem translatiuam de loco ad locum, de qua Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. aliàs dixi in tractatu meo de fictionibus, in quo congessi verba denotantia fictionem, & per conclusiones tradidi materiam fictionis inductiuæ, priuatiuæ & translatiuæ. ibi, licet videre.

d Nihil perdat.) Et sic nec distributiones, anniuersaria, nec aliud aduentitium amittere debet per hoc verbum nihil. Et si daretur aliquid pro ingressu alicuius contractus singulis canonicis, hic theologus suam partem habebit. vel si reciperetur canonicus, qui solueret ex consuetudine prandium canonicis pręsentibus, isti theologo debetur etiam prandium, vel si præsentes tantum haberent opinionem, iuxta c. fi. de consue. in 6. iste theologus eam habebit, sicut alij: quia nihil perdere debet, nec aliquid mea causa perdet, & hoc suadetur per istum tex. qui fingit eum præsentem in diuinis, si esset verè præsens distributiones haberet. c. vno de cleri. non resid. in 6. sic & quando fictè, vt tantum operetur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. l. filio quem pater. ff. de lib. & posthum. & l. si filiusfa. si cert. pet. c. cum dilectus. & c. ad audientiam. de cleri. non residen. cum denario fraudari non debeant. in vinea domini operantes. c. fin. de magistr. & ista sunt notanda. *Absens theologus non perdit distributiones, nec alia.*

An alij scholastici vel lectores possint habere quotidianas distributiones in absentia ratione studij, quòd non deciditur in c. licet. de præbend. plenè scripsi in scholastico. priuil. 31. vbi cumulaui casus in quibus potest quis eas recipere fauore studij, & in absentia: & an consuetudo valeat quòd quis in absentia possit recipere fructus? Respon. valere, vt quis partem recipiat, non totum. oportet enim quòd remaneat vnde viuat vicarius, qui ecclesiæ seruit, alioqui consuetudo esset ecclesiæ onerosa, & non valeret. c. cum omnes. de constit. c. 1. de consue. Card. & alij in c. ex parte Asten. de concess. præb. vbi dicit post Host. de consuetudine generali, quam Papa scit & tolerat, introductum esse, quòd fructus beneficiorum simplicium percipiantur in absentia: ideo si beneficiatus petat fructus in absentia, non poterunt eidem denegari, nisi probetur quòd ex consuetudine ecclesia illa exigat residentiam, quod not. & ista sufficiant de præbenda theologali. *Consuetudo an valeat quòd quis recipiat fructus beneficiorum in absentia.*

§. PRAEFATIQVE.

§ Præfatique ordinarij. hic §. duas habet partes: Prima præcipit collatoribus ordinariis beneficia graduatis & nominatis conferri. Secunda conferendi præstituit modum. ibi, hoc modo. &c.

Qui dicantur ordinarij collatores.

a Ordinarij collatores.) qui dicantur ordinarij collatores. Respō. eos dici hic ordinarios, qui potestatem habent conferendi beneficia ecclesiastica à Papa vel à rege, c. à iudicibus. 2. q. 6. gl. in c. ordinarij. de offi. ordi. in 6. & in c. si soli. de cōces. præb. illo lib. gl. in verbo ordinario. §. statuimus. extraua. execrabilis. Ioan. 22. rub. de præb. [Et in §. cæterum. ibidem, dicitur ordinarios intelligimꝰ episcopos, in quorū ciuitatibus seu diœcesibus consistunt beneficia, seu aliquod eorū, vel ecclesiis vacātibus capitula eorundē, &c.] siue sint episcopi, siue superiores, vel inferiores gloss. in cle. 1. & ibi Cardi. q. 14. vt lite pend. Dec. in c. post cessionem. not. 1. de proba. & in consil. 169. & diligenter. q. vlt. dixi latè in tract. nominatio. q. 8. nam in materia collationis, vt hic, appellatione ordinarij venit alius inferior etiam non episcopus. Fel. & alij in c. cum olim. col. 1. de præscr. etiam si non haberet iurisdictionem ordinariam. gl. in verbo, ordinariā, in cle. 1. vt lite pend. Et si vellem hic cumulare materias, possem cōgerere multas species ordinariorū. sed nō curo, nisi ea quæ tex. concernunt, hic scribere. Vide tamen Spec. in ti. de iurisd. om. iud. & de ordinario iudice, & delegato, per eundem. in rub. de offi. ord. & quādo per literas principis videatur dari noua iurisdictio, vel antiqua excitari, declaratur in c. licet. de offic. ordi. & ibi addidi. [Et sic vult intelligere hic per ordinarios collatores omnes, qui iure beneficia conferre possunt, & sic largè, vt astringantur ad conferendum nominatis & qualificatis, si tria conferant beneficia, vt inferius dicetur, etiam si essent canonici, qui ordinarij vocantur in c. accedentes. de præscript.] [etiam si abbatissa aut priorissa beneficia conferret ex priuilegio hic comprehenderetur vt potest esse, de quo doct. in c. dilecto. de testib. c. fi. de concessio. præb. Io. de Selua. in tract. de benefic. in 2. parte. q. 23. & Pet. Parisi. consil. 13. circa. in col. 1. vol. 4.]

Ordinarij collatores tenentur cōferre dignitates, & beneficia omnia nominatis, quæ in mense vacabunt Ianuario & Iulio: beneficia verò quæ vocabunt in mense Aprilis & Octobris, graduatis, alio autem tēpore vacantia liberè idoneis conferre poterunt hoc in effectu dicit hic tex.

PRæfatíque ordinarij collatores [a] seu patroni ecclesiastici [b], quicunque fuerint [c] vltra dictā præbendā [d] theologalem, quam vt præfertur, qualificato conferre teneantur, tertiā [e]

Patroni ecclesiastici qui sint & laici.

b Patroni ecclesiastici.) Hi sunt quibus ius præsentandi competit ratione suæ ecclesiæ, siue quādo ipsa ecclesia, vel vniuersitas, seu collegium religiosorum, vel clericorum habet ius patronatus. Feli. in tract. quando literæ apostolicæ. col. 5. & seq. Patroni laici quando ius præsentandi eis competit ratione sui patrimonij. gl. in verbo præsentare. in cle. vlt. de iure patron. Panor. in c. cum autem. illo tit. Et idem si clericus fundauerit aliquam ecclesiam ex suo patrimonio, vel fundatori successerit, quia dicitur ius patronatus laicū, & per omnia regitur, vt laicū. Pan. in c. eam te. de iure patr. Et istud etiam nō comprehenditur in mandatis, nec in nominationib. Lappus alleg. 84. dominus Papa. col. 3. versi. sed nūquid. Rochus Curt. in tract. de iure patro. in verbo ius. in 7. q. & dico in tract. nomina. q. 8. prin. vbi dixi beneficia, quorum præsentatio spectat ad patronum clericum & laicum simul, non contineri in nominationibus, nisi ex consuetudine competeret, vel ex præscriptione. Castado. in decisi. 4. de iure patro. Et cui incumbat onus probandi. Vide eum decis. 7. ibidē. Et inquātū hic tex. dicit patroni ecclesiastici, & patrona cōtinetur. l. patroni. ff. de verb. sig. vbi scripsi.

c Quicunque fuerint.) Siue sint collatores ordinarij regulares, siue seculares in §. volumus. infra. eo. Idem si fuerint patroni ecclesiastici, & isti tenentur præsentare, vt hic, cuiuscunque præeminentiæ fuerint, & dignitatis, etiam si sint cardinales, vt dicitur in §. seq.

Capitula ecclesiarū an nominatis conferre teneantur.

Et sic comprehendit hic tex. capitula ecclesiarū ratione huius generalitatis. [Panor. in c. nouit. 1. no. de his quæ fiūt à præla.] siue iure proprio conferāt, siue vacante sede. licet alias prouisio, seu cōstitutio loquens in vna persona, non extendatur ad personā repręsentatam. i. ad capitula. tex. elegans in c. graue. de pręb. & ibi not. docto. quod constitutio loquēs in prælato, non extenditur ad capitulum, nisi in tex. expressè dicatur. vide Fede. de Senis, consil. 291. domine mi. cum consi. seq. Rom. cōs. 436. quòd indultum, &c. & Ias. cons. 118. in causa. col. 5 vol. 1. Decius cons. 486. visis. col. 1. plenius Fel. in ca. eam te. versi. aliud. de rescr. Et vt semel omnia apprehendas lege Calcan. consi. 1. Et bonum est propter contradictionem, quam possent canonici habere inuicem, quod capitulum constituat vicarium sede vacante, vt docet Fel. in ca. cum olim. col. vlt. de maio. & obed. & ille vicarius nominatis & graduatis conferret.

Vicarius à capitulo si de vacante est constituendus. De dictione vltra.

d Vltra dictam præb.) & sic præbenda theologalis non computatur in tertia parte temporis, quamobrem quocūque tempore vacauerit, theologo debebitur, per hoc verbum vltra: quod excludit. l. eos. C. de modo mulct. l. eos. §. 1. de vsuris. volens dicere theologalem præbendam esse affectam vltra tertiā partem omnium beneficiorum, vt sequitur in text. Item hæc præbenda nō faciebat turnum, vt in prag. §. insuper. in verbo vltra. eod. tit. Sic non comprehenditur in tertia temporis parte. De hac dictione scribit Bart. in l. cum ita. ff. de dote præleg. & Barb. consi. 64. col. 7. in 3. vol. Et consi. 74. col. 6. ibidem. Et Benedict. in repetitio. c. Raynutius. in verbo, alteroche. de testamen.

Nominationes non habent dirigi ad collationē trium beneficiorum ad minimum.

e Tertiam.) Et sic nominationes non possunt dirigi ei, qui habet collationem vnius tantum, aut duorum beneficiorum, sed requiruntur tria ad minimum, per hoc verbum tertiam. & dixi in tract. meo nomina. 8. q. princip. quibus dirigi possint nominationes, & quibus non. & vide q. 15. prin. vers. 23. quid si duo habeat, in regno, & alia extra, an comprehendantur, ibidem. putarem tamen quòd habēti collationes plurium beneficiorum secularium, & duas tantum regularium, nominationes dirigi possent tam ad regularia, quàm ad secularia beneficia: tum quòd tertia pars temporis sit hic affecta, tum quia hæ nominationes respiciunt omnia beneficia

quo ad

quo ad concessionem, quod secus esset si vnũ tantum regulare haberet, quia tunc nominationes regulari concedi non possent, alioqui esset quædam reseruatio. de qua scripsi in rub. proxi. supra & infra §.1. in gl. decem.

Mandata cui hodie possint dirigi.

Sed secus in mandatis apostolicis, quæ de iure possunt dirigi habenti collationem duorum beneficiorum. c. mandatum. & ibi not. & c. in nostra. de rescr. hodie nõn habenti collationem decem beneficiorũ non diriguntur in hoc regno mandata. rub. de mand. apost. infra, vbi dico: Nec duo mandata nisi habenti collationem quinquaginta beneficiorum. Si tamen vltra tertiam partẽ beneficiorum vacaret in mensibus infra deputatis, deberetur nominatis & graduatis. idem si minus tertia, quia tertia pars tẽporis est affecta, vt sequitur. Et per ista dico nõ extantibus nominatis, beneficia esse debita graduatis, etiam si in mensibus nominatorũ vacent: in §. teneantur, in gl. irrita. infra. eo. quia tertia pars beneficiorum vacantiũ in mensibus hic præstitutis est affecta literatis graduatis, videlicet & nominatis ergo alteris non existentibus, alteris debetur, & cessante affectione nominatorum superest affectio graduatorum quam habuerunt conditores.

Nõ extantibus nominatis an beneficia graduatis debeantur.

partẽ omnium dignitatũ [a] personatuum, administrationũ, & officiorũ, cæterorúmque [b] beneficiorum ecclesiasticorum [c] ad eorum collationem [d], prouisionem [e],

Quæ dignitas in nominationibus comprehendatur.

a Omnium dignitatum.) Non comprehendũtur hic archiepiscopatus, nec episcopatus, cum in odiosis appellatione dignitatis non veniat episcopatus. tex. sing. in cle. vna. de renunc. gl. in c. 2. in verb. dignitatum. de præb. in 6. cum episcopatus sit culmẽ dignitatum. c. venerabilis. de præb. c. nos consuetudinem. 12. dist. gl. & doct. in c. 2. §. pen. de hęret. Barb. in procemio cle. col. 3. & in tract. de præstantia car. in 1. q. 1. partis. col. 4. gl. in c. fœlicis. §. quòd si quis. in verbo, pontificalem. de pœnis. in 6. in fauorabilibus sic. cle. auditor. & ibi Barb. col. 12. de rescrip. & in c. nisi. col. vlt. de off. leg. Item quia supra. tit. 2. fuit specialiter de illis dispositum. §. quòd illorum nominatio ad regem pertineret, & sic non comprehenduntur hic etiam abbatiæ, vel aliæ electiuæ dignitates, sed alię non electiuæ dignitates extra abbatiam sic, Et hoc tenet Lappus alleg. 84. dominus Papa. col. 5. vers. sed nunquid. vbi beneficiorum appellatione dicit non comprehendi abbatias.

Et quæ beneficia non comprehẽdantur in nominationibus, scripsi in tractatu nominationum. q. 15. ibi, vide 30. beneficia quæ nominatis nõ debentur.

De dictione cæterorum.

b Cæterorúmque.) i. omniũ aliorum beneficiorũ tertia pars graduatis & nominatis cõferri debet, vt sequitur. nam appellatione cæterorum omnia continentur. l. cæterorum, vbi scripsi. ff. de verb. signi. c. Raynutius. de test. auth. ex causa. C. de liber. præter. c. apostolica. 56. dist. l. Gallus. §. & quid si tantũ. in fine. ff. de libe. & posth. & reperit similia. gl. & ibi Bar. in l. non solum. §. quæritur. ff. de procu. gl. in c. deinde. 26. dist. c. omnes principes. de maior. c. quanuis. 1. in fi. de præb. in 6. nisi hoc exprimatur, vt l. non impossibile. & l. ab emptione. ff. de pact. Ias. in l. quę dotis. in vlt. not. sol. matri. Aliquando abbreuiationis causa ponitur, maximè per notarios, & tũc per hãc dictionem, &c. censentur comprehendi ea quæ sunt de natura & consuetudine actus, super quo apponitur. Bar. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthu. vbi dicit extendi posse secundum notarij consuetudinem. non licebit tamen successori in re dubia absque iudicis mandato hanc clausulam extendere. Fel. in c. cum P. tabellio. de fid. instr. alia ibi licet videre de ista dictione, &c. Et quæ scripsi in d. l. cæterorum. de verbor. significatione.

Notarius quãdo possit extendere abbreuiaturas.

c Beneficiorum ecclesiasticorum.) Hoc dicit ad differentiam temporaliũ, vt sunt feuda, comitatus, ducatus, & similia, de quibus loquitur tex. in c. fœlicis. §. si qua vero feuda, locationes, officium, vel beneficiũ spirituale, vel tẽporale, de pœnis in 6. & cle. 1. versic. à feudis. illo tit. Et illa beneficia non cõprehenduntur hic, quia de ecclesiasticis expressit, ergo excludit temporalia. c. nónne. de præsumpt. l. cum prætor. ff. de iud. Et quotuplex sit beneficium, tradit Io. de Selua. in tract. de benefi. in 1. parte. q. 2. Ergo collatores adstringuntur cõferre beneficia quęcunque, tam maiora quàm minora, temporibus tamen statutis nominatis, & graduatis vacantia, siue sint altaria, capellæ, vel alia etiam minima. c. si proponente. de rescript. dixi in tract. no. q. 9.

Duplex beneficium ecclesiasticũ & temporale.

d Collationem.) Scripsi supra in præfatione ad hãc rub. quomodo hic capiatur, & alibi in iure. ibi, vide si lubet. No. tamẽ quòd si quis impetret beneficium tanquam vacans per extraua. execrabilis, & etiam per nõ promotionem, si probet vnum ex his vocandi modum, sufficit, quia copulatiua exponitur pro disiunctiua, vt sæpius fit. l. sæpe. & ibi dixi. ff. de verb. sign. not. in c. inter. de rescript. etiam quia vno ex duobus repugnantibus purè & legitimè asserto, alterum repugnans eo ipso videtur tacitè negatum. nam qui dicit rem esse suam, etiam asserit ad alium non pertinere. l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procu. hoc tenet expresè Ægidius de bella mera, decis. 735. si impetrans.

Probare vnũ vacandi modum sufficit.

e Prouisionem.) Latum verbum est, quod cõprehendere potest nominationem, postulationem, pręsentationẽ, & collationẽ. gl. in cle. si in verbo prouisioni. de elect. Domi. in consi. 15. reuerende. col. 2. & est nomen pluribus adaptabile, nam quãdoque sapit electionem, quãdoque confirmationẽ, quandoque vtrunque simul, quandoque proprio motu factam largitionem. Bald. in l. Barbarius. col. pen. ff. de offi. prætor. Feli. in c. eam te. col. 3. de rescr. Et largè cõprehendit omnem modum per quem ecclesiæ prouideretur. Domi. & Franc. in c. cum in illis. §. 1. de præb. in 6. Fel. in c. in nostra. correla. 32. nu. 28. de rescrip. Imò verbum prouideas, notat prouidentiam, non solum ecclesiæ impetratæ, sed etiam impetrãtis. Bald. in c. fi. in fi. de præsum. arg. l. Theopompus. ff. de dote præleg. & prouisio idẽ est quod collatio. text. & ibi ponderát Perus. in c. eum cui. de pręb. lib. 6. vide Card. in cl. in plerisque. in fi. prin. de elect. Et prouisio Papę habet vim electionis & confirmationis. Panor. Barb. Feli. & alij in d. c. eam te. de rescrip. & Panor. in c. nosti. de elect. Bal. consi. 591. verba

Prouisio cõprehendit collationẽ, præsentationẽ, nominationẽ & postulationem.

Prouisio Papę habet vim electionis & confirmationis.

Papę.in 5.vol.Panor.in c.cum olim.de cauſ.poſſ.Et quando ſit prouiſio facienda filio, declarat tex. & doctο.in l.ſi instituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta.Quibus perſonis ſit facienda prouiſio, dixi in tract.meo de ſent.prouiſional.in ordina.reg.& prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.l. fin. C.de pact.conuen. Claud. de Seycel.in l.1.col.5. & ſeq.ff.de vulg.& in l.ſi cũ dotem.ſol.matr.Gomeſi. in §.fuerat.col.15.inſt.de actio.*Et hoc verbum aliquando refertur ad epiſcopum & collatorem, & interdum ad iudicẽ.l.generaliter.1.vbi Bal.in prin.C. de epiſ.& cle.& inter auditores Rotę eſt frequens in cõmiſſionibus,prouideat.d.Io.ſuauis Romanus auditor,inter omnes excellẽs.de quo alibi ſcribã, &c.

nominationem [a], præſentationẽ [b], ſeu quamuis aliam diſpoſitionem [c] quomodolibet

a Nominationem.) Quot modis capiatur nominatio, quid ſit, quibus nominationes dirigantur, & aliæ multæ quæſtiones tradũtur in tract. meo nominatio.vbi licet cernere.

b Præſentationem.) Præſentatio eſt quædã perſonę per patronum epiſcopo,vel alteri ad quem inſtitutio pertinet,legitimè facta exhibitio,vt pręſentato de beneficio vacãte prouideatur.Panor. in c. ea noſcitur. de his quæ fiunt à prælato. Et quòd is qui pręſentatur,debeat eſſe pręſens.probat gl.in cle. dudum.in verb. præſentari. de ſepul. & ibi Cardin. & Curtius in tracta.de iure patr.in verb.ius.q.3.vbi limitãt,quando præſentatus eſſet notus inſtituẽti. Et differt ab electione,vt Curtius tradit ibi.q.4.vbi ponit.4.differẽtias.vide,& cuius efficaciæ vel effectus ſit iſta pręſentatio, & an dicatur fructus,tradit Paul. citadinis,in tract.de iure patro.in 6 parte.art.3.q.31. vbi licet multa videre in hac materia. tamen ſicut collator poteſt conferre beneficium vacans de iure. c.licet epiſcopus.de præb. in 6. ſic & patronus præſentare.de Rota deciſ.365.nota nunquid.in antiq.

Præſentatus præſens eſſe debet.

Et præſentatio debet probari ab eo qui præſentatum ſe dicit,nec ſufficeret ſi probaret ſe inſtitutũ, etiam ſi in illo inſtrumẽto epiſcopus narraret præſentationẽ.Ita tenet Felin.quando ageretur de præiudicio alterius.in c.ſicut.col.12.num. 26. de re iud. & docto.in l.ſciendum.ff.de verb.oblig. Quia verba narratiua non probant.c.ſi Papa.de priuil.in 6.

Præſentatio à quo probanda ſit.

c Diſpoſitionem.) Comprehendit inſtitutionem. Dominicus & Peruſ.in c.cum in illis.§.1.de pręb.in 6.& quamlibet aliam ordinationem,per quam prouidętur beneficiis eccleſiaſticis. gl. in verbo diſpoſitionem.& ibi Card.in cle.vna. de ſupplen. neglig. præl.c.ſanctorũ.70.diſt.Dom.conſ 65.circa.col.1.nã generaliſſimũ verbum eſt Bald.conſ.501. verba Papæ.in 5.vol.& poteſt ad quemlibet actũ referri.text. in l.1.C.de bonis proſcripto. Alex. & ibi in addi. ad eum,in rubr.ff.ſolut.matrim.nu.16.

Diſpoſitio generaliſſimum eſt verbum.

Imo verbum ordinare & diſponere locum habẽt tam in iudicio,quàm extra, & in actibus vbi fertur ſententia, vel quaſi,nec reſtringitur ſignificatio eius ſolum ad actum conferendi.c.penult.de offic.lega. in 6.Feder.conſi.195.factum ita.col.1.Ideo impetrãs beneficium ad ordinationem alicuius ſpectans,poterit petere beneficium, quod pertinet ad collationem,pręſentationem,& quamuis aliam diſpoſitionem.c.poſt electionem.de conceſſio.pręb.gl.in verbo,ordinationem.in extra.ſedes. de offic. deleg. in communibus.doct.in c.cum in illis.§.illis. de præb. in 6.Ioan. Dayma. in verbo,mixta in procœmio ſupra.vide gl.in §.ſeq.in verb.diſpoſuerit.

Non tamen comprehendit hic electionem exigentem cõfirmationem,vt probat. d.c.cum in illis. §.1.per text.in cle.1.de præb. tum quia hoc eſt odioſum : ordinariis & in odioſis non venit electio appellatione diſpoſitionis.gl.in verbo diſpoſitionem, in tit.de reſeruat.in prag. tum quia nõ eſt veriſimile,quòd iſte text.ita voluerit derogare vniuerſitati, ad quam pertinet electio,ſicut vni ſingulari, ad quẽ pertinet prouiſio,quia vniuerſitas innititur iuri cõmuni in eligendo, vel ſaltem plus accedit ius commune ad ius eligendi,quàm ad aliud.Io. Monac. in c.in generali.de ele.in 6.refert Boni.in cl.1.de præb. Card.conſ.103.caſus ſuper quo.col.2.Nec etiam eſt veriſimile, quòd rex voluerit ſibi derogare in illa nominatione,quam loco electionum habet, vt patet ſupra in tit.de regia ad pręla.nomi.facien.ita tenet de Ripa lib.2.reſpon.c.23.Iulius Papa,&c.& cõſ. 34.indultum.ibid.Nec comprehendit etiam confirmationem,nam qui cõfirmat in virtute mixta, ſua & alterius,non dicitur diſponere nec prouidere,nec imputatur ei hoc ad beneficium, ſed ad iuſtitiam. non enim impendit beneficium, qui exhibet debitum.l.ſi ſeruo fideicommiſſaria.ff.de hæred.inſtit.l. proximè.de ritu nupt.Bald.conſi.501.verba Papę.in 5.volum.

Nec obſtat verbum quamuis aliam diſpoſitionem, quia intelligitur de collatiua ſimili expreſſis, per illud verbum aliam.gl.in cle.1. de reſcr. l. ſi fugitiui. C.de ſer.fugit.Fel.in c.ſedes.col.2. verſi.clauſula.de reſcr.vbi plenè tradit.facit quod dicit Rom. in l.1.ff.de dona.cauſ.mor.vbi ſi filiusfa. vidẽs ſe nõ poſſe facere teſtamentum dicat, ſi non valeat iure teſtamẽti, valeat iure codicillorum, vel alterius cuiuſlibet vltimę voluntatis, non refertur ad donationem cauſa mortis, de qua debet fieri expreſſa mentio.l.filiusfa.in fi. ff. de dona. Item illa enumeratio ſpecierum antecedens facit, vt ſub illa clauſula generali non includatur ſpecies electionis, cum ſit maior & grauior ſpeciebus ſupra enumeratis. text. in d.clem.1.& clem.non poteſt. de procur. Nec poſtulatio, cum tantum Papæ fiat de epiſcopatibus & aliis dignitatibus electiuis. c. 1. & per totum. de poſt.præl.

De verbo quamuis aliam.

Nec me mouet verbum,quomodolibet ſpectantium,in textu poſitum,quia debet intelligi, ſiue collatio, ſeu alia prouiſio ſpectet ad collatorem iure proprio ſiue deuoluto. vt in c.2. de conceſſ. præben. ſiue iure proprio ſiue iure alieno,vtpote authoritate apoſtolica,in cle. vna. de renunc. & cle. vnic. de ſuppl.negl.pręl.gl.in verbo quouis modo. in §.ꝙ ſi quis cuiuſcunque.de colla.in prag.ſiue collatio ſpectet ſuo nomine,ſiue alieno,vt c.ſi.de offi.vica.in 6. Et expone quomodolibet,id eſt quolibet modo.dictio enim quomodolibet vna pars orationis eſt, & diſtributiua modorum.gl. & ibi Arch. in c. indemnitatibus.

De verbo quomodolibet.

nitatibus.§.1.versi. si qua verò. de elect. in 6. c. quia plerique.de offi.ordi.eo. lib. cle. vlt. in fi. de priuil. vel quomodolibet,id est quocunque modo,siue iure communi,siue priuilegio,vel præscripta consuetudine.sic exponit gl.in c.quanquàm. de elect. in 6. gl.in verbo spectat.in c.si clericus. de præb. eo. lib. tex.in c.statutum.§.in nullo.de rescr.in 6. Ias. cons. 63.per reformationē. in col.3.vol.3. gl.in cle. grauis. de sen.exc.& cle.vlt.ibid. Bart. cons. 117. ex literis. col.pe.in 1.vol.secundum nouam editionem.

spectantium, viris literatis [a] graduatis [b] & per vniuersitatem [c] nominatis conferant. Hoc modo [d], videlicet in primo mense [e] post præsentium acceptationem [f],

a Viris literatis.) Literatis enim ecclesia quā maximè noscitur indigere.c.cum ex eo.de ele. in 6. per quos totus mundus illuminatur. auth.habita. C. ne filius pro patre. Et intelligitur hic de literatis,siue in theologia,iure pontificio,ciuili,vel medicina,seu in artibus,vt declaratur infra.eo.§.præterea.quia omnis sciētia à Deo est.c.legimus.§.hinc etiam.37.dist. & literatis prouideri debet c. ad decorem. de insti. Priuilegia illorum dico in scholastico.priuileg. vbi cumulaui scholasticorum priuilegia centum octaginta. *Literatis prouideri debet.*

b Graduatis.)Et sic non sufficit scientia sine gradu. gradus enim non facit hominem peritiorem, sed eum prouocat & inducit ad maius studium, & assiduā lectionem, vt eo decentius in gradu assumpto militet,& vt talis appareat,qualis ex signis collatis esse prima facie creditur, & veraciter interius debeat esse, vt sic signatum signis correspondeat. Bonif.in cle.vna per illum tex.not.13.de excess.prælat.nec gradus sine scientia,vt hic patet.si velis scire gradus, ex quibus peruenitur ad perfectionem alicuius scientiæ,nota sequentes casus.Primus est velle scientiam acquirere.Secūdus, est delectari in voluntate.Tertius,est meditari in ipsa. Quartus,intellectu capere meditatum.Quintus,memoriæ tradere.Sextus,aliquid inuenire,&simile aliis.Septimus, à se inuentum iudicare.Octauus, de iudicato bonū dicere.Nonus,illud bonum modulatè proferre.Alber.in dictio.in verbo gradus. *Gradus ex quibus peruenitur ad perfectionem.*

Et quibus concedi possint nominationes,hic patet,videlicet graduatis literatis, qui legitimè gradū adepti fuerint.§.præterea.infra.eo.& vide quæ dixi in tract.nominatio.quæst.5.vbi plenè dico. *Quibus cōcedi nominatiões possint.*

c Per vniuersitatem nominatis.) Et sic vniuersitas potest nominare,& non facultas,vt latius dicam in tract.nominatio.in 6. q. princ. vbi dico à quibus concedantur nominationes, & quare ab vniuersitatibus: & an ab vniuersitatibus extra regnum, vel ab vniuersitatibus regni, ad beneficia sita extra regnum.ibidem. *Vniuersitas nominatio. cōcedit.*

d Hoc modo.)Capitur pro moderatione,videlicet hac moderatione,vel hac lege sequēti.l.hoc modo.ff.de condi.& demonst.Bar.in l.quibus.§. Thermus.illo tit.vel hac forma.l.si. C.de modo mulcta. Alber. Brunus in tract. de forma & solemni.actus. Rub.ex quibus consistant forma & solēnitas. versi. 47.vel hac conditione. gl.in c. Raynaldus. de testa. nam aliquando modus pro conditione accipitur.& contra,vt scribit Bart.consi.4. factum tale. & differentiam inter modum & conditionem tradit gl.& doct.in rub.ff.de condit.& demonst.de modo, vide quæ abundè scripsi in l.maiore.ff.de verb.sign. *Dictio modus qualiter accipiatur.*

Videlicet.)Declaratiuè ponitur l.videlicet. ff. ex quib.cau.maio.c.transmissæ, de eo qui cogno.consang.vxo.gl.in cle.causam.de elec.c.ex literis.& ibi Aret.de prob.Dec.consi.47.& pro viribus.col.2. & sic causa confusionis tollendæ inter nominatos & graduatos declarat ordinem illorum, non tamē intendit aliquid graduatis auferre, scilicet vt non extantibus nominatis, graduati admitti non possint, vt dico in §. teneantur. infra eo. Aliquando tamen stat restrictiuè, si materia subiecta patiatur. gl. in c. 2.de priuileg.in 6. & ibi Domi. gl. in c. Romana. §. caueant.de sent.excom.eo. lib. Bar.in l. 1. ff. ad leg. Aquil.& Bald.in l. 2. quando actio de pecu. est annalis.& l.cum mulier.ff.solu.matr.Ias.in l.filio. col. 3.de liber.& posthum. *De verbo videlicet quomodo capiatur.*

e In primo mense.) Qui est Aprilis, vt declaratū fuit infra rubr. de regia facultate primum mensem graduatis debitum nominandi.cum hęc concordata primo Parisiē.fuerint publicata, & in mēse Martio. Et notandum est, quòd per pragma. tertia pars graduatis debebat cōferri hoc modo.nam duæ partes illius tertiæ conferebantur nominatis, & tertia illius tertiæ conferebatur graduatis, vt dicitur in §. insuper.& in §.item placuit.de colla.in pragma. Et quia ista tertia & tertiæ,tertia incertæ erāt:ideo fuit statutum per Ludoui.12.Franciæ tum regem. art. 3. rubri. *des graduez*, quòd collatores ordinarij & patroni ecclesiastici describerent in vno libro omnes collationes per ordinem vt tertia pars posset liquidari: quem librum tenebantur collatores ordinarij exhibere,& graduatis,& nominatis.tamē quia multæ fraudes fiebant per collatores, ideo fuit hic expressius declaratum per menses, vt sequitur, & est iusta & ęqua declaratio,quamuis nominari conquerantur,dicentes se debere tres mēses habere,& graduati vnum tantum, sicut habebant per prag. duas partes: sed quia ita placuit principibus, & illis placere debet.& maximè,quia in mēsibus graduatorū simpliciū nominati possunt gratificari,quia graduati sunt,ideo nil est,quod conqueri possint. *Qui mēses sint assignati nominatis, & qui graduatis.*

f Post præsentium acceptationem.)Hoc ideo dicit, quia lex vel dispositio principis non recepta, nec moribus vtentium approbata, non ligat subditos,si non fuerit obseruata sciente & tolerāte principe.gl.sing.reputata in cap.1. in verbo,frangere.de theuga & pace. similis tamen in sum. 24. q.1. quam ibi not.doct.& Alex.consi.6. in 1. vol. & consil. 132. ibidem.& cōs.39.in 3. vol. Idem si reciperetur à minori parte, & non à maiori, quia etiam non ligat. Pan.in c.quia circa.de consang. *Constitutio principis nō recepta, nō ligat.*

Nec requiritur consuetudo præscripta per decē annos, sed sufficit simpliciter vsus cōtrarius.c.cum olim.de cleri.cōiug.§.1.dist.4.quia superior videtur eā legem tacite tollere, ex quo scit contrarium obseruari,& patitur. Aret.consi.11. procedendum. col. pe.Roma.consi.512.quo ad primum.in fi.& supra in

prefatio.huius tit.dixi.& Bauer.in §.1.col.3.de testa. facit gl.in c.de libellis 20.dist.vbi ecclesia Orietalis non recepit canones de continentia clericorum,tamen propter hoc nō incidit in hæresim,nec est peccatum mortale.tex.in c.denique.in fi.4. dist. plene. Auffrer.in repe.cle.1.not.10.de offic.ordi.

Galli constitutiones bursales nō recipiunt.

Sic Galli, qui constitutiones bursales Papæ non receperunt,non malè fecerunt per præd.& ita tenet Benedi.in repet.c. Raynutius.in verbo,& vxorem, nu.233.& seq.de testam.cum leges ex alia causa nos non teneant, quàm quod iudicio populi receptæ sunt,verba sunt iurisconsulti in l.de quibus.ff.de legibus.& quia alia fuerunt cōcordata, de quibus supra dixi, quæ non fuerunt à populo recepta, ideo conditores dixerunt hic,post publicationem, & acceptationem,& ex ordine prius publicantur,quàm acceptentur in auth.vt factæ nouæ constit.in princ. colla. 5. sed hic voluit text. quòd acceptari debent eo tempore,quo publicantur,vt nullum tempus supersit à tempore publicationis.

Concordatum ante publicationem nō ligat.

Dicens concordatū nō receptum, hoc probare debet.

Et quando quis impugnat concordata, vel aliquem §.nō esse receptum, hoc debet probare,quia hæc negatiua est fundamentum suæ intentionis, quo casu qui facit fundamentum in negatiua. tenetur eam probare.Bart.in l. pen. §. docere. per illum tex.ff.ne quis eum qui in ius voc.est. Dec. conf. 534. procedendo. nu. 9. & quia præsumptio est quòd sit receptum,& exceptio à reo est probanda. l. 1. C. de proba. l. in exceptionibus. ff. illo tit. Scripsi abundantius in tract. meo exceptio. vide plenè Guillel. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo & vxorem, nu.229.& seq.de testa.

Si tamen in vno articulo non fuerint recepta, vt in hac vniuersitate,quia tēpus studij sigillatur sigillo facultatis, si vniuersitas postea velit statuere, ꝙ concordatum obseruetur, valebit istud statutum, per not.in c.ex literis.de constit. nisi hoc statuerent in preiudicium alicuius facultatis,vel iam nominatorum.per tex.in c.quum omnes.de consti.nec possent omnes facultates vna contradicente hoc statuere.per not.in c.cum accessissent.de constit.

a Publicationē.) Et sic ante publicationem ligabat concordatū, vt in aut.vt factæ nouæ cōsti. in prin.coll. 5. & publicatio,

& earum publicationē [a], prefati ordinarij collatores,dignitates [b] personatus [c], administrationes [d],

Quæ publica in attēdi debeat.

quæ fuit facta in curia,attendenda est, quādo factæ sunt plures.Card in procemio cle. in fi.dixi in repe. l.vnicæ.not. vlt. C. de senten. quæ pro eo quòd interest. nec sufficit publicationem fieri in curia, sed requiritur quòd fiat in qualibet prouincia, vbi seruari debet.§.1.vt factæ nouæ constit.Alex.consi.181. in causa.col.vlt.in 6.vol.& conf.52.in causa.col.1.in 7.vol.Et constitutio statim facta publicatione ligat scientes, ignorātes verò non nisi lapsis duobus mēsibus l.fin.ff.de decre.ab ordin.faciend. c.1. nec obstaret.de concessio.præb.in 6.gl.& ibi Domi.& Perus.in c.cum singula.de præb.eo.lib.Barb.in c.2.co. 12.nu.61.cum seq.de constitut.quia tūc præsumitur scientia, ideo allegans ignorātiam postea eam probare debet,secus ante duos mēses. Bonifa.in procemio clement. §. penult. in fi. & quando dicatur publicè aliquid fieri,vide per gl.in cle.1.de sepul.& per Calca.conf.77.col.5.Et de publicatione testiū qualiter fiat, & ex ea quis effectus producatur, tradit Spec.in tit.de teste.§.satis vtiliter.Et nouem ex quibus instrumentum publicatur, idem Spec. in titu. de instru. edit. §. breuiter commemoremus. & §. ostenso.

b Dignitates.)Ecclesiasticas, tam regulares, quā seculares, vt infra patet, quia indefinita æquipollet vniuersali.c.vt circa.de ele.in 6.intellige collatiuas, non verè electiuas, vt infra dico. & supra in verbo omnium dignitatum. istæ tamē dignitates in ecclesiis cathedralibus regni non debentur, nisi canonicis illarum ecclesiarum ex cōsuetudine, vt dico latius in 15.q.tract.nominat.nu. 38.vers.22. Ideo oportet ꝙ nominatus faciat se in illa creari canonicum ad illum effectum, videlicet obtinendi dignitatem, vt patet in rubrica de reseruatio.supra.§.vltimo. nam vniuersitates non possunt derogare priuilegiis, statutis,& consuetudinibus ecclesiarum,nec alius etiā legatus. gl.in c. pro illorum. de præb. Et si potestas nominandi concessa vniuersitatibus sit,non tamen derogandi priuilegiis ecclesiarum à Papa cōfirmatis. Et dignitas est quædam præeminentia in ecclesia cum iurisdictione,vt in c.de multa.de præb. vbi dixi.& notandum est,quòd dispensatus,vt obtinere possit dignitates, non censetur dispensatus, vt habeat episcopatum, vt not. in cap. fin. de filiis presbytero. & cap.1.eod.titu.in 6. Sic consuluit Decius consi.442.in replica.incipien.vt præsupposita.post Panorm.in c.dilectus.de concesio. præb.per illum text.

Dignitates non debentur ex consuetudine nisi canonicis.

Dispēsatus ad dignitates,non dicitur ad episcopatū dispensatus.

Quid sit personatus.

c Personatus.) Est quædam prærogatiua in ecclesia sine iurisdictione, dum habet stallum in choro honorificum præ aliis.Panorm.in c.de multa,de præb.Domi.& alij in c.1.de consuetud.in 6.Bald.in ca.dudum. 2.colum. 4. de electio. Ioannes de Selua in tracta.de beneficio.in 1.parte.quæst.2. versi.7.beneficiorum.&c.gl.in verbo personatus,in extrauag. execrabilis in extra.communibus.& adhuc in multis ecclesiis linguæ occitanæ vulgo vocantur personatus,vt Bituris audiui.

Et personatus non est dignitas, si propriè sumatur.teste Oldra.consi.150. in ecclesia. col. 2. Secus si largè, quia tunc sunt synonyma, & sunt tanquam genus & species.Domi.in d.c.1.per c. cum accessissent.de constitu.[vide tex.in c.ad hæc.de offi. vica. vbi aliter accipitur,vt dixi in praxi beneficiali. post prin.]

d Administrationes.) Largè sumitur,vt comprehendat prioratus, & alia beneficia, quæ etiam nominatis & graduatis,si in tēpore præstituto vacens, debentur.tex.& ibi Card.q.6.in cle.1. de rescript. c. 2. de æta. & qualit. & intelligi secundum propriæ personæ condecentiam,& conformitatem. §.volumus.infra.eo.nisi sit prioratus conuentualis,& verè electiuus, qui ad nominationem regis pertinet, vt tradit tex.in §.monasteriis.supra.de regia ad præla. nominat.facien.vide Imol.in cle.vna. col.2. nume. 14.de suppl.neglig.præla.

& Offi

&officia [a] ad eorum collationem, prouisionem, nominationem præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem, vt præfertur, spectantia, graduatis huiusmodi, qui literas suorum graduum cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre [b] teneantur [c]. Beneficia [d] verò [e] quæ in duobus sequentibus [f] mensibus vacare contigerit, illa iuxta iuris communis dispositionem personis idoneis [g]

Quid sit officium.

a Officia ecclesiastica.) Ecclesiasticū autem officium, est administratio rerū ecclesiasticarū sine iurisdictione, vt sacrista. c.1. de cōsuet. in 6. Io. de Selua, in tract. de benefic. in 1. parte q.2. multa scribunt docto. in rub. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & in rub. de offic. deleg. Ioan Francis. in tract. de offic. & potestate ca. sede vacante. in 2. prælud.

Episcopus beneficia vacantia pro se retinere nō potest.

b Conferre.) Ergo pro se retinere beneficia vacātia episcopus nō potest, vel alius collator, sed ea cōferre tenetur, vt hic. arg. c. fi. de instit. ca. per vestras. de iure patro. ita tenet Bertachi. in tract. de episcopo, lib. 4. 2. partis. q. 24. Nec poterit creare vicariū, qui sibi conferat, quum idem sit cū episcopo. c.2. de consuet. in 6. Sed collatores procurāt habere vicarios à Papa qui eisdem conferant, quod nō seruant regnicolæ, ne sibi omnia beneficia diœcesis episcopi retineant, quod est iuri exosum. not. in c. relatū. de præben. & in c. nō indiscretè. de procurat. & cle. penult. illo tit. & not. in c.1. de offic. vicar. in 6. vbi not. episcopū posse creare vicarium cum potestate substituendi, & is substitutus à vicario poterit conferre beneficia vicario: quia videtur institutus ab episcopo, & iure episcopi confert, non vicarij substituentis. parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. text. in l. item. §. j. quod cuiusque vniuer. nomi. fac. c. is cui. de offi. deleg. in 6. Feli. in c. post cessionem. col. vlti. de probat. scripsi abundè de his vicariis in praxi beneficia. paulo post principium.

Vicarius en episcopo, & quādo cōferat, & quid de substituto.

Verbū tenetur necessitatem importat, & quando ad factum quis teneatur.

c Teneantur.) Necessitatem importat. gl. in §. insuper. de collatio. in prag. dixi supra in §. j. in gl. debeat. & in gl. teneantur. eod. tit. & si quis præcisè ad factū non tenetur. l. si quis ab alio. ff. de re iud. cum similibus. tamen non procedit de æquitate canonica. ca. qualiter. de pact. Panor. in ca. per tuas. de arbi. c. veniens. col. pen. de iureiur. vel quādo quis ad factum ex legis dispositione tenetur, tunc præcisè cogitur. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quod metus caus. Bart. & alij in l. stipulationes non diuiduntur. q.8. ff. de verbo. oblig. ne legis dispositio ludibrio sit. arg. l. fi. §. vbi autem. C. de bon. quæ libe. Alioqui si collator aliter quàm hic statuitur, conferat, prouidetur in §. seq. & in §. fi. infra eod. Et intellige secundum tempus iuris, videlicet vt patronus clericus intra sex menses præsentare debeat. cap. vno. de iure patr. in 6. & collator intra sex menses conferre. c.2. de concess. præben.

Beneficium quādo largè sumi debeat.

d Beneficia.) Largè accipitur, vt in cap. postulasti. vbi Feli. post alios de rescrip. & in regula prima. de reg. iur. in 6. tex. in c. olim. de verb. signi. latè. in q.9. tracta. nomina. dixi. Barb. in c. abbatem. col.5. ibidē; text. in c. cum liberum. & ibi glo. de sepult. quod est verum quando exprimitur in iure, vel constitutione: secus in impetrationibus quæ sunt odiosæ. Car. in cle. si Romanus. de præb. Ioan. fie Selua in tracta. de benefic. in 1. parte quæst.3.

Dictio verò quid significet.

e Verò.) Aduersatiue ponitur, tam in iure quàm in facto. l. si cum filius. ff. de donat. §. venditæ. instit. de rerum diuis. Et sic vult dicere text. q. ordinarij collatores tenentur conferre beneficia vacantia. in primo mense graduatis: beneficia verò quæ in duobus sequentibus mensibus vacare contigerit, liberè conferre possunt, idoneis tamen vt sequitur.

Mensis in mandatis quomodo cōputetur.

f Sequentibus mēsibus.) Intellige de mēse Maij & Iunij. & hic dicimus cōputari menses, prout sunt constituti, non per triginta dies, vt in cap. quàm sit. Et ibi glo. de elect. in 6. Card. in cap. licet de suppl. neglig. præla. Computabuntur tamen à media nocte vltima Iunij, vsque ad mediam noctē vltimam mensis Iulij. argu. l. more Romano. ff. de feriis. & infra dico in tract. nomina. q.16. Mēses verò in mandatis apostolicis sic computātur, videlicet à die tertia mensis primi, vsque ad tertiam secūdi: vt si mandatum præsentetur die 20. Ianuarij, finietur mensis 20. Febr. Barth. & alij in l. cum bissextus. ff. de verb. signific. Dec. in l. vbi lex. de reg. iur. Et sic mandatarius acceptare poterit beneficium vacās 21. Februarij. Quod est notandum, quia fui de hoc sæpius interrogatus. & infra in forma mandati apostolici plenius dicam in verbo mensem.

Idoneis beneficia conferri debēt non consanguineis ignaris.

g Idoneis.) Etiam de iure communi idoneis beneficia sunt conferenda, non inhabilibus, vel consanguineis ignaris. c. graue. de præbend. c. ex parte. & ibi Card. q.2. de constit. cap. ad decorem. de instit. extrauagan. ad regimen. de præben. in extrauagan. communibus. glo. in § j. in verbo idoneis. de coll. in prag. c. is cui. de præben. in 6.

Conferens indignis ad interesse tenetur & indignus præsumitur, ac peccat.

Imò conferentes indignis, tenentur ecclesiæ, quam lęserunt, ad interesse, si inferiores à Papa fuerint: ad similitudinem magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam cōmisit. tenetur enim, si contra tutorem male administrantem non potest pupillus habere regressum. l.1. ff. de magistra. conuenien. Bonus de curtili in tracta. de nobilit. in 3. parte. nu.153. allegat Petrum de Ancha. in cle.1. in vlti. notabili de ætate & qualit. Feli. in c. si quando. col.4. nu.7. de rescri. & nihil est quod magis officiat ecclesiæ, quā quod indigni ad regimen ecclesiarum assumantur. c. nihil. de elect. ideo peccat mortaliter cōferens indigno, vel eligens sciēter indignum: tum quia graue est inexpertos Dei seruitio applicare c. monasteria. 19. q.3. gl. penul. in c. ad apostolicam. de reg. tum quia domino suo est infidelis, committens indigno eius ministerium, contra id quod dicitur in Euangelio, fidelis seruus & prudens, &c. Nam hoc vergit in detrimentum ecclesiæ, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur. & melius est habere paucos bonos & vtiles, quàm multos inutiles. c. tales. 23. distin. penul. de ætate & qualit. Archi. in c. si quis episcopi. 1. q.1. Floren. in 3. parte summæ tit. 20. c.2. §.2. in conferendo. & tit.22. ca.5. §.18. rubr. de

potesta.Papæ in clericos. vide quomodò electores teneãtur de mala administratione in dignit. per gl. in verbo, auctores.c.1.§.quoniam. de elect.in prag. Et talis præsumitur conferens, qualis is cui confertur.c.tantis.in fi.81.distin. [facit c.& hæc duximus. in fi.16.q.7.& is dicitur idoneus, qui valet administrare.c.2.de concessio.præbend.]

Et sic fauore conferentes, vel non permittentes ecclesias iuste ordinari, vt sacrilegi, iudicãdi sunt.c. Sunt quidam.1.q.1. Et hodie bene multi reperirentur, quibus potest dici, Deus ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Scient autē postea, cum ob hoc in inferno perpetuo cruciabuntur. Quotusquisque hodie collator est, qui bonos & doctos quærat? Deus nouit, ne plura. [Nam boni & docti hodie ferè mendicãt, & ignari omnibus beneficiis onerati sunt. Ideo nescio quid dicã, nisi quod paucos credo bonos, quia similes diligerēt, & tamē bonos ferè videmus omnibus priuatos bonis, dicam cum psalt. Deus conseruet eos, & beatos faciat eos in terra, & nō tradat eos in manus inimicorū eius, quippe apud quosdã collatores plus valent preces mulierum, & malorū, quàm iustorū, quod dolendū referimus.]

Idoneus quis dicitur, etiam per dispensationem. Quis verò dicatur idoneus, supra eo.in præfat.ad istam rub.declaraui. Et nota ꝙ idoneus etiã dicitur is, qui per dispensationē est effectus, quãuis naturaliter attẽto iure cõmuni nō esset habilis, nam quando factū ciuiliter operatur eundē effectū, quem factum naturaliter, sufficit factū ciuiliter. l.fi.& §.fi.ff. mandat.l.si mater.C.de institut.& subst.Bald.in l.fi. de iis qui ven.æta.impetra. Et quem esse idoneum ad beneficia non procedit à natura, sed à iure, ergo sufficit verificari per iuris fictionē, & principis dispensationem, vt expressè tenet Dec.consi.542.præsupposita.col.2.& in c.At si clerici.§ fi.in fi.col.pen. de iudic.quod facit vt collator etiam possit istum *Dispẽsatus an possit gratificari.* dispensatū gratificare. Nam paria sunt, vt aliquid fiat ex priuilegio, vel iure cõmuni.text.in l.liberos. & ibi pulchrè Bal.C.de collat.Dec.cõs.609.quæritur.col.2 licet cõs.695.visa donatione.nu.17.& seq. teneat cõtra sed ista cõsilia vix mihi psuadere possum Decij esse, qa à stilo illi⁹ deuiãt, vide & iudica.

liberè [a] conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneãtur. Beneficia autē quæ in quarto mēse vacare contigerit

a Liberè.) id est, sine alicuius contradictione.cap.irrefragabili.de offic.ordin.

Quot modis sumatur dictio liberè. Secundò, liberè dicitur sine metu.glos.in § simoniacæ. in verbo liberè.de elect.in prag.

Tertiò, liberè dicitur, id est, non vocato aduersario.c.1.de homicid.in 6.& sine requisitione. c.de multa.notab 4 per Panor.ibi. de præb.Calder. consil.6 rub.de reli.domibus.

Quartò, liberè ex mera voluntate, exponit glo.in cle.vt ij qui.de ætat.& qualitat.

Quintò, liberè, id est, de iure communi. glo.in c. lator. de homicid quam singularem dicit Barba. consil.3.clementissimi.col.4.in 2.volu.& in tracta. de præstan.Card.in 3.q.1.partis. nu.24.col.4.c.1. vbi Bald.& alij.de rescript.

Sextò, liberè, id est, sine sententia.Domi.22.q.1. dicit dominus.& c.de illis.de sponsa.& Barb.in addit.ad Panor.in c.fin.de adult.

Septimò, liberè non petita licentia. cle.dudum. §.si verò idem prælati.de sepul.c.cum plures.de offic.deleg.in 6.c.1.de censi.eod.lib.c.2.& ibi Panor. de loca.c.statuimus.de regula.

Octauò, liberè, idem est quod sine dispensatione.cap.à multis.& ibi Card.de ætat.& qualitat. glo. in cle.vlt.illo titu.

Nonò, liberè, id est, sine pacto promissione, seu conditione illicita, vel transactione.text.& ibi Ioã. Mon.exponit in c.vno.de rer.permu.in 6.& gl.in c. dudum.in verbo, liberè.de præbend eod.lib.

Decimò, liberè.id est, præscriptione, vel appellatione, non obstante gl.in c.1.de censi.in 6.

Vndecimò, liberè, dicitur sine canonica solennitate.text.& ibi Barb.in c.fi.col.2.de feud.

Duodecimò, liberè, id est, sine metu periurij, exponit Decius consi.131.reuocatur, in princ.& liberè etiam exponitur non expectato fine mensis.Ioan. And.in c.si apostolica.& ibi Perus.de præb. in 6.vel liberè, id est, sine qualificatione.§ consanguineis supra de regia ad præl.nomina.fac.vbi dixi. vide tex. in c.quia nos.de testa vel sine superioris auctoritate.cle.fi.& ibi glo.de iur.patro.

Decimotertiò, liberè, id est, gratis.c.ad apostolicam.de Simo.

Vltimò dicitur liberè, id est, sine impedimento, & contradictione.gl.in c.ordinarij, in verbo liberè. de offi.ord.in 6.Franc.Curt.consi.2. Vasallus.col.1. conclus.3.post tract.feudorum. Barba.in ca.1.col 4. de rescrip.Et in tracta.de præstant. Cardin.in q.3.1. partis nu.24 vel purè & sine conditione. gl.in verbo liberè.cle.vna. de renunc. hoc tamen verbū restringitur secundum alia iura, glo.in c.cum nobis olim.in verbo, liberam.de elect.Dec.in c.reprehensibilis, notab.2.de app.& per hoc intelligetur. §.declarantes.in verbo, liberè, tit.proxi.infra.

Nec obstat verbum teneantur, quod importat necessitatem, vt supra dixi, & tamen hic dicitur liberè. Responde quod collator idoneis tenetur conferre.c.de multa.& c.graue.de præb. Sed libere, id est, etiam non graduatis, dummodo idonei sint. Et liberalitas est in cui conferendo, vt dicit glo. in cap.relatum. de præbend. & cap.quamuis. in 1. illo tit.in 6.vel in genere eligendo. Calde.consil.2. rub.de rer.permut.

Et an verbum liberè importet ipso iure? plenè de more scribit Egregius senator D.Andreas Tiraquellus in interpretatione l.si vnquam. in verbo reuertatur.nume.111. & sequen. C.de reuocatio.donation. Et si libertatem habeat conferendi, tamen debet conferre iuxta iuris dispositionem, vt dicit hic text.ideo poterit conferre suo nepoti, si aliud canonicum non obsistat. capit.dilecto. & ibi Panorm. in 1.notab. de præbend. imo etiam propriis filiis, vel aliis consanguineis idoneis. gloss.& doct. in cap.1.de cohabi.cleric.& mulier. [cap.episcopus. 10.quæst.2.vbi Card.& ca.decenter.89.distin.] Dec. consil.129.Panorm.in consil.96.Iesus.in 2.volu. Et patronus proprium filiū poterit præsentare. Pan.in *Conferre possunt episcopi nepotibus suis vel filiis idoneis.*

c.quia

c.quia clerici.& c.consuluit. de iure patro.quia potius tenetur suis subuenire,quàm extraneis, cæteris paribus.c.nõ satis.86.dist. Nemo enim præsumitur habere carnẽ suã odio.c.non æstimemus.13.q.2.eo prohibetur cõferre cõsanguineis,ne ꝑ illos ecclesiæ lædãtur,sed si idoneis cõferat,cessat illa causa, ergo & cõstitutio. Arch.pulchrè in c.omnino.in fi.10.q.2.

Episcopi sunt cæci circa nepotes.

Hodie tamẽ episcopi sunt cæci circa nepotes.gl. in c.peruenit.1.q.3.Ita vt hodie armũ dextrũ (id est pinguia beneficia)habeãt,& adulatores.vt Leuit.7. c.ille de filiis Aarõ,qui sanguinẽ, vel adipem obtulerit,habebit armũ dextrum in portione sua.Ille dicitur offerre adipẽ, qui suauiter vngit,vt adulator. Et ferè omnes sacerdotes vocãt filios suos nepotes, sed intellige nepotes fratrum. Et quomodo verbũ liberè restringatur ex natura actus, ponit Felin.in ca.causam.2.col.12.num.2.& seq.de rescript.

viris graduatis [a] per vniuersitatem nominatis(qui gradus & nominationis literas cum studij tempore debitè insinuauerint) conferre seu presentare teneantur. Beneficia verò quæ in quinto & sexto mensibus vacare [b] contigerit,simili modo personis idoneis liberè conferre, seu personas ad illa præsentare posint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contingerit, graduatis, qui simili modo literas gradus cum tempore studij debitè insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia verò quæ octauo & nono mensibus vacare cõtigerit,pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur.Beneficia autem quæ in mense decimo vacare cõtigerit,graduatis nominatis, qui gradus & nominationis literas cum tempore studij debitè insinuauerint, per eosdẽ ordinarios cõferri,seu ipsi ad illa præsentari debeãt Beneficia autẽ quæ vndecimo & duodecimo mẽsibus vacare cõtigerit, per eosdẽ ordinarios personis idoneis iuxta iuris cõmunis dispositionẽ cõferri,seu ipsi ad illa præsentari debeát,

Requisita in nominatis.

a Viris graduatis.) Et sic antequã nominatis sint conferẽda beneficia,requirũtur sequentia. Primum ꝙ sit vir,& nõ mulier,ibi viris,licet mulier abbatissa vel priorissa posit esse.c.indemnitatibus.de elec. in 6.non tamẽ possunt ei concedi nominationes,de quibus hic,quia vir excludit mulierẽ.l.1. ff.de leg.l. scripturas.C.qui potior.in pign.hab.l.2. de vestib. olober.lib.11.& l.si pater.in fi.de fideicom.liber.

Nisi subiecta materia conueniat etiam mulieribus,tunc non excluditur mulier, vt testificari. per text,in c.licet vniuersis.de testib.Dec.in c.2. de fide instru.text. in c.1.de præsumpt. Sed non conuenit hæc materia mulieribus,ergo eis non concedentur nominationes.

Secundò, quòd in vniuersitate studuerint priuilegiata ad hoc,& sic, non in vniuersitate extra regnum.§.j.supra eod.

Tertiò,quòd post studium sit graduatus,ibi graduatis.dixi supra eodem.in verbo graduatis,& in §. præterea.in verbo studuerint.infra eod.

Quartò, quòd sit graduatus ab vniuersitate, & non sub bulla,ibi,per vniuersitates,&c.

Quintò,quòd sit nominatus,ibi,nominatis, &c. & §.volumus.infra eod.

Sextò,ꝙ post tẽpus præstitutũ sit nominatus, infra eo.§.præterea.non ante, alioqui ei non prodest.

Septimò,ꝙ sit nominatus ab vniuersitate regni, & graduatus,non ab vniuersitate extra regnum,de quibus hic nõ loqtur,patet in §.monemus.infra eo.

Octauò, quòd sit nominatus per vniuersitatem, & non per facultatem.ibi, per vniuersitates, &c.& dico in tract.nominatio.q.6.

Nonò,ꝙ præsentauerit literas gradus & nominationẽ cũ certificatoriis literis tẽporis studij. ibi, qui gradus & nominationes,&c.Et literas attestationis nobilitatis,si sit nobilis.§.teneantur.infra eodem.

Decimò,ꝙ debitè & legitimè presentauerit literas suorũ gradus & nominationis, & alia necessaria,seu insinuauerit,videlicet tempore quadragesimæ:vt in hoc text.debitè.& infra eo.§.teneantur.

Vndecimò, requiritur quod beneficium vacet, antequam posit acceptari per nominatum, vt in hoc text.ibi,vacare contigerit.

Duodecimò,requiritur ꝙ nominatus beneficiũ vacans petat.§.teneantur.infra eo.& prosequatur.§. fi.infra eo.& his concurrentibus nominatus poterit beneficiũ requirere,& sibi cõferri petere. Alioquin non prosequatur,nec inanibus sumptibus se vexet, cũ obtinere nõ speret.arg.l.1.ff.de inoffi.testa.& sic summatim vides requisita in nominatis,quæ notes.

Vacare quando beneficium dicatur.

b Vacare contigerit) Beneficia enim ante vacationem conferri nõ possunt.c.2.de concess.præb.fallit,vt per Card.in c.e.fi.q.3.de præb.videlicet in canonicatu,de quo dixi supra tit.proxi.§.fin. Et dicitur vacare beneficium propriè quando ecclesia priuatur sponso.Imol.in clem.vlt.num.32. de rescript. & aliis modis quos tradidi in glo.vacantibus.§.monasteriis. supra de regia nominatio. Et intellige quando vacauerit verè,secus si fictè,quia verba debent intelligi verè,& nõ fictè.l.3.§.hæc verba. ff.de nego.gest.Bart.& alij in l.j.§.j.ff.ad l.falcid. Verba enim debent intelligi secundum naturalem intellectum,& non fictum. Deci.consi.461.visa donatione col.3.vide Socin.consi.260.in causa.col.8 versic. in casu nostro.in 2.volum Bald.& Ias.in l gallus. §. & quid si.ff.de liber.& posthu.

Beneficia vacãtia in mẽsibus nominatorũ, an legatus conferre posit.

Et ideo si legatus vltima die Iunij, vel in mense Iulio cõtulerit beneficium coram eo resignatũ, derogando regulæ de viginti diebus,si resignans moriatur ante viginti dies,& in mẽse Iulio affecto nominatis,nõ debebitur hoc beneficium nominato, tum quia beneficia causa resignationis vacãtia non debentur eis. §.volumus.infra eod siue resignatio fuerit facta causa permutationis,siue simpliciter, vt

ibi dicitur

ibi dicitur. Tum etiã quia factũ legitimè nõ debet retractari, licet peruenerit ad casum, à quo incipere non potuit regula.factũ legitimè.de reg.iur.in 6. nec debet destitui qui ritè fuit institutus.ca.querimoniam.de iure patr.Et maximè quando actus fuit perfectus,& cõsummatus,vt est in hoc casu. Bart.& alij in l.patre furioso.ff.de iis qui sunt sui vel alie.iur.

Et per illũ tex.dicit Ias.in l.non dubiũ.col.2.not. 4.C.de legi. Quòd quamuis lex ciuilis non posset obligationem naturalem tollere,postquã est in esse deducta.per l.Iulianus. ff.de cond.inde.potest tamẽ impedire,ne oriatur,sic & legatus potest dispensando impedire,ne beneficium debeatur nominatis,licet postquam esset debitũ,nõ posset eisdem tollere. vide pulchrè. Bal.in c.at si clerici.col.pen.nu.24. de iudi.Deci.in reg. in ambiguis.§.1.ff.de reg.iur. [Ias. plene in l.fi.ff.de pac.] & postquã legatus potuit derogare illi regulæ apostolicę,ergo iure cõtulit,& sic illa collatio valida non debet retractari.nã postquã est derogatũ illi regulæ,habetur,ac si facta nõ esset.

Nec dicitur præiudicare nominatis, vel in fraudem illorum facere,qui derogãdo regulæ fecit, vt ipsis nominatis non acquireretur,argu.l.qui autẽ.ff. quæ in fraud.credi.l.si spõsus.§.si maritus. ff.de donatio.inter vir.& vxor.nec enim videtur voluisse fraudare edictũ,qui sibi prospicit.Vlpian.in l.si pupillus.in 1.ff.de acq.hær. nec pręiudiciũ dicitur aliis facere qui iure suo vtitur.ca.dilectus.de offic.leg.& ibi.Card.per illũ tex.Anch.cons.101.col.pen. Fede. consi.9.Barb.consi.66.col.5.in 4.vol.Dec.consi.260. nam in multis casibus potest præiudicari alicui in acquirendis,quod nõ fieret in acquisitis.l.seruus. & ibi addidi. C.de pact.c.vt super.de reb. eccl.nõ alie. Hippol.sing.194.magna Franc.Curtius consi.1. nu. 22.vol.2.& Auffr.in decis.Tholos.q.150.

Nam statutũ laicorũ potest facere vt non acquiratur ecclesiis,vel clericis:multo fortius legatus, vt non acquiratur qualificatis. Ias.in repet.l.filiusfa.§. diui.1.lectura.nu. 8.ff.de leg.1. & secundum istam opinionem fuit in hoc supremo senatu iudicatum, Anno 1536.die 13.Maij, contra magistrum Radulphum Thabary theologum, pro magistro Florentio Parmentier super beneficio curato S.Medardi *le grand*.rub.diœcesis Nouionen. *Arrestum.*

Legatus regulæ de 20. diebus derogat.

Quia si non posset legatus derogare regulæ illi de 20.diebus collatio interim esset in pẽdenti,quod est à iure alienum,regula actus legitimi. de reg.iur. & nil prodesset eidem legato quod sua maior esset potestas,quàm ordinarij,si non posset in mensibus, vel iuxta menses præstitutos nominatis vel graduatis conferre, & regulæ prædictæ derogare. nam si Papa posset eam tollere in totum,ergo & pro parte eidem derogãdo,tam per se,quàm per legatũ:quia resignatione admissa per legatum casualiter & fato quodam contigit,ꝙ resignans moriatur ante xx. dies,ergo illud nõ debet cõsiderari.text.in l.quæsitum.§.fi.ff.de leg.3.Bal.expresim in l.oleo,per illũ tex.C.de vsur.Dec.cons.523 aliàs.versi.2.& in hanc sententiam inclinat D.Boër.in tract.de dignita.leg. fol.27.versi.sed hic cadit fusius probarem:sed tanti authoritas senatus sufficiat. Tamen in hoc casu non dicitur etiam fictè vacare per mortem,cum iam sit prouisum,& regulæ cancellariæ derogatum. Secus si regulæ non esset derogatum.

Nec obstat ꝙ paria sunt aliquid facere tempore inhabili,vel habili,& conferre in tempus inhabile. l.in his.ff.de hæred.instit.l.quod sponsæ. C.de don. ante nup.quia loquitur quando effectus cõfertur in tempus inhabile:vt dono quando eris vxor. sed in resignatione admissa per legatum tempore habili, effectus non confertur in tempus inhabile, quia statim collatio valet,ideo siue resignãs moriatur, siue non,tenebit collatio facta per legatum,declarat Panor.in cap.licet.de vitanda de elect. & c.de vxore. de sepult.Boër.in §.1.de consuet.matr.in cõsuet.Biturig. postquam derogat regulæ de viginti diebus.

Et quid si testes actoris dicant resignantẽ fuisse sanũ die resignationis,& testes rei deponant illum infirmũ,quomodo poterunt concordari? scripsi in tractatu de probat.testium. in verbo concordia testium.vers.19.Et an legatus de latere posit derogare regulis cancellariæ sine speciali cõcesione. not. doct.in c.quod translationem.de offi.lega. D.Boër. in d.tract.de dignita.leg.vbi cõcludit quòd sic, sed hodie expresim solet concedi, & nominatim, vt vidi tempore legationis domini legati de Prato, aliàs in Francia vix reciperetur. *Legatus an regulis cancellariæ posit derogare.*

Nec refragatur ꝙ legatus nõ potest conferre beneficia vacantia in mensibus nominatorum aliis quàm nominatis,fac esse,sed istud beneficium verè vacauit in mense non affecto graduatis, nec nominatis,ideò rectè potuit legatus conferre. imo si vacasset in mense Iulio per resignationem, potuisset legatus conferre,& etiam in aliis mensibus nominatis vel graduatis præstitutis. §.volumus.infra eo.

Inquantum tamẽ supra dixi,ꝙ hic tex.nõ extenditur ad vacationem fictam,intellige nisi eadem ratio per omnia esset in casu ficto, quæ in casu vero, tunc etiam haberet locum in vacatione ficta, arg.c. ad audientiam.& c.cum dilectus.de cleri.non resid. & ibi per doct.& in l.gallus.§. & quid si tantum. ff. de liber.& posthu. Nam etiam statuta concernunt casum fictum,quando fictio est circa id quod est iuris,& in quo statuentes habent potestatem. Bar.in l. si maritus.in 2.§.1.ff.ad leg.Iul.de adult.Card.consi. 60.incip.qua glotus.col.3.Bar.& alij in l.omnes populi.in materia extensio.restrict.ff.de iustit.& iure. Albert.Brunus in tract.de statutis excludẽtibus fœminas,in 6.art.q.1.in 4.membro.& quæst.2.artic.12. & sic deberetur nominato beneficium resignatum in mense Decembris,per legatum collatum, si resignans ante viginti dies moriatur in mẽse Ianuario, & non sit derogatum regulæ, quod est notandum. Et intellige textum propter verba generalia,quãdo etiam vacaret de iure, licet non de facto, quamuis verbum vacare in rescriptis simpliciter prolatum, intelligatur de vacatione iuris & facti.text.in c.cum nostri:.& ibi doct.not.de cõcess.præb. Domi.consi. 86.in causa.col.1.Feli.in c.in nostra.correla.36.versi. 7.not.de rescrip.[Imò etiam beneficia vacantia in mensibus præstitutis qualificatis eis regulariter debentur, quomodocunque vacent, quos modos expresi in §.monasteriis.in verbo vacãtibus.supra de nominatione regia.vnde cum beneficium per non promotionem *Fictus casus quando comprehẽdatur.*

promotionem vacasset in mense Iulio, & ordinarius id temporis noluisset conferre, sed in mẽse Augusti, dixi deberi nominato non obstante collatione per ordinarium facta, per istum §. qui dicit beneficia quæ vacare contigerit: ergo quæcunque vacabunt. & quocunque genere vacationis.] Et quid si vacet per regulam cancella. 34. ibi, dicam in praxi beneficiali in explicatione illius regulæ.

Fœmina nominatis prouidere debet.

a Qvis.) Comprehẽdit etiã fœminam habentẽ collationẽ iure ecclesiæ, vt patet per hoc verbum quis, quod complectitur tã masculos, quã fœminas. l. 1. vbi scripsi. ff. de verb. sign. l. si quis id quod. de iurisd. omn. iudi. & dixi in q. 8. tract. nomina. nu. 9. licet fœmina nõ possit ordines sumere, impediente sexu & constitutione ecclesiæ, c. sacratas. 23. dist. & si sumeret non reciperet characterem. glo. in c. diaconissam. 27. q. 1. Card. in clem. 2. de ætat. & qualit. Panor. in c. noua. de pœni. & remiss. Dec. in reg. fœminæ. nu. 41. ff. de regu. iur. Tum quia mulieri non licet deferre coronam, c. quæcunque. 30. dist. quam gestare debent clerici. c. duo. de cleri. coniug. in 6. c. duo sunt. 12. q. 1. tum etiam quia est sub viri potestate, ideo nõ potest recipere ordinis characterem, qui præeminentiam significat, quæ non potest esse in hoc statu subiectionis, eo ꝙ præcepto malè fuit vsa, & ideo subiecta. Genes. 3. c. & c. est ordo. & cap. hæc imago. & ca. mulierem. 33. q. 5. Benedici tamen mulier potest, vt officium spirituale legendi, fortè in matutinis habeat, teste Soci. in c. ad audientiam. q 5 princ. circa finem. de homici. Vide Rotam decisio. 21 quædam. de præbend. in antiq. Felin. in c. cum venerabilis. nu. 36. de exceptio.

§. SI QVIS VERO.

Hic §. duas continet partes. Prima, dicit collationem factam contra ordinem iam dispositum, esse nullam, & deuolui ad proximum superiorem. Secunda, præcipit immediato superiori, vt eisdem qualificatis conferat, qui si cõtrauenerit, ad alium superiorem fiet deuolutio, donec ad sedem apostolicam fiat. 2 est ibi, qui eisdem, & hoc loco summa esto.

SI quis [a] verò cuiuscunque [b] status, etiam si cardinalatus [c],

b Cuiuscunque status.) Ecclesiastici, vt in sequentibus declaratur, siue ergo fuerint cardinales, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, patroni, vel alij inferiores collatores, hic comprehenduntur, etiam capitula ecclesiarum, vt supra dixi. & fusius in 8. q. tracta. nomina. quibus dirigi possint nominationes, &c. non tamen Papa, vt inferius dico.

Dispositio non cõprehendit cardinales si non exprimantur.

c Cardinalatus.) Ideo expressit, quia dispositio quantumcunque generalis, si sit odiosa, non comprehendit superlatiua, vel maxima seu maiora expressis. c. sedes. de rescrip. etiam non comprehendit caput. l. eos. C. de aquæ ductu. lib. 11. quã ad hoc allegat Barb. in rub. de reb. eccle. non alien. col. 18. nu. 95. & cle. 2. in fi. de procu. & c. qui ad agendum. illo tit. Nec comprehendit Cardinales. c. vno. §. omnẽ. de schismaticis. in 6. c. 2. de cleri. nõ resid. & ibi not. doct. Panor. in c. extirpandæ. §. qui verò in repe. col. 8. nu. 25. de præb. consuluit. Ancha. consil. 295. & dico in d. q. 8 Rom. consi 498. in casu. col. 1 Barb. plenè in tract. de præstan. cardina. q. 7. partis. 1. Et in c. in nostra. col. 2. & seq. de rescrip. multo fortius Papa etiã non comprehenditur. Ideo regulæ cancellariæ, quæ annullant gratias, in quibus verus valor non est expressus, non habent locum in gratia facta Card. Dec. in ca. ecclesia. not. 4. de const. col. 7. Feli. in ca. ad aures. nu. 11. de rescript.

Nisi factum esset de se malum, quia tunc cum grauius peccet ille, qui est maior, cõprehenderetur. c. homo. 40. dist. glo. in extra. 1. in verb. clericos. de sent. exc. in communibus. Dom. in c. nemo. col. 1. de elect. in 6 refert Ias. cõs. 117. in causa. col. 3. in 4. vol. Quãdo dispositio generalis cõcernit bonum publicum, vel animæ vtilitatẽ, aut periculum, tunc etiam cõprehenduntur Cardinales. teste Gomesio in cõment. regu. cãcella. de viginti diebus. q. 3. & vide eũ in proœmio earũ regula. q. 4. Et sunt, vt ex ordine literæ apparet, maiores episcopis, & patriarchis, officio & administratione, & si ratione ordinis episcopus sit maior presbytero, vel diacono cardinali, & propter hoc Papa se appellat episcopum, vt in proœmio decretal. & alibi. hoc tenet Barbar. in tractatu de præstan. cardina. q. 1. partis primæ. Felin. in rub. de maior. & obedien. col. 5. & in cap. quod super. in fine. de fide instru. Decius plene in ca. cum venerabilis. not. primo. de excep. & c. ad præsentiam. de appell. gl. in rub. de numero & qualit. cardi. in prag.

Hodie curia Romana tenet, ꝙ nulla dignitas sit maior cardinalatu. cum ipsi cardinales vnà cũ Papa iudicent omnes, nec possunt iudicari ab alio, quàm à Papa, & suis collegis. ca. nemo. & sequen. 9. q. 3. Host. & Ioan. And. in c. dilectus. 1. de præben. Et ponendo pileum super caput delinquentis cardinalis potest liberare eum, qui ducitur ad mortem. Bal. in l. addictos. C. de episcopa. audien. Corset. in sing. incip. cardinalis Fallit in crimine falsi. Barb. in tracta. de præstan. cardina. in 9 q. partis primæ. num. 7. per tex. sing. in l. Lucius. ff. ad Turpilia.

Nulla dignitas maior est cardinalatu.

Quòd non seruaretur in Francia, vbi nullus extra regem gratiam concedit nec crimen remittit, sed hoc fortè fuit tempore quo intra se cõtinebant cardinales, & vix in anno contemplationi addicti videbantur, sed hodie multi longè absunt, quod est dolendum, & pro illis orandum, vt videant. [Nam in concilio Basiliensi. quales esse debeant, sic fuit statutum, sint viri in scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, non minores xxx. annis, magistri, doctores, seu licentiati, cum rigore examinis, in iure diuino, vel humano, sit saltẽ tertia vel quarta pars de magistris, aut licentiatis in sacra scriptura, an sit hodie, meum non est iudicare, sed Deum Opt. Max. oro atque deprecor, vt si tales non sint, tales fiant, vide alia in rub. de numero & qualitate cardi. in prag.] Hic possem dicere quid sit cardinalis, vnde dicatur, quot sunt genera cardinaliũ, quot sunt numero, qui sunt, & de eorum titulis, & priuilegiis, sed longum hæc haberent tractatum. ideo ea licet videre per Aluaro. in tit. episcopum vel abbatem. col. 7. cum seq. [Et per Marc. Cartac. in suo tractatu de cardina. & per Petr. de Mõte. in sua monarchia. & Barb. in tract. de præstan. cardin. ac Hierony. Alba. in eodem tractatu de cardin. & cap. in decisio. Neapol. quæst. 120. Romanæ.]

a Patriæ

patriarchalis [a], archiepiscopalis [b] aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis [c] contra prædictum ordinem [d], & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis, seu quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi aliter quam modo prædicto disposuerit [e].

a Patriarchalis. Pro primate quãdoque accipitur, licet diuersa sint nomina. c. 1. dist. 99. c. vrbes. 80. dist. & ibi gl. Patriarcha dicitur quasi summus patrum. c. cleros. 21. dist. Et sunt quatuor, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymit. c. antiqua. de priuil. & hi quatuor euangeliorum scriptores, (quos euangelistas dicunt) repræsentant. c. scriptum est. de elect. plenè per Florent. in sua summa. in 3. parte. tit. 20. c. 4.

Quatuor sunt patriarchæ.

Not. tamen ꝙ hi patriarchæ seu primates nihil iuris vel priuilegij præ cæteris episcopis habent, nisi quantum sacri canones, vel eis prisca consuetudo contulit. tex. in c. conquestus. 9. q. 3. & c. duo. de offic. ordi. Aluaro. in rub. episcopũ vel abbatem. in prin. col. pen. vbi tradit priuilegia & ordines ecclesiasticorum omnium, tam episcoporum, quàm archiepiscoporum. & melius Albert. in rub. ff. de statu homi. & nouissimè per dominum Boër. in tracta. de præeminentia magni concilij. in fi. qui omnes habuerunt à prouinciali ecclesiæ Roman. in princip. vbi seriatim ista omnia describuntur.

Patriarcharũ priuilegia.

b Archiepiscopalis.) Vigintiquatuor priuilegia archiepiscoporũ tradit Rusæus in tract. de præeminentia archipræsulum, post tracta. de mand. aposto. ibi licet videre ea quæ archipræsules tangunt, & primus archiepiscopus fuit Iacobus, qui iustus dicebatur. c. porro. 66. dist.

Quis fuerit primus archiepiscopus.

c Dignitatis.) Ecclesiasticæ, quia laicus patronus non ligatur nominationibus, vel gradu, vt dixi supra, & in tract. nomina. q. 8. vbi fusius. & in isto titulo exprimitur patronus ecclesiasticus. ergo alius non adstringitur, argu. cap. qualis. 25. distinct.

d Ordinem.) Ea enim quæ non sunt ordinis, potest facere princeps, ꝙ sint ordinis, nam quod principi placet, vt sit ordo, est ordo substantialis, quem nunquam princeps apponit, nisi magno cum mysterio, & ratione Bal. in l. prolatam. col. 3. vers. & nota ꝙ princeps. C. de sent. & interlocu. omn. iud. Sequitur Barb. consi. 44. scribitur, col. 3. in 1. vol. Et quod fit contra ordinem datum à principe, est ipso iure nullum. l. 1. C. de appel. & ibi Bal. not. 3. dicit ꝙ præposteratio ordinis dati à iure, meretur appellationem: quia omittere ordinem est grauamẽ, secundum eum. & tum ordo legis dicitur substantialis, quando si omitteretur, pararet graue præiudicium, vt hic. & tunc eius omissio vitiat, secus si leue. l. 1. in fi. ff. de vent. inspic. Bal. in l. 2. §. prius. de vulgar. glo. in verbo iuris ordinem. c. pen. de purg. canoni. Feli. in c. cum dilecta. col. 6. vers. tertiũ signũ. de rescript. Philip. Perus. in c. 1. col. 2. de accus. Hic ordo ratione necessitatis omitti potest. arg. l. vnicę. ff. de offi. cõsu.

Quid sit ordo, & quis inducere illum possit, & quare.

Et sic quãdo non esset episcopus, posset conferre archiepiscopus non expectato episcopo, & sine alicuius recusatione, si fortè bello aut chasmate alio esset etiam capitulum destructũ. Alias dic vt in gl. seq. vers. 5. Estq; iste ordo introductus ratione cõfusionis tollẽdæ inter nominatos & graduatos. vt infra dico. §. teneantur. Hic possem facere de ordine glossam lõgiorẽ. §. Callimachus. sed ordinẽ nostræ tantũ materiæ scribere in animo est. Sed vide plenè Alber. Brun. in trac. de forma & solẽnita. actus. rub. quãdo aliquid cẽseatur traditũ pro forma, cõclusi. 15. & gl. in verbo canonicatũ. infra, in forma mand.

e Disposuerit.) Et sic videtur ꝙ antequam ius deuoluatur ad immediatum superiorem, requiratur ꝙ primus collator contulerit, præsentauerit, vel alio prouiderit modo, & cũ effectu, vt probat hoc verbum disposuerit, quod significat præteritũ tempus, & non futurum ex vi & proprietate sermonis. l. si quis id quod. & ibi Bart. & doct. ff. de iurisdi. omniũ iudic. l. vxori. §. 1. de legat. 3 notatur. in l. verbũ oportebit. vbi dixi. ff. de verb. sig. & significat actum perfectum, & sic collationem factam. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. Item dicit hic text. deuolui collationem ad superiorem, quando primus collator disposuit contra ordinem supra statutum: ergo si non disposuit nõ deuoluitur collatio, sumẽdo argumentum à contrario, ꝙ est in iure validum. cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. quia aliud est disposuisse, aliud disponere velle. argu. l. aliud. ff. de regu. iur. & l. amplius, rem ratam hab. In contrarium videtur, videlicet solum requiri recusationem, simul quod dispendiosa sit beneficiorum diutina vacatio, & animabus periculosa. c. quàm sit. de elect. in 6. & sic diu vacarent ecclesiæ, si oportet expectare sex menses in quolibet collatore. Simul, quia primus requirens vigilauit requirendo beneficium sibi conferri, ideo suam conditionem fecit meliorem, dicit Iurisconsul. in l. pupillus. in fine. ff. quæ in fraud. credit. Adhæc, quia via malignandi daretur collatoribus.

Collatio an requiratur ante deuolutionem.

Nam si non tenerentur cõferre ante sex menses, ipsi pactiones illicitas interim inirent cum aliquo graduato, Custodi nos vulgò, vel rapè vocato, cui conferrẽt, & is postea dimitteret eis beneficiũ. Ita ꝙ intra dictos sex menses excogitarẽt omnes fraudes & malitias ad excludendum nominatos & graduatos, quibus malitiis iura obuiant. l. in fundo. ff. de rei vendic. Et lex quæ præbet materiam delinquendi, sicut ista faceret, reprobatur in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. l. conuenire. de pact. dotali.

Custodi nos.

Et quia paria sunt quo ad hoc recusare & differre. tex. egregius in l. præsenti. §. cum autem. ibi, sed si hoc facere detrectet aut differat. C. de his qui ad eccl. confug. Guido Papæ in decis. Delphin. quæst. 569. & sing. 559. detractare, imò recusare dicitur, si nil respondeat, vel dicat se collaturum, termino non expresso. glo. sing. in cle. 2. in verb. aut si. de appella. Feli. in c. ex literis. col. 5. de constit. gl. in verb. recusarint. clem. dudum. de sepul. quia posset vsque ad decem annos protrahere, & idem est nolle, & contemnere. l. imperatores. ibi, si noluerit, aut contempserit. ff. de manu. testa.

Recusare & differre non differunt.

Et dicitur etiam nolle, qui differt & donat, qui confert.text.egregius in l.sed & si vnius. §.plane.ff. de iniur.vbi sunt ista verba. plane si præsens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat,&c. Fuit tamen in hoc senatu conclusum inter M.Io.Lespine & Bellangier, collationem factam à superiore intra sex menses nõ valere, si inferior intra illud tempus, etiam post requisitionem & collationem superioris contulerit habili, & qualificato, vel præsentauerit, secus si inferior incapacem præsentauerit vel illi cõtulerit, quia tũc superioris collatio valebit facta etiam intra sex mẽses inferioris, quod plenè scribunt doct.in c.2.de conces.præb.

Arrestum.

Post recusationẽ inferioris aditur superior.

Præterea hoc de cõsuetudine seruari dicit gl.in §.ꝙ si quis.in verbo, eo ipso.eod.tit.in pragm.videlicet, vt post refutationem collatoris possit superior adiri, & doctori attestãti consuetudinẽ credendum cẽset Bat.in l.de quibus.ff.de leg.nisi collator iustã causam differẽdæ prouisionis allegauerit.gl.in verbo, gradus.§.Item quod vniuersitates.eo.tit.in prag.

Nec refragatur secundum istã nouissimam opinionem verbũ hoc disposuerit:quia non conferendo requirenti qualificato, dicitur aliter disponere, quàm supra dictum extitit in d.§.prox.in quo dictũ extitit, vt collatores teneãtur conferre qualificatis, & qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea, quia non hoc facit.l.qui non facit. ff.de reg.iur.& appellatione facti non factum cõtinetur. l.si mora.ff.sol.mat.dixi in repet.legis vnicæ, in gl. prout.nu.16. C. de senten.quæ pro eo quod interest. Dec.in regula, id quod nostrum.ff.de regu.iuris.

Nec etiam obstat ꝙ verbum disposuerit, nõ extenditur ad futurum, hoc est verum, nisi subiecta materia aliud suadeat, vt hic, per text.& ibi glo.& doct.in c.ad hæc.in verbo elegerint. de rescri.facit. l.nouissima.ff.iud.solui.l.verbum erit.de verbor.signific.dixi in glo.studuerint. §.præterea.infra eod. nec me mouet ꝙ verbum disposuerit, rem perfectã significat, quia etiam qui recusat conferre, dicitur aliter disponere, quàm præceptũ sit.& sic actus quo ad illũ dicitur perfectus, vt supra dixi, nec potest sumi argumẽtũ à cõtrario, quãdo absurdũ resultaret. per text.& ibi Bal.in l.conuenticulã. C.de episco.& cle.l.2.de cõdit.insert.Ias.& alij in l.1.ff.de offi.eius.

Disponere generale est.

Et per hoc iste tex.cautè vsus est verbo disposuerit, & nõ verbo cõtulerit, vel prouiderit, vt demonstraret dispositionis vim generalissimam, tam pro collatione, & alia prouisione, quàm etiam pro recusatione, negligentia & alio actu.c.pen.de offi.deleg. in 6.Feder.cons.195.factum ita.col.1.dixi in glos.dispositionem supra. §.proxi.& ꝙ verificetur in quolibet actu, probatur per Dauid, Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio.& Lucæ 22.c.Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater. Prouerb.16.ca.Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.Panor.per illum text.in cap.2.not.3.de sepult. Et propriè in vltimis voluntatibus dicitur dispositio.§.fin.quib.ma.licet.in institut.§.disponat. in authen.de nupt.colla.4.& etiam inter viuos, vt consuluit Iason, cõsi.130.institutio.col.1.& seq.in 4.vol. vbi plenè tradit. Et mandata principũ etiam dispositiones dicuntur.in authen.de manda.princip.paulò post princip.ibi, sed saluberrimas dispositiones. collat.3.sequitur Lucas de Penna, in l.1.C.de proxi. sacr.scrinio.lib.12.Et hoc declarat verbum contrauenerit sequens, videlicet sic intelligendo, ꝙ si quis aliter disposuerit quàm præmisso modo statuto, dispositio sit nulla, & deuoluatur ad superiorem: qui si contrauenerit, etiam recusando conferre, deuoluatur ad alium immediatum superiorem collatio.

Ex quo infertur primo, ꝙ requirendus est collator primus, vt videatur an disposuerit aliter, quàm supra statutum est, & per consequens deuolutio sit facta ad superiorem nécne: vel si non disposuit, saltem quod disponat, vel negligendo, vel recusando, ad hoc vt deuolutio ad proximum superiorẽ fiat, vt dixi in tracta.nominatio.q.17.

Requisitio primi collatoris an sit necessaria.

Et si inhabilis requirat, potest collator recusare collationem, & alteri cõferre.text.& ibi Anch.not. in c.significauerunt.2.not.de except.

Nisi, vt dixi in glo.ordinem.supra eo.quãdo mediũ abesset, videlicet tam episcopus quã capitulum.

Secundò infertur, ꝙ requisitio fieri debet gradatim, sicut fit deuolutio:alioquin non valet collatio facta omisso medio, sicut dicitur de appellatione in l.imperatores.ff.de appel.Et dico infra eod.in gl.ad alium.& in d.q.17.nu.8. Nec valeret collatio superioris, etiam si inferior non conferret: quia iure deuoluto contulit, quod nondum erat, ideo nõ potuit eo iure conferre, vt not.in c.ex parte.de conces.præbend.& quia collatio est actus legitimus, ideo non potest esse in pendenti.gl.& doct.in c.2.de electio. in 6.& nota.in reg.actus.de reg.iur. & quia ista collatio superioris mediati esset temporalis, videlicet si alius conferret intra sex menses, non valeret, & collatio debet esse perpetua.c.præcepta.55.dist.gl.in c.veniens, de filiis presby.& c.si gratiosæ.de rescr.in 6.Et licet apostolici expectantes non acceptent beneficium intra mensem, collatio tamen interim facta non valet.de Rota decis.834.cum ad collationẽ. in antiquis.vbi dicit istam opi.communiter approbari.& idem sit ordinarius contulerit beneficiũ vacans in curia ante mensem, vt collatio non valeat, etiam si Papa intra illum mensem non cõferat, quia præpropere contulit.doct.in c.statutum. de præb.in 6.Steph.Bertran.in consi.38.vol.3.ex noua editio.& sic non valebit collatio superioris antequam sit deuoluta potestas conferendi ad eum, licet postea deuoluatur.Feli.& alij in c.cum ex officij.in fi.de præscript.licet Pan.ibi teneat cõtra, tamen opinio.Feli. est communis.& sic etiam non valebit collatio superioris antequam requiratur inferior.Quid autem in præsentatione tradit Thomas Ferra. cautel.45. sciendum.Feli.in c.cum Bertoldus.col.3. de re iud. Roch.Curt.in tract.de iure patro.in verbo honorificum.vide in tracta.nomina.q.17.num.10.Scripsi in c.illud dando illi nouum intellectum.de iure patr.

Gradatim fiat requisitio.

Collatio facta ante deuolutionẽ non valet.

Tertiò, infertur quòd statim facta collatione, vel alia dispositione, de qua supra dixi, deuoluitur potestas conferendi ad superiorem immediatum, si graduatus & qualificatus prosequatur. Alioqui si facta prima recusatione, iterum nominatus adit primum collatorem, & ab eo iterum requirit, licet non

Deuolutio an statim fiat.

sit necesse, si tamen conferat isti graduato, vel nominato, collatio non est nulla ratione deuolutionis, quia nominatus reuertens ad primum collatorem, nolebat deuolutionem esse factam, vt dixi in glo. dispositiones. infra eo. cum istæ deuolutiones in fauorem qualificatorum sint introductæ, vt dico ibid.

Excõmunicatus acceptare potest beneficiũ, & episcopus excommunicatus est requirendus.

Quartò, ꝙ si nominatus vel graduatus sit excõmunicatus, poterit acceptare beneficium, & requirere, vel si primus collator sit excõmunicatus, vel suspensus, adhuc per nominatum est requirẽdus, tum quia nõ disposuit ꝙ requirit hic tex. tum quod possit absolui ante sex mẽses, quos habet ad conferendum. c. 2. de conces. præb. quod tẽpus nõ potest tollere graduatus aut nominatus vel episcopus, aut alius, quia indultum à iure beneficiũ nemini est auferendum. regul. indultum. de reg. iur. in 6. Imò nec archiepiscopus, vel alius superior poterit hoc tempus semestre abbreuiare, vel minuere, licet possit prorogare per tempus intra quod potest cõferre. Io. And. in c. cum olim. de maior. & obed. refert Ludo. Rom. in l. 2. ff. de re iud. & Geor. Natan. in repe. cle. sæpe. in prin. col. 48. de verbo. signi. Nec episcopus tempus datum patrono ad præsentandum minuit. Feli. in c. cum Bertoldus. col. 4. de re iudic. Rochus in tract. de iure patro. in verbo honorificũ. in 22. q. in electione idem dicitur per docto. in c. ecclesia. & c. in causis. & c. ne pro defectu. de elec. & Mãdagor. in tract. de elect. in 1. parte. c. 2. quia vbi lapso termino legis incurritur pœna, ille terminus non potest abbreuiari. Bar. in d. l. 2. per text. iuncta glo. in verbo tertiam. de milite vassallo qui contumax est. cle. 1. in verbo tertio. de vita & honest. cleri. sed collator & patronus lapso termino amitterent & ius conferendi, & præsentandi pro ea vice, vt dicunt. ergo illud tempus pœnæ inductiuum non poterit minui.

Tẽpus conferendi seu præsentandi non potest minui.

Nec me mouet, ꝙ frustra fit requisitio, quia resp. contrarium. Nam hæc acceptatio seu requisitio facta ab excõmunicato afficit beneficium, ita vt non possit conferri etiam per Papam, vt est declaratum per legem regni, rub. *des graduez*. art. 14. Et ideo requisitio facta per graduatũ etiam inhabilem, afficit, & præuenit Papã, quia præueniri dicitur etiã de facto. Nam verbum præuenire est facti, ideo verificatur etiam in præuentione facti, quia non potest dici non præuentus, facit text. in l. posthumus. §. j. ff. de inoffic. testa. vbi rescisio illius, cuius non interest, prodest illis quorum interest.

Requisitio facta per inhabilem, an præueniat Papã.

Et sufficit ꝙ iste possit requirere instar creditoris petentis se mitti in possesionem bonorũ debitoris, vt si prætor vni permittat, omnibus permisisse videtur. l. cum vnus. in prin. ff. de bonis auctorit. iudic posid. Sed si vnus tamen nõ graduatus requireret, non afficeret beneficiũ, nisi hoc faceret nomine qualificati. vt in §. planè ibidem probatur. & hæc sunt mihi visa veriora, quamuis diu ancipiti cogitatione, & dubia mente in vtrãque partem distractus fuerim. & faciunt quæ dixi in tract. nomi. q. 17. nu. 18. facit ꝙ dicit Anch. cõs. 58. circũscriptis. col. 2. ꝙ collatio Papæ etiã inualida præuenit ordinariũ, ergo & requisitio etiã inualida, cũ tantũ ius pręuentionis sibi Papa retinuerit in istis beneficiis qualificatis. intellige vt dico in gl. iure præuẽtionis. tit. seq.

Et quod si nominatus requisiuit vicariũ qui respondit illi, vt adiret episcopũ, Episcopus cõtulit alteri, & mortuus fuit, rex iure regali confert. Iste nominatus collationẽ obtinet à superiore, quis præferatur, causa fuit ad consilium posita in hoc senatu, anno 1542. die 19. Septembris.

Quintò, si collator sit mortuus, non est primò adeundus archiepiscopus, vel alius superior, sed capitulum sede vacante requiri debet per qualificatũ: quia ad capitulum sede vacãte spectat collatio beneficiorũ necessaria, non voluntaria, qualis est ista, text. & ibi doct. in c. 2. ne sede vacante. sic fuit decisum in hoc venerabili senatu Parisien. super archidiaconatu Bituricen. hoc mense Ianuario 1538. (vt fertur) sicut de insinuatione dixi in tracta. nominat. quæst. 14. num. 78.

Capitulum sede vacãte est requirendum.

Arrestum.

Vltimò, si collator dicat se prouidisse, & tamen non prouiderat, deuoluitur collatio ad superiorem, ita ꝙ collatio postea facta per eum qui mẽtitus est, non valebit. nam per mendacium perditur priuilegium. l. sed hoc. §. fi. ff. de re iudic. l. hæreditatum. §. fi. ad leg. falc. l. generaliter. C. de non numer. pecun. Nam contra negantem se appellasse, potest iudex à quo iurisdictionẽ exercere, vt arresto fuit decisum referente Io. Gal. in q. per arresta. q. 152. multa tradit Ias. in l. quod te. nu. 3. & in l. vinum. nu. 17. ff. si cert. pet. & Hippo. in rub. de fideius. q. 46. Item ad euitãdas fraudes quas facerẽt collatores indies, vt nominatus haberet collationẽ ante deuolutionẽ. Item si collator non dixisset se contulisse, nominatus non adiuisset superiorem, nec expensas fecisset. Ideo in hoc est puniendus collator. vt censuit senatus Parisien. anno 1543. die 14. Augusti, pro d. Carolo Garnier contra Alexan. Termeau.

Dicens se prouidisse, non potest postea conferre.

Arrestum.

dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ [a]: collationésq; & prouisiones, ac

a Ipso iure nullæ.) Et sic non est opus rescisione, cum id quod nullum est, rũpi non posit. l. nam & si. §. j. ibi post defectũ autem conditionis natus posthumus gradum non rũpit, quia nullus est. ff. de iniusto rup. & irrito fact. testa. text. in c. ad dissoluendum. de despon. impub. ideo non obstante collatione facta non nominato, & non vocato illo cui est facta collatio, poterit superior conferre nominato. c. de multa. de præb. possessionem tamen eo non vocato auferre non poterit. c. licet episcopus. de præb. in 6. intellige si nominatus vel graduatus petat illud beneficiũ sibi cõferri, alioqui collatio non est nulla, quia collator ignorat, an qualificatus velit illud beneficiũ, instar mandati apostolici. c. si clericus. ibi, petere negligenter omittat. de præb. in 6. c. 1. §. pen. de conces. præbẽ. in 6. ibi, requiri. Et ipso iure sunt nullæ collationes factæ aliis, si nominatus velit & prosequatur. §. teneãtur. & §. fi. ibi, prosequẽtibus. infra eo. vbi plenius dico. facit §. in bonæ fidei. iuncta gl. de actio. in insti.

Nam clausula decreti apposita semper intelligitur, si impetrãs vti velit. Io. Monac. in c. statutum. de præb. in 6. l. proinde. §. fi. ff. si cer. pet. glo. in §. quod si quis in verbo irritum. eo. tit. in pragm. vbi dicit decretum apponi in fauorẽ & nominati & graduati: ideóque

Collationes factæ aliis sunt nullæ si nominatus prosequatur.

ideóque poterit ei nominatus & graduatus renunciare.c.ad apostolicā.de regula.sicut dicitur de alienatione rerū ecclesiæ,quæ est nulla. si tamen fuerit facta in vtilitatem ecclesiæ,poterit eam ratā habere prælatus.c.si qua.de rebus.12.q.2.sic cōsuluit Aegid. bella mera,consi.33.quod si.col.15.vers.præcedentia dubia.quia vbi actus est nullus ratione personæ, nō est absurdum quod possit per illam ratificari.l.filio. ff.de iniusto testa.plenè Imola in c.si quis presbyterorum.col.6.de reb.eccl.non alie.vide glo.solēnem in cle.1.de regul. Non posset tamen episcopus post suam collationem non qualificato factam nominato vel graduato non prosequente alteri conferre. arg.l.2.ff.de lege commisso.ibi,si vēditor inemptū eum esse velit,quia id venditoris causa cauetur, &c.

An requiratur noua collatio nō nominato, quādo cum nominato conuenit.

Et hoc intelligit gl.in d.§.quod si quis. quando nominatus vel graduatus ante collationē renūciaret,ꝙ si fieret postea nō valeret sine noua collatione.idem si nominatus vel graduatus vti nollet sua nominatione:sed contrarium obseruatur, vt si nominatus vel graduatus non prosequatur, ꝙ valeat collatio facta per ordinarium nō nominato. sed gl. potest intelligi,quando nominatus semel esset prosecutus beneficium alteri collatum,& collationem factam non nominato nullam pronunciari petiisset,si fiat conuentio postea inter nominatū & eum cui est facta collatio per ordinarium, per quam nominatus renunciat iuri suo in fauorem non nominati,cui erat facta collatio,tutius esset quòd haberet nouam collationem post renunciationem nominati,& sic potest glo.intelligi.

dispositiones [a] illorū ad immediatum [b]

Conferens nominato non potest variare.

a Dispositiones.) Et sic post factam collationem nominato etiā inhabili,vel graduato,non licet eidē collatori alteri,etiam nominato habili cōferre,tum quòd ad superiorem sit deuoluta collatio,vt hic, & post deuolutionem collatio est nulla.c.licet.& c.fi. de supplen.negli.prę la.tum quia prima collatio impedit secundam c.post electionem.de concess.præb. tum quia conferendo etiā incapaci, functus est officio suo.Pan.in c.accedens. col.1.de præb. Ad hæc quia etiam in collationibus est prohibita variatio. cle.vna.de renunc.facit c.si tibi absenti.de præb.in 6.& ita fuit prolatū,vt dicitur,arrestum in hac media parte quadragesimæ per supremum senatum.

Arrestum.

Item anno 1543.die 14.Augusti, inter Carolum Garnier appellantem à præposito Parisien.& Alexandrum Termeau, etiam fuit dictum episcopum non posse variare,nec gratificare, quādo prius contulit indigno qualificato:quia est priuatus potestate conferendi.c.cum in cunctis.§.fi.de electio. & quia variatio est maximè viris ecclesiasticis prohibita, vt dictum est, nec poterit postea gratificare habilem,qui inhabili semel contulit.

Diuerso iure duplex fieri potest collatio.

Secus est quādo quis cōfert diuerso iure, vtpote primo tāquā ordinarius.& volūtariè nō nominato,secūdò coactè cōfert nominato,quia tunc variare poterit.discreta enim sunt iura,quamuis plura in eandē personā deuenerint. verba sunt iurisconsulti in l.tutorē.ff.de his quibus vt indig. Et quando duo iura concurrunt in vnā personā,illa habet vim duarum personarū.tex.in l.si cōsul.ff.de adopt.l.Papinianus.§.sed nec impuberis. de inoffi.testa.Roma. cōsi.422.iste Frācistcus.Et quādo plura iura vni cōpetunt,vno sublato aliud illæsum remanet.text.& ibi Bart.expresè elicit in l.si domus. ff.de ser.vrb. præd.tex.in l.quoties duplici:& ibi plenè Decius de reg.iur.l.si prius.in princ.de aqua plu.arcend.& qui post collationē à se factā nō potest cōferre tāquam ordinarius,poterit cōferre tanquā executor cōcordatorū.tex.in l.si paterfamilias.§.j.ff.de adoptio.l.j. §.sed videndū.ff.de success.edic.quia nulla ratio est, quare permittatur magis vti vna potestate, quā reliqua.l.generaliter.ff.de fideius.text.& ibi Bal.in c. cum olim.de re iud.vbi not.ꝙ quis potest duas habere voces in vna electione,& qs potest cōferre vt canonicus,& vt prę lat9,& facta collatione vno iure, poterit alio iure facere.c.postulastis.de cōcess.præb.

Ex his patet episcopū post collationem factam iure ordinario non nominato,posse postea conferre nominato requirenti,ideo debet requiri.

Vide quæ dixi in tracta.nominatio. q.17.nu.4. & seq.vbi respon.cōtrarius adductis.& Collecta. in c. relatū.de cler.nō resi.Nec suffragatur,ꝙ collatio facta post deuolutionē,nō valet.c.licet.& c.fi.de supplen.neg.præla.c.2.de cōcess.præb.sed hic fit deuolutio facta collatione, ergo episcopus non poterit postea conferre.Respon. verū esse quādo deuolutio fieret ipso iure.Et sic quādo hic tex.diceret, dispositiones ad immediatū superiorē deuolutæ sint,tūc putarē ꝙ episcopus nō posset cōferre post suā collationem.Sed hic tex.dicit,Si quis aliter quàm modo prædicto disposuerit,dispositiones illorum sint ipso iure nullæ, & ad immediatū superiorē deuoluātur, vtitur verbo futuri temporis,quod nō denotat ipso iure.gl.in l.in criminali. C.de iurisd.omn.iudi.Feli. in c.Rodulphus.de rescrip.ideo vult dicere(vt reor) hic text.ꝙ sicut dispositiones factæ cōtra qualificationes in §.proxi.positas,sunt nullæ,prosequēte,videlicet nominato.§.fin.infra eod.ita deuolutio fiet, prosequente nominato deuolutionē, in cōmodum enim nominatorū & graduatorū introductū est, vt deuolutio ad proximū fiat superiorē, vt postquam collationē à primo ordinario habere non possunt, saltē à superiore habeāt,ad quē fit deuolutio.ideo si nominatus vadat ad primū collatorem, qui nō nominato cōtulit,iam nō vult deuolutionē fieri ad superiorem, ergo ille ordinarius poterit isti nominato conferre, non obstante prima collatione facta non qualificato,quod est notandum:quia sæpius de hoc fui consultus.Alioqui quod fauore illorum esset introductum, in odiū eorū retorqueretur,cōtra l.quod fauore.C.de legib.Item si is cui prouisio cōmissa est similiter prouiderit, iterato prouidere poterit,quia verbū prouideas significat effectū rei. teste Bal.in c.in literis.de offi.dele.intellige vt supra.

Deuolutiones in fauorem qualificatorum inducta sunt.

b Immediatum.) Quæro quis dicatur immediatus superior? Super his varij varia dixere. Pone quod ad monasteriū Aureliæ sitū spectat collatio beneficij siti Parisien.quo vacāte,nominatus requirit monasterium,vt cōferre illi habeat, monasteriū recusat,ad quem fiet deuolutio? vel ad episcopum

Superior immediatus quis dicatur.

Aurelianẽſ.in cuius territorio eſt monaſteriũ cõferens,an ad epiſcopũ Pariſien.in cuius diœceſi beneficium conferendum eſt ſitum? Sunt qui dicant ad epiſcopum Aurelian. qui eſt immediatus ſuperior perſonarum,& monaſterij, pro hoc allegãt c.1.& c. authoritate. de priuileg.in 6.vbi ſi monaſteriũ delinquat,epiſcopus Aurelian.cognoſcet,ergo & hic, quia in caſu delicti fit deuolutio ad ſuperiorẽ cõferentis,non ad ſuperiorem beneficij.doct.in cle.ſi de beneficio.de pręb.Sed iſtud monaſteriũ deliquit eo quod nõ cõtulit iuxta formã cõcordatorũ,ergo ad epiſcopũ loci,vbi monaſteriũ eſt ſitũ,fiet deuolutio.

Item poſtquam Papa voluit collationem eis religioſis committere, & eorum ſuperioribus videtur, quod voluerit, & ſic vt deuolueretur ad eorum ſuperiores,nempe qui vult antecedens & conſequens. l.ad legatum.ff.de procur.

Ego vero putarem immediatum ſuperiorẽ hic dicendum epiſcopũ Pariſienſ.ratione beneficij ſiti, quia omnes baſilicæ ſunt cõferendæ ab illo epiſcopo,in cuius ſunt diœceſi.ca.omnes baſilicæ.16.q.7. Et pro hoc eſt tex.ſolẽnis,iuncta glo.in cle.vna. de ſuppl.neglig.prælat.dicens, quod ſi prælati regulares negligunt cõferre beneficia ad eorum collationem ſpectantia,tunc diœceſani locorum ſupplent negligentiam eorũ.gl.in verbo.locorũ,ſic dicit ergo non epiſcopi perſonarum, ſi ergo prælatus alterius diœceſis habet prioratũ,quem conferre negligit in diœceſi Bononien.epiſcopus Bononien.ſupplebit,hoc probat decreta.2.eo.tit.ibi, in tuo epiſcopatu.nec diſtinguit vnde ſint collatores,& illam gl. ſequuntur ibidem Card.& Bonifacius. facit text.in c.1.in fi.de priuileg.in 6.facit glo.in §.item quod.in verbo locorũ.de annatis.in prag.text.in extra. execrabilis.§.cæterum.de præben.Ioan.22. Hoc ſcribit expreſsim Soci.in cap.poſtulaſti.col.4.q.6. de foro compet.Et Papa auferendo collationem primã ab epiſcopo,in cuius diœceſi erat ſitum beneficiũ, non videtur,intellexiſſe niſi de illa prima.arg.l.boues.§. hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi. Et in dubio videtur Papa voluiſſe minus grauare ordinarium quàm potuit.ca.quamuis.de reſcrip.in 6.Et quando nõ contulit qualificato,ſiue delinquat ſiue non, voluit Papa deuolutionem fieri ad immediatum ſuperiorẽ, & non ad eum,quod ſufficit,& de caſu delicti.vide quod dicitur in c.quanquam.de electione, in 6.per Rom.conſ.361.in caſu. [Et iudex vbi prædiũ ſitum eſt, interponere decretum debet. l.ſi prædium, vbi doct.C.de præd.mino.& epiſcopus interponet authoritatem in cuius diœceſi eſt eccleſia donata, vel vnita,vt Panor.probat in cap.paſtoralis.col.vlti.de priuil.] & in hanc ſententiam cõuenerunt mecum conſulendo iuriſperiti eximij,ac excellentes aduocati.D.Matthæus quadrigarius, & Frãciſcus de Salerone,quorum authoritatem (quæ magna eſt) hic adducere non erubui.

Decretum à iudice vbi eſt ſitũ prædiũ interponendum.

Et ſic patet quòd ſi præſentans negligat, vel aliter diſponat quàm hic,ad inſtituentem fiet deuolutio,vbicunque & qualiſcunque ſit, per d.cle.vnam. de ſuppl.neglig.prælat.vbi eſt gl.ſing.in verbo diſpoſitionem.& gl.in §.quod ſi quis cuiuſcunque.in verbo.proximum. de collat.in prag. idem dico ſi negligant eligentes,vt ad confirmantem fiat deuolutio.c.2.de ſuppl.neglig.prælat.doct.in c.fi.de elec. in 6.& Pan.in c.1.illo tit.in decreta.Rochus de curte.in tractat.de iure patro.in verbo honorificum. q.33.per gloſſ.in d.clem.vna.

Ad quem fiat deuolutio.

Si vero collator aliter diſpoſuerit quàm hic, fiet deuolutio ad immediatum ſuperiorem, & immediatus ſuperior diciturratione beneficij ſiti, ita ꝙ ſi monaſterium cõferens ſitum Tholoſæ beneficium Pariſiis,ſitum aliter quàm debuerit contulerit, fiet deuolutio ad epiſcopum Pariſien. Et is debebit requiri, quod eſt notandum. ſuper his enim vidi ſæpius dubitari,& ſic reſpondi per text.etiam in arg. in c.2.de religio.domib.ſic dicens, feudi cognitio deuoluitur à domino feudi ad ordinarium rei ſitæ alio ſuperiore mediato non exiſtente. ca.cæterum. vbi doct.de iud.glo.& doct.in c.vno. §.præterea.2. de prohib.feud.alien.per Feder.

Item quæro an per iſta verba ad immediatum ſuperiorem cẽſeatur derogatum.cle.vnicæ. de ſupplen.neglig.præla.quo ad hoc, vt quando diœceſanus in exemptis ſupplet, hoc facit authoritate apoſtolica per illum text.& ſic adeundus ſit Papa pro immediato, vel alius ordinarius immediatus. Reſpon.putarem eſſe per hunc tex.in hoc derogatum illi cle. vt immediatus ſuperior ordinarius poſſit adiri etiam in exemptis,tum quod hæc concordata facta ſunt in fauorem regni & regnicolarum, vt ſupra in prœmio patet,& maximè in fauorem pauperum graduatorum, qui non poſſent ire Romam, & leuare bullas,& tot expenſis pares non eſſent,ob id ordinarius proximior aditur,& iſtius eſt ſententiæ Pan.in d.cle.vna.in gl.ſua authoritate.cõtra gl. ibi,ſed propter iſtum text.nõ videtur dubium, tum propter diutinam vacationem,quæ eſt eccleſiis periculoſa.c.quàm ſit.de electio.in 6.tum quia exempta & non exempta in d.clem.æquiparantur,& de exemptis concluſi idem ſicut in non exemptis infra in glo.vlti. Et quia in hoc text.dicitur gradatim faciendam collationem.

Cle.vnic.de ſupplẽ. negli. prælat. declaratio.

Item immediatus ſuperior dicitur epiſcopus, quamuis ipſe in prima collatione interfuerit tanquam canonicus,quia fortè capitulum primo contulit, ſecus ſi tanquam prælatus cum capitulo contulerit, quia tunc non deuolueretur ad epiſcopum, ſed ad ſuperiorem, quia non poſſet ſupplere ſuam negligentiam. c.pe.de conceſ.præb. Et dicitur eſſe in capitulo tanquam canonicus quando non habet primum locum.gl.in c.à collatione.de appel.in 6.

Item ſi tanquam abbas contulerit, ad ipſum tanquam epiſcopum fiet deuolutio, & dicetur immediatus,quia multi obtinent abbatias,& epiſcopatus. c.cauſam quæ.de iudic.conſuluit Deciſ.conſil.641. in duobus.in princip.

Item ſi archiepiſcopus vltimus collator nollet conferre graduatis, & fortè non poteſt adiri Papa vel non ſine magno diſpendio, poterit cogi collator ad conferendum iure deuolutio ad conſeruationem ſaltem iuris graduati, vel nominati.arg.no. in c.nullus.de iure patr.per Panor.& alios ibi.& ita ſeruatur in Normania:vbi impetrant literas regias à cancellaria,in vim quarum epiſcopis, vel eorum vicariis

Collator cõferre cogitur ad cõſeruationẽ iuris graduati vel qualificati.

vicariis præcipitur, vt ad cõseruationem iuris tantũ cõferant, & collatores his præceptis obtemperant, & hæc praxis non esset etiam in hoc regno contemnenda, quando facilè Papa adiri non posset, & bonum est hoc facere, & aliud non omittere.

ſuperiorem [a] deuoluantur [b]. Qui eiſdem perſonis [c] modo præmiſſo qualificatis, prouider[e] teneãtur. Et ſi cõtrauenerint [d], ad alium ſuperiorem [e] deuoluatur prouiſio & præſentatio huiuſmodi gradatim, donec ad ſedem apoſtolicam fiat

Deuolutio fit ad ſuperiorem, fallit vt hic.

a Superiorem.) In pragmatica eſt ad proximum. Notandum eſt, ꝙ ad ſuperiorem fit deuolutio, non ad inferiorem. c. licet. de ſuppl. neglig. præla. ca. 2. de cõceſſ. præb. fallit in c. ſtatutum. de præb. in 6. & ibi aſsignatur ratio. & c. cũ ſimus. 9. q. 3. Intellige tamẽ, quòd primò requirendus eſt inferior poſtea ſuperior, vt forma hic poſita ſeruetur. Bal. in c. vno. col. 2. ſi de inueſt. inter domi. & vaſſal. lis oriatur. vbi dicit per illum textum iudices gradatim eſſe adeundos. per tex. in §. ſuper hoc. in auth. de quæſto. colla. 6. ſic & collatores.

Quare deuolutio ſit inuenta, & quomodo fiat.

b Deuoluantur.) Quæ deuolutio eo inuenta eſt, ne diu eccleſiæ remaneant in ſuſpẽſo. c. 2. de cõceſ. præb. & hoc propter vtilitatem publicam, vt actus exequantur. arg. l. ſciant. C. de legit. hæred. authen. hoc amplius. C. de fideic. l. 1. ff. de ſucceſ. edict. & fit propter negligentiam ad proximũ ſuperiorem. d. c. licet. de ſuppl. negl. prælat. & propter delictũ in maioribus dignitatibus ad Papã. c. quãquam. de elec. in 6. Secus in minoribus beneficiis, in quibus ſi collatio nõ habuerit effectũ, redibit ad cõferentem. ca. ſi electio. de elect. in 6. Idẽ quãdo omnes nõ peccauerunt, quia tũc ad illos qui nõ deliquerũt, ius deuoluitur. Pan. & alij in c. cũ in cũctis. § fi. de elec. & hoc tempus currit à die quo ſciuit. c. quia. de cõceſ. prǽb. vel ſcire debuit. arg. l. quod te. ff. ſi cer. pet. Rota deciſi. 263. ſi propter. in nouis. Fel. in ca. à nobis. de excep. Curtius in tract. de iure patr. in verbo honorificum. q. 27. quæ ſcientia præſumitur. Anto. & alij in d. c. licet. Decius conſi. 135. ad iuſtificationem. in fi.

Et hoc ius deuoluitur eo ipſo ꝙ collationes ſunt factæ non qualificatis, vt hic, intellige vt proximè dixi in gl. diſpoſitiones. Si verò collatio facta non fuerit per epiſcopũ, non fit deuolutio ante ſex menſes nulla facta requiſitione. vt dixi in gl. diſpoſuerit. ſupra eo. vide gl. in c. nulla. de cõceſ. præb. & ibi dixi. quando ius deuoluatur in omnibus beneficiis, tam maioribus, quàm minoribus. Et in præf. iſtius tit. circa fi. verſi. 4. & vlt. vide Bonifa. in cle. 1. not. 13. de iure patro. & Pan. in c. cum eccleſia Vulterana. de elect. clem. in pleriſque. illo tit. Imol. in c. poſt electionem. in fine. de conceſ. præb. Nec mora poteſt purgari poſt ſex menſes: quia ſtatim fit deuolutio, vt ibidem per doct. & per Cardin. & alios in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb.

Collatio tranſit cum ſuo onere ad ſuperiorẽ.

c Qui eiſdem perſonis.) Et ſic collatio non eſt libera apud eum ad quem deuoluitur, ſed tranſit cum ſuo onere, vt cle. vna de ſupplen. neglig. præla. dixi in tract. nominatio. quæ. 8. princ. verſi. 7. quæro. vbi licet fuſius videre, & per Feli. in c. cum acceſsiſſent. col. 7. nu. 18. de conſtit. Item hic text. vult vt ſuperior cõferat, & nõ idem ordinarius, vt hic patet. quod facit cõtra epiſcopos omnibus nominatis, vel graduatis requirẽtibus cõferẽtes, vt vltra ſemel eodem iure cõferre nõ poſsint, cũ vnus eodẽ iure pluribus cõferre non poſsit per gl. in verbo diſpoſitiones. ſupra eod. ideo decipiũt pauperes nominatos ſic cõferendo, cõtra quos deberet ſenatus animaduertere, & inhibere, ne plures vno & eodẽ iure facerent collationes. nam ſecus faciẽdo veniũt cõtra hæc ſacra cõcordata, quorũ ipſi ſunt cõſeruatores, vt infra rub. de pœna temere veniẽ. cõtra cõcord. patet etiã quia collatio facta non nominato valet, non proſequente nominato. §. teneãtur. infra eo. vel ſi nõ iure proſequatur, cũ ſint paria. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. nec requiritur primus collator, qui prius cõtulerat, per ſecũdum nominatũ, vt illi iterũ conferat, ſi iam qualificato cõtulerat, ſed vt ſciat ipſe an primus collator diſpoſuit, nécne per hunc text. ad hoc, vt poſtquàm ſciuerit ius eſſe deuolutũ, accipiat collationẽ ab eo qui cõferre poteſt. Et quãuis primus collator iſti requirenti ſecũdo cõferret, huic tamẽ collationi nominatus nõ cõfidat, ſed aliam à ſuperiore capiat, ſi ſibi iure cõſulere velit, vt ſi vna nõ ſit iuſta, altera ſuſtinebitur. c. poſt electionem. de conceſſ. præben. Nec ſufficeret recuſatio ab ordinario, niſi nominatus vel graduatus collationem à ſuperiore haberent. Recuſatio enim non tribuit ius, ſed deuoluit, ob id oportet ſequi deuolutionem, & collationem à ſuperiore accipere, qui tenetur prouidere, vt hic.

Duobus nominatis an poſsit conferre epiſcopus.

Duplex collatio quãdo eſt petẽda, & non ſufficit recuſatio ſine titulo.

Contrauenire quando quis dicatur.

d Contrauenerint.) Cõtrauenire dicitur ſiue aliter quàm hic conferendo, ſiue nolendo conferre qualificatis, ſiue alio modo negligendo, de quo verbo text. & ibi not. in c. cum acceſsiſſent. in fi. de conſtitu. Vide glo. in extrauagan. execrabilis. in verbo *contraire*. de præben. in extrauag. Ioan. 22.

Legatus an omiſſo medio cõferre poſsit.

e Ad alium ſuperiorem.) Scilicet immediatũ, & gradatim, videlicet de abbate ad epiſcopũ, de epiſcopo ad archiepiſcopũ, & poſtea ad legatũ, vel ad Romanũ pontificem. Et ſic patet per hunc textum ꝙ etiam legatus non poterit conferre non facta requiſitione alterius inferioris immediati, tum ꝙ ad eum non ſit deuoluta conferendi poteſtas, vt hic, dum dicitur, donec ad ſedem apoſtolicam fiat deuolutio, tum quòd ordinem iſtum ſubſtantialem immutare nemo poteſt. rub. de fir. & irreuoca. concord. ſtabilit. §. j. Ad hæc quòd non ſit immeditus ſuperior, ad quem fit deuolutio. Quod an ſit verũ, non decido: quia pendet quǽſtio in ſenatu, ideo matura deliberatione decidetur. Fuit iudicatum quòd poteſt ratione concurſus per ea quæ dixi in tractatu nomi. q. 17. verſi. duodecimo quæro. num. 16.

Dictio gradatim refertur ad gradus perſonarum.

Item iſta dictio gradatim refertur ad gradus perſonarum, non præbendarum: gloſ. in ca. fin. de conſuet. in 6. Rota deciſ. 300. ſi mandetur. in nouis text. & ibi doct. in l. fi. C. de verbo. ſigni. l. intra. in fi. ff. de diuerſ. & tempora. præſcript.

In exẽptis ad quos fit deuolutio.

In exemptis vero ad Papam videtur quòd fiat deuolutio. ca. ſicut. & c. licet. de ſupplen. neglig. prælat. c. cum ſingula. § fin. de præbend. in 6. hoc tenet gl. in verbo gradatim. eo. tit. in prag. Rom. conſ. 361.

in casu. Cum Papa sit superior eorum proximus. c. authoritate. de priuileg. in 6. nec hic sit mentio de exemptis, quòd fiat ad alios deuolutio, ergo sic fiet.

Item in exemptis fit ad Papam deuolutio, nisi in regularibus. cle. vna. de supplen. neglig. prælat.

Ista fortè possent esse vera tempore pragmaticæ sanctionis, per tex. ibi, ad proximũ superiorem deuoluatur. proximus enim dicitur, quem nemo antecedit. l. proximus. ff. de verb. signif. & sic ad Papam in exemptis poterat fieri deuolutio ibidẽ, quia erat proximus, tamen per hunc textum puto contra, videlicet, vt ad immediatũ superiorẽ etiam in exemptis deuolutio fiat, per hoc verbum immediatum in textu positum. Alioqui non deuolueretur ad immediatum superiorem, sed ad summũ superiorem, videlicet ad Papam, & ad supremum superiorem.

Item non fieret gradatim, vt in textu dicitur, videlicet de episcopo ad archiepiscopum, si de abbate, vel alio exempto fieret ad Papam deuolutio.

Dictio alius declaratur. Præterea text. dicit quòd fit deuolutio ad alium superiorem, dictio alius regulariter in tribus verificatur, alter in duobus. l. cum emãcipatus. §. si pater. 2. ff. de bon. posses. contra tab. & l. seq. l. cum in vna. de appel. l. 3. de coniung. cũ emancipato. Paul. Castr. in l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulga. no. in l. ancillæ. C. de furt. Bal. & Barb. per illum tex. in c. 1. de rescri. & Feli. in c. sedes. col. pen. in fi. ibidẽ. Sed si in exemptis ad Papam fieret immediatè deuolutio, non fieret ad alium superiorem, sed ad alterum, nec procederet hic text. nec dictio alius, licet aliquando in duobus etiam procedat. c. 1. de parrochi. c. quod autem. de iure patro. c. ex literis. ibidem. l. etiam ibi, alio casu. ff. de verb. signi. vbi scripsi. text. in ca. cum speciali. de app. l. binas. de serui. vrba. præd. Insuper immediatus superior tenetur eisdem personis qualificatis cõferre, vt hic. Sed si deuoluerũt ab exemptis ad Papam, ipse non tenetur conferre, ergo non procederet text. patet in tit. de manda. apost. infra. & hic tex. generaliter loquitur, ergo generaliter intelligitur. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. videlicet tam de exemptis, quàm de non exemptis, vt ad immediatum superiorem fiat deuolutio, & vltimo loco ad Papam. & hoc est introductum, vt supra dixi, in fauorem nominatorũ, & retorqueretur in eorum odium contra l. quod in fauore. C. de legib.

Constitutio partim fauorabilis, partim odiosa, est ampliãda. Nec refragatur clemen. quia regulares. de suppl. negl. præla. quæ licet loquatur in regularibus, tamẽ habebit etiam locum quo ad hunc casum in secularibus, tum quòd sit partim fauorabilis: videlicet vt celerius prouideatur ecclesiis. damnosa est enim ecclesiarum vacatio. c. quam sit. de elect. in 6. & partim odiosa, scilicet prælatis: tamẽ adhuc venit amplianda gl. in l. 2. C. de in ius vocan. quam sing. not. Barb. in tract. de præstan. Card. in 1. q. partis. 1. col. 19. nu. 33. & in cle. fi. col. 6. de rescript. & consil. 1. col. 14. in 3. volu. & consi 81. num. 13. in 4. volu. Tum etiam quia immediati superiores deputantur conseruatores concordatorum, ergo illi poterunt collationem facere per hunc text. nec accedemus necessario ad Papam pro collationibus nominatorum vel graduatorum, nisi iure præuentionis & gradatim.

Ad hæc quando est vtile reip. legem ampliari, & non restringi, non debet coarctari. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. de senatuscons. silla. & l. hoc modo. de condit. & demonst. sed vtile est reip. gallicæ, ne res nummariæ extrahantur à regno, & ne ibidem diu vacent ecclesiæ, & vt notis prouideatur per prælatos regni, ergo ista constitutio non restringetur, vt tantum debeat intelligi de non exemptis. Nam postquam ista concordata sunt ad vtilitatem regni facta, vt patet in proœ. supra ergo id quod vtile est regno tenere debemus, & ita seruatur, teste domino Ruseo in tracta. de præeminentia archipresb. 1. priuileg. Cui tanquam in iure experto credendum esse reor. *De domino Ruseo senatore.* Primò, quòd sit abbas exemptus. Secundò quòd sit egregius senator, qui ista potuit vidisse obseruari. Ad hæc quòd authoritati excellentis doctoris attestantis vsum & consuetudinem sic esse, standum est, prout est huius doctoris excellentissimi authoritas, vt tenet Bart. in l. de quibus. in 4. prin. q. ff. de legi. Cepola. consi. 40. Lucius. col. 5. saltem standum est attestanti consuetudinem, donec contrarium probetur. Decis. consil. 540. quæritur. col. 2. & quo ad præsumptiuam probationem. Decius consil. 559. in casu. col. 2. & ita concludo tam in exemptis, quàm in non exemptis, ad immediatum superiorem, & non ad Papam primo quoque tempore deuolutionem fieri in beneficiis graduatis & qualificatis debitis, in aliis ius commune seruabitur. [quod non procederet, quando archiepiscopus esset immediatus ad Papã, & archiepiscopus Rhemens. tunc ad Papam, & non ad primatum Lugdunens. esset recurrendum, quia superior eius non est. & ita censuit Senatus Parisien. cum quæstio esset inter hos duos archiepiscopos, & fuit dictũ quòd siue iure ordinario conferat, siue deuoluto, quòd fiet deuolutio ad Papam, nõ autem ad archiepiscopum Lugdunens. qui nullo modo poterit benefic. Rhemens. archiepiscopatus conferre anno 1526.]

deuolutio [a]. *Collatio facta à Papa omisso medio valet.* a Deuolutio.) Ergo non fit deuolutio ad sedem apostolicam, nisi omnibus mediis requisitis, si non fiat deuolutio, nec collatio fieri poterit: igitur Papa non poterit conferre, nisi gradatim, & ita volunt dicere quidam per istum textum. Sed respon. text. velle dicere ad immediatum superiorem deuolutionem semper fieri: donec ad Papam fiat deuolutio, sed cum episcopus recusat, ad archiepiscopum fit deuolutio, & Papa concurrit cum archiepiscopo, itaque sicut archiepiscopus conferre poterat, ergo & Papa: quia in Papa est deuolutio, & concursus, & pauci hoc intelligunt, putantes Papam regi regulis simplicibus episcoporum, quod non fit, quia donec ad sedem apostolicam fiat deuolutio, archiepiscopi, & primates, ac alij conferre poterunt, sed Papa etiam ratione concursus, quem habet cum eis, semper conferre potest, si non ratione deuolutionis, saltem concursus. sed Papa habet vtrunque, quia non ligat seipsum in his deuolutionibus, quominus conferre possit. Ideo quando nominatus vel graduatus omissis etiam mediis ibit ad Papam, & ab eo obtinebit collationem, illa valebit, tum quòd Papa plenitudinem potestatis habeat. cap. proposuit. de concess.

præb.

præb.maximè in beneficialibus.c.2.de præb.in 6.tũ quia est ordinarius omniũ. c.per principalem. & c. cuncta per mundum.9.q.3.Ideo cum omni prælato concurrit in potestate & iurisdictione. c. si eo tẽpore,vbi Io.monach.de elect.in 6.Bal.in c.1.qui feudũ dare poss [& hoc probat Pan.per illum tex.ibi,pręter eius desidiam & negligentiam poterit præbendas donare. in c. quia diuersitatem. de concessio. præb.plene scripsi in praxi mea beneficiali.]

Igitur episcopo recusante ad archiepiscopum fit deuolutio,& Papa concurrit cũ eo,ergo poterit cõferre,sicut archiepiscopus poterat.Et hæc non considerant quidam ignorantes istum concursum. Ad hæc in fauorẽ qualificatorum introductæ sunt istæ deuolutiones. quod superius dixi, vt facilius collationes habere possint, ergo si fauorabilius est qualificato adire Papã,q̃ aliũ inferiorẽ,illũ adire poterit, alioqui esset habenas potestati papę ponere,quas nõ imponit euãgeliũ,sed quodcũq; ligaueris,&c.dicit.

Nec me mouet §.1.de firma & irreuocabili.infra. vbi Papa vult nõ valere factum ab eo cõtra hic statuta,sed resp.Papa nõ facit cõtra statuta,quãdo cõfert nominato,vel graduato,iuxta descripta in hoc tit.imò sequitur legem suam hic statutam,ergo gesta ab eo valebunt, siue iure præuentionis conferat, siue post primum collatorem omissis mediis,dummodo qualificato idoneo conferat. & ista vidi in forensi iudicio dubia, ob id illa omittere nolui. & hic concursus cum iuris sit,nõ est necesse,vt in bullis exprimatur, sed sufficit quòd Papa iure deuoluto conferat.cle.si de beneficio. præbend. nam sicut archiepiscopus iure deuoluto contulisset,ita & Papa qui cum illo & omnibus aliis prælatis concurrit conferret.cle.vna.de supplen.negli.præla.

§. PRAETEREA.

Collatores tenentur conferre beneficia assignata nominatis, & graduatis, qui per tempus competens studuerunt, & tempus competens quid sit,declaratur in hoc tex.

a Præterea volumus quòd collatores ordinarij, & patroni ecclesiastici pręfati dignitates,personatus,administrationes,& officia,ac beneficia in mensibus graduatis & nominatis assignatis vacantia, illis graduatis simplicibus b aut nominatis illa conferre, aut ad illa eos duntaxat præsentare teneantur, qui per tempus competens in vniuersitate famosa c

a Dvas habet partes vsque ad §.Pręfati.Prima præcipit beneficia in mensibus præstitutis vacantia nominatis & graduatis conferri, qui per competens tempus studuerint. Secunda declarat quando dicatur tempus competens. Secunda, ibi, tempus autẽ.dictio pręterea cõtinuatiuè ponitur ꝓ itẽ §.pręterea.insti.q̃bus nõ est permissum.fac.testa. l.1.C.de episc.& cleri.c.fraternitati.de cleri.nõ resi. Et sic apparet hic,quibus debẽt cõcedi nominationes,de quo dico in tractatu nominationũ.quæst.5. *Nota de dictione præterea.*

b Graduatis simplicib.)Intelligo graduatos simplices,qui nõ habẽt nominationes,quia hi vno iure vti possunt,& sic simpliciter,videlicet suo gradu tãtũ:nominati duplici,videlicet & gradu & nominatione,quippe in mensibus graduatorũ sunt capaces illorũ beneficiorũ,tũc vacantiũ:quia graduati sunt. itẽ possunt obtinere beneficia in mẽsibus assignatis nominatis,cũ sint nominati, igitur illi dicũtur simplices,quãdo nihil vltra gradũ additũ est.l.iubem⁹, ibi,siue nihil huiusmodi adiectũ sit, sed simpliciter. C.de app.tex in c.literas.Ibi pręposit⁹.quẽdã simplex canonicus.de cõcessione præbẽda. [& ibi,scripsi illũ dici simplicem canonicum,qui nõ habet nisi canonicatũ & præbendã in illa ecclesia, & non dignitatẽ,] sic intelligi debent ordinationes regiæ,loquẽtes,*des graduez simples*.in ord. regiis. vide Dec. in c.præterea.col.1.de off.deleg.& tex.in quãto. ibi, simplices sacerdotes.de cõsue.c.præterea.de cẽsib⁹. c.ad aures.de rescr.gl.in c.si testes.§.itẽ in testib.4.q. 3.Bar.&alios in l.1.ff.de vulg.l.1.§ si quis simpliciter de verb.obl.l.codicillis.§.instituto.de leg.2.& Georgiũ Nathan in repet.cle.sæpe.in princ.de verb.sign. *Qui dicatur graduatus simplex.*

Itẽ simplices fures vocãtur,qui clã interdiu, noctúq; furantur,extra tamẽ occisionẽ.l.1.ff.de fur.declarat pulchrè do.Iac.bolẽc. in hoc parlamẽto olim senator egregius.in repet.§.famosos.l.capitaliũ.fol. 9.vers.circa hęc.ff.de pœnis.[Fugitiui simplices dicũtur,qui fugiẽdo se liberos non dicunt. l. fugitiui. ff.de seruis fug.] sic dicitur de donatione simplici, & ob causã.in l.1.ff.de donat.nec intelligitur hic de simplicitate cõtraria dolo,vel discretioni.de quib⁹ tradit gl.in c.si cupis.16 q.1.Pan.in c.veritatis.de iureiu.& c.pastoralis.& c.dilecti.de iudi. prout quidã simplices intelligebant,simplices dicentes graduatos,id est,fatuos,vel simplices, id est,ignaros, q̃bus nihil additũ est,vltra quàm haberent tẽpore natiuitatis. Sicut dicitur de his, qui nudo officij nomine appellantur, vt sunt plurimi doctores sine doctrina: vt est text.& ibi Luc.de penna in l.vna. C.de collegia.lib.12. [vel simplici nomine vocari, est proprio nomine sine dignitate.c.ad aures.de rescr.] *Simplices fures qui.*

c Famosa.) Id est,insignis, & plena famæ, in qua celebres doctores frequẽter legũt cũ magno auditorũ numero,qui præbẽt famã vniuersitati,sicut dicimus gloriosam victoriam,gloriæ plenam, si verò non legatur in vna vniuersitate, vt in vniuersitate Auraicensi,quæ sicut aura regitur, non puto eã famosam.& sic accipitur hic in bonũ. vt in authen.de monach.§.si verò intra.colla.1 & in auth.iusiurand quod præs.ab his,colla.2.& Iudith c.8. *Quæ vniuersitas dicatur famosa.*

Et dicitur famosa quasi ex notoria fama insignis. l. constitutiones.ff. de appel. & manifesta. l. si quis exhæredato. §. quid tamen ff. de iniusto rup. licet multoties capiatur in malam partem. l.capitaliũ.§. famosos.ff.de pœnis.rub.C.de famo.libel.& l. neq; famosis.de digni.li.12. & ibi Lucas de penna allegat alia iura.vide tamen text. quem non allegat in l. 2. §.si mulier.ff.ad Tert ibi, si mulier sit famosa, i. infamis.exponit gl.sed in prag. dicitur in vniuersitate priuilegiata.supra eo.in §.1.declaraui.

Nec puto quòd graduatus vel nominatus habeat ꝓbare vniuersitatẽ famosã esse,cũ habeat præsumptionẽ pro se quælibet vniuersitas Francię,vt tradit dominus Chassa dubitatiuè tamen in Catalo. glo. mundi,10.parte.considera.32.& tex. supra loquitur *Nominat⁹ nõ tenetur probare famosam esse vniuersitatem.*

de vniuersitatibus regni, ergo de illis hic intelligetur, videlicet quòd sit vniuersitas regni, & famosa. ſtuduerint. a Tempus autem competens decennium in magiſtris, ſeu licentiatis, aut baccalariis in theologia, ſeptennium vero in doctoribus, ſeu licentiati in iure

Studuiſſe debet quinquennium ante gradum, non poſt.

a Studuerint.) Ante adeptionẽ gradus, tũ quia hic taxatur tẽpus cõpetens ad gradũ, ergo ante gradũ oportet ꝙ illud tẽpus ſit completũ, aliàs nõ dicitur competẽs. tũ etiã quia nõ dicitur ſtuduiſſe, ſed ſtudere velle, qui nõ cõpleuit tẽpus: & ꝙ quinquenniũ debeat pręcedere, probatur in l. iubemus. ibi, nec de cætero quenquã, antequã per ſtatuta tẽpora legum eruditioni noſcatur inhæſiſſe, ſupradicto conſortio ſociari. C. de aduoc. diuer. iud. §. ſed quia ſolitum, in procemio. ff. Itẽ collatores tenentur hic cõferre illis, ꝗ ſtuduerint per tẽpus cõpetẽs, ergo illis, qui nõ ſtuduerint, nõ tenẽtur cõferre, nec poſſent illi inſinuare tẽpus, quo nõ ſtuduerũt, quod requiritur, vt dicã in §. ſeq. Et ille dicitur graduatus, qui rite. arg. l. 4. §. condẽnatũ. ff. de re iudi. & ibi dixi. & ſtudiũ debet ꝓcedere magiſteriũ. §. diſcipuli. in proœ. ff. cũ in magiſtrũ. de elect. & cõſiderata natura antecedentis & cõſequẽtis iudicandũ eſt antecedẽs debere anteire, vt ꝓmiſſio refutationẽ. Bal. in §. quibus. col. 2. C. de nouo cod. cõponẽ. Aurio. in c. cũ ex eo. de ele. in 6. ſic expreſſe tradit in add. ad Guillel. de monte laudu. Præterea hic dicitur per tẽpus cõpetẽs, & ſic dictio per, denotat perfectionẽ. l. vrbana. §. pernoctare. vbi ſcipſi. ff. de verb. ſig. & in reg. Iulij ſecũdi, in 4. parte. & denotat actus perfectionẽ, & tẽporis cõtinuationẽ. Io. And. in add. ad Specul. in tit. de teſte. §. nũc videndũ, in 1. addi. vide Bal. in rub. C. de exerci. actio. col. 1. & hoc verbum ſtuduerint præteritum tẽpus denotat, vt in ſimili probatur per Oldr. cõſ. 198. circa primũ. col. 1. vbi ſi fuerit facta alicui gratia non obſtantibus literis, quas alij impetrauerint, intelligi debet de præterito, & iſta eſt iuri cõformis opinio.

Sed contraria opinio ex quadam ęquitate poſſet ſuſtineri, videlicet quod ſufficiat etiã ſtuduiſſe poſt gradum adeptũ: quia hic tex. nõ diſtinguit ante, vel poſt, ergo, &c. & ſic arguit gl. ſupra allegata, nam eſt eadem ratio naturalis. text. ante vel poſt ſtuduerint. & extrinſeca, quæ etiam habet locũ in ſtatutis. Cy. in l. nõ dubium. C. de legi. Bal. in §. op zoni. de pace Conſtantiæ. nam æqualis iſtorum eſt labor, ergo debet eſſe æqualis remuneratio. gl. in §. 1. inſtit. de iuſti. & iur. c. 1. de ſepult. vnde dicit tex. in c. recolentes. de ſtatu monachorum, qui ſimilem aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem in legibus ſentiãt diſciplinam.

Et quãdo ſubiunctiuũ ſtuduerint, vel aliud ponitur in lege vel ſtatuto. cũ de natura legis ſit dare formã futuris negotiis, intelligitur de futuro. Bar. in repet. l. omnes populi. in 6. q. prin. nu 58. verſ. iuxta pręmiſſa. ff. de iuſt. & iur. & in l. hoc arti. col. 1. de hęred. inſti. Iaſ. & alij plenè in l. 1. §. 1. ff. ꝙ quiſque iur. Item quando verbũ poteſt poni in præterito & futuro. in dubio vtrunq; tempus cõplectitur, quãdo eſt eadẽ ratio. l. pater. §. fidei tuæ. ff. de lega. 2. l. ſi vxor. de auro & arg. lega. l. verbũ erit. & l. verbũ oportebit. ff. de verb. ſig. Iaſ. in l. 3. §. ex pluribus. col. 3. nu. 18. ff. de acq. poſſ. Quinimo ſi actus per verbũ præteriti tẽporis declarat⁹ cadat etiã ſub futuro, diſpoſitio et ã trahetur ad futurũ. l. talis. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de leg. 1. Idẽ ecõtrario. l. Plotiana. ff. de iure codicil. & ibi Ro. ſic cõſuluit Iaſ. in cõſ. 11. in themate. col. 2. vol. 1. facit ꝙ conſuluit Rom. cõſ. 333. quo ad primũ. vbi cõſuluit ſuper priuilegio indulto illis, qui annũ in negotiis eccleſiæ laborauerint, intelligi, ſiue ante priuilegij conceſſionẽ, ſiue poſt laborauerint. Dec. in c. fi. nor. 4. de conſt. ſic & hic per regulã quã tradit Curt. in l. ſi quis id quod. col. 3. verſ. 7. aduerte. ff. de iuriſd. om. iud. ꝙ ſubiũctiuum ſtuduerint, vel ſimile, quod poteſt intelligi in præterito, & futuro, recipit illam interpretationẽ, quæ cõuenit ſubiectæ materiæ, & vt magis faueamus actui, de quo agitur. Pan. & Fel. in c. ad hæc. de reſcr. & c. ſignificauerunt. in fi. de teſti. [Carol. Ruinus conſil. 83. ſuper his. in 1. vol.]

Igitur vt magis faueamus ſtudio, intelligimus etiã in futuro, & quãdo præteritũ non eſt finitũ, ſed in futurũ extenſum, tũc trahitur etiã ad futurum. l. verbũ oportebit, vt ſcripſi. ff. de ver. ſig. facit. l. pen. C. de vſu. l. filij. ff. ad Tertul. Ita poteſt eſſe hic, videlicet pro parte finitũ, in eo in quo ſtuduerit. In alio non, imò quando verba ſtatuti poſſunt intelligi de præterito & futuro, in dubio debẽt intelligi de futuro. gl. nota. in verbo cõmiſerint. c. vlt. de conſt. in 6. q̃ ſequunt̃ Dom. & Phil. Peruſ. ibi, & Alex. cõſ. 190. mature. col. 2. in 2. vol. gl. in c. vnico. in verbo receperint. de cler. nõ reſid. in 6. & vt res magis valeat, quã pereat. l. quotiẽs. ff. de reb. dub. Bar. in l. 1. n. 11. de iure codicillo. vide Aret. in c. quotiẽs. vlt. no. de teſt. & ita declarauit arreſtũ prolatũ per hũc venerandũ ſenatũ, quo voluit poſt bienniũ quẽ poſſe ſumere gradũ, tã in facultate iuris ciuilis, q̃ canonici, ꝙ alias eſſet illuſorium, cõtrà l. ſi prætor. ff. de iudic. Et ſtudentes grauarentur ad ſumendum iterũ gradum, & ſic deciperentur beneficio arreſti. contra l. 1. C. de iis qui veniam ęta. impetra. quod non eſt dicendum.

Poſt bienniũ poteſt quis effici baccalaureus.

Gradus ante quinquẽnium receptus de quo proſit.

Ideo ego intelligerẽ gradũ ſumptum poſt bienniũ valere, nõ tamẽ vt ille graduat⁹ poſſit beneficia in vim iſtius gradus habere ante perfectum tempus quinquennij aliis qualificatis exiſtẽtibus, ſicut dicit̃ in eo, qui eſt promotus ante tẽpus, vt non poſſit ei conferri beneficiũ curatũ. ita tenet Pan. in c. pro illorum. col. 1. de præb. no. in c. ei cui illo tit. in 6. Feli. in c. poſtulaſti. col. 14. de reſcr. Nec poſſet iſtũ baccalaureum poſt bienniũ promotũ ordinarius gratificare in beneficiis vacantibus in mẽſibus graduatorum aliis qualificatis exiſtentibus, vt no. in §. ſtatuimus. 1. infra eo. Sed poſt gradum ſtudebit adhuc vſque ad quinquennium: quo perfecto, vtetur gradu ſuo. hoc eſt declaratum hic in magiſtris artiũ, ergo etiam in aliis habebit locũ. Et proderit hic gradus aliis nõ exiſtẽtibus qualificatis, arg. l. vt graduatim. ff. de muner. & hono. vt ordinarij iſtis teneantur cõferre. Saltem beneficia villarum muratarum. de quibus in §. ſtatuimus. 2. infra eo.

Studere dicitur, qui vſque ad doctoratũ ſtudet.

Quid ſi teſtator reliquerit centum alicui, ſi ſtuduerit in legibus, an ſufficiat tempore modico ſtudere? vide Iaſ. conſ. 149. in quæſtione. col. 1. in 4. vol. concludentẽ teneri ſtudere vſque ad doctoratum incluſiuè, quia verba intelligi debent cum effectu. l. 1. quod

l.1.quod quisque iur.ff.c.relatum.de cler.non resid. & aliis rationibus, quas ibi per eum videre licet. & per Deciũ cõsi.177.quod supra.col.2.Ego verò putarem sufficere studuisse vsque ad gradum licentiæ inclusiuè,per notat.in proœ.fforũ. §. duabus.& maximè apud Gallos, cum pauci gradum doctoratus sumant.sed Prouinciales, & Ocitani, ac Itali contrà.& licentiatus etiam dicitur perfecisse studium, sicut doctor Fel.in proœ.decret.Greg.

canonico, ciuili aut medicina. [a] quinquennium autem in magistris seu licentiatis in artibus cum rigore [b] examinis à logicalibus [c] inclusiuè [d],

a Medicina.)Et sic medicus est habilis ad beneficia.debet tamen (licet sit peritus) postquam beneficium fuerit assuefactus, abstinere ab exercitio & practica medicinæ,alioqui promoueri prohibetur. c.ad aures.& ibi doct.de ætate & qualit.Henr.Boic. in c.tua nos.& ibi alij doct.de homic. Cuius peritia cognoscitur,si ægritudinis causam sciat exprimere. Hippocrates in prologo prognostic. & debet tria scire,videlicet preterita.i.vnde infirmitas traxit originẽ.præsentia,i.in quo statu est morbus. futura, an sit curabilis,an mortalis.Isidorus lib. etymolo. 4. c. 10.& Card.Alex.in d.c ad aures.De Ripa in trac.de peste.fo.130.nu.70.refert.Vide per Mat.de afflict. in cõsti.Neapol.fol.312.& seq.rub. de probabili experientia medicorũ. Et sic magistri in theologia præferuntur doctoribus canonum, sumendo hic argumentum ab ordine literæ,quod est in iure validum. c.quorundam. de elect. in 6. nota. in c. auaritiæ. de præb.Item doctor in iure canonico, doctori legum: doctor legum:doctori in medicina.Quę scientia sit nobilior,& sic præferẽda,tradit gl.in eo.tit.in prag. sanct.quæ habuit à Florent.in 3.parte summæ,in tit. 5.c.2.§ 4.scripsi in tract.no.q.2.

Peritia medici quomodo cognoscatur.

Et de triplici medicina,vide ibi.tit.7.ca.1.in fi.ac quinq; partes illius scribit Leona.Fuschi.in Metho. seu cõpend.medic.c.5. vbi etiã dicit duplicia medicamenta, simplicia nimirum & composita. Et tria necessaria in medico tradit Anto. de Butri. in c. ad aures.de æta. & quali.Primo, quòd sit eruditus. Secundò, quòd secũdum artis traditiones experiatur. Tertiò,quòd sit diligens in artis exercitio.

Triplex medicina est.

Tria necessaria in cõsultore & medico.

Vnde dicit Placenti. in summa conseruatio. in prin.medicum quatuor debere considerare, videlicet quantitatẽ medicinæ,qualitatẽ,tempus,& ordinẽ. Sic dicit D. butrius in consultore. Primò,quòd sit peritus.Secundò,quòd consulat secundũ cõmunes opiniones. Tertiò,ꝙ sit diligens in examinãdo factũ.Refert de Ripa in tract.de peste,fo.131. vers.3. Quod debet examinare antequã cõsulat,alioqui fatuus est medicus,qui dedit potionẽ ægro, & postea inspicit libros, si bene fecerit, & interim ægrotus mortuus est,teste Io.Mona.in rub.de hære.in 6. vbi dicit quòd modus sciendi prius est quærendus, quã scientia. Licet quidam respondeant ante factum narratum, & statim discedant sine iurium allegationibus,& sine rationibus,quod est graue consciẽtiæ,& bonis contemnendum.

Examẽ rigorosum debet esse magistris artium, & quare.

b Cum rigore examinis.)In aliis nõ reperitur hic rigor examinis, quia oportet initium esse forte, vt possit superædificari,arg.l.egi.ff.de excep.rei iud.& iactis fundamẽtis facilè superædificari potest:aliàs, quæ malo inchoata sunt principio, bono vix peragũtur exitu.c.principatus.1.q.1.ideo hic rigorẽ examinis in aliis nõ requirit sciẽtiis:quia postquã scholaris habet bonũ initiũ, licet parũ alterius scientiæ habeat,sufficit,cum ille,qui nihil habet, nisi solum initiũ,vtpote magister artium,sit beneficiorũ capax multo fortius & qui habet initium & modicũ alterius scientiæ,videlicet theologiæ,vel alterius scientiæ.& sic magistri artium non possunt conqueri, si aliquis sumat gradum in medicina, licet in ea parũ sciat,& idem si in alia facultate,vt infra dicam.

Hodie examen est in omnibus scientiis dulce,nõ rigorosum,nec metuendum,vt videre licet, quia sicut ecclesia nulli claudit gremium,sic nec vniuersitatum Doctores,cum non habeant in Francia iusta stipendia, oportet ꝙ passim admittant omnes: qui abusus per Regem reformari deberet, & per suum supremum Senatum proponendo doctoribus stipendia pro peritia eorum & facundia,vt in l.vna.C. de professori.qui in vrbe Constan.&c.lib.12.

Examen in omnibus sciẽtiis dulce hodie est.

c A logicalibus.)Et sic studentes grãmaticæ, etiã si per decem studuerint annos, non iuuãtur priuilegio nominationũ,nec gradus.& quæ sit ratio, potest responderi,non omniũ quæ à maioribus nostris cõstituta sunt,ratio reddi potest. l. non omnium. ff. de leg.quia sic voluerunt cõditores.§.furtiuę.& ibi gl. insti.de vsucapio.gl.in cle.fi.de sentẽ.excom. potest tamẽ dici, ꝙ sicut illi qui primis literis pueros imbuunt,non habent vacationẽ.l.vt gradatim. §.fi. ff. de mune.& hon.l.si duas.§. fi. de excus. tuto. dixi in vltimo priuil.schol.Poetæ etiam nulla prærogatiua iuuãtur.l.Poetæ.C.de professo.& med.li.10.Sic nec cõditores voluerũt hic aliquod tribuere priuilegiũ quo ad nominationes,vel gradus istis,nisi à logicalibus suprà, vel si in maiori facultate studeant, & hoc ne in nucibus senescant, & humi semper repãt. scripsi in trac.nominatio.q.11.n.16. vbi dixi,an tempus quo rexit,computetur.

Studentes grammaticæ non gaudent nominationibus.

Si tamen probaretur quendã studuisse in iure ciuili, vel canonico tẽpore quo in artibus studebat, non ob hoc potest reprobari studij tempus de falso, quia alternis horis in iure audire potuit, & alternis in artibus studere, cũ sint 24. horæ diei, & maximè apud Paris.hoc fit, qui omnes ferè sciẽtias mixtim in dies audiũt,nec propterea studij tempus in vna & præcipua facultate minus cõtinuasse cẽsentur,idq; potissimũ in hac nostra iuris canonici facultate,quę expressũ habet statutũ,hoc ipsum ita declarãs, nec hoc à iure reprobatũ esse inuenio, nisi quod vagans per scientias vix erit perfectus,Fab.in proœ.instit.

d Inclusiuè.) Ideo posuit inclusiuè, quia dictio à, vt plurimũ accipitur exclusiuè.gl.in l.datio. §. fi.ff. de act.emp.& in c.statutũ.de præb.in 6. Bal. in trac. statu.in dictione à,in 1.& consi.457. reuerẽdus.col. 3.vol.1.& cons.412.F.locauit.in 5.volu.& in c.capellanus.de feriis.Oldra.consi.49.consueuit.Alex.cõs. 42.in causa.num.15.in 3.vol.vbi doct.multa tradunt de hac dictione.ibi,videre licet.hic multa dicerem de hoc, sed extra oleas. Vide Fel. in c. ego N. de iureiur.

Dictio à exclusiuè ponitur.

iureiur. & Io. Dayma in rub. de nomina. regia. in verb. à die, &c. supra eo.

aut in altiori facultate. [a] Sexennium autem in baccalariis simplicibus in theologia, quinquennium [b] vero in baccalariis iuris canonici aut ciuilis, in quibus baccalariis iuris canonici aut ciuilis [c], si ex vtroque parente nobiles fuerint, trienniũ esse decernimus.

Altior facultas quæ dicatur. a Altiori facultate.) Altiorem facultatem vocat omnẽ, tam theologã, quàm canonicã, legalem, vel medicam, quia omnis facultas est altior respectu artium. nam Origenes cyniphes, ranas (quibus Ægyptij sunt percussi) per vanã dialecticorũ garrulitatẽ, & sophistica argumẽta intelligit. c. legimus. 37. dist. & dicitur in c. vino. ibid. ꝙ dialecticorũ argumẽta quædam fantasmata sunt. i. vmbræ quædã, & imagines, quæ citò pereunt, & resoluuntur. nec quis in dialectica placet deo. c. omnem. ibid. vide Cicero. lib. I. Rhetoricor. ad Herennium. c. de ambiguo. & Lucam de penna in l. vna. col. 3. C. de studiis libera. vrb. Romæ, lib. II. & sic probatur hic, ꝙ possit sumere magisteriũ ante quinquenniũ, & postea accedere poterit ad altiorem facultatem, vt dixi supra in verbo studuerint. [Et hic reiicienda est gl. vt intelligatur de altiori, quę habeat conformitatẽ, vel de theologia, & de medicina tantum, quia omnes scientiæ habent connexitatem & conformitatem simul, & maximè cum dialectica, quam prius discere etiam in aliis facultatibus oportet, vt est omnibus notũ, ob id non probo sententiam Probi in addit. ad Io. monac. in c. I. de offi. vic. in 6. quam etiam repetit in additio ad prag. in §. insuper. in verb. superiori. de collatio. & contra eam sæpius fuit iudicatum.

Studiũ artium sine magisterio prodest. Si tamen quis studuerit à logicalibus supra trienniũ, & paupertate oppressus non sumpsit magisteriũ, nec licentię gradum, sed postea studuit bienniũ in iure ciuili, vel in alia facultate, dicerem etiam tẽpus triennij coniungi cũ vltimo, tum quia hic non prohibetur, imo eadem ratio tex. est in hoc casu, & etiã quia hoc conceditur priuilegiũ ratione studij, ergo si steduerit per trienniũ à logicalibus supra, & bienniũ in iure ciuili, vel alia facultate, poterit in illa facultate sumere gradũ, & nominationes obtinere, alioqui pauperes grauarentur, quod esset contra mentẽ cõcordatorũ, & ista sunt valde æqua. Idẽ dicerẽ si studuerit trienniũ cũ dimidio in artibus, & cũ esset pauper non sumpsit tunc magisterium, sed post annum sic, vt ille annus debeat ei cõputari si in superiori facultate interim studuerit per prædicta.

b Quinquennium.) De iure studium legale perficitur quinquẽnio. §. quibus. in proœmio digest. studiũ vero iuris canonici septennio. c. cum ex eo. de elect. in 6. parum potest hodie quis videre per septẽ annos in vtroque iure, Bar. in octauum annum studiũ suũ traxit, vt testatur in l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. *De Bart. studio & Aristotelis.* Aristotelem annis viginti apud Platonem stetisse Laertius est auctor, nemo enim repẽte fit summus. c. charitas. de pœnitentia. dist. 2. nec in modico tempore quis potest multum addiscere. §. I. 68. dist. gl. in c. tum ex literis. de restit. in integ. l. vnique. C. de proxi. sacro. scrinio. lib. 12. Et dico sufficere hoc tempus, licet non vehementer studuerit, vt no. in proœmio 6. libri, quanuis deus sit remunerator aduerbiorum nõ nominum gl. in c. I. de colludetegen. Quia vbi requiritur tantum tempus studij, tunc modica scientia sufficiet, vt hic.

Episcopus nominatus non examinat. Nec debet episcopus ipsum examinare, quia iniuriam faceret vniuersitati, reprobando eũ. gl. in §. itẽ ꝙ vniuersitates. in verbo, gradus, eo. tit. in prag. Nempe si Papa scribat pro graduatis, nunquã mandat inquiri de idoneitate impetrantis. nec vult eum examinari, cũ iã sit approbatus, secus in aliis. Fel. in c. fi. de præsumptio. & expressim Io. Staphi. in tract. de literis gratiæ, in 10. forma expect. fo. 30. Et hæc est practica Romana. Minus ergo episcopus examinabit graduatum & nominatum ab vniuersitatibus.

Præsentatus ab abbate non ab episcopo examinandus. Sic nõ potest episcopus examinare pręsentatum per abbatem, quum sufficiat abbatis testimoniũ. c. monachi. 16. q. I. & expressim Collecta. in c. accepimus. de æta. & qualita. Nã si episcopo daretur examinatio, nunquam inueniret nominatũ vel graduatum, doctum etiam si esset Bar. vel Pan. similis, nisi esset sibi propitius: hoc igitur est reprobandum. & omnis nominatus, vel graduatus, pręsumitur habilis: nam quando actus habet debitam formã, habilitas personæ præsumitur, text. in c. in præsentia. & ibi Decius not. 10. de probatio. l. ab ea parte. ff. illo. tit. licet sint bene multi eruditionis absconditæ, Vide Auffrer. in decisio. Tholosæ quæstio. 449.

Vno die an quis sumere possit duos gradus. Si vltra quinquennium studuerit, forte per sex annos ante gradum, baccalaureatus poterit postea post annũ assumere gradum licentiæ, in quo requiritur per hunc textum septennium. Nec fit distinctio hic, an sumat vno die gradum baccalaureatus cum licentia, an diuerso tempore: ideo sufficiet, ꝙ tempus præstitutum in vtroque gradu completum sit, arg. l. de precio. ff. de publ. in rem actio. & tunc vno die poterit sumere & gradum baccalaureatus, & licentiæ. Secus si fieret distinctio, vt in ordinibus, in c. dilectus. de tempo. ordi.

Sciẽtiæ omnes subsunt iuri canonico & ciuili. c Iuris canonici, aut ciuilis) Priuilegia voluit cõferre nobilibus studentibus in his tãtum duabus facultatibus, quæ de aliis omnibus disponunt, & quibus omnes aliæ indigent, & ancillãtur, teste Bart. in prima figura Tyberia. quia si theologus perperam de trinitate senserit, iuriscõsul. pœnam non euadet. Idem si medicus malè secuerit ægrotũ. §. præterea. insti. de l. aqui. & si mensor falsum modum dixerit recurritur ad iuriscõsultos. Rub. ff. si mẽsor falsum mod. dixe. Et ideo hæ scientię dicuntur architectonicæ, id est de omnibus aliis disponentes, in proœmio ff. §. itaque. in fi. & ibi Hieronymus Cagno. allegat Aristotelem, lib. I. Ethico c. 2. dicentem, Videmus honoratissimas facultates ciuili sciẽtię subesse vt rem militarẽ, œconomicam, rhetoricam, cúmq; scientiis reliquis. & alibi ciuilem scientiã honorabiliorem, & pręstantiorem esse medicina, vt supra eodẽ, in verbo, medicina. & hę duæ scientiæ, canonica videlicet & ciuilis sunt coniunctæ, sicut Pilades & Horestes, vt dixi in tract. nomina. q. 5. vers. 5. quæro adde quòd ius canonicum, &c. num. 14.

§. PRAE

§. PRAEFATIQVE.

Nominati & graduati semel ante beneficij vacationem literas nominationum, gradus, & temporis studij, manu scribæ vniuersitatis signatas, collatoribus & patronis ecclesiasticis exhibere debent, hoc dicit.

§. Præfatiq; [a] graduati & nominati collatoribus ordinariis, siue patronis ecclesiasticis semel ante [b] vacationem beneficij de literis gradus [c], seu nominationis [d],

a LEgitur vsque ad §. cum verò. & non diuiditur, quia vnum tantum continet dictum videlicet ꝙ de literis gradus, nominationum, temporis studij, ordinariis collatoribus, vel patronis ecclesiasticis, est facienda fides. Intellige semel tantũ, arg. l. boues. § hoc sermone. ff. de verb. signi. l. cum procurator. §. 1. ibi, nam ipsi domino, quum semel nunciauit, non permittitur iterum nunciare. ff. de oper. noui nunciat. etiam si alius in collationibus succederet. ordina. regia. art. 9 rub. *des priuileges des escolliers*. Fallit in quatuor casibus traditis in tract. nomina. q. 14. principa. & q. 11. illius q. vbi licet videre alia ad hanc rem facientia.

Semel tantum est faciendæ insinuatio.

b Ante vacationem.) Posset etiam fieri insinuatio incontinenti post vacationem, arg. §. tutor. insti. de author. tut. vbi tutor in ipso negotio debet auctor fieri, post verò non valet, nisi postea incõtinenti auctoritas prestetur, vt dicit ibi gl. probatur in l. Pompo. §. ratihabitionis. ff. de proc. vbi exceptiones dilatoriæ possunt incõtinenti post litẽ contestatã opponi, licet de iure ante litem contestatan debeãt. l. ita demum. C. de proc. vt abundè scripsi in tract. de excep. Itẽ licet ante litem contest. debeat fieri recõuentio, quantum ad effectum. l. qui prior. ff. de iud. & no. in c. 1. & 2. de mutuis petit. tamen incontinenti post litem contest. fieri poterit. Bal. in c. cũ venissent. co. pe. de iud. sequitur Ias. qui sex similia adducit in l. edita. nu. 13. & seq. C. de eden. De Ripa lib. 1. resp. de leg. c. 8. in causa. quia paria sunt aliquid fieri ante actum vel incõtinenti post, etiam in his quę de necessitate debẽt fieri ante actum. & hoc in protestatione probat Ias. in l. nõ solùm. §. morte. nu. 13 col. 4. ff. de noui oper. nunc. quia quæ incontinenti fiũt, inesse videntur. l. lecta. versi. dicebã. ff. si cert. petat. Imò illud videtur prius actum, ꝙ incontinenti subsecutũ est. c. officij. & ibi Bal. per illum text. de elec. sequitur Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. col. 13. ff. de acq. hæred. nu. 22. & seq. & statim post litem contestatam potest emẽdatio libelli (licet ante debeat fieri) d. l. edita. & ibi Alex. & alij. Oldr. cõs. 183. col. pe. Et si testis primò deposuit, & incontinenti iurauit, valet depositio, licet ante debeat iurare. Ias. in l. admonendi. nu. 227. & seq. in repet. ff. de iureiur. per gl. in l. 2. C. de iureiur. propter calum. dand. & l. 1 de oper. lib. & l. iurisiurandi. de testib. vide Fel. in c. qualiter. in 1. col. 16. vers. fallit. 2. de accu. & c. exceptionem. col. 1. de exceptio. Et quamuis in prima citatione actor debeat declarare, quos intendat cõuenire ratione clausulæ quidam alij, tamen incontinenti post, hoc poterit. Dom. & Perus. per illum tex. in c. 2. vltim. nota de rescript. in 6.

Insinuatio an possit fieri post beneficij vacationem.

Depositio testis nõ iurati, an valeat.

Intelligerem verum esse, quando alius non superesset, alioqui in preiudicium illius qui insinuauit illo anno, non admittetur is qui post vacationem insinuauit. arg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico, c. quanuis. de rescript. in sexto. Ita intelligi debet gl. in verbo inane. §. si autem illi. eodẽ titulo. in pragma. & opinio Aurioli in c. si clericus. in addit. an Guillel. de Monte laud. & præb. in 6. vbi cõcludit insinuationem in præiudiciũ alterius, qui iam insinuauit ante beneficium vacans fieri nõ posse. vide quæ dixi in tractatu nomina. q. 15. nu. 33. vbi tenui beneficium vacans tempore nominationum deberi nominatis, quando tempore illis præstituto vacauerat. intelligendo tamen vt hic, quando nullus alius superesset. & in graduatis idem dicerem, vt gratificare collatorem illum nõ posset, etiam facta hic insinuatione per istum tex. & supradicta extantibus aliis, qui ante vacationem insinuarunt.

Intellige valere collationem factam nõ qualificato, etiã si nominatus postea insinuaret, & peteret beneficium sibi conferri, per §. teneantur. infra. eo. quia non debet retractari, si superueniat ad casum, à quo incipere non poterat, per regulam iuris, facit c. si tibi absenti. de præb. in 6. Et sic hæc beneficia ecclesiastica præsumuntur esse vacantia, nisi collata esse appareã. Bal. in l. 1. ff. de rer. diuisio. refert Ang. in §. nullius. instit. illo tit.

Collatio valet facta an qualificato quãdo is nõ insinuauit.

c De literis gradus.) Refertur ad plures graduatos, quòd teneantur facere fidem de literis gradus, & sic singuli nõ tenentur facere fidem de literis graduum, dum plures habẽt, quia hic tex. dicit de literis gradus. nam quando plures habeo actiones, vnã possum eligere, & proponere. l. quod in hæredem. §. eligere ff. de tribut. act. Bart. & alij in l. edita. C. de eden. facit quod not. Inn. & Ant. in c. 1. de cler. peregri. vbi si quis fuerit ordinatus à persona prouida & honesta ad maiores ordines, non tenetur ostendere literas aliorum ordinum, quia præsumitur quòd ille vir prouidus non ordinasset eum ad maiores ordines, nisi fuisset certificatus de minoribus. Pan. in c. nisi. in 1. not. de præb. Sic non est verisimile quòd tam prouidæ vniuersitates Franciæ promouissent aliquem per saltum cum eisdem prohibeatur infra, in §. monemus. secus de vniuersitatibus Italiæ, quæ solent sine gradu baccalaureatus promouere, dixi in tract. nomi. q. 14. nu. 46. & sic est hic vnus casus in quo requiritur scriptura, alios licet videre in c. 1. de censib. in 6 per Io. Monac. & postea per Ioan. And. ibidem. Idem in mandato apostolico dicitur in tit. seq. vbi scripsi in verbo, literas. §. 1.

Literas omnium graduum, an quis teneatur insinuare.

d Nominationis.) Vel nominationum, quia si plures quis habeat nominationes, tenetur plures exhibere. Nam licet hoc edictum singulariter scriptum sit, tamen si plures interuenerint locum habere debere. Pompo. scribit in l. 1. §. Item hoc edictum. ff. quod fals. tut. auct. gestum esse dic. [Et quanuis singulari numero vsa lex 12. tabul. proximum vocet, tamen dubium non est, quin si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur. §. si plures. de legi. agna. successio. in instit.] l. 3 §. negotia. & ibi addidi. ff. de negoc. gest. l. 1 §. 1. de assignat. libert. c. relatum. 2. & ibi doct. de testa. Imol. in clem. 2. in gl. 1. de rescript.

Plures nominationes debent exhiberi.

rescript. text. in clem. si plures. vbi etiam Imol. de præb. Decius in c. accepta. in gl. de appel.

Interdum tamen iurisconsult. vtrunque numerũ ad maiorem expressionem inducit. l. 2. ibi, creatus creatiue. ff. de curatore bon. dand. Alber. Brunus in tract. de statutis exclud. fœm. artic. 12. q. 13. Et hic accipitur indefinitè quæ æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect. & ibi gl. not. & facit l. si pluribus. ff. de legat. 2. Et in vniuersitatibus quæ reguntur senatu parisiaco, solent volenti cuipiã plures concedi nominationes, secus in vniuersitatibus ressortus Tholosani, quæ vix concedunt vltra vnam vni. [Sed in illa describũtur tot episcopatus, & abbatiæ, ac prioratus, quot nominatus affectauerit, vt facilius sibi prouideatur, & hoc est] instar mandatorum, quę nõ solent concedi vltra vnum vni, saltem nisi in secundo fiat mẽtio de primo. c. in nostra. de rescr. & cum per ordinationes regias vel cõcordata non sit prohibitum plures cõcedi nominationes vni, censetur esse permissum, arg. c. nã concupiscentiã. de constit.

Quot nominationes cõcedi possint. Quot nominationes possint vni dari: crederem arbitrio vniuersitatum relictum, vt tot dent, quot videantur sufficere, vel in vna tot episcopatus aut abbatias describant, per quæ possit nominato facilè prouideri ad summam taxatam, infra. eo. §. volumus. arg. l. 1. ff. de effracto. nec debent vniuersitates se restringere ad duas vel tres, quia postquã paterfa. est largus, dispensator non debet esse tenax. c. alligant. 26. q. vlt. & beneficium principis latissimè est interpretandum. l. beneficium. ff. de consti. prin.

[Et si primæ fuerint nullæ secundæ valebũt, etiã si nõ fecerint de primis mentionem, quia nominationes non sunt literæ apostolicę, in quibus oportet exprimere illa quæ Fel. dicit in c. in nostra de rescr. & ego scripsi in forma mãda. in verbo, pro expressis. & coram ordinario expressio nõ fit. cle. si de offi. ordi. ideo cũ exprimatur in d. §. volumus. infra. eo. quæ in nominationibus exprimi debeant, si hæc nõ sint expressa, nominationes sunt nullæ, sed alia non tenentur impetrantes exprimere, cum tex. ad hoc illos non abstringat. & ita seruatur, vt dixi in tractatu nominatio. q. 9.]

& de præfato [a] tempore studij per literas patentes [b] vniuersitatis [c] in qua studuerint manu scribæ [d] & sigillo vniuersitatis [e]

a Et de præfato tempore studij.) Non sufficeret ergo exhibere literas gradus & nominationis, nisi literæ certificatoriæ tẽpore studij exhiberentur, vt hic, quia ad veritatem copulatiuę requiritur vtrunque esse verum. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. c. 2. & c. inter cæteras. de rescript. & tam nominatus quã graduatus simplex tenetur facere fidẽ etiam de literis temporis studij, vt in §. teneantur. infra. eo. & cum hic dicat faciendam fidem temporis studij, intellige totius: nec sufficeret baccalaureo facere fidem de biennio, nec doctori de triennio, sed oportet quod faciat fidem totius temporis per hunc tex. & sic prius debent studuisse, alioqui studij literas nõ possent ostendere, vt hic dicitur, & supra in §. præterea. dictum extitit, & opiniones conciliatæ.

Et sic fuit iudicatum, & in mente curiæ retentũ non sufficere studium post nominationes impetratas, anno 1523. in mense Augusti, licet tempore vacationis beneficij studium esset completum. Nec obest alicui, si priusquam nominationes sumeret, studuerat per quinquennium, & post nominationes impetrat, seu (vt dicunt) leuat literas temporis studij, quia hic tex. requirit tantum studium præcessisse, ideo nominatus, qui studuerat quinque annos, si illo anno non curat de literis temporis studij, & anno sequenti, vel aliis, à scriba recipit, & insinuat cũ nominationibus, non sibi præiudicat, licet hoc anno receperit literas nominationum, & anno sequẽti literas temporis studij. Imò in antiquitate eidem non præiudicabitur, etiam si post decem annos literas à notario, seu scriba exigeret, quia nõ est quod repugnet.* & ita censuit senatus anno 1544. die 23. Decembris, quo die d. præses à sancto Andrea, pronunciauit illud publicè. *Leuare literas studij post nominationes an quis possit.* *Arrestum.*

b Patentes.) id est, publicas, quia quod est publicũ omnibus patet. §. consequens. insti. de suspect. tut. vel apparentes, vt dico in tracta. nomina. q. 14. prin. in q. pen. vel iunge supradictos intellectus, & meliorem, vt reor, sensum elicies. facit clementina vna §. nos itaque. de iureiurand.

c Vniuersitatis.) Famosę, vt supra dixi in §. proximo. & regni. de quibus supra locutus fuit text. quia hæc sequentia declarantur ex præcedentibus. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. dixi fusius in tracta. nomina. q. 10. Et si in pluribus vniuersitatibus studuerit, de studio facto in omnibus tenetur facere fidem, vt hic patet, dum dicit vniuersitatis, in qua studuerint. ergo in quacunque studuerint tenentur facere fidem, nisi tãtum temporis studuerint in vna vniuersitate, quod sufficeret sine studio alterius vniuersitatis, quia §. proximus requirit competens tempus. dixi in d. tract. nomin. q. 14. num. 45. *Tẽpus studij cuiuslibet vniuersitatis insinuari an debeat.*

d Manu scribæ.) Sufficit ergo signum vnius scribæ si sint plures, vt Tholosæ. & si nõ fuerit nisi vnus vt in Montepessulano, quem secretarium vniuersitatis vocant, & is fuerit impeditus, potest substitutus ab eo signare: alioqui eo impedito nominationes cessarent, quod non est dicendum, vt plenè scribo in tract. nomi. in 10. q. prin. in 4. requisito. vbi licet plenius videre. [Nec tenebitur nominatus probare substitutionẽ, quia præsumitur eo ipso, quod sic eminatæ fuerint literæ, & sigillatæ, ob id transfertur onus probandi in aduersariũ. doct. in l. actor. C. de prob. & in l. qui accusare. de edend. & oporteret probare literas ob hoc falsas super quo est antea cogitandum.] *Substitutus à scriba vniuersitatis signare literas potest.*

Vniuersitas tamen Parisien. hoc non recepit, quia quælibet facultas concedit tam literas gradus, quàm temporis studij manu bidelli facultatis signatas, & non ab vniuersitatis scriba. & hęc forma fuit (vt dicunt) per senatum approbata, quia facultas est pars vniuersitatis, ideo largè & impropriè cẽsentur ab vniuersitate emanasse, cum quodlibet officium facultatis ab vniuersitate recipiatur, & in toto pars continetur. l. cuius effectus. & ibi Dec. ff. de reg. iu. & reg. in toto. illo ti. in 6.

e Sigillo vniuersitatis.) Nõ ergo sufficeret sigillo facultatis

Qualibet facultas Parisijs suo sigillo in literis gradus & tēporis studij vtitur.

facultatis sigillare. si tamen vtrunque apponeretur, vt apud Bituriges, non vitiarentur, quia superflua non vitiant. l. testamētum. C. de testa. vide quę dixi, in d. q. 10. in 5. requisito. vbi plenè de hoc sigillo. de consuetudine tamen quælibet facultas suo sigillo vtitur in literis gradus & temporis studij apud Parisios, Pictones, & ferè alias Franciæ vniuersitates cōsuetudinarias. & hoc sigillū etiā facultatis potest dici authenticū. per gl. & doct. in c. 2. de fide instru. Scripsi in tract. de literis oblig. sigillo regio, vel alio autentico signatis. art. 1. in verbo *authentique*. [facit tex in c. p̄sentata. ibi, & actis omnib. redactis in scriptis sigillorū suorū impressione signatis. de testi.]

signatas fidem [a] facere teneantur,

Facere fidē quomodo intelligatur.

a Fidē.) Plenā, quia vbi fit mētio de fide, vt fiat fides, intelligitur in dubio de plena. cle. constitutionem. §. insuper. in verb. fides. de ele. quam notab. dicit Alex. cōs. 147. visis dubitationibus. col. 1. in 1. vol. & c. 1. de reg. siue agatur de magno præiudicio, siue de modico, contra gl. pragma. sanct. in hoc ver. nisi lex aliud exprimeret. c. statutum. §. 1. de rescr. in 6. c. nulli. in fi. de elect. eo. lib. c. pastoralis. de excep. quia propter paruum vel minus præiudicium non discceditur à vera significatione vocabuli. l. non aliter. ff. de leg. 3. & semiplena probatio non est probatio, & semiplena fides non est fides. not. in c. vt circa. de elect. in 6. vbi semiplene probans non excusatur ab expensis, etiam si agatur de leui præiudicio, nec l. thesaurus. ff. ad exhib. allegata per gl. prag. facit mētionem de fide, nec etiam alia iura per gl. allegata probant. sed vide Feli. in rub. de proba. col. 3.

Notandū est q̄ quando in lege vel constitutione debet fieri plena fides, non defertur iuramentum in supplementū probationis. Ias. & alij in l. admonēdi; in repet. nu. 282. ff. de iureiu. per gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti. in verbo, fidē. de ele. in 6. & quādo plenaria fides adhibenda est alicui actui, contra illum nō admittitur probatio in contrariū, per tex. sing. in cle. vna. de proba. quā sing. dicit Barb. in cōs. 2. col. 3. in 2. vol. & consi. 13. à loue. col. 9. in 3. vol. & in c. præterea. col. 2. de off. deleg. & c. Raynutius. co. 21. de test. Io. de Ana. consi. 14. viso puncto. col. 1. Nō sufficeret ergo facere fidem nominationū, vel gradus, seu temporis studij, per exemplū, quia nō faceret plenam fidem, vt hic requiritur, vel sine sigillo, vel scribæ subscriptione, vt plenè dico in d. q. 10. tract. nomina. vbi fusius videre licet, vt modum glosæ non excedam.

Pro insinuato non potest episcopus habere graduatum.

Item non posset collator exemplo adhibere fidē, vel illum, qui non insinuauit, habere pro insinuato, aut non graduatum pro graduato, quia legi solennitatem, vel formā indicenti non potest renunciari. Bar. & alij in l. ius publicū. ff. de pact. l. pen. C. illo tit. Fel. & alij in c. si diligēti. de foro compet. quia actus forma omissa est nullus, vt dico in rub. forma mandati inferius. & in §. statuimus. 1. in gl. 1. infra eod.

§. Cvm vero.

Probatio nobilitatis ad effectum studij per quatuor testes in iudicio fieri debet coram ordinario loci, in quo quis natus est. & in absentia partis fieri potest.

§. Cum vero [b] probatio nobilitatis [c]

§. Cvm vero.

Non diuiditur, quia breuis est, & legitur vsque ad §. teneantur.

b Probatio.) Quomodo probari debeat nobilitas, & testes debeant deponere, super ea latè tradidi in tract. nomina. q. 12. vbi licet cernere. & infra in verb. ad effectum.

Vnde oriatur nobilitas.

c Nobilitatis.) Generis, vel mixtæ, videlicet generis & virtutis; sed de nobilitate solius virtutis & sapientiæ hic non intelligitur, de qua loquitur Salomon, Sap. 7. c. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia. Bar. & alij in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Panor. in c. venerabilis. & c. de multa. de pręb. Bonus de Curtili in tract. nobili. in 2. parte. Et nobilitas oritur ex sapientia, virtute, dignitate, ex comitatu, vel baronia, ex militia, progenie, diuitiis, ex loco, & cōmuni opinione, quæ prosequere, vt per Lucam in l. mulieres. col. 1. & seq. C. de digni. lib. 12. tamen hic tex. intelligitur de nobilitate generis, super qua disputare est de stercoris nobilitate cōtendere, prout dicit gl. in extrauag. execrabilis. in §. nos itaque. in verbo ac generis. de præb. in extrauag. com. Et dicit Policra. lib. 8. c. 15. vt citat Lucas de Penna in l. militaribus. C. de decur. lib. 10. Claritas sanguinis elationē parit, potentiā affectat, conculcat inferiores, pares habere dedignatur, loquitur grandia totus, cum ex alto magnóque sanguine, tanquam fecerit ipse aliquid; propter quod nobilis esse debeat, sui immemor, eorū qui retro esse videtur obliuiscitur, & se in anteriora, sine cultu virtutis, ridiculum Thrasonis imitatorem ostendit. hi à paribus abstinēt in humiliores libidinosè & crudeliter agunt, hominū nō causarū toti sunt, vt apud quos gratia vim æqui habet, iudicia domi conflāt, in foro pronūciant, vt ait Liuius lib. 2. ab vrbe condita, de Appio Claudio, & aliis. hi nō morum probitate, sed armorum feritate vendicare sibi satagunt dignitates. Bern. in epist. ad Inn. Papam, & ex propriis culpis præmiorum retributiones expectant, vnde gl. in c. quoniam. 24. q. 1. hos tradit versus, Nobilitas fastum, fastus litem parit: arma, lis odium, capiunt, hæc tria mortis iter.

Nobilitas generis qd pariat.

Priuilegia nobilium.

Habent tamen hi nobiles multa priuilegia ante alios. Primum vides hic in abbreuiatione temporis, rationem tradi in tracta. nomina. q. 12.

Secundò, sunt immunes à collectis (quas tallias vulgus appellat.) l. 3. §. 1. ff. de mune. & honor. l. non tantū. §. 1. ff. de exc. tut. vide Guid. Papę. in q. Delph. q. 384. sed quid in nobilibus, &c.

Tertiò, in beneficiis eisdem defertur. c. non satis. 86. dist. c. de multa. & c. venerabilis. de præb. vt facilè cum eisdem dispensari possit, vt duo obtinere valeant beneficia. Vide Feli. in c. cum adeo. co. 4. vers. nobilitas. de rescrip.

Quartò, in depositione instrumentorum, quæ apud nobilem fieri debet. l. fi. ff. de fide instr. l. procurator. & ibi no. docto. C. de eden. & in l. 1. de condit. in publi. horreis. lib. 10. & l. si coartalis. in fi. de coartalib. li. 12. & in auth. de defenso. ciui. §. interim. & §. audient. & ibi Ang. colla. 3.

Quintò, in electionibus si suffragia siue voces sint pares, præferuntur voces nobilium. arg. l. maiorem. ibi, qui dignitate. ff. de pact. l. 3. & l. ob carmen.

de testi, Bar. in l. 1. col. 5. vers. vnde in dubio. C. de dignita. li. 12. facit ꝙ no. Arch. in c. hoc autē. in fi. 30. di.

Item arma deferre possunt. §. si quis rusticus. de pace tenen. & eius violato. Lucas de penna in l. vna. col. pen. vt armorum vsus inscio principe sit interdict. lib. 11. vide trigintaquinq; priuilegia, quę tradit Lucas in d. l. mulieres. & 47. scribit Cepol. in tract. de imperatore eligēdo. vers. nobilitatis etiam. & in trac. de re militari & duello. lib. 7. rub. de pugna nobiliū. & quinquaginta sex Bonus de Curtili, in trac. notabili. in 5. parte per totū. vbi fusius videre licet.

Et puto hoc priuilegiū competere nobilibus, siue patres vixerint nobiliter, siue non. cum tex. hoc nō exprimat, & quia hoc priuilegium datur nedum ratione nobilitatis, sed etiā ratione studij & gradus, licet regulariter nobilibus nobiliter viuētibus dentur alia priuilegia. teste Io. Masu. in rub. de talliis. §. illi qui. vbi dicit eos viuere nobiliter qui abstinent ab his quæ populares facere consueuerunt, & cum hoc sequuntur arma & exercent ea, quæ spectāt ad statū nobiliū. Vnde Ægyptij, Græci, Scythæ, Persæ, & Lydi, omnes qui artificio incumberēt, pro ignobilibus habebant, qui verò militiæ, generosos. teste Alex. lib. 5. generaliū. c. 18 [Idem habetur in rubr. *des seneschaux.* ordi. 25. art. 5. & seq. in ordina. reg.] Quod est notādū ad clericos clericaliter viuentes, quādo dicātur viuere clericaliter, quod est quando exercent ea quæ concernunt clericos, & nō laicos. |

Quando quis dicatur viuere nobiliter vel clericaliter.

Ideo nobilis furta exercēs, vel alia crimina grauia, potest priuilegiis nobilitatis priuari, & vilis declarari, & deinceps inter villanos numerabitur. arg. militis ad nobilē. in l. fi. C. de locat. Sic declarauit senatus Parisiē. quendā nobilē Carnoten. furti conuictū, & eo ꝙ à manibus seruientium eripuerat filiā, quā patri tamen restituerat, ad mulctam condemnauit etiā honorariā, Anno 518. & die 22. Nouēbris. alia de nobilibus licet videre in d. tract. nobili. Boni de Curti. & in tract. Ioan. Raynaudi. Alibi declaro de nobilitate & eius gradibus. Nā habet gradus, sicut imperium, videlicet quædam est maxima, maior, magna: parua, minor, minima: licet Zazius in l. quod nerua. dicat maius & minus nihil differre, saltem specie. cui respon. in reper. super illa. l.

Arrestum per quod nobilis sua priuatur nobilitate.

Et intellige hic de nobilibus legitimè natis, non de bastardis, qui de iure nō sunt nobiles. l. vna. C. de mulierib. quæ seruis propriis se iunxer. c. si gēs Anglorū 56. dist. Petr. de Vbald. in tractatu de succes. ab intest. col. 167. vers. reuertēdo ad propositū. Et statutū ciuitatis præferens filios nobiliū, filiis ignobiliū intelligendū est de legitimis, cum illegitimi in defectū tantū admittantur. l. generaliter. §. spurios. ff. de decurio. Hoc expressè tradit Domin. in c. statutum, in fi. prin. de hære. in 6. & sic nō cōprehenduntur in regula cācellariæ præferēte nobiles ignobilibus, quia intelligitur de nobilibus legitimè natis, teste Benedict. in repe. c. Raynutius. in prin. nu. 32. de testa. vbi plenè tractat de istis, ibi vide Imol. nullus illegitimus in literis apostolicis dicitur nobilis: sed sic solet scribi. tibi, qui. vt asseris, defectum nataliū pateris, ex nobili coniugato & moniali, &c. prouinciali. fo. 62. vers. nullus. Dicerē tamen his priuilegiis vti posse filiū natum ex legitimo matrimonio, licet nascatur ex bastardo & muliere nobilibus, tū quia est legitimus, tum quod consuetudo Franciæ facit bastardum natum ex nobilibus, nobilē. Guido Papę in decis. Delphina. q. 580. an bastardus. nec refragatur quòd filius legitimè natus ex bastardo, non potest dici nobilis, quia ex infecta radice nascitur. l. fi. C. de natura. liber. sic cōsuluit Petr. Anch. cons. 389. visis diligenter. col. 1. quia hoc est verum de iure, sed cum consuetudo faciat bastardum nobilem, vt dixi, nat⁹ ex illo dicitur verè nobilis, & sic nominationibus gaudebit post trienniū, siue mater siue pater fuerit illegitimus, etiam si vterque per prędicta.

In illegitimis nobiliū non abbreuiatur tempus studij, nec nobiles dicuntur.

fieri debeat ad effectum [a], vt nobiles gaudere possint beneficio [b] minoris temporis studij, tunc nobilitas ipsa per quatuor testes deponentes [c] in iudicio coram

a Ad effectum.) Et sic probatio nobilitatis debet fieri per quatuor testes, quo ad gradus & nominationes per hūc tex. sed quo ad alia, debet fieri secundum ius commune, per istū tex. ibidē effectū, &c. de quo per Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. & tūc sufficit ꝙ duo testes ex his deponant de nobilitate patris, & alij duo de nobilitate matris, & sic nobilitas ipsa requirit quatuor testes: non verò intelligendū est ꝙ quatuor debeāt deponere de nobilitate patris, & totidē de nobilitate matris, quia in ore duorū. &c. l. vbi. ff. de testi. & ob id statutū fuit, vt quatuor deponerent, vt duo de nobilitate vnius deponant, & alij duo de alterius nobilitate, vt minus derogetur iuri cōmuni. c. cū expediat. de ele. in 6. & sic quatuor testes deponunt de nobilitate graduati, vt hic text. requirit, & non dicit quòd quatuor testes deponāt de nobilitate patris, aut matris graduati, sed ꝙ nobilitas graduati probari possit per quatuor testes, quod est notandū, hoc suadetur etiā in verbo tunc nobilitas, &c. nā licet substitutio facta in vno casu porrigatur ad aliū. l. cū proponas. C. de hær. insti. Tamen hoc nō procedit, quādo in casū expresso apponeretur dictio tūc. Anch. cōsi. 357. ex serie. Dec. cons. 314. ꝓ resolutione per tex. in l. in institutione. ff. de vulg. facit. l. 4. §. fi. de condi. & demonst. l. huiusmodi. de verb. oblig. & hic apponitur dictio, tunc ergo, &c. * nec sufficerent duo testes deponentes de vtriusq; nobilitate, tum quod hic pro forma est statutum, vt quatuor adsint, & omissio formæ vitiat actum. c. cum dilecta. de rescript. tum quia duo facilius possunt corrumpi, quàm quatuor, etiā quodlibet verbum operari debet. l. 1. vbi gl. ff. quod met. cau.

Quatuor testes ad probādam fidē requiruntur.

De dictione tunc.

b Beneficio.) Eo verbo vtitur tex. in c. dispendia. §. fi. de refer. in 6. l. 4. in prin. ibi, amici beneficio. ff. de manumis. c. inter alia. de sen. excō. text. in l. vxorem. ff. de leg. 3. c. Raynaldus. in fi. de testa. l. aut dānum. in fi. ibi, beneficio principis. ff. de pœnis. l. si præses. de minor. scripsi in praxi benefic.

c Deponentes in iudicio.) Iurare tamen (& si text. non dicit) tenentur. l. 3. §. idem diuus Adrianus. & ibi gl. ff. de testib. & in iudicio, ac die non feriato recipi debent, nam bonum est argumentum de loco ad tempus. l. vinum. ff. si cert. pet. & sicut non valet iudicium die feriata, c. 1. de feriis. l. omnes. C. illo tit. ita non

Testes iurare tenentur.

ita non poterunt eo tempore testes pro nobilitate iurare, cum iudicium id tẽporis exerceri prohibeatur.l.fi.C.de fer. Et si reciperetur, non valeret dictũ illorum.Lanfranc.in repet.c.quoniam cõtra.in verbo testium depositiones.q.10.de prob.& quãuis notarius in aliis causis iuramentum testis non recipiat, bene tamen examinationem testium, etiam domi. gl.sing.in l.hac consultissima.§.fin. C. de testa. quæ depositiones ex duabus constant, ex iuramento, & dicto testis.& vnũ sine altero non valet. c.fraternitatis.& c.tuæ de testib.l.iurisiurandi.C.illo ti.in nobilitate tamen probãda necesse est,& testes iurare in iudicio,& deponere etiã palã poterunt in hoc casu, cum sit modici præiudicij, & quia rubore confusi non audebunt in conspectu populi asserere nobilẽ, qui nõ sit,& quia in causis summariis,quæ sunt modici præiudicij, possunt testes publicè examinari, etiam partibus præsentibus.Bal.in l.prolatam.C.de senten.& interl.omn.iud. licet regulariter testes secreto debeant examinari,& sigillatim,& deponere. l.nullum.C.de testi.c.cũ causam.& c.venerabili. & c.2.vbi gl.ibid.Paul.in l. minime. ff. de legi. Imò si iudex testes in aliis casibus palam examinaret, non valerẽt testiũ dicta.gl.sing.in c. quia propter. in verbo,secretè.de elect.Lanfranc. vbi suprà.q.11.sed hic vult quod in iudicio deponant testes.

Palã testes an deponere possint.

In iudicio dicuntur deponere,quando iudex sedens in loco, vbi ius reddere solet, eos examinat, secus si domi eos reciperet, & examinaret. Pan. & alij in rub.de iudic.col.1.vbi dicit etiam non requiri litis contestationem.per not.in l.voluit.& l.si defensor.ff.de interrog.actio.

Instrumentũ nobilitatis quale esse debeat.

Et hoc debet attestari in instrumento esse actum in iudicio,vt constet de ista qualitate, quia quando lex requirit actum cũ qualitate non sufficit illũ actũ probare sine qualitate. tex.in l.1.§. ait prætor. & ibi Bart.ff ne quid in loco publ.l.fin.§.in eũ.& ibi Paul. & Ias.ne quis eum qui in ius voca.est vi exi.l.Fulcinius.§.cum hoc. vbi gl. & Bar. ff. ex quib. causis in poss.eat.c.licet causam.& ibi Pan.12. no. de proba. quia factum qualificatum censetur vnũ & idem, & sermo qualificatus censetur esse quoddã indiuiduũ. Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsiit.ff.de libe.lega.& si quis dicatur cõtraxisse in tali loco, in primis de illius loci qualitate constare debet.c.cęterum.de iud. & ibi not. arg. illius tex.& Barb. cons.50. col.2.in 1. vol.& cõsi.17.col.4.in 2.vol. sic in primis debet hic cõstare testes deposuisse in iudicio, alioqui quo ad nominationes & gradus non valebit, nec quo ad illorum effectum,vt hic,posset tamen nobilis probare per testes attestationes nobilitatis in iudicio factas,quia nõ prohibetur,& parem vim habent probationes instrumentorum,& testium. l. in exercendis.C.de fide instr.[Sed interim amitteret primum possessorij caput,vel sententiam recredentiæ.]

iudice ordinario loci [a] in quo [b] est

a Ordinario loci.) Quia probatio melius & congruentius potest fieri per eos de regione, quàm per alios.§.si tres.& ibi Aluaro.& Card. de pace tenẽd. & eius viola.l.cum de lanionis.§.asinam.ff.de fund. instr.l.1.§.1.de flumi. nam vicini præsumuntur melius scire,quàm remoti.l.si vicinis. C. de nupti.& c. per tuas.de probat.c.quosdam.de præsumptio.ideo nobilitas istius melius probabitur per testes loci, vnde traxit originem nobilis & coram iudice illius loci,quàm per alios.

Mulier an possit deponere de nobilitate.

Et dico nõ vitiari literas nobilitatis,etiam si vna mulier deposuerit de ea, quia illius vel duarum dictum suppletur per alios duos testes masculos,præcipuè propter authoritatem iudicij.l. si pacto. & ibi Ias.C.de pact.gl.in l.3. §. eiusdẽ. in verbo numerus. ff.de testib.Barba.in c.1.col.34.nu.110.versi.c.secundum. de iudic. Et etiam quia mulier potest esse testis extra testamentum, & casus à iure exceptos. & hic nõ est vnus ex illis:ergo,&c.l.qui testamentum. §.mulier.ff.de testa.l.ex eo.de testi. vbi limitat Iacobi.quãdo esset meretrix,vel vilis conditionis.no.in c.forus.de verbo.sign. & etiam quia nõ prohibetur hic, quin mulieres possint testificari. Imò text.vtitur verbo cõmuni,videlicet testes,quod est cõmunis generis,cõprehendens tã virũ quàm mulierem. probatur in rub.de testib.ff.iuncta l.ex eod.ibidem.

Et ego deficientibus masculis eas admitterem, quia eo casu etiam inhabiles admittuntur.c.3.de testi.& ibi not.quis dicatur ordinarius loci hic.& corã quo iudice debeant testes deponere, dico in tract. nomina.q.12.non repeto.

Vbi fieri debeat probatio nobilitatis.

b In quo.)Scilicet loco,& sic requiritur ꝙ probatio nobilitatis fiat coram ordinario loci, & in illo loco vbi solitus est reddere ius, vt hic probatur per hæc verba loci, in quo est natus, &c. Quia ibidem melius nobilis cognoscitur,quàm alibi.c.pudenda. 24.q.1.c.postquam.de elect.aliàs fieri posset fraus in alio loco,vt si quis in Hispania, vel in alio loco incognito coram suo ordinario,ibidem casu inuento quatuor testes produceret, qui sic deponerẽt de nobilitate, nec timerent de ea etiã falso, cum ibidem non cognoscantur,deponere, sed in loco in quo est natus graduatus, aut nominatus, testes non audebunt deponere aliquem esse nobilem, qui non sit, cum omnes cognoscant illum qualificatum.& ideo statuitur vt coram ordinario loci, & in illo loco, in quo est natus, si ibidem ius reddatur. ita fuit decisum per senatum pro Francisco de Caluimont, cõtra Hugonem de Mauriac. hoc anno 1536. in mense Martio ante pascha.

Arrestum.

Fallit quando in illo loco non redderetur ius, vt si aliquis sit natus in municipio, vbi non redditur ius,tunc opus est, vt nobilitatis probatio fiat in loco,in quo ius solet reddi, sicut quando quis citatur coram iudice Parisien. intelligitur, vt cognoscat Parisiis, & quando causa delegatur abbati S. Dionysij Parisiis commoranti, intelligetur vt Parisiis debeat cognoscere.Felinus in c. nonnulli. in princ. de rescrip. Panorm. & Barbat. per illum textum. in c.de rerum permutation.

Secundò, fallit quando in illo loco non posset fieri per iustum metum.c.statuimus.de offic. deleg. in 6. Roma. per septem similia hoc probat in consil.433.quo ad primum.Ias.in l.testamenta. col. 1.C. de testa. allegat. text. in §. & hoc peruenit. in auth. vt nulli iudic.colla.9.facit c.statutum. §.cum verò. de rescrip.in 6.

Tẽpore pestis in loco non solito electio fieri potest.

Idem si pestis impediret, ne in illo loco fieret. ꝙ probatur in gl. seq. etiam electio prælati in ecclesia fieri debet, siue in capitulo ecclesię. c. quod sicut. de elec. c. cum terra. vbi Pan. & c. cũ nobis, illo tit. Si tamen pestis vigeat in illo loco poterunt canonici in alio loco, in quo tempore pestis degunt, eligere. cap. in nomine. 23. dis. & hoc etiam declaratur in rub. de authoritate genera. concilio. in primo decreto. in pragma. Inno. in c. cum ex iniuncto. de noui operis nunc. Bertach. in tract. de episc. in 2. parte 1. lib. Refert de Ripa in tracta. de peste, in 1. parte, 2. partis. 8. priuilegio. & Petr. Gerard. singu. vlti. Sed tunc in illo instrumento debet fieri mentio de illo impedimento, vt instrumentum probet, ob quam causam fuit alibi confectum.

Publicatio resignationis vbi fieri debeat.

Et si publicatio resignationis, quæ per regulam cancel. 34. debet fieri in loco beneficij, non fuerit facta ibidem, propter periculum pestis, vel metũ, aut aliud iustum impedimentum: sed alibi, tamen non minus valebit, vt in propriis terminis tenet Maleret. in tracta. de electio. q. 12. fol. 80. per nota. per Ro. in l. si verò. §. de viro. in 40. fallen. ff. solu. matrim. Et scripsi fusius in d. regula.

Item hæc attestatio nobilitatis poterit fieri corã iudice ordinario loci etiam si ordinarius esset pater vel frater istius nobilis, quia iurisdictionem voluntariam potest quis exercere etiam inter suos. l. si consul. ff. de adopt. cum l. seq. vbi magistratus potest emancipare filium, & adoptare, ac manumittere. l. apud. ff. de manu. vindicta.

Potest etiam sacerdos absoluere propriam concubinam, quandiu toleratur, melius tamen faciet, si alteri committat. c. omnes. & ibi arch. 30. q. 1. & sic non habet locum. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. omn. iudic. quæ loquitur in iurisdictione cõtentiosa. Ias. ibi. col. 2. & quia istud est modici præiudicij, & quidam dicebant hos iudices esse, quo ad hoc delegatos, & sic ius posse dicere suis, nomine tamen delegantis, vt not. in d. l. qui iurisdictioni, & etiam quia fit in iudicio hæc probatio, ideo propter iudicij calorem cessabit consanguineorum quo ad hoc affectio, vt supra dictum extitit.

natus [a] ille de cuius nobilitate ex vtroque parente [b] constare de-

a Natus.) pro hoc est text. valde accommodus in l. si quis. C. de fabricen. lib. 11. sic dicens: Si quis consortium fabricentiũ crediderit eligendũ, in ea vrbe in qua natus est, vel in qua domicilium collocauit, his quorũ interest conuocatis prius acta conficiat seséque doceat, nõ auo nõ patre curiali progenitũ, atq; ita demum gestis confectis, vel apud moderatorẽ prouinciæ, vel si is absit apud defensorem ciuitatis.

Vbi literæ nobilitatis fieri debeant.

Nisi alibi tempore pestis natus fuisset, tũc debet fieri coram ordinario iudice domicilij. per l. huiusmodi. §. legatũ. ff. de lega. 1. vbi doct. dicunt, ꝙ natus casu in aliquo loco extra domicilium, censetur in loco domicilij natus. & admitti debet ad munera in loco domicilij, ac si ibi natus esset, teste Ioã. de Platea, in l. filios. C. de municip. & orig. lib. 10. quia mater quæ habebat animũ reuertendi, fingitur semper fuisse in ciuitate. l. 1. & l. retro. ff. de capt. & ibidẽ periisse. Pan. & Fel. in c. Rodulphus. de rescr. plenè de Ripa in tracta. de peste, in 2. parte in 8. pestis priuile. Primò ergo in loco in quo est natus fiat qui locus, si impeditus est tunc in loco domicilij, si alibi habeat domicilium, si vero domicilium, peste etiam affectum sit, in loco, in quo degit. per prædictam gloss. præcedentem. Et quæ hic superius scripta sunt. Sed vidi fieri per iudices loci natiuitatis, in illo loco, in quo magistratus iudicium exercent, & curiam tenent tempore pestifero, quòd est melius.

Requisita ad probationem nobilitatis.

[Et sic breui habes requisita in hac probatione nobilitatis ex hoc tex. elicita. 1. quod sint quatuor testes, ibi, quatuor. dixi in gloss. ad effectum. Secundò, quòd illi testes deponant. ibi, deponentes, nec sufficeret, quod iurarent, & essent recepti. Tertiò, quòd in iudicio deponant. ibi, in iudicio. ergo domi non valeret, vt scripsi supra in gl. deponẽtes. Quartò, quòd coram iudice, non coram notario deponent. ibi, coram iudice, & sufficeret etiam coram locum tenente, quia etiam is dicitur iudex loci, vt supra. Quintò, quòd iudex sit loci ordinarius, ibi, ordinario loci. vbi in gloss. elucidaui. Sextò, quòd audiantur testes in loco, in quo nobilis natus est ibi, in quo natus est alia collige.]

Nobilitas ex antiqua progenie an esse debeat.

b Ex vtroque parẽte.) Parentes vsque ad tritauũ apud Romanos proprio vocabulo nominantur. l. iurisconsultus. §. parẽtes. ff. de gradi. affinit. & l. quiq;. §. prætor. de in ius vocã. l. appellatione. de verb. sign. Nec requiritur nobilitas nũc ex antiqua progenie, tum quia non repetitur hic, tum etiam quia in dubio ex repetitione tacita & suppletione non debemus corrigere ius. gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti, de ele. in 6. sed si repeteremus ex antiquo genere, corrigeretur ius quod non requirit antiquam nobilitatem. l. 1. C. de digni. lib. 12. licet laudabilior de iure sit antiquior nobilitas. Bonus de Curtili in tract. nobilit. in tertia parte. nu. 129. & seq. l. tã demẽtis. C. de episc. aud. tamen nobilis filius nunc factus habet priuilegia nobilitatis antiquæ hic posita.

Nec obstat ꝙ dispositio augmentatiua constitutionis præcedentis continet in se tacitè omnes qualitates & limitationes, quæ continentur in dispositione augmentata. l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dota. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. actio. quia respon. cõcordatum non venire ad augmentum prag. sed ad destructionem. Ideo non sumus in illis terminis. nam renunciatum fuit prag. sanctio. vt continetur in literis secundis pontificis Leo. &c. circa finem supra. Patet ergo ꝙ concordata non veniunt ad augmentum prag. iam destructæ.

Parẽs quis dicatur.

Nec obest ꝙ dictio parentes vsque ad tritauum protendatur: propriè tamen in materia correctoria, vt hic, & exorbitanti intelligitur pater & mater tantum, & secundum vulgarem modum loquendi. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. l. liberorum. ibi, parentes pios. de verb. sign. Et Cice. 1. offi. Vnicuique nostrum sunt chari parentes, sunt chari liberi, & Cato, parentes ama, cognatos cole. Barb. in repetiti. l. cum acutissimi. col. 50. in fi. & seq. C. de fideic. vbi dicit propriè verificari in patre & matre, iuxta illud, Insita natorum cordi doctrina parentum. tex. in §. 1. instit. per quas perso. nobis acquiri, vbi ali

vbi aliquando accipitur pro patre tantum, vt in §. seq. ibidem.* Abundè scripsi in d.l. appellatione parẽtis. de verbo. sign. ff. vbi nouum intellectum dedi ad l. iurifcon. ff. de gradib. hactenus perperam intellectam, & in intellect. no. Item hic tex. dicit ex vtroque parente, ergo non intelligit de aliis extra patrẽ & matrem, sed de duobus, quia dictio vterque verificatur in duobus. l. si ego. & l. quidã. ff. si cer. pet. dixi in 4. notab. repe. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo ꝙ interest. & sic tantum intellexit hic de patre & matre. nam vbi conueniunt verba, & dispositio. l. 4. §. & toties. ff. de damno infect. sed hic text. conuenit nobilibus natis ex patre & matre, ergo, &c.

Nec refragatur ꝙ lex sequens recipit restrictionem ex lege præcedente. l. sed & posteriores. ff. de legi. hoc verum esse reor, quãdo præcedens lex staret, sed ex lege correcta non debemus aliqua repetere, nec eam allegare sub pœna falsi. l. fi. ff. de fal. & §. hunc igitur. de Iustinia. codice confirmand. quanuis contrarium teneat Do. Probus in addit. ad Ioã. Monach. in c. cum nullus. de tempo. ordinan. in 6. per rationes quibus supra respondi.

Conclusio. Et sic nõ probatur hic nobilitas per famã, vt dicit Bal. posse fieri, in l. prouidendũ. C. de postul. vnde affixi cõclusionẽ, videlicet nobilibus ante quinquenniũ nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroque parente, vt supra. dixi. Probatur in c. venerabilis. ibi, ab vtroq; parente illustrem. de præb. & si nobilitas non causetur ex parte matris, scilicet solius. l. nullus. 2. C. de decur. tamen quãdo vterque est nobilis, talis filius ortus ex illis dicitur nobilis ex vtroq; parente, etiã propriè, vt d. c. venerabilis. & Oseæ 9. Gloria eorũ à partu, ab vtero, & à cõceptu. vnde dicit Bald. in l. fi. C. de seruis fugit. ꝙ loquẽdo simpliciter & præcisè. non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundũ quid. quia omne compositũ participat de forma & materia. Bonus de Curtil. in tract. nobilit. in 4. parte. nu. 29. Alioqui paris conditionis esset, qui nasceretur ex patre nobili & matre ignobili, & qui nasceretur ex patre & matre nobilibus, quod nõ potest sustineri, cum duo vincula sint vno fortiora. c. 1. de treug. & mater nupta viro nobili genere, nobilitatẽ retinet. l. 1. C. de dignit. li. 12. Nec refragatur, si dicatur nullũ dici nobilẽ ex parte matris, quia verũ est ex sola matre. nam si sit nupta plebeio, perdit nobilitatem l. fœminæ. ff. de senat. quam nõ potest dare, cum nõ habeat. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. & priuatio præsupponit habitũ. l. decem. ff. de verb. oblig. §. seruus. insti. de cap. dim. Sic loquitur text. in l. nullus. 2. C. de decur. lib. 10. sed quando nupsit nobili, non perdit. d. l. 1. C. de dignit. lib. 12. ergo natus ex illis dicetur nobilis ex vtroque parente.

Nobilibus ante quinquennium nominationes frustra conceduntur.

An quis possit dici nobilis ex parte matris.

Et sic nõ valere consuetudinẽ, vt quis sit nobilis ex parte matris, asserit Bar. in l. exẽplo. C. de decu. ꝙ ego intelligo, quando statutũ vel consuetudo disponeret, ꝙ quis esset nobilis ex matre, quia ex non ante fieret: ideo non valeret, sed bene potest consuetudo facere aliquẽ nobilem, etiam si pater non sit nobilis, dum tamẽ mater sit nobilis, & etiamsi non esset nobilis, non tamen ille filius est nobilis ex matre, sed consuetudo facit eum nobilem, quod potest facere, & ita tenuit Fel. in c. super eo. col. 2. de testi. & in c. nouit. & ibi Dec. nu. 4. de iud. l. fœminæ. ff. de reg. iur. Benedic. in c. Raynutius. in prin. de testa. [Quia hoc est iuris positiui, ideo cõsuetudo hoc inducere potest, vt per Pan. & alios in c. de multa. de prēb. hoc expresse firmat Roch. Curtius in c. fi. in 4. not. vers. 7. infertur. de cõsue.] Et sic vides has opiniones cõtrarias posse cõciliari, ne cõtrarietas oriatur, videlicet quod ex ignobili nobilis nascatur, ꝙ nõ potest esse genere, sicut nec ex serua liber. quòd fallit in casibus traditis per Ias. in l. naturalis. in prin. ff. de præscr. verb. & ibi dixi, quod est valde notãdũ, adhuc nec ita conciliatũ vidi, nec tactũ, laus Deo & virgini Mariæ, ac beatæ Genouefæ, precibus cuius serenitas temporis nobis illuxit. Sine qua fruges cõsumebantur ob aquarũ abundantiã, hoc mense Iulio, ann. 1535. & an. 1541. in mense etiam Iulio idem contigit. [& hoc ann. 1555. in eod. mense.

Conciliãtur sententiæ contrariæ.

Adde quod quanuis gl. & doct. passim dixerint vxores nobilitari per suos maritos, tamen ego contrariũ teneo, alioqui omnis natus ex nobili esset nobilis ex vtroque parẽte, siue mulier esset genere nobilis, siue non, quod non est dicendum. ideo tex. in l. fi. C. de in col. li. 10. dicit mulieres honore maritorũ erigimus, genere nobilitamus, ergo per maritũ non nobilitantur, bene eriguntur ac superbiũt, & honore, ac dignitate augentur. c. super eo. 2. de testi. ob id in d. l. fi. mortuo primo viro, si nubant viris inferioris ordinis, priuatæ sunt dignitate prioris viri, non dicit nobilitate. vnde tex. in l. fœminæ. ff. de senato. dicit in hæc verba, fœminis enim dignitatẽ clarissimam mariti tribuunt, non dicit nobilitatem. Idem habetur in l. filij. §. 1. ad municip. nec text. in §. hæc itaque. in authen. de consuli. coll. 4. sed vxores coruscare radiis maritorum non erubescit dicere lex, quare cum nulla sit constitutio tale quid dicens. §. sinautem. in auth. de non elig. secundo nuben. coll. 2. ego non hæc proferam, etiam quia non inueni oriri nobilitatem per contractum matrimonij inter virum & vxorem.

Mulieres non nobilitantur honore maritorum.

bet etiam [a] in partis absentia probari possit.

a Etiam in partis absentia.) Et sic potest probari nobilitas præsente parte quam lædere potest, & absente, quia dictio etiam, est implicatiua, & includit diuersam speciem ab expressis. c. tanta. de simo. & cle. grauis. de sententia excommunicat. Domin. consil. 65. in nomine. & c. discutiam. col. 3. vbi etiam tenet implicare maiora expressis. vide text. in l. 2. & ibi docto. C. de testib. & Bal. consil. 209. illa verba. in 3. vol. non tamen tenetur pars vocare partem. imò si episcopus esset vel alius collator præsens, non posset se iure opponere, & si de facto se apponeret, vel appellaret, vt nõ fieret hæc attestatio nobilitatis, iudex non obstante exceptione vel appellatione posset procedere, cum hic eidem permittatur, vt etiam in absentia fieri possit, multò melius in præsentia, etiam si opponatur. l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. & ibi Dec. reliqua vide in tract. not. q. 12.

Dictio etiã quid significet.

§. TENEANTUR.

Graduati & nominati tenentur tempore quadragesimæ literas gradus, nominationis, & temporis studij, ac nomina & cognomina collatoribus & patronis ecclesiasticis insinuare, ac duplicatas dare, alioqui beneficium petere illo anno non poterunt, sed collatio ordinarij etiam non qualificato facta valebit, & si non superuenerit alia quadragesima ad insinuãdum nomina, tamen graduatus & qualificatus erit habilis ad acceptandum beneficia, quæ interim vacabunt post literarum insinuationem, hoc dicit.

§. Teneantúrque præfati graduati [a] tam simplices quam nominari patronis ecclesiasticis aut collatorib. [b] ordinariis (quibus gradus, aut nominationis literas [c] huiusmodi insinuare [d] debent) literas suorum gradus [e] & nominationis,

TRes habet partes, Prima, præcipit graduatis ac nominatis literas gradus, temporis studij, nominationum, & attestationis nobilitatis tempore quadragesimæ insinuare, & duplicatas dare. Secunda ponit pœnam non facientibus hic requisita. Tertia limitationem, quando non insinuauit nomen & cognomen. Secunda, ibi, & eo anno. Tertia, ibi si tamen graduatus, &c.

Graduatus cuiuslibet facultatis insinuet.

a Graduati.) Quilibet, siue sit doctor, licentiatus, seu baccalaureus vel artium magister, & etiam intellige cuiusuis facultatis sit, siue theologiæ, decretorum, siue legalis medicinæ, vel artiũ, cum indefinita æquipolleat vniuersali.c. vt circa. de elect. in 6. & idem dic in nominatis, vt infra patet.

Patrono collatori est insinuatio facienda.

b Aut collatorib.) Cauillantur quidã hunc textũ dicentem nominatum non teneri insinuare, nisi patrono soli, aut ordinario soli, quod est verũ, quando suas nominationes tantum direxisset patrono, si verò directæ sint nominationes patrono & ordinario, tunc vtriq; est facienda insinuatio, reddendo singula singulis, etiam vtrique dãdæ sunt literæ duplicatæ. sed quando nominationes soli patrono diriguntur, non sunt insinuandæ ordinario collatori, licet institutio ad eum pertineat, ideo text. hic dicit patronis, aut collatoribus. dixi in tract. nomi. q.14. nu. 58 & seq. [facit tex. in l. sed & si plures. ff. qui satisda. cog.] Itẽ debet intelligi hic tex. in vers. quibus gradus aut nominationis literas, &c. vt graduati literas gradus insinuare debeant, nominati literas nominationum cum literis gradus & temporis studij, vt fuit dictum in §. præfatique graduati. supra eod.

Literæ nominationũ & aliæ integræ insinuãdæ sunt.

c Literas.) Totas & integras, & sic cum die & cõsule, vt collator antiquiori cõferre possit, vt infra dicetur in §. seq. nam edere non videtur, qui totũ non edidit. l.1. §. fi. ff. de eden. Nec refragatur tex. in §. editiones. ibidem, quia in instrumentis loquitur. nã eę nominationes nil operãtur, nisi integre insinuentur & duplicatæ integre dẽtur. Bal. & Barba. in rubri. de rescr. arg. l. inciuile. ff. de legi. Et originales insinuare necesse est. l.1. C. de manda. princ. vt superius scripsi, quod facit ad intellectum ordin. regię, in rub. *des lettres royaux*. vbi nullus debet admitti ad allegãdas literas cancellariæ, nisi promptam fecerit fidem. & hanc fidem integram literarum esse oportet, aliàs non sufficeret, vt ibi dixi. scriba verò nõ potest cogi per nominatum, vt ostendat protocollum, nisi ad pręceptũ iudicis. Paul. in l.1. C. quemadm. testa. aperiantur. sequitur Ias. in l. fi. de precib. imperat. offer. vbi dicit de notario, qui potest dare exemplum, si merces ei soluatur. si verò pars velit videre protocollũ, vt videat, an aliquid pro se cõtineat néc ne, nõ coget notariũ nisi per iudicẽ, & ita obseruat cõsuetudo secũdũ eũ. hodie extat ordinatio regia. art. 177. & seq. vt patet in rub. *des notaires*, art. 10. & seq.

Scriba non cogitur per nominatũ ad ostendendum protocollum, sed à iudice.

Insinuatio tẽpore quadragesimæ fieri debet.

d Insinuare debent.) Per §. præfati. 2. supra eo. & tenentur insinuare tẽpore quadragesimæ, tam literas, quã nomina. Sed per ordinationes regias est in electione nominati & graduati, vel tempore quadragesimæ insinuare, vel extra. vt patet art. 3. Rubr. *des graduez simples*. Tamen [ibi, art. 10. dicitur insinuationem factam tempore alio, quàm quadragesimæ nõ valere, ob id reiiciendam per iudices, & hodie] consuetudo huic. §. cõformis habet, vt tẽpore quadragesimæ insinuatio fiat, quæ est optima legũ interpres. l. si de interpretatione. ff. de legi. Ideo interpretatur hic §. ex consuetudine. & sic minimè mutãdum est, quod semper habuit certã interpretationem. l. minimè. ff. de leg. & tex. hic etiã videtur velle per dictionẽ ac copulatiuam. per l. nullus. C. de sum. trini. [Et sic in isto tex. requiritur insinuatio, & non requisitio, vnde si nominatus insinuaret literas gradus, nominationis, & tẽporis studij, licet in insinuatione non requirat beneficiũ sibi conferri vacaturũ præstituto nominatis tẽpore, tamẽ valebit insinuatio, & sufficiet requirere, dum vacabit, nã vbi requiritur intimatio, & nõ requisitio, sufficit vt intimatio fiat. gl. vl. in cle. causam. de ele. Tutius est tamen, q̃ tria in insinuationis instrumento describas. Primò insinuationẽ literarũ necessariã, & tempus quo facta fuit. Secũdò, dupli literarũ dationem. Tertiò, requisitionẽ de conferẽdo beneficiũ vacaturũ tẽpore in cõcordatis præstituto, vltimò addas protestationem de pœnis contra collatores statutis, tam in cõcordatis, quàm in iure, ac in ordinationib. reg. & instrumentũ insinuationis sic rectè & ritè confectum erit, quod notes, & vide alia in tract. nominatio. in q.14. Sufficiẽt tamẽ duo prima per istũ tex.] Si velis videre multa de insinuationibus nominationũ, primò quid sit insinuatio. 2. cur sit inuenta. 3. quo tẽpore fiat. 4. intra quod tẽpus. 5. quo in loco. 6. quæ debet insinuari. 7. quomodo sit insinuatio facienda. 8. quibus præsentibus. 9. quibus fiat insinuatio. 10. à quibus sit facienda. 11. quoties. 12. an collatorib. scientibus. 13. an insinuans debeat literas quas insinuat aperire. vltimò, qua pœna afficiantur non insinuantes, & alia multa cum vtilia, tum quotidiana, recurras ad tracta. meum de nominationibus. q.14. principali. per totum, vbi de insinuationibus plena manu scribo.

Requisitio de conferẽdo beneficium in instrumento nominationis non requiritur.

Forma instrumenti insinuationis.

e Gradus.) Non ergo graduum, igitur doctor non tenetur insinuare literas baccalaureatus nec licentiæ, sed sufficit q̃ insinuet literas gradus, quo iuuare se vult cum literis certificationis temporis studij illius gradus, quia doctor vel licentiatus debet studuisse septenniũ, ergo tempus septẽnij insinuare debet cum literis gradus licẽtiæ, vel doctoratus & nominationis, nec debemus plura requirere, quàm hic requirat

requirat text.alioqui si aliud voluissent conditores dixissent,c.ad audientiã.de dec.& ad superflua lex non adstringit,sed resecat.in 1.cõstitutione codicis. vnde magister artiũ factus baccalaureus decretorum,nõ tenetur insinuare literas magisterij in artibus,si tanquam baccalaureus decretorũ veniat, sed sufficit, q insinuet tempus studij, quod in artibus acquisiuit,si non sufficiat eidem tempus decretorũ, si tamen doctori opponeretur, quod per saltum sit promotus,debebit probare,& ostẽdere literas priorum graduum coram iudice, licet eas non insinuauerit.vt supra dixi in §.præfati.2.in verbo,de literis.

certificationis temporis studij,attestationis [a] nobilitatis, duplicatas [b] dare [c] ac

a Attestationis nobilitatis.) Quando est nobilis, alioqui sufficit literas gradus, & aliàs extra literas attestationis,nobilitatis insinuare,& duplicatas dare,& iste tex.refertur ad nobiles,qui si binas literas attestationis nobilitatis habeãt,ambas insinuare,& illis se iuuare poterunt, sicut pluribus titulis.c.post electionem.de conces.præb.& superflua nõ vitiãt.l. testamentum.C.de testa.sufficeret tamẽ alteras insinuare,cum tex.hic nõ adstringat nos ad superflua.

Binæ attestationis literæ an insinuari debeant.

Hoc verũ quãdo singulæ literæ cõtinerent plenã nobilitatis probationem,aliàs secus,vtpote si vnum instrumentũ factũ sit ex nobilitate patris. Alterum de matris nobilitate, tunc vtrunque insinuandum erit.quòd illa duo pro vna attestatione habeantur, & pro vnica probatione, & plena fide, quæ debet fieri,arg.l.instrumenta.C.de prob.Scripsi in §.præfatique graduati.in verb.fidem.supra eod.

b Duplicatas.) De hoc verbo est tex.in cap.vno. ibi,induciæ duplicantur, de plus petitio.cui consonat text.in §.hodie.insti.de excep.gl.in l.iustas. C. de iure fisci.li.10.vbi quãdo quis plus petit,cõtra eũ duplicãtur induciæ temporis restantis.text.in l aut damnũ.§.quisquis.ff.de pœnis.& l.si sic.queãd.seruit.amit.l.fideicõmissa.§.si quis decem.ibi, duplicata ei legata videãtur.de lega.3.& l.1.§.si cui.ibi, duplicata legata.vt lega.seu fideicõmis.nommina.cauea. Item primogenitus debet habere escas duplicatas.gl.in c.quam periculosum.7.q.1.Igitur nominatus & graduatus primo dat literas originales videndas collatoribus,& postea illarum duplum siue exemplũ,& sic literas duplicatas cõcedit,sed collator originales no retinet,sed exemplũ,vt sic videat, quis sit antiquior, & melior qualificatus, vt postea illi prouideat,sicut tenetur.[Tamẽ nominatus non tenetur corã collatore literas legere postquam illas dat duplicatas.per cle.causam.de elect.ibi,porrecto, aut perlecto,qa nec ita cõsuetũ est,nec iure cautũ.]

Legere nominatus coram collatore nominationis literas nõ tenetur.

Quæro an hoc exemplum debeat esse manu notarij subsignatum?quod videtur,vt in l.in fraudem. §.quotiens.ibi,manu commentariensis annotanda. ff.de iure fisci.sed tex.in alio casu loquitur: ideo dicerem,quod si episcopus vel alius collator hoc peteret, tum nominatus & graduatus teneretur: quia interest collatoris scire tenorem nominationum, & annũ,& diem,quos nominatus posset falso inscribere,& inficiari duplum literarum datum per eum. aliàs insinuatio literarũ valebit, etiam si exemplar non sit manu notarij signatum:cum hic nõ dicatur, sed tantũ duplicatas sufficit dare nisi petatur. Nam iudici potest dari exemplum appellationis sine notarij subscriptione,& non authenticũ.ca.appellatio. de appel.in 6. Sic poterit in hac insinuatione fieri nisi collator requirat.vt dixi in tract.nominatio. q. 14 nu.86.[Probat etiam tex.in c.1.de sent.excom. in 6.ibi,exemplũ verò huiusmodi scripturæ teneatur excõmunicato tradere intra mẽsem,si fuerit requisitus.ibi.non dicitur, quod esse debeat signatũ, vel authenticum,[nec debet nominatus subscribere,vel signare hoc exemplũ.per l.exẽpla.ff.de edẽ.] & debet nominatus de hac insinuatione conficere publicũ instrumentũ,in quo describatur insinuasse literas gradus temporis studij, & nominationũ, ac literas duplicatas dedisse,& ideo statim dandę sunt literæ duplicatæ,etiam si non petantur,cum hic dicat tex.teneantur nominati,&c. quod verbum importat necessitatem.vt scripsi.in §.j. supra eo.debet etiam si sit nobilis literas attestationis nobilitatis ostendere,& duplicatas dare,vt in hoc text.patet.]

Exemplum an debeat esse manu notarij subsignatum.

Quid si fuerit aliquis nominatus ante cõcordata, an teneatur dare literas duplicatas? potest decidi q sic per notata in c.fi.per Felin.& alios.de constit.& per gl.in cle.vt ij qui.in verbo,in posterum.de ætat. & quali.& in clem.1.de testa. Corse.in verb.lex. in sing.Quid si per malitiam collator remouet literas nominationum,& alias à nominato, an pœna falsi, vel alia puniri possit, & quid si eas frangeret.vide Guido.Papæ in decis.Delphi.q.233.aliquis.& q.579. cõtingit.Bona igitur cautela erit,vt nominatus tres literas originales tam temporis studij, quàm aliarũ literarum habeat.vnas poterit procuratori tradere ad insinuandum,alteras in iudicio producere, dum opus fuerit,alias penes se retinere, gl.in verbo,formari.in cle.sæpe.de verb.sign.saltem duas habeat, iuxta l.vnum.ff.de testa. §.nihil. & ibi Bauer.instit. illo tit.alioqui si vnas tantum haberet, & eas perderet,non paruo negocio posset alias habere,& fortè interim sententia pro aduersario ferretur. Idem docet Spec.in tit.de libel.obla.vers.actoris.

Cautela pro nominatis, vt tres literas habeãt.

c Dare.) Importat translationem dominij. §.sic itaque discretis.inst.de actio.& ibi Ias.l.quæ de legato.ff.de legat.1.& sic nominatus & graduatus tenetur propriis expensis exemplum literarum tradere collatoribus,per hoc verbum dare,& quia ista insinuatio fit ad commodum nominati & graduati,ergo onus expensarum subire debent. regula secundum naturam.ff.de regulis iur.glos.& ibi Barba.in clemen.causam. de electio.text.in cap.cum personæ.de priuileg.in 6.facit cap.cum contingat. de rescript.Bald.in cap.nonnulli. colum.3.ibid.Domi.& Perus.in cap.2.de litis contesta.eod.lib.glo.in verbo porrecto, in clemen.causam. de electio.nec posset postea collatorem pœnitere, sicut in contractu,do vt des: in quo si dedero, possum te postea compellere ad dandum,vel ad interesse. l.naturalis. §.1.ff.de præscrip.verb.nominatus & graduatus potest dicere collatori, do vobis exemplum literarum mearum,vt detis mihi beneficium vacans, vel vacaturum, cum facultas se obtulerit in mensibus præstitutis nobis.

Nominatus ac graduatus exẽplum propriis expẽsis tradit collatoribus.

Insinuatio an per testes probari possit.

Quæro an hæc insinuatio possit probari per testes: videtur q; non, quia hic dicit literas. Contrarium credo verius, quia tãtum valet actus sine scriptura, quantum cum scriptura. l. pactum quod bona fide. C. de pact. & parem vim habẽt testes, & instrumenta. l. in exercẽdis. C. de fide instr. & regulariter actus testibus & instrumentis, vel testibus probari potest. l. contractus. & ibi not. C. de fide instr. & hic tantum vult literas fieri de gradu, nominatione, & tempore studij, ac de nobilitate: nil dicit de insinuatione, ergo poterit probari sicut de iure, alioqui fieret fraus, cui est obuiandum. c. sedes. de rescri. nam vt vidi, nullus reperitur in quibusdam locis notarius, qui velit instrumentum insinuationis recipere, & nominatus sic perderet suas nominationes, vel gradus, vel summis expensis oporteret ducere notarium ex aliis locis, in magnum præiudicium nominatorum, & malitiam episcoporum, vel collatorum: ideo dicerem tam ratione vitãdæ fraudis, malitiæ, quàm expensarum, insinuationem posse probari per testes, quod est notandũ. & sic nominatus & graduatus debet esse cautus, vt semper deferat duplum siue exemplũ nominationũ, vt in defectũ notarij illud possit collatori dare corã testibus, sicut de literis citatoriis tenet gl. in extrauag. ad reprimẽdum. in verbo, per literas. quomodo in læsæ maiest. crimi. proced. quam sequitur Alex. in l. iustè. nu. 31. ff. de acqui. posses. Ias. in l. iubere. nu. 7. de iurisd. omn. iud. Hippo. in repe. l. de vno. nu. 196. de re iudicata. [Et fuit conclusum, & in mẽte curiæ retentũ, quod nõ exacta probatio in hac insinuatione requiratur, sed leuis sufficiat concordatis cõueniens, anno 1513. die 1. Aprilis.] An teneatur nominatus vel graduatus insinuare hoc instrumentũ insinuationis, videtur q; sic, per hoc verbum duplicatas. Contrarium est verum, quia hic exprimit literas gradus, temporis studij, & nobilitatis insinuandas, ergo aliæ literæ non, sed istarum duplum dari debet.

Cautela notabilis pro nominatis nõ inueniẽtibus notarium.

singulis [a] annis tẽpore [b] quadragesimæ per [c] se, aut per procuratorem suum collatoribus, nominatoribus seu patronis ecclesiasticis, aut eorum [d] vicariis eorum

a Singulis annis.) Annus capitur hic ab vna quadragesima in alteram. c. 1. de consecr. dist. 3. & c. quadragesima. de cõnsecr. dist. 5. & sic non loquitur hic de anno vsuali seu de naturali, de quo per Lucã de penna in l. 3. col. 2. C. de execut. & exact. lib. 12. à quo habuit D. Chassa. in catalo. gloriæ mundi, cõsideratione 39. vlt. parte. & in consuet. Burgund. in rub. *des iustices*. § 8. glo. *dedans l'an*. & glo. in c. si propter. de rescrip. in 6. & ibi doct. Et sic non tenetur insinuare bis in anno, sed semel tantum, quia actus de vno intelligitur. l. boues. §. j. ff. de verb. signif.

b Tempore quadragesimæ.) Sufficit si tempore quadragesimæ, siue coniunctim omnes literæ, siue separatim, insinuẽtur, & ideo si in prima hebdomada quadragesimæ insinuauerim literas tẽporis studij & gradus, potero postea intra eandem quadragesimam literas nominationum insinuare, per hoc verbũ tẽpore, sicut Papa potest dare duo mandata suo tempore, quia etiam separatim hoc poterit, vt dico tit. seq. in verbo tempore, quod est notandum, quia super hoc vidi dubitari de quodã, qui insinuauerat in principio quadragesimæ literas gradus & nominationũ, cum literis temporis studij, & postea ostensa insinuatione fuit eidem dictũ, vt insinuaret literas nobilitatis, quod fecit in fine quadragesimæ. Idem putarẽ si insinuaret vno anno literas gradus, & altero literas temporis studij, alio nominationũ, vt nouissima demũ insinuatione omnes aliæ confirmentur. arg. l. per fundũ. ff. de seruitu. rusti. præd. & quia sufficit ante vacationem beneficij insinuare, vt visum extitit in §. præfatique graduati, supra eo. & sic patet quo tempore insinuentur, & latius dico in tractat. nomina. q. 14. princip. q. 3.

Omnes literæ an simul sunt insinuãdæ.

c Per se aut per procuratorẽ.) Probatur in l. 1. ibi, per se vel procuratorem. C. de bonis mater & sic electio erit nominati, an velit insinuare per se, vel per procuratorẽ, quia in alternatiuis electio est debitoris. l. 3. ff. de eo quod certo loco. l. plerunque. de iure dot. (& dico in 10. q. 14. quæstionis princi. tract. nomina.) vbi dico an per substitutum à procuratore, vel per nuncium possit fieri insinuatio, & qualis debeat esse idem procurator. Et sic iste textus concedit nominato & graduato facultatem insinuandi, tam per se, quàm per procuratorem.

Eligere potest nominatus, an per se insinuet, vel per procuratorem.

d Aut eorum vicariis.) In absentia episcopi, vt patet in ordinatio. regis, rub. *des graduez simples*. art. 9. & ibidem datur ordo. in arti. 11. & dico in d. q. 14. q. 9. vbi etiam dicitur insinuationem fieri posse extra diœcesim, & intra: quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis etiam extra territorium exerceri possunt. l. 2. ff. de offic. proconsul. & est hic alternatiua ordinis, sicut in §. statuimus. infra eo. & ibi dixi. & in §. j. supra eo. in verbo baccalaureo. [Non putarẽ tamen insinuationem vicario factam reprobãdam, etiam si episcopus nõ abesset, tum quod hic sufficit alteri fieri, tũ etiã quod hic nõ distinguat: Ideo videtur esse in electione nominati. l. 3. ff. de eo quod certo loco. tutius est tamen episcopo fieri quãdo est præsens, & haberi eius præsentia, potest facilè.]

Et sic quando episcopus se absentat, debet relinquere vicarium, sicut olim procuratorem. c. fi. & ibi glo. procuratoribus. de voto. vide tamen vnum casum sing. per Domini. & Philip. Francũ. in c. si episcopus. de suppl. neglig. præla. vbi episcopus nõ potest beneficia vacantia conferre, nec vicarium creare, & hoc quando episcopus à Turcis est captus.

Tutius est episcopo insinuare, quã vicario, & etiã q; episcopus cõferat: quia oportet probare mandatũ vicarij per l. nõ ignorat. C. qui accu. nõ poss. sic tenet Bertachi. in tracta. de episcopo. in 7. parte 4. lib. q. 8. vbi dicit non valere gesta per vicariũ, nisi cõstet de eius mãdato, quod in episcopo non requiritur. Imò fuit per arrestũ reprobatũ instrumentũ vicariatus, in quo nõ erãt testes inscripti, aliàs possent episcopi cũ secretario semper instrumentũ vicariatus facere cũ antidatis, & fraudibus est obuiandũ. l. in fundo. ff. de rei vend. quod prolatum fuit die 29. Iulij. 1519. in hoc Parisiens. senatu. sicut de collationibus diximus in præfationibus huius tituli. Tamen si collatio vicarij sigillata sit episcopi sigillo, satis probatus censetur vicariatus, sed non in præiudicium tertij,

Instrumentum vicariatus testibus indiget.

Consiliarij episcoporū vicarij non sint.

tertij, per not. in c. 3. loco. de proba. alibi scripsi quomodo intelligatur. * imò anno 1513. die 26. Aprilis, fuit facta prohibitio regiis consiliariis, ne haberent vicariatus aliquos acceptare episcoporū, nec exercere. licet hoc nō seruent, quia nullus conqueritur, sed hodie edictum regis Henric. priuat eos suis officiis, ideo abstinere debent si sapiant.

Idem dico in legato, vt probari debeat sua potestas, quatenus in iure non inuenitur data, secus in potestate Papę, quæ est descripta in euāgelio, quodcūque ligaueris, &c. c. proposuit. de conces. præben.

Cum plures sint vicarij vni sufficit insinuare.

Et per istum text. videtur ꝙ si episcopus creauerit duos, aut tres vicarios, nō adiecta clausula insolidum, quod insinuatio fieri omnibus debeat, cum vnus sine altero nō possit cōferre, nec aliquid facere instar iudicū. in l. duo ex tribus. ff. de re iud. c. prudentiam. de offic. deleg. Idem quādo quis constituit duos procuratores non adiecta clausula, & eorum quemlibet insolidū. c. si duo de procurat. in 6. Contrarium tamen putarē in hoc casu, tum ad vitandū calumniam collatorū, qui ad tollendas insinuationes nominatorū sic semper facerent, vt nulla insinuatio esset bona, & sicut in causis spiritualibus, quādo duo sunt cōstituti procuratores, iudex eligit idoneiorē propter celeritatē. c. si duo. §. fi. de procur. in 6. multo fortius per concordatum nominatus ad vitandū calumniā, & propter celeritatē, eligere vnū ex vicariis poterit, cui valeat insinuare, nec refragatur iste text. quia hic dicit esse insinuādum vicariis episcoporum, verùm quādo quis est nominatus in pluribus locis, ergo si vnus esset episcopus, vicario illius est insinuandū. per glo in §. Item voluit. in verbo, vicario. de collatio. in pragma. Etiam si decē constitueret, vni sufficeret insinuare, prout senatus censuit hoc anno 1540. Fusius dixi in tracta. nominationum, quæst. 14. nume. 62. & Ioan. de Selua, in tracta. de beneficio. 2. parte. quæst. 14.

nomina & cognomina [a] insinuare [b]. Et eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint [c], beneficium in vim gradus [d] aut nominationis huiusmodi

Cognomen quid dicatur, & quo modo hic accipiatur.

a Cognomina.) Cognomen dicitur quasi cognationis commune nomen. gl. in §. si quis in nomine. instit. de leg. vt est mihi nomen Petrus, cognomen Rebuffus. & nemo est in præsentem diem qui non iuerit in hāc sententiā. Iurisconsulti, rhetores, grammatici, turmatimque id genus scriptores nō vno in loco prodiderunt, teste Alciato in lib. 4. dispunct. c. 1. qui ab omnium opinione verbis refragatur. ideo quæritur, quomodo hic accipiemus nomen & cognomen? Respondetur secundum cōmunem opinionem, & non secundum sententiam Alciati. nam communis opinio potest declarare vocabulū. l. Labeo. ff. de suppel. leg. Alex. & alij in l. 1. de oper. no. nuncia. Feli. in proœ. Decretal. Nempe verba legis, statuti, vel alterius dispositionis, licet sint apposita à viris peritis, tamen debent intelligi secundum vulgarem & communem vsum loquendi, & secundū loci consuetudinem. gl. in c. cupientes. §. j. in verbo commode. de elect
ion. in 6. & ibi Petr. Anchara. & Philip. Perus. glo. similis. in ca. nonnulli. de rescript. & in l. 2. in prin. ff. de orig. iur. Vide Bart. in l. si quis filiabus. C. de testa. tutel. tex. in l. donatio. de donat. Nec sufficeret exprimere æquipollēs nomini & cognomini, sed oportet nomē & cognomē exhibere, cum sint de forma. vt dixi in tract. nomi. q. 14. num. 34. Barb. in c. Ioannes. per illum text. col. 1. de testa.

Insinuare quid.

b Insinuare.) Id est præsentare, & exhibere. c. insinuante. de officio. delega. c. insinuatū. de simo. vide text. in l. fideicommissa. §. si ita quis. ff. de leg. 3. & in §. & hoc verò iubemus. in auth. vt nulli iudicū. col. 9 l. 2. C. de donat. & Anth. de Canaro edidit tracta. de insinuatione, respicientem insinuationem donationum, si quis indigeat ad eum recurrat.

Quid sit omittere.

c Omiserint.) Id est, non fecerint. tex. & ibi gl. in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de oper. no. nunc. forte tacēdo per totā quadragesimā. l. vna. C. quādo nō peten. partes. Vel fecerint, sed nō ritè, nec debitè, vtpote illi, qui nō erat vicarius. vt in §. præfati. 1. vers. Beneficia autē quæ in quarto, & c. supra eo. & §. seq. infra eo. quia quoties vitiosè cautū est, pro nō cauto habendū est. l. quoties. ff. qui satisda. cogā. nulla differētia est, nō interueniat tutoris authoritas, aut perperā adhibeatur. l. nulla. ff. de autho. tuto. Paria sunt nō cōparere, vel minus legitimè. c. Nicolao. de appel. & ibi Bal. not. vide tex. in c. si clericus. ibi, negligenter omittat. de præben. in 6. Et an delictum in omittendo sit leuius, quàm in faciēdo, vel cōtrà, dixi plenè in repe. l. diuus. circa finē. ff. de senatuscon. Sylla. Idem si minus plenè insinuauerit, vtpote aliquas literas omisit, tex. sing. in l. veluti. ibi, vel minus plenè editum. ff. de eden. secundū Bal. in marga. in verbo, testis, vbi dicit, ꝙ si testes non sint plenè examinati, possunt iterum examinari, etiam si sint publicati. Sic insinuatio nō plenè facta, habetur pro non facta, & ideo iterum est faciēda per supradicta.

Insinuatio vnius nominationis prodest.

d In vim gradus.) Ergo in vim mādati, aut nouæ impetrationis, vel si neutri, aut si nulli, seu alia ratione, posset: quia qui de vno negat, de alio cōcedit. l. cum prætor. ff. de iud. c. nónne. de præsumpt. nec in vim plurium graduum, nec plurium nominationū. Fallit si vnam nominationem debitè insinuauerit, quia tunc in vim illius beneficium habere poterit, cum insinuationem nō omiserit quo ad illam, secus si omnium insinuationē omisisset, vt prædixi cum attestatione temporis studij & gradus, tunc nec petere poterit beneficium vacans in mensibus præstitutis nominatis graduatis, postquam nō insinuauit, quia totū negat: & licet text. in vno loquatur, tamē habebit locum etiam in pluribus. arg l. singularia. ff. si cert. pet. l. 3. §. j. ff. de nego gest. quia ratio naturalis potius attenditur, quàm pluralis locutio. Bal. in l. 1. col. 2. C. de condit. inser. & stante statuto, si quis fecerit concordiam, soluat quinque: si plures fecerit, etiam tenetur. Alber. Brunus in tracta. de statu. exclud. fœminas. art. 12. quæst. 13. in fin. Fel. in c. omnes leges. 1. distinct. & sic ex hoc text. videtur quòd nominatus, vel procurator eius debeat requirere beneficiū sibi cōferri in vim nominationis, vel gradus si tamē sic nō requisierit, sed simpliciter, an possit sustineri req̄sitio, decide ex his quæ scripsi in tract. nomina. q. 14. nu. 111. versi. 10. * Et dicit text. eo anno non

non poterit petere beneficia,& sic non perdit prioritatem, nec aliud etiam si longo tempore steterit ad insinuandum, quia postquam hic inseritur vna pœna, aliam non vult infligi, vt plenè dico in tract. no.q.14. quicquid alij dicant, quibus respon. ibid.

petere non, possint [a] : & si collatoribus ordinariis, aut patronis ecclesiasticis in mensibus deputatis graduatis simplicibus, aut graduatis nominatis non esset graduatus, aut nominatus, qui diligētias [b] præfatas fecerit, collatio seu præsentatio per collatorem seu patronum ecclesiasticum etiam eisdem mensibus facta [c] alteri

a Petere non possint.) Quandiu extāt nominati vel graduati qui iure insinuauerunt: sed illis nō extantibus, si collatio eis fiat, illud beneficium petere poterunt, vt infra patet, versi. & si collatoribus, arg. c.2. de renunc. Idem si nominatus vel graduatus esset inhabilis, vtpote illegitimus, vel alia inhabilitate notatus: tunc is qui non insinuauit, alio ritè qualificato non prosequente, poterit impetrare beneficium à Papa si cōferatur isti graduato inhabili, etiā si iure ille insinuauerit, quia alius etiā non graduatus posset sic beneficiū impetrare. ergo & graduatus & nominatus: ne sit deterioris cōditionis ratione gradus aut nominationū. arg. l. Seruius ff. quod vi aut clam. c. eū qui. de præb. in 6. Imo literatus debet esse melioris conditionis. c. in nostra. de proc. c. pen. de præsumptio. Dico multa priuilegia in scholast. priuil. vbi inserui elucidationē ad auth. habita. C. ne filius pro patre. Intellige ꝙ nō possunt petere eo anno, quo non insinuauerint beneficia in vim gradus, aut nominationū per se, nec per alios, quia perinde est acsi faceret, qui per alium facit, vt dicit regula iuris. & l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. Posset tamen petere nomine alterius graduati, qui insinuauit eo anno, quia multa alieno nomine possumus facere, quæ nostro nomine prohibemur. l. quæsitum. ff. de in ius voc. gl. in l. his nulla. ff. de iud. Rom. in rep. l. si verò. §. de viro. fallen. 37. ff. solut. matr. Docto. in c. 1. de rescri. in 6. Alex. consi. vlt. in 5. vol. Et sic nominatus vel graduatus qui non insinuauit, non potest petere beneficiū vacans in tempore eisdem statuto: sic nec ordinarius poterit eisdem prouidere prosequentibus aliis qualificatis. c. si clericus. ibi, nequibit prætextu dicti mādati petere, nec tu de ipsa sibi poteris prouidere. de præb. in 6.

Nominatus etiamsi nō insinuauerit, beneficium à Papa impetrare potest, & pro alio qualificato petere.

b Diligentias.) Ergo nō sufficit vnam fecisse, videlicet insinuasse gradum, & non tempus studij, vel insinuasse & nō dedisse literas duplicatas, quia pluralis locutio in vno regulariter non verificatur. regula pluralis, de reg. iur. in 6. & fecisse diligentiā nō præsumitur, nisi probetur. no. in l. fi. C. de his qui à non domi. manu. Et quis teneatur probare istam diligentiam? Respon. Nominatus, vel graduatus qui eam allegat. l. actor. C. de proba. dico plenè in tract. nomi. q. 14. vbi etiā cōcludo nominatū teneri probare se insinuasse tempore quadragesimę, ꝙ est notandum. nam qui fundat se in tempore, illud debet probare. l. matrem. C. de prob. l. eū actum. ff. de neg. gest. l. emptorem. & ibi Iac. de proba. Quis ergo debet esse diligens? Nam & ipsa natura hominū desiderat diligentiā. l. quod Nerua. ff. de poss. & in tantū quis diligens esse tenetur, ꝙ si ea prætermissa, quid secus eueniat, non excusatur ex vitio naturali. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad leg. aquil. & debet esse hæc diligentia vtilis, & coniuncta bonæ fidei. l. si ita. ff. de manu. testa. & est mater omniū artium in opere suo: negligentia verò nouerca eruditionis. 83. distin. c. nihil. & quomodo probetur negligentia, vide per Bart. in consi. 102. clarissime domine. De hac diligentius scripsi in verbo, diligenti. in interpreta. auth. habita. C. ne filius pro patre, quæ iuncta est cum scholastico. priuileg.

Nominatus debet probare fecisse diligētiam.

c Alteri.) Ergo si collatio fuerit facta alicui tanquam idoneo, valebit, etiā si in mensibus graduatorum vacent beneficia, secus verò si ordinarius contulerit alicui tanquā graduato, qui nō erat, tūc non valebit collatio. collator enim non erat intentionis cōferendi nō graduato, postquā hoc expressit: nam verba inuēta sunt, vt voluntatē exprimāt loquētis. l. Labeo. ff. de supellecti. lega. Ideo quod ordinarius potuit, noluit, & quod voluit, implere nequiuit. l. multū. C. si quis alteri vel sibi. c. cū super. de offi. delega. Et quia falsa expressio, seu causa debet vitiare dispositionē, quādo requiritur ad substantiā, vt hic Bart. in l. demonstratio. ff. de cōdi. & demonst. [hoc asserit Lud. Rom. cōsi. 483. dubitatur. nu. 12. per text. in c. ex parte Asten. de cōces. præb. &] Fel. in c. quod super col. 1. & seq. de fide instru. Proinde si alij graduati, vel nominati, sciuissent eum nō qualificatum, petiuissent beneficiū, quod nō petierunt, eo ꝙ graduato dicebatur prouisum. & hoc modo collator semper cōferret alicui tanquā graduato, vt aliis via præcluderetur. Et sic præberetur materia delinquendi. contra l. conuenire. ff. de pact. dotal.

Collatio facta tanquā graduato quādo valeat.

Item sicut processus est nullus, quādo aliquis dicit se procedere tanquam delegatus, & erat ordinarius, tanquàm ordinarius poterat, sed non tanquam delegatus, teste Bal. in c. cum ex officij. in fi. de præscript. Valebit tamen collatio, si ordinarius existimet beneficium vacasse in mensibus affectis graduatis. & sic cōtulit tanquam graduato, & talis erat, licet tempore libero beneficium vacasset, vt videtur concludere Ioan. de Selua, in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 54. & in primo casu ꝙ non valeat collatio, fuit iudicatum in hoc senatu, & pronunciatum in vigilia purificationis virginis Mariæ, ann. 1544. [Inter magistros Galotū de montereau appellante à præposito Parisi. & Maturinū hureau intimatum pro beneficio S. Victoris de briton. diœcesi Carnoten. Et idem fuit iudicatum anno 1548. die 5. Maij, & in mente curiæ retentum etiam inter Petrū Bardault. & Maturinum l'Anglois super præbēda sancti Laurentij *de villefolle*, diœcesi Senonen.]

Arrestum.

Et sic est primus casus, quando confert alicui tanquam graduato, qui non est, & nō valet, vt hic. *quod probat Lud. Ro. sing. 496. primus cōsultationis. & Io. de Selua, in trac. de benefi. in 3. parte. q. 41.

Secūdus, quādo cōtulit alicui, nō facta expressione tanquam nominato in mensibus nominatorum,

& tunc

& tunc etiam non valet, vt dixi in tracta.nominationum.q.21.num.3.

Tertius est casus, ꝙ beneficiũ vacãs in mensibus graduatorũ sufficit esse collatũ graduato, licet hoc nõ sit expresſũ tibi tanquã graduato. Et ita fuit cõclusum in curia in processu Esclison cõtra Marinũ.

quam graduato vel nominato, non propter hoc irrita [a] censeatur. Si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium post insinuationem gradus aut nominationis, in mensibus eis assignatis

a Irrita censeatur.) Dummodo tamen cõferatur idoneo & habili: alias contra, videlicet si cõferatur hæretico, vel alias inhabili, de quibus scripsi in trac. de pacifi posses.in 4. limita.& in c.graue.de præb.c. postulastis.de cler.excom.minist.& hoc vult dicere hic textus, dum dicit, nõ propter hoc irrita censeatur, ergo propter aliud sic. sumendo arg.à cõtrario, ꝙ est validũ.l.1.ff.de offi.eius cui mandat.est iurisd. ca.cum apostolica.de his quæ fiunt à præla.

Nominatis deficientibus graduatus admittitur.

Quid si vacet beneficium in mense Iulio vel Ianuario deputato nominatis, & nullus sit nominatus, vel nullus insinuauit, an graduatus, qui iure insinuauit, posſit illud beneficiũ petere? Videtur ꝙ nõ, quia certa portio assignata est nominatis, & certa graduatis simplicibus. Ergo vnus nõ poterit habere beneficia alterius.§.præfatique ordinarij. supra eo. Secundò, videtur probare hoc verbum, nõ propter hoc irrita censeatur.

Contrarium credo verius, quia tertia pars beneficiorum est affecta literatis graduatis copulatiuè & nominatis, si vacent in mẽsibus illis præstitutis. d.§. præfatique ordinarij.& in rub. *des graduez simples*, artic.5. & plenius arti.9. ibi, *de la tierce partie des benefices ecclesiastiques deubz & affectz*, &c. in ordinatio.regis. Si nõ sint nominati, adhuc remanet affecta graduatis. ergo illis debebitur, quia quando vna res debetur duobus, vno deficiente alteri debet dari, & illi soli remanet affecta.l.cum quis. ff.de solutio.& quando debetur Stichus aut Pamphilus, vno mortuo, alter solus dandus est.l.Stichum.ff.de soluti.l.3.§.idem Iulianus.& ibi doct.de eo quod cer.lo. no.in §.huic quoque.insti.de actio. Item nõ est verisimile, quòd conditores statim se correxerint.l. non ad ea.ff.de conditio.& demonstratio. corrigerent se, si vellent illam tertiã partem iam affectam qualificatis, non conferri graduatis.

Præterea ista cõcordata sunt introducta in fauorem literatorum graduatorũ regni, & nominatorum, vt in proœmio supra patet. Adhæc graduati in suis mensibus grauantur, vt ordinarius habeat inter eos gratificationem, ergo in aliis releuari debẽt, videlicet vt eisdem debeantur beneficia, si non sint nominati, vel non prosequantur vacantia in mensibus nominatorũ.arg.l.eũ qui.ff.de iureiur. Vlterius illud debet seruari, licet non sit scriptum quãdo verisimile est, ꝙ statutum fuisset, si quæsitũ fuisset.glo. sing.reputata.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pact.secundum Barb.in tract.de præstan. Cardin.in 7.parte 1. partis.penul.col.& in repet.c.Raynaldus.col.97.& col.109.& col.137.de testamẽtis.& in repe.l.cũ acutissimi.col.21.C.de fideic.Ias.in l.Barbarius.nu.3.ff. de offi.præt.& l.cum res.col.2.de leg.1.& consi.108. col.3.vol.4.& in d.§.fi.cõgessi fermè sexcentas allegationes in hac materia, quas mihi hic citare facilè esset, nisi timerẽ turba allegationũ lectorẽ fatigare. Item dicitur expressum illud quod fuit in intẽtione condentis.l.cũ mulier.ff.solu.matr.Angel.per illũ tex.in §.instit.de leg.patro.tute. Et prouisio testatoris facta in vnum casum porrigitur ad alium, in quo verisimile est testatorem idem prouidisse, si de illo cogitasset, aut de eo fuisset interrogatus.tex. solen.in l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& posthu.& ibi dicit Ias.ꝙ dispositio facta in vna persona extenditur ad aliam, si ex coniecturis colligi possit, ꝙ disponens idem disposuisset, si fuisset de illa interrogatus. Sed verisimile est, ꝙ conditores qui ista fecerunt in fauorẽ literatorũ, si fuissent interrogati deficientibus nominatis, an beneficia in illis mensibus vacantia debeantur graduatis, respondissent, quòd sic, quia octo menses liberos tantum reliquerunt ordinariis: ergo alios quatuor voluerunt esse affectos & graduatis, & nominatis, & alteris deficientibus alteris accrescere, cum sint coniuncti, & re & verbis.de quibus in l.re coniuncti.ff.de leg.3.

Non obstant supra dicta. primũ, quòd certi menses sunt statuti nominatis & certi graduatis, ergo beneficia nominatorũ non debentur graduatis simplicibus: alioquin vana esset assignatio supra d.in §.præfatique ordinarij. Resp. Fateor extantibus nominatis qualificatis graduatis, non deberi beneficia vacantia in mensibus præstitutis nominatis, sed illis non extantibus, vel minus qualificatis secus. ideo singula singulis referemus vtrisque stantibus. Nec obest prædicta declaratio posita in d.§.præfati.quia fuit facta confusionis tollendæ gratia inter graduatos & nominatos, & ne inter eos lites oriantur, per illam rub.infra, declaratio primi mensis. Tamen non intendit aliquid tollere graduatis, quo minus semper sit eisdem affecta illa tertia pars. alioqui sequeretur, quòd non stantibus aliquibus nominatis, non esset affecta tertia pars, sed tantum dimidia tertiæ, quod esset loqui contra dictum §. præfati.& ordinationes regias, & venire contra mentem conditorum, & verba quæ afficiunt tertiã partem, & non solùm dimidiam tertiæ. Ne refragatur iste text.hic, sed mecum facit, dum dicit collationem non esse irritam, quando graduatus aut nominatus diligentias non fecerit. ergo si alter fecerit diligentias, collatio erit irrita sumendo argumentum à contrario, quod est validum. c.cum apostolica.de his quæ fiunt à prælat. Et sicut primo nominato deficiente venit secundus, vt habetur in §.seq. ita & nominatis deficientibus, vel non ritè qualificatis debetur beneficium etiam vacans in mensibus nominatorum graduatis ritè qualificatis.& ista opinio est æqua & iusta, quæ tenenda est. Et deficientibus nominatis secularibus, an debeatur regularibus, vide in §.volumus. in fin.infra eod. vbi dicitur secundum conformitatem, videlicet beneficia secularia secularibus, regularia regularibus esse conferenda.

Vacans

vacans petierit [a], & inter suam insinuationem & præfatam requisitionem non superuenerit quadragesima in qua nomẽ & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem [b] ipsúmque illud consequi posse & debere decernimus.

Petere debet beneficium graduatus & nominatus.

a Petierit.) Nominatus ergo & graduatus beneficium petere debet per se, vel alium suo tamen nomine, si velit obtinere, alioquin collatio alteri facta tenebit, vt hic. Hoc enim iudicium (dicit iurisconsul.) certam conditionem habet, si postulatum fuerit. l.4.§.hoc autem iudicium. ff. de damno infect. & magistratus qui non dedit tutorem vel curatorem, tenetur, si interpellatus fuerit, l.1.§.magistratibus. ff. de magistrat. conuenien. facit quòd non valet processus, si iuramentum calumniæ non præstetur, si fuerit petitum intelligitur: aliàs sic. not. in l.2. §.sed verum. C. de iureiuran. prop. cal. dan. ca.1. eod. tit. in 6. Decis. consil. 607. & seq.

Item, si lex mandet præstare fideiussores, aliàs annullat actum, si fideiussio non fuerit petita, actus non erit nullus. Paulus in l. vniuersa. C. de precibus imper. offer. per l. peto. §. fratre. ibi, si cautio non fuerit postulata. ff. de leg.2. vbi etiam dicit idem Paulus se respondisse ad quæstionem statuti dicentis, quòd appellans petens restitutionem, debet cauere cum fideiussoribus de reficiendis expensis, & aliter processus non valebit, si cautio non fuerit petita, processus non erit nullus, per illum text. imò si iudici imponatur pœna, si causam non expedierit intra instantiam, non imponetur illa pœna, si pars nõ requisierit, & institerit, secundum Panor. in ca. pe. col. vlt. de iudic. Barb. in c. de causis. col.6. de offi. deleg. facit text. in c. significasti. in fi. ibi, si petierit. de eo qui duxit in matrimo. Multa alia possem adducere, quæ de industria omitto. vide tamen Hippolytum in l. vnius. §. cogniturum. 2. nota. ff. de quæstio. & in sua practica. §. nunc videndum est, col.2. cum seq. vbi plenè videre licet. Ego multa addidi ad dictum §. hoc autem iudicium. & ad cle. vnicam. de foro compe. in fi. vide Feli. c. si autem. col.3. nu.4. de rescrip. & in c. ex tenore, in fi. & ibi in additione ad eum, ibidẽ. [De hac requisitione debet fieri instrumentum publicum, alioqui nõ credetur nominato per tex. in c.1. de sent. excom. in 6. vers.1. ibi, super qua requisitione fieri volumus publicũ instrumentum, vel literas testimoniales confici sigillo authentico consignatas. facit gl. in cle. causam. in verbo, si petita. de electio.] Intelligitur autem nominatus & graduatus acceptare beneficium, petendo sibi conferri per ordinarium, quãdo poterat illud requirere, quia vacauerat in tempore eisdem debito, vel recipiendo beneficium sibi collatũ. gl. not. in c.1. in verbo post acceptationẽ. de conces. præb. in 6. per text. in cle. vna. illo tit. vel aliàs, vt per dominos de Rota, decis.432. licet in dubiis. in nouis. & decis.23. rub. de preb. in eisdem decisio. Et duplex est acceptatio, quædam quæ fit ante collationem, altera post. vt per Bonifacium in cle. Si plures. per illum text. de præb. [& acceptatio est declaratio mentis, vt scripsi in gl. vlt. in vers.3. fallit infra de excom. Paul. Parisi. consi.117. si quærimus. col.2. volu.4.

Instrumentum requisitionis beneficij fieri debet.

Acceptari beneficium quando dicetur.

Beneficium an sine peccato posiit peti.

An possit quis sine peccato petere beneficium? ꝙ non, si non procurat prodesse, tradit Angel. in summa Angeli. in verbo, beneficiũ. §.32. & Panor. & alij in c. cum M. in 4. nota. de constit. Collect. in c. episcopus. de præben. sed hodie pauci hoc cogitant, sed petunt iuuenes, virgines, senes cum iunioribus, atq; vt breui dicam petunt omnes fermè. [Et mulieres, quibus hodie non dicitur id quod Christus in Euangelio, Nescitis quid petatis, sed cõmuniter obtinẽt, & pro iniustis frequenter. vnde melius esset vt consulerent, vel alia facerent, quàm indignis procurare beneficia, sed nesciunt quid. faciũt.] Et in petitione cõsideranda sunt tria. Primum quis petat, gratus, videlicet nõ odiosus, quia cum is qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. in summa. 49. dist. Lucas de Pẽna in rub. de legatio. C. in primo requisito lib.10. Secundum est quid petatur, an sic iustũ vel iniustum, nam iustè petentibus nõ est negandus assensus, l.2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & Iacobi 4.c. Petitis, & non accipitis, eo ꝙ malè petatis. & dicitur stulta petitio. in l. Domitius. ff. de testa. Tertium considerare debemus, à quo petatur, videlicet an is à quo petitur, cõcedere postulatũ possit. l. vniuersis. C. de preci. impera. offe. & Esa.7.c. Pete tibi signũ à domino Deo tuo, & Sap.13.c. in fi. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidẽ infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, &c.

Tria in petitione considerandâ.

Et sic in nominato tria requiruntur. Primum in principio, videlicet idoneitas, in medio cõtinuatio, perseuerãtia, vt videlicet singulis annis insinuet nomen & cognomen. 3. requiritur consummatio siue perfectio, videlicet vt vacans beneficium tempore præstituto cõferri sibi à collatore petat, vt hic, teste Bal. in simili. in c. fi. col.2. de præscri. quæ notes.

Tria in nominato requisita.

b Capacem.) Quia nominationes ligãt à tempore primæ insinuationis, vt dicitur in §. si quis vero. supra eo. ideo si vacat beneficium statim facta insinuatione, & nullus alius reperiatur antiquior nominatus, huic debebitur, vt hic, vel si sit graduatus, poterit in mensibus eisdem præstitutis gratificari, vt dicam in §. seq. & sic patet ex hoc textu, quod in primo anno insinuari debent literæ gradus, & aliæ in secundo nomen & cognomẽ sine literis. si tamen in primo anno vacauerit beneficium, poterit requiri, vt hic, etiam ante insinuationem factam de nomine & cognomine separatim sine literis, & ita profectò debet intelligi iste textus, licet multi malè intelligãt. & sic potest teneri cõclusio. ꝙ sine insinuatione beneficium nominato debetur, intellige, sine insinuatione solius nominis & cognominis, quãdo vacat beneficiũ primo anno. secus si diceretur sine insinuatione nominis facta in literis, quia nõ potest negari insinuationem nominis factam, cum literæ gradus & aliæ exhibentur, sed insinuatio nominis fit separatim, vt dico in tractatu nominationum, in q.14. licet dicant quidam per huius finem text. insinuationem posse quolibet tempore fieri, quod non est verum

Nominatus ante nominis & cognominis insinuationẽ beneficium petere poterit.

Sine insinuatione quando debeatur beneficium.

est verum inspecto isto text.ac consuetudine & vsu Franciæ. Vnde iurisc.ait, si diurnarū, aut nocturnarum horarum aquæductum habeā, nō possum alia hora ducere, quàm in qua habeā ius ducendi. l.2.ff. de aqua quotid. Sic nec nominatus, vel qualificatus, poterit alio tēpore extra quadragesimā insinuare, & hoc iure vtimur. dicit l.3. ibidem. [& sic hęc clausula in fine posita refertur ad literas etiā gradus & temporis studij, vt debeant tempore quadragesimæ insinuari. arg. l. talis scriptura. in fi. ff. de lega.1. & c.2. requiris. de appell. & ne vna res insinuatio diuerso iure censeatur. l. eū qui ædes. ff. de vsuc. scripsi abundātius in tract. nomi. q.14. nu.5. & seq. vbi alia vide.]

§. STATVIMVS. I.

Collatores & patroni possunt gratificare vnū ex graduatis, vel qualificatis, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia, sed nominato antiquiori conferre debent beneficia in mensibus in addictis vacantia, sed pluribus in eadem data concurrentibus cui hoc debeatur in text. vide.

Statuimus quoq; & ordinamus, quod collatores ordinarij & patroni ecclesiastici præfati inter graduatos, qui literas gradus cum tempore studij & attestatione nobilitatis debitè [a] insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia [b] gratificare [c] possunt illum

Collator nō potest habere pro insinuato eum qui non insinuauit.

Tres habet partes. Prima, declarat pluribus graduatis existentibus cui sint beneficia conferenda, si in mensibus illis præstitutis vacent. Secunda, statuit de nominatis, cui conferendum sit, & dicit antiquiori. Tertia, tradit quādo omnes nominati sunt eiusdē datæ, quis præferri debeat. Secunda, ibi, quod verò ad beneficia. Tertia, ibi, concurrentibus autem, &c. & est §. primus Statuimus, quia infra est alius §. sic incipiens.

a Debitè.) Id est, iure, & sic non sufficit insinuare, nisi iure insinuetur, quia illud intelligimur posse, quod possumus iure. l. nepos Proculo. ff. de verb. signif. gl. in §. emancipatos. & ibi Bauer. institu. de exhæreda. libero. Requiritur ergo vera insinuatio, nec posset collator isti insinuationi renunciare, & habere pro insinuato, tum q̀ ius publicum non potest remittere, nec formam hic cōstitutam. l. quidam. in princ. ff. de administr. tutor. tum ratione fraudis vitandæ, tum etiam quia homo priuatus fingere non potest, vt no. in l. si is qui. ff. de vsuca. & in insinuatione donationis hoc expressim tenuit Guido Papæ, sing.273. Cy. in d. l. si quis, &c. Scripsi in §. præfatique graduati. in fi. supra eo. [Nec credi debet collatori de insinuatione, nisi probetur, imò qui sub falsa insinuatione beneficium obtinuit, intrusus, & fur est, & tenetur ad restitutionē omnium fructuū, quos recepit. c. post translationem. vbi docto. de renuncia. c. dilecto. vbi Henric. Boic. de præb. & cum non sit pastor, nō tenētur oues ei obedire, teste Siluestro in sua summa. in verb. beneficium.3. nu.20. & in c. nouimus. in fi. de verb. sign. sic scribitur pro illo falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitētiam ipsum includas, pane doloris & angustiæ sustentādum, vt cōmissa defleat, & flenda vlterius nō committat, & melius est, vt in hoc sæculo agat pœnitentiā, quàm si igni perpetuo in inferno crucietur.] Patet etiam hic quæ debent insinuari per graduatos ex necessitate. Primò, literæ gradus. Secundò, literæ temporis studij. Tertiò, literæ attestatoriæ nobilitatis si fuerit nobilis. alioqui prædicta duo sufficiunt, nec de necessitate alia requiruntur cum text. non dicat. Vide tamen quæ in tractatu nomina. dixi in 14. q. princi. in 6. quæstio. & cum hic habeamus determinationem, non debemus vlterius inuestigare rationem, nec alia quærere, vt dicit Bald. in l. gallus. §. si eius. notat.2. de liber. & posthu. refert Ias. consil.102. quia in dicto. in 4. volumine.

Quæ debēt graduati insinuare.

b Vacantia.) Siue per mortem, quæ omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nupti. collation.4. vide tamen casus in quibus beneficiū non vacat per mortem. per Feli. in ca. cum accessissent. col.2. de constitutio. vtpote si sint vnita, vel quando præbēndæ non sunt distinctæ, vel de mensa, vt ibidem dicitur glo. in ca. si propter. de rescrip. in 6. in verbo, vacabunt. & in c. quia. de præbend. illo lib.

Vacare quū eo dicatur beneficium & nominato deberi.

Intellige deberi nominatis vacantia beneficia tempore statuto, etiam si vacent ob non promotionem. c. licet. de elect. in 6. vel per adeptionem episcopatus. ca. cum in cunctis. §. cum vero. de electio.

Idem si adipiscendo aliud beneficium incompatibile. ca. de multa. de præben. Et idem per contractum matrimonium. c.1. de cler coniu. vel sponsalia per verba de præsenti. gl. & doct. in c. vno. illo tit. in 6. & idem in aliis vacationibus. Ferè de quibus per doct. & maximè per Io. Francis. in tractat. de offi. & potesta. capituli sede vacante, in vltimo præludio.

Fallit tamen quando vacat per resignationem simplicem, vel permutationis causa factam, vt in §. volumus. versi. insuper. infra eo. dico in tract. nominati. q.15. nu.50. 30. modos quibus vacant beneficia, scripsi in §. monasteriis. in verbo vacantibus. de nomina. reg. supra.

c Gratificare.) Gratificauit nos Deus in dilecto filio suo. ad Ephes. i. c. & gratificare, est gratū facere. text. in c. in domo. §. sic itaque. & ibi glo. de pœnit. distin.4. & sic vult dicere tex. quòd collator potest ex pluribus graduatis vnum eligere, & eidem conferre beneficium, quod vacat in mensibus præstitutis graduatis. & sic est liberalitas & gratia in cui conferendo. glo. in c. relatum. de præben. & in c. quamuis.1. illo tit. in 6. & non mera, quia eligit vnū de certis, videlicet de graduatis. & sic quodam modo necessaria videtur, vt dico in tractatu nominationū q.14. nu.79. & ille, cui fit gratificatio, est naturaliter obligatus ei, qui eum gratificauit, secundū Panor. in c. post electionem. notab. primo. de cōces. præben. per tex. in c. cū in officiis. de testa. & in quibus casibus sit locus gratificationi, vide text. & ibi glo. in l. si. ff. de religio. & sumpti. funer. & per Alex. in l. si Titius. in fi. de verb. oblig. & Bartho. in l. si vt certo. §. quod verò senectute. cōmoda. l. si nō expedierit. §. quod si vtroq;. de bonis autho. iud possidē. ff. l. pupillus. quæ in fraudē cred. Rom. singulari.698.

Gratificare quid significet, & quis possit.

Papa & legatus gratificare possunt.

Sed an legatus posit gratificare, dixi quod sic in tract. nom. q. 17. nu. 16. dubitant quidã in Papa, cum non sit dubitandum, quia retinuit sibi maiorem potestatem, quàm concesserit c. dudum. de præbend. in 6. & quia plenariam potestatem super beneficiis (vt iure cautum est) habet, adhæc irrita decernit. §. primus. infra de firma & irreuocabili concordat. stabili. facta contra ista concordata. ergo secũdum concordata facta valent etiam per Papam. aliàs sequeretur absurdum quod minoris esset potestatis, quã ordinarius. Et tamen cũ omnibus collatoribus concurrit. c. si eo tempore, vbi Ioan. Monach. de elect. in 6. dixi in §. si quis verò. supra eod.

Plura beneficia an possint graduato conferri.

Attende, quod non posset collator plura beneficia in dictis mensibus vacantia, etiam compatibilia gratificando vni conferre, tum ne quis vendicet stipendia plurimorum. c. quia. de cler. non resid. & ne vnus graduatus ebrius sit pluralitate beneficiorum, & alius esuriat, vt dicit D. Paulus. 1. ad Cor. 11. Tum etiam quia indigentia plurium graduatorum debet subleuari, & nõ vnus ditari. c. quia in tantũ. de præb. vbi etiam aliæ assignantur rationes pluralitatis reprobatæ. [tamen contrarium seruatur in curiis supremis: nam nominato plura collata beneficia in vno & eodem episcopatu adiudicantur, dummodo sit ritè qualificatus.] Ad hæc quia concordata, vt in prooemio patet, volunt prouideri graduatis pauperibus, vt dico in tract. nominat. q. 3. & qui habet beneficium, nõ est pauper. c. postulasti. de rescr. & non est intentionis Papæ, quòd personæ pluribus redditibus abũdantes pauperes clericos super beneficiis inquietent. c. ad aures. de rescr. Item ratione fraudis vitandæ. quia ordinarius conferret plura beneficia vni in fraudem alterius graduati, qui primus promitteret restituere vnum ordinario, & sic alij pauperes graduati non haberẽt beneficia. certè his malitiis obuiandum est. c. sedes. de rescri. alioqui vnus graduatus, vel canonicus, vel collatori propitius haberet omnia beneficia in mẽsibus graduatorum. Ad quod debent aduertere curiæ supremæ: quia multæ in dies agitantur & exercentur calumniæ contra nominatos & graduatos: & vix confert ordinarius nominatis aut graduatis, nisi illicitis pactionibus præcedentibus, aut suis promittentibus aliquid dare vel facere.

Item habens literas expectatiuas à Papa ad tria beneficia, vnum tantum beneficiũ obtinere ab vno collatore poterit, ita nuncupatim scribit Cassado. in deci. 1. rub. de conces. præb. Quod est valde accommodũ huic decisioni, cum nominationes sint quasi gratiæ expectatiuæ. vt in tract. nominationũ scripsi. Ideo distributiuè accipientur, nõ collectiuè, quia Papa in dubio non videtur velle collatorem grauare in duobus c. mandatum. de rescript. Sic nec nominationes, & sic dicunt quidam in nominatis hoc obseruari, sed in graduatis non, [quibus potest collator vsque ad summam illis præstitutam conferre in his mensibus, & hoc seruatur.]

Postremò non est idoneus ad beneficiũ qui iam vnum habet. c. is cui. de præb. in 6. vbi dicit Perus. 2. no. ꝙ habens potestatem conferendi idoneis, non potest super pluralitate dispensare, & sic habẽti beneficium aliud conferre. & idoneis beneficia sunt conferenda. vt in §. præfatique ordinarij. & ibi dixi supra eod. & singula beneficia singulis sunt cõmittenda. c. cum singula. de præb. in 6. Idem in nominatis dicerem, vt antiquiori nominato duo beneficia simul vacantia conferre vnus collator non posit, vt non occupentur plura in vnum se cõmoda collaturi, nihilque reliquis relicturi. text. egregius in l. hac parte, in fi. C. de proxi. sacro. scrinio. li. 22. Nam ideo inuentum est, vt plures nominationes dentur, vel ad plures collatores, & qui plures non haberet, vel ad plures, ei esset imputandum: quia ab vno sufficit semel esse prouisum, quo ad illum. Nam sermo intelligitur de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. facit quod not. Perus. in c. quamuis. 1. col. 1. de præb. Nec refragatur quòd illa duo non excedant summam taxatam in §. volumus. infra eo. esto sanè, quia à diuersis potest vsque ad summam illam sibi facere prouideri, non ab vno. ideo facta antiquiori prouisione de vno, alter succedit cui debet de secundo prouideri: alioqui fieret fraus, vt supra dixi, & antiquior nominatus totũ deglutiret, & alij nihil haberent. [Hæc tamen vt prædixi non seruant curiæ, licet videantur iuridica.] [Limitarẽ non procedere, quãdo ex alio collatore nominatus nõ posset petere sibi prouideri, vtpote quia erat nominatus ad regularia, & alter episcopatus est redactus in secularem, tunc in alio episcopatu regulari, in quo est nominatus, debet sibi prouideri vsque ad summam in d. §. volumus. infra eod. vel si omnia ferè beneficia vnita sint, in reductione ad secularem, tũc nominatus cõpellere poterit proximũ episcopum vbi est nominatus, vt vsque ad summam ei prouideat, cum per eum non stet, ei non est imputãdum. l. in iure ciuili. ff. de regul. iur. & in hoc maximè debet inspici qualitas personæ, & in foro conscientiæ melius esset, quod in vno episcopatu vni prouideretur quàm in diuersis, quia melius posset graduatus & nominatus seruire duobus beneficiis proximis, quàm aliis remotis, & tolleretur materia vagationis prohibita in c. quia in tantum. de præb. & expediret ꝙ nõ esset aliquis nominatus, nisi in vno loco, sed antiquiori prouideretur prius, & postea aliis, vt hic statutum est, & antiquior haberet optionem, donec sibi congruè prouisum esset sine fraude.] An sola petitio afficiat, vide in l. cum quidam. in 2. ff. de lega. 2. & ibi Imol. col. vlt. vbi habetur, quòd requisitio vnius graduati afficit beneficium, ita vt ordinarius non posit non qualificato conferre. tamen nõ afficit alios qualificatos, quo minus requirere possint. arg. illius l. & ita tenet ibi Paul. vide gl. in verbo, dispofuerit. in §. si quis verò. supra eodem. *Sola petitio an afficiat.*

Nec afficit requisitio graduati quo minus collator posit gratificare habilem, per istum textum, ibi, quẽm voluerint, &c. Etiam post requisitionẽ, alioqui esset in potestate graduatorum requirendo auferre eis gratificationem, quod non potest fieri, nisi vt supra scripsi, quãdo semel habuit. Nec obstat gl. in §. quod si quis. in verbo tempore vacationis. eo. tit. in prag. vbi dicit posse nominatũ acceptare beneficium, si non habeat summam taxatam in d. §. volumus. quia hoc intelligerẽ, quando non haberet, nec

Resignans beneficium an sit capax nominationum.

nec vnquàm habuit,secus si illi fuerit semel prouisum ratione gradus, vel nominationum vsque ad summam, & is resignat postea, vt non sit amplius capax ad excludendum alios nominatos, vel graduatos,qui nil habuerunt per rationes prędictas.no. Anchar.in c.is cui.3.not.de præb.in 6. Et sic fuit cõclusum,& in mente curiæ retentum, Anno 1543.die 14.Augusti,in hoc senatu,esset tamen capax quo ad ordinarium nominatis non existentibus,quia ista in fauorem nominatorũ fuere introducta.& graduatorum vt supra non semel dixi.etiam si illa beneficia alio iure habuerat posset vti suis nominationibus.vt dixi in § seq.& si semel gratificauerunt, non possunt variare.arg.l.serui electione.ff.de leg.1.cle. vna.de renuncia.gl.not.in c.causam. de elect.quia functus est officio suo,etiam si inhabilem & minus idoneum gratificasset,intellige vt dixi in glo.dispositiones.§.si quis verò,supra eo.vide Ancha.consil. 214.Franciscus.col.1.& seq.

Arrestum.

Gratificãs vnũ nõ potest variare.

Caueant tamen collatores, ne in animarũ suarũ perniciem bonis & doctis alios ignaros etiam suos præferant,de his enim cogitare debent exactam se reddituros rationem.vt scripsi in repetitio. c.postulastis.de clerico excom.minist.& in tract.nominationum.q.21.Nempe comparatis omniũ graduatorum moribus pręferre debẽt,quem magis illis præditum inuenient.l.fi.ff.de collusio.detegẽd.nam dicit tex.in l.3 §.sed si mulier.vers.si tamen plures. de libero.hom.exhib. ꝙ is eligendus est, qui idoneior est,& optimus ex fide,& dignitate eligendũ, quod pauci faciunt,sed væh illis, qui hæc non seruãt. De clausula gratificationis apponenda in impetrationibus,dico in tract.de pacifi.poss.nu.300.limitata.12.

ex eis,quem voluerint [a]. Quo verò ad beneficia in mensibus graduatis nominatis deputatis antiquiori [b] nominato conferre,seu antiquiorem [c] nominatum, qui literas nominationis temporis studij & attestationis nobilitatis debite insinuauerit, præsentare seu nominare teneantur.

Verbum voluerint quid significet.

a Quem voluerint.) Et si hoc verbũ in prophanis importat liberã voluntatem. l.fideicõmissaria. 2.§.fi.ff.de fideicõ.libe.l.cum quidã.de leg.2.glo.in verbo videbitur.in extrauag.ad reprimendũ, quomodo in læsæ maiesta.crimi.proceda.tamen in beneficiis importat voluntatem iure regulatã. c.graue. de præb.& ibi plenè doct.c.cũ in cunctis. de elect. Etiam si diceretur,sicut voluerit,& quibus voluerit, adhuc de habilibus intelligi debet. c.sint manifeste. 12.q.1.Barba.in c.1.col.2.de succes.ab intest. Et quãdo datur ampla potestas,intelligitur dũmodo quis ex fide agat.tex.in l.creditor.§.Lucius.& Bar.ff.mãda.Bal.in c.cum in iure.nu.9.de offi.deleg.Alex.& Ias.in l.si sic.ff.de leg.1.& nota ꝙ quando subiecta materia suadet vt verbum voluerit intelligatur de voluntate rationabili,& iusta,tunc sic intelligetur. tex.& ibi gl.in c.1.in verbo, vultis.1.dist.Fel.in c.significauerunt. col.vlt.de testib. [Non poterunt tamen gratificare eũ,qui non studuit per tempus statutum.in §.præterea.supra eo.per istũ tex.ibi,ex eis, quem voluerint, & sic ex recte qualificatis gratificare debẽt,si extẽt,alioqui illis qui studuerint triennium.iuxta §.statuimus.2.infra eo.]dico in tracta. nomina.q.21.princi.vbi dico qualis debeat gratificari. videãt ibi collatores.nec posset nominatus aut graduatus appellare,ne alius gratificetur,cũ ista collatores possint iure facere,& si appellauerit graduatus,appellatione non obstãte valebit collatio alteri idoneo facta.Panor.per illum text.in c.pastoralis.1. not.de iure patro.vbi dicit præsentatũ nõ posse etiã appellare,vt alius nõ præsentetur per patronũ, quia iure hoc fit,& indultũ à iure beneficium nemini est auferendum.regula, indultum.de regulis iur.in 6.

Posset etiã collator suũ naturalẽ legitimatum,& ritè qualificatũ gratificare, per hoc verbũ voluerit. & latius dixi in §.præfatique ordinarij.glo.idoneis. supra eod.facit ꝙ si Papa faciat gratiã episcopo, ꝙ possit cõferre duo beneficia vni ex suis clericis, cui volet,nõ tamen poterit ea cõferre illegitimo, quia indulgentia est secundũ ius commune interpretanda,teste Collecta.in c.ex parte.de concess.præben. sed si sit legitimatus,sufficiet.Pet.de Vbald.in trac. de success.ab intest.in vlt.modo legitimandi.

Naturalis collatoris an possit gratificari.

Quid debeat agere nominatus, quando ordinarius confert inhabili?Resp.adhuc requirere ordinarium debet,vt sibi cõferat,qui si deneget, ad superiorem ibit,à quo collationẽ habebit.§.si quis verò supra eo.dixi in tract.nomina.q.17.vide Pan.in ca. cum autẽ.de iure patro. Et si tres gratificent qualificatũ,septẽ verò cõferãt nõ graduato,valebit collatio minoris partis,quia minor pars dicitur facere ex voluntate,cõcordatorum:ideo possunt executores concordatorum dici,secus in aliis. vt fuit prolatum arrestũ pro magistro du Four, contra Guibbaud & Cheruyn,super præbenda S.Martini, extra muros Rupellæ.facitquod no.Pan.in c.dudũ.1.not.vlt.de elect.*Vbi electio à maiori parte facta de indigno, nõ valet,sed à minori parte facta sic,& est cõfirmãda,quia eligẽtes indignum fuerũt priuati potestate eligẽdi,q̃ remãsit apud minorẽ partẽ dignũ eligẽtẽ. per c.cũ in cunctis.in fi.de elect. Itẽ vbi sunt plures executores,& vnus digno cõtulit,alij indigno, valet collatio facta dę digno.c.duob.vbi not.de rescri. in 6.sic dicemus in hoc casu, & pro hoc consului.

Cantela pro nominato,quando ordinarius inhabili cõtulit.

Arrestum.

b Antiquiori.) Antiquiorem dico nõ ætate maiorem, vt in auth.de monach.in §. ordinationem. colla.1.sed tempore.id est, qui primò fuit nominatus.c.fi.17.dist.glo.in verbo antiquiores.c.fi.de consuet.in 6.Aliquando antiquior dicitur, qui diutius administrauit,& sic ratione administrationis. text. in c.1.de paro.& ibi doct.Fusius declaro in tractat. nominationum,q.21.vbi videre licet.

Antiquior quis dicatur.

c Antiquiorem.) Habilẽ.quid si nominatus habeat beneficiũ curatũ,an simile teneatur ordinarius cõferre eidẽ?facit tex.hic ꝙ sic,& §.sequẽs, vbi potest vsque ad ducentos florenos habere.text.tamen in c.ordinarij.§.cõferendis.de offi ordina.in 6.decidit nõ teneri eidẽ nominato conferre, si antea non ostendat dispensationem sufficiẽtem. vide ibidem. & in tract.nomin.q.14.nu.43. & gl.in verb.nõ possit §.volumus.infra eo.Et per hoc patet non obesse antiquiori, licet iunior prius habuerit collationem

Nominato habenti beneficiũ, an ordinarius conferre aliud teneatur.

quàm antiquior, dummodo Papa non præuenerit. §.declarantes.de mandatis, infra.

Concurrentibus autem nominatis eiusdem [a] anni doctores [b] licentiatis, licentiatos baccalaureis, demptis baccalaureis formatis in theologia, quos fauore [c] studij theologici licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina [d] præferendos esse decernimus: baccalaureos iuris canonici, aut ciuilis, magistris [e] in artibus volumus præferri. Concurrentibus autem pluribus doctoribus in diuersis facultatibus doctorem [f] theologum doctori in [g] iure: doctorem in iure canonico, doctori in iure ciuili: doctorem in iure ciuili, doctori in

In nominatis eiusdem anni qualis sit prærogatiua.

a Eiusdem anni.) Nec refert siue fuerit quis nominatus in principio quadragesimę, siue in fine, nec maiorem habet prærogatiuam is qui in principio quam is qui in fine quo ad hoc, nisi concurrerent, vt inferius scribitur. etiam si is qui primò erat nominatus, non tamen antiquior, prius suas præsentasset nominationes, quia hic non attenditur præsentatio prior, sed antiquitas, quod secus est in mandatis, quando in data pares sunt. text. in c. duobus. de rescript. in 6. dicas tamen, vt infra versi. & si in eisdem, &c. & per Bart. in l. 1. ff. de obseq.

b Doctores.) Cuiuscũque facultatis fuerint. ideo doctor in medicina præfertur licentiato in decretis, & in iure ciuili, quãdo sunt eodẽ anno nominati. in quacũque vniuersitate sint nominati, dum tamẽ famosa, vt supra dictũ extitit. [Et sufficit quod sit doctor tẽpore vacationis beneficij, licet nõ esset tẽpore nominationũ, quia quo ad habilitatẽ inspicitur tempus vacationis. §. seq. & c. ei cui. de præb. in 6.]

De cancellario ordinis sancti Michaelis.

Nota tamẽ ꝙ nullus potest esse cãcellarius ordinis S. Michaëlis, nisi sit doctor theologus, vel decretorũ, aut saltẽ licẽtiatus in istorũ altero. Et episcopus, vel archiepiscop⁹, vt vidi in fundatione ordinis militiæ S. Michaëlis, edita p Ludouicũ regẽ sanctũ.

c Fauore.) Multa in fauorẽ studij theologici priuilegia comperta sunt, quæ tradunt iura & doct. in rub. de magistr. per totum. & ego latè scripsi inter priuilegia scholarium, quæ congessi in auth. habita, ne filius pro patre. C.

d Aut medicina.) Secus ergo si esset licẽtiatus in vtroq; iure, vel in iure ciuili & medicina, quia vult præferri baccalarium formatũ vni, ergo nõ vtrique: quia duo vincula sunt vno fortiora. c. 1. de treuga & pace. & doct. in c. clerici. de iudic. dico in d. tract. nomi. quæst. 20. princip. Nam absurdum esset, quòd baccalarius formatus præferretur licẽtiato in vtroque, vel doctori, vt concludit glos. reg. cancella. in 4. parte. nec vult hic tex. contrarium, licet fortè esset difficile obtinere in practica.

Nota pro cõditorib. contra magistros artium, an baccalaureatus sit gradus.

e Magistris in artibus.) Qui in hoc cõditores defecisse dicunt, tum quia baccalaureatus non est gradus, tum quia ipsi dicunt se habere dignitatem. per gl. in l. lege. in prin. ff. ad leg. Iuliã de vi publi. quam baccalaurei etiã in theologia nõ habent secundum eosdẽ, ideo dicunt ex affectione ista cõcordata esse facta, & acceptionẽ personarũ in euãgelio reprobatam. & ad Roma. 1. & Act. 10. ca. hic esse admissam. Quibus respõdetur, ꝙ & si in Italia baccalaureatus non est gradus, nec requiratur ad doctoratũ. glo. in regul. cãcel. Iulij 2. in 3. parte, tamẽ in Frãcia est gradus: & qui habet gradum in nobiliori facultate, est præferẽdus alteri, qui in infima facultate habet gradum, sicut sunt magistri artiũ, qui habẽt tantũ gradum primæuũ, & præparatiuũ ad alios gradus: & ideo alij gradus isti præparatiuo præferri debent, sicut dicimus, ꝙ tõsura est ordo, & apud canonũ professores, & apud theologos nõ. c. cum contingat. de æta. & quali. Syluester in summa, in verbo, ordo 1.

Item maiorẽ dignitatẽ habere dicitur graduatus, in nobiliori facultate, quàm alius nõ sic graduatus, & per cõsequens baccalaureus in medicina est maiori dignitate præditus, quã magister artiũ: tũ quia habet duo vincula, & duos gradus cõmunius, videlicet & gradum magisterij in artibus, & gradũ baccalaureus in medicina. Et si nõ haberet gradum in artibus, tamẽ quia habet scientiã artiũ, & vltra habet etiã nobiliorẽ scientiã & gradũ in ea, ideo præferri debet isti magistro artiũ. & sic conditorũ affectio fuit in bonũ, & ob id laudãda. l. nec ei. § eorũ. ibi, sanctissima affectione ducti. ff. de adop. Secus si in malũ, Io. 7. c. fugienda est turba affectuũ malorũ.

Affectio in bonũ nõ est reprobata.

Nec dicitur acceptio personarũ, quãdo circa inæqualia seruatur inæqualitas, Nam & Deus hoc facit. c. ad hoc. 89. dist. qui ordines dignitatũ secundũ merita habe. Pan. in c. de multa. col. 3. de præb. Et Thomas secũda. 2. q. 73. & Syluester in sua summa, in verbo acceptio. post angelũ de Clauas. in eodem verbo, igitur cessent magistri artiũ obloqui in cõditores, quia iustè leges huius tituli & sanctè tulerunt, vt lippis & tõsoribus patere potest, quod adagio dicitur. de quo gl. in l. quidã cũ filiũ. ff. de verb. oblig.

Doctor theologus promotus ab vniuersitate hac gaudet prærogatiua, secus si sub bulla.

f Doctorem theologũ.) Ab vniuersitate promotum, & nõ sub bulla. §. 1. & §. 2. supra eodẽ. probatur etiã in §. præfati. 2. supra eodẽ, vbi tenetur fidẽ facere de literis gradus signatis ab vniuersitate. ergo si sub bulla nil eidẽ prodessent. vide quæ dico in trac. nominationũ. q. 21. vbi dico quamobrẽ præferatur theologus alteri doctori, & de aliis sciẽtiis. vbi licet videre. Et intellige etiã theologũ legitimè promotum, & secundum statuta vniuersitatis, in qua est promotus, vt in §. monemus, infra eod. in quacunq; vniuersitate promotus fuerit, si tamen ibi esset ius promouendi, & vniuersitas esset famosa, vt supra dixi, & in vniuersitate regni vel Delphinatus.

Iuris appellatione quid veniat.

g In iure.) Cuius appellatione venit hic ius canonicum, & ciuile, vt patet infra. vbi etiam postea distinguit facit text. in c. nouit. de appella. qui hic erãt conditores iuris canonici & ciuilis, Papa videlicet, & Rex. ille ius pontificium tradit, hic in regno suo ordinationes facit, & promulgat. ideo appellatione iuris hic vtrũque ius venit. facit text. in ca. cum venissent. de eo qui mittit. in possessionem. vbi Bal. dicit quòd si rex facit mentionem de iure, intelligitur de iure regio. sequitur Fel. in c. causam. col. 11. de rescri. Aliquando tamen secundũ subiectã materiã capitur. pro iure humano, positiuo, canonico, ciuili, synodali, vel municipali. gl. in ꝓœmio cle. in verbo,

Christus repertus inter doctores iuris.

iuris.& ibi latè Barb.& c.1.vt lite pend.& inter hos fortè doctores fuit repertus Christ⁹, vt patet Luc.2.

medicina præferendos esse decernimus. Et idē in [a] licētiatis & baccalariis seruari debere volumus. Et si in eisdem facultate & gradu concurrant, ad datam [b] nominationis seu gradus recurrendum esse volumus. Et si in omnibus iis concurrant, tunc volumus quòd collator ordinarius inter eosdē cōcurrētes gratificare [c] possit.

a In licentiatis.) Videlicet vt theologus licētiatus præferatur omnibus aliis licētiatis, & eo deficiēte licentiatus in iure canonico, & eo remoto licentiatus in iure ciuili, postea venit medicus. & idem in baccalaureis intelligendū est, vt sequitur.& nota.in c.clerici.de iud.per doc.& in l.cū quid.ff.si cert.pet.

Plures doctores eiusdem facultatis si concurrāt quis preferatur.

b Ad datam.) Et sic quādo nominati eiusdē anni cōcurrunt in eadem facultate, vtpote sunt plures doctores theologiæ, tunc inspicitur data nominationū, vt si vnus fuerit nominatus in prima hebdomada quadragesimæ, alter in secunda, vt ille præferri debeat, qui est nominatus in prima. Si verò omnes fuerint nominati eodē die, attenditur prioritas gradus: vt qui primo sumpserit gradū is præferatur. Si fuerit eiusdem facultatis, vt dicit hic text. si verò duo fuerint nominati diuersarū facultatum, is præferetur, qui est graduatus in nobiliori: licet alter sit primo graduatus, & hoc probat hic text.dū dicit in eisdem facultate & gradu, &c.ergo si in diuersis, non, vt not.per Barba.in c.clerici.& ibi Decius, de iudic. Alia dico in tract.nominatio.q.21.

Nominationes eiusdem datæ dari debēt, qua petuntur. Arrestum.

In his his vniuersitatibus Franciæ omnes nominati vnius anni sunt cōmunius vnius datæ, quamuis in vniuersitatibus aliis patriæ iuris scripti contrarium seruetur. Et hoc anno 1536.in mense Martio, ante Pascha, fuit prolatum arrestum in senatu, ꝙ nominationes concederentur illius diei, & datæ, in qua petūtur, & nō vnius datæ, sicut erat cōsuetū, vt dies apponeretur in omnibus nominationibus eadem videlicet de prima hebdomada quadragesimæ, qui abusus fuit reformatus in hac vniuersitate doctoribus facultatis decretorum prosequentibus.

Gratificare an cogatur collator.

c Gratificare.) Et debent gratificare legentē non legenti, vt no.in l.1.& seq.C.vt dignit.ord.serue. lib.12. Et secundū illa quæ scripsi in dicto tract.nominationum. q.21. vbi fusius videre licet. Alioqui hic alia multa scriberem. Nota tamen ꝙ si collator nollet gratificare, posset compelli, vel superior gratificaret. Io.Monach.in c.pen.de rescrip.in 6.vbi dicit in illo textu canonicos compellendos ad gratificandum iudice imminente. per ca.nullus.de iure patro.facit l.huiusmodi.§.fi.ff.de leg.1.& potest ordinarius gratificare etiā nominatum iuniorem, vel graduatum, quando parrochialis ecclesia vacat in mensibus ordinariorum, dummodo gratificet graduatum idoneum, & ritè qualificatum, vt dico infra eod.§.Statuimus.2.in glo.præmisso modo.

Tamen nō potest gratificare eum, cui absque ad summam semel prouisum est, vt est declaratum in prag.sanct.in §.Itē quod ad dictas, in vers.ita tamē. eo.tit.vt etiam scripsi in graduatis, in gl.gratificare. supra eo. Ob id postquam est in his nominatis declaratum, ergo & in graduatis seruari debet, quia contrarium non est expressum, imò est cōtra ius, vt satis supérque probaui ibidem. Alioqui maior esset deformitas in regno quàm olim, quia literarū studiosi sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperent literarum studium abiicere, aut certè deponere cogerentur, quod in proœmio concordatorum dānatur, nam vnus graduatus collatoris cōsanguineus omnia sacerdotia deglutiret, vt prædixi.

§. VOLVMVS.

Quatuor partes habet. Prima, præcipit nominatis in literis nominationum beneficia per eos possessa exprimere, alioqui literas nominationum annullat. Secunda, tradit quando nominatus in vim nominationum non potest petere beneficiū, vtpote quando habet duas præbendas in ecclesia metropolitana, vel cathedrali, vel alia beneficia seu beneficiū vsque ad valorem ducentorum florenorum auri, de camera: in tertia, statuit nominatis prouideri secundum personæ condecentiam, videlicet nominatis secularibus, de secularibus beneficiis, nominatis religiosis de beneficiis regularibus, nec suffragatur dispensatio apostolica in contrarium. Quarta pars, statuit beneficia vacantia causa resignationis simplicis, vel causa permutationis non esse affecta nominatis, etiam si vacent in mensibus eisdem deputatis. Secunda, ibi. si quis verò. Tertia, ibi. & insuper. Quarta, ibi, quódque beneficia.

VOlumus [a] autem quod nominati [b] literas nominationis ab vniuersita-

Per verbū volumus fieri potest constitutio.

a VOlumus.) Et sic per verbum volumus vel nolumus, fit cōstitutio.l.voluit.ff.de interrog.act.l.nolumus.C.de testa.cle.vna.de offi.vicar. cle.fi.de elect.c.si motu.de præb.in 6.Pan. in c.personas.per illum tex.de testi. Ac per verbū placet.l.1. ff.de manu.testa.l.placuit.C.de iudic.ca.1.illo titu. quia quod principi placuit, legis habet vigorem.§. sed & quod princ.instit.de iure natur.l.1.ff.de constit.princ.declaraui inferius in rub.de regia faculta. in verb.quod principi, & quando profertur ab illo qui potest præcipere, inducit præceptum. Cardin.in cle.1.§.volumus.de foro compe.& voluntas est declaratio mentis ad aliquid amplectendum, vel respuendum. Bal.in consi.17.in fi.in 3.vol.

Voluntas principis præceptum est.

Ego vero dicerē, ꝙ aliquādo voluntas non declaratur. Ideo definitio nō est bona, per legem si repetendi. C.de condi.ob caus.dato. ideo definirem sic, ꝙ est declaratio, vel cogitatio mentis, &c.l.cogitationis.ff.de pœn.l.Labeo.de suppel.leg. vbi multa cōgessi. vnde dicit gl.in l.1.in verb.sed ego.ff.quod iussu.quod rogationes dominorum & principum sunt præcepta. Archid.in c.quod præcipitur.14.q.1. Alex.consi.124. in fi.vol.1.& consi.16.nu.3.in 3.col.

Imò blāditiæ potentū inducunt iustum metū.gl. sing.in l.vna.C.si rector prouin.quā sing.not. Barb. in cle.1.col.4.de testi.& cōs.60.col.6.in 1.vol.& cōs. 30.col.3.in 3.vol.Ias.in l.de pupillo.§.si qs.in 5.q.Bar. ff.de noui oper.nūc.ideo dicit Lucas de pēna in l.litibus.col.3.C.de agricol.& cēs.lib.10.quòd rex sola frōte aut verbo inducit iustū metū, per tex.in c.cōuenior.post princ.23.q.8.quia indignatio regis nuncius est mortis, & vir sapiēs placabit eū.Prou.16.Intellige tamē pdicta secundū ea q̄ tradunt Pan.Imo. & alij in c.cū inter R.de elect.Feli.in c.1.de offi.deleg.Steph.Maleret.in trac.de elec.fo.6. col.3.& seq.

Rex fronte aut verbo inducit iustum metū.

b Nominati.) Ergo graduati nō debēt exprimere

in literis gradus beneficia per eos possessa, quia hic tantum grauat nominatos, ergo alios nō. arg. l. cum prętor. ff. de iud. c. qualis. 25. dist. probatur etiā infra. ibi, in nominationū literis. ergo nō in literis gradus vel tēporis studij, quia ad textū nil addendū est, qui non hoc requirit, alia dico in tract. nominatio. q. 9.

tibus in quibus [a] studuerint obtinentes in nominationū [b] literis beneficia [c] per [d] eos possessa [e], & eorū verum [f] valorem

a In quibus studuerint.) Si in pluribus vniuersitatibus nominatus studuerit, in illa quā eliget, potest nominari, cū hic dicatur, in quibus studuerint. & ita seruatur, arg. l. fi. C. vbi in rem acti. exer. deb. auth. habita. & ibi dixi in priuile. scholariū. ne filius pro patre. Et debet studuisse in illa vniuersitate, in qua vult nominari. per istum tex. qui in hoc nō seruatur. [Et sic potest nominari in vna vniuersitate, & in altera gradū sumere, cū hic gradus nō requiratur, sed studiū tantum, sed vniuersitates nō solent graduatis in alia vniuersitate nominationes concedere, quod si facerent valerent per hunc text. qui non prohibet, dummodo esset adoptatus, & aggregatus in illa vniuersitate, vt fieri nunc solet.]

An sufficiat exprimere beneficia in literis gradus.

b In nominationum.) Et sic, vt proximè dixi, nō requiritur in graduato, nec sufficeret exprimere in literis gradus, vel temporis studij, sed oportet ꝙ in literis nominationū hoc exprimatur, vt hic dicitur. & si velis videre quæ in nominationib. sunt exprimēda, vide in tract. meo nominat. q. 9. vbi fusiꝰ dixi.

c Beneficia.) Cōprehendit dignitates, personatus, & quæcūque alia beneficia. gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. & quādoque beneficij appellatione venit episcopatus. c. veritatis. de dolo. Sed ibi fuit expressum etiam officium dico in d. tract. nomina. q. 9. & intellige in beneficiis perpetuis. secus si esset eidē datū ad tempus, quia illud nō tenetur exprimere, sicut de dignitate dicit Panor. in c. de multa. col. pen. de præb. vbi dicit per adeptionē dignitatis nō perpetuè nō vacare primā perpetuam. vide ibi. Sicut qui habet beneficiū nō perpetuū, vtpote locū collegialē, nō poterit sumere ordines ab illo episcopo, in cuius diœcesi habet collegiū ad tēpus. secus si haberet capellaniā, vicariā, vel aliud beneficiū perpetuū. c. cū nullus. & ibi Guillel. de Monte laud. de temporib. ordi. in 6.

Etiam si esset modici valoris, vt in vicariis S. Petri puellarū apud Bituriges videre est. [& hoc probatur in c. de appellationibus extra de appella. vbi etiam grauatus in minimo appellat, vide multa quæ scribit Corset. in suo tract. de minimis.]

Posidēs beneficiū per aliū an teneatur illud exprimere.

d Per eos.) Idē si per alios, nomine tamen eorū, quia qui per alium facit. perinde est ac si faceret. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma & is possidet cuius nomine possidetur. l. quod meo. ff. de acquir. posses. ideo si locasset fructus alicui etiam laico, quod potest. c. vestra. de rer. permut. habere locum hic text. vt teneretur illud beneficium in nominationum literis exprimere. Idem si episcopus haberet fructus primi anni. per c. si propter. de rescript. in sexto. dico in verbo, beneficium. infra eodem.

e Possessa.) Quæ possessio probatur eo ipso, quod probatur nominatum detinere beneficiū, vel detinuisse tempore impetratæ nominationis, quia ea quæ aliquis detinet, vel detinuit, præsumitur possidere, nisi contrarium probetur. glo. vlt. in c. pontifices. 7. q. 1. not. in c. ad decimas. de restit. spol. Domi. in c. fi. col. 1. vt lite penden. in 6. Bald. consi. 357. No. pro duce. col. 2. in 5. volu.

Possessio quomodo probetur.

Ille etiam possidere dicitur, qui omnia beneficij bona, vel maiorē partē obtinet. c. 1. de restit. spol. in 6. Expressim. Io. de Imo. in cle. 1. col. 2. vt lite pend. etiā dicit illum possidere, qui habet liberum curæ exercitiū. c. cōmissa. de elect. in 6. c. si tibi. 2. de præb. in 6. & in dubio quādo fit mētio de possidente vel possessore, intelligitur de possessione iuris, nō facti, id est, de possessione naturali vel ciuili. l. stipulatio. §. hæc quoq;. ff. de verb. obli. nō de nuda detētione, nisi ratio subiectæ materiæ aliud inducat. Bal. in l. 1. C. cōm. de vsuc. & cōs. 10. in quęst. col. 3. vol. 5. Fel. in c. causam. col. 6. de pręscr. nu. 11. Idē si possideat tantum vnū, quia etiā illud tenetur nominatus exprimere, vt dico in tracta. nom. q. 9. vbi trado multas quæstiones super hoc, quas ibi licet videre.

Posidēs nomine alieno exprimere nō tenetur.

Et an appellatione possessionis veniat quasi possessio, vide Ias. & alios. in l. 3. ff. de acq. poss. in princ. Intellige si possideat nomine proprio, secus si alieno, quia statutum loquens de possessore, intelligitur quando nomine proprio possideret. Aret. in rub. ff. de acq. posses. refert Fran. Curtius consil. 108. facit l. sciendū. ff. qui satisd. cog. & sic est bona limitatio ad hunc textum. per quē posset sustineri conclusio, ꝙ nominatus beneficia possessa non tenetur exprimere, intelligendo, vt supra, scilicet alieno nomine.

Dimissionē nominatus probare tenetur.

Tenebitur ergo nominatus probare dimissionē, si pars probet eū possedisse, & debet probare se resignasse beneficium ante nominationes, alias succumbit, sicut dicimus de eo, cōtra quē probaui obtinuisse duo beneficia, nam præsumitur quod adhuc obtineat, nisi probet, quod resignauerit. arg. l. siue possidetis. C. de probat. doct. in c. ordinarij. §. in cōferendis. de offi. ordi. in 6. [Vel sufficit quod probet euictū fuisse beneficium etiam per sententiam possessoriam recredentiæ, à qua nō tenetur appellare. l. propter. in fi. ff. de sena. silla. sicut nec emptor, qui succubuit. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. Cepol. in decis. Neap. q. 106. etiā si malè iudicatū fuerit. vt ibi doct. dicunt. vide Ægid. bella mera. conclus. 755. si rector tamē nō sufficit resignatio, si resignās adhuc percipiat fructus, ob id oportet probare dimissionē, & fructuum perceptionē, alioqui si probaretur nominatum recepisse fructus post dimissionē, nominationes nullæ essent, quia hic ponderantur fructus, & nō censetur dimisisse cū effectu, qui fructus recipit. c. relatum. de cle. nō resi. l. j. ff. quod quisque iur. [glo. no. in extra. execrabilis Ioā. 22. §. statuimus. in vers. verbaliter. vbi docet quomodo dimissio fieri debeat.] & sic facit cōtra eos, qui habēt multos rape, & custodi nos vocatos, vt in cōscientia teneantur, & ipsi, & custodes, qui vtinam ipsi intelligerent, & nouissima præuiderent, & hoc non facerent.]

Appellare an teneatur nominatus.

f Verū valorē.) In pecunia vsuali. not. in cle. vlt. de deci. & non sufficit exprimere valorē cōsuetum regni, videlicet quod non excedit summam 24. ducatorum

ducatorũ auri de camera, secundũ communẽ æstimationẽ, &c. per hoc verbũ verum, & etiam quia in nominationibus cessat ratio cõsuetudinis nõ exprimendi verũ valorem, quia in nominationibus ob verã expressionẽ non soluitur annata, nec pecuniæ ex regno extrahuntur, vt dico in tract. nomina. q. 6.

Nominationes concessæ habẽti beneficia ducentorũ aureorum nõ sunt nullæ.

Notandũ est ꝙ si quis verũ valorem expresserit, licet tũc haberet vltra ducẽtos florenos auri de camera, non tamẽ sunt nullæ nominationes, quia hic nõ annullantur, si concedantur ab vniuersitate. Sed per hũc tex. si tẽpore vacationis alterius beneficij illud velit acceptare, non poterit: vt hic: & sic esset vtile nominato tunc resignare beneficiũ, antequam aliud requireret. gl. prag. sanctio. eodẽ verb. ꝙ si quis ex dictis. non debẽt tamen vniuersitates habẽtibus summam, hic taxatã, nominationes cõcedere. Nec obstat ꝙ spiritualia æstimationem non recipiant. c. ad quæstiones. de simo. quia ipsum beneficiũ prout sonat in ius, & in titulum non æstimatur pecunia: sed temporalia, quæ ex beneficio percipiuntur sic. nam beneficij prouentus locari possunt. c. vestra. de locat. & 1. & 2. ne prælati vices suas. Sic tenet expressè Anch. in cle. vna. 4. oppo. de conces. præb.

exprimere teneantur, alioqui literę nominationis huiusmodi eo ipso nullæ sint, & esse censeantur. Si quis verò ex dictis [a] qualificatis, graduatis simplicibus aut nominatis tempore [b] vacationis beneficij in mensibus eis deputatis vacantis

Theologo vltra summã non potest prouideri.

a Ex dictis qualificatis.) etiam si esset theologus, qui haberet beneficia vsq; ad valorem ducentorum florenorũ auri de camera, quia etiam ipse nõ posset in vim gradus, vel nominationum aliud beneficiũ habere, tum quod iste text. loquatur de qualificatis & graduatis, quæ duo in theologo concurrere debent, antequã sit præbendæ etiã theologalis capax, vt dictum extitit in §. 1. suprà eo. Tum etiam quia theologus Christi imitator esse debeat, vt victu & tegumento contentus esse teneatur: iuxta diui Pauli sententiam. Et non cumulare agrũ agro, ad hæc, quod hæc lex generalis est, & omnes ligat, nisi inueniantur in hoc priuilegiati, sed non inuenio theologos ad hoc priuilegium habere, ergo hic cõprehendentur, etiam vltra habendo desit bonum & æquũ esse. l. qui seruum. ff. de actio. & obli. ergo hi contẽti ista penuria esse debent, sicut alij, nec præbendam theologalem habebunt, si priora beneficia non resignarent, nisi beneficium esset modici valoris, tũc si non esset curatũ, posset fortè retineri cũ præbẽda, vt dixi in §. 1. suprà eo. nec possunt duobus dñis seruire vt est in euangelio scriptũ, sic nec duob. beneficiis.

Tẽpus vacationis inspicitur.

a Tẽpore vacationis.) Et sic non inspicitur tẽpus datæ, sed vacationis, contra. c. si eo tẽpore. de rescr. in 6. Resp. inspici tempus datæ quo ad expressionẽ. Sed an habeat summam hic taxatam, inspicitur tẽpus vacationis, & sic intelligitur text. hic. Sicut si prohibeatur extero emere immobilia in tali loco sufficit, quod sit ciuis tẽpore traditionis, licet non esset tempore contractus. Fel. in c. cum adeo. col. 2. de rescr. Vltra dico inspici debere tempus datæ regulariter. c. eam te. & c. constitutus. de rescrip. Nec refragatur c. ei cui. de præb. lib. 6. quia ibi agitur secundum doct. de habilitate impetrantis.

Nouus intellectus c. ei cui. de præb. in 6.

Ego verò dico illum tex. non obstare, quia etiam ibi attenditur tẽpus datæ. nam potest prouideri de prębenda sacerdotali, si non fuerit id tẽporis in ętate legitima. nec debet capi ibi argumentũ à contrario, quod non sumitur, quando tendit ad correctionem iurium. gl. sing. in verbo, petere. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de electio. in 6. Ias. & alij in l. 1. de offic. eius, &c. sed ibidem dicitur in tex. ꝙ aliam expectare debet, videlicet cuius erat capax tempore impetrationis. & sic tempus impetrationis inspicitur. Vide an posit hic nouus intellectus conuenire ad ea, quę dicit Feli. in d. c. eam te. vbi tradit limitationes. vide Imo. in cle. si. de rescr. & quæ dico in forma mandati. infrà in gl. datum.

Qu[illegible] requir[illegible] literas in nominatio.

Et sic intelligerẽ sufficere tẽpore vacationis esse habilem, vt docet Bal. in d. c. cum adeo. nu. 7. quãdo nominationes non erant omnino nullæ, quia tunc quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. ff. de reg. iur. l. quod in initio. & regula nõ firmatur. illo tit. in 6. ideo si nõ tõsuratus, vel regularis impetrauerit nominationes ad secularia, vel aliàs inhabilis (de quibus in 4. limit. dixi in tract. de pacifi. poss.) licet postea efficiatur habilis, tamen nominationes non conualescunt, quia erant nullæ, sed si nominationes nõ erãt nullæ, vtpote, q̃a impetrãs tũc tẽporis cũ impetrauit, nõ erat canonicus ad effectum obtinẽdi dignitatẽ, vel non erat dispensatus ad duo curata, & habebat vnũ tẽpore impetrationis, vel nõ erat trãslatus. si tẽpore vacationis inueniatur habilis, & dispẽsatus, sufficeret. ꝓbatur in c. quod sicut. de electio. vbi electio, quæ erat facta nõ vocato vno ex canonicis, & sic poterat annulari, si postea canonicus cõtemptus cõsentiat valebit. gl. in d. regula non firmatur. facit l. per fundũ. ibi, nouissima demum cessione superiores omnes confirmabuntur. ff. de serui. rust. prædio. & ibi Paulus & Floria. & Inno. in c. cum consuetudinis. de cõsuet. Dec. in d. l. quod in initio. & consil. 214. in causa. col. 1. & plenè Angel. in dispu. incip. vsurarius manifestus, non enim inspicitur tẽpus quo actus geritur. sed tẽpus quo effectus consumitur. §. furiosus, & ibi Ang. & Imol. insti. qui test. tuto. dari poss.

Arrestum.

Et ita fuit iudicatũ, & in mẽte curiæ retentũ, ann. 1517. die 19. Febuarij, inter F. Vincentiũ de la roche, & Ægidiũ quesuyn. [Vbi etiã fuit approbata translatio facta tempore vacationis, licet non esset facta tẽpore nominationis, quamuis illud iudicatũ dicat D. Probus, in § illi. de collat. in prag. non videri posse sustineri de iure. per tex. in c. beneficium. de regula. in 6. vbi beneficiũ vacat per professionẽ, ergo & nominationes quæ solum præbent ius ad rẽ, quod facilius perditur. adde tex. in cle. gratię. de rescr. sed quod ad me attinet ego iustissimũ & sanctissimũ existimo illud senatus placitũ, & vt breui hanc cõprehendam materiam, facio sequentes casus.]

Nominationes an per professionẽ extinguantur.

Primus est nominationes clerici secularis cõcessæ ad secularia beneficia extinguuntur per professionẽ, & sic intelligitur opinio Probi, quia non est post professionem habilis ad secularia, ideo suæ gratiæ

renunciare videtur profitendo. d. cle. gratiæ. de rescript. c. si eo tempore. illo tit. in 6. & d. c. beneficiũ.]

Secundus casus nominationes clerici secularis ad beneficia quæcũque, non extinguuntur per professionem illius, per tex. in c. ei cui. de præb. in 6. secundum nouum intellectũ, quia intelligi debent de beneficiis, ad quæ habilis erit tempore vacationis, vt hic & superius dixi, nam hoc casu secularis non perderet beneficiũ regulare, si illud haberet, & profiteretur in monasterio, in quo beneficia habere possunt. doct. in d. c. beneficium. sic nec amittet nominationes, quod probatur, nã religiosi non mendicãtes possunt nominari, & illis beneficia conferri in vim nominationũ, vt hic patet, ergo illa non amittuntur per ingressum religionis, nã difficilius quis perdit, quã consequatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. c. quemadmodũ. de iureiu. vide quæ scripsi in tract. nomi. in q. vlt. in fi. facit l. 3. §. liberi. ff. de bon. possess. contra tab. ibi, hæc autẽ verba institui non possunt, ad mortis tempora referuntur.

[Tertius casus nominationes clerici secularis cõcessæ ad regularia beneficia, vel regularis ad secularia, non valent. c. si eo tempore. de rescr. in 6. c. cum de beneficio. de præb. ibidem, quia illi ad ea beneficia sunt inhabiles. c. 2. de statu monac. Ideo si postea ille secularis efficiatur regularis, nominationes non reconualescent hoc casu: quia semel fuerunt nullæ. l. qui res. §. aream. ff. de solu. & hoc plenè probaui, & per ista conciliãtur opiniones contrariæ, quod est notandũ, etiam si dispensatus secularis ad regularia nominationes impetrarent, essent nullæ per hunc tex. circa fi. Idem in mandatariis, dixi in §. declarantes. in verb. comprehensa. de manda. apostol. infra.]

Et quid si tempore impetrationis nominationũ beneficium possessum non valebat ducẽtos aureos, si postea plus, minúsve valuerit, vide Barb. in c. ad aures. nu. 42. & c. in nostra. nu. 133. de rescrip. Soc. consi. 81. non est dubium. in 3. vol. & quæ dico in d. tract. nomina. q. 9. & quando quis debeat esse habilis, tradit Fel. in c. cum dilectus. de accus. & in c. post cessionem. col. 2. de prob.

Graduatus habens beneficium nõ potest aliud incõpatibile habere.

Et per istum tex. patet nominatum & graduatũ debere saltem tẽpore vacationis beneficij esse habilem, aliàs beneficium obtinere non potest. Et ideo si is habebat beneficium curatum, vel aliud incompatibile, cum sit inhabilis ad aliud incompatibile, non poterit simile requirere, vel acceptare sine dispensatione. Nec potest post vacationem obtineri dispensatio quo ad istud beneficium, sed debetur iuniori nominato, qui aliud non habebat beneficium. vt dixi in gl. non possit. infra eodem. tum quia is, qui habet vnum beneficium, non est idoneus ad aliud incompatibile. c. is cui. de præb. in 6. tum quia nominationes similes sunt gratiæ in forma pauperum, quæ expirant per adeptionẽ beneficij. c. si pauper. de præb. in 6. Saltem vt non possit de incompatibili prouideri ei, qui aliud habet, nec duo specialia videtur velle inducere iste tex. videlicet, vt eis prouideatur per nominationes, & de duobus sine dispensatione. arg. l. 1. C. de dotis promiss. facit §. teneantur. supra eo. ibi, & eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint, beneficiũ in vim gradus, aut nominationis petere non possint. Ergo si nominatus insinuauerit, potest petere beneficiũ in vim nominationis, non beneficia. & in vers. seq. idẽ dicitur semper in singulari, ad denotãdum, quòd nõ potest plura acceptare incompatibilia, quia hęc pluralitas est maximè odiosa. c. quia in tãtum. de præb. Itẽ prius debet satisfieri illis, quibus non est prouisum, quàm aliis, quibus est prouisum de incompatibili. §. ita tamen. de colla. in pragm. maximè si sequamur rationes cõcordatorũ, quamobrẽ nominationes inuentæ sunt, quas scripsi in tract. nomi. q. 3.

Nec refragatur quòd per adeptionẽ pacificã secundi vacabit primum. c. de multa. de præb. extra. execrabilis. Io. 22. eo. tit. Resp. hoc esse verum, quãdo episcopus ille contulisset, nam tunc dicerem collationem non esse nullam, sed episcopus non tenetur ei conferre, qui est inhabilis, nec superior iure deuoluto. per §. si quis verò. suprà eo. quod probat. c. ordinarij. de offi. ordi. in 6.

Nec me mouet, quòd nominatus possit protestari se dimissurum primũ post adeptionem secundi. Resp. non sufficere protestationem, quæ non facit eum habilem ad secũdum, nisi de facto primum dimittat, quia nõ sufficiunt verba, quando est opus facto: vt in hoc casu. gl. in cle. gratiæ. in verb. renũciare. de rescr. Nec obest ꝗ si nominatus dimittat illud, quod habet, fortè non cõsequetur secundũ pinguius, & carebit etiã primo. Resp. Imò non carebit primo, quia si dimiserit primum sub protestatione, quod dimittit illud, si secundũ obtinere possit, non aliter, nec aliàs, tũc si non posit obtinere secundũ, reuertetur ad primum suum dimissum. per c. si beneficia. de præb. in 6. Nec est opus ꝗ nominatus resignet suum primũ beneficium, sed ꝗ dimittat, vt ibi dicitur. Alioqui fortè haberet locum l. quæritur. §. si vẽditor. ff. de ædili. edict. & c. quã periculosum. 7. q. 1. & hoc beneficium dimissum cõferetur iuniori nominato, & sic nulli fiet præiudicium, quod fieret, si aliter diceretur, & non prouideretur graduatis singulis, vt est de mente concordatorum, sed si qualificatus velit obtinere secundum compatibile cum primo, tũc episcopus teneretur ei, vel collator ordinarius prouidere vsque ad summam hic taxatam, vel superior iure deuoluto, sed de altero incompatibili non sine dispensatione, quod est æquum & rationabile, & sic tenendum licet contrarium seruetur.

duas obtineat [a] prębendas

a Obtineat.) Quocũque modo, siue ea obtineat ratione nominationũ, gradus, mãdati, permutationis, vel per resignationem, seu alio modo, cum hic tex. loquatur simpliciter. & quia eadẽ ratio habet locũ quomodocunq; obtineat beneficia vsque ad summã ducentorũ florenorũ, quia non est pauper, & nominationes inuentæ sunt, vt pauperibus ꝓuideatur, vt dixi in tract. nom. q. 3. etiã si haberet beneficia ex pręsentatione patroni laici eadẽ ratione, licet laicus nõ posit grauari nominationibus, vt habet in §. præfatiq; ordinarij. supra eo. Sed hic excluditur rẽpletus ducentis florenis auri de camera.

Resignans

Quæro si quis habebat nominationes, & per resignationem

beneficia quādo suis vti possit nominationibus.

signationem, vel alio iure acquisiuit beneficia vsq; ad hanc summam, quæ tamen beneficia resignauit, an suis vti possit nominationibus? Respon. secundum ea quæ proponerentur posse, tum quia pauper est, tum etiam quia nemini facit iniuriam, qui suo iure vtitur. l. fluminū. ff. de damno infect. & nullus dolo videtur facere, qui suo iure vtitur. regula nullus. ff. de reg. iur. licet enim sacerdoti patrimoniū suum relinquere suis consanguineis, & illis donare, & viuere de redditibus ecclesiæ. c. postulasti. vbi doct. de rescriptis. & in cap. cum secundum. de præb. sic liberum est ei, qui habuit beneficia in vim forte mandati, aut aliàs quàm per nominationes, & gradus, ea resignare, & vti suis postea nominationibus. Quia hic tex. excludit eos, qui obtinent, ergo alios non. arg. l. cum prætor. ff. de iudic. c. nónne. de præsumptio. alioqui studium suum esset ei nocumento, si non posset suis vti nominationibus, & omnibus, nominatis non repletis debet prouideri. iuxta §. statuimus. supra eodem. Nec est eadem ratio quando habuit aliàs quàm per gradum, aut nominationē, quia non nocuit tunc qualificatis: sed si habuerit semel in vim gradus, aut nominationis, nocet aliis nominatis, quando ea resignat, & vult vt interim sibi prouideatur, nocet enim alteri qualificato post se venienti, etiam posset fieri fraus, quando aliquis obtinet in vim nominationum, vel gradus, beneficia, & ea resignare posset, quia collatoris nepos, vel productor illius omnia beneficia sic haberet, & postea ea resignaret, ideo malitiis est obuiandum. c. sedes. de rescript. quæ fraus cessat quando alio iure habuit, quanuis D. Philippus Probus teneat contrarium in §. Item quod vniuersitates. in verb. numerum. de colla. in prag.

Obtinere quādo quis dicatur.

Item quæro quādo quis obtinere dicatur? Resp. per requisitionem, collationem, & acceptationem factam. Archi. in c. si gratiose. de rescrip. in 6. dixi. in gl. obtinet, in forma manda. & sic per hoc verbum obtineat, requiritur q nominatus vere habeat, & cum effectu. l. nomen. §. fi. & l. habere. ff. de verb. sig. scripsi in gl. habentem. §. 1. de manda. infra: vel per eum stet, quominus habeat. c. commissa. de elect. in 6. l. quod te. ff. si cer. peta. nam qui potest redimere rem, & hoc non facit, non caret culpa. l. 3. ff. depos. si igitur potest primum habere, non debet ei adiudicari secundum.

Stare autem dicitur per nominatum & graduatum, quando post collationem sibi factam, & requisitam, illud non prosequitur, nam vix est vt non videatur renunciare; qui patitur vsucapi, & non petit intra annum in possessorio, vel intra triennium in petitorio. l. alienationis. ff. de verb. signi.

Stare quādo dicatur per nominatū quominus habeat.

Item stare videtur per nominatum, quominus habeat, si vel expresse renunciauerit, quia tunc censetur per alium obtinere, & paria sunt obtinere sibi, vel alij. l. 1. §. videor. ff. de vi & vi arma. & peruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit. l. peruenisse. ff. de verb. sign. & l. 2. §. peruenisse. de hæred. vel actio. vend.

Idem si tacitè renunciauerit, vel non prosequendo, vt dixi, vel si cōposuerit, & compromiserit cum parte, & receperit forte pensionem viginti aureorū ex beneficio ducentorum aureorum, nam respiciemus valorem beneficij, non vero pensionem, quam habet, per l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euictio. & sic erit suis exclusus nominationibus is, qui ita pēsionem receperit, si beneficium tanti erat, quod ad exclusionem erat sufficiens.

Quæ cōputentur nominato & graduato.

Itē beneficia pacificè possessa nominato cōputātur, nō vero litigiosa, quia ea non obtinet, quod hic requirit tex. ideo poterit requirere & acceptare nominatus multa beneficia, donec ei fuerit pacificè prouisum vsq; ad ducētos florenos auri de camera, per hūc §. volumus. scripsi in quæst. vlt tract. nomi.

Requisitio nominati an cōputetur ad repletionem

Item non cōputatur beneficiū, quod nominatus requisiuit sibi cōferri, sed tamen nullam collationē habuit quia eo casu non obtinet, nec obtinere potest sine collatione, & post requisitionē fortè vidit beneficium resignatū, ob id noluit collationē obtinere, vnde qui nō habet actionem, non videtur habere rem, sed cōtra. l. qui actionē. ff. de reg. iur. & qui collationē non habet, nō habet actionē, ergo peruenisse ad eū nō videtur, nec per eū stare. l. 2. §. peruenisse. ff. de hær. vel actio. vēdi. nec dicitur quis obtinere ante collationē, nec petitio ei debet imputari, ac si collationem obtinuisset. & quia hic §. dicit si quis obtineat fructus, vel reditus, quos iste qui requisiuit, vel eius procurator, non obtinet, ergo, &c.

Victus non excluditur.

Item non cōputatur, si victus fuerit per primam sententiā etiā in possessorio, quia non obtinet, nec per se stat quominus obtineat. nec ab illa sententia appellare tenetur. l. propter. §. fi. ff. ad Silla. & si appellauerit, & nō prosecutus fuerit appellationē, non potest ei obiici ad repletionē, postquā semel victus fuit, quod est verū, si victus fuerit post exhibitionē titulorū & prosecutionē, secus si per collusionē. l. 1. ff. de collu. deteg. Et colludere dicitur nominatus, qui non producit literas tonsuræ, vel alias, seu alio modo de industria vincitur, & ex suo cōsensu, & illud beneficiū ei computatur, ac si obtinuisset, quia per eū stetit quominus haberet: ideo nūc videri debent acta, & sentētia, quæ si referat literas, & quas, quo ad hoc probabit. Bart. & alij in auth. si quis in aliquo. in fi. C. de eden. vbi plenè doct. non tenetur tamen sententiā expectare, si notoriū esset beneficiū sibi non deberi, quia debet bonam fidem agnoscere. l. quotiens. §. denique. ff. de administr. tut. sic docet Oldr. cons. 304. infrascriptæ. nu. 8. col. 3. licet tutius sit expectare sententiam. gl. in §. item quod ad dictas. in verb. nominatorū. de coll. in prag. facit gl. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & hoc consulo, ne postea obiiciatur ipsi illius beneficij acceptatio, & collatio, & sic repletio.

Requisitio & collatio nominati probari debet.

Idem dicerem, si collator contulerit beneficium nominato non requirenti, nec acceptanti, quia ante acceptationē non dicitur suum. c. si tibi absenti. de præb. in 6. Ideo nominatus simulatque scit sibi esse collatū, si ei obiiciatur, potest se tueri, quod non acceptauit, nec acceptat, sed si illud resignauerit, eidem computabitur, vel si dederit procuratoriū ad acceptandū, & procurator eius acceptauerit, quia idē est per se, vel per alium acceptare. per d. reg. iur. qui p aliū. alioqui si beneficiū mihi absenti collatū computaretur, ordinarij secretas eis facerent collationes, &

tiones, & postea eos excluderent, ob id cautelis his obuiandum est.c.sedes.de rescr. & ideo probari debet requisitio nominati,& collatio illi facta,ac eius acceptatio ad exclusionem alias non diceretur repletus,& dicitur acceptasse etiam si suo nomine beneficiũ fuerit possessum,& si per se,vel alium, fructus receperit,quia verisimile non videtur,vt eo inuito talia fierent, & ob hoc non caret vitio societatis occultæ, eo quòd si voluisset potuisset prohibere.c.constitutis.de testib.]

in cathedralibus [a] aut metropolitanis aut collegiatis [b],seu dignitatẽ vel præbẽdã vel aliud,seu alia,beneficium [c], seu beneficia,

a In cathedralibus.)Idem si obtineret vnam præbendam in cathedrali, & alteram in metropolitana ecclesia:vel vnam in ecclesia cathedrali,& alteram in collegiata, cum sit eadem ratio idem ius statuetur.l.illud.ff.ad leg. Aquil.

Nota tamen ꝙ grauius est habere duas præbẽdas in eadem ecclesia,quam in diuersis.c.de multa.circa fi.de præb.& ibi dicit Pan.& alij, quòd dispensatus ad duo beneficia, vel duas præbendas, non est dispensatus, vt in eadem ecclesia habeat, & vt dicunt, sub eodem tecto, nisi hoc expressum fuerit in dispensatione. Ideo sis cautus, vt facias exprimere, quod est singulariter notandum secundum Cardi. in d.c.de multa.vers. hoc idem. Anch. & alij. in c.1. de consuet. in 6. Nec has duas præbendas poterit sine dispensatione sedis apostol.obtinere. c. sanctorum.70.dist. Quando sunt sub eodem tecto,secus si in diuersis ecclesiis, nisi quælibet præbenda ex statuto,vel consuetudine requireret residentiam, quia tunc etiam Papæ dispensatio requiritur, alias non. Host.in c.super inordinata.de pręb.Io.Staph. in tra. de literis expectatiuis,fol.9. Quæ dicatur cathedralis,declaraui supra in §.1.vide quę dixi infra ti.prox. in verb.ita tamen quod in eadem ecclesia.

Dispensatus ad duo non potest duo obtinere in eadẽ ecclesia.

b Collegiatis.)Et si de iure omnis ecclesia cathedralis sit collegiata.c.nouit.& c. quanto. de his quæ fiunt à præl. tamen non omnis collegiata est cathedralis.Card.in cle.vt hi.col.3.in 2.q.de æta. & quali. Io. And. in c. nobis. de iure pat. Et dicitur ecclesia collegiata, quando plures canonici colliguntur in ea,habentes cõmune sigillum.c.significauit.de app. arcam communem.l.1.ff.quod cuiusque vniuer.nomi. tractatum communem. c. tertio loco. de prob. Fel.in c.attẽdentes.col.1.de præscr.Barb.alia tradit, consi.17.præclare.col.3.in 1.vol.Et hoc in dubio.vbi vero ex fundatione, consuetudine, vel priuilegio cõstat ecclesiã esse collegiatã,vel non, illi standum est dictis qualitatibus circunscriptis. Nico. Milius in repertorio,in verbo, ecclesia collegiata. Anch.in cle.2.notab.1. de æta.& qualita. Et hæc quandoque dicitur conuentalis de iure,licet nõ de cõsuetudine, quia ex cõmuni vsu loquendi conuentualis dicitur ecclesia religiosorum.Pan.in c.edoceri.& c.capitulum.de rescr.c.cum ecclesia sutrina.de cau.possess.c. nobis. de iure patro. vide gl. id c.1. §. sed quod per electiones.in verb.collegiatis. de elect. in prag.

Collegiata quæ dicatur & quomodo cognoscatur.

Et intellige secundum quosdam nominatũ excludi à suis nominationibus, etiã si illæ præbendæ nõ essent 200.florenorum, quod raro euenit per gl. in prag.in verbo,duas.§.quod si quis ex dictis.q.1 e- probo in tract.nominationum. q.v[illegible] hunc text. dicentem,quorum insimul,vel cuius [illegible]ctus &c.Et per hoc verbũ ibi tempore residen[illegible], quia beneficia curata, etiam si quis non r[illegible]eat dato vicario, tantum ferè valent quantum s[illegible]deat:ideo intelligitur de residentia in præbenda facienda.

Præterea suadetur ex text. horis diuinis interessendo. nam in ecclesia collegiata, si quis vult recipere fructus præbendæ, debet interesse horis diuinis,alioqui distributiones non habet.ca.vno.de cleric.non residen.in 6. & sic conuenit præbendis. Probat etiam tex.interessendo. & quia text. taxauit ad ducentos florenos,vt viri literati possint commodè ex eis redditibus viuere,quod non possent, si haberent duas præbendas, non ascendentes ad dictam summam. Ideo si nominatus habeat duas præbendas,quæ non ascendant ad summam hic taxatam, poterit adhuc nominationibus vti, & idem in graduato intellige suadente eadem ratio.

c Beneficium.)Non dicit hic text.quòd obtinere debeat fructus,sufficit ergo si obtineat beneficij titulum,licet fructus primi anni reciperẽtur per episcopum, vel alium. iuxta c.si propter. de rescr.in 6. ca.præsenti.de officio ordina.ibidem,tum quia obtinet beneficium,vt hic,tum etiam, quia illa beneficia ascendũt vsque ad summam ducentorum florenorum,quod etiam hic sufficit,ad hæc, quia non residendo in præbenda, non recipit fructus, nec distributiones quotidianas.c.vno.de cleri.non residẽ. in 6. & tamen si quis habeat duas præbendas, vel vnam,& ascendat vsque ad summam 200. florenorum auri de camera,si non resideat,& sic nullos fructus recipiat, tamen non potest isti prouideri vlterius in vim nominationum, vel gradus, à fortiori quando habet beneficium cuius fructus recipiet post vnum annum,vel duos: quia tunc non poterit impetrare nominationes, vel eis vti,& acceptare beneficium,seu beneficia in vim earum.

Nec obstat c.si tibi concesso.de præb.in 6.vbi nõ vacat primum beneficium per adeptionem secũdi, cuius fructus alius recipit,quia verum est quantum ad perceptionem fructuum ipsius primi beneficij, vacat tamen quantum ad hoc, vt postquam possessionem pacificam administrationis secundi beneficij habuerit debito tempore conferatur,aliàs habebit locum Lateranen.concilium.c. nulla. de cõcess. præb.Henric.Bohic.in c.de multa.col.3.in 2.dist.de præb. & sic nihil facit contra hunc tex. vide gl. in verbo petere,in fi.§.teneatur.supra.eo.

Nota tamen perpetuò non valere priuilegium statutum vel consuetudinem,vt archidiaconus, vel alius beneficij recipiat fructus omnes, quia debet reseruari dimidia pars fructuum, vel pars quæ describitur in extrauag.suscepti.de elect. in extra. Io. 22.& in extra. vna. Ne sede vacante, in communibus. Et ideo solet appellari à notorio abusu ad senatum, si maiorẽ pensionẽ velint eximere, qui hoc solet reformare,nisi illa portio sit illi sufficiẽs ad victũ, vt cõmodè viuere possit, alioqui cũ beneficio quis

Omnes fructus beneficij non possunt recipi ab habente priuilegiũ.

Arrestum. quis fame periret. [Imo hoc anno 1550. & die 22. Maij, in magna camera fuit iudicatum contra archidiaconum Vandomien. & condemnatus fuit ad restitutionem fructuum, quos perceperat post sententiã recredentiæ, licet causaretur, sibi fructus deberi ab his qui non sunt promoti, sed quis non tenetur promoueri, nisi habeat pacificam possessionem, ob id archidiaconus, vel alius, non potest recipere post recredẽtiam fructus per non promotionem. c. commissa. vbi gl. de elect. in 6. alioqui sententia recredentiæ nil prodesset, & esset illusoria, contra l. si pretor. ff. de iudiciis. fuit insuper damnatus ad interesse, damna & expensas, & bonum est, quod isti fructuum beneficij vsurpatores seu prædones castigẽtur.] [nam sicut ipso facto excommunicati. d. extra. suscepti. quam deberent declarare episcopi contra archidiaconos, & alios fructuum ecclesiarum vsurpatores.]

Item si post requisitionem & acceptationẽ primi beneficij vacet aliud, poterit nominatus si dubitet primum sibi non deberi secundum requirere, cum protestatione, quod si consequatur primum non intendit secundum prosequi, alias sic Nicol. Milius in reperto. in verbo acceptatio. 1. Archid. in c. relatio. in fi. 21. q. 1. quod etiam procedit in mandatario.

Dimittere quomodo nominatus teneatur. Et habito primo beneficio, sufficit mandatario vel nominato exprimere verbo se dimittere secundum beneficium: & non requiritur expressa renunciatio, cum non habeat nisi ius ad rem, quod sufficit verbo dimittere, vel facto. cle. gratiæ. de rescrip. gl. in c. ex ore. de his quæ fiunt à maior. parte cap. sic consuluit Calder. consil. 5. An si impetrans. rubr. de renunciatio. Et hanc dimissionem oportet probare, vt supra dixi, si tamen eodem die nominato cõferentur duo beneficia, & ipse acceptarit, minus, vt posset postea maius habere, vtpote primum erat quingentarũ librarum, vel ducẽtorum ducatorum, alterum centum. dico hoc non posse fieri, quia primo collatum prius debet acceptare. alioqui computabitur secundum acceptatum, vt non possit postea aliud habere, licet illud minus non excedat summam, alias fieret fraus, quæ excludenda est. c. sedes. de rescript. & alias scripsi.

quorum insimul, vel cuius fructus, [a] reditus [b] & prouentus [c] tempore residentiæ, & horis diuinis interessendo, ad summam ducentorum florenorum auri [d]

Fructus qui dicantur et emolumenta. a Fructus.) Qui dicuntur deductis expensis. l. 1. C. de fructi. & litium expens. c. ad nostram. de iureiurand. Barb. in c. cum contra. col. 2. de pigno. & etiã possunt dici, qui supersunt deducto labore personæ. gl. vlt. l. per diuersas. C. manda. emolumenta etiam dicuntur deductis sumptibus. cle. statutum. de elect. not. Anch. in c. si propter. de rescr. in 6. nisi in decimis. c. pastoralis. vbi gl. & doct. de deci. Et sic licet qualificatus haberet quingentas libras in beneficiis, deductis tamen oneribus, non habet quadringẽtas poterit nominationes impetrare, & impetratis vti per prædicta, quod est notandum. sic dixi in tract. nomina. q. 9. nu. 35. non tamen ponderaui hoc verbum vide in l. frugem. ff. de verb. signi. vbi dicit gl. ꝗ omnis fructus est reditus, & ibi dixi gl. & doct. in cle. 1. de reb. eccl. non alienam. vide Anch. in c. pastoralis. q. 1. de deci. & Bal. nouellum. in tract. de dote. in 6. parte. 75. priuilegio ante matrimonium. gl. in extra. suscepti. de elect. in extraua. Io. 22. in verb. fructus.

Quid appellatione reditus veniat. b Reditus.) Cuius appellatione omnes fructus continẽtur. gl. & doct. in c. generali. de elect. in 6. & eo dicitur, ꝗ singulis annis redeat, nõ retro datus, vt tradit Bar. in l. filio. ff. de lib. & posth. & est nomen generalius, quàm fructus, quia omnes fructus consistunt in reditu, sed non è contrario, nam partus ancillarũ est in reditu. l. Paulus. §. hæres. ff. de vsur. sed non est in fructu. l. in pecudum. ibidem. §. in pecudũ. instit. de rer. diuisio. Spec. in tit. de loca. §. 1. versi. illud autem. Corset. in repet. c. grandi. nu. 86. de supp. neglig. præla. in 6. Et annui reditus ad longum tempus, vel perpetui inter immobilia cõputantur, alioqui inter mobilia. cle. exiui. §. cúmq; annui. de verb. sign. Bar. in l. iubemus nulli. in fi. prin. C. de sacrosan. eccl. Alex. in l. mouentium. ff. de verb. sign. Chassa. in consuet. Burgund. in rub. *des rachaptz.* §. 1. in prin. Et de his reditibus tradit abundè Conrad. in tracta. de contractibus. q. 72. & reditus est genus generalissimum: genus verò subalternum fructus, genus inferius fruges dicit Albert. in l. frugem. ff. de verb. signi. vbi fusius scripsi.

Qui sint prouentus. c Prouentus.) Est nomen magis generale, quàm duo proxima, nam comprehẽdit fructus & reditus. allegatur. l. vsufructu legato. ff. de vsufruct. quæ reditus & obuentiones exprimit, sed adduco tex. in l. annonã. ibi, vberes prouentus. ff. de extraord. crimi. Lucam de penna in l. litibus. col. 7. vers. hæc de reditib. C. de agricol. & censi. lib. 11. ea enim quæ de mulctis, & iurisdictione, ac alias vndecũque proueniunt prouentus dicuntur, seu obuentiones. Boer. in decisio. Burdeg. q. 224. abbas. Innoc. in c. pastoralis. col. 2. de donat. c. vno. vt eccl. benefic. quasi velit dilit dicere hic text. quod siue nominatus habeat ducentos florenos in fructibus beneficij, siue in reditibus, vt in syluis cæduis & viuariis, siue in aliis prouentibus beneficij, etiam si in pensione consisterẽt, quod tunc beneficium petere in vim nominationis, vel gradus, non poterit, nec consequi, vt dico in q. vlt. tractatu nominat. Differentiam inter fructus, emolumentum & lucrum tradit Imol. in c. si hæredes. col. 1. de test. nec obstat ꝗ si reditus sit genus generalissimũ, ergo prouẽtus nõ potest esse magis generale, quia respondeo in d. l. frugem. de verb. signi.

Floreni qui dicãtur, & nominati quando suis exclusi sint nominationibus. a Florenorum auri.) Floreni dicuntur à flore lilij impresso, & quod à florentinis primo percussi fuerint, vt asserit Gomes. in regula cancel. de valore exprimend. vbi dicit etiam florenum solidum, & ducatũ eiusdẽ valoris esse. Allegando Albert. Brun. in tracta. monetarum, quod no. est ad intellectũ huius textus, & ad exclusionem graduatorum & qualificatorũ, vt nisi habeant beneficia, cuius fructus ascendant ad ducẽtos ducatos de camera nominationes impetrare posint, & illis vti. Et qui dicit illos habere vsque ad prædictã quãtitatem. probare hoc habet, nominatus nõ, l. 2. ff. de prob. Et idem, si quis

dicat

dicat illum nominatum habere aliud beneficium, probare enim debet actor suā intentionē.l.actor.C. de prob.doct.in l.2.& l.qui accusare.C.de edend.

de camera ascenderent, beneficium in vim gradus [a] seu nominationis huiusmodi tunc petere [b] *, seu consequi

a In vim gradus.) Non prohibetur ergo hic obtinere in vim mandati, vel per nouam prouisionem, vel si alio modo sibi canonicè cōferatur, quia postquam de vno negat, de alio concedere videtur.cap. qualis.25 dist.gl.in c.de multa.de præb.Imò si habēs beneficia vsq; ad hanc summam in vim gradus, vel nominationis, beneficium non peteret, sed eidem conferretur per ordinarium, non vacaret ipso iure, si esset compatibile cum primo, quia multa tenent facta quæ prohibentur fieri.l.patre furioso. ff.de his qui sunt sui vel alien. iur. & etiam quia hic non annullatur collatio illi facta, nec fit incapax ad illud beneficium ipso iure, si nullus alius nominatus aut graduatus ꝓsequatur. In hoc ergo casu posset alius nominatus illud beneficium requirere à collatore, & prosequi, quia postquam non debetur isti nominato, ergo alteri debebitur, qui sit debitæ qualitatis per ea quæ notantur in cle.vna de suppl.negl. prela.

Nec posset iste, cui est facta talis collatio, resignare hoc beneficium in præiudicium illius nominati, aut graduati requirentis, nec plus iuris transferre, quàm habeat, l.traditio.ff.de acq.rerum domi. Bar. in l.si vniuersæ. C. de lega. quia si iste qui habet ducentos florenos, non potest illud in vim nominationum consequi pro se, ergo etiam nec pro alio, quia hic totum negat, quod nullo modo possit consequi, alio prosequente beneficium in vim nominationum consequeretur, si ex iure resignato alius haberet, gaudeat ergo in sinu.

An possit Papa iure præuentionis isti conferre vltra dictam summam? videtur quod sic, & hoc patet in rub. seq.in verbo, quomodocunq;. quod an sit verum, ibi examinabitur. Prohibetur tamen ab ordinario isti conferri tam in vim gradus, quàm nominationis, & etiam in vim vtriusque. in l.certi cōdictio §.1.ff.si cert. pet. & not. doct. in l. 2. de verb. oblig.vbi sub simplicibus continetur mixtum.

Acceptatū beneficium, an repletus prosequi possit.

b [Petere seu consequi.) Et sic argumentum sumendo à contrario, quod est in iure frequentissimū l.1.ff de offi.eius.& c.cum apostolica.de his quę fiunt à præla. non prohibetur nominatus prosequi illud beneficiū, quod iam acceptauerat, etiam postquam est repletus, quia tantum prohibetur petere, seu consequi, postquam obtinuit beneficium vsque ad ducentos florenos, sed prosequi illud in quo ius antea habebat, non prohibetur, quod probat etiam hic text. dicens, si tempore vacationis habebat beneficia ad ducentos ducatos, non poterit petere beneficium, ergo iam habitum prosequi non prohibetur.

Vnde si nominatus vel graduatus in vim nominationum, vel gradus, acceptauerit beneficium primum, super quo sibi lis mouetur, & postea ei confertur aliud, quod pacificè obtinet, vel acceptauit secundum, & obtinuit, non prohibetur primum acceptatum prosequi, eo ꝙ tempore vacationis illud non habebat, & fuit primum quod acceptauit. vnde multa prohibētur fieri, quæ facta tenent. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie.iuris. & factum legitimum non retractatur, etiam si peruenerit ad casum, à quo incipere non potuit. per regul.iuris.

Etiam quòd nostrum est, sine facto nostro à nobis auelli non potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. sed istud beneficium erat acceptatum tempore adeptionis secundi, ergo non potest à nominato auferri, sine illius resignatione, & facto.

Item ponderanda est dictio obtineat, vbi si nominatus obtineat, non potest secundum consequi, sed non obtinebat tempore acceptationis primi beneficij, ergo valuit collatio primi. vt in gl.obtineat. supra dixi. igitur illud primum prosequi poterit post adeptionem secundi.

Præterea non inducitur priuatio, nisi in iure sit expressa.text.iuncta gl.in c.fi.de iure. nec est aliqua lex tale quid dicens.§.sinautem. in auth.de nō elig. secundo nub. coll. 1. & nominati & graduati essent deterioris conditionis, quàm mandatarij & alij.

Nec refragatur tex.in cle.gratiæ.de rescr.quia ille tex.loquitur de gratia, quæ ad vnum tantum beneficium competebat.Ideo vno adepto incompatibili gratia expirat, quo ad aliud incompatibile habendum, quia gratiæ suæ renunciare videtur, cum duo incompatibilia obtinere non possit, & ius præsumit, quod non relinquet beneficiū pacificum pro gratia sua, nec dimittet certum pro incerto, secus est in nominationibus, quæ non solùm dantur ad vnum beneficium, sed ad plura donec fructus ad ducētos ducatos ascendant, etiam in nominationibus non posset nominatus sine dispensatione aliud obtinere curatum, & alias incompatibile, vt dixi. [Et tex.in d.cle.gratiæ.dicit, gratiæ renunciare videris, nō autem beneficio, quia nō ad rem facilius admittitur, quam ius in re, c.fi.de concess. præb. in 6.& sic intelligitur tex.in c.si pauper.de præb.eo.lib.]

Nec obest c.si pauper.de præb.in 6.quia loquitur in gratia in forma pauperū, quæ cessat & extinguitur per adeptionem pacifici beneficij, quia is non est pauper, qui vnum habet, diuersum est in nominationib. quæ non extinguntur per vnum beneficium, si non sit valoris ducentorum florenorum auri de camera, & sic in omnibus nominationes non sunt similes gratiis in forma pauperum, etiam si habens istam gratiam acceptasset beneficium in vim illius, licet postea obtineret aliud compatibile, non extingueretur ius iam acceptatum.

Item ibi non potest is, qui est adeptus, beneficiū acceptare aliud in vim suæ gratiæ, nec nominatus, qui est adeptus beneficium.200.ducatorum poterit petere, & cōsequi aliud in vim nominationum, sed illud quod est consecutum, retinere potest, & sic ius quod obtinuit per collationem non amittit, nec me mouet quod consequitur postea, certè de facto & cum effectu, sed de iure est consecutus per collationem & acceptationem, vt suum dici possit.c. si tibi absenti.de pręb.in 6.& qui habet actionem ad rem, ipsam rē habere videtur.l.qui actionē.ff.de reg.iur.

Necme

Nec me conturbat, quia sic nominatus primus fraudem faceret prosequendo secundum, & fraudibus est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendi. respond. nulla in hoc fieri potest fraus, si opponatur à parte; nã si antiquior prosequatur secũdum, opponi contra eum potest repletio, & quod obtinuit vnum vsque ad summam prædictam, vnde iudex secundo nominato adiudicabit secundum, si antiquior non probauerit se succubuisse super primo, vel ei non fuisse debitum, quia resignatum, & sic fraus cessabit, & ista sunt notanda.

non possit.[a] Et insuper quod tam graduati simplices quàm nominati beneficia in mensibus eis assignatis vacantia petere & consequi possint secundum propriæ personæ cõdecẽtiã [b] & conformitatẽ [c] vide-

a Non possit.) Ergo antequã eidem sit prouisum vsque ad summam ducentorum florenorum auri de camera, poterit nominatus & graduatus petere & consequi beneficium compatibile cum primo. licet prius haberet vnum vel plura per hunc text. & per cap. quanuis primum. & ibi doctor. de præben. in 6. non poterit tamen alterum incompatibile petere, nec consequi, non habita prius dispensatione. capitul. ordinarij. §. 1. de offic. ordina. in 6. & si facta acceptatione secundi incompatibilis obtineret dispensationem, non efficeretur habilis in præiudicium alterius. cap. quãuis. de rescript. in 6. quia dispensatio vt nunc valet, non vt tunc. Præpo. & alij in legitimatione. in cap. per venerabilem. qui filij sint legi. vide quæ scripsi in tract. nomina. quęst. 15. nume. 34. & supra in verbo, tempore vacationis.] Hodie sine dispensatione nominatus requirit secundum, & postea dimittit primum, quando est assecutus secundum, ne præpropere dimissio ei noceat. Item si nominato repleto conferatur beneficium ab ordinario vacans in mensibus nominatorum, non poterit illud beneficium per nõ nominatum impetrari, tum quia hic non annullatur collatio, tum etiam quia si collatio esset nulla, hoc esset in fauorem aliorum nominatorum. §. si quis verò. suprà. sed si nullus adest qui persequatur, vel non habilis persequatur, ob id non potest ab isto nominato repleto euinci nisi per nominatum habilem. nã si collatio fuisset facta non nominato valeret. §. teneantur. sup. multo fortius si facta sit nominato repleto, quia gradus non debet facere deteriorem nominatum. [b Condecentiam.) Etiam si in nominationibus religiosi non exprimeretur ad beneficia regularia, vel illius ordinis, quia verba in nominationibus posita debent intelligi secundum qualitatem personæ, ad quam referuntur. c. cum de beneficio. de præb. in 6. c. possessiones. & ibi Barb. & alij. de reb. eccle. non alien. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. & ibi addidi alia ad hãc rem faciẽtia. Et priuilegium censetur cõcessum secundum qualitatem personæ, cui conceditur. l. ex militari. ff. de test. milita. & ibi Bal. facit dictum Io. Monach. in c. cum aliquibus. de rescrip. in 6.

Religiosus an debeat esse profes-

An requiratur quòd sit expressè professus antequam impetret nominationes vel antequam in vim illarum prouideatur? Responde sufficere esse professum tempore vacationis, per hunc tex. & sufficiet etiam tacita professio, quia in electionibus est statutum, vt quis debeat esse expressè professus. c. nullus. de ele. in 6. & in prioratibus & administrationibus. in cle. 1. de statu monac. & ideo posset fieri collatio illi, statim post suam professionem. Fed. cons. 258. factum tale est, quidam abbas, &c.

sus ante nominationes

In mandatis apostolicis declaratur per legem regni, quod non debent concedi religiosis nisi professis, in ordinatio. regiis, rub. *des mandats*, art. 6. & idẽ in nominationibus seruatur in hoc regno, vt ante professionem expressam nulli de beneficio prouideatur. An in collationibus vel prouisionibus, seu postulationibus habeat locum dictum c. nullus. vide Io. And. Pan. & alios in c. 2. de testa. & not. in cle. 1. de elect. Io. de Selua, in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 51. decidentes quod non. An sufficiat quòd tẽpore vacationis sit regularis, vel secularis, vt qualitas beneficij, exposcit, vide Fel. in c. eam te. col. vlt. de rescrip. post gl. in verbo, religiosis. in §. illi verò. eo. tit. in pragma. & dominum Probum in addit. ad Ioan. Monachum, in c. eum qui. de præb. in 6. pulchrè Bal. in cons. 492. Petrus de Fessa, in 1. vol.

Contrariũ tamen seruatur in Francia.

c Et conformitatem.) Conformitas & condecentia est, vt religiosis S. Augustini prouideatur de beneficiis illius ordinis & religionis, & religiosis S. Benedicti, de beneficiis illius ordinis, & in ecclesiis vbi monachi gererent habitum nigrum, decet prouideri aliis deferentibus nigrũ, habitũ & similẽ, vbi est habitus albus, prouideatur ex decentia habentibus album habitum. c. deus qui. de vit. & honest. cleri. Nam dicitur, Non arabis in boue simul & asino. i. homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis. Deute. 22. & c. in nona. 16. q. 7. facit canon, vt lex. 27. q. 1. cle. ne in agro. §. 1. de statu monacho. Deficientibus tamen monachis nigris possent conferri beneficia illius ordinis monachis albis vel canonicis, quia isti in iure æquiparãtur. c. quod dei timorem. de statu monach. glos. in c. cum singula. §. fi. de præb. in 6. & quia istæ religiones conueniunt omnes in tribus substantialibus regulæ de quibus in c. cum ad monasterium. de statu monac. & ista diuersitas facit potius religiones differre in qualitate accidentali, quàm in substantia. text. & ibi Barba. not. in cle. 1. de elect. vide Domi. in consi. 41. pro clariori. & text. in cap. nullus. 61. dist. gl. in c. possessiones. de reb. eccl. nõ aliẽ. Et de prælatione & præeminentia inter monachos S. Benedicti, & canonicos S. Augustini, tradit plenè Io. Baptista in suis cõciliis sacro. collegiorum Bono. Paduę & Ferra. per totum.

Religioso quomodo per nominationes prouideri possit.

Et an deficientibus nominatis vel graduatis regularibus possint beneficia regularia vacantia in mensibus eis deputatis istis secularibus cõferri. quod nõ probatur in hoc tex. & in c. cũ de beneficio. de præ. in 6. vbi status beneficij nõ potest immutari, nisi omnino deficerent religiosi, tunc secularibus dari possent, & requireretur quòd essent qualificati. per tex. & ibi not. in cle. 1. de reb. eccle. non alien. quia necessitas non habet legem. c. si quis propter. de fur. l. vna. ff. de offic. consul. & necessitas facit licitum, quod

Deficientibus nominatis regularibus, an secularibus cõferri possint beneficia regularia.

alias nõ esset.l.2.§.cũ in eodẽ.&ibi glo.ff.ad le.Rho. de iact.& c.dilectissimis.12.q.1. Pet. Gerar. singulari vlti.vide tex.in ca. inter quatuor. de relig. domi. Dec.in.c.cum M.c. cum in cunctis.in fi.princ. de elect.post Imol.in cle.vna.col.3.de suppl.neglig. praela.q.6.Io.Dayma in procemio supra in verb. vendicabant.fol.71.

Et tunc prodesset papæ dispensatio secularibus concessa ad regularia,aliàs non valet in præiudiciũ nominatorum,vt inferius dicit tex.prętextu cuiusuis dispensationis.

licet seculares secularia, & religiosi regularia [a] beneficia ecclesiastica,ita quòd secularis nominatus beneficia regularia in mensibus deputatis vacantia prætextu cuiusuis dispẽsationis [b] apostolicæ,& ecõtra

Quæ dicantur regularia, vel secularia aut solita regi per seculares.

a Regularia.) Dicũtur illa de quibus in fundatione dictum extitit,vt per religiosos regerentur, vel quæ consueuerunt per eos regi glos.in §.idẽ ordo. in verbo,regularibus.eod.titul.in prag.Ioan. de Selua, in tract.de beneficio.in 1.parte.q.4.nu.13.

Idem intellige in beneficiis cõsuetis regi per regulares,vt regularibus debeantur, & consueta regi per seculares secularibus. c. cum de beneficio. de præb.in 6.requiruntur tamen sequentia, antequam qualitas beneficij mutari possit.

Quot requirantur antequam beneficia dicãtur cõsueta conferri regularibus vel secularibus.

Primum,quod is qui possedit beneficium,fuerit ibi institutus.tex.ibi institutis.& accipitur largè institutio pro collatione,vel alia prouisiõe. Dy.in regula prima. de reg.iur.in 6.per illum text. & in c.post electionem. iuncta glo.de concess.præb.& si de facto teneretur beneficium,non haberet locũ ille tex. vt glo.ibi,& doct.firmant, quia nõ esset institutus, vt requirit ibi text.

Secundò,requiritur bona fides,ideo si clerici seculares contra papæ præceptum,vel prohibitionẽ, beneficium possederint regulare,non præscribunt. Feli in c.in nostra.col.pen.de rescript.Ioan. de Selua,in trac.de benefi.in 3.parte.q.11.nu.49.dixi in §.1. infrà de firma & irreuocabili cõcord.stabi. quia malæ fidei possessor nullo tempore præscribit. c. vigilanti.de præscripit.

Tertiò requiritur quòd conferẽs eo animo & intentione cõferat, videlicet vt imprimat aliũ statum benefic.& ideo in collatione debet collator dicere regulari,cõ fero beneficiũ seculare.&seculari debet dicere cõfero regulare,licet non sit illius qualitatis. alioqui si daretur in cõmendã, vel ex dispẽsatione possideretur,vel diceretur dependere à monasterio aut diceretur officium regulare, tunc qualitas contraria non præscriberetur. Domi. & Perus. ibidem. vide Aegidium bella mera.cons.41.supposito.* Nisi beneficium commendaretur aliud iam habenti,qa hæc commenda fieri censetur ratione alterius beneficij,non ratione qualitatis beneficij: ideo si seculari habenti beneficium in titulum cõmendetur regulare,non expressa tamen ea qualitate, sed simpliciter papa dixerit,parochialem ecclesiam tibi cõmendamus,tunc in illa commenda qualitas pręscribitur vt vidi teneri in praxi,per ea quæ docto.not.in d.c. cum de beneficio.

Quartò requiritur possessio quadraginta annorum,quando probaretur beneficium esse regulare, vel econtrario,vel vera qualitas; secus si contraria, qualitas non probaretur.quia tũc sufficit,quod fuerit vltimò possessum per secularem, licet nõ interuenerit præscriptio ad hoc,vt seculari debeatur, si probaretur possesio hinc inde,eo casu attẽderetur vltimus status.de Rota,decisi.487.nota quod impetranti.in antiq.& decisi.32.fuit in no.Nicola.Milius in repert.in verb.beneficium.§.23.Fed.cons.240. salua.etiam titulum requiri consuluit Anch.consi.162. in quæstione.Et D.Gomes.in tract.gratiarum expectatiuarum,in decima forma. [dicit decem annos sufficere quo ad fauorem graduatorum,si tamẽ ecclesia regularis mutauerit statum in secularem, vel econtrario,non tamen perdit subiectionem vel collationem per text.& ibi doct.in c.dilectus.de capel. monacho.] quod est valde notandum, quia sæpius vidi super his dubitari.

b Dispensationis.) Non excludit dispensationem apostolicam & regiam, quia nil tam naturale est, quàm eo genere vnumquodque dissolui, quo ligatum est,l.nihil tam naturale est.de reg.iur.ff.& omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissolui tur.c.1.de reg.iur.

Papa quando possit super religiosis dispensare.

Posset tamen papa dispẽsare, vt religiosus vnius monasterij habeat beneficia in alio alterius ordinis, & ille sic dispensatus poterit beneficia in vim gradus,vel nominationis obtinere,quia hic tex. tantũ ꝓhibet dispensationem regularibus,vt secularia habeãt beneficia,& contra:sed nõ vt regulares habeãt regularia alterius etiã ordinis.vide Pan.&alios in c. Deus qui.de vit.&honest.cler.& regulã cãc.66. posset etiam papa iure præuentionis regulare beneficium conferre seculari,vt tit.prox.inf. §. declarantes.in verbo,quomodocunque patet,sed dispensare quòd nominatus secularis habeat beneficium regulare per suas nominationes,hoc non potest, vt hic. & dico infrà.tit.proxi.nisi in defectũ religiosorum, vt dixi supra in verbo,& conformitatẽ. Nec posset dispensare circa qualificationes in tex.positas,cum altera pars super contractu non dispenset.l.1.&2.C. quãdo lic.ab emp.disce.& sic nõ valeret,si dispensaret quod quis posset sumere nominationes sine studio,vel post biennium, vel sine gradu.

Super qualificationibus papa non dispensat.

Idem si papa vellet afficere aliqua beneficia graduatorum,vel nominatorum.vt pote,si cedentibus vel decedentibus duobus canonicis papa statuerit, vt illorum præb.cõferrẽtur cantoribus seu aliis non qualificatis.nã si pręb.primæ vacẽt in mensibus qualificatorũ debebũtur nõ obstãte statuto,vel tali dispositione qualificatis,quia postquã papa non potest tollere in totũ beneficia qualificatorũ,sic nec ꝑ parte,nisi iure præuẽtionis,prout sibi retinuit in §. declarãtes.infra tit.proxi.& quia hoc videtur ordinasse sine præiudicio qualificatorum.c. quanuis. de rescr.in 6.& sua dispositio sortietur effectũ,quando vacabũt alio tempore nõ affecto dictis qualificatis.

Professionem nouam facere,an

An monachus professus in vno monasterio,si ad aliud trãseat,debeat ibi professionẽ facere nouam? quod sic probatur in c.abbate S.Syluani.& ibi Pan. in 4.

netur monachus ad aliud monasterium translatus.

in 4.not.de verb.sig.& conf.96.cũ ad aures.in fi.vol. 1.quod est verum, quãdo diuersæ sunt regulæ,& vt monachus dicatur secũdi monasterij, secus quo ad substãtiã reg.Dec.in c.præterea.de.prę.Seruatur vt nõ fiat noua ꝓfessio.Et an valeat ꝑmutatio facta de beneficio vni⁹ monasterij,cũ alio alteri⁹ monasterij? ꝙ nõ corã ordinario sine trãslatione,not.in c.1.in fi. de priuil.li.6.hoc nũcupatim tradit Coll.in c. Ioan. in fi.de reg.sed corã papa secus,q.a trãslatio videt̃ ꝑ papã fieri licet non petatur,si appareat ex supplicatione,quod alterius monasterij sit religiosus, vt est regula cãcella.de translatio.relig.incipien. Itẽ si regularis.reg.66.De dispẽsatione,vide quæ dico in gl. dispensationem,infra in forma manda.Apostoli.

religiosus [a] secularia beneficia petere aut cõsequi minimè possint.Quodq; beneficia simpliciter,vel ex causa permutationis [b] in

a Religiosus.)Et sic religiosus potest obtinere nominationes,debet tamen antequã adeat studia generalia,habere facultatẽ à suo prelato cũ cõsilio sui cõuẽtus,vel maioris partis ipsius. tex.in c.2.ne cler.vel monac.in 6. Aufr.in decis.Tho.q.279.Itẽ an valeat. &c.& in cõst.benedictinis.c.6.de studiis,licet de cõsuetudine solus abbas missionẽ præstet & facultatẽ qui si sine causa recuset monacho docili,facultatem hanc dare poterit episcopus arg.c.nullus,de iure patro.Io.An.& alij in d.c.2.& si religiosus sine prælati licentia ad studia se transtulerit,est excõmunicatus nec poterit gradum sumere,tũ quia pro mortuo habetur.c.2.& ibi doct.de maiori.Ias.in repet.l. si quis pro eo.ff.de vsuca.tũ etiã q.a excõmunicatus dicitur infamis.glo. in c.1 quo tempore miles.c.infames.6. q.1.Rõ.sin.675.& 688.Ideo ad dignitates aspirare ꝓhibet̃.Reg.infamibus.de reg.iur.in 6.& quia hæretico cõparatur.gl.in c.fi.de pœnis.in 6.& quia est ꝓhibitus à cõmunione hominũ.c.2.& c. exceptionẽ.de exc.c.excõmunicatos.11.q.3. Bar.& alij in 1. cõst. C. & Petrus de Lesnausder. in opusculo de doct. in 1. parte.q.18. *Sexaginta excõmunicatorũ pœnas scripsi inferi⁹ in ru.de exc.nõ vitãd. Et eo casu nõ poterit nominationes impetrare,cũ rescriptum ab excõmunicato impetratum non valeat.c.1.de resc.in 6.

Religiosus a quo debet habere facultatẽ eũdi ad studia

Excõmunicatus gradum sumere prohibetur.

Si verò facultatem studẽdi extra monasteriũ habuerit à suo prælato, tunc & nominationes sine alia licentia habere poterit,quia ista vidẽtur concessa in consequẽtiã.c.præterea.de off.deleg.l.2.ff.de iurisd. omniũ iudi.& ibi not.nam Spurius legitimatus per Papã potest doctor fieri &ad alias dignitates admitti per quas nulli fit præiudiciũ,secus in aliis. Car. in procemio cle.Io.q.3.in prin. Puto etiã ꝙ si sine facultate studeret postea habita absolutiõe à suo prælato tẽpus illud studij factũ sine licentia ꝓderit,quia per absolutionẽ reponitur in illo statu,q. ab origine naturæ inhærebat:ideo act⁹ conualescit.l.filio cui pater.ff.de li.& posth. l.qui apollonios. de hæred.inst. Facit quod not.Bar.in l.cũ vir,col.3.de vsuc.& Pan. in c.cum ex offic.col. pen. de præscr. d.c.1.de rescr. in 6. vbi doct.

An monachus electus ad prioratum non curatũ, nec collegiatum,sed ad simplicem & regularem,& eiusdem monasterij desinat esse sub obediẽtia & iurisdictione abbatis? quod non cõcludit Ias.cons.77. præsupponitur.in 1.vol.vide Bonif.in cl.ne in agro. §.ad hæc.de statu.monach.& glo.in c.de monachis. 16.q.1.&an postquã renunciat primo monasterio,remaneat monachus primi monasterij quo ad suffragia,& alia,vide per Pet. de Peru. in trac.de mutati. status persona.quæst.2.& 3.& glo.in ver.eligant. in §.1.de elec.in prag.

Monachus habẽs prioratũ, an desinat esse sub obediẽtia abbatis

b Permutationis.)Nisi fieret in fraudem nominatorum,vel graduatorũ,quia tunc illa beneficia licitè conferuntur nominatis, vel graduatis, cum resignatio teneat,&quia resignantes non fuerunt vsi beneficio iuris,sed in fraudẽ legis.& sic non habet locum cle.vna.de rer.permuta.ibi,videlicet, vt collatio facta aliis quàm permutantibus,non valeat:nam hoc casu ratione fraudis valebit,per text.ibi,ne cõcessione iuris.& ibi hoc tenet gl.facit. capi. cum vniuersorum.eo.tit.& l.auxiliũ.in fi.ff.de minor. Idẽ si resignans ante viginti dies moriatur,si non fuerit derogatum regulæ de xx.diebus,vt dix: supra eo.in §. præfatique ordinarij. in verbo,vacare. Idẽ si resignarem meum beneficium, vt tuus nepos haberet illud,& tu resignares tuũ,vt ego illud haberẽ, quia ista resignatio est simoniaca.Card.& alij in dict.cle. vna.facit c.ex parte.1.de offi.deleg.Inn.in c. cũ vniuersorũ.de rer.permut. Multas congererẽ hic quæstiones de permutatione, sed propriam materiam prosequor. & bene multa licet videre in tract.permutationis benefic.& per doct. in locis ordinariis. de rerum permut.

Beneficiũ in fraudem permutantium nominatis debetur.

Notandum est tamen ꝙ in permutatione beneficiorum requiruntur sequentia.

Sex requisita in permutatione beneficiorum

Primũ,quod resignentur beneficia. cap. vno. de rer.permut.in 6.

Secundũ,quod interueniat collatio beneficiorũ resignatorum causa permutationis.c.inter.de pręb.

Tertiũ,quod episcopus,vel alius superior authoritatem præstet.c.quæsitum.de rerum permu.

Quartum,consensus illorũ,ad quos spectat collatio,electio,vel præsentatio.gl.in cle.vna.eo.tit.

Quintum,consensus permutare volentiũ.c.1.ibi, communi voluntate.de rer.permut. Petr.de Vbal. in tracta.de permut.benefic.q.4.nu 42.

Vltimum requiritur,ꝙ permutentur spiritualia cũ spiritualibus,& ius in re,cum iure in re,non cum iure ad rẽ.Federicus in tract.de permut.benefi.q.13. allego tex.in c.fi de rer.permuta. & Host.in sũma illius ti.§.quid potest permutari.Alia scripsi in praxi beneficiali in rescrip. permut.

Et si permutauero beneficium meũ cũ tuo,quod dicebas pacificum,si quis mouerit mihi litẽ sup eo, tibi denunciare,vt persequaris, & quod ego debeo facias cessare molestiã super eo:aliàs in casum euictionis, quod cõdẽneris ad simile beneficium, valoris,& qualitatis primi à me dati.& sic condẽnari solet.ita in praxi seruatur.[vel quod liceat mihi ad meum redire beneficiũ.per c.si beneficia. de præb. in 6,& tutius est hoc vltimum prosequi.]

Praxis quã do mouetur lis super beneficio permutato.

Et in hac permutatione debet episcopus diligẽter inqrere si versetur vtilitas ecclesiarũ permutatarũ, vel necessitas.c.scias.7.q.1. & debet cõuocare patronos,si ecclesia habeat, & omnes quorum in-

teresse potest ad illam inquisitionem, & si reperit permutationem vtilem, vel necessariam, præstabit consensum & authoritatem, pro qua semper præsumitur, & quod rectè fuerit accõmodata. Inn. in c. innotuit. de eo qui furtiuè ord. recepit. refert Ach. cõs. 279. q. Cal de cõs. 2. rub. de rer. perm. & cons. 4. ibidẽ dicit, an succuratur alteri permutãti, si fuerit læsus vltra dimidiã, ꝙ nõ. concludit Anth. de Burgos. in c. cũ causam, 22. limita. col. pe. de empti. quia titulus beneficij habetur à superiore, nõ à parte Anch. ibidem, & Imol. & Probus in addi. ad Ioan. Monachum. in capit. 2. de renunc. in 6.

Decepto vltra dimidiã in permutatione benefi- cij, an succurratur.

Quod est verũ remedio illius legis, quæ pro rebus datur prophanis, vnde Dec. cons. 210. viso puncto, concludit post Feder. in tracta. de permuta. beneficio. qu. vlti. solam inæqualitatem non reddere permutationem nullam, nõ probata alia fraude, sed si aliũde probetur fraus, vt pote persuasit pars suum beneficiũ tanti esse, & affirmauit, tunc si non sit verum, permutatio rescinditur. c. cũ vniuersorum. de rerũ permut. vel agetur vt impleat, quod promisit ratione inæqualitatis. c. ad quæst. ibid. vide Boer. in decis. Burdeg. quæs. 205. tractatus. & ad episcopum aut superiorem spectat admittere permutationes, & non ad inferiorem. c. quęsitum. de rerum permut. an capitulũ ecclesiæ collegiatæ possit hoc præscribere, quod nõ, concludit Ægidius bella mera, cõsi. 27. vtrum. Et permutatio dicitur fauorabilis, & quãuis pluries fiat, nõ præsumitur fraus. teste Dec. in c. cum venerabilis, texto no. de excep. vide plenè per Paul. de Rom. in tract. de pensio. c. 7. §. fi.

mẽsibus graduatis simplicibus & nominatis assignatis vacãtia eis non sint affecta [a] nec debita, sed ex causa permutationis cũ permutantibus duntaxat: simpliciter verò vacãtia [b] beneficia huiusmodi personis idoneis per ipsos ordinarios liberè conferri possint.

Affecta beneficia quãdo dicãtur.

a Affecta.) Dicuntur beneficia ratione litis. cle. 1. vt licet penden. & cõmendæ. c. nemo. de elect. in 6. & ratione expectãtis, qui acceptauit, & nõ fecit sibi prouideri, & vbi papa apposuit manum, etiã si moriatur. not. in c. tibi qui. de rescript. in sexto, Prouinciale fol. 57. Pan. & alij in c. inter dilectos. de excess. prælat. sed hoc iure nõ vtimur in Frãcia quo ad vltimũ, vt dixi de reser. §. 1 supra. & etiã afficitur beneficium ratione reseruationis, quando papa reseruat suę collationi. d. c. tibi qui. itẽ ratione decreti. c. dudũ de præb. in 6. & quando confertur canonicatus. c. si postquam. ibidem.

b Vacantia.) Non fraudulẽter, quia quãdo fit permutatio in fraudẽ graduatorum, vel nominatorum seu resignatio in fraudẽ antiquioris nominati, tunc debetur eisdẽ, nõ verò facientibus fraudẽ, vt supra dixi in gl. permutationis. Quæro quãdo dicatur fieri in fraudẽ? Resp. Fraus & dolus ex cõiecturis probãtur. l. dolũ. C. de dolo. l. quia autẽ. §. non simpliciter. ibi, si modo nulla collusionis suspicio religionẽ prætoris instruxerit. ff. si quis omissa cau. testa. ideo videndæ sunt coniecturæ, ex quibus probantur.

Coniecturæ ad probandam fraudem in beneficiis.

Prima est quando aliquis graui infirmitate detẽtus permutat beneficia in mẽsibus graduatorũ, vel iuxta, postea in illis mẽsibus ante viginti dies vacat, vel in mensibus nominatorũ. l. filiæ. ff. solu. matri. & dicitur grauis infirmitas, quando ex ea moritur, vel quando per medicos, vel cõmuniter alios reputabatur moriturus ex illo morbo. Alb. in d. l. filiæ. & ista grauis infirmitas debet allegari, & probari, & quod fuerit tempore resignationis & permutationis, alioqui non prodest. Ancha. consi. 385. licet pridie. in fi. & cons. 388. in casu. col. 2. & seq. Plenè scribit Barb. in c. in pręsentia. n. 38. & seq. de prob. & Aymo Crauette, in cons. 82. dominus. col. 2.

Secunda coniectura est, quando consanguineus cum cõsanguineo, vel magnus amicus cum amico permutat in præstituto tẽpore: quia præsumitur ꝙ caro & sanguis reuelet illã permutationẽ, vel magna amicitia. c. graue. de præ. de Rota, decis. 991. not. præsumitur. in antiq. not. Ias. in simili in l. exigendi. C. de procur. Anch. cõs. 385. licet pridie, in fi.

Permutatio pinguis beneficij cũ tenui fraudem ostendit.

Tertia coniectura est, quãdo quis permutat pingue beneficiũ cũ tenui, tunc inęqualitas fraudẽ pręsumere facit. l. spadonẽ. §. fi. & ibi not. Bal. ff. de exc. tut. c. quia verisimile. & ibi Card. Pan. & Fel. de pręsumptio. quia nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquã beneficiũ multis fortè expensis, & laboribus acquisitum quo sustentari debet, facilè sine magna causa sua sponte resignet. tex in c. super hoc. de renũc. ex nimia enim liberalitate præsumitur fraus, l. omnes. §. Lucius. ff. quę in frau. cred. facit l. ex morte. cum seq, & auth. ibi posita. C. de pact. conuent.

Quarta coniectura assumitur ratione temporis. l. omnes. §. fi. ff. quæ in fraud. cred. vt quãdo tempore præstituto, seu circa resignatur, & postea beneficium vacat tempore præstituto graduatis, vel nominatis. vt supra dixi.

Quinta, quãdo resignatio fit clam, & dicitur notario & testibus, vt teneant eam secretã. Bar. cõs. 60. præclarè. col. 3. in 4. vol. Bar. in l. in fraudem. in prin. ff. de his quib. vt indig. Dec. in l. quo tutela. §. clam. de reg. iur. nã qui malè agit odit lucem, ne manifestentur opera eius, vt est in euangelio. & in c. consuluit. de offi. deleg.

Senis renũciatio fraudem præsumit.

Sexta est, quando resignans esset valde senex, ita quod non esset spes vt excederet mẽsem qualificatis præstitutum. gl. in c. fi. de renunc. in 6. nã senectus per se morbus est, teste Cicerone de Senectute, & parũ viuere præsumitur. l. hæreditatum. ff. ad l. falci. ideo fortè facilius est admittẽda resignatio senis q̃ ægri. senio enim cõfractus præsumitur citò liberare ecclesiã, qa antiquitas & senectus sunt prænuntia mortis. Arch. in c. nihil. 2. co. 7. q. 1. per tex. in c. illud. 13. q. 2. sed ægroti & infirmi diutius solent aliquando viuere quàm senes, secundũ eũ, quia proximus morti pro mortuo habetur. arg. l. pe. ff. de test. milit. Ancha. cons. 430. fuisset. col. 2.

Septima, quãdo qs resignaret tẽpore pestis in domo resignantis iã existẽtis, quia habetur, ac si tẽpore infirmitatis resignaret. cũ prope sit cõtagionis ratione, arg. l. si quis fumo. ff. ad l. Aquil. l. præsens. de procura. de Ripa, in tract. de peste, in princ. vel si resignaret aliquis accusatus statim cõdẽnãdus, vt docet

cet Boer.q.206.& quia.in decis.Burdeg.

Multiplex resignatio fraudem docet.

Octaua coniectura est multiplex resignatio, nam hoc ostendit omnino velle priuare graduatum, aut nominatum, seu aliũ expectantem.arg.c.semel. malus.de reg. iur. in 6. & ex multis clausulis positis in fauorem vsurarij præsumitur contractus vsurarius Card.incle.vna.de vsur.§.cęterum.col.2. Cepola, in tract.de simula.contractum.14.præsumptio.

Nona coniectura est, quando resignans dicit pro missiones sibi factas adimpleri, tunc præsumitur, ꝙ non intendebat resignare, nisi mediantibus illis pro missionibus Barb.cons.60.pręclarè.col.3.vol.4.& illa resignatio præsumitur simoniaca.

Decima coniectura est, quando beneficium postea per mortem vacans confertur ei qui resignauit tenue beneficiũ durãte infirmitate illius, qui habebat opimũ beneficiũ, quia fraus ex actuum sequela præsumitur. Bal.in c.dudũ.2.col.2.de elect.vel quando cõfertur suo consanguineo.c.2.de renũc.in 6.vel quãdo cõfertur etiã alteri, data pẽsione resignãti beneficium modici valoris, quia tunc est eadem ratio. per text.in c.in nostra.de rescrip.

Vndecima est, quando inimicus mandatarij, vel expectantis, resignat beneficium tenue, licet nõ speret aliud sibi cõferri, etiã si nullus sit infirmus. gl. & doct. in dict.c.2.cum sit eadẽ ratio, ergo erit eadem iuris decisio.l.illud.ff.ad leg.Aquil.facit tex.in c. nobis.de simonia.

Resignatio fraudulentanõ valet

Duodecima, quãdo procurator resignat alio modo, quàm esset constitutus, vt si erat constitutus ad resignandũ causa permutationis, & procurator resignat simpliciter, tunc non nocet constituenti, quia actus agentium non debẽt operari vltra eorũ intentionem.l.non omnis.ff.si cert.pet.& nõ intẽdit pars resignare nisi sic ꝙ probat clausula non aliter, nec alio modo, quę solet poni in instrumẽtis procuratio nũ, de qua Soci.cõs.251.col.4.in 2.vol.& alibi scripsi.

Etiã non debet nocere resignanti, si constituerit procuratores ad resignãdũ in fauorẽ certæ personæ & alius fraudulẽter aperiẽdo literas accipiat ꝓ eo & resignare simpliciter faciat, & hoc probat cl. multorũ. de pœnis si bene inducatur.& inferius scribã.

Vltima cõiectura est, quando subditus collatoris renunciat beneficiũ decẽ solidorũ, vel aliud modici emolumenti, quia hoc pręsumitur facere in fraudẽ expectantis instigatus per collatorẽ, etiã si nullus sit infirmus, per ea quæ not.ꝑ illũ tex.in c. super hoc de renun.& not.in l.1.ff.de publi.

Cautela pro mãdatariis contra ordinarios.

Vidi tamẽ excogitari vnã cautelã cõtra ordinarios, q sic faciunt vacare beneficiũ minimum, vt is mãdatarius procuret, ꝙ aliquis illud impetret à Papa iure præuẽtionis, & postea mandatarius illud ab ordinario requirat, & is impetrãs aget cõtra mandatarium, interim pẽdẽte ꝓcessu, si vacet aliud beneficiũ, illud poterit petere sub ꝓtestatione solita. Sed cautela est, ꝙ ordinarius illud cõferat, ne pręueniat.

Et hæ sunt sunt præsumptiones vltra 130. traditas per Lucam de penn.l.quemadmodum.C. de agri.& censit.lib.11.quę huic rei parũ accommodæ, sunt.

Quod cõiecturæ suffi ciant ad iu dicandum.

Notandũ est, ꝙ vna coniectura istarũ nõ sufficit ad iudicandum, vt tenet Rota, deci.129.nota ꝙ non vitiatur.in antiqui sed plures sic, ex quibus iudex possit animum suum ad iudicandũ informare. c. in præsentia.de renun.& facta informatione fraudis, & probatione vtrũque beneficium debebitur qualificatis aut mandatariis, ꝑ dictũ c.fi.postquã vacauerunt in tẽpore illis statuto, & paria sunt non facere permutationẽ, vel minus legitimè.l.quotiẽs. ff. qui satisd.cog.& quanuis expectãs non perdat suã gratiam, vt in nominationibus est videre, tamen adhuc habebit locũ decisio dicti.c.2.& per ea quæ supradicta sunt.quia quando duæ rationes sunt in vna lege tunc vna cessante non cessat lex.§affinitatis. inst. de nup.sed in d.c.fin.est duplex ratio, prima, vt obuietur fraudibus, secunda, ne expectans sua gratia priuetur.si non priuetur sua gratia, tamen eo quòd est facta in fraudem, non valebit: aliàs dolus prodesset contra iura.c.ex tenore.de rescr.& ius pararet viam fraudibus, quibus maximè obuiat.c.sedes. de rescr. l.conuenire.ff.de pact.dota.sic expressim consuluit Barb.cons.11.scripsit col.15.nu.16.in 1.vol.licet multi contra teneant in d.c.2.Ista tamen est verior. nam permutatio facta in fraudem illorũ, qui debent vocari, non valet.Cald.consi.2.de rer. permu. nec permutatio facta in fraudem illius, q debet optare. iuxta c.fin.de consuetud.in 6.impedit optionem vt pulchrè consulit Barba.cõsi.60.pręclarè.col.2.in 4.vol.

Coniecturæ fraudis quomodo excusari possint.

Quæro quomodo excusẽtur istę cõiecturæ: Resp. primò si resignatio fuerit facta corã papa, q in beneficiis habet plenissimam potestatẽ.c.2.de præb.in 6.cle.1.vt lite pend.intellige quando omnes illæ cõiecturę sunt expressę coram Papa, & in supplicatione, alioq cẽsetur circũuẽtus, nec sua valebit prouisio, quia non intẽdit cõferre.arg.l.mater.ff.de inoffi.testa.nec purgatur vitiũ ignoratũ.l.sequitur.§.Labeo.ff.de vsuca.leg.seruus.de bon. poss. & sic concludit Oldra.consil.324. factum colum. 3. & sequ. vbi decidit resignationem faudulentam in curia factã non valere, & ideo ordinarius poterit conferre illud beneficium, licet in curia vacauerit quia dignus est pœna qui circunuenit conscientiam Papæ.l fi.C.de his qui à nõ domi. manu. & maculam, quam ignorat Papa ꝙ nõ intendat tollere, allegatur d.l.mater.& c.primũ de cõst.in 6.sic cõsuluit de Bella mera, cõs.32.pro introductione.col.pe & Io. Baptist.in cons.sacro colleg.col.pe.in cõs.Bononiẽ. vbi dicit indultum non extendi ad ea, in quibus Papa non præsumitur habere scientiam. allegat Bal. in l. fi. C.sent.resc, non posse.col.2.

Impetrans benefi ium in mense nomnatorum hoc exprimere debet.

Itẽ sicut necesse est facere mentionẽ de expectante c.ex parte. 1. de offi deleg.sic oportet exprimere ꝙ beneficiũ vacauit in mẽsibus qualificatorũ, qui firmius ius habent, q̃ expectantes, & non solum facti mentio est habenda: sed & modus facti exprimi debet.l preci bus.C.de impub glos.in c .dilectus.de rescr.Et quanuis Papa retineat sibi collationem beneficiorum iure pręuẽtionis, quocũque modo qualificatorũ, in rub.seq.nõ tamẽ sibi retinuit, vt in fraudẽ nominatorũ & graduatorum cõferat, ergo hoc nõ intendit: & si faciat est circũuentus, quia contra sua concordata non intendit venire, vt ipse attestatur in rub.de firm.& irreuo.cõcordato.stabili.infra.

Facta resignatione

Imò si facta resignatione in partibus, & admissa Papa iterum conferat derogando illi regulæ de vi-

coram ordinario, an valeat, corã Papa iterũ facta.

ginti diebus, nõ valebit hæc frauduléta collatio, minus valebit derogatio p prædicta & p cõsiliũ Oldr. 324. iam allegatũ, quia nec iure præuẽtionis cõfert nec vitiũ ignoratũ tollit licet videatur subtiliter factũ, tamen nihil ꝓdest. Idẽ in collatione legati facta post resignationem admissam p ordinarium, cũ derogatione regulæ de viginti diebus, q̃a cũ beneficium nõ vacaret, nõ potuit frauduléter ius qualificatis tollere. Et sic fuit iudicatum in hoc supremo Parisi. senatu, & prolatum in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ, Anno 1539. pro domino Francisco de Borges, contra Bricõ. Et sic limitatur gl. in verb. vacare. in §. præfatiq́ue ordinarij. supra eo. & his fraudibus totis (vt aiunt) neruis est obuiandum. l. fundo. ff. de rei vendic.

Arestum.

Secundò, vitatur coniectura fraudis quando beneficium opimũ habebat curã onerosam, vel aliud onus, cui non erat ꝑmutãs par. vt pote quia erat senex, & beneficium modici valoris paruũ onus habebat, fortè erat beneficiũ simplex, vel ꝑsona illa erat vtilior in alio loco. c. scias. 7. q. 1. Anch. cõs. 279. q. ꝓponitur. Bert. cõs. 311. etiã si. in 2. vol. ex 1. editio. Tertiò, excusatur quãdo in beneficio nõ poterat securè morari ꝓpter inimicos ibidem habitãtes, vel aliàs: nã tunc inęqualitas beneficij excusat. c. ad supplicationem. de renũc. c. pastoralis. 7. q. 1. Pan. & Fel. in c. quia verisimile. de præsump.

Quartò, quãdo aer ibi nõ erat salubris, quia fortè nimis calidus in æstate. c. dilecti. in fi. de dolo. Cepola in tract. de seruit. rust. præd. rub. de aere. vbi dicit magis ęstimari fundũ propter cœli temperiẽ: & etiã beneficiũ, quãdo est in loco amœno, & delectabili, teste Anch. consi. 328. in casu. col. 2.

Beneficium in patria magis optatur.

Quintò, quando beneficiũ tenue erat in patria cedentis, beneficiũ optimũ non, quia patria sua ininduxit eũ ad permutandũ, etiã cum modico, cũ sit cuilibet dulcissima. l. qui habebat. in prin. ff. de lega. 3. & impiũ est cuilibet suã patriã relinquere. glo. in l. vna. C. si curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit. lib. 10. & ibi patruus meus Rebuffus, & patria originis semper reputatur esse maior. gl. in l. fi. C. de seruis export. quã sequitur Bal. in l. executorem. n. 30. C. de execut. rei iud.

Sextò, quando beneficiũ modici valoris fuit possessum diu per illos de consanguinitate, vel per eos fuerit fundatum. nã affectio præsumitur ad res maiorum. l. si in emptione. ff. de minor. l. 1. §. sed si rem. si quid in fraud. patron. Cepola in d. tract. de simulata contract. 15. præsumptio.

Beneficium intra ciuitatem pluris est quã extra.

Septimò, quãdo beneficiũ leuis valoris est intra ciuitatem opulentam beneficium magni valoris est ruri, tunc excusabitur fraus, si ille qui vult habitare in ciuitate, poterat in ciuitate lucrari, vt pote quia doctus, & poterat consulere, vel aliam vtilitatem facere, & etiam dicitur. Beati qui habitãt vrbes. l. 2. ff. de nundinis. nolebat esse ruri subditus, vt omnibus armigeris galinas pręberet.

Octauò, quãdo tenue beneficium habebat dignitatem, & is qui habebat pingue, erat Thraso miles gloriosus, vel nobilis, volẽs habere honores. vel volebat esse iudex delegatus. iuxta c. statutum. in prin. de rescr. in 6. vide Lucã de penna, in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11. aliàs fraudis cõiecturas in beneficiis, cum infinitæ sint, omitto.

Resignans quãdo fructus postea recipere possit.

Vltimò tenere debemus mente, quòd si resignans receperit fructus post resignationem etiam nomine alterius, cũ nullo iure recipiat, tenetur eos restituere, vt scribitur in prouinciali omni. c. eccl. fol. 33. vers. cõsultus, &c. Secus si tantũ constituerit procuratores ad resignandum, quia tunc antequam idẽ notificetur resignatio, facit fructus suos etiã in cõsciẽtia, quia potest pręsumere, ꝙ superior noluit resignationẽ admittere, vel procurator nõ resignauit, vel pars noluit. arg. l. sed & soci⁹. §. si absenti. ff. pro soc. Probus in add. ad Monac. in d. c. 2. nu. 30.

Et poterit iste interim cõferre beneficia, quorũ collatio spectat ad illam dignitatẽ, & erit rata per l. si fortè. ff. de off. præs. Sic ergo interpretabor hæc cõcordata, vt nõ possint reprehendi, vt dicit text. in l. Saluius. ff. de leg. præst. quem not. Soc. cõs. 121. col. 2. in 1. vol. quod statuta debent interpretari, vt nõ possint à sapiente reprehendi. hactenus de §. volumus.

§. STATVIMVS. II.

Parochiales ecclesiæ in ciuitatibus, vel villis muratis sitæ, nõ debent conferri, nisi debitè qualificatis, aut iis saltem qui triennium studuerint in theologia, vel in altero iuriũ seu magistris artium. hoc dicit.

Statuimus [a] quoque ꝙ parochiales [b]

Dictio quoque quomodo accipiatur.

a Statuimus.) Hic §. nõ diuiditur, quia vnũ cõtinet dictũ. Quoque accipitur pro etiã. text. in l. Labeo, & ibi Bar. & Ias. ff. de pact. l. seruũ quoq;. de procur. Bar. in l. fi. col. 1. de eo quod certo lo. Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. col. 1. ff. de iureiu. vbi dicit naturã huius dictionis esse, quod eadẽ qualitas sit in casu isto, quæ in præcedente, sed hoc satis declarant verba sequentia. ibi modo præmisso, &c. Aliquando continuatiuè ponitur. c. quorundam. & ibi Archid. col. 2. de elect. in 6. cap. ex eo §. vlt. ibidẽ, vult dicere hic tex. quòd non solum beneficia debent conferri, vt supra dictum est, sed etiã parochiales ecclesiæ, vt hic. nam hæc dictio significat similitudinem. quòd idem sit in casu sequenti quod in præcedẽti. Gomes. in. §. in personam. col. 2. nu 6. instituit. de actio. vide quæ scripsi in l. detestatio. §. familiæ. ff. de verbor. signifi.

Parochiales ecclesiæ quæ dicantur.

b Parochiales ecclesiæ.) Parochiales ecclesiæ dicuntur, quæ habent parrochiam ad eius curã deputatam, & territorium limitatum. Archi. in c. licet canõ. col. 2. de elect. in 6. Nico. Milius in repertorio, in verbo, ecclesia. parochialis dicitur à parochia eis deputata. c. ecclesias. 13. q. 1. quę dicitur partitio curæ. quia rector ecclesiæ habet curam totius populi, intra illos limites cõgregati, vnde dicitur regere populum c. 1. de cap. monach. Et sic parochia est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus. Ex quo infertur, ꝙ si sit aliqua ecclesia ruralis, & ad eã de nouo veniant homines ad illic habitandum, non dicetur tamen parochialis ecclesia, si nõ habeat certum territorium deputatum, licet possit dici ecclesia curata. Card. in clem. vna. q. 5. de off. vica. & cle. 1. de præb. & sic omnis ecclesia parochialis habet curam animarum, vt plurimum, sed non omne beneficium curatum dicetur ecclesia parochialis. Io. And. &

Quid sit parochia.

And.& *alij in* c.*super* eo.de præb.in 6.

Etiam licet ecclesia sit baptismalis, tamen non ex hoc infertur necessariò, quod sit curata, vel parochialis, quia ex consuetudine, vel cōcessione hoc habere potest, teste Fede.consi.135. Casus talis. Perusi. in ca. ad decimas, perillū tex.in vlt.not.de rest.spo.in 6.doctores.in c.ex transmissa.de præsc.d.Gomes.in q.11. super cōmēta.reg.cancellariæ, de Idioma.sed in Frācia quo ad istū tex.sufficit, quod habeat parochianos, & curam in illos, & quod ibi soliti sint baptisari.

Ecclesia parochialis quomodo probetur. Et ad probandū ecclesiā esse parochialē, primò est necesse quod habeat locū certis finibus cōstitutū in quo degat populus illi ecclesiæ deputatus.secundū Rom.cōs.356.circa primum col.1. vbi tradit in quo cōsistat ius parochię.& doct.in rub.de parochi. Alex.cons.74.viso.in 4.vol.& etiam requiritur authoritas superioris cōstituentis eam parochialē. c. null9.16.q.7.& c.sicut.de excess.prał. Aegid. de bella mera, in cōs.38.supposito.col.2.cū seq.Barba.cōs. 17.pręclarè.co.5.in 1.vol.Quis dicatur parochianus ponit Frede.cōl.254.q.subsequens. quem sequitur Panor.in c.in nostra.col.pen.& in repet.c. extirpandæ.§.q. vero.de præb.& ibi dixi.hoc anno interpretādo illum §.& totum tit.vbi dixi esse illum, qui de facto habitat in aliqua parochia animo manēdi, ita quòd si verè translatus, non iuris fictione. siue audierit ibi diuina, siue non.c.1.dist.18 si quis trāslatus.c 22.q.1.c.3.de sepul.in 6.c.vt dominicis.& c.fi.de parochi.Alia multa dixi quæ hic non repeto.

Ecclesia parochialis non vacat per non promotionē, si pater vel alius retinet bullas. Nota tamen vnum sing.quod si pater meus, vel alius, impetret ecclesiam parochialē pro me ignorante & retinet bullas per annū, ideo, quod nō sum promotus, illa ecclesia nō vacat.per tex.in c.cōmissa, de electio. in 6. & ibi Domi.in §. annus, hoc expressè tradit pōderando ibi text.dum dicit, tibi non currit si promoueri iusto impedimento detentus, intra tēpus huiusmodi nequiuisti, quia licet pater potuerit mihi filio acquirere, nō tamen acquisitum renūciare, arg.c.si tibi absenti.de præb.in 6.& no. per doct. contra Bart.ibi.in l.qui Romæ.§.Flauius.in fi. ff. de verb.oblig.vbi donans Titio, vt post mortē acquiratur Caio, non potest reuocare, vt non acquiratur Caio, per l.quotiens.C.de dona.quæ sub modo. sic consuluit Deci.cōs.58.& ista est cōmunis, teste Benedicto, secundum quam fuit prolatum arestū Burdegalæ.in repet.c.Raynutius.in verbo, si absque. 2. in substitutione fideicom.nu.23.cum seq.de testa.

ecclesiæ in ciuitatibus, [a] aut villis [b] muratis existentes, non [c]

Ciuitas interficiēs episcopū eo priuatur, & quomodo cōstituatur ciuitas. a In ciuitatib9) Ciuitas dicitur quæ habet episcopum.teste. Bar.in extrauag.qui sint rebelles, in verbo, Lōbardiæ.quem si interfecerit, eo priuatur.c. ita nos.25.q.2. Alex.in l.2.ff.de verb.sig.in addi.ad Bar. & constituitur ciuitas authoritate principis, expresse vel tacitè hoc agentis, vt sit ciuitas, & habeat priuilegia ciuitatis, & etiam sine authoritate superioris constitui potest, cū sit de iure gentiū, patruus meus Rebuffus, & Platea in l.vna.C. de metrop. Beryto. libr.11.Fel.& alij in cap.Rodolphus.de rescrip.Geminianus & cæteri, in c.si ciuitas.de sent.excomun. in 6.Leges in ciuitatibus docēdæ sunt in proœm. ff. §.hæc autē tria.Sex requisita ad gubernationem ciuitatibus tradit Ioan.de Selua.in tract.de benefi.q.5. 1.patris.num.6. Quid veniat eius appellatione Alber.in tracta.statutorum.in 2.parte q.176. & Iacob. de bello visu, in §.illud in auth.quib.modis natur.effici.sui.coll.6. Et in ciuitate construēda de nouo, requisita ponit Lucas de penna in l.fin.colum.3.C.de quibus muneribus.lib. 10. Et an si verberetur ciuis, possit ciuitas bellum ob hoc indicere, tradit Lucas in l.2.C.de apparit.procons.& leg.li.12. [Sed nullus nobilis, vel alius, etiam princeps indicit bellum in hoc regno, sed solus rex.] & quādo obliget ciuitas per procuratores, vel per syndicos eius.not.Bart.& alij in l.ciuitas.ff.si cer pet.

Villa murata quæ dicatur. b Villis muratis.) Villa murata, secundum cōsuetū loquendi modū in Francia, dicitur locus muris circundatus, in quo frequētissimus est populus ibi habitans.gl.in eo.verbo.in pragma.Deut.1. sic dicitur vrbes magnæ, & ad calum vsque muratæ. Et hic accipitur generaliter, quasi text. velit dicere, quod nedum parochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatib9 magnis conferri debent graduatis, vel aliis qualificatis, verum etiā quę existunt in aliis villis muratis, & sic in singulis villis muratis.vide quę dico in trac. nomina.q.16.vbi trado regulā cū amplia.& limita.

Et hę ecclesiæ debent conferri qualificatis, etiam si nouis muris sint circundatæ.Fel.in c.Rodulphus. col.1.de rescrip.vbi dicit, quòd ecclesia ruralis de nouo muris circundata debetur impetranti beneficium in villa murata, vel in ciuitate.Bar.in l.2.ff. de verb.sig.Et in dubio postquā est muris circundata, debet villa murata iudicari si cōcursus populi insit.

De negatiua quæ totum negat. c Nō.) Diuersitas magna est inter verba huius tex. & verba prag.nam in pragmatica erat oratio affirmatiua, hic negatiua, quæ totum negat, & plus negat, quàm affirmatiua affirmet. text. in l. si sic stipulatus. & ibi Ias.no.ff. de verb. oblig. gloss. in l. hoc genus.ff.de condit. & de monst. & Cepola in tract. de serui.vrb.prædio.cap.35.glo.in c.cum dilectus.in verbo, à suspensis.de consue.Dec.in l.in eo. in princ.nu.9.ff.de reg.iur. & fortior est prohibitio legis prohibitiuæ, quam permissiuæ.l.3.§.liberti.& & ibi Bart.ff.de suspec.tut.Dec.in c.nam concupiscentiam.3.nota.de constit.in prima lectura. Et quāuis hic non repetatur clausula decreti, tamen collatio in contrarium facta est nulla prosequente qualificato, quia non est dubiū, ea quæ contra legem fiūt pro infectis haberi.l.non dubium.C. de legi. & infra de firma & irreuoca.concor.stabil.ponitur clausula decreti, vbi licet videre.

Ecclesia parochialis de qua hic, non potest permutari cū nō graduato. Etiā si fuerint collatæ per viā resignationis, vel subrogationis, quia hic omnino prohibetur collatio aliis facienda. quàm qualificatis, vt infra patet & idem si per viam permutationis, cum alij sint omnino incapaces extantibus qualificatis vt hic patet, quia hæc constitutio est introducta partim in fauorem graduatorum, partim in fauorem populi, qui est magis capax: in ciuitatibus & villis muratis, quàm in municipiis.c.statutū.in princ.de resc.in 6. gl.in §.in.ecclesiis.eo.tit.in pragma.

Imò Papa Clemens 7. declarauit collationes & prouisiones quascunque, etiam commendas de his

parochialibus non qualificatis factas, etiam per Papam non facta derogatione concordatorum nullas & inanes, siue per viam resignationis simplicis, siue permutationis, vel aliàs quouismodo. Et hoc anno 11. sui pontificatus. 8. idus August. quam decleratio-nem approbauit Paulus 3. Pōt. max. & secundū istā declarationem iudicari voluit, anno incarnationis dominicæ 1534. tertio nonas Nouembris, pontificatus sui anno primo, quod est bene notandū. [Et declaratio summi pōtificis ex singularis personæ postulatione facta ad legē, vel constitutionem aliquā, ius generale inter omnes cōstituit. l. fi. C. de leg. Ludo. Roma. consi. 260. in proposito. in prin. & Fel. in rubr. de rescr. in princ.]

Non valet tamen dispensatio cōcessa alicui non graduato, vt ecclesiā parochialem talem tenere possit, & ille nil impetrasse videt, vt in simili dicit tex. in l. 1. ff. de nata. restitu. [Per text. in §. 1. de firma & irreuoca. concordato. stabilita. infra, vbi decernit irritum & inane, quicquid fuerit factum contra hæc concordata, etiam si à Papa. & sic non valebit dispensatio illius contra hæc con cordata, quicquid dicat Probus, in §. in ecclesiis in verb. instituantur. de collat. in prag. vbi dicit quòd Papa non contrahit, aut permittit aliquid, per quod eius potestas, in toto nec in parte minuatur. Ista opinio est contra iura, nam Papa per vim contractus, minuit sibi potestatem, alias contractui posset derogare, si hoc sequamur, quod est absurdum c. 1. de prob. l. 1. & 2. quando liceat ab emptione discede. Ideo minuitur potestas Papæ, & principis in eo, quod nō potest solus contractum tollere, nec illi contrauenire, alioqui nullus vellet secum contrahere, & aliis rationibus quas scripsi in præfa. ad hanc rub. supra q. bus nō respōdet. & plus est hoc cōcordatum quam constitutio in cōcilio edita. vt patet in d. rub. de firma. infra.] & quod legatus etiā nō possit cōferre has parochiales ecclesias alteri, quam qualificato, fuit conclusum in senatu, & in mente curiæ retentum, decidendo processum inter Guillelmum Esclison & Leonardum Naria, anno 1536. *Arrestum.*

Dictio nisi quomodo accipiatur.

nisi [a] personis [b] modo præmisso [c] qualificatis,

a Nisi) Hæc dictio quia præcedit oratio negatiua ponit illud quod negatum est in præcedenti, vt est tex. & ibi Bar. & alij in l. actione. C. de trāsact. quasi velit hic tex. dicere beneficia ciuitatum & villarum muratarum non cōferātur nisi personis quatificatis, & sic qualificatis debent cōferri. Et intellige quòd non semper ponit, sed interueniētibus aliis necessariis requisitis per alias leges vt in regula, peccatum. de regu. iur. in 6. Bar. in l. diuus. ff. de peti. hæred. licet cogitādum reliquerit. Ias. in d. l. actione. vide quod in simili not. Cuma. consi. 26. cum statutum. circa fi.

Nota quòd dictio nisi, negat potētiā, quando oratio negatiua respicit futurū tempus. l. Titia. §. fi. ff. de manu. testa. quādo verò oratio negatiua respicit præsens tēpus, tunc dicitur negare actū, q. actus dicūtur de præsenti, quando in esse deducūtur, potētia verò respicit futura Bar. & alij in d. l. actione. vbi licet videre fusius. vide Moder. Crotū. in c. 1. nota. 6. de cōst. in 6. Bal. & ibi Barb in addit. ad eū. in c. vno. co. 3. per quos fiat inuesti. §. sed & res Doct. in c. præterea. 2. de appel. Iacob. de bello visu, in repet. §. contrahentes. in verbo, nisi inueniantur. ibid. de fo. comp. in 6.

b Personis.) Quarū appellatione venit tā vir quā mulier. Bal. in l. quicunque. col. 3. versi. idem si statutum. C. de seruis fugit. Soci. cons. 57. Casus. col. pen. in 1. vol. nō ex cōceptione generū, sed ex ꝓpria natura dictionis persona. Dec. in reg. fœminę. in fi. prin. ff. de reg. iur. hic tamen non comprehēditur mulier quia nō potest habere qualitates hic requisitas: ideo tantum masculos cōprehendit, nec omnes, sed idoneos & qualificatos, quia persona dicitur rationabilis creatura. Ideo nōdū natus nō est habilis. Car. in c. 2. §. cū verò. de conces. præb. vbi dicit facere contra Brixien. episcopū, qui contulit ecclesiā vacantē filio cuiusdā nōdū nato, siue foret mascul⁹, siue fœmina. *Personæ appellatione qd veniat.*

Imò etiā non cōprehēditur hic vniuersitas, collegium, ciuitas, municipium, vel aliud corpus cōmunitatis, q. propriè appellatione personæ non veniūt c. Romana. in fi. de sent. excom. in 6. Barb. in clē. causam. col 20. de elect. vbi plenè scribit. & in cl. 1. & ibi Bonifa. col. 1. de iud. & dixi supra eo. verb. in rub. de regia ad præl. nominatio. fac. lege. in §. 1. Et auth. itē quæcunque. C. de episc. & cler. & ibi Bal. Alex. cōsi. 216. nec arguendi. col. 3. in 2. vol. Ro. cons. 436. quod indultū. col. 1. licet, quādo materia subiecta patitur, appellatione personæ veniāt. §. si verò contigerit. in auth. de alien. & emphy. col. 9. & l. metū. §. animaduertendū. ff. q. met. cau. l. in facto. § fiscus. ff. de cōd. & demōst. facit l. 1. §. personis. de iure immu. etiam furiosi persona dicit iurisconf. in l. cū quasi. §. in furiosi p̄sona. ff. de fideic. lib. Barb. cōs. 47. clē. col. 5. & seq. in 4. vol. l. fi C. de eroga. milit. ann. li. 12. Ias. cōsi. 118. n. 2. vol. 1. & maximè quādo dicitur quæuis persona, Ale. cōs. 40. in causa. col. vlt. in 7. vol. In iure tamē persona ecclesiæ dicitur rector ecclesię, & cōmunius ponitur cū adiūcto videlicet persona ecclesiæ, nō persona simpliciter. licet gl. in prag. in hoc verbo, cōtrariū dixerit per. c. ex parte. supra. de resc. c. bonæ. & c. personas. de app. c. fi. ne prælvices suas. facit c. quæsitum. ibi, clericis quos personas vocant. 1. q. 3. *Persona ecclesię rector ecclesiæ dicitur.*

c Modo p̄misso qualificatis.) Repetit omnes qualitates in hoc titul. traditas personas tāgentes. Et sic requiritur primò, antequā quis sit capax beneficij villæ muratæ, q. studuerit per tēpus cōpetēs, & præstitutū in §. præterea. super eo. vel saltē per trienniū in theologia, vel altero iuriū, deficiētib⁹ supradictis, propter dictionem saltem, & c. & de hac dictione modo præmisso qualificatis, est tex. in §. præfatique ordinarij. supra. eo. *Volēs habere beneficiū in villa murata quas qualitates habere debeat.*

Secundò, requiritur gradus. §. præfati. 1. supra. eo. alioqui nō esset præmisso modo qualificatus, & nō graduatis beneficia non adstringantur in hoc titulo conferenda, nisi saltē, &c. Nec sufficeret habere gradū post collationē, cū hic tepore collationis requiratur, & postea non prodesset, vt dixi cuidam senatori, qui fuerat licentiatus post regiam concessionē in qua vocabitur licentiatus, & tamen non erat. *Grad⁹ post collationē nō sufficit.*

Tertiò, requiritur gradus in vniuersitate priuilegiata: & sic requiritur, quòd gradum sumpserit in vniuersitate regni, vt hic dicitur. In vniuersitate priuilegiata *Gradus an requiratur in beneficijs villæ muratæ habēdis.*

uilegiata, plene dixi in tract. nomina. q. 10. & tunc erit præmisso modo qualificatus.

Quartò, requiritur insinuatio. §. teneantur. supra eo. vbi qualitas ponitur, quæ hic censetur repetita. Intellige quòd extātibus graduatis nō graduati repelluntur, & si sint qui insinuauerint non insinuantibus præferuntur. vt plene dico in tract. nomina. q. 16. quòd est verum, si vacent hæc beneficia in mensibus præstitutis qualificatis, secus, si in mensibus ordinariorum, quia in illis sufficit idoneis graduatis conferre, etiam si non insinuauerint. per verbū, libere, probatur in d. §. præfatique ordinarij. supra eo. vbi libere conferre possunt idoneis, & quilibet graduati sunt idonei, etiā si nō insinuauerint, ergo collatio illis facta valebit, quia hæc qualitas gradus est introducta, tam in fauorem parochianorum villæ muratæ, quam graduatorū, quibus satisfit prouidendo graduatis tempore statuto ordinariis. dico tamen vt in q. 16. tract. nominat. non putarem tamē sufficere, si conferretur baccalaureo facto ante tempus, vt si per triennium studuerit, quia nō est modo præmisso qualificatus, nec satisfit text. in §. præterea. supra eod. extātibus aliis. secus illis deficiētibus.

Insinuatio non requiratur in villa murata.

Quintò, quod tēpore quadragesimæ insinuauerit, & literas dederit duplicatas, vt dicit in d. §. teneantur, & sic erunt præmisso modo qualificati.

Sextò, requiritur, quòd non habeat beneficia vsque ad ducentos florenos auri de camera, alioqui nō esset modo præmisso qualificatus, nec capax villæ muratæ. §. volumus. supra. eod. ibi, in vim gradus seu nominationis petere nō possint. & quia ratio eadem habet locum cum non sit pauper, qui obtinet beneficia vsque ad illam summam, & hoc aliis extantibus.

Habēti ducentos florenos non debetur villa murata.

Septimò, si beneficium in villa murata sit regulare, regulari conferendum est qualificato: si seculare seculari: & prætextu dispensationis Papę non potest contra fieri, vt in d. §. volumus, continetur. & sic modo præmisso qualificatus erit regularis graduatus ad regularia, secularis ad secularia.

Octauò, quòd nominato conferatur antiquiori si vacet in mēsibus nominatorum, vel poterit collator gratificare in mensibus graduatorū, dum tamen habilem & idoneum gratificet, & vt supra qualificatum. §. pręfati. 1. supra eo.

Nonò, requiritur in nobilibus, quòd sint qualificati, vt in §. præterea, & seq. & in aliis etiam, vt ibi dicitur alioqui beneficium in villa murata, vel ciuitate, si sit ecclesia parochialis, habere in Francia, nō poterunt alia vide in d. tract. nomina. q. 16.

Nec obstat si dicatur, quòd ecclesiæ parochiales sint conferendæ viris graduatis, si vacēt tēpore pręstituto graduatis, vel nominatis, si tēpore suo vacēt & nō alio tēpore, & hoc videtur dicere verbū modo præmisso qualificatis. Sed respondeo ꝙ hic tex. vult parochiales has ecclesias cōferri personis præmisso modo qualificatis, & sic reqrit qualificationē personarū, nō tēporis, alioqui text. dixisset, cū qualificatiōe prædicta. & tūc putarē ꝙ tex. repetisset etiā tēporis qualificationē, ita ꝙ si extra tēpus pręstitutū vacassent, nō deberentur. ꝙ secus est per hæc verba. nota bene, quia vidi sæpius super his dubitari.

aut [a] saltem, [b] qui per tres annos in theologia, vel altero [c] iurium

a Aut.) Alternatiua est ordinis, non electionis, vt in l. cū pater. §. pe. ff. de leg. 2. probatur in §. 1. in verbo, aut baccalaureo. & ibi dixi, supra eodem glos. in regul. in alternatiuis. de regul. iur. in 6. glos. & doct. in capit. mandato. de præb. illo lib. sic dicitur de eo qui debet citari in facie aut ad domum vt prius in facie, si reperiatur, si minus, citet postea ad domum. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnos. l. scire oportet. §. qui autem. de excusa. tut. Bar. & Alexand. in l. 4. §. prætor. ff. de damno infecto. Car. in clem. vna. colum. prima de foro compe. quasi velit dicere tex. ꝙ parochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus, aut villis muratis, quando vacant, conferendæ sunt graduatis & qualificatis modo supradicto, & si nō sint graduati & qualificati, cōferātur illis saltē, qui per tres studuerint annos, &c. licet propriè nō sic accipiatur gl. in c. cū plures. de offi. deleg. in 6. & de multiplici alternatiua. vide tex. in l. 3. ff. de eo quod cer. lo. Io. Fab & Ias. in §. huic. inst de actio. Hic magnū apparatū facerem de alternatiuis, si vellem. sed materiā propriam prosequar tantum.

Aut est alternitatiuà ordinis.

b Saltē.) Subsidiaria est, & diminutionē significat. gl. & ibi Domi. & Frāc. in c. statutū. §. 1. in verbo, vel saltē de resc. in 6. vbi dicit gl. nota. ꝙ si aliter fieri pōt primò id fieri debet. ad iuramentū enim recurritur solū in aliarū probationū defectū. sic in defectū graduatorum conferendæ sunt ecclesiæ parochiales illis, qui studuerint trienniū, nō aliàs. hoc etiā probat l. 1. §. vsus. ibi, sal ē per alios. ff. de proc. cle. ne in agro. §. sanè. de statu monach. Et cle. causam. in prin. vbi Barb. no. col. 7. & seq. de elect. l. si quis hac l. §. quoties. ff. qui & à quibus. Domi. in consi. 37. dubitabatur. col. 3 Item quando hæc dictio saltē coniungitur cū dictione aut, vt hic, vel seu, vel siue, tunc importāt alternationē ordinis. c. quia propter. de elect. Io. And. & Pan. in c. per vestras. per illū tex. de donat. inter virū & vxo. gl. in §. fi. de col. in prag. Vult ergo tex. dicere ꝙ primò personis modo pręmisso qualificatis conferantur ecclesiæ parochiales, quandocūque vacent, & illis deficientibus saltem his, qui studuerunt per triennium, &c. quasi dicat, si aliter non potest, his tamen conferat ordinarius.

De dictione saltem.

Et sic non requiritur ꝙ isti, qui studuerint triennium, sint qualificati. quia his deficientibus cōfertur istis, qui studuerint, &c. alioqui dictio saltem, nō diminueret, & etiā quia non potest esse baccalaureus in triennio. Nec etiam in his requiritur insinuatio, vt plenè dico in d. tra. no. q. 16. Nec refragatur, quod si non fiat insinuatio, quomodo poterit scire episcopus, quod quis studuerit triēnium? Respon. Episcopus tenetur inquirere idoneos. cap. graue, de pręb. & si inquirat, inueniet, & si non inuenerit, conferat cui potest. arg. l. vt gradatim. ff. de muneri. si tamen post factā collationē veniat qualificatus dūmodo infra tempus iuris, admittetur, excluso eo cui est facta collatio etiā si fuerit facta ei, qui studuit triennium per hunc text.

Studēs triēnio an teneatur insinuare & gradū habere.

c Altero.) Idē si in vtroque iure per tres annos studuerit, cum & in altero studuisse videatur, vt dixi in tra.

Medici tres annos studentes beneficia in villis non obtinent.

in tra. nomi.q.5. Et per hæc excludit medicos, vt nō possint obtinere beneficia in ciuitatibus & villis muratis existentia, nisi sint graduati, & præmisso modo qualificati, etiā si studuerint per tres annos, quia hic tantum exprimit illos, qui studuerint in theologia, vel altero iuriū, ergo in aliis locū non habet. arg. c. nónne de præsūmp. nā scientia eorū tangit corpora hominum. ideo quando medicus est iuuenis, pestis est in patria, vt dicit Alber. in l. prouidendum. C. de postul.

studuerint, seu magistris [a] in artibus qui in aliqua vniuersitate [b] priuilegiata studentes magisterij gradum adepti fuerint, conferantur.

Magistri artiū an præferātur his qui triennium in iure studuerint.

a Seu magistris in artibus.) Cū hæc verba denotēt ordinem patet ꝙ & magistris artiū possunt conferri beneficia in villis muratis existentia, in defectum tamen aliorū theologorū, & iurium professorum. Qui præferuntur quo ad hoc magistris artiū etiam si theologi, vel alij hic expressi studuerint tantum triennio, quia magis capaces sunt ad ecclesiam regendam hi, qui in theologia, vel in iure canonico, vel ciuili, studuerunt per triennium, quàm in artibus magistri qui tantum circa nuces laborauerunt. ideo hic tex. illos præmisit, & deficientibus idoneis hi admittūtur. l. vt gradatim. §. 1. & l. honor. in fi. ff. de muner. & honor. Tamē intelligo hūc tex. quando magistri artium non essent pręmisso modo qualificati, quia tunc dicerem eum, qui triennium studuerit, isti præferendum, alioqui cōtrà per hunc tex. si rectè intelligatur. ideo is qui in iure studuit triennium, debet præferri magistro artium, qui est factus ante quinquennium, vt post triennium cum dimidio, quia tunc non est rectè qualificatus, ideo studens trienniū præferetur, secus, si quinquennium studuisset, quia tūc esset præmisso modo qualificatus, & alter non admitteretur.

a Vniuersitate.) Ergo nō sufficeret si adeptus fuisset magisteriū sub bulla, vel in vniuersitate Auraicen. vel in vniuersitate vltra montes, etiam nō sufficeret, cum hic dicat, in vniuersitate priuilegiata. & illæ quę sunt vltra mōtes non sunt quo ad nominationes & prærogatiuas regni priuilegiatæ, vt dico in tract. nomina. q. 10. supra eo. tit. plenius dixi.

Confertur verbū quālibet dispositionē comprehendit.

b Conferantur.) Comprehendit præsentationem, & aliam dispositionem. gloss. in cle. vna. de rerū permuta. & in rub. vt ecclesia. beneficia sine diminutio. conferan. c. 2. & c. cū nostris. de concess. præb. Ita intelligitur. tex. in §. 1. in verbo, collatorem. de mand. apostol. infra. & in §. pręfati. 1. supra. eod. ibi, cōferre teneantur. Ioā. And. in c. ex tenore. vbi hoc expressè tenet, de concess. præbend. etiam comprehendit commendam. Videlicet. vt non commendetur nisi præmisso modo qualificatis, nam commenda canonicus est titulus. c. dudū, 2. de elect. & largè appellatione collationis venit. not. in c. nemo. de elect. in 6. dixi in tract. de pacifi. poss. in 5. amplia. nu. 35. cū seq. Ideo si nominatus requirat sibi beneficiū cōferri, licet ad præsentationem beneficiū vacās spectet, nō ad collationē, tamē, illa requisitio valebit, per supra dicta, qa error in acceptatione (quādo cōstat de corpore) nō vitiat, argu. l. cum in corpus. ff. de acqu. rer. domi. de Rota. deci. 219. licet in nouis. dixi in tract. nomi. q. 7. in fi, quia autē hæc requisitio se refert ad literas nominationū, quibus mandatur patrono vt præsentet collatori vt cōferat. Perus. in c. statutum. in 1. not. de præb. in 6. & sic secundum qualitatē personæ. l. plenum. §. equitij ff. de vsu & habit. An data potestate conferendi cēseatur data potestas præsentandi, tradit Ioannes And. Imol. in d. c. ex tenore, & Imol. in c. fi. de concess. præb. & ego plenè docui in praxi mea beneficia. Et an parochiani possint præscribere ius præsentādi curatum in eorum parochia vide per Alber. in regula, quæ propter necessitatem. col. 2. & seq. de regul. iur. ff.

§. MONEMVS.

Monētur regni vniuersitates sub pœna priuationis priuilegiorum, vt eos tantum nominent, qui secundum prædicta tempora studuerint, & iuxta statuta vniuersitatum, & non per saltum promoti fuerint, alioqui nullas declarat nominationes, & vniuersitates suspēdere nominandi priuilegio cōminatur, hoc dicit.

Hic §. duas habet partes, in 1. ponitur prohibitio, in 2. pœna secūda ibi, quod si sec⁹ & legitur vsque ad §. si quis autē qui est vltimus huius titu.

Monemus [d] autē præfati

d Monemus.) Licet regulariter monitio debeat esse trina. glos. not. in c. ex literis. de const. tamen in actibus extraiudicialibus sufficit vna. c. si episcopus 18. dist. cle. 1. de hæret. in verbo, requisierint. In no. in c. ad petitionē. de accusa. Pan. in c. cōsuluit. de offi. delega. fallit in c. 1. de supplen. negl. præl. & ibi Ant. de Butrio. Bar. & alij in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dāno infect. Fel. in c. 2. in fi. de magist. & monitio iudicis habet vim trinæ citationis. l. 2. C. quomo. & quādo iudex. sic & hæc principis monitio, ita quod si vniuersitates Franciæ hæc nō seruarent, possent pœnis legitimis affici, non tamen ex sola contrauentione priuilegiis priuari, vt nota. in c. ex literis. de cōsti. Et monitio de occultis impetrari nō potest pro re immobili, quia est nota, & concessa ad reuelandū census, & reditus, fuit annullata in hoc senatu. ann. 1541. die 18. Iulij. Cum census inter immobilia computetur. cle. exiui. §. cūque annui. de verb. sing. Fuit tamen approbata ann 1544. die 10. Febr. cōtra quēdam condēnatum ad expensas: & vt eas solueret, fuit interrogatus, vt bona indicaret, qui domū alienam indicauit, postea iudex, facta inquisitione permisit vti censuris, quod curia approbauit, appellantémque ab abusu non recipiendum dixit, eúmque ad emendam condemnauit.

Monitio trina esse debet fallit vt hic.

Monitio de occultis pro re immobili impetrari non debet. Arrestum.

Arresta.

Nota ꝙ quando in constitutione est verbum moneo, vt hic, vel præcipio, talia loco trinæ monitionis habentur. vt pulchrè consuluit Feder. de Senis, cōsi. 109. quæst. magis. col. 2. vide vnum casum singularem, in quo sine monitione quis incidit in pœnā, per Soci. cōs. 133. profecto. col. pen. & seq. in 1. vol. Vbi quādo vltra dispositionem legalem emanaret circa idem constitutio particularis, tunc per talem cōstitutionē videtur quis moneri, & sine alia monitione incidit in pœnam, vt aliquid operetur cōstitutio particularis. sic cōcludit Feder. d. cōs. 109. quæst. & Pan. in c. fi. §. porro. col. pen. vt lite non contesta.

regni

regni [a] vniuersitates, [b] sub pœna [c] priuationis omnium & singulorum priuilegiorum à nobis [d] & à sede apostolica obtentorum, ne collatoribus, seu patronis ecclesiasticis habeant aliquos nominare nisi eos qui secundum præfata [e] tempora

Promoti extra regnū regni priuilegiis non gaudent.

a Præfati regni.) Per hoc patet quod vniuersitatibus tantum regni priuilegia in hoc titulo comprehensa sunt data, & graduatis in eis, si sint regnicolę. & sic qui studet & sumit gradum in alia vniuersitate extra regnum, non habetur pro graduato quo ad hæc priuilegia, data graduatis regni, secus quo ad priuilegia iuris. quæ tradit Alex. in additio. ad Bart. in l. 1. C. de dignitati. lib. 12. & per Feli. in rub. de magist. & Barb. in proœmio cle. Bologni. in repet. auth. habita. C. ne filius pro patre. & Petrus de Lesnaud. in tract. de priuileg. docto. Et ego cumulaui centum octoginta scolasticorū priuilegia, eaq; palā feci, vt quilibet scolasticus sua posset priuilegia scire. vide etiā quæ dixi in tract. nomina. q. 10. quādo graduati regnicolæ in vniuersitate extra regnū promoti gaudere possint priuilegiis, & qb⁹, ibi licet cernere.

Triplex est vniuersitas.

b Vniuersitates.) Studiorum generalium, non vniuersitates ciuitatum, vel castrorum, seu alias communitates, de quibus in rubr. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. Bar. in l. 1. col. 2. ff. de damno infect. vbi dicit triplicem esse vniuersitatem. & consi. 189. primò quęritur. de quibus est tex. in c. statutum. §. cum verò. de rescrip. in 6. De illis omnibus hic non intelligitur tex. sed de vniuersitatibus studiorum generalium. & hoc suadetur ex præcedentibus, videlicet ex §. 1. 2. & §. præterea. & per totum, supra. eo. vbi tex. locutus fuit de hac vniuersitate in præcedentibus. ergo & hic loqui censetur. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. [De vniuersitate agrorum loquitur iurisc. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. vbi scripsi.] Et dicta est vniuersitas ab vnitate quod in vnum colligatur, seu vertatur, quemadmodum rota in asse vertitur. teste Luca de penna. in l. fi. col. 4. C. de re mili. lib. 12. licet quandoque sit diuersitas.

Nota bene quando vniuersitas pro delicto puniatur.

Nota tamen quod vniuersitas non potest puniri pro delicto commisso per ciues, nisi perpetratū fuerit ex proposito & consilio, etiam si omnes ciues vexillo erecto, & pulsata campana facerent illud delictum sine deliberatione, quia tunc inquiri debet cōtra singulares, & illi puniri. text. sing. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Bar. in l. aut facta. §. fi. n. 9. de pœnis. & Lucas in l. 3. C. de exacto. & execut. li. 12. Feli. & Dec. in c. cū omnes. de cōst. Ias. in §. pœnales. n. 26. insti. de actio. & cōs. 139. vol. 4. D. Boer. in tract. de seditio. fol. 26. Anch. in c. dilectus. 2. col. 2. & seq. de simonia. Idem si consules vel scabini delinquant insequendo consuetudinem, tunc est delictum populi. c. venientes. & ibi Anch. in 1. not. de iureiur. Et vbi vniuersitas deliquerit, instigatores primò debent corporaliter puniri: vniuersitas verò in pecunia & emenda condēnari debet. Et solet cōcludere procurator regius, ꝗ ciuitas sic delinquens radatur, & solo æquetur, vt testis est patruus meus Rebuffus in l. quinque. C. de decur. lib. 10. & in rub. de mune. patri. li. eo. col. 2. & de ratihabitione vniuersitatis tradit decisio. Neapolitan. 176. ex quo probatum. addidi ad dictum §. si in sepulchro. vide Hippoly. in l. nihil. nu. 19. ff. ad leg. Cor. de sica. Quod est verum in delicto momentaneo, sed in habente causam successiuam, vt rebellio, tunc ciuitas tenetur, dato, quòd consilium & deliberatio non præcesserint. teste Anch. cons. 158. col. 4. & Ias. consil. 136. in præsenti. col. 1. vol. 4.

Crimen vnius quando alteri noceat.

Crimen tamē vnius bene præiudicat aliis eiusdē professionis viris, quo ad diffamationē, quia ex inhonestate aliquorum studentiū diffamatur tota vniuersitas, sicut ex delicto sacerdotis diffamantur alij, & etiam episcopus. c. si mala fama. 2. q. 5. & ex mala vita aliquorum aduocatorū, & doctorū, vel religiosorum diffamatur ordo ipsorū. Bonifac. vital. in cl. vna. col. 3. de offic. ordi. Si ergo sola facultas theologiæ, decretorū, vel alia circa hoc deliquerit, aliquē per saltū promouendo, nō debet puniri tota vniuersitas, nec altera facultas, q̄ nō deliquit p̄ supradicta, & maximè vbi sunt omnino separatę, vt hic Parisijs, & in Mōtepessulano facultas medicinæ à facultatibus aliis est separata. secus in aliis, quę sunt cōiūctæ. apud Tholosates oēs facultates coniūctæ sunt, sed facultates iuriū extollunt inter alias caput floridū.

Facultas non delinquens non debet puniri, etsi altera deliquerit.

Sub pœna priuationis quid importet.

c Sub pœna priuationis.) Non importat priuationem ipso iure, sed comminationem. ita expressè cōsuluit Alex. cōs. 103. videtur. col. pe. vol. 1. gl. in c. vno. de sagit. text. in c. salonitane. 63. dist. & ibi bona glo. tex. in c. relatū. in fi. de iur. patr. gl. in c. non solum. de regula. in 6. Barb. in repe. c. Raynaldus. co. 101. de testa. Hoc fallit in sex casibus traditis per D. Tiraq. in repe. l. si vnqnam. in verbo, reuertatur. nu. 211. & seq. C. de reuoc. don. vide gl. in §. fi. de annatis. in verbo, ipso facto. in pragma.

Digniora quando nō præponēda.

d A nobis & à sede.) Id est, à rege & à sede apostolica hic rex se præmisit, q̄a sua magis interest, vt in Euangelio, Ego & pater tuus dolentes quærebamus te vel Romanus pontifex, qui hæc concordata condidit, causa honoris (vt fieri est solitū) Francorum regē pręmisit, vt in c. ego Lodoicus. 63. dist. c. victor. 97. dist. & ibi gl. & in suprascriptione epistolæ inter claras. C. de summa trin. vbi Albe. & in his non est magna vis, nisi ꝗ digniora sunt præponenda. c. auaritiæ. & ibi Dec. de præb. quod fallit in loquente, qui de consuetudine etiam minus dignum præponit, & non seipsum.

Principes etiam seculares vniuersitatibus cōcedere possunt priuilegia.

Item notandum est ꝗ priuilegia possunt dari vniuersitatib. tā à Papa, quàm à principibus secularib⁹ quo ad temporalia. auth. habita. C. ne filius pro patre. c. quo iure. 8. dist. & videmus multa priuilegia esse data clericis, & ecclesiis per Imperatores. in tit. C. de sacrosanct. eccle. & seq. tex. & ibi gl. in c. fi. de reb. eccle. nō alien. Super spiritualibus non possent seculares dare priuilegia, q̄a in spiritualibus nō sunt superiores, c. ecclesia. de const. c. bene quidē. 96. dist. gl. in §. item. vt de cætero. in verbo, regalibus eo. tit. in prag. tex. expressus in c. conuenior. 23. q. 8. in prin. ibi verū ea quæ diuina sunt imperatoriæ potestati nō sunt subiecta. gl. in c. veniens. de præsc. vbi doct.

e Præfata tempora studuerint.) Et sic vniuersitas nō potest nominare aliquem iure, nisi studuerit per tempus

tempus statutum in §.præterea.supra eo.vbi dixi,& in tract.nomi.q. 5. Etiam si post nominationes studuerit,& ante vacationem beneficij per istum text. Et ita fuit conclusum in hoc senatu,anno 1522. die prima Aprilis.

studuerint,& secundum dictarum vniuersitatum [a] statuta ad gradus,& non per saltum [b] promoti fuerint:quod si secus fecerint,vltra nullitatis [c] penã, quam in præ- *Arestum.*

a Vniuersitatum statuta.)Hic non reperitur quod studuerit per præfata tempora,sicut in nominationibus. & sic quis potest sumere gradum , dum tamen modo secundum statuta vniuersitatis sit habilis, & sic licet non studuerit per tempus præstitutum. in d.§.prætera.Vel potest intelligi,quod vniuersitates non debent nominare, nisi eos qui studuerint per præfata tempora,& secundum statuta vniuersitatũ promoti fuerint,& sic requiritur tam in nominato quàm in graduato quod studuerint per tẽpus præstitutum suprà in §.præterea. & prior intellectus à senatu Parisien.tenetur tanquã æquitati cõformis.

Nota tamen quod antequam quis ad doctoratũ promoueatur decem requiruntur. *Decem requisita doctoribus.*

Primò,ætas saltem 17.annorum.l.1.§.pueritiam. ff.de postul.quãuis.Card.in procemio.cle.in 2.q. dicat quòd nulla ætas est determinata , si habeat alia requisita,sed potest semper quis fieri doctor,nec refert secundum eum,an quis sit senex per ætatẽ, an secundum mores.nam aliqui propter nimium studiũ præueniunt tẽpus,vt Parisi.& Tholosates.gl.in c.tum ex literis.de in integr.resti.& in l.vnicuique. C.de proxim.sacro.scrinio.lib.12.

Secundò,quòd per quinquẽnium saltem studuerit,in proœmio.ff.& prima const.C.quibus facit c.fi. de magistris.

Tertiò,quòd in vniuersitate studuerit,&non ruri.c.tuæ,de cleri.non resid.

Quartò,quòd alios moribus præcellat. l. magistros. C.de profess.& medic. lib. 10. & maximè requiritur quòd sit iustus,cum sit exemplar bonorum operum scholaribus,aliàs nõ est dignus aperire sensum scripturarũ,de quo habetur Apoc.5.c. & Deus reuelat humilibus & paruulis, quod interdum abscondit sapientibus,vt est in Euangelio.

Quintò,vt facundiam habeat.ibidem, & l. vna. C.de profess.qui in vrbe Constan.Co.merue.lib.12.

Sextò,quòd habeat docendi subtilitatem.d.l.vna Petrus de Lesnaude.in opus.de doc.q.8.partis 1.

Septimò,quòd in suo examine septem doctores sint Bart.in l.medicos.C.de profes.lib.10.& l.si quis ibidẽ.quod nõ seruatur in vniuersitatibus Franciæ.

Octauò,quòd illi doctores iurati deponant illũ esse sufficientem,quòd etiam non seruatur, vt dixi in repeti.l.vnicæ.in verbo,subtilitatem.nu.22.C.de senten.quæ pro eo quod interest.

Nonò,quòd sit legitimè natus,quòd in aliquibus vniuersitatibus non seruatur,nisi Valentiæ,& de iure illegitimus potest doctorari. c. innotuit. & ibi Bal.col.2.de elect.

Decimò,non negociator.l.vna. C. negociatores ne militent,lib.12.& ista procedũt in doctoribus regẽtibus.in aliis omnibus ista nõ requirimus, sed primum examen est bursæ, secundum scientiæ. *Primũ examen doctorum est crumenæ.*

Insuper aduertendum est,quòd si liber statutorũ vniuersitatis reputatur pro tali libro, licet non habeat subscriptionem publicam,tamen probat in iudicio,hoc tenet sing.Bart.in vlti, glos. in extrauag. qui sint rebelles.& expressius Domi.consil.15.reuerendæ.col.vlt.quod est summè notãdum. Item si statutis vniuersitatis cautum sit,quòd vniuersitas non possit aliqua statuere contra statuta antiqua , si tamen vniuersitas multum læderetur, si seruaret illa statuta antiqua,poterit eo casu statuere,& ordinare contrarium.l.cum nauarchorũ.& ibi patruus meus Rebuffus.C.de nauicula.li.11.facit l.si hominem. & ibi Curtius.ff.mand.& non est dubium vniuersitatẽ in suos statuere posse, vt in c. ex literis. vbi etiã not. de constit. *Liber statutorum vniuersitatis probat.*

b Per saltum.) Quando quis dicatur per saltum promotus,declaratur in rub.de clerico per saltum promoto.c.1.videlicet,vt tunc dicatur,quãdo scholaris fit doctor,vel licentiatus,antequam sit baccalaureus saltum enim facit,& non ascẽdit gradatim l.vt gradatim. ff. de muneri. plenius declaratur in tracta.nomina.q.21.vlt.limita.

c Nullitatis pœnam.)Et sic retractatio & annullatio actus est pœna gl. in cap.cognoscentes,de consti.& ibi plenè doct.tex.in c.si religiosus.in fin.prin. ibi,in pœnam præsumptionis illius, electio eadem ipso facto viribus vacuetur omnino.de elect.in 6.c. super literis ibi,in pœnam suę peruersitatis.vbi Bal. no.col.2.de rescript.& Barb.consi.17.præclarè. col. pen.in 1. volu.intellige quando actus annullatur in odium personæ.l.moris.& l.si quis fortè.§ fi.iuncta l.aut damnum.in prin.ff.de pœnis.l.testamento centurio.in fi.de manu.testa.Boer,in decis.Burdega. q. 1.num.16.& seq.inde est quod statutum faciens quẽ inhabilem,dicitur esse pœnale,ideo restringendum Pau.per illum tex.in l.is qui hæres.ff.de vulg.Fel.in c.2.col.1.de test.Etiam prohibitio alicuius actus est pœna.l.aut damnum.in prin.ff.de pœnis. Et sic annullantur hic nominationes,& gradus,in odiũ personarum eos promouentium per saltum , vel ante tempus.& ita dicit text.nullitatis pœnam.Item dicitur pœna,quando actus specialiter contra regulas iuris annullatur.l.senatus.ff.de contrah.empt.Dec. & alij in d.c.cognoscentes.Annullatio tamen dicetur pœna extraordinaria,& impropriè,Inno. in c. si verè.de sent.exc.Philip.Perus.in c.fin.col.2.de elect in 6.Bal.in l.nemo martyres. de sacrosanct. eccle. Alex.in l.turpia.in princ.ff. de leg. 1. *Annullatio actus si sit pœna.*

Si verò actus annulletur secundum regulas iuris communis,non dicitur pœna.Bald.& Ias.in l.nõ dubium.C.de legi.[Itaque si actus annulletur doli ratione vel culpæ,pœna est, diuersum , si irritetur ex defectu solennitatis,quia tunc non est pœna,sed prouidentię defectus.teste Bal.in d.c.super literis.col.2. de rescrip.per tex.in l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2.]vnde iura quæ annullant testamenta,vel sententias,nõ seruata solennitate requisita de iure communi non dicuntur pœnalia.Bal.in d. l. nemo martyres. C de

factos.eccl.per l.eius.§.planè.ff.de iure fisci, Idem si annulletur in fauorē alicuius:ideo quādo alienatio minoris, vel mulieris annullatur, non dicitur pœna, cum illud in fauorem illorum inductū, & nullū sit delictum, ergo nec pœna.l. sancimus. C. de pœnis. doct.in d.c, cognoscentes.vbi vide fusius. Quod facit ad cognoscendum, quando statuta dicantur pœnalia, & sic restringenda. l.cum quidam. ff. de libe. & posth.l.interpretatione.de pœnis.Pan.& alij in c, qua fronte.j.not.de appel.

fatarum nominationum literis declaramus [a], vniuersitates ipsas nominandi priuilegio [b] ad tempus secundum culpæ qualitatem [c] suspendemus.

Quādo non requiratur declaratoria sententia.

a Declaramus.) Ex hoc tex.patet limitatio ad tex. in c.cū secundum leges.de hære.in 6.vbi licet bona sint ipso iure cōfiscata, requiritur tamen declaratio, fallit vt hic, quando declaratio fieret per legem, vel statutū, aliis modis limitāt Do.& Perus. in d.c.cum secundū.& Feli.in c. Rodulphus, vers. sed declaratoria.col.22.& seq.de rescrip.& c.cum nō ab homine.de iud.vide quæ addidi ad d.c.cū secundū. & de quo ꝑfit ista declaratio, tradit Fel.in c.1.co.12.vers. non obstat etiam huic limitationi, de consti. [Et sic nominationes sunt ipso iure nullæ, quando ante tēpus quis est nominatus, vel quando per saltum est promotus, vt scripsi plenè in tract.nomina.q.21.]

Est priuilegium nominationes cōcedere.

b Priuilegio.) Nota ꝙ posse nominare, est priuilegium. Et sic non competit vniuersitatibus extra regnum, vt patet supra in prooemio, cum hoc regnicolis tantum cōcessum sit, & an hoc priuilegium possit reuocari, dico in q.vlt.tract.nominatio. & multa dicerem hic de priuilegiis, quæ de industria relinquo, ne impleam chartas ex materiis incidentibus.

c Suspendemus.) Patet hic ꝙ duplex pœna potest imponi pro vno facto, videlicet vt nominationes ante tēpus præstitutum concessæ sint nullæ, & vniuersitates tales nominantes, priuilegio nominandi suspendi possint. intellige quòd duplex pœna imponi potest pro vno facto, quando vtraque per eādem constitutionē apponitur.l.placet. C.de sacros. eccle.Item quando vna esset spiritualis, altera temporalis.gl.in c.de his.de ecc.Idem propter criminis enormitatem.gl.& doct. in c. at si clerici. de iud. & quando vna tenderet ad interesse priuatum, & altera ad vindictam. vel vna est ciuilis, altera criminalis.l.1.C.quando ciuilis actio præiud. crimina. Bart. in l.prætor.§.1.ff.de iniur. & l.1. & 2. vi bonor. rapt. auth.Imo.C.de actio.& obli. vbi imponitur triplex pœna.& in c.attendendum.17.q.4.

Duplex pœna quando pro vno facto imponi possit.

Et quando vtraque est pecuniaria, tunc imponi potest altera, quatenus excedit, vt l.quoties. ff. de act.& oblig.Idē si vtraque prosequatur interesse priuatum, & vtraque descendat ex facto, ex quo resultant diuersi tituli criminis, qui habent se vt species separatæ, & distinctæ. l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. l. qui de crimine. C. de accus. Si verò oriantur propter duo crimina, quæ habent se vt genus & species, tunc vna pœna sufficiet. l. senatus.ff. de accus.Boër.in decis.Burdega.q.289.quæritur.idē quando per nouam constitutionem imponeretur pœna penitus diuersa à prima imposita per ius cōmune, tunc etiam vtraque exigetur.l.qui sepulchra. C.de sepul.viola.l, quoties.in prin.ff.de act. & obli. & quando vna per se non sufficiebat. c. non solum. in fin.& ibi gl.de regula, in 6.

Pœna vni imposita an liberet alium.

Item quādo pro eodē delicto imponuntur pœnę diuersis, tunc pœna vni imposita nō liberat aliū, vt hic, & in l.si quis in hoc genus.C.de episc.& cler.l.si familia.ff.de iurisdict.omn. iud.l.pen. ne quis eum qui in ius voca.est, vi exi, Itē si ex vnico excessu plures offenderentur. c.1. de re iud. in 6. pulchrè Barb. consi.74.omnia, col.3.vol.3.vbi plus dicit, quod potest imponi ex vno facto pœna, & retractatio actus, quæ est pœna, vt hic per l.nemo martyres. C.de sacrosan.eccl.Fallit etiam in casibus traditis in c.at si clerici. §. fi. de iud. vbi traditur regula, quòd quis pro eodem facto non debet duplici pœna puniri. fallit, vt supra dixi. vide per Lucam in l. nemo.col. 6.C.de cursu pub.lib.12.& l.3. col.8. C. de exacto. & execu.eo.lib. [Card. Alex. in c.fraternitatis.col.2. dist. 34. vbi elucidat quando plures pœnæ in lege, vel statuto ponūtur, quænā ex illis imponenda sit.]

Punitus in vna curia an in alia puniri possit.

Et an punitus in vna curia possit in alia puniri, vide per Bal.cons.29.vol.4. & cons. 402. ibidem. & cons.124.in 5.vol.Barb.d.cōs.74.col.3, in 3.vol. Guido Papæ cons.99. Ioannes, vbi dicit ex stilo curiarū tēporalium seruari, quòd debitores excommunicati compelluntur ad soluendum à curiis tēporalibus per captionem corporis & bonorum: donec se fecerint absolui. & si debitor in carceribus detinetur, tamen creditur potest conuolare ad bona. & cōtra. allegat Aug.Aret.in l.4.§.si ex conuentione.ff.de re iudi.Henri.Boteum in tract.de synod.episcopi. fol. 58.Philip.Perus.in c.fœlicis. §. per hoc.de pœnis. in 6. gl. in §. 1. in verbo, permansuris. de concubin. in prag.vide Pan.& alios in c.de causis.col. vlt.de offi. deleg.Scripsi plenè in tract.de literis oblig. regio sigillo, vel alio auth. signa. art. 10. & quando imponuntur diuersæ pœnæ à lege, statuto, vel ordinatione, quæ illarum sit imponenda. Præposi.plenè tradit in c.fraternitatis.col.pen.& seq.34.dist.

§. SI QVIS AVTEM.

Nominati & graduati petentes beneficia in mensibus ornariorum vacantia, ac eos molestantes, ad expensas, damna & interesse condemnantur, ac fructibus gradus & nominationis sunt priuandi: similiter collatores tenentur beneficia cōferre vacantia in mensibus nominatorum & graduatorū ipsis debitè qualificatis, illa prosequentibus, sub pœna suspensionis conferendi in octo mensibus illius anni. hoc dicit.

SI quis autem graduatorum aut nominatorum, in mensibus deputatis collatoribus ordinariis, aut personis ecclesiasticis beneficium vacans, in vim gradus, aut nominationis petierit [d], &

HIc §.duas habet partes. Prima imponit pœnā graduatis & nominatis: secunda collatoribus. secunda ibi, eodémque vinculo.

Petere ante litem cōtestatam quis non dicitur.

d Petierit.) Petere non dicitur ante litem contestatam, sed petere velle. l.amplius. ff. rem ratā hab. Et hoc declarant verba sequentia, & in processu

LL

poſuerit.ergo ſi extra iudicium petierit, nõ incidit in pœnam huius tex.ſed poterit pœnitere. Arch. in c.placuit primo. 11. q.1. Et an verbũ petere requirat litis conteſtationẽ,tradit Bart.in d.l.amplius. & Iaſ. in l.ſi decẽ cũ petiero.col.1.ff.de verb.oblig.Georg. Nathan in repe.cle.ſæpe. col. 8. in verbo,cauſas. de verb.ſig.Ant.in c.ſi diligenti.col.7. cum ſeq.de for. comp.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſt.

collatorem ordinarium [a] in vim præfati gradus aut nominationis in proceſſu poſuerit,& taliter moleſtauerit [b]: illum vltra expenſarum [c], damnorum [d], & intereſſe [e] condemnationem fructibus ſui gradus & nominationis priuandum [f] eſſe decernimus.Eodémque [g] vinculo collatores ordinarios, & patronos eccleſiaſticos, quibus graduati & nominati debitè(vt ſupra,qualificati ſuorum graduum & nominationis literas inſinuauerint, aſtringimus: vt beneficia ad eorum collationem vel præſentationẽ ſpectantia,in menſibus graduatorum ſimplicium & nominatorum vacantiã, extãtibus præfatis graduatis [h] aut nominatis debitè qualificatis illa proſequentibus [i], aliis quàm graduatis aut no-

Moleſtans prouiſum ab ordinario, an ſit puniendus.

a Collatorem ordinarium.) Et ſic ſi nominatus, vel graduatus petat à prouiſo per ordinarium collatorem,& in proceſſu ponat, ac moleſtet, non incidit in hanc pœnã.cum hic tex.illud nõ dicat,& etiã quia ille prouiſus expenſas,dãna,& intereſſe ab illo qualificato petere poterit, & ſic non debet puniri quo ad collatorem,ne duplici pœna conteratur.c.at ſi clerici.§.fi.de iud.& quia bona fides nõ patitur,vt bis maximè ab vno exigatur. regula bona fides. de reg.iur.in 6.Alij contradicunt,vt moleſtans indebitè prouiſum ab ordinario,incidat in pœnã:quia ſatis dicitur moleſtare ordinariũ collatorẽ,qui moleſtat eius prouiſũ,cũ ipſe ordinarius teneatur poſtea euicto beneficio eidem conferre. c.inter cætera. de præb.declaro in tract.nomi.q.vlt. & maximè, quia ſatis lucratur ordinarius,qui explet voluntatẽ. gl.in l.pen.ff.de condict.cauſa data. quàm ſing.no.Bal.in Marg.in verb.lucrum.q.3.Dec.in c.ex parte S.col.2. de reſcript.addidi ad d.l.pe.text.pro illa gl.dic,vt in q.vlt.tract.nomina.ſcripſi.

b Taliter moleſtauerit.) Aliqui taliter moleſtauerit legũt,& intelligunt taliter, videlicet per proceſſum.c.fi.§.ſanè.de deci. in 6. ibi, taliter à religioſis, &c.Alij legũt,& aliter moleſtauerit,videlicet quam per proceſſum, ſcilicet de facto, & tunc appellatione moleſtiæ venit iuris & facti moleſtia, vt in l.vna. C.de nundinis.dixi in d.tract.nomi.q.vlt.

Promittẽs reficere expẽſas intelligitur de moderatis.

c Vltra expenſarũ.) Et ſic in expenſis tenetur, moderatis tamen. nam promittens reficere expẽſas. de moderatis tantum intelligitur. gl. ſing. in auth. de iudicib.§.oportet.coll.6.ſecundum Bal.in c. finem. col.3.de dolo.c.1.in fin. de ſequeſtr. poſſe. Et de expenſis multa tradit Spec.in tit de expen. & Lafran. in repet.c.quoniam contra. in fi. de proba. Petr. de Ferra.in pract.ſua in forma libelli in actio. reali. in verb. & expenſis. quæ ſi hic vellem tranſcribere, aſcenderent ad iuſtum volumen.

Dãnorum nomine quid veniat.

d Damnorũ.) Quorum appellatione venit diminutio patrimonij.l.3.ff.de damno infect. gl.in tit.de friuo.app.in verbo,damnorũ.Expenſę tamen damnorum appellatione non veniunt. tex. ſing. in c.in noſtra.de iniur.ideo ſupra expreſſit expenſas,&c.

Intereſſe eſt lucrum ceſſans & dãnum emergens.

e Intereſſe.) Appellatione cuius venit propriè lucrum ceſſans,& damnum emergens.gl.& doct.in l. vna.C.de ſentẽ.quæ pro eo quod intereſt.& ibi dixi in præfatio.ad illam legem,non repeto, cum liceat ibi videre multa per me ſcripta in illa materia.

Participiũ & verbum futuri temporis important canonem ſententiæ ferẽdæ.

f Priuandũ.) Et ſic non eſt priuatus ipſo iure,ſed per ſententiã venit priuandus,quia participiũ futuri tẽporis, & verbum important canonem ferendæ ſentẽtię.c.cũ tu.de vſur.l.improbũ.C.ex quib.cauſ. infa.irrog.l.in criminali.ff.de iuriſd. om.iud. Fel.in c.Rodulphus.de reſcr.Fallit in viginti caſibus congeſtis per D.Tiraquel.in repeti.l.ſi vnquã. in verbo, reuertatur.nu.32.cum ſeq.C.de reuoc. dona. Et ibi tradit vtilitates quæ ex hoc ſequũtur, videlicet quãdo ſit canon latæ ſententiæ, vel ferẽdæ ſcripſi in arbor.feudo.in fin.

g Eodem vinculo.) Hic verſiculus duobus intelligitur modis.

Primò, quòd ſicut graduati & nominati tenẽtur ad expenſas, damna & intereſſe vltra nullitatis pœnã, quia literæ nominationũ & gradus ſunt nullæ, quando moleſtant ordinariũ collatorẽ: ita collatores cõferentes beneficia in menſibus deputatis nominatis vel graduatis vacãtia,aliis quã qualificatis, tenentur ad expenſas,damna,& intereſſe nominatis & graduatis vltra nullitatẽ collationis, & hoc procedit ſi nominati & graduati proſequantur. dixi in 8.q.octauæ quæſtio.princip.tract.nominat.

Secũdò, intelligitur quòd eodem vinculo aſtringuntur collatores, videlicet ſicut nominati non debent petere beneficia eiſdem non debita, ſic epiſcopi beneficia eiſdem debita, aliis non debent cõferre, ſi in menſibus eiſdem præſtitutis vacent, ſub pœna ſuſpenſionis poteſtatis conferendi in octo menſibus illo anno ad collationem eorum, ad præſentationem liberam ſpectantibus. & ſic non repetit pœnas ſupra poſitas,& hic intellectus magis conuenit textui.vide quæ dico in tract.nom. q.19.in fine.

Ablatiui abſolutè poſiti conditionem inducunt.

h Extantibus præfatis graduatis.) Ablatiui ſunt abſolutè poſiti inducentes conditionẽ.l.ab emptione.ff.de pact.& ibi Iaſ.& l.à teſtatore. de cõd. & demonſt.Iaſ.in l.1.no.5.de iure emph.& in rub. ff.ſolu. matr.Vult ergo dicere tex. ſi ſint nominati, & proſequãtur beneficia eiſdem debita,epiſcopus, nõ debet aliis quã ipſis conferre.ſi verò nõ ſint nominati, vel ſint,& nõ pſequantur,epiſcopus tũc cõferre poteſt etiã nõ qualificato,quia ſemper lex intelligi debet, ſi petatur, vel ſi velit, vt Iaſ.latè dicit in l.2. C.de iure emph.ſcripſi in gl.ipſo iure.in §.ſi quis verò.ſupra.eo.multa cõgerit D.And.Tira.in rep.l.ſi vnquã. in verbo,reuertatur.nu.8.cũ ſeq.C.de reuoc.dona.

Proſequi debet nominatus, alia

i Proſequẽtibus.) Et ſic epiſcopus poteſt cõferre

nonno

collatio alteri facta valebit.

non nominato, vel non graduato beneficia eisdem præstituta,& debita, si nominati non prosequantur nec graduati, vt hic. Idem si antiquior nominatus non prosequatur, tunc potest iuniori conferri beneficium debitum antiquiori, quia iunior vigilauit, & prosecutus est: ideo suam conditionem meliorem fecit l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred.

Item potest conferre parrochiales ecclesias in ciuitatibus aut villis muratis existentes nõ prosequẽtibus graduatis, aut nominatis, aliis nõ graduatis. d. §. statuimus supra.& dicitur prosequi quando petit beneficiũ sibi conferri, & obtinuit collationem, & per eam prosequitur aduersariũ vsq; ad sententiam, secus si obtenta collatione ab ordinario taceat, quia tunc collatio ordinarij non est nulla, cũ non dicatur prosequi, qui cũ effectu non prosequitur. l. 1. ff. quod quisq; iuris. nã præsumitur renunciare quãdo ante sententiã destitit. l. destitisse. ff. de iud. facit gl. in §. item quod ad dictas. in verbo, nominatorũ. eo. tit. in prag. scripsi in repet. l. diuus. fo. 15. de senatusc. Silla.

Præterea beneficia debita mandatario potest ordinarius collator conferre graduato, vel alteri, quãdo mandatarius non prosequitur. Rub. de manda. apost. versi. declarãtes prosequentes huiusmodi mãdata,&c.& in mandatis solet apponi hæc clausula, si vobis pro alio non scripserimus, qui simile mantum, aut similẽ gratiã prosequatur, vt patet infra in forma manda.& ibi dixi. Ratio est quia inuito non cõfertur beneficiũ, regula iuris, inuito. ff. de reg. iur. & etiam in gratia semper intelligitur clausula, si is cui conceditur, prosequatur, & vti velit, etiam si clausula decreti irritantis adsit. Io. Monac. in c. statutum. de præbendis in 6. dixi in tract. no. q. 18. facit l. proinde. in fi. ff. si cert. pet.

Institutio sine præsentatione quã do sit nulla.

Item institutio facta sine præsentatione patroni, est ipso iure nulla. c. decernimus. 16. q. 7. instante, videlicet & prosequente patrono, alioqui non. Pan.& alij in c. illud.& c. ex insinuatione. de iur. patr. Rochus in verbo, honorificum. q. 1. tract. de iur. patr. plenè Cassado. in decis. 2. de locat. abundè scripsi in interpreta. d. c. illud.

Intellige ritè & rectè prosequentibus, & debitè qualificatis, vt dicit tex. suprà in §. præfati. 1. & ibi dixi.& in tract. no. q. 18. Item prosequentibus intra tempus. alias si vellet post sex menses, non facta requisitione, vel habita collatione prosequi post triennium non posset, sed posset repelli per decretum de pacifi. poss. vt dixi. in tract. de pacific. poss. in 13. amplia. nam permissum ad tempus, post tempus videtur prohibitum. l. statu liberum. §. 1. ff. de leg. 2.

Nominat° non tenetur acceptare primũ beneficium.

Et sic graduatus non tenetur acceptare per prædicta primũ beneficiũ vel nominatus, etiã si sciat illud beneficium sibi deberi, & se esse antiquiorem, tum etiã quia hoc nõ est expressum, sicut in mãdatis. c. tibi qui. de rescr. in 6.& in c. si clericus. de præb, eo. lib. Imo in §. teneantur. supra eo. dicitur ꝙ graduati & nominati, qui nõ insinuauerũt, nõ possunt petere beneficia vacantia in mensibus eisdẽ præstitutis. ergo si insinuauerint, possunt petere. non dicit teneãtur petere, quia verbũ potest, voluntatẽ & non necessitatẽ significat. l. sæpe. ff. de off. præsid. Bar. & alij in l. Gallus. ff. de lib. & post. Itẽ non priuatur quis nisi in casib⁹ à iure expressis gl. in c. vlt. de iure. patr. l. si seruũ. §. prętor. ff. de acq. hęr. sed hoc nõ reperitur expressum, ergo,&c. ad hęc. q. in fauorẽ graduatorũ & nominatorũ est introductũ, vt possint acceptare primũ, vel aliud. ergo illi fauori renunciare possunt. c. si diligẽti. de foro cõpe. In hoc ergo erũt melioris cõditionis quã mãdatarij. Et in quibus differãt, dico infrà. ti. prox. in verbo, nominatis. §. declarantes.

minatis non conferant, sub pœna suspensionis [a] potestatis conferendi beneficia in octo mensibus illo anno [b] ad collationem eorum ac præsentationem liberam spectantibus.

Hæc verba sub pœna, quid denotent.

a Sub pœna suspensionis.) Cõminatio est, nõ pœnæ inflictio. possent tamen iudices seculares, & maximè domini senatores hãc pœnã collatoribus imponere, & interim persona prouida & honesta, quæ suspensi suppleret defectũ, poni deberet. c. graue. de præb.& etiam si episcopus non se corrigeret, posset puniri pœna cõtenta in d. c. graue. vel alia pœna arbitraria. Et hæc pœna habebit locum in collatore, qui confert etiam iure deuol. cum sit eadem ratio, & quia omnibus præcipitur id d. §. præfati. 1.& §. si quis verò. vide ibidẽ.& quæ dico in tract. nomina. q. 8. nu. 19.& an suspensus ab officio censeatur esse suspensus à beneficio, vide tex.& ibi gl. in c. si quis sacerdotum. 81. dist. gl. Pan. & alios in c. pastoralis. de appel. & de multiplici suspensione tradit gl. in cle. cupientes. de pœnis. Fel. in c. 2. de exceptio.

b Illo anno.) Et sic patet quod intelligitur de octo mensibus illius anni, & non alterius, sicut si dicatur, per tres quadragesimas pœniteat. intelligitur de tribus quadragesimus vnius anni, text. in c. accusasti. de accus. gl. in c. qui compulsus. 22. q. 5. de qua dubitauit Corse. in fin. incip. quadragesima. & facit ꝙ eligentes scienter indignum sunt suspensi per triennium à beneficiis ecclesiasticis. c. cũ in cunctis. §. fi. de elect. intelligitur de illis beneficiis, quæ habent in illa ecclesia, in qua fuit facta electio. c. si compromissarius. in fi. de elect. in 6. Reliqua tangentia materiam huius tituli, dico in tract. nomina. ad quem recurrito. & sic ex his dicam cum psalte egregio, Psal. 67. Benedictus dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum, vt ad finem vsque sua gratia possim peruenire. Sic cõtinuando in hoc titulo dictum extitit quomodo conferri debent beneficia ratione gradus & nominationis, nunc sequitur videre quomodo ratione mandati. Ideo sequitur rub. de mãdatis apostolicis.

TIT. DE COLLATIONIBVS FINIS.

De mandatis Apostolicis.

Quis primo inuenit mandata.



Otandũ est, ꝙ olim Romani pontifices non solebãt grauare ordinarios per hæc mandata, sed Alexander tertius (vt reor) fuit primus qui inuenit ista mandata. c. eã te. de rescr. quæ demũ prosecutus est Inn. tertius, vt in c. dilectus. 2. de præb. postea Honorius tertius, vt in c. capitulũ. de rescr. deinceps Gregorius nonus, vt in c. mãdatum cũ duobus seq. illo tit. superuenit

postea Innocentius quartus, qui decretalē primā. de concess. præb. in 6. euulgauit. Et post eum Bonifacius octauus compilauit decretalem vlt. de præb. in 6. Vltimò Clemens quintus in concilio Viennen. quædam dubia declarauit in cle. vna. de concess. præb. De his Io. And. not. in addi. ad Spec. in rub. de conces. præb. in prin. & in c. duobus. in fi. de rescr. in 6. Pet. Anch. in d. cle. vni. in prin.

Postremò, Papa & rex certā mādatis in hoc Frāciç regno, de qua infra patet, formā statuerūt, & hęc sunt iura, quæ in mādatorū materia allegari solent.

Quæ sunt literę monitoriæ, præceptoriæ, & executorię.

Insuper in his mandatis olim Romani pōti. Primò dabant literas monitorias (quasi primarias preces) per quas monebāt ordinarios ad conferendum mādatariis. Veruntamē quia ordinarij voluntatem summi pōtificis facilè nō exequebātur, ideo literas præceptorias inuenerunt, quibus præcipiebāt ordinariis collatoribus, vt mādatariis cōferre haberēt. Verū si mādatū collatores non exequebantur, non annullabatur illorū dispositio, sed contrafaciēs erat puniēdus. c. si soli. de conces. præb. in 6. c. dilectus, 2. de præb. Fel. post Pan. in c. cōstitutus. col. 9. nu. 28. de rescr. Ideo Romani pontifices literas executorias inuenerunt, per quas mādabatur, vt executores cōpellerēt ordinarium ad conferendum. de his tribus literis habetur in c. eam. & c. constitutus. c. literis. & c. ex insinuatione. de rescr. Veruntamen quia adhuc manus ordinarij non ligabantur, vt collatio in contrarium facta non valeret, nisi in tribus casibus.

Primus, quando mandatarius erat creatus canonicus. c. si postquā. de præb. in 6. c. duobus. de rescr. illo lib. Fel. in c. ad audientiam. col. 8. versi. literæ non dantur. de rescr.

Secundus, quando erat clausula decreti. c. 1. de concessio. præb. in 6.

Tertius, quādo executor inhibuerat collatori, & suæ collationi reseruauerat. c. tibi qui. de rescr. in 6. dict. c. si soli. Ideo executoribus potestatem conferendi literis in executorialibus in recusationem vel negligentiā dederunt. c. si apostolicę. de præb. in 6. c. si capitulo. de conces. pręb. ibidē. Aliquādo verò dabantur tantum literæ executoriæ, vt in d. c. capitulum. de rescr. & ibi amplè de hac materia. & in c. dilecto. de appellat. Verum enimuero, quia hęc materia est difficilis, & confusa: nam paucos habet tex. & dubia super ipsis formis & clausulis deciduntur argumētis legalibus melius, quàm canonicis cōstitutionibus, teste Petr. de Anch. in cle. vna. col. 1. de cōces. præb. ideo putaui hic aliqua quotidiana ꝓ mādatorū elucidatione inserenda. Quot modis capiat mandatū, tradit Barb. in c. mādatum. not. 1. col. 2. de rescr. & quid differat à pręcepto. Fel. & Decius in c. eā te. illo tit. & quid sit mandatū principi. gl. in auth. de manda. prin. coll. 3. in prin. Et quotuplex sit. Azo & doct. in eodem tit. C. & per Alber. in verbo, mandatum in dictio. Hic possem multa dicere de mandato, sed tantum prosequar materiam cōngruentē.

Materia mādatorū est difficilis & confusa.

§. Primus.

Quilibet Ro. pontifex potest semel grauare vnumquemque collatorem, decem beneficiorum, vel plurium collationem habentem vno mandato, si verò quinquaginta, & vltra habeat, duobus mandatis, tamen in ecclesia cathedrali vel collegiata non poterit in duabus præbendis grauari.

Statuimus [a] & ordinamus quod quilibet [b] Romanus [c] pontifex

a Statuimus.) Hic titulus quadrifariā diuiditur. Primò præstituit numerum mandatorū ecclesiis Francię dirigendum. Secundò pręcipit mandata dari sub forma inferius descripta, ibi, & vt obuietur. Tertiò, reseruat sibi papa præuētionem omniū & quorūcunque beneficiorū ibi declarātes, &c. Quartò, vult verum beneficiorum valorem exprimi debere, ibi statuimus, & de hoc verbo, statuimus dictum est in §. 1. supra de colla. in 1. gl.

b Quilibet.) Canonicè promotus, alioqui anathemate cū suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus, à liminibus sanctæ dei ecclesiæ separatus abiiciatur sicut antichristus & inuasor, & destructor totius Christianitatis. tex. in c. 1. col. 3. dist. 23. quem tex. dicit sing. add. ad Pan. in prooemio decretaliū. Gregorius. & Pan. in c. licet. de elect. nu. 11. Et alibi dicitur, Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, seu militari tumultu, sine cōcordi, & canonica electione cardinaliū fuerit apostolicæ sedi inthronizatus, nō apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatque cardinalibus illum maiorem anathematizare, & humano auxilio à sede apostolica pellere. c. si q̃s. 79 dist. ideo dicit Bal. in l. impetrata. no. 1. C. sen. rescin. nō posse ꝙ princeps legitimè elect⁹ est deus in terris, & maximè papa, sed non legitimè electus est diabolus, & apostata, & nō habet claues cœli, sed inferni, sequitur Barb. in cle. ne Rom. col. pen. de electio. Nec refragatur verbū quilibet, quia debet intelligi de habili: vt in l. 1. C. de sacros. eccl. & ibi addidi Ale. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. & ideo tex. supra de ele. derog. dicit canonicè intrantium & ibi Io. Dayma declarat quando dicantur canonicè ingredi. & Fel. in c. ego. N. col. 2. de iureiu. per illum text.

De Papa canonicè promoto.

c Romanus pontifex.) Etiā si habitaret extra vrbē Romam, quia non locus, sed dignitas hāc concedit gratiam, arg. c. illud. & c. multi. 40. dist. gl. in verbo, Romanæ. in §. nos itaq;. extraua. Io. 22. rub. de præb. Et ꝙ Romæ debeat habitare, concludit Oldr. cōsil. 85. sanctissime. & Alber. in suprascriptione epistolæ inter claras. C. de summa tri. dicit tamen tex. in c. legimus. 93. dist. ꝙ vbicunque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue constantinopolitani, eiusdem meriti est, eiusdem & sacerdotij. Ideo ego arbitrio suo relinquo, sicut Præposi. in c. in nomine domini. 23. dist. instar iudicis. l. 1. ff. de iure delib.

Papa vbi habitare debeat.

Item dicit textus, Romanus pontifex, quia alius à Papa non potest dare ius ad vacatura. c. nulla. de conces. præb. c. 2. de pręb. in 6. nec ista mandata concedere etiam legatus, vel collegium cardinalium. cle. ne Romani. de elect. c. dilectus. 1. de pręb. gl. in c. si eum. eo. ti. in 6. & c. quanuis. de rescr. illo lib. & sic Papa tantum hæc mandata concedere potest. Imol. in c. constitutus, col. 1. de rescr. Pontifex enim princeps sacerdotū est, vel dicitur esse quasi via sequentium. Ipse summus sacerdos, ipse pōtifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque leuitas. Ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit: Ipse, quod vnusquisque facere debet, ostendit. Antea

Quis possit dare mandata.

autem pontifices & reges erãt. nam maiorum hæc consuetudo fuit, vt esset sacerdos, & pontifex. vnde & pontifices Romani imperatores appellabantur. sunt verba tex. in c. cleros. in vers. põtifex. 21. dis. Hodie conuenit soli Papæ, etiam ex communi vsu loquendi. cle. si Romanus pontifex. de præb. c. 1. de constit. in 6. & ibi gl. & doct. tradunt, quibus vocetur nominibus. & Præposi. in c. statuimus. 4. dist.

Nomina Papæ conuenientia.

Aliquando vocatur summus põtifex. cle. si summus. de sent. excommuni. Aliquando vocatur summus sacerdos, quod nomen cœpit à Moyse. c. sacrosanct. 42. dist. Et maior est authoritas Papæ, quã sanctorũ. c. de libellis. 20. dist. de hac potestate multa tradit Bal. in l. rescripta. col. 3. C. de preci. imper. offer. & Ollzã in suo tract. de potesta. Papæ. suntque alij multi tractatus de potestate Papæ, qui potestatem fusius explicant. ad eos si lubet, confugito. Sunt tamen quidam hæretici, qui nihil potestatem Papæ faciũt, cum ipsi nihil sint nõ videntes quod dictum est eidem, Tu vocaberis Cephas. & ipsis, Durum est vobis cõtra stimulum calcitrare, quia Papa est omnis super omnia. teste Bal. in c. vno. col. 2. vers. pone quod prelatus qualiter. domi à feud. propriè priuet. & contra hos hæreticos, habetur Esaiæ 29. c. & erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te, videlicet Papam, præualuerunt.

Papa quid sit.

semel [a] duntaxat tẽpore [b] sui pontificatus [c]

Dictio semel elucidatur.

a Semel.) Dicitur Iob 33. Semel loquitur deus, & secũdò idipsum non repetit. sic & Christi vicarius; ideo hic dicitur semel. & per hoc patet, ꝙ prohibetur regnicolis petere secundũ mandatũ, nisi vt dicitur infra, quia semel & nõ sæpius hic peti conceditur, vt in simili dicit tex. in l. fi. §. sed quia quidã. C. de iure delib. nam eo ꝙ prohibetur hic concedere, prohibetur etiã petere, quia prohibito vno de correlatiuis, cẽsetur reliquũ prohibitũ. l. 1. & 2. C. de cupres. li. 11. probatur in l. fi. & ibi pulchrè Ias. C. de indic. vidui. toll. Feli. in proœmio decreta. inci. Gregorius. in prin. plenissimè per Hippol. in l. si quis viduã. ff. de quæstio. Si tamen peteretur mandatũ secundũ. & per importunitatem Rom. pontifex cõcederet, nõ valeret, si dirigeretur habenti tantum collationem decẽ beneficiorum, propter illam clausulam decreti positã in rub. de firma & irreuoca. concorda. stabili. infra. nec collatores ratione illius mãdati cõferre tenerentur isti mandatario. vt infra eo. dicò in gl. præferendos. intellige vt ibi dicitur: quia non dicitur hic quòd semel concedere possit vnum mandatum, sed semel tempore sui pontificatus literas mandati concedere potest, vt sequitur.

Papa an dispensare possit, vt plura mãdata dẽtur.

Nec posset super hoc Papa dispensare, vt supra dixi in præfa. ad rub. de coll. nam ordo cõfunditur, quãdo sua iurisdictio cuilibet nõ seruatur. c. peruenit. 11. q. 1. & alibi dicitur in c. ecce. 99. dist. Meus nãque est honor vniuersalis ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ergo honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus nõ negatur. & quia ita conuentum est, contra quã conuentionem altera pars non dispensat, vt plenè dixi supra tit. proximo, in præfa. Et de insinuatione literarum semel faciẽda dicit text. in §. præfatique graduati. supra. tit. proxi. & plenè dixi in tract. nomi. q. 14. ibi, 11. quotiens insinuentur, &c.

b Tempore.) Ergo quocunque tempore, quia indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de ele. in 6. siue statim facta coronatione cõcesserit, siue post. gl. in l. 1. in verbo, tẽpore solutionis. C. de solut. vbi exponit verbum tempore solutionis, id est, in ipsa solutione, vel parum ante vel post. Imò etiam concessum mandatum ante coronationem valeret. tex. in extraua. vlt. de sent. excom. in cõmunibus, licet de stylo ante coronationem non soleant cõcedi, vt videtur concludere Feli. & recentio. in c. eam te. col. 5. vers. 2. restringitur. de rescr. Vide Præpos. in c. 1. col. 7. dist. 33. est tamen differentia, quia Papa ante coronationem vtitur bulla plumbea pro dimidia tantũ parte sculpta. teste Bonif. in cle. vna. §. porrò. nu. 27. de iureiur. & vix reciperetur sic in Francia, sed post coronationem tota est sculpta, vt ibidem dicitur. Et sic cõcedet mandatum antequã cedat papatui. c. 1. de renun. in 6. quod tam rarũ est, sicut auis Phœnix; vel antequã moriatur, quia mors soluit pontificatũ quo ad illum arg. §. deinceps. in auth. de nupt. coll. 4. & si vnum tantum mandatũ in ingressu cõcesserit, alterum postea, quandocunque placuerit, per hoc verbum dare poterit, cum semper sit in tempore sui pontificatus ante mortem & cessionem, vt dixi.

Quãdo possint concedi mandata.

c Sui pontificatus.) Et sic tandiu potest concedere hæc mandata, quandiu durat potestas pontificalis. Sed an eo mortuo, vel cessione facta expiret cõcessum? videtur quòd sic per l. mandatum. C. mand. & §. rectè. insti. illo tit. vbi mandatum finitur morte mandãtis re integra. Contrarium teneo in his mãdatis apostolicis, per text. in c. si super gratia. de offi. deleg. in 6. vbi dicit non expirare, quando res nõ est integra, vtpote qa est collatus canonicatus, vel fulminatus processus. Sic tenuit gl. in §. itẽ voluit. vers. visum. in verb. mandatũ. de coll. in prag. Do. & alij in c. presenti. de offi. leg. in 6. Anch. in cle. vlt. no. 1. de rescr. Cum ergo in Francia semper cõferatur canonicatus secularibus, vt in forma mandati inferiore patet, & recipitur mandatarius. ergo in Frãcia mãdata ista per mortem Papæ non expirant. c. vlti. de conces. præb. in 6. & c. si is cui. de præb. illo lib. & in regula cancel. decima. Sic tenẽt Domi. de rota. decis. 285. si episcopus. & decis. 349. si Papa. in nouis. Perus. in c. si gratiosè. 1. not. de rescr. in 6. Et regula. 10. Paul. 3. ista mandata à prædecessore confirmat.

Mãdatum an per mortem Papæ expiret.

Nota tamen, quòd quando gratia est facta, quanuis non executa, cum quæsitum sit ius ad rem, vel saltem ius implorandi officium iudicis, vel executoris, tunc non expirat morte cõcedentis, per no. in c. si cui nulla. de præb. in 6. Lappus alleg. 17. an datio. gl. in c. veniens. de renun. Bonif. in cle. gratiæ. col. 1. de rescr. Feli. in c. ad audientiam 2. col. 7. vers. literę. de rescr. vbi dicit quod expectans apostolicus tantum acquirit ius implorandi executores, vt mãdatum exequantur; non verò obligationem. gl. in c. veniens. de renun. Si tamen executor nolit exequi, non datur actio contra eum, sed puniendus erit. allegat Domi. & Io. And. in c. 1. in prin. col. 2. de concẽs. præb. in 6.

Gratia facienda & facta. Licet quidam docto. non satis practici parũ aduertentes ad stilum cancellariæ, hodiernum putent mandata de prouidendo dici gratias faciẽdas, & nõ factas, cum per gratiam faciendã non quæratur ius in re, nec ad rem, vt si Papa pro scholari mãdet euidam, vt promoueat eum ad gradũ doctoratus, tunc re integra finietur mandatum, cum non sit aliquod ius quæsitum scholari, secus in mandato, vt asserit Prouinciale, fol. 37. versi. præstantissimè. facit quòd notat Feder. cons. 78. casus est. Papa. Imò dicit Bal. in l. mandatum. col. 3. in 4. oppo. C. manda. quòd si Papa in gratia mãdet executori, vt eam exequatur, nõ finitur mandatum morte Papæ, licet secus esset si dirigeretur collatori tantum, & non mero executori. alleg. d. c. si super gratia. [Pan. in c. cum ad hoc col. vlt. de cleric. non residen.]

Item per viam contractus est hic permissum Papæ, vt mandata concedere possit, quod debet intelligi cum effectu. l. 1. ff. ꝗ quisque iuris. sed si mãdata morte Papæ finirentur, non concederet cum effectu. imò Papæ authoritate circunscripti essent mandatarij, contra l. 1. C. de his qui veniam æta. impet. & impetrãtibus essent elusoria, cõtra l. si prętor. ff. de iudic. & res nummaria Galliæ Romæ propter frequentem mandatorum impetrationem exhauriretur, ac in detrimentum regnicolarum cederet, cõtra ea quæ supra in procœmio dicuntur. & ibid. ponderaui. Item officium executorum gratiarum non expirat per mortem Papæ. Bal. in c. relatum. de offi. deleg. ergo nec mandata, sine quibus non possunt consistere executores illorum, nec præceptum expirat per mortem, vt tenet gl. in c. dudum. 18. q. 2. Feli. & alij in c. eam te. de rescrip.

Nec obstat verbum tempore hic positũ, videlicet, vt suo tempore concedere possit, ergo extra suũ tempus non, & sic finietur: quia respon. ꝗ Papa potest suo tempore dare, non tamen hic text. dicit ꝗ datum suo tẽpore finiatur, sicut dicimus de spurio, qui potest à Papa tempore pontificatus legitimari. c. per venerabilem. & per totum tit. qui filij sint legit. tamen non finitur legitimatio tempore Romani pontificis, nec per obitũ illius, sic nec mandatum. facit decisio Tho. Fast. in decis. rotæ. q. 23. cum seq. vide casus in quibus non finitur mandatum, etiã re integra per mortem mandantis, per Ias. & Dec. in l. eius. §. placebat. ff. si cer. pet. & quæ addidi ad l. mandatũ. C. mandat. Et quando dicatur res integra, declarat Guido Papæ, in decis. Delph. q. 491. prælatus. & doctor. vbi supra. [Et anno 1380. die 16. Octobr. *Arrestum.* fuit dictum, quòd omnes literæ impetratæ à Carolo v. mortuo exequenter sine aliis nouis literis.]

Scriptura quando requiratur in gratia Papæ probanda. a Literas.) Et sic in mandatis apostolicis requiritur scriptura. c. executor. de concess. præb. in 6. cle. vlt. de rescr. licet **literas** [a] de iure ad effectum & essentiam gratiæ non requiratur, sed solo verbo Roma. pontif. gratia perficitur. c. inquisitionis. 25. q. 2. cle. dudum. §. fin. ibi, verbo seu scripto, de sepul. l. contrahitur. ff. de pign. Archi. & Ioan. And. in procœmio sexti. col. pen. nam in lingua principis stat gratia, in scriptura testimonium, in executione commoditas. Bal. in c. capitulum. col. pe. de rescr. quia per collationẽ in spiritualibus ius acquiritur. c. si tibi absenti. de pręb. lib. 6. c. fi. de concess. pręb. eo. lib. de Rota decis. 882. in antiq. Fel. in c. in nostra. in fi. de rescr. Fel. Dec. & alij in rub. de constit. Barb. in procœmio cle. §. quoniam. col. 16. & seq. Ias. cons. 146. beatissimo. col. 4. vers. 5. facit in 2. vol. Ideo si moriatur summus pontifex qui concessit gratiam, non leuatis bullis, poterit postea successor expedire bullas forma, rationi congruit, vt in regula cancella. 8. Bal. in l. humanum. in fi. C. de legib. Bonifac. in procœmio cle. col. 2. Et si non expediantur per successorem, gratia non est probata per illã signaturam. Decisio Neapol. 253. duo. vide infra in forma manda. in verbo, gratiam.

Item dispensatio, licet non reperiatur per bullã, dummodo per Papam concessa fuerit valet, & sufficit ꝗ dixerit fiat. nam statim perfecta est gratia, vt dicitur Gen. 1. c. Fiat lux, & facta est. Bal. in l. fi. C. de com. seruo manumiss. Sic consuluit de Ripa in lib. 2. Resp. c. 11. de iure, per iura supra allegata. nam verbum fiat, vt petitur, licet possit de futuro intelligi, tamen frequentius accipitur de præsenti. Cald. in c. quisquis reprobando. ibi gl. de elect. sequitur Fel. in c. eam te. col. 3. de rescr. Referunt moder. in d. rub. de constit. & d. decis. Neapolita. 253. duo regij. *De verbo fiat.*

Item istud beneficium verbo collatũ, vel per signaturam, ante leuationem bullarum potest permutari cum alio. Imol. in cle. vna. col. 5. nu. 22. versi. quid si aliquis. de rerum permu. Auriol. in addit. ad Guillel. de monte Lauduno in d. c. si tibi absenti. in fi. Et Probus in addi. ad Io. Monac. in c. licet episcopus. ibidem. de quo fui iuterrogatus in cancellaria quondam R. D. Legati de Prato. Sed non possunt permutari mandata cum aliis literis, nec econtrario, vel beneficium cum literis mandati apostolici. Fel. in c. ad audientiam. 2. col. 7. vers. nota etiam. de rescr. per rationes ibidem positas. Idem Antonius, & alij in c. cum olim. & c. fina. de rer. permuta. Ad hæc beneficium dicitur vacare per mortem illius, cui solo verbo fuit collatum, etiam si haberet tantum signaturam. Et si iste, cui fuit facta collatio, moriatur extra curiam. dicitur etiam beneficiũ extra curiam vacare, licet ante collationem isti factam in curia vacasset. Domi. de Rota decis. 882. not. quòd vbi, in antiq. Inn. in c. inter cætera. col. 2. de præb. Io. And. & alij in c. si electio. de elect. in 6. *Beneficium ante leuationem bullarũ potest permutari.*

Ad probandã tamen gratiã requiritur scriptura. c. porrò. ibi, ex inspectione priuilegiorũ. de priuile. Anch. in c. ex diligenti. in fi. de simo. Pan. in c. nosti. col. 1. & in c. qualiter. no. 1. de elect. Ægidius de bella mera, decis. 611. licet capella. & cons. 34. col. 6. vbi dicit ita seruari per cle. 1. ibi, cõfectis super ea literis. de præb. Fel. & alij in rub. de const. nec potest probari gratia Papæ, nisi per literas, & hoc ꝓpter multa absurda, quæ sequerẽtur admittẽdo probationẽ per testes, apud quos difficillimũ, & quasi impossibile esset scire omnẽ continẽtiam gratiæ, & omnẽ formalitatem, licet nõ sit omnino impossibile. verba sunt Card. in procœmio cle. vers. nec sanè. Idẽ in mãdato principis. tex. in §. deinde. vers. si quis autẽ cui tale aliquid iussum est, veniat omnino, non respicias eũ, nisi sacram nostrã pragmaticã ostẽdat formam pro hoc scriptam. in auth. de mand. prin. coll. 3. & C... *Gratia per literas probatur.*

ti...

tit.l.vna.gl.in c.cum à nobis.vbi plenè docto.de testib.Cyn.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.in fin. de offic.proconsul.ff.Imò non crederetur etiam cardinali asserenti se dispensareex concessione summi pontificis eidem facta viuæ vocis oraculo, nisi literas ostendat.d.l.vna. & hoc est verum in præiudicium alterius.glo.in c.sicut.de sent. excommu.secus si nulli esset præiudiciũ. gl.in ca.nobilissimus. 97.dist.sic consuluit Ias.cons.104.circa col.1.vol.1.

Casus in quibus probatur gratia Papæ per testes.

Nisi ageretur de probanda qualitate, vt quia dicit se priorem in data,aut motu proprio mandatũ concessum,vel ex certa scientia,siue agatur de alia coniectura,tunc poterit per testes probari.glo.in c. duobus.de rescr.in 6.in verbo, si non appareat.& in c.si à sede.de præben.eod.lib. Rota decis.332.licet Romana.in nouis.text.in c.auditis.& ibi Pan.2.no. de in integr.restit. Idem si agatur de facultate danda alicui Cardinali,vel alteri executori acceptandi renunciationem.Old.consil.324.factum.in c.si.

Secundò, fallit si mandatum , siue gratia fuerit perdita,quia tunc etiam poterit per testes probari. Pan.in ca.ex diligenti.vlt.notab.de simo. per text. sing.in l.testiũ.in fi.C.de testi.etiã si scriptura sit de substãtia probationis,tamẽ actus probari per duos testes poterit,casum amissionis scripturæ probando.tex.not.in c.sicut.& ibi plenè prosequitur Feli. col.j.cum seq.de re iud. Requiritur tamen ꝙ testes deponentes cognoscant vitiũ bullarũ, & deponant se vidisse dictas bullas integras, nõ habentes defectum,nec vitiũ.c.cum olim.1. de priuileg.Et ꝙ testes sic deponentes sint experti,& periti, vt nõ possint in his bullis,vel instrumentis facilè decipi. Bar. in l.j.col.pe.ff si cer.pet.& in auth.si quis in aliquo. col.2.C.de edend.& l.sicut.de fid instru.Alex.cons. 196.viso testa.col.2.nu.9.in 2.vol.Dec.cons.82.viso. col.vlt.& consi.215.in causa.col.j.plenè tradit Hippol. in rub.de proba.fol.40. vers.circa secundum casum.& requiritur talis peritia in illis testibus, vt possint dignoscere requisita ad bullas bonas , vel ad aliud instrumentum,super quo deponunt. Bart. in l.2.§.j.in fi.ff.de iure fisci.plenè Purpura.in l.j.nu. 181.cum seq.ff.si cert.pet. vbi tradit quinque declarationes,quas ibidem cernere licet.

Testes deponẽtes de bullis, vel scriptura quales esse debeant.

Tertiò limita,quando dubitaretur de intentione Papæ,tunc enim poterit fieri probatio aliter , quàm in literis contineatur, & sic per testes. c.susceptum. ibi,nisi de intentione mãdantis aliud appareret expressè.de rescri.in 6.& illum text.ad hoc ponderat Perus.ibi , sed potest intelligi expresè apparere, quando in literis hoc est expressum , & sic quando literis probatur.cle.vlt.de rescri.in glo.

*Quartò,in foro conscientiæ potest quis vti gratia,etiam sine literis. Abbas in clem.dudum.in fin. de sepult.vt refert Fel.in rub.de constit.col.4.[& in consi.6.vtrum domi.]

[Quintò, si agatur de tenore gratiæ, poterit per testes probari,vt in c.cum olim. de priuileg. l.sicut. C.de fide instru.vbi Bart.& alij.]

Collatio inferioris Papæ per testes probari potest.

Vltimò,fallit in collatione inferioris,quæ per testes potest probari.hoc tenet Bald.in l.si qua. col.2. vers.deinde.C.de sacrosanct.eccle.licet distinguat in c.2.de resti.spol.[Et in simplicibus beneficiis habere locum dicit Bal.in rub.de rescri. col.j.secus in dignitatibus, quæ nõ probãtur nisi per sacros apices.l.probatorias.C.de diuers.offi.lib.12.l.vna.C.de mãda.prin.& idẽ in magno beneficio,vt eius collatio nõ possit probari per testes, vt falsitas euitetur. & arg.matrimonij,quod recipitur in c.inter corporalia.de trãslatio.episc.probat authẽ.maximis. C.de nupt.[Alber.in l.nec quicquã.§.vbi.in fi.ff.de offic. procõsul.] hoc tamẽ nõ inuenire prohibitũ , etiã in maximis beneficiis si allegarẽtur literæ factæ & perditæ,vel alia iusta causa impediẽs literas cõfici.l.testiũ.in fi.C.de testi.] & vbicũq; esse rei præcedit esse scripturæ,tũc fit scriptura ad ꝓbationẽ,sed vbi esse scripturæ præcedit esse rei,vel simul cõcurrunt , tũc scriptura est de substantia.verba sunt Bal.in c.1.col. vlt.de offi.dele.ꝑ not.in l.cõtractus.C.de fide instru.

Quæro,an gratia Papę si scribatur à diuersis, valeat? Videtur ꝙ sic,tũ ꝙ nõ reperitur prohibitũ,tum etiã quia tota bulla potest scribi per aliũ,vt continetur in stilo curiæ Romanę,vbi quilibet scriptor potest habere vnũ clericũ,qui scribat ꝓ eo.ergo & dimidiã partẽ,vel aliquã,per l.quę de tota.ff.de rei vẽdi.c.pastoralis.§.itẽ cũ totũ.de offic.dele. Contrariũ habet styl⁹, videlicet vt nõ possit scribi pars ꝑ aliũ, dẽpto nomine põtificis,Clemẽs,&c.Paulus,&c.Ita tenet Corn.cõs.182.videtur,in 4.vo.& hic stylus est seruãdus.c.ex literis.de cõsti.Card.in c.licet. de crimi.falsi.si tamẽ prima linea vsq; ad verbũ vitæ,&c. scriberetur vt assolet literis longis per vnũ, & totũ mandatum per aliũ,non minus valeret,vt videmus quotidie fieri.& hoc seruatur de stylo curiæ Rom.

A diuersis an possit mandatum scribi.

in forma mãdati [a], iuxta formam inferius annotatam

a In forma mandati.) Quamuis multiplex reperiatur forma de iure antiquo, non tamen erat aliqua certa. Anchar.in cle.vna.col.1.de conceff. præben.Ideo Galli homines in incerto vagabantur, quare inferius fuit illis præstituta certa forma,vt sequitur immediate post istũ titulum, quamuis aliqui alio in loco ab isto titulo remoto, & ibidem nil ad alios titulos proximos faciẽte locassent : sed nos insecuti iurisconsul. doctrinam. in l.2.ff.de statu homi.proximos coniunctósque applicauimus titulos, prout res patitur,vt infra videre est.

De multiplici forma gratiarum Papæ.

Olim inter alias formas vna erat,de qua in c.capitulum.de rescri.& dixi supra eod.in rub.huius tit. Alia quando simpliciter mandabatur collatori sine executore,vt prouideret de beneficio,si collator alteri conferebat , valebat collatio.cap.dilectus.2.de præbend.sed puniebatur,vt ibi.

Alia forma erat , nam quandoque mandabatur conferri beneficiũ, & præcipiebatur non dato executore,& sine clausula decreti , & beneficium non erat mandatario affectum.c.eam te.de rescrip. ca.si soli.de conceff.præb.in 6.

Alia forma habebat decretũ irritans , & afficiebatur beneficiũ,nec valebat collatio alteri facta.c. dilecto.de præb.not.in c.si eo tẽpore.de elect.in 6. Ias.in l.nõ dubium.nota.8.col.4. C.de legi. Fel.in c. cæterum.col.11.de rescrip.& c.cũ accessissent.nu.7. de constit.Barba.clem.1.col.9.de elect. Tamen non

De clausula decreti.

debet apponi in Francia, vt licet videre in forma mandati.& si apponeretur, non valeret mandatum: quia esset contra formam infra scriptam, & contra ordina. regi. rub. *des mandatz*, artic.1. quia Galli suapte natura sunt liberales, ideo nolunt compelli, & tantum astringi per hanc clausulam decreti. cum sine ea voluntatem Papæ exequantur. Etiam quia clausula decreti est descripta infra, in rub. de firma & irreuocabili concord. stabilita. §. j.

Forma ad cōpellendū executorē.

Alia erat forma in qua dabatur executor ad cōpellendum collatorem conferre mādatario. c. abbatem. de rescrip. Et hæc forma nō afficiebat beneficium ante executoris inhibitionem, vel nisi collatus esset canonicatus. c. si postquam. & c. dudum. de præb. in 6. Et ideo tres formæ erāt: vna in qua mandabatur, vt compelleret ordinarium, quod adimpleret mandatum Papæ. Altera qua scribebatur executori, vt compelleret cum decreto, & aliquando sine, & aliquando scribebatur in forma, facias assignari. de qua nota. in c. pro illorum. de præb. Perus. in d. c. si soli. gl. in c. si capitulo, ibidem, & in verbo, dirigendum. §. item placuit. vers. visum. de colla. in pragm.

Alia est quando mandabatur executori, vt in negligentiā, vel in recusationē ordinarij prouideat, vt hodie habemus infra hanc formā, & tunc prius requiri debet ordinarius, demum executor. c. si capitulo. de concess. præb. in 6. ibi, capitulo negligente. quia non potest dici negligens, vel recusans, si non requiratur, vt infra dicetur: & per præsentationem afficitur beneficium vacanturum. d. c. si capitulo.

Aliquando dabatur cum clausula, quod duxerit acceptandum, sine determinatione temporis, vt in c. j. de concess. præben. & lib. 6. glo. in d. verbo, dirigendum, supra allegata. sed non reciperetur in Francia mandatum sub hac forma.

Alia, dabat tempus certum, videlicet vnū mensem ad acceptandum, cle. vna. de conces. præbē. Et hæc est reprobata, & duæ præcedētes in hoc regno, per leges regni eo. tit. artic. 1. quia magis induceret votum captandæ mortis in habente pingue beneficium, quàm in alio. & dari posset materia delinquēdi in istum possidentem beneficiū magni valoris, quia cōmuniter homines affectant beneficia magni valoris, etiā literati. c. 1. de præb. in 6. & dico in forma mandati. in verbo, post mensem.

De clausula anteferri.

Alia forma concedebatur cū clausula anteferri. & de hac incipe. de præb. in 6. & ista quia reseruationem continet, non admittitur in Francia. de ea tandē Rotā, decis. 640. si aliquis. in antiq. Feli. in c. causam. col. 13, & c. capitulum. col. 7. de rescrip, & in addit. ad Io. Monach. in c. eum cui. de præb. in 6. & gl. in verbo, retroactiua, in §. visum. de colla. in prag. Et Ægid. de bella mera, cōs. 33. quod si. col. 7. cōclu. 7. quid si secundus habeat clausulā anteferri, & tertius habeat similē clausulā, an debeat primo præferri. quod nō, ibi cōcludit per illā regulā quæ ponitur in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. quod priuilegiatus contra priuilegiatum nō vtitur priuilegio.

Alia forma habebat clausulam, si pro alio non scripserimus. ca. mandatum. de rescript. c. literis. ibidem, vt in forma seq. habetur, & approbatur per leges regni. vt eod. tit. patet in ordina. regiis.

Aliquādo mādatur prouideri si is pro quo mandabatur, fuerit repertus idoneus, vel sub alia conditione. de quibus in clem. vna. & ibi glo. de offic. deleg. Feli. latè in ca. fin. de præsumpt. & hæc non versatur in curiis Franciæ.

Alia est forma in qua creabatur canonicus, & sibi mandabatur prouideri de præbenda, vt in c. duobus. de rescrip. in 6. & istud receptum est in his concordatis, vt patet infra in forma mandati apostolici. & dixi supra in rub. de reseruatio. §. fin.

Alia forma volebat prouideri ad certum valorē. c. quamuis. 1. de præb. in 6. Alia valorem non exprimebat, vt ibi. sed eæ formæ non visunt regni curias, nisi in nominationibus datis consiliariis.

Alia exprimebat certā præbendā, vt sacerdotalē, vel integrā, seu dimidiā, vel aliud beneficiū. c. cui. de non sacerdotali. & c. ei cui. de præben. in 6. Alia non. Et de qualibet multa dicerem si vtiles essent, sed cum tantum habeamus vnā, illam discutiā. infra. aliis hic breui declaratis. Et nota, quod quandoque scribebatur pro certa persona & certo beneficio. ca. ex parte. 1. de offi. dele. Aliquādo pro certa persona, & incerto beneficio. c. mandato. de præb. in 6. Aliquādo scribebatur pro certo beneficio, & incerta persona. c. si is cui. de præb. in 6. Aliquādo pro incerto beneficio, & incerta persona. c. quāuis. 1. & c. dudū. de præb. in 6. Io. Vanquel. in d. c. mādato. post Anch. & alios.

Alia forma habebat clausulā, motu proprio, de qua in c. si motu proprio. de præb. in 6. & hodie recipitur, etiā in Frācia, vt infra dicetur in forma mādati.

Alia forma dabatur pauperibus clericis. c. si pauper. de præb. in 6. Aliæq; multo plures inueniuntur formæ quas tradunt, Io. And, Perus. & alij in c. si soli. de conces. præben. in 6. Et istæ formæ olim instar vestimentorū Franciæ & Prothei mutabātur, quare Galli homines longo tēpore in incerto fuerunt nūc successit ista forma illis data, quæ seruanda est, vt infra dicā, tanquàm pupilla oculi, & aliā Galli non quærant, & videtur conuenire ordin. regiis. rub. *des mandatz*, art. 1. Ideo alias de industria missas facio, tanquā nō vsu venientes in hoc Franciæ regno, sed exteri videāt. Perus. in d. c. si soli. col. 1. alias formas executorum tradentem. Et nouissimè Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ, scribit plenè decem executorum formas, quas trāscribit D. Gomes. in tract. mād. de prouid. Et formas mandatorū D. Staphil. etiam ibidem. rub. de mandato. de prouidendo. fo. 31. cum seq. docet. & sicut Gallina cōgregat pullos suos sub alas. vt dicitur in Euāgelio, & gl. citat in l. j. ff. de in integr. resti. ita forma inferius posita multas formas continet, & congregat, vt liquido intueri potest. vide gl. in verbo gratiā. in forma mand. Apost. infra.

Forma mādatorū hodie non mutatur.

dare [a] possit, hoc modo, videlicet

a Dare possit.) Non tenetur, si nolit, cū verbum possit voluntatem significet. l. sæpe. ff. de offic. præsid. Bar. in l. Gallus. de lib. & posth. Et hoc eidem à iure est concessum in signū vniuersalis obedientiæ, & recognitionis, videlicet vt vnaquæq; ecclesia pastorem suū de nouo venientē recognoscat, sicut dicitur in Euangelio: Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. & sicut quidam episcopi pro iucundo

Quare inuenta sint hæc mandata.

iucundo aduentu ponunt vnum canonicum in ecclesia. Rota, decis. 35. nota ꝙ vbi episcopus. in antiq. & valet illa consuetudo, etiam si numerus sit taxatus & iuratus, si præbendæ non sint distinctæ. Feli. in ca. constitutus. col. penul. de rescript. Etiam rex Franciæ in aliquibus regni ecclesiis pro suo primo ingressu dat vnum canonicatum, multo fortius Papa in ecclesiis poterit hæc mandata concedere.

Mandata quibus cōcedi possit. Quibus possit Papa dare hæc mandata, hic non exprimitur. Tamen respondetur, ꝙ petentibus idoneis, cum erga illos sedes apostolica se ostendat liberalem. ca. sedes. de rescrip. & inuito, vel non petenti non solet dari beneficium. regula, inuito. ff. de reg. iur. siue sint graduati, siue non, cū hic nō exprimatur, quid si sit cōcessum nō idoneis, an teneatur eidem ordinarius, cui diriguntur mādata, prouidere? Pan. Fel. & alij in ca. si quādo, & c. cū adeo: de rescri. & idem Fel. in c. inquisitioni. de sent. exc. & per Auffre. in decio. Tholo. q. 488. Item an sit parēdum, vbi concludunt ꝙ sic, quando Papa poterat dispensare super illo crimine cū mandantario indigno. & constat Papam hoc voluisse, vtpote quia in mādato expresit inhabilitatē, vt pro parte talis N. nati ex sacerdote & moniali, &c. ita tenet Ant. de But. in proœm. decret. Greg. col. 4. vers. nunquid autem. eo. nu. 31. Sed quid si minori dispensato super ætate, sit datum mandatū, an curatū possit acceptare? dicerem ꝙ sic, quia est idoneus per dispensationem, vt dixi supra in §. præfati. 1. in glo. idoneis. supra de colla. nec potest adscribi vlla subreptio, cum mandatum motu proprio sit concessum, & in eo Papa habeat pro expresis dispensationes, nec refragatur c. si eo tempore. de rescrip. in 6. quia ibi nō habebat dispensationem, vt videre licet ibidem. Item regulari professo debet concedi mandatum, alij non ad beneficia regularia. in ordi. regiis. eo. tit. art. 6. & quæ ætas requiratur ad impetrandum mandata, vide quæ dico infra in tract. de paci. poss. limita. 4.

Minori dispensato an possit ratione mādati prouideri.

Quibus possint dirigi mandata.

vnum [a] collatorem

a Vnum.) Intellige vnumquenq; collatorē habentē collationē decem beneficiorū in vno grauari posse, vt sequitur. Et nō est intelligendus hic text. quòd vnus collator tantum posit in Francia grauari, vt quidam sentiebant per istud verbum vnum: sed debet intelligi vnumquenque, vt sentit ordi. regia. eod. titu. art. 1. in princi. ibi, *à chascun collateur.* etiam capitula ecclesiarum grauari possunt, vt scripsi in §. præfatique ordinarij. in glo. quicunque. de colla. supra.

Intellige collatorem ecclesiasticum, nam laicum non intendit Papa grauare per mandata. ca. cum dilectus. de iur. patr. gl. & doct. in c. 2. de præb. in 6. Et idem si cōpeteret ius conferendi clerico simul cum laico, tunc clericus propter laicum, etiam si habeant collationes decem beneficiorū coniunctim, grauari non poterit. arg. l. si cōmunem. ff. quemadm. serui. amitt. glos. in c. 1. de iure patro. in 6. ideo non valet mandatum directum laico, vel clerico habenti collationem simul cum laico, si separatim non habeat decē. Et sic patet quibus dirigi possint mādata, videlicet omnibus clericis habentibus collationē decem beneficiorū ad minimū. Alia vide in tractatu nominationum, q. 8. Si ergo collatio decem beneficiorū spectet ad duos clericos cōiunctim, mandatū illis simul poterit dirigi, quod de vno statuitur, & in duobus locū habet. l. singularia. in fi. ff. si cer. pet. nec obstat hoc verbū vnū, q̄a indefinitè ponitur, vt dixi.

Item pro hoc verbū vnū videtur, ꝙ postquā Papa grauauerit vnum collatorē, ꝙ eo mortuo successorem illius grauare nō posit. tum quia defunctus & hæres vna cēsentur persona. text. in auth. de iureiur. à morien. præstito. colla. 4. tum quia semel summus pontifex has mandati literas cōcedit suo tempore in vnum collatorē. per istū tex. alioqui bis concederet, quod nō admitteretur, ad hæc idem episcopo. Parisiensis, est is, qui est hodie, sicut erat prædecessor. arg. c. quoniā abbas. de offi. deleg. l. proponebatur. ff. de iudic. Et idem collator est, simul ꝙ vna est ecclesia Parisien. & nō plures. ergo non poterit pluries grauari. Et per ista quidā affirmebāt ita esse. *Successor collatoris an ab eodē Papa grauari possit.*

In contrarium tamen concludo, quia vnusquisque collator habens collationem decem beneficiorum potest grauari, sed iste successor est vnus collator decem beneficiorum. Et non est grauatus: ergo poterit grauari.

Nec debemus hoc est restringere, quia plenaria beneficiorū dispositio est apud Papā. c. secundo. de prēb. in 6. Sed voluit se per viā legis & cōtractus hic restringere ad duo mādata in quēlibet collatorem, ergò quilibet collator grauari poterit. Nec summus pōtifex ex sua liberalitate, per quē se restrinxit, debet dānum pati, sicut nec donās. l. diuus. ff. de reg. iur.

Non refragatur ꝙ hæres censeatur eadē persona cum defuncto. Fac esse. Sed hic nō dicitur hæres defuncti, & nil habet à defuncto, quia beneficia iure consanguinitatis, vel hæreditario, nō deferuntur. c. 1. de præb. Sed à collatore ius habetur. c. 1. de reg. in 6. Et sic in prophanis loquitur, illa regula hęres censetur vna persona cum defuncto. Secus quo ad hoc in beneficiis ecclesiasticis. Nec bis videtur concedere cum diuersi sint collatores, & vnusquisque grauari potest, etiam si in vita Papæ decem fuissent collatores, quia singuli grauari poterunt, vt hic.

Nec obest ꝙ successor, in dignitate videatur vnus cum prædecessore, & ad eum transit causa incepta. d. c. quoniam. de offic. deleg. Respōdeo, licet videatur eadem dignitas, non est tamen idē collator numero. Et iste tex. dicit ꝙ vnusquisque collator grauari posit. quod non fieret, si prædecessor consideraretur, nec acciperetur distributiuè, vt per glo. in l. Moschis. ff. de iure fisc. Etiam hic text. inferius dicit pro tempore, vnde quilibet collator suo tempore, grauari poterit. Alioqui nunquam vsque ad magnum iudicium concederentur, nisi duo mandata in ecclesia Parisiens. & aliis, quia semper allegaretur prædecessorem fuisse grauatum.

Et sic cōcludo eundē Papā concedere posse duo mādata, vel vnum in quemlibet collatorē, quamuis prædecessor fuerit grauatus duobus, vel vno, pro quantitate beneficiorū. [Etiā si primo mandatario nō sit prouisum, q̄a hic tex. nō distinguit, sed vnusquisque collator grauari potest à quolibet Papa, ergo siue collator prouiderit mādatario prædecessoris, siue nō, & primi mandatarij præferētur secūdis. per c.

per c.eum cui.de præb.in 6.& poſtea prouidebitur mandatariis noui ſummi pōtificis,etiā ſi ſecūdi haberēt clauſulam anteferri, de qua in c.pen.de præb. in 6.quæ nō prodeſt in Fräcia,niſi ad annullandum mandatum,eo quod nō eſt ſecundū formā inferius ſcriptā quādo habet illā clauſulā.] Ideo illa clauſula anteferri omnino nullū reddit mandatū,vt ſuperius ſcriptū fuit gl.in forma vbi alias cōſcripſi formas.ibi eas videto. [Quid ſi collationes fuere reſignanti abbatiā reſeruatæ, an grauari hic reſignans iterū poſſit,dicerē poſſe, quia nunc nouo iure confert.c.2.de renuncia.etiā per renunciationē, & iure, & poſſeſsione priuatus fuit.c.inter.vbi glo.& doct. de præb.alioqui fieri poſſet fraus his mādatariis, & interdum vnus reſignatarius nunquam grauaretur, ſi fortè reſignās tantū viueret quantū reſignatarius, etiā Papa reſeruādo collationes iſti reſignāti cenſeretur eas reſeruaſſe ſine præiudicio alicuius. c.quāuis.de reſcrip.in 6.alioqui eſſet præiudicium mandatariis & nominatis, ergo eis non præiudicatur.]

habentem [a] collationem [b] decem [c]

a Habentē.) Verè,non per fictionē,quia tunc nō dicitur habere, qui verè non habet. l.qui actionē habet.ff.de reg.iur. l.cū emancipatus. §.fi.ff.de bon. poſſ.contra tab.Bar.in l.Centurio.in fi.de vulga.gl. & Bal.in l.nemo.ff.de in integ.reſti.Vide Bal.in l.j. ff.de ſtatu homi.ideo ſi collator haberet collationē nouē beneficiorum verè,& actionem ad collationē decimi,nō habebit locum iſte text.vt poſſit grauari vno mādato.quod eſt not.Vide tex.& ibi doct.in l. ſtipulatio iſta.§.habere. ff de verbo.obligat.& quæ ſcripſi in l.id apud.de verb.ſigni.& l.nomē. §.fi.ibidem. vbi habere eſt cum effectu, quem effectum non habet litigans.licet actionem habeat.Bal.in ca. dudum.2.in fi.de elect.

b Collationem.) Idē ſi præſentationē vel aliam prouiſionē haberet,quia verbū collatio generaliter accipitur,vt in rub.vt eccleſia.benefi.ſine diminut. confer.dixi ſupra tit.proxi.in §.ſtatuimus, 2.in glo. conferantur. Et patet infra in forma mandati.gl.in prag.in verbo,collatorem. in §.itē voluit.verſic.viſum.tex.& ibi doct.in c.præſenti. circa fin.& c.ſeq. de offi.leg.in 6.Et latè ſumpto vocabulo,præſentatio dicitur collatio.Barb.in c.abbatē. col.pen.de reſcri.Et iſta quæſtio etiam deciditur in ordin.regia. artic.1.vbi exprimitur nominatio,præſentatio, collatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio, vt ibidem cernere eſt.& in forma mādati infra iſta omnia exprimuntur.Inſtitutio tamen non comprehenditur, vt hic, vt infra dico in verbo quinquaginta.

Denarius numerus dicitur perfectus.

c Decem.) Hic numerus denarius eſt perfectus, quia eſt cōplementum & perfectio numerorū:nam vſque ad illum poſſunt numeri creſcere. poſtquam verò denarium attigerint,duplicari quidē poſſunt, & per denārij adiunctionem,vel multiplicationem augeri.ideo per denarium numerum intelligitur in ſacra ſcriptura cōplementum legis diuinæ, quæ in decem mandatis conſiſtit,vt nota.Theolo.in præfa.ad pſalterium.Petr.Bercho. in 1.parte ſui dictionarij.& Celius lib.antiq.lectio.12.c.14.& licet olim Papa grauare poſſet habentem collationē duorum beneficiorum in vno mandato, vt not.in c.mandatum.de reſcri.tamen ſi non habebat, niſi vnius collationem,in eo grauare nō erat ſolitus. Nicol.Milius in repert.in verbo,gratia. q.48.Feli.in c.in noſtra. correla.24.de reſcript. Hodie verò inſtar Dei optimi maximi retinuit ſibi collationem decimæ partis, ſi decem ſint beneficia : ſi quinquaginta vel plura, duorum. & iſtud fuit ſtatutum in concilio Baſilienſ.vt patet in tit.de colla.in §.non tamen intendit.in prag.ſanct.& §.item volunt,ibidem.& demum fuit hoc à Papa approbatum.

Cumulatio dignitatū & beneficiorum an poſſit fieri.

Quid ſi quis habeat collationē quinque dignitatum tantū,& collationem vel præſentationē quinq; beneficiorū curatorum,vel aliorū,an poſſit grauari in altero?Videtur ꝙ non,per l.ſi idē cum eodem. ff. de iuriſdict.omn.iud. vbi nō debet fieri cumulatio in odioſis.ſed iſtud videtur odioſum, quia grauantur ordinarij collatores, ergo non fiet coaceruatio. facit l.vbi fideiuſſor.& ibi Bart.ff.de ſolu.Alex.cōſ. 110.in 4.vol.Contrarium teneo per hunc tex.vtentē verbo,beneficiorum,quod etiam comprehendit dignitates gl.in clem.auditor.de reſcrip.vt dixi ſupra in §.volumus,titu.proximo.in verbo, beneficia.& quia coaceruatio in fauorabilibus fieri poteſt, ſecus in odioſis,vt in iuribus cōtrariis.l.ſi plures.& l.maiorem.ff.de pact.c.apoſtolicæ.& ibi Imol.de donat. Bar.& alij in d.l.ſi.idem Fel.in c.2.col.pen.verſic.9. intellige.de proba. Alex.conſil.113.viſo themate.in quinto vol.quod eſt duplicatum in 6.vol.conſi.97. Sed hoc eſt fauorabile, tum quia ſeruatur propriū Roma.pontificis,& conſeruatio proprij dicitur fauorabilis.l.ſancimus. §.ſi quis autem. C.de donat. tum etiam quia agitur de conſeruanda poteſtate Papæ:& quando agitur de conſeruanda iuriſdictione principis,etiā ſi derogetur iuriſdictioni inferioris,ſicut hic, tamen illa conſeruatio dicitur fauorabilis.l.ſi qui ſeparatim.§.j.& ſeq.ff.de appell. Doct. in d.l.ſi idem.vbi multa referunt.

Cōſeruatio iuriſdictionis principis eſt fauorabilis.

Quod facit ad auditores caſtelleti, qui non poſſunt cognoſcere vltra ſummā viginti librarum, tamen de multis ſummis coadunatis excedentibus poſſunt. Ego verò cōtentus ero legē tantum regni adducere,ordina.reg.eo.tit.artic.4.vbi expreſsè deciditur hæc quæſtio,ideo amplius Gallis nō eſt dubitandum.Intellige collatorē grauari poſſe, ſiue habeat in regno beneficia,ſiue extra:ſiue partim in regno partim extra,quia Papa vbiq; grauare poteſt.c. 2.de præb.in 6.Et hoc onus mandati reſpicit totum epiſcopatū.Ideo ſi primò vācet in regno,acceptabitur illud,quod in regno prius vacauit,ſi mādatarius ſit idoneus ad regni beneficia:ſi extra,vacet,debebitur etiam illud mandatario habili, quia onus reſpicit totum patrimonium.l.ſi fideicommiſſum. §.j.ff. de iud.vbi ſi mercator eſt implicitus debitis contractis in certo loco,illa debita non reſpiciunt bona illius loci tantum,ſed totum patrimonium mercatoris.Vnde ſi bona illius loci non ſufficiant,bona alibi ſita vendi poterūt,quia perſonalis obligatio fundum non ſequitur.l.j.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.

Beneficia extra regnū an cōputētur in numerotaxato.

Beneficia extra regnū nō cōprehēduntur in nominationibus.

In nominationibus ſecus eſt,quæ nō poſſunt grauare extra regnū,ideo nō poſsūt dirigi epiſcopo habenti tantū duo beneficia in regno, cū tantū regni

beneficia

beneficia respiciant, vt dixi in tracta.nomina. q.15. vers.23.facit quod not.Io.de Selua in tract.de beneficio.in 3.parte,q.66.quod est notãdum, quia sæpius à me fuit petitum. Si verò vnũ tantum haberet in regno,& nouẽ extra regnum,nõ posset dirigi mandatum tali episcopo ad regni beneficia, quia in illo est monoculum,nam vbi genus nõ potest verificari nisi in vna specie habetur pro specie.l.2.ff.de liber.& posth.& not.in c.quoniam abbas, & c.ex parte.de offi.deleg. Roc.Curtius in tract.iur.patron.in verbo,ipse vel is.q.23.& quia haberet vim reseruationis,& votum captãdæ mortis(maximè in Francia exosum)induceret.c.2.& 3.de concess.præb.in 6. & sicut est inutilis impetratio beneficij viuentis. c. 1.de concess.præb.ita & istius impetratio mãdati ad vnum solum.& sic iudicauit Papa Clemens quartus in facto præpositurae beatæ Mariæ de Brugis contra impetrantem in genere dignitatem.ibi, cum vna sola esset.sic etiam declarauit Bonifacius, teste Io.Monach.in c.in generali.col.3.de reg.iur.in 6.Et sic fuit declaratum per regem anno 1527. die 29. Martij,non valere mandata impetrata ad dignitates tantum,aut ad dignitates & præbendas, si omittatur aliquod verbum infra positũ in forma mandati,etiam si omitteretur verbũ capellania, propter votum captandæ mortis,& per alias ibidẽ rationes descriptas. Valeret tamen, si simpliciter impetraretur,cum Papa vbiq; grauare possit,vt per Feli.in c. in nostra.correla.24.de rescri.Et superius dictũ est.

Mandatũ ad dignitates tantum non valet.

Quid si habeat collationem decem beneficiorũ cum alio?an dirigendo mandatum vni tantũ, comprehendantur ista beneficia? Breui resp.quòd non, per tex.in c.cum in illis.§.fi.de præb.in 6. Nam læderetur ille contra quem non est impetratum, quod est æquitati contrarium, quia quod commune est, meum non est propriè in odiosis.l.illud. ff.de ritu nup.c.expedit.12.q.1.& c.sicut hi.47.dist. vbi dicitur,nemo dicat proprium quod est cõmune. intellige vt dicitur in l.serui elect.§.1.ff.de leg.1.& vnus propter alium grauari non debet.arg.l.si communem.ff.quemad.serui.amit.Multa ibi congessi, quæ de industria omitto.Vide supra in gl.vnum. Si verò spectaret collatio ad abbatem cum consensu vel consilio capituli,tunc etiam poterit abbati soli dirigi mandatum. c.vno. §.1.& seq. ne sed.vacant. in 6.& hoc mandatum directum isti,eundem adstringit ad conferendum,quia sufficit impetranti exprimere collatorem, licet cum consensu vel consilio conferat,quamuis hoc non exprimatur.Io.And.& Domi.in d.c.cum illis.§.fin.de præbend. Sequitur Feli.in ca.eam te.col.14.versi.si Papa.ibi, præterea. de rescrip.non tamen sufficeret exprimere in mandato illum,de cuius consensu haberet conferre, vel præsentare, quia non grauatur principalis. Collecta in ca.nisi essent.col.2.de præbend. Idem in nominationibus declarat Maleret.in tracta.de elect. quæst.12.fol.79.& quæst.sequen.vbi decidit, quòd quando requiritur consensus duorum, & illi adinuicem discrepant,quod ad superiorem deuoluatur. l.j.§.j.& ibi Bart.ff.de ventre inspicien.text.in l.3.in fi.C.finium regun.Feli.in cap.proposuisti.col.3. de probat.versic.1.conclusio.

Mãdatum vni directũ non cõprehendit beneficia, quæ à duobus conferuntur.

beneficiorum [a] in vno: habentem autẽ collationẽ quinquaginta [b] beneficiorũ, & vltra in

a Beneficiorum.) Ecclesiasticorũ, nã officia quę laicis dari consueuerunt, nõ debentur mandatariis clericis, nempe cum Papa mandat prouideri clerico, intelligitur mãdare prouideri de beneficio vel officio ecclesiastico.c.cum adeo.de rescript. Quia verba mandati debent intelligi secundum qualitatem personæ, cui dantur. l.plenum. §.Equitij. ff.de vsu & habitatio. Corset.in singulari incipien.conditio personæ. Vide quæ dico in verbo comprehensa. §.declarantes. infra eod.& comprehenduntur sub hoc verbo dignitates,& quæcunque alia beneficia. per gl.in regula 1.de reg.iur.in 6.vt superius fusius scripsi.

b Quinquaginta.) Si verò haberet minus, etiam si haberet tantum quadraginta nouem, non posset in duobus grauari, vel si solum nouem,nõ posset in vno,quia hic numerus statuitur,oportet ergo quòd sit completus,sicut dicitur de téstibus in testamento requisitis,vt si sex testes sint,nõ valeat testamentum,nisi septem de iure requisiti interueniant.l.hac consultissima.C.de testa.& non datur annus iubileus,si non sint quinquaginta anni completi. extrauag.vnigenitus.de pœn.& remis.in cõmunibus. sic non mandabit Papa pro duobus,si nõ sint quinquaginta beneficia,vel vltra: & tenebitur hic secundus mandatarius, qui fundat se in numero, illum numerum probare.argu.l.actor.C.de proba. & l.eum actum.ff.de negot.gest.

Posset tamen grauari, etiam si haberet tantum præsentationem viginti, & collationẽ aliorum viginti,& nominationẽ in aliis decem,quia hic collationem largè accipimus, vt supra diximus. Et fiet coaceruatio omnium, vt in proxima gl.dixi, videlicet tam illorum beneficiorum,in quibus habet præsentationem & nominationem,quàm collationem liberam:tamen secus si institutionem tantum. glo. in §.non tamen.de collat.in pragm.in verbo, collationem.per text.in ca.cum in illis.§.cum autem. de præben.in 6.quia ad præsentationem patroni tenetur episcopus instituere, aliàs est irrita institutio si idoneum postea patronus præsentet.c.decernimus. 16.q.7.c.pastoralis.de iure patron.

Quæro quid si quinquaginta sint collationes super vna abbatia, tamẽ ratione cuiusdã cõpositionis quidã cõfert tertiã partẽ,vel decem ex illis: an istis possit mandatũ dirigi, & cui resp.posse dirigi ambobus,cũ ista clausula cõiunctim vel diuisim, quia quod in vna persona hic statuitur,idẽ in duabus est dicendũ,l.singularia.in fi.ff.si cert.pet.c.fi.de præb. in 6.Si tamẽ haberet collationẽ decẽ beneficiorum iure ordinario, & quadraginta iure deuoluto, non poterit nisi in vno mãdato grauari,per ea quæ not. doct.in c.2.de cõcess.præb.Item si haberet quinquaginta regularia,& quinquaginta secularia, quia etiã non poterit grauari nisi in duobus,& hoc per istum tex.probatur, ibi quinquaginta & vltra, quæ comprehendit etiã si habeat collationẽ mille beneficiorũ.per gl.& not.in auth.nouissima. C.de inof.test. text.in §.1.ibi,si verò vltra quatuor habuerit filios, mediam

Mãdatum cui dirigatur, si duo habeãt collationẽ beneficiorũ, & si iure deuoluto habeãt, vel regularia, & secularia.

mediam eis totius substantiæ relinqui partem, &c. vbi si essent centum filij, & vltra, legitima illorum non esset nisi semis. facit. c. ex tuæ. de cleri. nō resid. c. de multa. de præb. De hac dictione vltra not. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo alteroche. de testa. Dec. in l. filiam. 2. de collat.

* Quæro si vni reseruatæ sint omnes collationes, abbas verò nullam habeat, mandatum abbati directum, an valeat? videtur ꝙ nō, cùm non habeat collationes: contrarium arbitrarer, quia Papa videtur voluisse grauare abbatē in collationibus ad eū iure abbatiæ spectantibus, & potuit Papa grauare, & cū alij reseruatæ sint, iure tamen abbatiali confert, ob id grauamen transit ad illum, & si memor fuisset Papa illius conuentionis, hoc ita expressisset, ca. ex parte. de offic. deleg. & hic vice abbatis confert, & subrogatus debet sapere naturā eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & ista reseruatio cum sua causa transit, l. alienatio. ff. de acqui. rerum do. sic statuit text. in ca. fin. de præb. in 6. alioqui fieret fraus & mandatarijs ac nominatis, nam vnus esset abbas, & alius collator, & nulli conferret. Præterea hæc reseruatio à summo pōtifice facta & admissa, intelligitur facta sine præiudicio tertij, & respicit tantum abbatem, & alium cui facta est reseruatio, non tertium, vtputa mādatarium, vel nominatos, facit ad hoc text. in extraua. Ioan. 22. de concess. præbend.

[Quæro si abbas post collationum reseruationem contulit mandatario, seu nominato, an valeat collatio? Respon. valere, quia cum mandatum, vel nominationes ei dirigantur, ipse confert tanquam executor concordatorum, & mādatorum ob id valere debet, ne ipsi mandatarij decipiantur cōcordatorum beneficio. dicit. l. 1. & 2. C. de his qui veniam ætatis impetr. & collatio necessaria datur etiam ei, qui aliàs non habet collationes. vt in c. illa. ne sede vacant. & Papa reseruando nō videtur duo specialia inducere, videlicet vt is qui nō est abbas, vel collator conferat, & quod non conferat illis quibus tenetur verus abbas. arg. l. pen. C. de promiss. nec debet esse melioris conditionis, quàm verus collator, & ista sunt notanda: quia hodie in his plusquam contrahitur, tutius est tamen quod à suo executore collationem recipiat.]

Conferens ratione mādati an à suo turno excludatur.

Quid si duobus conferentibus alternatim directum sit mandatum, an conferenti rationem mandati computetur in suo turno? Resp. opiniones esse diuersas. & ideo breui dico sic.

Primus casus est, quādo duobus alternis vicibus spectabat collatio, & mandatum vel nominationes diriguntur ambobus coniunctim, vel diuisim: tunc is, qui confert ratione mandati, aut nominationum, non excluditur à suo turno. Ratio, quia impeditus impedimento facti remanere debet illæsus. c. quia diuersitatem. de conces. præb. & quia per eum non stat, ideo eidem non est imputandum, vt in propriis terminis cōcludit Rota, decis. 190. nota ꝙ vbi in antiquis. quia etiā nō apparet, ꝙ Papa voluerit grauare magis vnum quàm alterum, ergo ista collatio nō computabitur in turno vni magis quàm alteri. Et in nominationibus hoc expressim tenuit gl. in verbo, faciendæ. in §. Item ꝙ omnia. de collat. in pragma.

Secundus casus est, quādo ad duos pertinet collatio alternatiuè, & mandatum dirigitur vni, tunc ipse conferens vigore mandati perdit suum turnū, quia Papa voluit eum priuare potestate conferendi semel, & potuit, vt in c. 2. de præben. in 6. & intentio pontificis est, vt grauet istum cui dirigit mādatum, & non alium, postquam eidem direxit mādatum, ergo intentio Papæ erit seruanda. c. mandatum. de rescrip. Sic concludit Ioan. And. & alij in c. cum in illis. §. fi. de præb. in 6. & Io. de Ana. consi. 43. stante vicissitudine. Collecta. in c. nisi essent. col. 2. de preb.

Tertius casus est, vacante beneficio, cuius collatio spectat alternatim ad duos, si Papa illud cōferat, hæc collatio non facit turnum, quo minus possit is ad quem spectabat collatio, conferre, dum primò vacauerit. Ius enim conferendi vel præsentandi inter illos est per vices: & ideo si vice sua nihil erit, nō fiet compensatio. l. cum certus. ff. de tritico, vino, & oleo leg. & ideo si in hac vacatione vices suas non habuit sine sua culpa, sequitur ꝙ in alia vacatione habere debet, alioquin sequeretur, ꝙ vnus duas, vt dicunt, vices haberet, contra naturā vnionis & societatis. c. cum omnes. de constit. Concludendū est ergo, ꝙ quādo Papa hunc turnum meum præoccupat, non videtur mihi præiudicare, & ita iudicauit Amanenus de casis, auditor sacri palatij, vt refert Collecta. in c. querimoniam. de iure patron.

Ratio differentiæ videtur inter secūdum casum & istum quia dum Papa mandat vni, vt conferat, expressim grauat, & ab eo debet fieri præsentatio, vel collatio mandatario, seu nominato. Et ista præsentatio etiā coacta præsentatio est. arg. l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. caus. ob id cum sit facta etiā ex necessitate, computatur in turno, secus quando Papa confert per resignationem, aut aliàs, tunc is ad quem spectat præsentatio, vel collatio, nil egit: ideo non debet ei computari, quo minus possit præsentare. Dum primo vacauerit, nempe dum Papa contulit, non intendebat præiudicare turno, quia eius collatio debet intelligi sine præiudicio tertij. cap. quamuis. de rescript. in 6.

Item collatio facta causa permutationis facit turnum. gl. in §. item ꝙ omnia. in verbo faciendæ. de coll. in pragma. sanct. Bertrand. cons. 284. viso. & cōs. 323. quicquid in prima parte. Refert Philip. Probus in c. cum in illis. in fi. de præb. Etiā si is cui fuit facta collatio, non fuerit adeptus possessionem, ita fuit iudicatum inter magistrum Petrum Remey, & Ioannem Iacques, anno 1504. die 17. Augusti, in hoc diuino senatu. [Et hoc intelligitur quando per ordinariū, vel de consensu patroni: secus si à Papa sine consensu patroni aut collatoris, vt supra vltimo casu dictū fuit, cum licet collatio causa permutationis sit necessaria quo ad collatorem, vt teneatur cōferre compermutantibus. cle. vna. de rerum permu. tamen non est necessaria, vt eam teneatur admittere c. quæsitum, de rerum permuta. ideo si eum admittat perdet suum turnum, quia sponte recipit: & ita videtur tenere D. Bertran. d. consi. 323. secundum antiq. impressionem.] Et an valeat statuta taxantia numerum canonicorū, & præbendarū vel aliorum benefic

Arrestum.

Statuta taxantia numerū prebendarum an valeāt.

beneficiorum in præiudicium mandatariorum, & expectantium, videlicet vt in ecclesia non sint deinceps nisi nouem præbendæ, quòd nō, decidit Oldr. consi.150. in ecclesia Valentina. & Feli. in c. constitutus. in fi. de rescrip. quia in fraudem mandatariorum fiunt, & fieri præsumuntur.

Tertiū mandatum an concedi possit, & concessum quā valeat.

a Duobus.) Hoc vltra legatū retinuit sibi Papa (nam legatus eodem tempore vnū tātum beneficium reseruare in vna ecclesia potest. c. præsenti. de offic. leg. in 6.) vt tantum duo, ne nimium onerentur collatores, mandata cōcedat. Si verò scriberet etiam cum derogatione istius tituli pro tribus, non valeret tertiū mandatum, vt patet in rub. infra de firma & irreu. concor. stabi. vbi ponitur decretū irritans. & etiam quia hic tex. de duobus concedit, ergo de aliis negare videtur, arg. c. nónne. de presump. quod est verum, vt possit compelli ordinarius collator ad conferendum tertio. Si tamen vellet posset, vt per c. mandatum ibi, teneris. de rescri. dummodo nō fieret in præiudicium nominatorum, ne graduatorū, quia nō dicitur collator grauari quādo vult, Imo dicit gl. in l. pen. ff. de conpict. cauſ. data, eū satis lucrari, qui adimplet voluntatē suā. & sic est prima limitatio per quam possunt vltra duo beneficia in vim mandatorū cōferri: nam posset conferre ordinarius collator sine mandato, ergo & cum mādato tertio.

duobus a beneficiis duntaxat,

An & quā valeat tertiū mādatum.

Secundò, fallit quando primus vel secundus impetrans esset inhabilis, vel eidem non fuisset prouisum, vtpote quia mortuus, tunc tertius poterit prosequi suum mandatum, quod sic probo per cle. j. in verbo, vexare. de rescr. vbi quis ex sola impetratione non dicitur vexare alium. sic ex sola madati impetratione non est grauatus ordinarius, donec prouisum fuerit duobus. facit c. dispendia. in verbo, fatigauerit. de rescrip. in 6. plenè Feli. in c. ex tenore. in prin. & c. in nostra. col. 5. vers. de primis, ibidem. verba enim debet intelligi cū effectu. l. j. ff. quod quisque iuris. plenè in decisio. Rotæ. 10. Papa. in rub. de conceſſ. præb. Collecta. in c. accedēs. illo tit. nec debet præstare impedimentum, quod de iure nō sortitur effectum. regula, nō præstat. de regu. iur. in 6. & secundum mandatum nullum, non dicitur secundum mandatum, sed nullum. c. factus. 7. q. 1. in fi. ibi, iam non secundus ille, sed nullus est. & literæ, quæ non valent, non dicuntur priores, sed nullæ. glo. in verbo, de facto. in c. cum nostris. de conces. præben. not. plenè Fel. & alij in c. ex tenore. de rescript. & si Papa mandet monachis, vt aliquem recipiant, poterunt tamē eidem opponere crimina, vel defectus. Fel. in c. si quando. col. j. de rescri. Item tex. iste dicit ordinarium grauari posse in duobus beneficiis, & mandatis nihil dicit, Ideo poterunt etiam centum mādata impetrari, sed tantum duo beneficia debebuntur mādatariis, qui prius præsentauerint eorum mandata. c. pen. de rescri. in 6. [Si tamē moriatur secundus mandatarius, postquam ei fuerit prouisum, antequam tamen sententiam obtinuerit, pendet ex futuro euentu, vt dicit in simili text. in §. si filiusfa. quib. modis ius patriæ potesta. sol. in instit. an debeat prouideri alteri, nam si is qui in ius defuncti fuerat subrogatus, obtinuerit, tertius mandatarius nihil habebit, si verò succūbat, tertius poterit prosequi suum mandatum, quia ordinarius nō est grauatus, postquam mandatarius vel subrogatus non obtinuit, nisi secundus colluderet, vt sæpius fit, tunc probata collusione, quod est difficile, tertio prouidebitur, quia est loco secundi. not. in c. j. & per totum. de collusio. deteg. & l. 1. & 2. illo tit.

Idem diceremin nominato in vim indulti concessi consiliariis, vt si nominatus moriatur antequā obtineat, cum lis adhuc pendeat, potest petere à Papa alium in ius subrogari defuncti, qui si obtineat extinguitur nominatio, sed si succumbat, poterit alius ibi nominari, quia verba cū effectu intelligi debēt. l. j. ff. quod quisq; iuris. c. relatū. de cler. nō resi.]

Tertiò, fallit quādo literas executoriales dedisset pro primo mandato concesso à prædecessore, vel si confirmasset mandatum à prædecessore concessum, vel si concessisset rescriptum in forma rationi congruit, adhuc in duobus beneficiis grauare poterit per mandata collatorem habentem quinquaginta beneficia in collatione. Card. Pan. & Imo. in c. literis. de rescr. vbi ponitur ratio in fine, quia factum prædecessoris nostri potius quàm nostrū fuimus prosecuti. Nam sicut patris & filij vnū est testamentū. l. patris. ff. de vulga. ita antecessoris & successoris est vna gratia, quæ denominatur à suo principio. Bal. in d. c. literis. Facit l. vnum ex familia. §. j. ff. de lega. 2. Barb. conf. 39. bene enim. col. 7. vol. 3. vbi concludit actum non propriè dici celebratū ab eo, qui alterius voluntatem exequitur. multa adducit, quæ ibidem cernere licet. Intellige siue concedantur duo mandata vni, quod potest fieri, si vnum faciat alterius mentionem. c. in nostra. de rescrip. Nisi fuerit incerta clausula motus proprij, vel pro expressis habentes, quæ solent in forma inferius descripta adiici, vt ibi patet. Et tunc si vnum extinctū fuerit, altero vti poterit. Rota decis. 49. nota ꝙ vbi aliquis. in antiq. nam qui habet plura remedia, si in vno succumbat, aliud remanet. l. Aurelius. §. fi. ff. de libe. leg. l. in delictis. §. si detracta. de noxa. actio. l. eū qui. C. de inoffi. testa. not. doct. in l. j. de furt. & in l. quod in hæredē. §. eligere. ff. de tribu. actio. nā si collator duo beneficia in vim mādatorū cōtulerit vni, vel duobus, nō poterit per aliud mandatū grauari.

Quartò, non procedit in locis in quibus non est receptum concordatum, quia hæc iura ibidem non seruantur, ideo nec hic tex. per not. in c. 1. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & l. omnes populi. per Bart. ff. de iusti. & iure.

Quintò, quando Papa in secūndo mādato concederet collatori facultatem recipiendi, & non præciperet, tunc etiam posset aliud mandatum concedere, nec istud computatur in numero, quia non dicitur ordinarius grauari. c. cum aliquibus. & ibi gl. de rescrip. in 6. & dico in glo. seq. sed in hoc regno non admitteretur, cum certam habeamus formam infra descriptam, à qua recedere non licet.

Sextò, quando Papa concederet alicui pauperi clerico literas in forma pauperū, vel cū secundum Apostolum, directas illi, qui talem ordinauit, nam adhuc si collationem habuerit quinquaginta bene-

ficiorum,in duobus mandatis poterit grauari, cum hic tantum prohibeat grauamen per viam mandati,ergo non alia ratione,vt supra dixi. & quia iste ordinarius deliquit ordinando pauperem, ideo debet puniri,vt eidem prouideat.c.postulasti. de rescri.c. episcopus.& ca.cum secundum.de præben.

Ad regularia & secularia mandatū dirigi potest.

Vltimò,fallit quādo tria mādata dirigerētur abbati habēti collationes beneficiorū regulariū, & seculariū,& duo regulares impetrassent mandata ad illū,& vnus secularis etiam:quia si vacet primū beneficium regulare,debebitur regulari. si postea vacet seculare, debebitur seculari, excluso secundo mandatario regulari,arg.c.susceptū.& c.si pro te.de rescri.in 6.& c.quia sæpe.& ibi,no.de præb.illo lib.

Et quia hic intelligitur de duobus primis. l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sign.vbi scripsi.Et sic quousq; non erigit grauatus ordinarius de duobus beneficiis,mādatarij prosequi poterūt sua mādata.

grauare [a] possit:ita tamen [b] quod in eadem ecclesia cathedrali, vel collegiata

Grauari quādo dicatur ordinarius.

a Grauare.) Dicitur grauari ordinarius, quando aufertur eidē libera collatio,quæ est in fructu. glo. sing.in c.cū olim.de maiorita.Pan.in c.mandatum. col.j.de rescri.etiā quia nō potest suis prouidere. ca. abbatē.col.2. de rescri.per Barb.Tamē grauatus nō dicitur, si alter mādatarius sit inhabilis, etiam si illi fuerit prouisum, quia collator ex suo delicto, vel culpa,nō debet cōmodum reportare.Quod intellige quādo crimē huius erat notoriū, vel inhabilitas ex rescripto apparebat,vtpote quia in mandato impetrans ad beneficia huius regni dicebat se Hispanum,tunc cōferenti imputatur, quia liberè dicitur cōferre,cū nō teneretur.& hoc probatur per ea quæ tradit.Bart.& alij in l.2. col.2. ff.quis in ius vocatus nō ierit.vbi si cōstet iudici per ostensionē priuilegij aliquē esse exemptū,nō tenetur cōparere exemptus sic citatus, & si in citatione exprimatur exceptio, seu excusatio cōpetens citato,tunc nō tenebitur cōparere citatus.Inno.in c.præterea.de dilat.sic nō tenebitur collator cōferre ei,qui ex mandato suo declaratur inhabilis. Itē nō succurritur emptori equi, vel alterius animalis,quādo vitiū erat notorium, & patens,secus si latēs.l.j.in prin.ff.de ædil.edict.sic nō debet succurri huic ordinario cōferenti notoriè inhabili,si verò inhabilitas esset occulta, grauatus dicitur prouidēdo illi etiā inhabili, & sic alteri nō tenebitur prouidere.arg.not.in c.ad probandū. de re iud.& in c.vestra.de cohab.clerico.Henric.Bohic.in c.veritatis.de dolo. [Etiā grauatus dicitur ordinarius,si fortè collatio spectabat ad aliquē ex compositione, si is prouiderit,quia licet ex Romani pōtif. dispositione resignanti fortè est reseruata collatio aliquorū beneficiorū,tamen illa sunt beneficia abbatiæ,vel episcopatus:ideo dicitur grauata abbatia, vel episcopatus,quāuis mādatarius ex collatione alterius quā abbatis habuerit, quia tanquā pensionarius abbatiæ ipse contulit,nō tanquam extraneus.]

Inhabili mandatario ordinarius prouidere nō tenetur.

Per collationē pensionarij abbatiæ an censeatur abbas grauatus.

Idē si ab executore fuerit inhabili prouisum notorio,vt supra dictū est, [grauatus nō dicitur ordinarius,]quia reclamare debebat collator,ne isti inhabili cōferretur beneficiū,& alteri cōferre, quàm mādatario:si fuerit negligens,imputet sibi,quia negligētibus iura nō solēt subuenire.l.pupillus.ff.quæ in fraud.cred.l.si duas §.decet.ibi, & circa operationē negligēter se nō habeāt.de excusat.tuto.Præterea si prodesset hæc collatio facta mandatario inhabili,daretur materia delinquēdi, cōtra l.cōuenire.ff.de pact.dota.Nā ordinarij procurarent suis inhabilib.mandata cōcedi,& ipsi hoc modo prouiderent illis,quod non est permittendū,sed malitiis est obuiandū.l.in fundo.ff.de rei vend.c.sedes.de rescr.

Nec dicitur grauari quando vult. hoc importat huius natura vocabuli,vt si dicam.grauate fero, vel nō grauate,& sic voluntariè. nam grauare onerare est. Virg.Nec me labor iste grauabit. & alibi dicitur,Hoc portat leuiter, quod portat quisq; libēter. gl.in l.3.ff.de excu.tut.Imo.tutelæ affectatę nō dicūtur grauare.§.itē tria.instit.de excus.tut.quāuis alias dicātur grauare.l.diximus.in fi.prin.ff.de excu.tuto.

Diœcesis Papæ totus est mundus.

Item quādo Papa,impetrāti cōfert iure præuentionis, & nō vi mandati duo beneficia,non dicitur grauari ordinarius quo ad hoc, vt nō teneatur mādatario prouidere,quia Papa iure præuētionis omnia beneficia potest conferre,cum totus mundus sit diœcesis Papæ.c.cūcta per mūdum. & c.per principalem.9.q.3.vnde non est mirum si in sua diœcesi, & sic per totum mundum cōferre possit, quia omnia beneficia mundi sunt manualia quo ad potestatem Papæ,Bal.in l.rescripta.col.pe.nu.7. C.de præci.impera.off.tamen si reseruaret omnia beneficia mundi suæ collationi,oriretur scandalum, & ideo non posset glo.in ca.per principalem.9.q.3. hoc expressè tenet Barb.in ca.mandatum.col.5.de rescrip.

Nota tamen,quod etiā grauatus dicitur collator, quando cōtulit beneficium vni super quo litigabatur,ideo pendente lite non poterit grauari in altero, si decem beneficiorum collationē tantum habebat, & nō quinquaginta,quādo is requirebat,alias secus, quia clausula si pro alio,apponitur in fauorē illorū, & quia poterit iste mādatarius illud consequi:ideo alter mādatarius lite pēdente nō admittetur. Card. & Barb.in c.mandatum.de rescri. & sic non requiritur pacifica possessio, sicut in eo qui adipiscitur secundum,vt faciat vacare primum beneficium. c. de multa.de præb.c.cōmissa. de elect.in 6.si tamen euincatur à mandatario,tenebitur collator alterum conferre eidem arg.c.inter.de præb. [grauatus etiā dicitur ordinarius,si vni mandatario contulit, qui tamen nō obtinuit beneficium, pensionē ex cōpromisso,seu cōpositione,quia imputandum est ei, qui compromisit.l.si dictum. §.si compromisero. ff.de euictio.Bald.& Iacob.in l.3.in princ.ff.de transact.]

Declaratur dictio ita tamen.

b Ita tamen.) Sic ponitur in l.[solet.ff.de tutel.& l.] si pluribus.in fi.ff.de leg.1.& restringit præcedētia, vt tradit glos. §.placuit.in eo verbo,de coll.in prag.per l.libertas.ff.de man.testa.quæ nil facit. sed tex.est in l.Lucius.§.quæ habebat.ff.ad Trebel.l.ita tamen.ibidē.& l.stichum Titio.de statu lib.l.si dubitet.in princ.de fideius.& l.fi.§.si autē quasi.C.de furt.Guido Papæ sing.334.dictio. ita tamē. Idem significat dictio sic tamen, vt in l.relegatorū. §.item potest.ff.de interd.& releg.Ideo si testator reliquerit domum

domum vxori suæ, ita tamen q̃ possit in ea habitare toto tẽpore vitæ suæ, per hoc restringitur legatũ ad habitationẽ tantũ, & nõ ad proprietatẽ. Idem firmat Capi. in deci. Neapol. q. 108. nu. 7. Aliquãdo tamen facit modũ, vel inducit cõditionem, vt plenè explicat Lucas de penna in l. 1. C. de coll. fundo. fisc. lib. 11. & sic potest hic tex. intelligi. [Papa interdum solet dicere prouiso loco huius verbi, quãdo excõmunicatus cõtra formã consilij generalis, petit absolutionem, ei autem conceditur, prouiso, quod si pro manifesta offensa dicta sentẽtia sit prolata, nec ab excõmunicato sufficienter præstetur emenda, nullatenus relaxetur. c. sacro. de senten. excom. prouinciale. fol. 21. dicam in tit. de verb. signi. in decre.]

Et hoc est introductũ, vt qualificationes graduatorum in ipsis præbendis suũ valeant sortiri effectũ, vt habetur in prag. §. nõ tamẽ intendit. de coll. & licet Papa possit vnũ collatorẽ habentẽ collationem 50. beneficiorũ in duobus grauare per mãdata, non tamen in duabus præbendis vnius ecclesiæ, & hoc vult dicere tex. quia in eadem ecclesia exosum est, vt duobus mãdet cõferri, sicut exosum est, vt quis duo habeat, tex. & ibi gl. in cle. vlt. de præb. Ideo dicitur q̃ dispensatus ad duo beneficia, nõ cẽsetur dispensatus vt habeat sub eodẽ tecto, vt dicũt, nisi expressè dicatur in dispẽsatione, quia magis odiosum est in eadẽ ecclesia plura habere, quàm in diuersis. Pan. in c. de multa, col. 2. de præb. sequitur Feli. in c. in nostra. correla. 8. de rescri. quia in dispẽsationibus non fit extentio, etiã ad casum minorem. ideo monachus dispensatus ad curatum, non est dispensatus ad beneficium simplex. Feli. in ca. postulasti. col. 11. nu. 9. versi regula est. de rescri. vbi plenè prosequitur. & Ias. in l. fi. nu. 37. cum seq. ff. de consti. princ.

In eadẽ ecclesia plura habere beneficia maximè est prohibitũ fallit, vt in fine.

Item quamuis per adeptionẽ secundi simplicis non vacet primũ ipso iure. ca. de multa. de præben. fallit in beneficiis simplicibus existẽtibus in eadem ecclesia. tex. sing. secundũ Card. ibi. in c. literas. in fi. de cõces. prẹb. Et quãuis ordinarius possit gratificare in mẽsibus graduatorũ, nõ tamẽ poterit gratificare ad duo beneficia in eadẽ ecclesia cõsistentia per prædicta, & quẹ dixi in §. statuimus. 1. supra de colla.

Præterea episcopus nõ potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia cõforma in eadem ecclesia, etiam duo altaria. glo. Pan. & Imol. in d. c. literas. Itẽ etiã nõ valet consuetudo, vt quis habeat duas præbendas, aut duas capellanias in eadẽ ecclesia in titulum. c. 1. de consuet. in 6. vide quæ dixi supra in tit. proxi. §. volumus. gl. in cathedralibus. Item si mãdetur prouideri habẽti præbendam in vna ecclesia de primo beneficio vacaturo, non tamen poterit eidẽ prouideri de præbenda altera, licet primo vacet, quia duas præbendas sub eodem tecto tenere non potest. d. c. literas. de conces. præb. & ibi not. & in d. cle. fi. de præb. Sed aliud beneficium expectabit. & si primus mãdatarius obtinuerit vnã præbendam in vim suĩ mãdati, non poterit secundus alteram consequi, etiã si statim vacaret post mensem à die præsentationis mãdati cõputandum, vt hic describitur.

Episcopus non dispensat ad plura beneficia conformia.

Primũ beneficiũ vacans quandoque non ... mandatario.

Nota tamen q̃ sine dispensatione potest quis beneficiũ in eadẽ ecclesia habere in titulũ, & capellã non curatam, etiã requirentẽ celebrationẽ, & potest esse canonicus & capellanus in eadẽ ecclesia, licet nõ possit duos canonicatus in eadẽ habere. Lappus allega. 116. testatur, in fi. quẽ refert & sequitur Felin. in c. ex parte, 8. col. 1. & seq. de rescri. intellige q̃ Papa non potest grauare prætextu mandati, vt in eadẽ ecclesia duæ præbendæ mandatariis cõferantur, sed bene eas iure præuentionis conferre poterit, vt sequitur. quia hic prohibetur grauamen ratione mandatorum. secus in alio, quod enim non mutatur, cur stare prohibetur? l. sancimus. C. de test. vt supra dixi.

vnum collatorem pro tempore [a] in duabus præbendis [b], non grauet.

a Pro tempore.) Ergo successor poterit, quia hic excluditur, vt idem nõ grauet in duabus præbẽdis, ergo diuersi sic, & idem in diuersis beneficiis extra præbendas, vt duo pontifices ad duas præbẽdas grauare possint eãdem ecclesiam, & ad alia duo beneficia, siue pro vno scribatur, siue pro pluribus, quia non plus grauatur ecclesia quãdo mãdatur pro vno, quàm pro pluribus, & hic tex. generaliter loquitur, & indefinitè, & etiam non distinguit an mandetur pro vno, vel pluribus, igitur nec ego. iuxta l. de precio. ff. de publiciana in rem actio. & an ille qui habet duas præbendas possit duplici suffragio vti in electionibus, & aliis actibus. tenet Ioan. Fab. in §. j. instit. de excus. tut. quod non, tu illum videto.

Diuersi põtifices in duab. præbendis grauare possunt.

b Præbendis.) Integris appellatione enim præbendæ venit integra. ca. cui de non sacerdo. ali. de præb. in 6. Tamen postquam diuisæ sunt præbẽdæ, & ex vna factæ sunt duæ, dicuntur integræ. Io. And. ibi. Et vide in c. vacante. de præb. nisi retineant nomen dimidiæ. Et quãdo nõ habent stallum in choro, & locum in capitulo, non dicuntur habere integram præbendam, cum ista iura sint canonicatus & præbendæ. ca. pro illorum. de præb. Item non poterit grauari duabus præbendis, etiam si vna sit dignitati vel officio annexa. per cle. vlt. de præben. Quia videtur grauamen in duabus præbendis, deberet tamen primus mandatarius istam dimidiã præbendã acceptare, eo quia est beneficiũ, sed collator nõ censetur in vna præbẽda grauatus, si nõ habeat omnia iura, quæ alij canonici habent. Et ideo secundo posset deberi altera præbenda integra per prædicta.

Præbendis nomine ... integ...

§. ET VT OBVIETVR.

Et vt obuietur [c] litibus, quæ occasione literarum mandatorũ huiusmodi oriri

c Et vt obuietur.) Per hoc dicunt quidam nõ esse formam substantialem datam per hæc concordata mandatis apostolicis, dicentes, quando aliquid est introductum ad vtilitatem tantum partium, vt hic, videlicet vt obuietur litibus, tunc non dicitur de forma. ita in propriis terminis dicit Bald. in l. vniuersa. col. j. C. de precib. impera. offeren. Sed respon. non esse hic tantum introductum ad vtilitatem partium, sed etiam vt sit de forma. demonstratur in hoc text. supra, iuxta formam & infra sua forma, quæ est inferius annotata. Et etiam voluit Romanus pontifex formam in quinterno. registrari & ad perpetuam rei memoriam, vt infra in forma mandati, & ibi dicam.

possent, mādata huiusmodi sub [a] forma, quæ est inferius annotata, dari volumus, quam ad perpetuam rei memoriam, [b] in cancellaria apostolica publicari, & in illius [c] quinterno registrari mandamus.

Forma totis neruis obseruari debet.

a Sub forma.) Ergo sub alia forma non vult dari, quia de vno dicit, de altero negat. c. qualis. 25. dist. c. nónne. de præsump. l. cum prætor. ff. de iudi. Frustra annotaretur & scriberetur hic, si non obseruaretur, nec est verisimile ꝙ conditores dixissent esse de forma, si non esset. prout in simili nota. text. in ca. ad audiētiam. de deci. postquā est de forma. tene quod dicitur, 1. ad Timoth. 6. c. Præcipio tibi corā Deo, vt serues mandatum sine macula. Et Deuter. 12. c. in fi. Quod præcipio tibi hoc tantum facito, nec addas quicquā, nec minuas. l. in conuentionalibus. in prin. ibi, nihil immutare licet, neq; addere, neq; detrahere. ff. de verb. oblig. Et Apoc. vlt. c. Si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas: & si quis diminuerit, auferet eius partem, &c. Et ad Timoth. 5. c. Testor corā Deo, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alterā partem declinando. simpliciter enim & pura forma mandati tenēda est. Fel. in c. cum dilecta. col. 9. vers. ampli. 1. de rescrip. vbi plus dicit amplia. 11. quòd forma mutatur sex modis subtrahendo, addendo, interponendo, verbū pro verbo ponendo, verba corrumpendo, & verba transponendo, ibidem vide, & in declaratione regia, de qua infra in princ. formæ mandati, omissio formæ etiam in qualibet minima parte vitiat. Ant. in c. pisanis. col. 7. no. de resti. spo. Dec. in c. prudentiam 4. not. de offic. deleg.

Forma quot modis mutetur.

b Ad perpetuam rei memoriā.) Idem dicit text. in c. 1. in fi. de renunc. in 6. c. ad apostolicæ. in suprascriptione. de re iudi. ibidem. Frustra publicaretur, si nollet obseruari hāc formam. nam leges publicantur, quas perpetuò seruari vult faciēs, in auth. vt factæ nouæ cōsti. coll. 5. Et perpetuū quot modis accipiatur, tradit gl. & ibi addidi in l. j. ff. pro soc. Alber. in tract. statu. in 4. parte. q. 62. gl. in §. item placuit. in verbo, perpetuis. de coll. in prag. Bald. cons. 372. in 4. vol. Barb. in c. ad audientiam. col. j. de reb. eccle. non alie. & cons. 63. col. 3. in 1. vol. & cons. 44. in 2. vol. & cōs. 53. ibid. vide quę dico infra in forma mādati, &c.

Debitū ex sola cōfessione in registro descripta, an possit peti.

c Et in illius quinterno registrari.) Frustra registraretur, si nō obseruaretur forma hic descripta, vt obseruetur mādat hic registrari. & quid si statuto caueatur, ꝙ quilibet debeat iurare, & dicere omnia bona sua & debita, vt describātur in registris ciuitatis, aliquis iurauit se debere Titio decē, quæ non debebat: fuit debitum registratum, nunc Titius petit illa decem ratione illius iuramenti an possit? Respon. quòd non, quia ex illo iuramento assertorio non oritur actio. l. si quis pro eo. & ibi amplè dixi in repet. illius. ff. de fideius. & quòd non oriatur actio, ista est communis opinio, quā citaui ibidem, vbi tenui contra per iura & rationes patentes. & in hac quæstione, ita expressè concludit Alber. in tractat. statuto. in prima parte. quæstione 178. item quæro.

§. DECLARANTES.

Declarantes [d], prosequentes [e] huius-

Apostolicus est omnibus præferendus.

d Declarantes.) Est constitutio declaratoria, quia apostolicus de iure omnibus est præferendus, etiam antea receptis authoritate legati, seu ordinarij. c. cū cui. & ca. hi qui. de præb. in 6. quia magis priuilegiatus præfertur minus priuilegiato. l. verum. §. fi. ff. de min. not. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. sic doctor creatus à papa præcedit alios docto. creatos ab vniuersitatibus, & dicitur esse dignior. c. per tuas & ca. statuimus. & ibi not. de maiorita. facit l. j. ff. de albo scrib. Ias. & alij in l. cū quid. ff. si cert. pet. Barb. & Dec. in c. clerici. de iudi. & miles creatus ab imperatore maiori gaudet prærogatiua, quàm si à duce esset creatus. Pan. in c. postulastis. col. 3. de concess. præben. sequitur Feli. in rub. de maiorit. col. 3.

Mandatarij nominati à rege præferuntur.

Notandum est tamen ꝙ dicit Rota decis. 55. not. ꝙ vbi. in antiq. vbi dicit, ꝙ si quis ex rescripto papæ vel priuilegio possit nominare ad vacantē, seu ad præbendas vacantes, vt Rex Franciæ senatū Paris. tunc nominatus per talem priuilegiatū, nō præfertur impetranti apostolico, sed apostolicus prefertur. sic dico in nominatis per vniuersitates, vt mandatarius apostolicus præferatur illis, & huic nominato à rege, vt hic dicitur. Hoc expressè tenet etiā glo. in §. nō tamē intēdit, in verbo, effectū. de coll. in prag.

e Prosequētes.) Iure tex. egregius in 3. ibi, qui iure dati sunt. ff. de testa. tut. l. ab executore, in prin. de app. l. j. C. de vectigal. c. faciat homo, 22. q. 2. & ibi gl. condemnatū eū accipere debemus, qui iure & ritè condemnatus est. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. alioqui melius faceret mandatarius, si expensis inanibus se non vexaret, cum obtinere spem non laboret. l. j. ff. de inoffi. testa. §. emancipatos. inst. de exhæred. lib. supra dixi. in §. fin. de colla.

Quot modis finitur mādatum.

Quæro quando dicatur non prosequi, & sic tunc finietur mandatum? Respo. duobus modis. Primò si expressè iuri suo renunciauerit, & literis mandati. c. sollicitè. & c. audita. de resti. spol data pensione, vel non. c. ad audientiam. 2. de rescript. Secundò tacitè dicitur renunciare & non prosequi, quando contra eum est lata sententia, à qua non appellauit, sed illi acquieuit, glo. in ca. j. de concess. præbend. Domi. in ca. j. de liti contest. in 6.

Tertiò, si aliud beneficium incōpatibile adeptus sit, quia tunc suæ gratiæ videtur tacitè renunciare. cle. gratiæ. de rescrip. Vide tamen glo. in §. quòd si quis ex dictis. in verbo, tēpore. in fi. de coll. in prag. vbi videtur renunciare, si vacet incompatibile, tamen si vacet simplex, non, vt ibi dicitur. vel si obtineat dispensationem ad aliud.

Quartò, finitur si mandatarius duxerit vxorem. c. j. de cleri. coniuga. etiam si cōtraxerit tantū sponsalia de præsenti. glo. & doct. in c. vno. de cleri. coniug in 6. Barb. cons. 11. scripsit. col. pen. in 1. volu.

Quintò, non minus tacitè renunciauit, qui eiecit habitum clericalem. c. j. de aposta.

Sextò, qui factus est miles. ar. c. 1. & 2. dist. 51. & c. eos. 20. q. 3. ca. clericum. 50. distin. Collecta. in c. fi. de cleric. non resid. Vel aliud fecit contra clericatum. arg. l. professio. C. de muneri. patrimo. lib. 10.

Septimò,

Septimò,finitur & perditur mandatum, quando forma infra descripta non est seruata, quia omissio formæ facit actum corruere.l.j.ff.de libe.& posthu. & l.cum hi.§.si prætor.de transact.

Octauò, quando mandatarius facit sibi scienter cõferre beneficium alteri debitum incompatibile, vel illud occupat.c.eum qui.de præb.in 6.Perus.expressim in c.si clericus.col.1.ibidem.

Nonò,quando mandatum erat subreptitium.ca. ad aures.de rescrip.quod raro euenit in hoc regno, propter multas clausulas in mandato descriptas, & quando conditio in eo requisita non potuit verificari. Ancha.consi.58.& ca.si pro te.de rescript.in 6. vide fusius in tracta.nomi.in quæst.vlt.

Negligens mandatarius quando dicatur. Vltimò finitur mandatũ,si mãdatarius fuerit negligẽs.c.tibi qui.de rescri.in 6.c.si clericus.de præb. eo.lib.Et quãdo dicatur negligẽs, relinquitur arbitrio iudicis secundũ glo.ibi.& bonus iudex arbitrabitur,vt saltẽ intra sex menses petere debeat.c.2. de conces.præb.glo.in §.item ꝙ omnia.in verbo, scilicet.de colla.in prag.plenè Feli.in c.capitulum.col.3. versi.fallit primo.de rescr.possem allegare Ioan.de Selua in tract.de benefi.in 3.parte.q.12. in fi.& q.15. ac.q.34.Et D.Ruse.in tract.de mãda.apost.in 4.parte,& in tracta.regalio.in 4.priuil.alióśque multos adducerem,nisi putarem istos sufficere.

Primus mãdatarius renũcians suo mandato, quãdo excludat secundum. Nota tamẽ ꝙ si collator in fraudẽ secundi modi cum dederit primo mãdatario, vt renunciaret suo mandato,& is renunciauit,quia etiã eo nõ dato volebat dimittere clericatũ,tunc talis titulus pro non titulo habetur, arg.l.etiã. § j.ff.de peti.hær.& sic nõ excludetur secundus.etiam in habẽte collationem decem tantum beneficiorũ eo casu alioqui contra. Idem si primus mãdatarius cõpulsus miseria, & fatigatus laboribus & expẽsis cessit, & modicũ quid accepit,arg.c.fi.de rescri.c.2.de arb.Compostella.& Barb.in d.c.mandatũ.col.10.vide quæ dixi in tract. nomi.in q.vl.vbi latè dico,quot modis perdãtur nominationes,& mãdata iisdẽ penè modis amittũtur. Et octo modis quibus expirãt gratiæ.scribit Io.Staphil.in trac.de literis gratię.in 5.parte.fo.108. & seq.

Mandatarius an probet mãdatum se amisisse. Quod si mãdatarius in his casibus velit probare ꝙ nõ renũciauit suo mãdato, an possit? videtur ꝙ sic,quia cõtra præsumptionem potest probatio admitti.l.fi.ff.quod me.caus.ca.is qui.de sponsa. Contrarium videtur tutius,quia ista præsumptio dicitur iuris,& de iure,cõtra quã nõ admittitur probatio in contrariũ.l.vna.in prin.C.de rei vxor.actio. l.antiquæ.ad velleia.secus si esset præsumptio iuris tantũ, cõtra quã probatio admittitur,vt supra dictũ extitit.Vel est fictio,ponderãdo verbũ videris. in d.cle. gratiæ.& cõtra fictionẽ non admittitur probatio in cõtrarium.gl.in verbo, quoniam creditur, in l.confiiuntur.ff.de iure codicillo. Bonif.in d.cle.gratiæ. Et an executor possit conferre beneficiũ sine acceptatione mandatarij? ꝙ sic,tenet Collecta.in c.inter.in fi.de præb.per not.in cle.vna.de cõces.præb.

Executori apostolico nõ est præfixũ tempus ad conferendum. Nota vltimò ꝙ si mandatarius semel requisierit ordinarium qui recusauerit eidem conferre,si postea habuerit recursum ad suum executorem qui distulit conferre per annum, non per hoc excluditur, quo minus possit prouidere, quia executori apostolico non est certum tempus præfixum, intra quod debeat prouidere,sicut aliis collatoribus, vt dixi in c.2.de conces.præb.ita in propriis terminis tenet gl. & Card.in cle.si de beneficio.de præb.Perus.in ca. gratia.in fi.de rescript.in 6.gl.in §.visum.in verbo, respectiuè.de col.in prag.vbi ista limitantur.Scripsi in verbo,intra.in §.j.de regia ad præla.no.superius.

modi mandata,quo ad beneficia sub illis comprehensa [a],

Quæ beneficia nõ sint cõprehensa in mãdatis apostolicis. a Comprehẽsa.) Quæ sunt omnia, nisi sint excepta.c.mandatũ. de rescri.doct.in ca.dilectus. in 2.de præb. Quæ ergo sunt non comprehensa? Resp.Primò,regulare non cõprehenditur sub mandato secularis,& seculare beneficiũ nõ comprehenditur,etiam sub mãdato regularis.[etiam prætextu dispensationis. vide gl.in §.volumus. in verb.religiosis.de coll.in prag.& causa.in tracta.de mand.in 2.parte,nu.30.& se.]§.volumus.supra tit.proxi.c.super. eo.de re. & ibi pulchrè Panor. Archid.& alij in ca.si postquam.de præben.in 6.

Secundò,religiosus sancti Aug.nõ potest impetrare mandatũ, vt prouideatur illi in ecclesia S.Benedicti,sed tantũ potest impetrare in illo ordine, in quo est professus.extat lex regia in eo.tit.art.6.not. in c.Deus.de vit.& honest.cleric.c.in nona.16.q.7.

Tertiò, beneficium generaliter vel specialiter reseruatum dicitur, non comprehensum. Auffre.in decis.Tholosa.q.434.vbi dicit super hoc extare regulam cancella.Sed parum prodest in Francia,cum reseruationes sint in ea sublatæ, vt superius dictum fuit in rubric.de reserua.

Beneficium litigiosum, an debeatur mandatario. Quartò,non est comprehensum beneficium litigiosum, vt mandatarius teneatur illud acceptare. probatur in §.j.supra eod. vbi beneficium spectans ad collationẽ ordinarij,debet conferri mandatario, sed litigiosum non spectat ad collationẽ ordinarij, quia nõ vacat,ideo illud nõ potest altero collitigãte mortuo alteri cõferri.c.fi.vt lite pend.in 6.& cle. 1.illo tit.regula cancel.27.ne litigia in ecclesiarum dispendiũ prorogari contingat,vt ibidem diceretur grauari ordinarius illud conferẽdo, quia fortè alteri collitigãti primo cõtulit,probatur in forma mandati.ibi,cum plenitudine iuris conferatis: & ibi iuriúmque & pertinentium vniuersorũ,&c. nõ potest conferri cũ plenitudine iuris, vel cũ vniuersis iuribus,quod in mãdato præcipitur,sed conferretur cũ diminutione,quod est prohibitum.c.vno.vt ecclesiastici benefi.sine diminut.confer. Præterea alienãs rem litigiosam punitur.l.fi.C.de liti.ergo nõ potest alienari,minus cõferri, facit quia sicut nõ valet impetratio beneficij litigiosi, nisi fiat mentio de lite. Feli.in c.cæterum.col.1.& in c.in nostra, correla.15. de rescri.Ita mãdatum non cõprehẽdit beneficium litigiosum,quia sicut expresè papa conferendo tale beneficium,si non exprimat litẽ,nil facit, ita nec executor vigore mandati,seu aliarum literarũ.nam verisimile est,ꝙ si papa litem sciuisset,alij non contulisset,vel de eo nõ mandasset, quia nollet litigãti plures dare aduersarios.d.c.1.vt lite pend.in 6.Ægi. bella mera, consi.35. vtrum,in fi.ita fuit decisum in hoc reuerendo senatu, hoc anno 1537.pro nobili *Arrestum.*

Francisco de Caluimont contra nobilem Hug. de Mauria. sic expressè tenet Dom. de Rota, decis. 608. si aliquis. in antiq. quia fortè mādatarius non habet vnde litē prosequatur, & posset multa litigando incurrere pericula, vel est bonus vir, qui execratur lites. l. item. §. fi. ff. de alien. iudi. nec dicitur. simpliciter vacare, postquā non vacat de facto. c. cū nostris. de cōcess. præb. Gomes. q. 19. super reg. cācel. de subrog. collitigā. [& si papa impetranti conferret beneficium vacans non facta mentione litis, nō valeret impetratio, d. c. fi. vt lite pendēte in 6. multo minus debetur mandatario, vt scripsi in prag. bene. in forma sing. in 1. parte. in verb. au litigiosum.]

Fallit quando mandatū esset impetratū ante litem inceptā, quia tunc deberetur, nam mādatarius habebat ius acceptandi quodcūque beneficiū, ergo & istud. Item quocūq; modo vacaret, nec debet eidem obesse, si fortè primus mādatarius acceptauerit ante eum, & postea mortuus est, nam beneficiū istius primi poterit secundus acceptare, & eidē prouideri, de hoc debebit, licet sit litigiosum cum alio, nec per litis pendentiā debet impediri vti iure suo antiquiori. c. 1. vt lite pend. Ista est decisio Bonifac. in cle. 1. nu. 60. & seq. in 8. cōclu. vt lite pendente. cū res inter alios acta, aliis nō debeat præiudicare. rub. C. res inter alios acta, tamen hæc collatio facta mādatario, non præiudicabit superstiti, sed per euentū litis declarabitur, an valuerit prouisio. & acceptatio per gl. in d. cle. 1. & sic consuluit Ægid. bella mera. d. cons. 35. vtrum. vbi dicit non esse aliquam constitutionem prohibitam in contrarium, ista tamen limitatio est dubia per supradicta, nec eam firmo. si tamē mādatarius sine protestatione acceptaret collationē beneficij litigiosi. Ab ordinario sibi factam, grauari, tunc censeretur ordinarius: quia fecit quod voluit mādatarius, & quod is ipse potuit, quia cōtulit ad mādatarij requisitionē. vt dixi in gl. grauare. §. j. supra eo. vide Rotā decis. 588. vtrū. c. si hi. in anti.

Vniri, an possit beneficiū inuito mādatario.

Quintò, nō est cōprehensum in mādato apostolico, vt mādatario debeatur beneficiū, quod ordinarius vniuit ex iusta causa ante vacationē, quia ante vacationē mādatarius nō habebat ius in re, & sicut de illo beneficio poterat fieri permutatio. c. vno. de rer. permu. in 6. ita & vnio, nō tamē post vacationē, vel incōtinenti ante, ratione fraudis vitādæ, quā ordinarij facere possent. no. in cle. vlt. de reb. eccl. non alie. hoc expressè tenet Collecta. in c. cōstitutus. col. de rescri. Pro hoc est gl. sing. in cle. vlt. gl. fi. de rescr.

Sextò, non est comprehensum beneficium paternum, si vacet ne videatur esse successiò in beneficialibus, siue filius sit legitimus, siue illegitimus, sed aliud expectabit mandatarius. c. 2. & c. ex transmissa. de filiis presbyt. dixi infra in forma mandat. in verbo, pro expressis. versi. 3. debet, &c.

Septimò, non est comprehensum beneficium, in quo daretur scandalum, si nominato vel mandatario conferretur. c. cum teneamur. de præben. Feli. in c. 2. de præscrip. Et sic esset comprehensum, tamen illi non debet conferri. Feli. in c. nihil, de præscript.

Beneficium non excedēs valorē decē librarū nō debetur mādatario inuito.

Octauò, si nō excedat valorē decē librarū turon. nō tenetur mādatarius illud acceptare, seu capellaniam minoris valoris. vt declarauit Martinus papa, anno 1426. die 1. Septēbris, quę declaratio satis ęqua videtur, nescio tamē an iudicio foren. obseruaretur.

Nonò, beneficium vacans causa permutationis, quia aliis extra permutātes nō debetur. c. vno, de rerum permut. lib. 6. gl. pen. in c. 2. de præben. eo. lib.

Decimò, beneficium nō liberū, vt pote si collatum fuerit absenti, qui non acceptauit, licet ante declarationē volūtatis vacet. c. si tibi absenti. de præb. in 6. tamen mandatario conferri non potest, vt ibi. Imò si recusetur post mensem, non debebitur mandatario, si vacauerit ante mensem, quia beneficia ante mensem vacantia post præsentationem mandati non debētur illis, vt patet infra in forma manda. nec dicitur de nouo vacare, quando absens recusat, vt habetur in dicto c. si tibi. per doctor.

Vndecimò, nec præbēda quæ per mortē episcopi præbendarij vacat. c. cum in ecclesia. de præb. in 6.

Duodecimò, nec etiā est comprehensa præbēda in eadem ecclesia, si alterū habeat mandatarius, vel alij erat collata, vt dixi in gl. ita tamen. §. j. supra eo.

Decimotertiò, non comprehenditur beneficium primo vacaturum, vbi est consuetudo optandi. cap. fi. de consuet. in 6.

Decimoquartò, nec beneficiū de nouo fundatū. cle. fi. de rescr. vide gl. solēnē. in c. qa sępe. de p̄b. in 6.

Decimoquintò, si beneficium vacet in curia non debetur mādatario. c. 2. de præb. in 6. nisi ordinarius post mēsem illud cōferret, quia tūc de nouo in partibus incipit vacare. Lappus allega. 84. dominus papa. col. 2. per c. statutum. & ibi not. de præben. in 6.

Decimosextò, non debetur beneficium sub iure patronatus laicorū existens, vt dixi in gl. patroni. §. præfatiq; ordinarij. supra de collat. Etiam si clericus ratione patrimonij præsentaret. gl. præsentari. & ibi doct. in cle. vlt. de iure patron. Quia præsentans ratione patrimonij habetur vt laicus. teste Io. Staphyl. in tract. de literis gra. fol. 55. versi. Sed dubium est.

Decimoseptimò, non debetur beneficium sub iure regaliorum vacans, vt plenè prosequitur Ruse. in suo tracta. regal.

Beneficia sita in villis muratis non debentur mādatariis.

Decimooctauò, sub mādatis apostolicis non cōprehēditur beneficiū villę muratæ parrochiale, si nō sit mādatarius qualitatis requisitæ, videlicet graduatus, per c. quia sæpe. de præb. in 6. & c. ei cui. ibidem Domi. in c. si eo tēpore. col. vlt. de rescri. eo. lib. quia nō videtur fuisse de mēte cōcedētis, quod probatur hic in vers. declarantes, ibi, sub illis cōprehensa, vbi vult mādatarios præferri graduatis & nominatis in beneficiis cōprehensis in mādatis. ergo sunt aliqua, quæ nō cōprehendūtur, vt villæ muratæ, & præbēdæ theologales, quāuis cōtrariū dicat Boer. in decis. Burdega. q. 225. apostolicus. nā in mādatis cōprehēdūtur beneficia secundū qualitatē personarū, quib. dātur mādata. c. sup eo. de rescr. in 6. l. plenū. §. equitij. ff. de vsu & habit. ideo dicitur in tex. sub illis cōprehēsa. Nec duo specialia hic videtur papa voluisse inducere, videlicet & ꝙ mandatarius nominatis & graduatis præferatur, & ꝙ habere debeat beneficia, quorū non est capax, saltem per concordata, nā hoc prohibetur in l. j. C. de dotis promis. cum hæc specialia sint de iure speciali concordatorum introducta, non de iure cōmuni, expressisset enim si voluisset. c.

ſet.c.ad audientiã.de deci.& quia in §.ſtatuimus.ꝓhibuit ne parrochiales cõferãtur aliis quàm ibidem expreſſis, inter quos mãdatarius non eſt.& ſi his darentur.peruerteretur ſtatus eccleſiarum parrochialiũ regni,quod eſt prohibendũ.[Et ſi comprehẽderentur in mãdatis hæc beneficia,pari ratione & prębẽdæ theologales, quod eſt abſurdum,ideo neutræ comprehenſæ hic erunt.]

Executor mandatorũ villæ muratæ beneficium non graduatis conferre nõ poteſt.

Itẽ infrà eodẽ Papa retinuit ſibi & ſucceſſoribus, vt poſſint conferre beneficia quomodocũque qualificata.ergo alius extra eũ cõferre non poterit, etiã ſi ſit executor datus ab eo in mandato, quia ſibi tãtũ retinuit,vt cõferret, non autẽ vt mãdaret cõferre.ideo quando in mandatis ſcribitur executori, vt cõferat, non videtur mandatũ vt cõferat has eccleſias parrochiales in villis muratis ſitas, & ſi mandaret, non reciperetur in regno, vt aliquis beneficia qualificatis affecta conferret, etiã ſi eſſet legatus,vt alibi dixi.Et nõ eſt mirandũ de hoc,quia lõgè aliud eſt cõferre,aliud mãdare cõferre.gl.in c.eũ cui. & c. ſi poſtquã.de præb.in 6.& c.duobus.de reſcr.illo li.l. aliud.ff.de reg.iur. & ibi Dec. Bal. expreſſim in c.in literis de off.dele. [Paul.Pariſ.cõſ.79.aduertẽdũ.co. 1.in 4.vol.] & ita declarauit rex,vt infra dicο. & no. Collecta.in c.ſignificatũ.in fi.de pręb.& Papa,vt dixi in d.§.ſtatuimus.ſicut aliud eſt ordinare eccleſiã, aliud pronũciare ordinãdã.gl.& doct.in c.ſup eo.de de offi.dele. [Nec obeſt ꝙ executor nomine Papæ cõfert.Reſp.& ſi Papa cõfert nõ facta mentione,nõ valeret collatio tanquã ſubreptitia, multoq́ minus in executore,vt eſt in tit.de firma & irreuoc.infra.]

Itẽ maiorẽ poteſtatẽ ſibi retinuit pontifex,quàm cõmiſerit.c.dudũ.de pręb.in 6.ergo non cõmiſit,vt executor nõ qualificato conferat has eccleſias qualificatis affectas,quia nõ potuiſſet maiorẽ poteſtatẽ ſuper illis beneficiis habere,& quando duo ſunt impedimenta,vno ſublato,remanet reliquũ. c.ex tuarum. de vſu & authori. pallij. Pan.in c.ad aures.col. pen.de reſcr.ſic conſuluit Anch.conſi.364.viſo.

Per prag.nõ erat ſic prohibitũ,quia Papa nõ ſic ſe aſtrinxerat, vt in his concordatis eſt videre. & quia Papa debet facere mentionẽ quãdo confert, vt dixi in gl.ac etiã,infra.eo. ergo etiã ſi mãdaret conferre, ſed non videtur fuiſſe huius intẽtionis, vt executor cõferat in vim mandati poſtquã ipſe Papa hoc non faceret ſine expreſsione.Nec me mouet,ꝙ dũ executor cõfert,Papa videtur cõferre, ꝙ eſt verũ fictè, ſed nõ verè:& ideo hic retinuit Papa iure præuẽtionis ſibi,& ſucceſſorib⁹ ſuis collationẽ, nõ executori.& ſi hoc Papa cõcederet executori,poſſet etiã legato eadẽ ratione cõcedere,ꝙ non admitterẽt Galli,nec eſt verũ dicere, ꝙ omnia vacãtia extra curiã, executor poſsit cõferre,quia vacãtia iure regali nõ, nec alia non cõprehenſa in mãdatis. & quãuis Papa voluerit mãdatarios ꝑferri graduatis & nominatis, nõ tamen in villis muratis,vt declaratur infra.ibi,tã in mẽſibus graduatis ſimplicibus & nominatis, q̃, &c.Ergo nõ in beneficiis parrochialib⁹ villarũ muratarũ,alioqui expreſsiſſet ſicut expreſsit reſiduũ.c. ad audientiã.de decimis.Nec eſt hoc modo intelligẽdo reſtringere mãdatũ, ſed cõtrariũ dicere eſſet extẽdere ad caſum in mãdato non comprehenſum, quod nõ eſt faciendũ, putarẽ tamen ꝙ ſi mandatarius ſtuduerit trienniũ,licet non ſit graduatus,quòd illi deberetur beneficiũ villæ muratæ,tũ ꝙ ſit habilis per §.ſtatuimus.2.ſupra.tit.proximo. tum ꝙ ceſſant rationes ſupradictæ,aliàs ſecundus mãdatarius qualificatus præferetur primo nõ qualificato in his beneficiis, & etiã alij graduati non mandatarij per ſupradicta, & in aliis non cõprehenſis in mandatis.

Niſi illa duo mandata dirigerentur collatori habenti collationem decem beneficiorũ tantum,quia tunc mandatarius ſecundus non excluderet primũ, aliàs prioritas nil operaretur contra. c. eum qui. de præb.in 6.Et hoc caſu putarem ſufficere, quod mãdatarius eſſet qualitatis requiſitæ tempore vacationis.per c.ei cui.de præb.in 6.

Sacerdotale beneficiũ an debeatur mandatario.

[Decimonono, ſi ex fundatione erat ſtatutũ, ꝙ nõ cõferretur beneficiũ,niſi ſacerdoti,& is mandatarius non eſſet ſacerdos,nec in mãdato eſſet illi derogatũ fundationi,illi nõ deberetur, vt concludunt D.de Rota,deciſ.466.nota,ꝙ ſtatuta.in antiq.ſed cũ hodie in mandatis ſint clauſulæ derogatoriæ, deberẽtur ſi mandatarij eſſent in ea ætate,in qua poſſent promoueri intra annũ.per tex.in c.ſi pro clericis.de præb.in 6.& ibi doct.ſic fuit deciſum in Rota.vt patet in deciſ.3.ſi ſtatutũ.in no.] [Tamen ſi beneficiũ ſit affectũ miniſtris eccleſiæ ex fundatione,non debetur mandatariis, vt declarauit ſenatus hoc anno 1556.in vigilia natiuitatis virginis Marię,pro mãdato directo theſaurario ſacri ſacelli Bituricenſ. quia is mandatarius non acceptauerat duo prima beneficia miniſtris eccleſię affecta,ſed tertium non affectum,& illud fuit dicto mandatario adiudicatum.]

Vltimò,triginta quatuor,quæ nõ debẽtur nominatis,ferè in his mãdatis non ſunt cõprehenſa,quę ſcripſi in tract.nomi.q.15.ibi videre licet,ne plura.

ordinariis [a] collatoribus,& graduatis [b] ſimplicibus & nominatis [c]

a Ordinariis collatoribus.) Sẽſus eſt quòd mandatarius debet præferri in beneficio primo vacaturo, ſiue vacet in mẽſibus in quibus ordinarius liberè confert,ſiue in mẽſibus nominatorũ, vel graduatorũ.& dicitur ordinarius collator, vt declaraui in gl.ordinarij.§.prefatique ordinarij.ſupra.tit.proximo.Si fuerint duo mãdatarij, præferetur primus: c.eũ cui.de præb.in 6.Fallit in caſibus poſitis per gl. magiſtrã.in c.quia ſæpe.de præb. in 6. & per tex. in c.ei cui.eo.tit.& c.fi.de cõſuet. in 6.& cle.fi.de reſcr. no.Philip.Peruſ.in c.ſuſceptum.col.2. de reſcr.in 6. vide gl.in verbo,pręferendos.infra.eo.[Et quamuis hic tex.loquatur in ordinario collatore,tamẽ comprehendit omnem eccleſiaſticum collatorem, qui authoritate iuris confert vel hominis,& ideo poterit etiam grauari is,qui ſibi retinuit collationem,licet non ſit epiſcopus,vel abbas,& quo ad hoc dicetur ordinarius,vt ſcripſi in §.1.ſupra.eo.]

b Graduatis ſimplicibus.) Hi dicũtur,qui nõ habent nominationẽ, ſed tantũ gradũ. dixi ſupra titu. proximo.§.præterea.gl.graduatis ſimplicibus.

c Nominatis.)Etiam anterioribus tẽpore, & quibuſcunque præfertur,etiam graduatis & nominatis ſimul, cum non ſit habilis nominatus ſine gradu.

etiam præfertur illis, qui studuerunt per triennium, de quibus in §. statuimus. 2. supra tit. proximo. Etiã si essent doctores in theologia, extra tamẽ præbẽdã theologalẽ, vt infra dico, quia hic indefinitè loquitur, quæ æquipollet vniuersali. cap. vt circa. de elec. in 6. Etiam præfertur nominatis, qui prius acceptauerunt, quàm mandatarius, etiam si vacaret in mẽsibus deputatis nominatis, ne fiat fraus istis mãdatariis. & hoc probatur in hoc §. & sic differũt mãdatarij à nominatis, vt hic. Ideo si nominatus acceptauerit beneficium in mense Iulio vacans, postea aliquis impetrauerit, demum mãdatarius collationem ab executore habuerit, quod hic præferatur, p regulã si vinco vincentẽ te, à fortiori vinco te. c. authoritate. de concess. præb. in 6. nã Papa iure præuẽtionis nõ poterat cõferre, quia iã erat præuẽtus per nominatũ, mandatarius vincit hũc nominatũ, nominatus impetrãtẽ, ergo mãdatarius etiam vincet impetrãtẽ, quãuis cõtrariũ tenuerit D. Aurio. in d. c. authoritate, in add. ad Guillel. de monte lauduno.

Mandatarij in quib⁹ differant à nominatis.

Secũdò, differunt, quia mandatarius tenetur paucis casibus exceptis acceptare primum beneficium vacans, alioqui suo priuatur mandato. c. tibi qui. de rescr. in 6. c. si clericus. de præb. illo lib. etiã si in mãdato non dicatur de primo beneficio. gl. & doct. in c. si postquam. de præb. in 6. gl. & doct. in cle. vna. in verbo, notitia. de concess. præb. Imol. & Feli. in c. cõstitutus. de rescr. secus in nominatis & graduatis, vt dixi in gl. prosequentibus. §. fi. de colla. supra.

Tertiò, in mandatis requiritur habilitas tempore datæ. c. si eo tempore. de rescr. in 6. secus in nominationibus. §. volumus. ibi, vacationis tempore. & ibi declaraui supra. tit. proxi.

Quartò, extinguitur mãdatũ per adeptionẽ beneficij quãtumcunq; modici in vim mandati collati. c. si motu. & c. non potest de præb. in 6. Secus in nominationib⁹, quæ nõ extinguũtur per adeptionẽ beneficij, nisi illud ascẽdat vsque ad ducentos florenos auri de camera. d. §. volumus. & dixi in tract. nomina. q. vlt. quot modis perdantur nominationes.

Quintò, semel mandatũ est præsentãdũ. c. tibi. & c. pe. de rescr. in 6. c. si cap. de concess. præb. illo lib. Itẽ nominati literas nominationum etiam semel insinuant, sed nomina & cognomina in singulos annos, donec eis plenè fuerit prouisum. §. teneãtur. de coll. supra. & quare hoc fiat, dixi in tract. nomi. q. 14.

Sextò, duo mãdata nõ possunt dirigi vni collatori, nisi habeat collationẽ quinquaginta beneficiorũ, vt in hoc tit. dicitur. secus in nominationibus, pbatur in §. præfatiq; ordinarij. suprà tit. proxi. & ob id cõquerũtur ordinarij collatores, cur nominationũ numerus nõ est taxatus, sicut mãdatorũ, ꝙ difficile esset facere. Cũ non taxetur per hæc cõcordata, sed permittat tot nominare, quot habiles reperiẽtur: & si numerus esset taxatus, & diuites nominarẽtur, & pauperes nõ, nã vniuersitates vẽderẽt nominatiões.

Mandata & nominationes cur inuentæ.

Septimò, nominationes non conceduntur, nisi graduatis. §. præfatique ordinarij. supra de coll. mãdata verò quibuscunque idoneis, etiam non graduatis, vt dixi in gl. dare possit. supra. eod.

Octauo, differunt, quia nominationes inuentæ sunt in fauorẽ literatorum, & ecclesiarum Franciæ, vt melius regantur per literis honestatos, quam per ignaros, vt dixi. q. 3. tract. nomina. mandata verò in fauorem pontificis, vt dixi supra in glo. dare possit. & sic magis fauorabiles sunt nominationes quàm mandata: ideo magis sunt ampliandæ, & extendendæ, quam mandata, nisi in casibus expressis.

Nonò, non conferens nominato requirẽti priuatur iure conferendi per octo menses, quos habet liberos. §. fi. de colla. supra in mandatis. non punitur collator non conferens, sed executor confert, si ordinarius conferre recuset. c. si capitulo. & c. si soli. de concess. præb. in 6. & c. tibi. de rescript. eo. lib. nisi vt dixi in q. 19. tract. nominatio.

Decimò, in nominationibus non sunt exprimẽda, nisi illa quæ traduntur in §. volumus. de colla. & quæ dixi in tract. nomin. q. 9. In mandatis secus, vt no. Fel. in c. in nostra. de rescr. & ego dixi infra in gl. pro expressis, in forma mandati apostolici.

Vndecimò, exemplum nominationum, seu literę duplicatæ expensis nominati debent dari collatori. §. teneantur. supra. tit. proxi. & ibi dixi. in mandat. secus, quia non inuenitur expressum. no. doct. in c. pe. de rescrip. in 6. inferius expressius dicetur. idem in vtrisque putarem.

Duodecimò, literæ nominationũ gradus, ac aliæ necessariæ tempore quadragesimæ sunt insinuandæ, ac nomina & cognomina. §. teneantur. de coll. suprà. mandata verò quolibet tempore præsentari poterunt, cum contrarium non exprimatur. tex. & ibi doct. in c. si capitulo. de concess. præb. in 6.

Mandatarius cur probet, & nominatus non.

Decimotertiò, nominatus non tenetur probare collatorẽ habere tria beneficia sub sua collatione, quia habet regulã pro se, videlicet ꝙ omnia beneficia vacãtia certo tẽpore sunt illis affecta. ergo sufficit ꝙ probet vacasse illo tẽpore statuto. & qui excipit nõ deberi, debet hoc probare. Bal. in c. 1. col. 2. de alie. iud. & qui habet regulam pro se, habet intẽtionem suã fundatam. gl. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Bart. in l. quotiẽs. ff. si quis caut. Dec. in reg. 1. no. ff. de reg. iur. ideo is qui allegat non habere, debet hoc probare. l. quotiẽs. §. qui dolo. ff de proba. secus in mandatario, qui tenetur probare collatorẽ, cui est directũ mãdatum, habere decẽ, vel quinquaginta beneficiorũ collationes, quia fundat se in numero, illũ ergo probare debet arg. l. eũ. ff. de neg. gest.

Decimoquartò, mandatariis debentur beneficia vacantia etiã per resignationem. c. dudum. de præb. in 6. in nominationibus secus. §. volumus. supra. de colla. dixi in 15. q. tract. nominationum plenius.

Decimoquintò, de cõsuetudine nominationes cõceduntur tantũ tẽpore quadragesimæ, vt dico in q. 7. tract. nom. mãdata quolibet tẽpore. §. 1. supr. eo.

Decimosextò, à Papa mandatũ conceditur. c. mãdatũ. c. literis. c. capitulũ. de rescr. nominationes ab vniuersitatibus Frãciæ. §. volumus. supra. tit. prox.

Decimoseptimò, mãdatario potest cõferri beneficiũ ratione mandati regulare, si sit dispensatus. secus in nominato. §. volumus. supra. tit. proximo. ꝙ tamen non firmo, quia ibi prohibetur simpliciter.

Decimooctauo, mandatarij nõ possunt obtinere beneficia curata in ciuitatib⁹ vel villis muratis sita. si nõ sint graduati, vel qualitatis requisitæ, vt in verbo, com

bo, comprehensa dictum extitit, secus in nominatis,& graduatis, quibus sunt reseruatæ dictæ ecclesiæ parrochiales.§.statuimus.2.suprà.tit.proxi.

Decimononò,nominatus molestans ordinarium priuari debet suis nominationibus. §.fi. supra. tit. proxi. secus in mandatario, in quo non est expressum.no.in c.dilectus 2.de præb.

Vigesimò, nominationes quandocunq; etiã post viginti annos insinuari possunt.vt dixi in q.14.trac. nomi. nu. 20. dic vt ibi, secus in mandatis.c.tibi de rescr.in 6.ca.si clericus.de præb.ibidem.

Vigesimoprimò, nominationes ad beneficia extra regnum non dantur,secus in mandatis, vt supra in verbo,decem dictum extitit.

Vigesimosecundò,simulatque insinuatę sunt nominationes, si vacet beneficium debetur nominato,vt dixi per illum tex.in verbo,capacem.§.teneãtur de coll. suprà. mandatario verò non, nisi post mensem à die præsentationis. vt infra in forma mandati patet,in verbo,post mensem.

Nota tamen, quod etiam mandatarij æquiparantur nominatis.

In quibus conueniant mandatarij & nominati. In primis,quia in vtroque tẽpus datæ attenditur: & qui prior est tempore, potior est iure c.capitulũ. secundum verum intellectũ,de rescriptis,c.tibi qui. illo tit.in 6.c.eum cui.de præb.illo lib. §.statuimus. 1.de colla.supra.vbi vide quomodo intelligatur.

Secũdò,conueniunt,quia quilibet verũ valorem beneficiorum exprimere tenetur. c. ad aures. de rescr.cle.1.de præb.dicto §.volumus.de coll.suprà.

Tertiò,quilibet beneficia, quæ quis obtinet, exprimere tenetur.d.c.ad aures.c.in nostra.& c.si proponente.de rescr.dicto §.volumus.

Quartò,sicut subreptio in mandatis ipso iure vitiat,dicto c.ad aures.c.ad audientiã.in 2.& ibi doct. de rescr.c.si eo tẽpore.illo ti.in 6.c.si motu,de pręb. illo lib. sic in nominationibus. d. §. volumus.in his quæ per cõcordatum nominati exprimere debent.

Quintò quia beneficium de nouo creatũ non debetur,nec mandatariis,nec nominatis.cle.vlt.de rescript.dico in tractatu nomina.q.15.

Sextò,in mandatis requiritur scriptura.supra eodem in verbo,literas & ibi dixi.sic in nominationibus.§.teneantur.de colla.supra.ibi,literas.

Septimò,tam insinuatio mandatorum,quàm nominationum fieri potest in absentia collatoris suo vicario. & illa insinuatio ligat etiam episcopum. d. §.teneantur.& in ordina.regiis,rub.*des graduez simples*.art.11.gl.in §.statuit.in verbo, vicariis.& §.item voluit.in verbo, vicario.de coll.in prag.dixi in trac. nominationum.q.14 nu.59.& seq.

Octauò, insinuatio vtriusq; est faciẽda de literis originalibus nõ de exẽplo.§. præfatiq; graduati. de coll.ibi,per patẽtes literas.cle.causam.de elec.l.sancimus.C.de diuers.rescr.c.pen.de rescr. in 6.in aliis ferè æquiparantur, nisi sit contrarium expressum.

Mandatarius quãdo non præfertur graduatis. a Pręferẽdos.) Apostolicus ꝑferri de iure aliis expectãtib⁹ debet.c.hi qui.de pręb.in 6.dictũ extitit in gl.declarantes,supra. eo. dũ tamen acceptet intra tẽpus sibi

præferendos [a] esse, nósque [b] & successores [c] nostros

præstitutũ.cle.vnica,de cõces.præb.& ibi gl.in verbo,mẽsem.vide Fel.in c.capitulum.de rescr.Hodie habet sex mẽses ad acceptandũ & requirẽdũ.vt dixi infr.in forma mãda. Fallit quãdo esset inhabilis, quia tunc nõ præferretur, nã hic sermo intelligitur de habilitate.l.1.C.de sacrosanct.eccl.Quãdo dicatur inhabilis,dixi plenè in tractatu de pacific.posses. in 4. limitat. Et intellige præferri aliis habentibus ius ad rem; secus si in re. c. si à sede. de præb. in 6. Perus.in d.c.hi qui.post.Domi.ibidem.

Item præfertur mandatarius etiã alteri recepto in canonicum ab ordinario,vel authoritate capituli,cum sit gratiosa receptio, quæ non dat ius ad vacatura.ca.hi qui.iuncto.c.si postquam.de præb.in 6. Feli.in c.in nostra.col.4.vers.limita tamen.de rescr. quia hæc receptio tantum dat recepto ius agendi coram superiore, vt compellat capitulum ad præbendam conferendam.c.relatum.& c.dilectus.1.de præb.gl.in c.veniens.de renuncia.

Vnde cũ ad nominationem episcopi Pictauien. quidã presbyter Gresle fuisset de capitulo Laudun. sic receptus, & demũ vacãs prima præbenda fuisset alteri collata, fuit condemnatũ capitulũ ad dandũ distributiones quotidianas cũ fructib⁹ dicto Gresle, quæ præsentibus diuino seruitio dari solẽt. Donec is præbendam obtinuerit,quæ postea vacãs non est adeo affecta, vt in contrarium facta collatio nõ teneat.Sic fuit dictũ in hoc senatu. ann. 1525. & die 7. Iulij.ꝓ quo facit c.inter.de præb.nisi Papa illã receptionẽ cõfirmasset, quia tunc cõfirmatus authoritate Papę receptus cẽsetur.c.si apostolicę.ibi,nostra ꝓuisio.de præb.in 6.facit l.1.§.omnia. C.de vet.iur. enucl.& sic præfertur isti ratione prioritatis. & etiã præfertur apostolicus nominato ab Imperatore,vel rege,dũ dirigit primarias preces. idem si esset nominatus per archiepiscopũ in vim specialis priuilegij. Rota deci.15.vtrũ.& seq.in rub.de præb.vide tamen Collecta.in c.dilectus.1.de præb.contrariũ tenentẽ. *Non conferens mãdatario an teneatur.* *Arrestum.*

Tertiò fallit quando esset tertiũ mandatũ cõcessum nepoti collatoris, vel alij, tunc collator illum mandatarium præferre non poterit graduatis, aut nominatis in beneficiis eisdem præstitutis,quia iste tertius non censetur tunc receptus authoritate apostolica.c.cum aliquibus de rescr. in 6.nec executor, vbi alias non esset ordinarius, istud mandatũ exequi poterit.Barb.in c.mandatum. col. 4. de rescr.si duo prima valeant,vt supra dixi.

b Nósq;.)Ergo alij non poterũt, nã quando Papa dicit à nobis fieri possit,excludit alios. cle. auditor. de rescr.vel quãdo dicit nos.c.bonæ.1.ibi,nos igitur. de elect.cle.vna.de iureiu.cle. pastoralis. in fi. de re iud. [c.vno.§.porro.vers. & ideo nos.vt eccl. benefi.]ergo executor vel legatus non poterit hoc facere,nisi hoc esset ei expresse cõmissum,q̃a tũc perinde esset acsi Papa faceret. per regulam iuris, tamen non toleraretur in regno, quo ad ista hic descripta, videlicet vt possit venire contra qualificationes & concordata,etiam legatus à latere. *De dictione nos, quæ personã· nõ egreditur.*

c Successores.)Nõ iure sãguinis,sed ratione nouę electionis,aut alterius prouisionis dicũtur in beneficiis successores. Barb. per illũ textũ in c. 2 de rerũ permut.gl.in c.quod sicut.in verbo,consentire.in fi. de elec.

de elec. Vbi subrogatus in locũ canonici non vocati ad electionem, non agit de cõtẽptu mortuo eo, qui contemptus fuerat. tex. in c. relatũ. 2. de testa. & ibi. Imol. Feli. in c. ex literis, col. 3. nu. 8. de proba. cũ in beneficialibus nõ sit successio ratione sanguinis, c. 1. de præb. & ideo largè dicitur successor. Bara. & Deci. in c. cũ omnes. per illũ textũ. de consti. Et iste successor nihil iuris habet à suo prædecessore gl. possedit. de pacifi. possess. in prag. sanct. ideo hic successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, nisi sit facta pro ecclesiæ vtilitate, vel necessitate. c. fi. ne præl. vices suas, & ibi multa addidi in gl. Bal. in l. emptorem. C. loca. Alex. in l. si filiofa. in 1. §. fi. ff. sol. matr. Nec tenetur soluere debita prædecessoris, nisi pro ecclesiæ necessitate cõtracta fuerint. c. 1. de solu. Pan. in c. 1. not. primo. de sequestr. poss. not. in l. 2. C. de repud. hær. per illum tex. vbi filiusfa. non tenetur soluere debita paterna, si nõ possideat illius bona ex successione paterna, sed ex emptione alterius, vel donatione bona fide facta, quia nil habet à patre. sic nec successor beneficij. Plene hoc disputat Lucas de penna. in l. 2. col. 3. & seq. C. de fund. rei priua. lib. 11.

Successor in beneficio an teneatur soluere debita prædecessoris, & fructus restituere.

Itẽ subrogatus vel successor in beneficio, non tenetur restituere fructus, quos prædecessor percepit. quia nihil iuris ab eo tenet. hoc expressum firmat Perus. in c. præsenti. de offi. ordi. in 6. facit l. 1. C. de admi. tutor. Et ita fuit prolatum arrestũ per supremum senatũ hoc ann. 1536. & in mẽse Februarij. nec ad expẽsas, nisi à die subrogationis, prout etiã in eodem senatu fuit conclusum. ann. 1508. die 3. Aprilis ante pascha, quod limitatur, nisi purè & simpliciter receperit processum, & arramenta causæ, vt fuit decisum in hoc senatu Paris. ann. 1492. die 27. Augusti: nã tunc ad omnes etiam expensas sui prædecessoris tenetur, vt fuit etiã conclusum in hoc senatu, ann. 1516. die 7. Aprilis post pascha. Etiã hoc anno 1541. die 17. Octob. apud Pictones in cõuẽtib. iuridicis, per M. Ioã. de Fontenay, contra magistrũ Antoniũ Peletan. quod est notandũ. facit quod no. Ioã. Monac. & alij in dict. c. si hi qui. & ca. si tibi absenti. de præb. in 6. Ioan. And. in c. ex parte. de arbitr. l. fi. C. de periculo. no. lib. 11. [Nota tamen quòd resignatarius, qui petit subrogari in locum resignantis post recredẽtiæ sententiam latam contra suum resignantem, non subrogabitur, nisi soluat omnes expẽsas, & fructus quos resignans restituere debebat, secus si petat subrogari in locum sui resignantis, qui resignauerat ante sententiã, quia tunc non tenetur, nisi ad expensas sui temporis, & fructus, & ita cẽsuit senatus anno 1540. die 13. Aprilis in magna camera aduocatis postulantibus viris egregijs D. Corliu. & du Boys. idẽ censuit anno 1542. die 11. Maij, contra Petrũ cõbault pro magistro Egidio durãt, quia post sentẽtiam latam, contra aliquem ipse tenetur ex illa sententia, & si ipse resignet, resignatarius videtur acceptare beneficium cũ illo onere. & causa, quia res trãsit cũ suo onere. l. alienatio. ff. de cõtrah. emp. l. Pompo. de acq. poss. Curia tamen solet dicere. quod resignans in processu remanebit pro fructibus & expensis.]

Arresta.

Resignatarius quãdo ad expẽsas sui prædecessoris teneatur.

Arresta.

Notandum est triplicẽ esse successorem, Primũ rei iuris, & causæ, vt in hæreditatibus temporalib. l. tam ex cõtractibus. ff. de iudi. Secundũ rei causæ & iuris, vt quãdo quis subrogatur in locum defuncti. c. si hi qui. vt lite pend. in 6. & ibi Guillel. & Dec. in c. cũ omnes. not. 4. de cõstit. Tertium rei tantũ, non iuris nec causæ, vt in beneficiis non litigiosis, in quib. successor simpliciter prædecessori succedit. 11. q. 3. c. antecessor. Guillel. de monte Laud. in d. c. si hi qui. De multiplici etiam successore tradit Lucas de Penna in d. l. 2. col. pe. C. de fund. rei priua. li. 11. vbi licet videre. Sed prosequamur hanc tantum materiam, ne prophana diuinis misceam.

Præterea signandũ est, quod licet vno ex litigãtibus moriẽte, superstite prosequẽte alteri nõ possit fieri illius beneficij collatio. cle. vna, vt lite pẽd. in 6. Imo nec alius subrogari nisi per Papã. d. c. si hi qui. vt lite pend. in 6. cessio tamẽ facta alicui litiganti per tertium lite pendẽte, bene valet. Rota decisio. 176. cõmissio. in no. Hodie tamen ordinarius vel alius altero litigãte mortuo confert, & is cui de nouo facta collatio est, impetrat literas à Rege in hoc regno, vel à cãcellaria, vt subrogetur in ius & instantiã defuncti vel cedẽtis, & sibi cõceditur. ita vidi seruari in vsu forẽsi, & hoc fit ex æquitate, vt cõcludit Do. Ruseus in tract. iuris regalio. in 5. priuil. vide reg. cãcel.

Idem si tertius prætẽdat ius in beneficio, tunc etiã impetrando literas petit adiũgi processui, & admittitur intra annum, sicut is qui vult subrogari, cũ nõ sit diuersa in eo ratio, hic tamen adiũctus vel subrogatus nõ debet causam de nouo inchoare, sed in eo statu in quo est, cũ superstite, vel eius procuratore prosequi. d. c. fi. vt lite pend. in 6. & ex eisdem actis, & causa in eodem statu manente. de Rota, dec. 3. no. quod successor. in antiq. Tum vt breuientur lites, & ne diuersæ sententiæ sequãtur. c. fi. vt lite pend. in 6. facit l. nulli. C. de iudic. Sic fuit prolatũ arrestum anno 1525. die 2. Maij. nec potest repelli is qui petit subrogari, propter eius vitium nõ notorium, vt fuit dictum in senatu, an. 1514. die 21. Nouẽbris, si intra annum venerit, ideo per senatũ fuit leuata manus in fauorem magistri Petri de ponzaus, petentis subrogari in locum Antonij viguer, contra veillan, qui obierat antequam fuisset subrogatus. anno 1519. die 19. Iulij, si tamen habita recredentia is moriatur, cui data est. & postea subrogetur aliquis in demortui locũ, is gaudebit recredẽtia data prædecessori, nonobstante manus leuatione concessa alteri parti. Ita fuit pronunciatũ in hoc senatu, anno 1541. die 29. Iulij.

Arrestum. Subrogatus in locũ habẽtis recredentiam ea vti debet.

Arrestum.

Non poterit tamẽ procurator superstitis prosequi causam cũ isto subrogato sine nouo mandato, tum quia mãdata procurationis sunt stricti iuris. ideo nõ extenduntur nisi ad personas, vel causam in mãdato expressam. c. qui ad agendũ. de procur. in 6. cle. nõ potest. illo tit. tum quia mutata persona mutata est causa. c. veniẽs. 2. de testi. & no. in c. cum super. de re iud. Perus. in d. c. si hi qui. vide tex. & doct. in l. nulla. C. de proc. & Guido Papæ. q. 86. procurator. Bonif. in cle. 1. vt lite pend. Rota dec. 171. si A. constituat. in nouis. quod ego intelligerẽ, nisi ille procurator esset generaliter cõstitutus ad prosequendã totã causam cõtra Titiũ, & quoslibet alios. arg. l. à procuratore. C. mãd. sic debet intelligi decis. Rot. 440. si agẽs. in no. vbi dicitur intimationẽ factã procuratori causæ, ea non fini

Procurator an possit prosequi causã cũ subrogato sine nouo mandato.

non finita valere.si tamẽ ipse petat dilationẽad dominũ consulendum,erit eidẽ danda:alioqui appellare poterit.c. dilectus. de procu. & quid si nil iuris habet, an subrogatus poterit dare obiectus pro iure tertij,vide Rotam decis.433.no.nunquid.in antiq.

Imo si lite pẽdente super beneficio reus vel possessor trãsferat beneficiũ in alium permutando,vel alio modo,& moriatur, huiusmodi permutatio reuocabitur per viam attentati,etiam cõtra illum superstitẽ,eo tamen vocato.arg.not.per Inn.in c.cum M.de cõsti.& c.cũ teneamur.de appel.hoc expressè refert Rota decis.400.no.si lite.in antiq.& deci.56.si lite.in nouis.& ibi in add.dicitur an valeat collatio lite pendẽte facta,vel adeptio possessionis. an facta altero mortuo, debeat per viam attentati reuocari. & decisio.411.si lite pend.in not. tenet,quod sic, sed non seruatur in Francia. & an pars aduersa possit se dicere spoliatam,vide de Rota decis. 429. no. nunquid. in antiq.& decis.4.nunquid.de resti.spol.

Sententia lata pro mortuo, quãdo possit mãdari executioni pro subrogato.

Sentẽtia tamẽ lata pro vno,etiã si esset mortuus, mittetur executioni pro subrogato ad illud beneficiũ.l.cũ quasi ff. de fideic.lib. quæ licet loquatur in libertate,idẽ dicimus fauore ecclesiæ, quæ iisdẽ priuilegiis fulcitur.Soc.in l.eius qui.ff.si cert.peta.post Paul.ibi, licet regulariter non valeat sentẽtia cõtra mortuum,vel pro eo lata.l.in summa. ff de re iudi. Paul.in l.1.quæ sent.sine appel.rescind.Et quod pro subrogato possit exequi , in propriis terminis tenet Bal.in l.vna.§.in primo.C.de cad.toll.& Iacobi ibidem,in §.præced.Et ista faciũt contra. Paul.qui cõsuluit,ꝙ arrestũ latum contra abbatem Cluniacẽ.& eius tẽporale,expirat eo mortuo,nec poterit exequi cõtra monasteriũ,vel successorẽ,teste Domi. Boër. in add.ad Benedictũ de Plũbino in d.l.cum quasi.

Subrogatus in ius mortui, vel resignantis, potest causam in eo statu,in quo est prosequi.nam ad possessionem cẽsetur etiam subrogatus , per illa verba posita in subrogationibus, & ad omne ius quod eidem cõpetebat quomodolibet, seu cõpetere poterat tempore sui obitus,&c.sic conclusum est in Rota,vt patet in deci.64.subrogatus.in no. Fel. in rub. de rescr.col.3.Gome.q.9.super reg. cãcel. de subro. collitig. Sed nos solemus impetrare literas regias subrogationis ad possessionem,quas cancellaria facilè concedit. Et subrogatus petit se ad causam admitti,in quo statu est.ita vidi seruari.

Intra annũ quis debet subrogari, alias excluditur.

Nota perpetuò ꝙ nisi quis in annum petat subrogari,postea nõ admittetur,agẽdo super possessorio, quia interdicta sunt annalia.l.1.ff.de interdic. etiã si per literas regias releuaretur à lapsu anni,vel biẽnij, allegãdo causam,ob quam non potuit petere,etiam si resignans fuerit prosecutus processum post resignationẽ [Tum quia restitutio pro modico nõ datur. l. scio. ff. de in integ.restit.& causa possessionis est modici momẽti.l.1.C.si de momẽt.poss. & c.1.de causa poss.tũ etiã quia possessio est quid facti , quæ nõ potest cõtinuari, vel extẽdi, nisi apprehendatur. l.deniq;.ex quib.caus.maior. ideo per literas regias in his non succurritur, & quia nõ possunt plus iuris resignando trã ferre quàm habeant. l.traditio.ff.de acq.ter.domi sed possessio quæ est facti nõ trãsfertur sine apprehẽsione.l.cũ hæredes. ff.de acq. poss.]

sic fuit pronunciatum in hoc venerabili senatu pro magistro Io.du Drac.canonico Carnoten.cõtra Iacobũ de Polingnes, & quẽdã abbatẽ de Vauldtille, qui petebat subrogari in ius alicuius nuncupati Seneschal.post annũ,& fuit passus repulsam,ann.1514. die 8.Februarij. Idẽ fuit dictum pro Bartholomeo Fouchier , cõtra Io.Tillon appellantẽ à Seneschalo Andegauẽ. in causa vnius præbẽdæ ecclesiæ Andegauẽ.anno 1509.die 17.Maij,& anno eo. 1509. die 23. Iunij.aliud arrestũ & simile vidi inter arresta Auffrerij,q.364.inter Io.du Refuge religiosum. & Petrum Marie.Imò nisi quis prosequatur instantiã intra annum perit,sic pronũciauit senatus pro abbate & religiosis S.Martini de põtisara, contra Antonium le Feure,religiosum S.Dionysij in Frãcia, pro prioratu S.Albini de Chãbliano.anno 1512.die verò.20.Iulij.Sed poterit iste,qui nõ est adeptꝰ possessionẽ,agere super petitorio,vel resignare ius, quod habet vni ex collitigãtibus, qui poterit iuuari etiam tit. istius, vt scripsi in tract.de pacif.poss.nu.294.vers.16.limita.vel tunc procuret habere ius vnius collitigantis. *Arrest.*

Annꝰ subrogationis à quo tempore computetur.

Et hic annus est cõputãdus à die collationis sibi factę,quia ante nõ incipit mora,quàm possit agere. l.eius.ff.si cert.pet.*Non habet primo locum quando alius beneficij fructus ratione deportus reciperet,iuxta.c.si propter.de rescr.in 6.nã si prouisus intra annũ possessionẽ non acceperit, vel non petierit subrogari , non excludetur,vt iudicauit magnum cõsilium. an.1549. die 10.Aprilis,inter Chaudon ex vna & du Val,partes ibidẽ litigantes, etiã quo ad titulũ non dicitur per adeptionẽ secundi vacare primum quãdiu quis fructus non recipit. c.si tibi concess.de pręb.in 6.& sic in hoc casu sufficit subrogari intra annum finiti deportus. [Sed tutius est si antea possit vt non expectet finem anni.] Secundò fallit, quando iusto esset impedimento detentus. c.commissa.de elect. & l. 1. ibi intra annum,quo primum experiundi potestas fuerit. ff. vti posssid. Scripsi in verbo impedimento.supra de col. *Arrestum.*

Tertiò fallit , quando impetrasset literas intra annum, tamen ex aliqua causa non fuerunt executioni demandatæ in illo anno , sed post annum sic. vt fuit iudicatum in hoc senatu , anno 1541. die 11. Augusti.in magna camera,me præsente. *Arrestum.*

Quartò,flectitur regula,quãdo is,qui petit subrogationẽ,possedisset per annũ,& pars aduersa postea prosequeretur processum,tũc poterit adhuc possessor subrogari.quia postquã possidebat, nõ debebat subrogationem petere.arg.l.vnicæ.C.de alien.iudi. mut.cau.fact.nec debebat expectare tristẽ euentum ꝓcessus.arg.l.inter stipulãtẽ.§.sacrã.ff.de verb. obli. alioqui pars permitteret nouũ impetrantẽ possidere per annũ,& postea ꝓcessum prosequeretur, & sic excluderet aduersariũ,ꝙ nõ est permittẽdũ,sed debet intelligi à die tituli quãdo nõ possideret, secꝰ si possideret,& sic fuit prolatũ arrestũ anno 1518.die 2. Iunij,pro magistro Io.de la Forest. contra Ramũdũ du Castel.Et anno 1524.die.9. Decẽb. pro magistro Grolard contra riton,super præpositura Partenay. *Arrestum.*

Fallit quando is qui possidebat haberet titulum per resignationẽ, & cũ resignãte semper eo sciente ꝓcessus duraret cõtra alios,tũc si intra annũ hic re-

signatarius

signatarius nō faciat se subrogari, postea nō admittetur, secus si eo ignorante processus duraret cum resignante, vel alio, aduertere enim debet is, qui petit subrogari in ius alterius, vt collationē sibi à collatore factam ostendat, nam si à vicario collationem ostenderit, nisi vicariatus literas produxerit, nō subrogabitur, literas tamen possessionis beneficij non tenetur ostendere, nisi post subrogationem, vt vidi obseruari. & superius dixi in tit. proxi.

[Quintò, si aduersarius non possidebat, potero petere subrogari post annum, vt iudicauit senatus, anno 1543. 11. Ianuarij, quia annus computatur à die collationis & possessionis aduersarij, & hoc maximè si resignans possidebat post resignationem, & impetrans post duos annos velit obiicere resignatario, non posse petere subrogari, nam contrarium fuit sæpius in sanatu iudicatum, quamuis subrogatio non admittatur post annum possessionis adeptę ab aduersario, quod est notandum.] [Vltimo limita, vt in vers. fuit appellatum infra.]

Arrestum.

Adhæc si motā litem in causa nouitatis quis non prosequatur intra duos annos, perit instātia, quā nō potest prosequi postea, etiam si per literas regias releuaretur, vt fuit dictum contra quendam minorē, qui impetrauerat hasce literas, ann. 1528. die 14. Decemb. Quia in hac materia non est litis contestatio, & sic nec perpetuatur vsque ad 30. vel 40. annos, sicut in alia petitoria materia. l. nam postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiur. Nempe vtendo per annum acquiritur possessio, ita per annum interdictū perditur. l. 1. ff. de interdict. & annus quo fuit lis incepta non computatur, quia est integer, sed sequens sic.

Subrogatio nō prosecuta quando pereat.

Præterea is qui intra annū impetrauit literas subrogationis, quas præsentauit in iudicio, & pars petit dilationē ad deliberandū super his literis, postea impetrans nō prosequitur processum istū per vnum annum, vix poterit postea prosequi, tum q, instātia sit interrupta, tum etiā quia finitū est possessorium anno. §. retinendæ. instit. de interdictis. l. 1. ff. illo tit. nec videtur etiam quod valeant literæ super hac interruptione, tamen ex ęquitate vidi audiri impetrātem, quia in materia beneficiali sentētia non trāsit in rem iudicatam. gl. sing. in c. 1. de concess. præb.

Item aliquando licet non faciā me subrogari in locum resignantis, iure tamen & titulo illius vti potero, si aliàs eram pars in instantia, si verò non erā, sed indigebā instātia illius, in cuius locū volo subrogari, tunc oportet subrogationem petere, aliàs iure illius vti non potero, vtpote si habebam bonum titulum, tamen intra annum non me opposueram, si is qui erat in lite, resignet mihi ius suum, oportet quòd petam subrogari, quia non sum in instantia, & si is qui obtinuit recredentiam resignet in meum fauorem, oportet subrogationem petere, si eius recredentia vti velim. & ita vidi in forensi iudicio seruari. non allego iura, quia ista magis in vsu quàm in iure consistunt.

Nō faciens se subrogari quando iure alteri⁹ vti possit.

Petens subrogari incontinenti debet suū exhibere titulum, quo videatur, an intra annum veniat, & ne is, qui nullū ius habet, aliū vexet petēdo subrogari. gl. & doct. in c. 2. vt lite pend. in 6. vbi Geminia. Alioqui repellitur, nec ei dari solet dilatio, quia in potestate sua fuit quādo experiri vellet, & petens subrogari ex duobus defectibus aduersarij subrogabitur, non ex vno, ita vidi seruari in practica.

Exhibere debet titulum petens subrogari.

Potest quis petere se subrogari requirendo hoc cum procuratore partis aduersæ, licet non fiat noua citatio contra dominum. Ruseus in tract. rega. in 5. priuilegio.

Fuit appellatum super incōpetentia, quia iudex pronūciauerat se competentē, interim appellās resignat, vbi facere se debeat subrogari resignatarius, & si anno duret causa appellationis in senatu, an postea subrogari possit, tunc bonum esset q, impetret literas directas senatui, vt cū causa appellationis decidatur, & causa subrogationis, & si non fiat intra annum, adhuc cessante ipso impedimento nō nocebit illi lapsus anni. arg. l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis caut. Procurator eius in cuius locū fui subrogatus, debet mihi exhibere titulos mei resignātis, & alia acta causæ, vt vidi decidi in senatu, etiam si allegaret substracta esse sibi instrumenta, quia ei fuit data dilatio ad cogendum eum, quem dicebat surripuisse.

Vbi fieri debeat subrogatio.

Insuper subrogatus tenetur iustificare ius illius, in cuius locum petit subrogari. vt firmat Ægid. in decis. 112. subrogatus. & decisi. 116. si petens. secus in eo qui per resignationem venit [in locum eius qui fuit reputatus eius rector. de quo nō dubitabatur.] Rota decis. 109. agenti. in no. Pan. & alij in c. illud. de præsumpt. Boer. in deci. Burdeg. q. 42. alia insuper. nu. 30. vide etiam. q. 89.

Itē in hac subrogatione à Papa cōcessa debet fieri mentio de beneficiis obtentis, quia vim collationis habet. c. 1. & 2. vt lite pend. in 6. de Rota decis. 274. licet in subrogatione. in nouis. Ægid. bella mera, decis. 115. falsa. & 218. in causa. & 351. eadē. nisi referat se ad aliam gratiam in qua fuerūt necessaria expressa. Nico. de milis in reper. in verbo, gratia. q. 91. gratia per quam, &c. & an valeat impetratio lite pend. vide per Rotam, decis. 310. si reus possessor. in nouis. & quādo litigās venit intra mēsem à die impetrationis factæ per tertiū, debeat præferri? extat regula cācellariæ 27. vbi scripsi. [Alia de hac subrogationis materia in praxi mea beneficiali in rescripto subrogationis, scripsi ibi abundè, licet videre.]

Probare, an debeat ius subrogantis.

Quæro quid si testator velit bona venire ad successores, qui veniāt appellatione successoris? Resp. successores descendentes ab ipso testatore, per rationem legis cum acutissimi. C. de fideicom. ita expressè cōcludit Soc. in cons. 249. materia. col. 8. vers. 2. difficultas. in 2. vol. vbi plenè licet videre, & cons. seq. in causa. col. 1. & seq. & venit successor vniuersalis, non singularis. Ias. in l. quædam. §. 1. ff. de eden. Perus. in c. 1. nu. 110. de testa. in 6. Fel. in c. quia. 5. col. pen. de iudi. nisi in duobus casibus ibidem positis. plenè scripsi in l. hæredis. 2. ff. de verb. sign.

Successoris appellatione qui comprehendatur.

iure præuentionis[a]

a Iure præuentionis.) Pro hoc est tex. in c. dudū. §. nos igitur. de præb. in 6. & præuenire dicitur, quando prius confert. si ergo ordinarius etiā nulliter prius cōtulerit nō graduato, postea Papa, demum nominatus requirat, & obtineat collationem ab archiepiscopo, is nominatus in suis

Papa quādo dicatur præuenire.

tus in suis mẽsibus erit præferendus, quia sibi Papa tantũ retinuit præuentionẽ hic, non prælationem. ergo extra præuentionẽ non præiudicabit qualificatis, vt dicitur de firma & irreuoca. concord. stabi. in vers. necnon irritũ & inane quicquid secus super his, vel eorũ aliquo, à quoquã quauis authoritate, etiam per nos & successores nostros præfatos sciẽter vel ignorãter cõtigerit attẽtari, decernimus. *Et sic iudicauit senatus Paris. ann. 1534. die 23. Iunij, inter Io. d'Orleans & de Lorme, & sic fuit cõclusum, & in mẽte curiæ retentũ, etiã idẽ iudicatũ fuit, ann. 1540. die 18. Ianuarij, inter Iacobũ Ecclisson appellantẽ. & Guillelmũ Caiornel. potest tamẽ Papa pręuenire, & mãdatarium & nominatũ, ac aliũ qualificatũ, vt hic, quia maiorẽ sibi etiã in mãdatariis retinuit potestatẽ, quã cõcesserit. c. dudũ. de præb. in 6.

Arresta.

Et plenè de hac pręuẽtione loquitur Ioan. Lupus in repe. decreta. per vestras. in prin. col. 2. de don. inter virũ & vxo. vbi idẽ dicit in rege quo ad officia.

Et dicitur etiam pręuenire ratione horæ vel momenti, si possit probari. gl. in c. pen. de rescr. in 6. & c. si à sede. de præb. ibidem. & potest probari per testes, vt ibidem dicitur, quod sequitur Dec. in c. causam. col. 3 de rescr. Fel. in c. pastoralis. illo tit. per gl. in l. si ex pluribus. in fi. ff. de solu.

Hora in instrumento quando sit ponenda.

Et quando potest dubitari de viribus instrumenti, apponẽda est hora in instrumẽto. Bal. in l. cũ proponas. C. de interdi. matri. allego tex. ad hoc in l. Titius. §. Lucius. ibi, hora diei 6. ff. de lib. & posth. Fel. in c. ego N. de iureiu. Alioqui hora in instrumẽto nõ est ponẽda necessario. ita tenet Barb. in repet. rub. de fide instr. col. 61. vers. quid de hora. dicẽs non esse in instrumẽto necessario scribendã, nisi in casu. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. Idẽ tenuit in cle. fi. col. 9. de rescr. vbi dicit bonum esse apponere horã propter rescripta, quæ in pari data reperiũtur.

Et sicut quando sunt plures iudices, vnus potest præuenire alium. l. si quis posteaquã. ff. de iud. c. pen. & ibi Soc. de foro comp. Ita quãdo sunt plures procuratores insolidum constituti. c. si duo. de procu. in 6. c. pen. de elec. eo. lib. & de multiplici præoccupatione tradit Ant. in c. capitulũ. col. 5. & seq. de rescr. sic & præuentio procedit in Papa, qui præuentus dicitur quãdo nominatus, aut graduatus solũ iure requisiuit beneficium sibi conferri, licet nõ fuerit collatum, vt statuit lex regni in ordina. regiis, rub. *des preuentions apostoliques*. Etiam si requisitio fuerit facta capitulo, quia cum possit vacante sede qualificatis conferre, ergo & requiri potest, vt dixi in trac. nomi. q. 8. nu. 30. Ideo Papa non dicitur præuenire, nec potest conferre iure præuentionis, cum sit præuentus per illam requisitionem, secũdũ iura galliç.

Sola requisitio graduati afficit beneficium.

Etiam si requisitio fieret ab alio quam collatore, dum fortè latitat, vel abest à suo episcopatu, vel abbatia, tunc sufficit requisitionem fieri ibi in episcopatu, vel abbatia, vt recursum possim habere postea ad superiorem, & ad hoc vt postea collatio iure præuentionis fieri non possit, aliàs episcopus vel collator semper latitaret, vel abesset, & interim Romã mitteret, & sic daretur materia delinquendi, vt ab eo missus ad Papam perueniret, dixi in tract. de pacifi. poss. in fi. Tamen Fel. in c. in nostra. correla. 18. dicit quòd si inuenirẽtur acceptatio & requisitio per graduatũ, & collatio per Papam eodẽ die factæ, præsumetur pro collatione, & valebit. c. capitulum. de rescr. Io. And. in c. si postquã. de prębẽ. in 6.

Collatio eodẽ die facta qua & requisitio præualet.

Itẽ per collationem nullam nõ dicitur Papa pręuenire ordinariũ quo ad hoc, vt collatio ordinarij non valeat obstante collatione per Papã facta, quæ nullo modo potest obstare ratione reseruationis, quæ in regno non habet locũ, vt supra. ti. de reserua. dixi. Pan. in c. inter. de excessib. præla. quamuis contrarium teneat Anch. cons. 58. dixi in gl. disposuerit. in fi. supra. tit. proximo. §. si quis verò, quæ intellige vt hic. Sicut citatio nulla non inducit præuentionẽ. l. si pater. & ibi gl. C. ne de statu defunct. gl. vlt. in c. si plures. de offi. dele. in 6. Iacobi in d. l. si quis posteaquam. col. 2. vbi post Angel. tenet etiam per captionem personæ nullam, non induci præuentionem. Soc. in d. c. proposuisti, art. 4. q. 5. & seq. gl. in §. visum. in verbo, non valeant. de colla. in prag.

Collatio Papæ nulla nõ habet reseruationem.

Si tamen vnus iudex cœperit cognoscere de crimine, & alteri directè fuerint literæ innocentiæ super hoc crimine, vidi per senatum remitti ad primum iudicem, qui de hoc crimine cognoscere inceperat. Ideò cum collatio facta non graduato sit valida non prosequente nominato, vt supra in §. si quis verò. tit. proximo. dictum extitit, quando est facta non graduato, præuenit Papam, vt dico in tract. nomi. q. 17. numer. 19.

Quod est verũ si nominatus aut graduatus postea requirat, aliàs secus vnde si ordinarius conferret beneficium regulare vacans in mense graduatorum seculari, postea Papa prouidisset seculari dispẽsando cũ illo, valebit collatio Papę, non ordinarij, quia hic nõ est præuentio, sed prælatio, quæ bene habet locum, quando agitur inter non qualificatos, cum collatio ordinarij non valeat, quia ordinarius non potuit dispensare, ideo valebit 2. collatio facta per Papam, secus si ordinarius cõtulerit nõ qualificato, & Papa alij, postea collatio facta fuerit graduato, vt hæc valeat, prout fuit iudicatum in hoc senatu, ann. 1540. die 18. Februarij, inter M. Ioan. de Lorme appellantem, & Ioan. d'Orleans intimatum.

Prælatio in beneficiis quãdo locũ habeat.

Item quãdo apparet episcopum contulisse tempore quo potuit, dicens illam collationem non valere propter Papæ præuentionem, habet illud probare. Ioan. And. & Perus. in c. si tibi absenti. col. 2. de præb. in 6. Et an requisitio facta per graduatum vel nominatum inhabilem impediat præuentionẽ Papæ dixi quod sic in §. si quis verò. in verbo, disposuerit. in fi. supra. eo. & an Papa possit in præiudiciũ nominatorum afficere beneficia non vacantia dixi in gl. dispensationis. §. volumus. de coll. supra. [Imo ann. 1540. die 19. Februarij fuit plenum possessorium adiudicatum magist. Iacobo Acclisson. doct. theologo, qui beneficium vacans in mense Aprilis requisierat post collationem factam à legato & Papa eo. die non graduatis.]

Intellige hanc præuentionem Papæ valere quando tantum tempus effluxerit à die mortis, quod verisimile sit eum cui est facta collatio, potuisse ad Papam peruenisse, alioqui præuentio Papæ etiã non valebit, ne votum captandæ mortis ingeratur. Reg.

Regula de verisimile notitia declaratur.

NN

cancel. 28. nisi prætextu renunciationis ante mortẽ cucurrisset, quia tunc computabitur tempus à die constitutionis procuratorij, & nõ à die mortis, quãdo in collatione est derogatum illi regulæ, eo quod habuit bonum initium. gl. in §. neque. in verbo, faciendas. de coll. in pragm. Ioan de Seleu. in tract. de beneficio. in 3. parte. quæst. 46. Quid si resignatarius qui diem præuenerat erat inhabilis, & statim alius per mortẽ impetrauit, an possit ei excipi de illa regula. fuit in hoc senatu Parisiẽ. iudicatum quòd sic, contra Tristandum Fretard pro magistro Germano Cornuto in causa canonicatus sanctæ Radegundis Pictauiæ eccl. an. 1537. die 7. Septembris, licet fuisset allegatũ quod in ecclesia parrochiali iam decanatus erat collatus. [Quia sic fraus fieri posset, nã primus impetrans impetraret ꝓ extraneo, & postea ꝓ se, & iura obuiãt quantũ possunt fraudibus. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. sedes. de rescr. standũ est senatuscõ.]

Celãs mortuum quomodo puniatur. Imò etiam non valebit præuẽtio fraudulenta per gl. in d. verbo, faciẽdas. vnde si quis corpus mortuũ beneficiati celauerit, donec illius beneficiũ à Papa impetrasset, nõ valebit illa ꝓuisio etiã à Papa, quia dolus & fraus nõ debet cuiquã prodesse. c. sedes. & seq. de rescr. & sic collatio ordinarij etiam postea facta alteri valebit, vt plenè probat Boer. in decis. Burdeg. q. 287. & in dicto processu, dicens sic fuisse ibi iudicatum. facit ordina. reg. ex publi. Anno 1539. art. 56. [super qua scripsi in tract. ne beneficiator. cadauer. custodiãtur, in 2. tomo consti. regia, & vide.] extra. 1. de sepul. in cõmunib⁹. & pater, qui celeuerat mortuũ, vt illius beneficiũ filio impetraret, fuit ad *Arrestum.* mulctã cõdẽnatus, Ann. 1525. die 23. Februarij, in hoc senatu. prosequẽte Magistro d'Aniou, cõtra Abriodũ, pro quo facit l. 3. §. si quis dolo. ff. de tabu. exhib.

Et an illa regula habeat locum in ordinario, vide gl. in d. verbo, faciendas, & in d. regula 28. & quæ dixi in gl. alieni fati supra. in procemio. De Ripa in c. 2. in fi. de rescr. imò non valebit derogatio huius regulæ facta etiam per Papã, vt gl. in d. regula tenet. & ita fuit aliàs conclusum in hoc senatu, & in mẽte curiæ retentum. Multa de verisimili tradit Fel. in c. quia non est verisimile. de præsump. multo plura Do. Andr. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in prin. nu. 37. cum seq. versi. sed iam, &c.

Præuentio an dicatur post patroni præsentationem. Vltimò, si patronus per literas præsentauerit Titiũ, & antequam fuerit institutus. Papa contulerit alteri, si postea institutus fuerit Titius, debet preferri, si Papa nullam mẽtionem præsentationis fecerit, secus si hoc expresserit, & ita vtraque sententia cõciliabitur, quas gl. citat. in §. visum. in verbo, nõ valeant. de coll. in prag. imò non esset absurdũ tenere per istũ tex. nõ valere collationẽ Papæ post præsentationẽ, quia iure præuentionis nõ cõfert, ergo non valet, cum ad hoc se adstrinxerit hic, nec obstat doctrina doct. Quia intelligitur quando non esset aliquid in contrarium statutũ, sed hoc videmus statutum, & sic fuit iudicatum in hoc mense Martio, cõ*Arrestum.* gregatis duabus cameris inquisitionũ, Anno 1544. vide D. Boer. in q. 2. in decisio. Burdegal. De præuẽtione, quæ fit & exercetur in iudiciis non scribo hic, sed doc. tradunt in l. si quis postea. ff. de iudic. & plenè in ca. proposuisti. de foro compe. & de præuẽtione, quam habet rex aduersus episcopum Parisi. in tribus casibus, videlicet homicidij, raptus, & quando quis inuenitur in crimine flagranti, reperitur in ordinationibus antiquis & conuentis, inter episcopum Parisien. & regem. *Rex in quibus casibus contra episcopum Parisien. habeat preuẽtionem.*

dignitates [a], personatus [b], administrationes, & officia, cæteráque [c] beneficia ecclesiastica secularia & quorumuis ordinum regularia, quæcunque & quomodocunque [d] qualificata, tã in mensibus graduatis

a Dignitates.) Exceptis episcopalibus, quæ nõ veniunt appellatione dignitatis, cum episcopatus sit culmen dignitatis. c. venerabilis. de præb. gl. in c. 2. illo tit. in 6. Et sic appellatione dignitatis in materia pœnali & odiosa non venit episcopatus, per gl. in d. c. 2. quam nota. Barb. sing. in tract. de præstan. cardinal. q. 1. partis primę. col. 4. & q. 12. eiusdẽ partis, & in procemio cle. in 2. lectura. col. 3. & in cle. auditor. col. 12. de rescr. pro illa gl. est tex. in cle. vna. de renunc. Inno. in c. dilectus. de conces. præb. vbi dicit q̀ dispensatus vt obtinere possit dignitates, non poterit habere episcopatum, vide ibi latius. & per Nic. Mil. in reper. in verbo, gratia. q. 57. Item hic nõ comprehenduntur abbatiæ, prioratus, nec aliæ dignitates, in q̃bus ecclesia est viduata pastore, & seruatur forma c. quia ꝓpter, q̃a illarũ nominatio in hoc regno spectat ad regẽ. supra in rub. de regia ad præl. nomi. fac. nam non est verisimile q̀ tam citò conditores se correxerint. l. non ad ea. ff. de condi. & demonst. plenè Lappus alleg. 84. dominus Papa. col. pen. *Episcopat⁹ an dignitatis appellatione comprehendatur.*

Fallit quãdo illæ supradictæ dignitates vacarent in curia, tũc ad Papã libera pertinet prouisio, etiam sine regis nominatione, vt patet in rub. de regia ad præl. nom. fac. §. 1. Itẽ dignitates ecclesiasticas intellige, vt dixi suprà. tit. prox. in §. præfatiq; ordinarij.

b Personatus.) Declara ista vocabula, vt per gl. in §. præfatique ordinarij, supra tit. proxi. vbi dixi.

c Cæteráque beneficia ecclesiastica.) Etiam si essent altaria, vel capellaniæ fundatæ etiam à laicis, dummodo authoritate episcopi, aut Papæ sint constructæ, quia beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Papam pertinet. c. 2. de præb. in 6. dixi in tract. nomin. q. 12. non dicitur enim ecclesiasticum beneficium ante episcopi approbationem. Fel. in c. ex parte S. de rescr. col. 1.

Consecrare ecclesiã episcopus sine dote nõ debet. Et episcopus nõ debet primariũ lapidem ponere, nec ecclesiam cõsecrare, nisi prius fundator dotẽ illi ecclesię constituerit. c. nemo ecclesiã. de consec. dist. 1. si nõ fuerit constituta dos, potest compelli adhuc fundator ad dotem constituendam. c. piæ mentis. 16. q. 7. vel eius hæres, si fuerit soluendo, alioqui episcopus tenetur. arg. c. episcopus. de præb. Fallit si quis construxerit capellam in ecclesia mendicantium. Anch. in cons. 113. vel in ecclesia cathedrali, seu collegiata. per text. in auth. vt nullus fabricet ora. Do. col. 5. sic expressim consuluit. Ioan. de Ana. cons. 24. primò videntur. & Calca. cons. 31. Ant. col. 2. vbi etiam vide an per diruptionem ecclesiæ hæres fundatoris sit liberatus, & concludit negatiuè. *Fundator antenetur vel eius hæres dotare ecclesiam.*

d Quomodocunque qualificata.) Hic postea declarat, siue

Iure præuentionis Papa beneficia in villis murata sita an conferat.

clarat, siue vacent in mensibus graduatorũ simpliciũ, siue nominatorũ, & per hoc verbũ patet, quod etiam iure præuentionis potest conferre beneficia sita in ciuitatibus, vel villis muratis, non graduatis, sed quia peruerteret statũ ecclesiarum parrochialiũ regni, videtur ꝙ nõ possit, vt infra dico in præbẽda theologali. & quia non intẽdit tollere priuilegia laicorũ. c. 2. de priuileg. Et quia exempla declarant vt in eisdem casibus procedat. l. nunquam. ff. de priua. delict. mode. in §. sed iste. col. 7. insti. de actio. ergo procedet in casibus declaratis, postea in vers. tam in mensibus, &c. quod cogitandum relinquo.

Et an possit conferre habenti ad summã ducentorum aureorũ beneficia, ꝙ videtur per hoc verbũ, quia nõ agitur tunc de qualificatione. vnde in simili dicit gl. in extrauag. execrabilis, in verbo, personatus. in fi. de præb. ꝙ si Papa in collatione dignitatis dicat, nõ obstãte ꝙ alia beneficia habeas, quotcunque & qualiacunque sint, tunc potest tenere prima, etiam si essent electiua. per cle. si Romanus. de prę̃b. nam hæc verba generalia duos habent effectus. Primus. quia tollunt subreptionem. c. non potest. in fi. de prę̃b. in 6. Secundus effectus est, ꝙ simul obtineri possunt quæcunque, & quotcunque, quia tantũ valet genus in suo genere, quantum species in sua specie l. si duo. ff. de admini. tut. Feli. in c. nonnulli. col. 8. ver. addatis. etiam gl. de rescr.

Clausulæ non obstante quotcunque & qualiacunque duo effectꝰ.

Non theologo Papa præbẽdam theologalẽ non cõfert.

Non poterit quoque non theologo præbendam theologalem cõferre, quia totius reip. interest habere theologum, & immutaretur status ecclesiæ Gallicanæ, ꝙ etiã Papa facere non potest, no. gl. & doc. in c. proposuit. de conces. præb. vbi quando immutatur status ecclesiæ, Papa non potest aliquid attentare, vel quando decoloratur status ecclesiæ, sicut hic. nam possent tũc conferri asinis, & sic parrochiani ciuitatum, & villarum muratarum paterentur, quia nec prædicationes haberent, nec docerentur, quod est absurdum. Etiam ratione conuentionis & concordati, nisi alia deputaretur theologo, vt dixi in §. 1. supra tit. proxi. vel nisi cõferret baccalaureo formato etiam extante doctore, quia tunc crederẽ Papam hoc posse, quia cessant rationes supra adductæ, & ipse insequitur concordata sic conferendo, ideo est validum quod facit per §. 1. de firma. & irreuocabili concord. stabi. vbi facta contra concordata etiam per Papam sunt irrita. ergo si secundum concordata valent.

Itẽ non confert ratione præuentionis ea quæ iure regali spectant ad regem. no. in c. generali. de ele. in 6. doct. in c. 2. de præb. ibidem. & hoc D. Ruef. in tract. de iure rega. pulchre tract. Sed regularia beneficia poterit secularibus conferre iure prę̃uentionis, sed in vim nominationum & gradus non debentur regularia secularibus qualificatis, vel econtrario, vt in §. volumus. supra tit. proxi. dicitur etiã prætextu dispensationis apostolicæ, vt ibi, nec videtur hic se correxisse, cum in aliis possit intelligi.

simplicibus & nominatis, quàm ordinariis collatoribus præfatis assignatis vacantia, [a] ac etiam sub dictis mandatis comprehensa, libere conferre [b].

Papa beneficia sub mandatis comprehensa confert sine expressione.

a Ac etiam.) Sub dictis mandatis comprehensa. Non tantã potestatẽ dedit Papa, quantam sibi retinuit. text. in c. dudũ. de præb. in 6. & sic potest cõferre beneficia sub mandatis cõprehẽsa, vt hic per tex. in c. quãuis. 2. de prę̃b. in 6. sicut legatus beneficia reseruata. gl. in c. prę̃senti, in verbo, illa pẽdente. de off. leg. in 6. Card. cons. 3. an si legatus. de præb. poterit etiã cõferre prę̃bendã primã, quãuis fuerit cõuentũ & cõfirmatũ per Papã, vt prima vacãs diuideretur, & ex illa fierẽt duę per rationem supra adductam.

Requiritur tamen mẽtio & derogatio præcedẽtis conuentionis, alioqui non videtur velle derogare, nec suæ fuisse intentionis, ex quo non exprimit. c. dilecto. de verb. sig. ideo collatio per Papam facta alias erit subreptitia. Collecta. in c. relatũ. col. 1. in fi. de præb. Vide tex. & ibi doct. in ca. quamuis. in 2. de prę̃b. in 6. & idẽ si Papa conferat beneficia qualificata quia etiã mentio faciẽda est per supradicta, & facit regula cãcel. 30. Oldr. cõs. 324 factum tale, col. 4. Ægid. bellamera, cõs. 33. quod si. col. 5. in 5. cõclusio. vbi dicit ꝙ collatio facta per Papam etiã ex causa permutationis de beneficio iam affecto alteri, non valet nisi mẽtio facta sit de reseruatione. Nec refragatur. d. c. dudum. quia ibi idẽ Papa potestatẽ conferẽdi ac resignationes recipiẽdi primo cõcesserat, & postea contulerat. ideo expressio non requiritur, secus si cõuentio fuerit facta, vt hic, quia difficilius rũpitur cõuentio cõfirmata, quã simplex Papæ cõcessio, c. 1. de treuga. Itẽ si fuerit statutũ iuratũ & cõfirmatũ à Papa. quod de cætero non erunt nisi duodecim canonici in tali ecclesia, & nullus recipietur in canonicũ, donec 30. canonici fuerint reducti ad 12. Tamen si vnus ex viginti velit permutare, poterit corã summo põtifice facta expressione statuti iurati, coram alio, nõ. Imol. expressè in cle. vna. col. 3. vers. quærit hic Guillel. de rer. perm. quia esset nouũ canonicũ recipere, & statutũ violare, quod inferiori à Papa nõ est concessum, vt ibi. Limita quando beneficium vacaret in curia, tunc etiã non facta mentione mandati, valebit collatio. c. 2. & ibi Ioã. And. de præb. in 6. refert Perus. in c. si postquã. col. 2. illo ti.

Secundò, fallit quando tale beneficium nõ esset affectum mandatario, quia tunc collatio ordinarij valeret, à fortiori & Papæ. c. dilectus, 2. de præb.

Tertiò, limitat Perus. d. c. si postquã. quando motu proprio conferet: tamen per illam clausulam nõ intendit præiudicare iuri tertij. ibi vide alia.

Papa an præuentionem legato concedere possit in beneficiis qualificatis.

b Conferre.) Poterit ergo Papa conferre, sed mãdare conferri non, quia tantum retinuit potestatem conferendi. & ita cõuenit cum rege, & sic nõ posset etiã legato dare hanc potestatem conferendi iure præuentionis, nec regnicolæ paterentur, per hunc text. cum aliud sit conferre, aliud mandare, cõferre. c. fi. de off. vica. in 6. c. eum cui. de præb. eo lib. vide Feli. in c. veniens 1. col. 2. de rest. Et quando Papa iure præuentionis confert, mandatum valebit super beneficio alio primo vacaturo. c. quia sæpe, & c. si clericus. de prę̃b. in 6. & d. c. mandatum. & sic non finitur. Sed quot modis finiatur, resp. quod eisdem ferè modis sicut nominationes, vt dixi in tract. nom. q. vlt. & supra eo. in verbo, prosequẽtes. Quid in legato, an possit conferre in præiudiciũ mandatarij?

Legatus in præiudiciũ mandatarij non confert nisi per resignationem.

Dicerem q non, quia inferior non tollit legem superioris. cle. ne Romani. de elect. ita tenet Arch. Do. & Perus. in c. si postquam col. 2. de præb. in 6. fallit si data esset eisdem specialis conferendi potestas à Papa. arg. c. 2. de præb. in 6. quod intellige. vt statim dixi. & dic quando resignaretur in manibus legati sine fraude, tunc valeret prædicta resignatio. arg. c. dudum. de præb. in 6. Et sic fuit prolatum arrestum hoc anno 1537. die Veneris ante Pentecosten. *Arrestum.*

§. STATVIMVS.

STatuimus [a] insuper q in prouisionibus, quas personis quibusuis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, per nos & successores nostros, ac sedem prædictam, etiam motu proprio etiã promotis ad ecclesias cathedrales [b] & metropolitanas, ac monasteria [c], vt obtenta per eos beneficia retinere possint, fieri cõtigerit illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras turonẽses, seu alterius monetæ valor, secũdum communem æstimationem exprimi debeat. Alioquin gratiæ ipsæ sint ipso iure nullæ.

Valor verꝰ beneficiorũ non exprimitur in Frãcia, sed consuetus. a STatuimus.) Hic § non est receptus à regnicolis, sed consuetudinem habent exprimendi, q fructus beneficij non excedunt summã viginti-quatuor ducatorũ auri de camera, & illa expressio in hoc regno seruatur, ideo hic non scribo an sit de iure exprimendus valor, de quo per doct. in c. ad aures. de rescr. gl. in cle. 1. de præb. Et primus hoc statuit Vrbanus 6. vt not. gl. & doct. in cle. 1. de præb. Hic multa scriberem, quæ de industria missa facio, cum in hoc regno vsu non veniant. vide Fel. in c. fi. col. 2. de præsump. & alia scripsi in praxi mea beneficia.

b Ecclesias cathedrales.) Hic ergo vult exprimi verum valorem etiã per promotos ad ecclesias cathedrales, vel metropolitanas. nam per electionem, confirmationem, & consecrationẽ, vel post lapsum tempus de consecrandis, vacant beneficia, quæ quis habebat ante episcopatum vel archiepiscopatum. c. cum in cunctis. §. cum vero. de elect. & hoc quatuor interuenientibus. Primo, requiritur electio, vt ibidẽ dicitur. Secundò requiritur cõfirmatio. c. fi. de elect. in 6. Tertiò requiritur, quod electus & confirmatus bonorũ administrationẽ habuerit, & possessionem episcopatus, vt not. in simili in c. de multa. de præb. Quid si episcopatus possessionẽ habere nõ possit, vtpote quia est apud infideles. vide per Car. in cle. in plerisque in fi. de elect. Quartò requiritur consecratio, vel q tempus de consecrandis sit elapsum. c. quoniã 100. dist. & d. §. cum verò, & etiam prouisi beneficia nõ vacant ante cõsecrationem, & ante administrationẽ bonorũ, licet prouisio habeat vim electionis & confirmationis. Pan. & alij in c. eã te. de rescr. & in c. cũ super. de causa poss. & proprie. gl. in cle. 1. in verbo, collato, vt lite pendẽ. Curia tamen ex stylo habet, vt statim beneficia prouisi conferat, quia nõ præsumit, q recuset episcopatũ. Dec. in d. §. cũ verò. col. 2. nisi dispensatũ cũ illo episcopo fuerit, vt beneficia retinere possit. Angel. cons. 274. Bonifacius. & quia beneficiorũ quorundã valor est taxatus in curia Romana, licet videre in prouinciali, & Papa solet dicere in bullis cuius fructꝰ ad quingentos florenos auri taxati reperiuntur, & tunc Papa non est solitus expedire bullas, nisi detur sibi annata secundum valorem illius taxationis licet quis non exprimeret tam magnũ valorẽ, vt vidi seruari.

Beneficia electi quatuor interuenietibus vacant.

Vix recusatur episcopatus.

Exprimitur verus valor beneficij taxati Romæ.

a Monasteria.) Promotus ergo ad abbatiã, si retinere velit beneficia, quæ antea habebat, debet exprimere verum valorem, & hoc antequã adipiscatur possessionẽ pacificã abbatię. Alioqui per possessionem pacificam abbatiæ, sicut per adeptionẽ pacificam alterius dignitatis, vacant beneficia priora, etiam ante benedictionem. Oldr. cons. 14. cum queritur. c. de multa. de præb. & extrauag. execrabilis. illo tit. Et hoc casu sufficit (vt puto) consuetudinaria expressio, cuius fructus. 24. &c. *Per adeptionẽ abbatiæ, ã vacent beneficia.*

Nota tamẽ, quod licet per promotionem ad episcopatũ vacent priora beneficia, tamẽ per adeptionem dignitatum, vel beneficiorum, non vacat episcopatus. tex. sing. in c. cum nostris. de concess. præb. quia episcopus sine cõsensu Papæ episcopatum dimittere non potest, vt cap. inter. c. fi. de trans. epis. & per hoc limitatur d. c. de multa, quod licet loquatur de dignitatibus. tamen nõ procedit in episcopatibus, cum sit odiosum, & ita not. Pan. in d. c. cum nostris. quod est notandum. Imo per adeptionem secũdi episcopatus, non vacat primus sine Papæ authoritate. c. quanto. & ibi Pan. in fi. de transl. epis. *Limitatio ad cap. de multa de præben.*

Quæro an electus in episcopum ante confirmationem possit permutare beneficia, quę habebat tẽpore electionis? & breui decidit gl. in §. item insuper. in verbo, disponere. de collat. in prag. vbi dicit quod non. cum sit incapax ad obtinenda beneficia cum episcopatu. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elec. & sic dicit interuenisse arrestum, licet in fine videatur contrarium tenere. Declaratur in reg. 24. cancel. quod prouisiones beneficiorum, quæ vacant per resignationem simplicem, vel ex causa permutationis illorum qui promouentur ad regimina ecclesiarum, vel monasteriorum, si ante diem promotionis conferantur, sunt nullæ, quia ille qui sciebat se promouendũ ad episcopatum, vel abbatiam, faciebat resignationes secretas, vel permutabat cum alio beneficio etiam minimo. Ideo postea facta promotione Papa erat illusus, & nil valebat conferre: quare statuit, vt supra dictum extitit. Quædam ad hanc materiam facientia, vide per Leobinum Dalerium in tract. de mand. apost. & per Ruseum in suo eo. tract. vbi eleganter & pulchrè hanc materiam explicant.

Finis tituli De mandatis Apostolicis.

Forma mandati Apostolici.

Iste titulus sic continuatur. Sup. de mandatis Apostolicis fuit tractatum, & quod certa forma in eis seruari decet, ideo eam hic locare volui, licet ab initio alibi posita fuisset.

Ex hac

Verba mādati an sint de forma, & quomodo cognoscatur.



EX hac rub. patet quod scriptura mandati infra scripta est de forma, cuius omissione corruit. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. l. 1. de lib. & posth. & sic diligenter obseruanda. l. diligenter. ff. manda. c. cū dilecta. de rescript. adeo vt si actus fiat per æquipollens, tamen adhuc erit nullus omissa forma. Bal. Angel, & alij in d. l. 1. Paul. in l. mancipia. C. de seruis fugi. [Nā hęc forma data est, ne in futurū ab hac forma discedatur, Scæu. in l. constitutionib. ff. ad munici.] Sed quærendum est quomodo cognoscitur aliquid esse de forma. resp. vbicunque lex vel dispositio dicit se tradere pro forma, tūc censetur ibi forma tradita. l. debitorib. ff. de re iudi. l. hac consultissima. ibi, ante latæ formæ. C. qui testa. facere possunt. & maximè quando in rub. dicitur de forma seruanda in consilio, tunc illa rub. probat, ꝙ sit de forma, sicut hic videmus. Fel. in c. cum dilecta. vers. 10. & vlt. de rescr. plenè tradit Alber. Brunus in tract. de forma & solenni. actus, rubrica quādo aliquid cēseatur traditū pro forma. fol. 34. vers. 5. cōclusio. probatur etiā supra de mandatis apostolicis, vers. iuxta formā inferius annotatā. & ibi sub forma, &c. & ibi ponderaui.

Secūdò, probatur, quando lex, vel alius actus disponit circa modū conficiendi actum, aliter quàm ius cōmune disponat illud dispositum censetur esse traditum pro forma. Feli. in d. c. cū dilecta. Alioqui nihil operaretur, quod esset contra. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuile. in 6. & sic in vanū fieret.

[Tertiò, quando lex conditionaliter loquitur, vt si non sint mobilia, capiantur immobilia. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. Bal. in auth. vt matri & auiæ. col. 1. nu. 3. C. quando mul. tut. offic. fung. per illum tex. ibi, si renunciauerint. arg. l. prætor. in prin. ff. de colla. bono.

Quartò, vbi actus annnullatur non seruata dispositione. l. si prædium. C. de præd. minor. Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. vt instrumēta facta cum vno notario nō valeant, si duo non adsint, vel dicitur quod actus aliter non fiat. Bar. in l. vl. in fi. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. Feli. in c. cum dilecta. de rescrip.

Quintò, vbi est prius & posterius. Bal. in l. 1. col. pe. ibi, ex dicto ergo Rofred. C. ne liceat tertio prouoca. ideo si dicatur, ꝙ sententia feratur de consilio sapiētis, alias sit nulla, quia consiliū prius habendū, ergo datus est ordo, idē in teste iurato qui prius iurare debet, & postea deponere. c. de testib. l. iurisiurandi. C. illo. ti. si pararet graue præiudicium, alias leuis solennitas non vitiat. l. 1. in fi. ff. de vent. inspic.

Sextò vbi apponitur tempus, qui nō obseruat tēpus, nō obseruat formam. l. scire. §. consequens. ibi, non aliter audietur, nisi obseruauerit constitutum tempus. ff. de excus. tut. Bal. in auth. quæ supplicatio. circa fi. C. de precib. impe. offer. dixi in §. teneantur. de colla. supra. & in tract. nomina. q. 14. c. 1. de temp. ordi. c. 2. de concess. præb.

Septimò vbi plura committuntur, ibi videtur data forma, vt secundum ordinem narrationis factorum debeat iudex procedere. c. cum dilecta. vbi Pan. dicit tex. ad hoc esse sing. de rescri. & sic apparet istud exemplum nobis esse præscriptū pro forma, quod sic suadetur.] nam quando congregantur multi actus simul, tūc illa dispositio est vtilis, & non superflua. vt dicunt iurisconsulti in substitutione breuiloqua in l. Lucius. ff. de vulg. probatur etiam in rubr. ff. commu. præd. & in rub. C. commu. vtriusq; iudi. & in rub. C. commu. de leg. & communia de succes. & cōmu. de manumiss. hoc sequitur Albe. in rub. ff. de vulg. col. 45. in 4. opp. sed hæc forma multas antiquas formas congregat, ergo vnā formam præstituit, quam seruare regnicolis necesse est. Adhæc vult §. 1. supra tit. 1. vt quilibet Papa possit dare literas mandati iuxta formam inferius annotatam, ergo contra formam non potest dare à contrario, & formam hic annotatam vult publicari, & registrari in quinterno, quod in vanum fieret, si non obseruaretur: sed nō obseruaretur nisi esset de forma, ergo de forma erit, vt etiam supra dixi.

Insuper, ad perpetuam rei memoriam vult illam formam publicari, non esset perpetua memoria si non esset de forma, quia non seruaretur, & sic extingueretur, vt etiam supra dixi, sed repeto, vt hic congregem dispersa.

Sextò, ista forma est scripta, & data ad obuiandū litibus, quæ occasione literarum mandatorum oriri possent, vt supra proximo ti. dicitur. sed non obuiaretur litibus, si non esset de forma, quia vnus impetraret mandatū sub vna forma, alter sub altera, & deinceps postea maiores essent lites quàm olim, qa crederent Galli, ꝙ iuxta conuentionem factam in tit. proxi. deberent impetrare secundum hanc formam. tamē hoc modo non concederetur. & sic deciperentur sub hac promissione, cōtra id quod dicitur in l. 1. C. de his qui veniam ætatis impet. vbi dicitur neminem debere decipi principali beneficio. nam verisimile est, ꝙ postquam Papa & rex supremi in terris sic conuenerunt, quod nolunt aliā formam seruari, quia actus principis debent esse stabiles, & perpetuo mansuri. Feli. in c. cum olim. col. 3. de re iudi. per c. decet. de reg. iur. in 6. vnde in simili dicit Card. consi. 7. rub. de rescr. quod si Papa scribat pro beneficio à se reseruato, non facta mētione reseruationis, præsumitur circūuentus. sic cōcessio regis Franciæ cōtra suā pronunciationem est nulla, quia pręsumitur circumuētus. Bal. expressè in dicto c. cum olim. [Gomes. in reg. de annual. posse. q. 6.]

Adde etiam ea quæ non sunt de forma, vel ordine, possunt ordinis fieri, & formæ per principem, quia quod illi placet, legis habet vigorem. l. 1. ff. de constit. prin. Bal. in l. prolatam. col. 3. versi. & nota ꝙ princeps. C. de sent. & interlo. sed voluit esse de ordine. in §. si quis vero. suprà. de coll. ergo erit de ordine substantiali, vt dico ibidem.

Nec obest declaratio summi pontificis facta per Clemētem 7. anno 3. sui pontificatus. 6. Idus Ianuarij, quia nil nocet sine declaratione regis, nam contractus semel factus à duabus partibus nō potest declarari nullus, vel alio modo in præiudicium alterius partis, nec valet declaratio in contrarium facta. arg. l. 1. & seq. C. quando liceat ab empt. disce. Imò declaratio Papæ iniqua est ipso iure nulla, & est attribuenda circumuentioni, importunitati, aut errori. Ægi. de bella mera, deci. 734. etiam extra Rotam, vers. sexta ratio. Soci. cons. 260. in causa. *De declaratione Papæ & regis.*

col.9.vers. ex quibus infero. in 2.vol.

Item quando declaratio Papę non consonat verbis declaratis, vt hic, habendus est pontifex pro circumuento. Card. cons.7. rub. de rescr. Feli. in c. ex parte decani. vers. & ob illusionem. ibidem, & in d.c. cũ olim. col.4. de re iud. imò statuere super iam cõfirmatis, non est proponere remediũ æquitatis, sed calumniam pręteritis inuenire. Anch. cons.398. permitto. quẽ refert Feli. in c. si quando. col.1. de rescr.

Nec refragatur ꝙ interpretatio, seu declaratio summi põtificis ex singularis postulatione personę facta ad legẽ vel ordinationem præcedentem constituit ius generale inter omnes. not. in c. in causis. de re iud. l. vlt. C. de legibus sic consuluit Rom. cõs. 260. in proposito. Resp. loqui quãdo Papæ declaratio esset facta super sua constitutione. secus in concordatis, quæ sunt tam à Papa quàm à rege condita, & sic sua declaratio nil potest obesse, nec potest hæres vel successor declarare voluntatem defuncti. no. in l. idem Pomponius. §. si. ff. de rei vendi. & in l. inter. §. j. de verb. obli. Perus. in c.2. col.1. de rescript. Soci. consil.120. memini. col.1. & 3. in 3. vol. Ideo ad regem, qui erat vnus ex contrahentibus, spectabat declarare, potius quàm ad Clemẽtem septimũ, qui nõ nouerat mentẽ contrahentiũ, Leonis videlicet & regis, sicut rex, qui in sua declaratione dicit se fuisse memorẽ illius formę. & ꝙ pro forma substantiali erat posita inter eosdẽ cõtrahentes, & sic rex declarauit anno 1527. ante pascha, die 29. Martij. quæ fuit lecta, publicata, & registrata in magno cõsilio, ann. 1528. die 13. Iulij, suæ fuisse intẽtionis mãdata impetrãda esse secũdũ formã hic immediatè descriptã, quam substantialẽ vult esse, ita ꝙ nil addi huic formæ possit, nec diminui, vel alterari in substãtia, sed ad verbum, vt est hic descripta, debet mãdatũ impetrari, nec aliæ clausulæ insolitæ sunt apponendæ, alioqui declarat mandata nulla, & nullius roboris, vultq; omnes curias secũdũ istã declarationẽ debere iudicare: ac præcipit mãdata contra hanc formã impetrata reiiciẽda, & respuẽda. quæ declaratio est summè vtilis pro regnicolis, & iustè ac ritè facta: ideo sequẽda. [Quã videre quilibet potest in ordi. reg. rubr. *des mandatz*. in eis, quas in titulos redegi.]

Dicit tamẽ Bal. in c. cum in veteri. col.1. de elect. quędã esse de forma, & horũ trãsgressio inducit nullitatẽ, quædã sunt de præcepto, & horũ transgressio inducit pœnalitatem; quędam sunt de simplici cõsilio, & ista omissa non vitiant, nisi expressè hoc dicatur. hæc ille. Nec me mouent no. in clem.1. de iure patro. vbi quando actui noua datur forma, tunc si nõ apponatur clausula decreti, valebit act⁹ in cõtrariũ factus, nec dicitur ille actus esse de forma substantiali, quia resp. ꝙ clausula decreti est apposita in dicta rubr. de firma & irreuoca. concord stab. versi. necnon, supra eo. Ideo non est amplius hæsitandũ.

Clausula non aliter inducit formam.

Item clausula non aliter, inducit formam. Bart. in l. de his. ff. de trãsact. Dec. cons.528. pro resolutione. in fine, quæ videtur poni in dicta rubri. de firma. Nec refragatur quòd si curetur de effectu, sufficit implere per æquipollens. l. fin. §. fin. ff. mandat. Ias. in dicta lege, hac consultissima. in fine. & l.3. not.1. C. de instit. & l. puberem. C. de iure deliberand. Resp. esse verum, quando tantum respiceretur effectus, & non esset apposita clausula irritans, secus quando illa clausula esset apposita, per notat. in d.c. cum dilecta. vt hic & supra dixi.

Minus obest si dicatur esse de forma accidentali, quæ omissa non vitiat actum. Bar. in d.l. cum hi. §. si prætor. ff. de trãsac. & plenius in tract. de alueo vers. quod si. vbi ponit multa exempla. Et illa dicitur accidentalis, quãdo actui iam producto accidit. Substantialis verò forma dicitur, quando requiritur ad actum producendum, vt hic: & ponitur exemplum in pileo concauitas, & rotũditas sunt de forma substantiali. Bal. in l. vniuersa. C. de preci. imper. offer. Et sic dico hanc formam sequentem esse substãtialem mandatorum, sine quia in hoc regno mandatũ non valebit. vide quæ dixi in repet. l. quod iussit. in præfa. nu.18. cum seq. ff. de re iudi. [Et quæ abundè scribit Albert. Brunus in tractatu de forma & solẽnita. actus. rub. ex quibus cõsistant forma & solẽnitas.] Et nota ꝙ mandatũ Papæ debet intelligi secũdum ius. c. dudũ.2. de elect. & c.1. de conces. præb. in 6. Et secũdum ius canonicum interpretari. Bal. in c. si quando. in prin. de rescr. refert Ias. in l. beneficiũ. nu.36. ff. de constit. princ. Ideo aliqua iura ad huius elucidationem duxi inserenda, vt sequitur.

Quando dicatur forma substãtiali vel accidentalis.

Mãdatum Papæ est secũdum ius intelligendum.

Leo [a] a Leo.) Leo Græcè idem est quòd rex Latine, eo quòd leo rex est omnium animalium, teste Isidoro li.12. etymolog. c.2. [Hoc tamen apud Græcos non legi pro rege, sed λέων pro animali, qui leo postquam est animalium irrationabilium rex, sic rationabilium Papa est rex omnium, & ei vicario creatoris est subdita omnis creatura, vt dicitur Psal.8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ita expresse tenet Innocen. & alij in c.1. de consti. ipse enim non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. ca. quãto. de translatio. episcopi. Barb. consil.1. columna 15. in 1. volumine. Vnde Leonis virtus apparet in pectore, firmitas in capite, dormit apertis oculis, ignem timet, & strepitum rotarum: & cum ambulat, vestigia eius cum cauda delet, ne venatores inueniant locum suum. hæc Isidorus vbi supra. Sic Papa debet habere virtutem in pectore, quo ad charitatem & Dei dilectionem. firmitatem in capite, id est, in intentione; quæ debet esse firma ac bona ad Deum. Dormire debet oculis apertis, per discretionem & sagacitatem, iuxta illud Cantico.5. Ego dormio, & cor meum vigilat. dicitur etiam Psal.120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Vestigia, id est, peccata prçterita delere debet per confessionem. & per claues ecclesiæ indulgentias concedendo. Strepitum rotarum, id est, comminationes sacræ scripturæ, & ignem æternum timere debet, per frequentem cogitationem. & sic à venatoribus, id est, à dæmonibus non poterit reperiri, sed dicet: In me non habent quicquam hæc Berchor. in reducto. morali. lib.10. capit.57. Ideo bene conuenit summo pontifici Leo.

De natura leonis.

Et nota quòd prima litera mandatorum, & literarum apostolicarum debet esse magna, & capitanea, & solenniter scribi, & extense. verba sunt Spec. in tit. de rescr. præsenta. §. primo igitur. col.3. vers. & quoniam

Rescriptũ Papæ quonam modo scribi debeat.

quoniam ex forma. Et prima litera nominis papæ debet esse plena, & extra ordinē aliarū literarū, vt habetur in pract. curiæ Rom. Et si rescriptū nō haberet tractus solitos, nō faceret fidē, vel si imagines amborum apostolorū in plumbo nō essent Domi. in c. quis nesciat. 11. dist. Feli. in c. 2. nu. 11. de rescrip.

Nota tamē ꝙ si papa scriberet sub nomine proprio, non intitulando se papam, illæ literæ nō facerent fidem. Feli. in c. 2. col. 7. nu. 17. in fi. de rescr. Vel si scriberetur papæ sub nomine proprio baptismali, posset ratione dicere. Istæ literæ non diriguntur mihi, vel scribens videtur in contemptum dignitatis facere. vtor verbis Bal. in proœmio decretalium. Gregorius. col. 2. versi. nunc reuertor. Quia iste est stylus, contra quem literæ impetratæ non valent. c. quam graui. de crimi. falsi. & de hoc stylo potest informari cum practicis & expertis in illa materia, teste Bar. & Iac. in l. 3. §. fi. ff. de testi. vt plene scripsi in tract. de consuet. in ordina. reg. art. 2. in 3. tomo.

Nullus sub proprio nomine papæ scribere debet.

a Episcopus.) Ab ordine vocatur episcopus, non à dignitate, quia non reperitur par vel maior ordo in ecclesia. gl. & doct. in proœmio sexti. in verbo, episcopus. ibi licet videre. dixi in §. si quis verò. in gl. cardinalatus. supra de colla. Episcopi enim sanctissimi Christi legati existūt. spirituales sunt patres, papæq; fratres, & coepiscopi columnæ cōprobātur ecclesiæ. verba sunt tex. in cle. 1. §. pen. de pœnis. & quare dicitur seruus seruorū Dei, traditur in proœmio cle. vbi multa iactantur, quæ non multū seruiunt practicantibus. Ideo ea missa facio, etiam quia multa effundit Ioan. Dayma. in rub. de conuento. approba. in verbo, episcopus. supra eo. vbi licet videre. [Et miserias papæ scribit Florent. in 3. parte summæ. tit. 22. c. vlti.]

Episcopus [a] seruus seruorum Dei, venerabili [b] fratri [c] Episcopo [d]

Episcopi sanctissimi Christi legati sunt.

b Venerabili.) Hæc dictio cum magno V, & omnes aliæ in mandatis seu gratiis apostolicis positæ extense scribi ex stylo debēt his exceptis, quę si abbreuiatè scribātur, stylo nō repugnat, vt episcopus, seruus seruorum, diœce. salutē & apostolicā benedictionē, ecclesia. Item nomina ciuitatum, vel diœcesum, vt diœces. Parisien. Bononien. ac nomina mensium Septemb. Octob. Nouemb. In data, Datum Idus, Non. Calend. vt in Prouincia. fol. 14. habetur. versi. dictiones, & quòd relatiuum nunquam abbreuiatè scribitur secundum eum.

Quæ verba possint abbreuiatè scribi in rescriptis apostolicis.

c Fratri.) Omnes episcopos, archiepiscopos, & patriarchas, Papa fratres vocat de stylo curiæ. c. quā graui. de crimi. fals. Sūt autē sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. c. per venerabilem. §. sunt autē. qui filij sint legit. Ideo papa cardinales episcopos vocat fratres, etiā si aliqui mixti sint non episcopi. alios verò cardinales non episcopos, separatim vocat filios. c. 1. de suppl. neglig. prælat. gl. in c. 1. de offic. lega. in 6. Barb. in c. in præsentia. col. 4. de prob. & c. 1. col. 2. de loca. plenè Fel. per illum tex. in c. cū venerabilis. no. 1. de excep. & eo vocat illos fratres per participationē eiusdem dignitatis. c. præterea. 51. dist. c. fratres. de pœni. dist. 5. ipsi enim episcopi cū papa vocati sunt in partem solicitudinis. c. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. quod est verū, quādo sunt cōsecrati. si verò tantū sunt electi, eos filios vocat, vt in prouincia. curiæ Romanæ habetur. fol. 14. vers. literæ apostolicæ, &c.

Papa archiepiscopos & episcopos fratres vocat, & alios filios, & quare.

Aliquādo vocātur fratres aliqui dilectione. Ideo amicus vocat amicū fratrē. l. nemo. ff. de hæred. instit. aliquādo illi, qui profitētur tria substātialia regulæ. c. causam. de iudi. vbi dicit Pan. illos fratres appellari ex cōmuni vsu loquendi, qui sunt in religione aliqua mēdicantium. Alij verò religiosi vocantur monachi. & largissimè omnes Christiani fratres dicūtur. c. ad mēsam. 11. q. 3. facit c. ex merito. 6. q. 1. omnes enim Christiani fratres in Christo sumus, sed nō in disco, dicebat quidā. Propriè fratres dicūtur, qui ex eodē patre & matre nati sunt. auth. post fratres. C. de legi. hæred. vel si ab eodē tantum patre, & tunc vocātur fratres cōsanguinei, si ab eadē tantū matre vterini. §. j. instit. de legi. agnat. success. & in auth. de consang. & vterinis frat. colla. 6.

Frater quot modis dicatur.

Item omnes qui in eadē ecclesia sunt constituti, vt canonici, vocantur fratres ratione societatis, & cōmunionis. Calder. in c. mādatum, per illum text. de rescri. & ibi Barb col. 3. & concordia fratrū valde placet Deo. Ecclesiast. 25. c. vnde dicit D Hierony. Infernus fratres diuidit. refert Lucas in l. cum allegas. col. 2. C. de castren. pecu. milit. lib. 12. & fusius Ioan. And. in c. Ioannes. col. 1. de regu. vbi multiplicem fraternitatem scribit.

Canonici eiusdē ecclesiæ fratres dicuntur.

Vidi dubitari an appellatione fratris veniat frater patruelis. quod nō decidit Bar. in l. Lucius. §. quęsitū. ff. de lega. 3. & Bar. per illum tex. tin c. vno. de feudo mar. sic consuluit Bal. cons. 327 cū in causa. col. vlt. vol. 3. & Alex. cons. 97. viso themate. col. 2 in 2. vol. & 204. consideratis. col. 3. ibidē. & cons. 36. viso. col. 2. in 6. vol. ac consi. 89. circa. col. 4. ibidem. & consil. 203. viso. col. 3. in 7. vol. glo. & ibi Angel. in l. j. ff. de inof. testa. Dec. cōsi. 461. præsens. & 679. vbi etiā dicit appellatione patrui nō venire patruū magnum. Reliqua licet videre per Petrum de Vbal. in trac. de duobus fratribus. quod facit ad intellectum ordinationis regiæ permittentis facere cessionem fratri. vt non possit fieri fratri patrueli, vt scripsi in tract. de cessio. & transpor. in ordi. reg. in 2. tomo. & in scholastico. priuileg. 177. vbi videre licet, quia plenè materiam illius ordina. scribo inibi.

Appellatione fratris nō venit frater patruelis.

d Episcopo.) Et sic in salutatione quādo scribitur episcopo vel abbati, debet semper poni locus vnde est, vt episcopo Magalonē. (qui nūc episcopus Mōtispessulani dicitur, propter translationem ecclesiæ Magalonē. ad Montēpessulanū) vel abbati S. Genouefæ. nō tamē ordo describi solet, teste Prouinciali. fol. 73. rub. de iudicibus & eorum ordine. versi. Item non ponitur. [Quod est verum quando Papa dirigit episcopo mādatum, vel aliam gratiam: si autem papa mandet abbati, vidi ordinem expressum sic: abbati & conuentui monasterij beatæ Mariæ de Iosaphat prope & extra muros Carnot. ordinis sancti Bened. &c. & tunc ordo diœcesim præcedit. test. eo. Hiero. Paulo in prouincia. rub. de quatuor clausu. fol. 22. semper in impetrationibus beneficiorum regulariū est facienda mētio ordinis maxime Cister-

Locus episcopatus vel abbatiæ describendus est.

ciensis: alias impetratio non valeret, tanquam subreptitia, cap. cum ordinem. vbi doct. de rescriptis.]

Nec ponitur fratri nostro, nec dilecto filio nostro, nisi fortè sit familiaris papæ, tunc sic scribitur. Dilecto filio tali N. capellano nostro, vel diacono salutem. alioqui esset falsa litera, vt est text. in c. quã graui. de crimi. falsi nisi scriberet regibus, vel reginis, tunc dicitur charissimo in Christo filio Francisco Franciæ regi. ca. charissimus. de conuers. coniug. cle. vna. de iureiur. cle. pastoralis. de re iudica. & contra reges & principes, seu magnos duces, non dantur literæ sine signatura papæ, vt in Prouinciali habetur. fol. 20. versi. contra reges.

Stylus rescribendi ad reges & alios.

Idem quãdo scribitur abbatissæ, vel monialibus, tũc bene apponitur in Christo. c. cũ dilecta. in Christo filia. de rescri. c. dilectæ. de exceptio. c. cũ dilecta. de confir. vtili. Hoc expressè tradit pater practicæ Spec. in tit. de rescr. præsenta. §. ratione formæ. vers. & nota ꝙ in salutatione. Imol. in procemio decretalium Gregorius. in 6. opposit. fallit quando loquitur de mortuis regibus, vel aliis, quia tunc sine isto honore eos nominat, vocãdo Henricũ quondam imperatorem. d. cle. pastoralis. vers. sanè. per quẽ dicit Barb. in c. inhærentes. nu. 26. de iuram. calum. quod quãdo loquimur de viuis, debemus apponere nomẽ appellatiuũ dominus talis, &c. secus de mortuis. Sic etiã quãdo allegãtur doctores viuentes, debet addi dñs Decius: si mortui, nõ: vt Bar. quod est notãdum.

Modus scribẽdi ad abbatissas & moniales.

Honore afficiẽdi sunt viuentes.

Nec etiã est omittendũ sufficere primã literam nominis proprij rei vel reorũ, cõtra quos impetratur rescriptũ, exprimere, vt contra P. Rebuffum. tex. in c. cum M. & ibi doct. de consti. c. cũ in multis. de rescri. in 6. quia spectat ad impetrantẽ declarare rescriptum ambiguũ. c. pastoralis. §. j. de rescr. & in ca. fi. ibidẽ. quod secus est in cognomine & in iudicib. qui incerti nõ possunt dari. c. ad hæc. de rescri. hodie tamẽ de cõsuetudine curiæ apponitur nomẽ extẽse secũdũ Imol. & Fel. in c. cũ accesisisẽt. col. 1. de cõst.

Extẽse nomẽ propriũ est in rescripto scribendum.

Notandũ est tamẽ ꝙ prouisio ecclesiarũ spectat ad episcopos de iure cõmuni in suis episcopatibus. c. omnes Basilicæ. 16. q. 7. etiã si fundator ordinaret, ꝙ institutio nõ spectaret ad episcopum, sed ad inferiorem. c. sic quidã. 10. q. 1. & c. nouerint. ibidẽ. Innoc. in c. in Lateranen. in fi. de præb. Pan. in ca. requisisti. col. pen. de testa. Bar. per illum text. in l. quotiẽs. §. fi. ff. de admi. tut. nisi episcopus consentiret, quia tunc valeret. Pan. in c. in nobis. de iure patro. Rochus in tract. de iure patr. in verbo, pro eo. q. 12. nec poterit postea successor episcopi reuocare, cum non agatur de præiudico iuris ecclesiæ quæsiti. Barb. in d. c. requisisti. col. 30. versi. ego vidi. Roma. consi. 177. licuit, &c. Ista tamen nõ procedunt in quinq; casibus reductis pulchrè per Feli. in c. cum venerabilis. col. 11. vers. circa dicta abba. de except. vbi videre licet.

Prouisio ecclesiarũ spectat ad Episcopos de iure cõmuni.

N.[a] & dilectis[b] filiis capitulo[c],

a N.) Id est episcopo Paris. Montispessulani, vel alij. & per hæc habes quod mãdatum debet dirigi alicui, alias non valet. c. mandatum. cum seq. de rescript. in 6. quid si quis habeat plures episcopatus, vel abbatias, aut episcopatum cum abbatia, seu archiepiscopatum, & dirigatur mãdatum isti episcopo triplici, vel istis abbatibus, quia est duplex abbas. ratione cuius episcopatus vel abbatiæ teneatur prouidere. Respon. in episcopatu expresso, vel in abbatia, quia in eo expresso censetur grauatus, & non in alia abbatia non expressa, vel episcopatu. c. cum in illis. §. fi. de præben. in 6. & d. c. fi.

Mãdatum quomodo sit dirigendum.

Si verò exprimeretur sic, venerabili episcopo Aurelianen. & abbati S. Benedicti, &c. tunc dicerem teneri prouidere in episcopatu Aurelianen. si ibi prius vacet beneficium, si in abbatia prius fortè vacauerit, ibi mandatario prouidebit, si simul per mortem vnius vacent beneficia, & in episcopatu & in abbatia prouidebit in episcopatu prius nominato, & attendetur ordo mandati per text. solennem in cap. mandato. de præbend. in 6. sed si non exprimeretur qualitas, non valeret mandatũ, vt si dirigatur Guillelmo Pellicerio, & non exprimatur episcopatus, quia hoc casu collatori non est directum, vt debet esse in §. j. supra tit. proxi. ibi, vnum collatorem, &c. & hic patet. scripsi in gl. Leo. supra eo. Imò si mandatum dirigeretur episcopo Carcassonẽ. singulisq; canonicis, non comprehenderet beneficia ad collationem archidiaconi, vel alterius dignitatis spectantia. tex. in d. c. fi. & vidi super his sæpius dubitari, quæ notes. Et lege quæ scripsi in tracta. nomina. q. 8. & inferius, in verb. singulis.

b Dilectis filiis.) Sicut Deus est pater omnium, quia creator omnium, c. 1. de summa Trinita. & sic omnes sumus filij eius, ad Gala. 3. c. Omnes filij Dei estis per fidem. Ideo eius vicarius vocat omnes suos filios, si sint Christiani, infideles verò non. vt c. quã graui. de crimi. falsi. Vbi Card. non tamen sunt filij eius generatione, nec adoptione, sed cura & honore, quia curam omnium, & ei omnes honorem habere debent. Bonifa. in procem. cle. col. 2. nota. 4. Et quot modis vocetur quis pater, vel filius, tradit Archi. in c. fi. 22. q. 2. Lucas de penna. in l. j. C. de excus. artifi. li. 10. Fallit quando scribit excommunicatis quos tunc non fratres, nec filios appellat, sed loco salutationis & benedictionis dicit spiritum consilij sanioris, teste Spec. in tit. de rescri. præsenta. §. ratione formæ. vers. & nota quòd papa: quia excommunicatus pro mortuo habetur, vt not. in c. grauem. de senten. excommu. facit glo. in verbo, suspendendũ. c. dilectis filiis. de app.

In literis excõmunicatorũ papa eos non salutat.

c Capitulo.) Et sic mandatũ potest dirigi episcopo & capitulo simul, vt hic. & in c. literis. de rescri. c. fi. de præb. in 6. potest etiã dirigi mandatũ soli capitulo. c. si capitulo. de cõces. præb. in 6. & soli episcopo. c. si soli. illo tit. in 6. & c. mãdatũ. de rescr. nec iste tex. tradit formã, in hoc, cũ hæc verba sint narratiua, vt debeat dirigi, sicut hic dicitur, sed cui voluerit mãdatarius in impetratione declarare. & poterit grauari episcopus, si collationes quinquaginta beneficiorum habuerit separatim à capitulo duobus mandatis, & capitulũ si totidem collationes habeat duobus aliis, quia in rebus separatis pro duobus habentur, vt not. in c. edoceri. de rescri. & cũ quilibet collator grauari sic posit. §. j. supra tit. proxi. in glo. vnũ. Si verò collationes cõmuniter fiãt per episcopũ & capitulũ, vltra duo mãdata dirigi istis nõ poterũt, quia in illis pro vno collatore reputãtur. & vnũ corpus

Episcopus & capitulum quãdo duobus possint grauari mandatis.

corpus cẽsentur.c.nouit.& c.ea noscitur.de his quæ fiunt à præl.Host.in summa illius tit.hoc innuit, vide gl.in verbo, spectat.§.statuit.de coll.in prag. [Et mandatũ dirigi potest episcopo & capitulo, siue habeant collationes beneficiorũ simul & coniunctim, siue diuisim, vt probatur ex hac forma, quæ alioqui impetrantes deciperet, & quia singulos canonicos grauare vult, vt hic patet per seq.verba, ergo episcopum solũ, & capitulũ solũ, si separatas habeãt collationes, & probatur etiã ex clausula cõmuniter & diuisim inferius posita, de qua dicã, nec tenetur impetrans declarare contra quẽ velit se iuuare, quia hoc per hanc formam conceditur contra vtrumque.]

singulísq; [a] canonicis ecclesię [b] N. salutẽ [c] & apostolicam benedictionem. Vitæ [d] ac

Mãdatũ vt singulos afficiat quomodo sit dirigendum.

a Singulísque canonicis.) Istud expressit propter tex.in c.fi.de præb.in 6.vbi mandatũ directũ capitulo, non comprehendit singulos canonicos. facit l. sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.quia aliud est capitulũ, aliud singuli de capitulo. l.sicut. §.j.ff.quod cuiusque vniuersi.no.ideo actor vniuersitatis non est actor singulorum.l.2.ibidem.facit ꝙ notat Anch.consi.204.visis.col.2.Fel.in c.cũ accessissent.col.9.nu.22.de cõst.& in c.eã te.col.10.versi. aliud singuli.de rescrip.Ias.cons.140. communitas. vol.4. Et ita expressè fuit decisum in Rota, decis. 583.nota in diœcesi.in antiq.glo. in verb.decem.in §.non tamen.de coll.in prag. Idem dixi in nominationibus.in tract.nom.q.8.

Imo si mãdetur prouideri de beneficio spectãte ad collationẽ capituli cõmuniter vel diuisim, non venit beneficiũ, quod spectat ad prælati collationẽ tantũ, quia prælatus & capitulũ sunt diuersa.rub.de his quæ fiunt à præl.& non cõprehẽditur prælatus, nisi exprimatur.Inno.in c.dilectus.de concess.præb. sic cõsuluit Bal.cons.241.factũ tale.in fi.vol.3.Collecta.in c.post electionẽ.col.1.de cõcess.præb. Si vero mandetur capitulo, nõ cõprehenduntur singulares, nisi illi singulares vice & nomine capituli conferrent, vt per hebdomadas vel mẽses.Geminia.in d.c.fi.de præb.in 6.de Rota, decis.119.nota quod vbi. in antiq.quia cũ ipsi vice capituli cõferãt, capitulũ ipsũ videtur cõferre.arg.l.quod meo. ff.de acq pos.

Indultũ vt nullus sua cõferat beneficia non comprehendit beneficiaque cõiunctim cõferuntur.

Et indultũ episcopo, vt nullus conferat beneficia ad suã collationẽ spectãtia, nõ extenditur ad beneficia quæ episcopus confert cũ capitulo per supradicta.& sic cõsuluit de Ripa, cons.34 indultũ.lib.2.respon.c.23.Iulius in fi.nisi in indulto expressè exprimeretur.nam sicut vnum potest papa concedere, & alterum.c.2.de præb.in 6.Fel.in c.omnes leges.col. 6.dist.1.[Si autem dirigitur decano & capitulo, singulísque canonicis, si decanus habeat decem beneficia, per se grauatus censetur, quia nominatus d.c. fi.sic & singuli canonici habentes decẽ beneficia, licet hic non sit apposita clausula, tam coniunctim quã diuisim, est hæc dictio, singulis, habet vim illius clausulæ: & ideo superfluè hic apponeretur nec à Papa hic solet conscribi, sed in non obstante infra: vide tex.in c.vt singulæ plebes.de offi.archipresb.& gl.in c.vt circa.in verb.omnia & singula.de elect.in 6.]Si verò mandatum dirigatur decano & capitulo Bituricen. coniunctim vel diuisim, non cõprehenduntur beneficia spectantia ad singulares personas capituli, quia ista gratia satis potest operari in spectantibus ad collationẽ decani & capituli. ideo illa solum cõprehendit, secus si scriberetur ad capituli collationẽ cõmuniter vel diuisim.d.c.fi.& ibi Dom. & Io.Colo.imò ego vidi apponi vltra videlicet singulísq; personis ecclesiæ, vt dixi in tracta.nom.q.8. [& quando sic dirigitur mandatũ episcopo, & capitulo, singulísque dignitatibus & canonicis ecclesiæ Parisi.non cõprehendũtur hoc casu dignitates, nec canonici, qui non habent decem beneficia, per §.pe. super tit.proxi.& ita aliàs consului, quia hi non possunt grauari.§.j.de manda.aposto.supra.nec in nominationibus, si non habeant tria, per. §.præfatíque ordinarij.de colla. sup.] [Item in indulto nõ comprehẽditur beneficium patronatus, cuius institutio spectat ad habentem indultum, vt decidit Cassado. in decis.3.de priuile.quia debet intelligi sine præiudicio alicuius, l.2.§.merito. ff.ne quid in loco publ. fiat.c.si gratiose, de rescrip.in 6.c.vlt.in fi.25.q.1.]

b Ecclesiæ) Si ergo dirigatur decano & capitulo Montispessulani, nõ dicitur ecclesiæ Montispessulani de stylo curiæ Romanæ. vt Paulus, &c.dilectis filiis decano & capitulo Montispessulani. teste Prouinciali, fol.87.rub. de intitulat. in fin.nisi dicatur vt hic.

Salutatio in literis papæ quomodo debeat scribi, & de quo prosit.

c Salutem.) Insequitur D.Paulum, 1.ad Cor.vlt. c.sic dicentem, Salutate inuicem in osculo sancto. & idem dicitur, 1.Pet.vlt.c.& virgo beatissima salutauit Elizabeth.Luc.1.c.& hęc salutatio producit actus charitatis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquililitatis, iocunditatis, & necessitatis, quæ prosequitur Bercho.in suo dictiona.morali, in verbo salutare, vide alios effectus per tex.& nota.in cle.si summus.de sent.excõ. gl.in c.cum Adrianus. 63.dist.& in prœmio decre.Gregorius.& in prœmio 6 dixi supra in prœmio in hoc verbo.Aduertendum est, quòd hæc salutatio debet scribi literis longis, & tota debet poni in vna linea, ita quod tria vltima puncta retorta, quę consueuerunt poni post in perpetuum non fiant extra, sed intra lineam lateralem, teste Spec.in tit.de rescrip.præsenta. §.primo igitur.col.4.versi.circa dictiones.

Nomina in literis papæ non debent diuidi nec in illis lineæ fieri.

Et aliqua dictio in literis papæ non debet diuidi, vt in fine vnius lineæ sit principium, & in principio alterius sit finis.pulchrè Archi.in summa.25.q.2.vbi plenè tradit. ego ipse vidi aliquando diuisas. Tamen literæ apostolicæ non debent lineari cum atramento, vel plumbo.aliàs sunt falsæ. vtor verbis Hieron.Pauli.in pract.curiæ Rom.fol.14. versi.literæ apostolicæ.

Quatuor partes sunt in mãdato

d Vitæ.) Hic incipiunt verba narratiua mandati, & sic nota hoc mandatum habere quatuor partes. In prima ponitur salutatio.in secunda narratio, vt hic.in tertia, dispositio, ibi, ac volentes.in quarta, nonobstantiæ, quæ est ibi, non obstantibus forsan, &c.[quinta fieri potest pars de data, ibi, datũ, &c.] & in prima mandati & secunda parte, licet aliquid sit additum mandato, vel detractum, dummodo factum sit plenè narratũ, & stylus seruatus, nõ vitiatur

mandatum, quia forma interdum dicitur quædam narratio, quæ nõ est de substãtia. l. scio. in fine. ff. de appel. Bal. expressim in c. cũ in veteri. in princ. de elect. & ineptum esset narrationẽ vitiare dispositionem, cũ ex narratiuis nõ arguamus. c. si papa. de priuil. in 6. gl. sing. in l. vna. C. quãdo non petent. partes. Vnde modica rasura in narratione rescripti non vitiat. ca. ex literis. de fide instrumẽto. ideo si in narratiua dicatur, cupientes, quod eidem N. habẽti aliud beneficiũ, &c. licet istud sit superfluũ propter clausulam motu proprio, & pro expressis habentes, tamen non vitiat. l. testamentũ. C. de test. ideo in vno mãdato vidi sic descriptũ, Salutem, &c. grata deuotionis obsequia, quæ dilectus filius N. breuiũ apostolicorum scriptor nobis & apostolicæ sedi hactenus impendit, & adhuc solicitis studiis impendere non desistit, necnon vitæ. & c. quod non minus valuit. idem si dicatur in vltima parte, non obstante quod ex soluto & moniali natus sit, &c. alioqui non posset aliquis naturalis, vel aliàs indignus impetrare mandatũ, hoc videtur probari in cle. exiui. col. 3. de verb. signif. vbi fratres minores iurantes seruare regulã B. Francisci, tenẽtur seruare cõsilia pro consiliis, & pręcepta pro præceptis. sic in mãdatis verba narratiua debent seruari pro narratiuis, & decisiua pro decisiuis. Et hoc fuit corroboratum arresto magni consilij, vt dico infra eo. in glo. ac volentes, &c. quod est notandũ, quia vidi sæpius dubitari super his. & Bald. in c. super literis. col. 3. de rescript.

morum [a] honestas, aliáque laudabilia [b] probitatis & virtutũ merita, super quibus dilectus filius N. apud nos fide digno cõmẽdatur testimonio, nos [c] inducũt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales [d]. Hinc est

Honestas vitæ vel morũ non probatur ex verbis enunciatiuis.

a Morum honestas) Quãuis vita concernat necessaria ad victum clericorũ, verbũ honestas cõcernat ipsos respectu morũ, vt tradit gl. in rub. de vita & honest. cler. tamẽ hic papa vult coniungere, videlicet vt honestas & morũ & vitæ inducant eũ ad liberalitatem. Et an istud probet, videlicet istum, cui conceditur mandatum esse honestum, & an ista debeãt verificari per executorem? quod non quia non scribitur conditionaliter, tradit Inno. in c. fi. in prin. de præsumpt. & D. Probus in addit. ad Io. Mona. nu. 22. rub. de vita & honesta. cler. in 6. nam solet apponi de consuetudine. vnde non probat ita esse de Ripa in lib. 2. Respon. ca 35. collatio.

In dubio verba, quæ in exordiis gratiarũ ponuntur, dicuntur causa impulsiua, non finalis, per gl. in l. 2. in fi ff. de donat. qua cessante non cessabit gratia, vel mandatum. l. 1. §. sexum. ff. de postul. c. cum cessante. de appel. Imo si pars probaret contrarium, videlicet mandatarium non esse honestæ vitæ, non minus esset eidem prouidendum, tum quia hæc solent de consuetudine apponi, tum quia verba narratiua non probant, & quia ex stylo scribũtur. & ad ornatum potius, quã ad veritatẽ, nisi probaret defectum reddentẽ inhabilẽ mãdatariũ. vt infra eo. Ideo iudices non debent admittere facilè probationẽ in contrarium, nisi inhabilitatem pars vellet probare, secus si mandatarij ignorantiam per prædicta, quia dubitare an is dignus sit, quem papa elegerit, sacrilegij instar est l. 2. C. de crimi. sacril. nisi probaretur omnino illiteratus. c. fi. de æta. & quali. dixi in praxi beneficiali. in princ. Vide tamen text. in cle. vna. de proba. quæ non habet locum in regno, vt infra patet. rub. de subla. cle. literis. de probatio, & quæ ponit Anch. in cle. vna. oppo. 1. de concess. præben. & Dy. in regula semel. de regul. iur. in 6.

Clausulæ in gratiis solitæ apponi pro secularibus & religiosis.

b Probitatis & virtutum.) Virtus laudatur, & alget. dicit Iuuena. & hic stylus in Francia quo ad seculares in mandatis seruari debet, sed in religiosis dicitur, religionis zelus, literarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis ac virtutum merita, &c. vt habetur in Prouinciali. fol. 67. & infra dico in forma mandati pro regularibus. In impetrationibus tamen, quas faciunt doct. & alij graduati, solet apponi in principiis gratiarum, literarum scientia, vitæ ac morũ honestas, & sic scientia præponitur. Quando verò scribitur pro minore quatuordecim annis, sic solet scribi, laudabilia infantilitatis indicia, prout fide dignorum testimoniis accepimus, verisimiliter præsumi, ꝙ te in virũ producere debeas virtuosum, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiã liberales, &c. tex. in c. ex studiis suis cognoscitur puer. de præsumpt. & facit tex. in l. pen. §. j. ff. de decur. & de clausula fide digno commendatur testimonio, vide Corset. in repet. c. grandi. nu. 46. de suppl. negl. prelat. lib. 6. Quid si dicat, ex his & aliis animum nostrũ mouentibus cõcessimus. an si in expressis sit surreptum, possit rescriptũ ratione huius clausulæ sustineri: tradit Barb. consi. 33. bene etenim. in 3. vol. quod non. tu illum videto.

De clausula ex his & aliis, &c.

Honestatis vitæ priuilegia.

c Inducunt.) Honestas morum ac sanctitas vitæ, inducunt ad multa concedenda, quæ aliàs nõ concederentur. Deus ipse optimus maximus propter sanctitatem Mosi fuit sæpius ad Iudæis indulgendum motus, vt legitur Num. cap. 12. & cap. 14. ibi, dimisit iuxta verbum tuum. & cap. 21. & alibi. Item propter sanctitatem viri indulgetur alicui, si succumbat in expensis. Hosti. in cap. finem. de dolo. quem refert Hippo. in l. j. §. fin. ff. de quæst. vbi alia multa ad hoc propositum adducit: inter cætera ꝙ si res furtiua reperiatur apud hominem honestæ vitæ & conuersationis, non præsumitur eam substraxisse. secus in alio, de quo in l. in ciuilem. & l. ciuile. C. de furt. Sali. in l. fi. de quæst. Facit etiam quòd testi valde legali & fide digno creditur sine citatione, licet aliàs secus. hæc est doctrina Bald. in additionibus ad Spec. in tit. de teste. col vlti. vers. valet dictum, &c. quem sequitur Hipp. in cosi. 1. circa fi. vbi etiam alia multa similia adducit. Dixi in tracta. de reproba. & saluatio testium, in verbo citatus, quod in regno Franciæ non procederet, vide Dec. consil. 575. in casu. colum. 2. Hic possem allegare sexcenta similia, quæ de industria (ne membranas occupem) relinquo.

Si res inuenta sit apud aliquẽ, an eam dicatur substraxisse.

Liberalitas papæ quæ sit & quotuplex.

d Liberales.) Liberalitas papæ est, vt dicit Io. And. in c. sedes apostolica. de rescri. vt det plũbũ pro auro. quod dicebat quidã, ego benefacerẽ, sed imò est liberalitas, quia gratiam mãdati, vel aliã nõ teneretur facere, ideo est liberalis eam faciendo. c. nõnulli. in prin.

in princ.de rescri.& ibi Pan Pan.not.& etiã dicitur liberalitas & gratia inquantũ magis cõceditur vni, quàm alteri.gl.in c.relatum.de præb.quã sequitur Feli.in c.postulati.col.3.de rescri.gl.in c.quãuis.1.de præb.in 6. Aliqui ponunt duplicẽ liberalitatẽ, vnã in dando.c.cum Marthæ.de celebra.missa.& ibi.gl. alteram in accipiendo,& ista ferè omnibus cõmunis.nec dicitur propriè liberalitas.prima placet, ista displicet.dicit gloss.in dicto cap.cum Marthæ. vbi tradit hos versus sequentes,

Duplex liberalitas.

Temporibus nostris quicunque placere laborat,
Det,capiat,quærat plurima,pauca,nihil.

Et nota quòd in beneficialibus gratiis sic solet dici,vt hic.in dispensationibus verò specialibus fauoribus prosequentes.in aliis autem specialibus fauoribus & gratiis,&c.teste Prouinciali,fol.56.versi. ad gratiam,&c.

Clausulæ in gratiis & dispẽsationibus papæ apponẽda.

quod nos cupiẽtes vt eidẽ N. iuxta illius, quę olim per felicis recordationis Gregorium papam nonũ prædecessorẽ nostrũ, ad tunc episcopũ Nouionen. directa extitit, quæ incipit, Mandatum [a], & aliarum duarũ illã immediatè sequentiũ decretaliũ formas [b] de canonicatu [c] & præbenda, aut dignitate [d], personatu administratione, vel officio [e] vestræ, vel alterius

a Mandatum.) Sub tit.de rescri. vide quæ dixi in præfatione ad tit. de mandat. Apostol.supra.

b Formas.) Hoc ideo dicit, quia hæc forma fuit elicita & extracta ex illis decretalibus, non tamen vult hanc formam omitti. nec obstat si dicatur, si illa forma debeat seruari.ergo ista non. Respon. quia ista quo ad effectum non differt ab aliis, cum omnes tendant vt prouideant mandatario, licet essent quædam formæ ab ista differentes, vt supra dixi in glo.in forma.titu.proxi.& ista forma continet alias positas in c.mandatum.& seq.

c Canonicatu & præbenda.) Non ergo sufficeret prouidere de canonicatu sine præbenda,vel de sola prębenda,extra canonicatũ,cum hic copulatiuè loquatur.de hoc dixi plenè in § j.supra.de coll.in gl. canonicatũ.& nõ sufficeret exprimere de beneficio, nisi dixisset de præbenda.Feli.in c.postulasti. col.7. de rescr.Et sic mãdatũ vt in diœcesi prouideatur de beneficio,nõ cõprehẽdit canonicatũ & prębendã in ecclesia cathedrali propter ipsius honorẽ. c.quãuis. 1.de præb.in 6.ideo hic exprimitur. de Rota decis. 136.voluerũt.& decis.247.habẽs gratiã.& deci.445. si legatus in nouis.& deci.133.nota quod illi.in anti.

Mãdatum de prouidẽdo, an cõprehendat prębẽdam in ecclesia cathedrali.

Itẽ in simplici dispẽsatione nõ veniũt cathedralia beneficia. verba sunt Fel in d.c.postulasti.col.7. vers.secunda cõclusio.vbi limitat.vide ibi per eum.

Fallit quando mandatur prouideri in ecclesia cathedrali,tunc veniunt etiã præbendæ ex verisimili intentione pontificis,& canonicatus in illa ecclesia. Cald.in cõs.31.an impetrans.rub.de præb.quem sequitur Soci.cõsi.260.in causa.col.pe. vers.2.dico. in 2.vol.Et etiam quando nulla erant alia beneficia in illa ecclesia,ne gratia sit in vanũ impetrata.arg.ca.si papa.de priuil.in 6.& nisi verba illius gratiæ essent valde generalia, vtpote de quocunque beneficio. Imol.in cle.vna.col.3.de suppl.neglig.præla.

Item in literis in forma pauperũ) cum sint de iustitia, & proprius episcopus arctetur ad prouidendum.c.episcopus.cũ similibus.de præb.c.si episcopus.illo tit.in 6) cõprehenditur etiam cathedralis ecclesia:licet in literis gratiosis secus,glo.& doct.in d.c.quãuis.& in c.accepimus.de æta.& quali.Fel.in c.postulasti.col.3.vers.dum declarat abbas.de rescr. scripsi in praxi beneficiali, & sic quando mandatur prouideri de beneficio ad collationem episcopi spectante,vt hic comprehenderentur etiam beneficia ecclesiæ cathedralis, quia sumus extra casum d.ca. quamuis.& hoc tenet ibi Ioan.Anda.& Ioan.Vanquel.per illum tex.ibi,hoc casu sequitur Nicolaus Milius in verbo,gratia.q.56. Contrarium tamẽ tenet Old.conf.185.thema tale.præcedens tamen ratione huius generalitatis mandati,est verior.

d Aut dignitate.) Sufficit ergo prouidere de dignitate,aut alio beneficio,quia alternatiuè loquitur: ad veritatem cuius requiritur alterã partẽ esse veram.c.inter cæteras.de rescr.l.si hæredi. ff.de condi. insti.& necessaria est ista expressio:quia si mãdatur prouideri de beneficio, nõ cõprehenditur dignitas. c.ad aures.& ibi plenè doct.de rescri.c.si de pręb.& est reg.cancel.63.quæ hoc expressè tradit.Imo si cõcedatur mandatũ ad beneficia curata, & quæcũque alia non includetur dignitas, quia hæc dictio quæcunque alia includit similia.gl.in auth.sed nouo iure.C.de ser.fugit.Sic docet Soci.consi.260.in causa. col.10.in 4.princ.conclu.in 2.volu.

Dignitas an in mandato comprehendatur non expressa.

Nec cõprehenditur in mãdato,vel impetratione ad dignitates, maior dignitas post pontificalem.hoc expressè tradit Ægi.in decis.698.cõclusio. [Sed cõtrariũ est verũ,nisi electiua dignitas fuerit.quæ tantum excipitur infra.vt dixi in gl.non existat.] Hic autem ordi regiæ eo.tit.art.3.& seq.derogatur, vbi poterat mandatum dirigi tantum ad dignitates, si collator decem habebat:hodie non, vt hic dicitur: alioqui nõ daretur secundũ hanc formã, & ita fuit declaratum per regem, vt supra dixi in rub.forma mandati.*nec esset mandatũ generale, quod necessario requiritur in Frãcia,vt votũ captandæ mortis ad certũ beneficiũ euitetur.c.2.de cõcess.præb.in 6.

e Vestræ vel alterius.) Hoc dicit vt tollat dubiũ, si episcopus habeat collationem in alia ecclesia,quã cathedrali,etiam in alia diœcesi, vel præsentationẽ, vt teneatur conferre,vel præsentare per hæc verba, vt in c.pro illorum.de præb. Et quid si beneficium est in claustro ecclesiæ, aut in continentibus ædificiis,an censeatur inesse ecclesiæ, & debeatur impetranti?tradunt Do.de Rota,decisio.149.vtrum beneficium. in antiq. quòd si mandetur abbati non habenti collationem nisi in sua ecclesia,non est necessario apponenda ista clausula,quia frustra apponerentur, & in mandato vel alio actu non debent apponi verba, quæ non operantur.l.si quando.ff.de leg.1.nec est verisimile,quod papa velit grauare mandatarios,vt exprimant superflua:cum ea tollant, vt in prooemio decreta.& sexti ac Imperator in prooemio Insti.& in 1.cõsti.C.& quia in mãdato nullum debet

Clausulæ nõ necessariæ in mandato non sunt scribendæ.

debet esse verbum sine ministerio operandi. Bal. in rub. C. de contrahen. empt. q. 9. sed mandatarij non desiderabant capellanias pauci valoris, ideo eas omittebant. Fuit igitur declaratum mandata non valere, nisi exprimantur capellaniæ in habentibus collationem, aliàs non. tutius est tamen vt exprimantur in omni casu ad vitandos processus.

ecclesiæ, aut alio beneficio [a], cum cura [b], vel sine cura, etiam si parrochialis [c] ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella [d], siue perpetua capellania fuerit, ad vestram collationem [e], nominationem, seu

Pēsioni mā dato an cōprehendatur.

a Alio beneficio.) Intellige ecclesiastico, & sic in hoc mandato non comprehēditur pensio. c. quāuis. 1. de præb. in 6. tum ꝙ non dicatur beneficiū ecclesiasticum, tum etiam ꝙ non habeat spirituale ministerium annexum, nec eleemosynariæ, vel hospitalia. cle. 2. de præb. hoc etiā in expectatiuis non comprehendi, scribit Io. Staphyl. in tracta. de literis gratiæ, in 9. forma. fol. 26. vbi idem concludit de manuali. vide alia non comprehensa in gl. comprehensa. §. declarantes. de colla. supra. & quæ scripsi in tracta. nomina. quæst. 15.

Cura beneficij quādo sit exprimēda.

b Cum cura.) Ideo dicit, vt tolleret dubiū. c. cum in illis. de præb. in 6. vbi quādo mandatur prouideri de beneficio, non comprehēditur curatum. Et quia maior idoneitas in eo requiritur, cum sit ars artium, regimen animarum. c. cum sit. de ætate & qualit. facit c. cum in cunctis. de elect. Idem si mandaretur prouideri de dignitate, vt non comprehēdatur curata. Etiam si omnes essent curatæ in illa ecclesia, & nulla alia ibi esset Bonifac. in cle. 1. nu. 45. de præb. Nisi cura esset illi dignitati vel beneficio annexa. c. super eo. de præb. in 6. c. extirpandæ. §. qui verò. illo tit. vel nisi exprimeret esse collegiatam, vel conuentualem, tunc non tenetur aliam curam exprimere, etiam si haberet curiam parrochialē extra collegiū vel conuentum, nisi essent duæ ecclesiæ separatæ, scilicet collegiata & parrochialis simul iunctæ, ita ꝙ vna non sit alteri annexa, nec ei subsit. tunc etiā de cura habenda est mentio. N. Milius, in repert. in verbo gratia. q. 10. vide in reg. cancel. 63. Domi. in c. cū in illis. §. fi. de præb. in 6. Cassado. decis. 12. illo tit.

Etiam in materia fauorabili non venit cura, nisi exprimatur, vt si papa det potestatem cōferendi beneficia, non veniet curatum, nisi expressum sit. Ioā. Card. in ca. in nostra. q. 4. de rescri. vbi dicit ꝙ nulla tam no. expresio requiritur, quàm de cura, sequitur Card. in consi. 30. in hac. col. 4. num. 21. sed Bonifac. contra. in clem. 1. num. 47. de præben. & communiter doct. in d. c. cum in illis.

An sit exprimēdum quòd ecclesia sit parrochialis.

An sufficiat exprimere beneficium curatū, si sit ecclesia parrochialis, quod videtur, quia tantū valet expresio generis, quantum speciei. l. si duo. ff. de admi. tut. & cur. continet ecclesiam parrochialem. Item eadem ratio est in cura, quæ in ecclesia parrochiali, in d. c. cum in illis. In cōtrarium videtur, quia stylus curiæ Rom. hoc habet, vt exprimat ecclesiā parrochialem. Secūdò, quia potest intelligi de cura fori pœnitentialis, vt not. in c. omnis. de pœnit. & remis. & de cura habitu: ideo melius est exprimere parrochialem, & hodie est expressum in reg. cācel. 52. & Imol. scribit in cle. vna in verbo, duobus. de offi. vica. vbi tradūtur differētiæ inter ecclesiā parrochialem & curatam, dixi in verbo, parrochiales. §. statuimus. 2. supra. de coll. facit quod notat Ioan. And. in c. si apostolica. de præb. in 6. vbi quo ad illū tex. appellatione ecclesiæ parrochialis dicit nō venire curatā quæ nō sit parrochialis. c. super eo. ibidē. & ibi Auriol. si tamē in signatura fuerit facta mētio curæ, & in ea fuerit dictū, ꝙ posit maior specificatio fieri, poterit in bulla extendi, & apponi parrochialis, quia exprimendo parrochialem specificatio fit curæ, cum parrochialis dicatur species curæ. vide Cardi. consil. 30. in hac, quod est notandum. [& sic censuit Senatus hoc anno 1551.]

Si tamen impetrans assereret beneficium nō habere curam animarum, non habet hoc necesse probare, quia tacitè intelligebatur, vt supra dixi. ergo expresio non mutat formam. l. conditiones extrinsecus. ff. de conditio. & demonstratio. de bella mera. in decis. 676. si impetrans. & ista intellige procedere in mandato de prouidendo. secus in prouisione facta de beneficio vacante. Nam tunc valebit prouisio, etiam si mentio curæ non fiat. Io. Colom. in d. c. cum in illis. in 1. conclus. quia gratia de vacante est vberior, quàm mandatum de prouidendo. Vide tamen ibi Domini. & Perus. quia illud non firmo, & infra dico in glo. pro expresis habentes.

An parrochialis ecclesia in mādatis regulariū sit exprimenda.

c Parrochialis ecclesia.) Hoc expresit ad tollendum dubium, de quo traditur in d. c. cum in illis. de præb. in 6. quod oportet exprimere curām, prout supra expresit. Verum quia posset quis dubitare, an parrochialis ecclesia cōprehendatur, quia nō omne beneficium curatum dicitur ecclesia parrochialis, sed omnis ecclesia parrochialis actu habere dicitur curam animarum. Io. Andr. & alij in c. super eo. de præb. in 6. dixi in rub. de collatio. §. statuimus. in 2. supra in verbo, parrochiales. In mandatis regulariū non solet apponi hæc clausula, quia monachi regulariter sunt beneficiorū curatorū incapaces, nisi esset aptus ad prædicandum. c. quod Dei timorem. de stat. regula. c. cum de beneficio. de præb. in 6. Illis dicitur Psal. 83 elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Curt. in tract. de iure patr. in verbo, honorificū. Canonici tamen regulares S. Augustini & Præmōstraten. solent regere ecclesias parrochiales sui ordinis. ideo in illis mādatis deberet hæc clausula adscribi.

Capella & capellania quid sit.

d Capella.) Quæ dicitur quælibet ecclesia etiam parrochialis per se consistens dummodo nō fuerit collegiata. Pan. per illū tex. in c. nobis. de iure patro. doct. in rub. de capellis monach. vbi vide Hostiē. in summa quid iuris habeat episcopus in illis: capellania verò solet dici illa quæ non est per se, sed est intra ecclesiam fundata & constructa, de quibus Feli. in c. ex parte S. col. 1. & seq. de rescrip. & in cap. cum venerabilis. col. 11. de excep.

e Collationem.) Ista vocabula reperies declarata in §. præfatiq; ordinarij. de colla. supra. Nota tamen ꝙ in mandato de prouidendo de beneficio spectante ad collationem episcopi, non comprehenditur

beneficium

beneficium, cuius collatio deuoluta est ad capitulũ, vel aliũ.cle.si de beneficio.de præb.quia nõ fuit intentionis Romani pontificis, vt alium extra episcopum nominatum in gratia grauaret.glo.in d.clem. quam sequuntur docto.ibi, venit tamen sub dicta gratia beneficium ad episcopum deuolutum, quia spectat ad collationem episcopi, per illum textum. Item vt omnes modos vacandi extra electionem comprehenderet, sequentia verba expressit.

a Aliam quamcunque dispositionẽ.) Aliàs expresso vno modo vacãdi, nõ veniret alius. c.susceptum. de rescri.in 6. & c.cum in illis. §.cum autem.de præb.eod.lib. Anchar. in cle.vnica. de suppl.neglig.præla.no.2. vbi per hanc clausulam similia expressis tantum dicit comprehendit.per c.sedes.de rescri.non verò temporalia, vt feuda.& dissimilia.

præsentationem, & aliam a quamcunque dispositionem cõmuniter vel diuisim pertinente, prouideri possit.

De clausula quouis modo plenè.

Fallit quando apposita esset clausula, vel aliàs quouis modo vacet, quia tunc apparet de intentione mãdantis.d.c.susceptũ.ibi, nisi de intẽtione mãdãtis aliud appareret expressè.& venit per hãc clausulam omnis modus vacãdi.gl.in d.c.susceptũ. Rota decis.28.si mandetur.in no.& decis.143.habẽs. in eisdem.& decis.726.nota ꝙ beneficia.in anti. Nam dictio quouis modo, aut quoquo modo, omnẽ modum denotat, siue directũ, siue indirectũ, principalẽ, siue accessoriũ. gl.in c.vt inquisitionis. §.prohibemus.de hæret.in 6.Domi.in cõs.29. licet subtiliter. col.2.etiã si iure deuoluto.Cassa.in decis.5.de præb.

Fallit quando vacaret per mortẽ alterius personæ, quã expressæ, vtpote si quis impetrauit per resignationem Petri, tamen vacauit per mortem Ioannis, tunc non debetur impetrãti beneficiũ: nam possent vacare per mortẽ curialiũ, quæ sunt Ro.pontifici reseruata.Ideo nõ est mens põtificis, vt cõferre velit beneficia, si ex alia persona vacent? quia sicut modus vacationis expressus, & locus & tempus referuntur ad personam Petri.arg.not.in c.abbate sanè.de re iudic.in 6.ita & illa clausula, & alio quouis modo vacet.refertur ad illam personã expressam. l. si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff. de verb.oblig.de Rot.decis.273.not.ꝙ vbi papa.in anti.& decis.743. not.ꝙ si facta ibidem.& 483.not.ꝙ clausula in eisdem.& c.ex parte.1.de offi.deleg.quia literæ ad beneficia sunt restringendæ. c.quãuis.1.de præb.in 6. licet Rota decis.613.si papa.in antiq.& decis.12.papa.rub.de præb.teneat etiam venire ex quacunque persona vacet.Vide Ægid.de bella mera, decis.610. licet palatium.etiã in Prouinciali, fol.54.vers.clausula aut.Ex stylo aliam personã nõ venire Bonifa. testatur in cle.vlt.col.2.de sent.excõ.& Card.consi. 30.in hac.col.2.quod est intelligendũ, nisi in literis esset clausula, & alio quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscũque persona, seu loco, vel tempore, vt solet apponi, tunc veniret etiam vacatio per aliam personã, etiã si obierit in alio loco, & alio die, quàm expresso: aliàs non, quia mors vnius nõ est mors alterius, nec mors vno loco & tempore, est mors alio loco & tempore. Philip.Perus. in d.ca. susceptum. glo.in §.visum. in verbo, aliàs quouis modo, de causis. in prag. Nicol.Milius in reperto. in verbo, gratia.§.2.Rot.decis.27.fuit dubitatum, in additionibus.& decis.seq.in nouis.

Error in acceptatione non nocet.

Fallit in acceptationibus, & prouisionibus executorum, quæ non sunt nisi declarationes voluntatis, quæ satis est declarata, quãdo constat de corpore beneficij, licet fuerit erratum in persona. Nicol.de Milis in reper.in verbo.beneficiũ.q.62.Rota, decis. 219.licet impetrãs.in nouis Ægid.de bella mera, decis.221.in causa dñi. vt si aliquis acceptet beneficiũ vacans per mortẽ A.& tamen vacat per obitum. B. valebit acceptatio, dũmodo probetur de vera vacatione, quia in acceptationibus debet potius attendi vacatio, quàm modus vacationis. Domin.& Perus. in d.c.susceptum.gl.in verbo, nominatorum.in fi.§. Item quod ad dictas.de collatio.in prag.dummodo cõstet de beneficio acceptato.de Rota decis.407. si expectans.in nouis.quia est quædã qualitas subsequens gratiã.Rota decis.97.nota ꝙ.c.susceptum. in antiq.& decis.356.not.ꝙ cũ in eisdẽ.& decis.413.no. impetrãs, ibidẽ.dixi plenè in tract.nominatio. q.17. in fi.vbi videre licet.intellige quod si expressit plures modos vacationis, sufficit impetrãti habere vnũ. Domi.de Rot.decis.83.si impetrans.in nouis. Nico. de Milis in d.ver.gratia.q.3. [Oportet tamen exprimere vnum vacandi modum, alioqui non valebit papæ prouisio, vt est regula Inno.45.secus in ordinario.vt scripsi in praxi beneficial. vbi diuersitatis assignatur ratio.]

Clausula siue per cessum, siue per decessũ quid possit.

Item & quãdo est apposita clausula, siue per cessum, siue per decessum, vel quẽuis aliũ modũ vacauerit, tunc omnis modus vacationis comprehendetur.& cautum est vt apponatur.Soc.in consi.32. ex his. col.5.vers.nõ obstat si diceretur.in 1.vol.Et hodie ex stylo curia Romanæ apponi solet hæc clausula in literis apostolicis gratiæ.

Nota tamen ꝙ quãdo in gratia expressa est clausula talis, beneficiũ tale.N.vacans per resignationẽ liberam talis, siue quouis alio modo vacet, siue per obitũ, siue per alterius cuiusuis personæ cessionẽ in Ro.curia, vel extra eam, etiã corã notario publico & testibus spõte factã.etiã si tanto tẽpore vacauisset, ꝙ eius prouisio ad sedẽ apostolicã legitimè deuoluta existeret, &c.& tunc dico nõ habere locũ d. c.susceptũ: vt si alius expresserit verum modũ præferatur.Nam ista clausula exprimit verũ modũ, regula cãcella.62. vbi plenè declarãtur hæ clausulæ, nec obstat allegatio Lappi.89.quã allegãt corruptè tamẽ doct.in d.c.susceptũ. dicens ꝙ si quis beneficium impetrauit per resignationẽ, vel quouis alio modo vacans, & alius per mortẽ, si vacet per mortem, ille, qui expressit verũ modũ, est præferendus. Nam hoc intelligerẽ, quãdo ab vno & eodẽ collatore esset facta collatio.Nam hoc casu per illã clausulam, quouis modo, nõ apparet expressè ꝙ voluerit cõferre per mortẽ.Imò cũ secundo cõtulerit, apparet de contraria intentione conferentis, ꝙ noluit cõferre, si vacaret per mortẽ.ergo tũc habebit locũ illa decisio.sed si cõferatur à legato hodie per resignationem vacãs, vel alio modo, & per episcopum

Declaratio ad c susceptũ. de rescript.

Parisi.eodem die vacans per mortẽ, tũc habet locũ c.si à sede.de præb.in 6.nec præfertur is, qui est ab episcopo prouisus, tanquã expresserit verũ modum vacandi: quia apparet iam legatum voluisse cõferre quocunq; modo vacet, maximè quando derogauit regulæ de viginti diebus. Si tamen in rescripto simpliciter exprimeretur vnus modus, videlicet collationis, & in executorialibus exprimeretur omnis modus vacandi, vel clausula generalis, tamen non veniret nisi vnus modus in mandato expressus: quia literæ executoriales non ampliant gratiam, cle.1.in fi.de præb.vbi nota.& est summè vtile.

Expresso vno vacãdi modo non venit alius.

Item expresso vno modo vacãdi, nõ venit alius, nisi esset communis opinio, ꝙ vno modo vacaret. tunc licet alio modo vacet, illa cõmunis opinio excusat impetrantẽ vnicum: secus si haberet coimpetratorẽ, arg.l.Barbarius.ff.de offi.præto.Item quãdo est eadẽ ratio, vno modo expresso alius venit.gl.no. in c.fi.de renunc.in 6.sing.secundum Barb.cons.11. col.5.nu.7.in 1.vol.plenè Fel.in c.in nostra.correla. 37.vbi tradit quinq; limitationes ad dictũ c.susceptum.de rescr.Alia vide in tract.nomina.q.17. in fi. hodie ex cõmuni stylo tam papæ quã aliorũ collatorũ solet semper apponi in collationibus ista clausula, vel quouis alio modo, &c.de qua no.prædicta.

Ac [a] volentes præfato N.præmissorũ meritorum [b] suorũ intuitu gratiam [c] facere specialem, ipsumq; à quibusuis excõmunicationis, suspensionis & interdicti, aliísque ecclesiasticis sententiis, censuris

Verba decisiua mãdati seruanda sunt.

a Ac volentes.) Hic incipit tertia pars istius formæ mandati, & est decisio, seu dispositio, sicut omnia posita in compilatione clem.sunt decisoria, sic posita in hac parte, ita expressè tradit Barb.in cap. Raynutius.nu.5.col.6.de testa.& de hac potest.dici, ne addas quicquã, nec minuas, vt Prouer.30.c. & de hac forma dixi supra in gl.sub forma.§.j.tit.proxi. vidi tamẽ in vno mãdato addita hæc verba, volentes præfato N.qui dilecti fratris nostri cardinalis N. familiaris, & continuus commensalis existit, &c.& mandatũ nõ minus fuit validũ.Imò etiam si impetrans nõ esset excõmunicatus, tamẽ ista clausula absolutionis requiritur, alioqui forma nõ seruaretur, & etiã si nõ haberet beneficiũ, vel beneficia, requiritur clausula nec nõ omnia & singula, &c.nam hæc clausulæ possunt in casu dubij prodesse, sed clausula canonicatus & præbẽdæ, quãdo mandatũ dirigitur nõ habẽti collationẽ canonicatus & præbendæ, nil posset prodesse, ergo nõ debet poni. Neq; refragatur ꝙ si hæc verba sunt de forma, vt supra conclusi in rub.Forma, &c.& quãdo forma non seruatur actus est nullus.l.cum ij §.si prætor. ff.de transact.l.1.& ibi doct.de liber.& posthu.quòd est verum in verbis, necessariis & substantialibus, sed verba superflua non sunt de forma, ergo illorum omisio non vitiat.per nota.in c.cum dilecta de rescript.

Tutius est tamen vt omnia ista verba, decisoria inserãtur in mandato, ne processibus quis inuoluatur, & in magno cõsi.pronunciatũ fuit præsente magno Frãciæ cancellario, & pluribus magistris libellorum, ac cõsiliariis magni cõsilij in causa præbẽdę Agenen.pro Arnal.Gabrillagues, *dict du Gabre* mãdatario, cõtra magistrũ Gineste canonicũ Agenen. hoc anno 1536.in mense Ianuario, ꝙ modicus defectus etiã in decisoriis, dummodo nõ fuerit necessarius, nõ vitiat, quod arrestũ simul atq; mihi nunciatum extitit, vehemẽter gauisus sum. eam voluptatẽ melius mẽte cõcipiens, quã verbis exprimẽs, mirari postea non desij illorũ perfectissimorũ virorũ diuinitatẽ, ac ingeniũ sole ipso lucidius.quare vix cõsiderari potest, quã bene, quã appositè, & quàm egregie verba istorũ concordatorum ab eis intelligãtur. *Arrestum.*

Benemerita an possint probari.

b Meritorum.) Hæc merita nõ debet probare impetrans, quia quãdo donatio fit ab eo qui potest liberè donare nullis præcedẽtibus meritis, vt hic, tũc ista verba enũciatiua inducũt probationẽ inter easdem partes.l.Aquilius regulus.ff.de don.Si verò sint ista verba, ratione meritorũ & seruitiorũ, prolata ab eo, qui nõ potest liberè donare, non præcedentibus meritis, vt pote à patre, qui nõ potest dare regulariter filio in potestate sine benemeritis, nec vir vxori, tunc nõ inducũt probationẽ meritorũ, etiã cũ iuramẽto, sed oportet aliter probare, etiã si diceretur in instrumẽto releuauit eum onere probãdi.Bar.in l.si fortè.in fi.ff.de castr.pecul.& idem Bar.& alij in l.si donatione.C.de coll.plenissimè per D.Tiraquel.in repet.l.si vnquã.in verbo, donatione largitus.nu.75. cũ seq. C.de reuoc.don.Dec.cõs.576.pro resolutione.col.1.Si tamẽ sonẽt in cõditionẽ, debẽt ꝓbari, vt si in mãdato diceretur, Si vitæ laudabilis esse repereris.tex.solẽnis in cle.1.de off.dele.& ibi plena.quã latius ꝓsequitur Fel.in c.fi.de præsum.& ibi addidi.

Rescripta plura gratiæ vsu venientia.

c Gratiam.) Et sic mandatũ dicitur gratia, vt hic patet.idẽ not.in c.gratia. de rescr.& cle.gratiæ.illo tit.De alio mandato reprobato, vide in regula cancella.24.& de hac clausula loquitur glo.in cle.si de beneficio, in verbo, siue ad nos.de præben.idem in nominationibus, scripsi in tract.nomin.q.3.idem in reseruationibus & expectatiuis.dixi in rub.de reser. supra dispensatio etiam gratia vocatur.text. in c.licet canon.& ibi notat Perus.de elect.in 6.& in ca. apostolicæ.de cler.excom.minist.Dec.cons.541.visa.nu.6.vide infra in verbo, dispensationum.

Aliud est rescriptum gratiæ quod noua prouisio vocatur, & est quãdo de nouo impetratur beneficiũ à papa, & impetranti confertur, de quo in c.ad aures. & c.cum adeo. de rescrip.& nunquam datur noua prouisio, si semel Roma. pontifex contulerit. Prouincial.fol.60.vers.Item super prouisionibus.

De rescripto rationi congruit.

Aliud rescriptũ gratiæ, vocatur rationi cõgruit, vt si impetrauero beneficiũ à papa Clemente 7.& ab eo solum obtinui signaturã, si post mortẽ papæ Clemẽtis.7.volo leuare bullas à successore Paulo 3. debebunt sic expediri, Paulus, &c.rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Rom.pontificis gratia processerunt, licet eius superueniẽte obitu literæ apostolicæ super illis cõfectæ nõ fuerint, suum plenum consequãtur effectũ, &c. Et istæ literæ possunt dari tam à successore mediato, quã immediato, quũ ratio diuersitatis in cõtrarium non assignetur. Et ita statuit Paulus tertius in regula cãcellariæ 8.licet Alexan.6.noluerit à mediato admittere.vt

patet in regulis suis, rub. de signatura gratiæ. Petrus de Viasio in directo. electio. in 3. parte. ca. 28. & in regula cācella: Innocen. 8. regula 8. vide Bonifac. in proœmio Clemē. §. nūc igitur. col. 3. nu. 16. vbi dicit fortius, ꝙ si possit probari per testes prædecessorē pontificē cōtulisse beneficiū, successor debebit cōcedere bullas sub rationi congruit. quod debet etiā intelligi quādo supplicatio non potuit signari, quia papa facta collatione breui mortuus fuit, alioqui imputari debet ei, qui non accepit signaturam. vt plenè dico in praxi beneficia. in hoc rescripto.

De rescripto perinde valere. Aliud rescriptum gratiæ dicitur perinde valere, quod datur ei, qui dubitat collationē factā per papam viribus nō subsistere, nam tūc papa vult ꝙ talis collatio perinde valeat, acsi principio vera collatio fuisset facta & valida, & ista clausula non tollit ius interim acquisitū tertio per aliā collationē vel prouisionem. c. quāuis. de rescr. in 6. hoc expresse tenet Domi. cons. 11. lite. col. 2. & consil. 128. factam.

Et non datur hæc gratia super supplicatione, nisi literis expeditis, secus in gratia, si neutri, vel si nulli. Teste Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol. 167. & seq. vers. quādo aliquis, & si hodie quis impetret à papa, & eodem die quis impetret rescriptum perinde valere, præferetur nouus & verus impetrans isti ficto habenti rescriptum perinde valere. quia veritas cedit fictioni. l. filio. ff. de liber. & posthu. ita concludit Cassado. decis. 6. de concess. præben.

Plura tradit Probus de hac clausula in addit. ad Io. Monach. in c. si de cōsuet. in 6. vbi vide si nō graueris. & tex. in l. 2. & vlt. ff. de natalib. restit. Itē aliud rescriptū gratiæ dicitur subrogationis vtpote quando aliquis in ius defuncti, vel alterius petit subrogari. c. si. vt lite pend. in 6. Fel. in rub. de rescr. col. 3. nu. 6. & quandoq; etiam datur pro non collitigante, vt est videre in regul. Alex. sexti, rub. de subrogat. dixi in tit. proximo. supra. in §. declarantes. in verbo, successores. De rescripto permutationis, quod est etiā gratiæ, loquitur rub. de rerū permu. & dico supra. in §. volumus. in verbo, permutationis. de colla.

De rescripto si neutri, & quæ expressio in eo fieri debet. Aliud est rescriptū gratiæ frequentissimū, quod, si neutri vocāt, & tunc datur quādo sunt duo contendentes super vno beneficio, super quo eos nullum ius habere prætēditur, tunc tertius illud beneficium si neutri acquisitū fuerit ius in eo, à papa impetrabit si verò fuerint tres cōtendentes, impetrabitur rescriptum si nulli, videlicet ius acquisitū fuerit, vt mihi cōferatur, & in his impetrationibus oportet exprimere beneficium, ꝙ impetrans scit se habere, Rom consi. 481. præsentis. & etiam beneficij qualitatem, ac modum vacationis, perinde acsi de nouo impetraretur. Fel. in c. in nostra correla. 15. de rescri. quia ex hac gratia nouus acquiritur titul⁹. Barb. ibidem. col. vlt. Et in hoc attenditur euentus finitæ litis, quo ad effectū. de Ripa in c. eā te. nu. 27. de rescr. Domi. cons. 29. dominus Ioannes. col. vlt. vbi dicit multas literas si neutri, impetrari posse, & si primæ valeant, non valebunt secundæ: sed si primæ nō valeant, secundæ valebūt. Etiā in his literis debet exprimi status causæ. c. inter. de re iud. imò etiā omnia quæ possunt mouere papā ad cōcedendū, vel denegandū. Rota decis. 238. impetrās. in nouis, Nic. Milius in reper. in verbo, gratia §. 90. inci. vel debet, &c.

De rescripto in forma dignū arbitramur. Aliud est rescriptū in forma dignū arbitramur, & est quando papa alicui facit gratiā de beneficio vacāte, vel vacaturo, cōmittendo alicui, ꝙ si impetrans repertus fuerit idoneus, ꝙ eidem prouideat, & de hoc loquitur cle. vna. & ibi gl. de offi. deleg. Feli. in c. postulasti. col. 3. de rescr. & in c. fi. de p̄sump. sed in Frācia rarò vsu venit & nunquam vidi impetrari.

Aliud est rescriptum vnionis, de quo in c. sicut vnire. de excessib. præl. Pet. de Perus. in tracta. de vnio. eccle. & in tract. de reuocatio. vnio. vbi plenè & notabis hæc rescripta gratiæ, quibus frequentius vtimur, quàm aliis, ideo ea annotare volui.

[Sed si de his & aliis abundè videre cupis bone lector, vide quæ plenè scripsi in praxi beneficiali, in qua & rescripta ad vacatura, & ad vacantia tractaui, & quæ in Franciæ praxi quotidie versantur.]

& pœnis, à iure vel ab homine, quauis [a] occasione vel causa la-

Absolutio in literis gratiæ posita, in quibus casibus non prosit. a Quauis occasione vel causa latis.) Hæc tamen absolutio non prodesset, si impetrās esset excōmunicatus propter hæresim. Hostien. & alij in ca. excommunicamus. §. credentes. de hæret. Feli. in ca. apostolicæ. col. 1. de except. nec etiam prodest his qui cōmiserunt falsum in literis apostolicis, de quibus dixi in bulla cœnæ Domini. art. 4 nec impedientibus nuncios publicos, seu executores apostolicos, regu. cācel. cle. 7. reg. 72. & archiepiscopus Florē. in 3. parte suæ summæ. tit. 24. c. 13. de exc ō. & tit. seq. nec prodest nō parentibus rei iudicatæ, vt est in reg. 77. Pauli papæ tertij, vbi scripsi. Quid de vtentibus literis falsis? ibidem vide. & D. Ruseum in tract. iuris regalio. in 20. priuileg.

Idem si impetrās in excōmunicatione insorduerit vltra annum, vt in d. regu. declaratur. Feli. in d. c. apostolicæ, & quia malè videtur sentire de fide, qui tāto tēpore perseuerat. Ita firmat Boer. in decis. Burdeg. q. 290. duo permutauerūt. dicens ita fuisse in senatu Burdegal. iudicatū. gl. in c. fi. de pœnis. doct. in c. 1. de iudi. nisi ista crimina exprimerentur. Do. Auriol. in c. cū cōtumacia. de hær. in 6. sed pars hæc nō solet exprimere, nec papa cōcedere. Imo ann. 1228. & in mēse Aprilis, à rege Ludouico sancto fuit edita his verbis, contra istos insordescētes constitutio, statuimus ꝙ excōmunicati, si persistant vltra annū in excommunicatione, ꝙ bailliuus bona illius mobilia, & immobilia post annum capiat, donec absoluti fuerint, & ecclesiæ satisfecerint, nec tunc etiam nisi de nostro speciali mādato, & sic solēt impetrari literæ regiæ à cancellaria, per quas hoc permittitur officialibus tantū regiis, nō dominorū, baronū, vel aliorum, vt vidi seruari. scripsi in repe. c. postulastis. no. 4 de cleri. exc. *Imo an. 1515. die vltima Iulij fuit monitio abusiua declarata, eo ꝙ officialis pest annū monuisset excōmunicatū vt absoluere se faceret. *Regia ordinatio vt bona insordescentis post annū vendi debeant.*

Item non proderit hæc absolutio post actū, ideo in prouisionibus solet apponi ad effectum præsentium duntaxat consequendum. Puto etiam ꝙ non prodesset his qui interfecerunt vel verberauerunt cardinales aut episcopos. ca. fœlicis. de pœnis. in 6. clemen. 1. illo tit. plenè scripsi in d bulla cœnæ Do-

mini.artic.8.vbi contra istos apposui octo pœnas.

tis, si quibus quomodolibet innodatus [a] existit, ad [b] effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie [c] absoluentes, & absolutum fore censentes,

a Innodatus existit.) Et sic absolutio potest fieri sub cõditione. An præsupponat excõmunicationẽ? probatur in l.non vtiq;,& ibi addidi. ff.de excep.& per Inn.& alios in c.venerabilẽ.de elect.Lud.Rom. plenissimè scribit in l.cũ mulier.ff.sol.matr. Ias & alij in l.decẽ.de verb.obl.vbi cõcluditur ꝙ nõ,quia solet peti ad cautelã, & bonarũ mentiũ est timere culpã,vbi nõ est.c.2.de obseruatio.ieiunio. Fel.in c. cũ venerabilis.col.4.vers.an & quando reus. de except. Et sic licet excõmunicatus impœnitẽs nõ possit absolui.c.cũ aliquis.11.q.3.tamẽ quãdoq; contrariũ seruatur,vt hic.nam & impœnitẽs & inuitus hic absoluitur.etiã testis,vt ferat testimoniũ.Ant.But.in c.veniens.2.de testi.Imol.in c.ab excõmunicato.de rescr.durabit tamẽ semper peccati vinculũ. c.quod quidã.de pœni.& remis.& an legatus de latere sic possit absoluere, téq; à quibusuis excõmunicationis,&c.& ab omni alia excõmunicatione.Feli.in c. ad eminentiã.in fi.de sent.excom.tenet ꝙ sic,etiã si absolutio esset reseruata papæ,nisi in septẽ casibus ibidẽ traditis per eũ ideo solet in suis literis exprimere hanc clausulam,téq; à quibusuis excommunicationis, &c. vt sæpius vidi. non potest tamen episcopus non vocata parte absoluere excommunicatum glo.in c.excommunicatos.11.q.3. nisi proprio motu excommunicauerit,vt ibidem dicitur.& sequitur Bald.in l.si pacto.col.1.C.de pact.

Legatus in suis literis absoluit.

Electio cõditionalis & alternatiua collatio, an valeãt & acceptatio.

Notandũ est ꝙ non valet electio vel postulatio sub cõditione,vt eligo talẽ si episcopus eũ elegerit. nec electio alternatiua,vt eligo talẽ aut talẽ.nec incerta eligo talem quẽ episcopus eliget tex.in c.2.de elect.in 6.tũ quia actus legitimi nõ recipiũt diẽ,nec conditionẽ.reg.actus legitimi.tũ quia ecclesia,quæ est sine macula,vota sua diu eludi nõ est passa. ar.l. 2.C.de spons.etiam quia posset dari via eligendi seipsum : vt eligo quẽ episcopus.& episcopus illũ eliget:arg.c quanto.de diuort. & aliæ multæ fraudes possent contingere contra consiliũ.c.cũ in cũctis.de elect.ita Host.ibi,renũciatio etiam non valet, si fiat sub conditione , si placuerit patruo meo , si eidem non placeat,Domi.de Rota decisi.vlti.de renunc.

Intellige prædicta quando incertitudo versatur circa personã electi,vel circa modũ eligẽdi. secus si incertitudo versetur circa modũ vacationis : vt eligo talem ad beneficiũ vacans per mortem talis,vel alio quouis modo vacet.Lappus allega.6.in hac.vel si diceret,eligo prout melius de iure possum,tamen non valeret si sonaret in conditionẽ , vt eligo si vacat. Archi.Domini.& Perus.in d.c.2.secus in collatione,quæ bene valet sic,confero si vacat , vel si tali modo vacet,vel tali,vel nõ expresso modo vacãdi, cũ hoc exprimere nõ sit de substãtia,quia tacitè inest.gl.& doct.in d.c.2.Nico.Milius in repert.verbo, beneficiũ.q.1.& q.56.Domi.cons.84.quia istud.col. 2.Mandag.in tract.de electio.c.26.Feli.in c.cum ex officij.col.pen.de præscrip.de Ripa,lib.2.Resp.c.23.

Non tamen valet, si dicat,si qua præbẽda vacat, illã tibi cõfero:quia certũ quid conferre debet ,vel confero si tibi de iure debeatur.Domi.in c.dudũ.in fi.de præb.in 6.quia collatio pura esse debet. vt supra dixi,& sequitur Feli.in c.cũ contingat. col.pen. de offi.deleg.nec valet etiã acceptatio facta si placuerit Regi,vel episcopo,secũdũ eũ ibi.& Domi.in d.c.2.de elect.in 6.Sed acceptatio bene potest fieri, si mihi debeatur.gl.& doct.in c.2.in fi.de rescr.in 6. & gl.in §.itẽ ꝙ ad dictas. in verbo,nominatorũ. de collatio.in pragm.sanct.vide Anch.in cõs.413.vltra.

Item præsentatio potest fieri sub alternatione, & alio modo etiam incerto,vt dicit gl.in cle.vlt.de iure patr.Ias.cons.162.in causa.col.4.in 2.vol.Curt. in tract.de iure patro.in verbo, honorificum.q.9.& Paul.de citad eo.tract.in 6.parte.q.46.

b Ad effectũ.) Non prodesset ergo ista absolutio quo ad ferendũ testimoniũ.c.veniens.2.de testi.nec vt possit celebrare, vel horis interesse , nec ad alia, sed ad effectũ tantũ impetrationis.ideo non posset eidẽ conferri ab ordinario beneficium , si ante collationem non fecerit se absolui per c.postulastis.& ibi dixi fusius de cleric.excommu.ministran.& declaraui hoc verbum in rub. de reserua.8.in §.fin.

c Absoluere.) Alioqui non valeret mandatum ab excõmunicato impetratũ.c.1.de rescr.in 6.nisi in viginti casibus quos congessi in repet.c.postulasti.in additio.de cleri.excommu.minist. & hæc clausula solet apponi in quibuscũque impetrationibus gratiarum in literis iustitiæ non vidi apponi : sed in quibusdam mandatur absolui ad cautelam.

Mandatario excommunicato an possit cõferri beneficium.

Quæro an prosit hæc absolutio si impetrans non procurauerit absolui,& tẽpore vacationis beneficij ac collationis sit excommunicatus , illíq; fuit facta collatio?videtur ꝙ prosit,quia hic absoluitur ad effectum præsentiũ consequendum,effectus mandati est collatio,ergo ad hoc prouiderit absolutio : alioqui mandatũ nõ prodesset.In contrariũ videtur , quia absoluitur,vt impetratio valeat.d.c.1.& dixit dũtaxat,alioqui remaneret in sua ꝓteruitate , quod esse non debet.c.vt clericorũ.de vita & honest.clerico. cũ habeat mẽsem antequam possit acceptare , intra quẽ petere absolutionẽ poterit.si nõ petat, imputetur eidẽ,si poterat eã obtinere aliàs præberetur via contẽnendi claues ecclesiæ,cui est obuiandũ. c.grauẽ.de pœnis.& daretur materia delinquendi,quod, summopere iura abhorrẽt.l.cõuenire.ff.de pact.dotal.c.ex parte.de verb.signif.& absoluit ad effectum præsentiũ consequendũ.quod debet intelligi si fuerit capax tẽpore vacationis beneficij.nam si interim mãdatarius committeret homicidium , non posset tempore vacationis beneficium acceptare , sic nec hoc casu quando non est capax per excommunicationem.Fortè est excõmunicatus post impetrationem,& tempore quo beneficium ei confertur.

Differẽtia est enim impetrationis vacãtis beneficij,& vacaturi:quia impetratio vacantis beneficij valet cũ hac clausula sine alia absolutione. secus in mandato,& in literis ad vacatura , ne duo specialia cõcurrãt.l.1.C.de dotis promis.videlicet , vt valeãt literæ mãdati,& vt possit habere beneficiũ sine alia absolutione.

absolutione.quod non est dicendū.facit c.gratia. de rescr.in 6.non potest.de præb.illo li.vbi licet impetratio valeat,tamē non propterea erit habilis impetrans in aliis.imo quādo depēdet à potestate excōmunicati,vt possit absolui,& nō curat,nō debet eidem prouideri de fructibus beneficij,etiā quantum ad necessitatē vitæ,nisi in mortis arti.glo.& doct.in c.pastoralis.in glo.vlt.de appel. Archi.& Præp.in c. præter.32.dist.Facit quod si excōmunicatus impetret rescriptū super cōsecutiuis causæ, & depēdentibus,valebit,nō poterit tamē actus in iudicio postea facere,nisi sit asolutus,videlicet producere testes, & alia facere.Io.And.in regula vtile,de reg.iur.in 6. in mercu.doc.in c.1.de rescri.illo lib.sic nec iste excōmunicatus poterit acceptare,vt ius consequatur, antequam sit absolutus,licet mādati impetratio teneat,quia licet excōmunicatus admittatur ad se defendendū,tamen si possit obtinere absolutionē, repelletur. Cald.& alij in c.ab excōmunicato.de resc. Fel.in c.intelleximus.de iudi.& an qs possit ꝓbare absolutionē ab excōicatione,vt beneficiū impetratū obtineat per solū suū cōfessorē.tradit Cald.cōs. 2.an si opponatur.rub.de test.qđ non,tu illū videto,

Absolutio an possit per confessorem probari.

necnon [a] omnia & singula beneficia ecclesiastica cū cura, & sine cura, quæ præfatus N.etiam ex quibusuis apostolicis dispensationibus [b] obtinet & expectat [c]:ac in quib.& ad quæ ius sibi quomodolibet competit,quæcunque,quotcūque & qualiacūque sint,eorumq́; [d] fructuū, redituū

a Omnia & singula.) Quoniam multa per surreptionē solēt euenire.c.trāsmarinos.98.dist.ideo hæc clausula tollit surreptionē. nam teneretur alias impetrās beneficiū quantūcūq; modicū exprimere.c. si motu proprio.de præb.in 6.c.ad aures. & c.si proponēte.cū simil.de rescr.Alioqui mādatū esset nullum,& alia quæuis impetratio apostolica, vt ibi.Et not.Feli.in c.nōnulli.col.7.& c.in nostra.plenè per illū tex.corre.9.de rescri.per l.qui iure. de testa.milit.& c.1.de transact.Facit quod expressum dicitur etiam in genere.Bar.& alij in l.1.ff.de vulg.& l.prætor.§.1.de no.ope.nunc. & hæc expressio valet, vt ibidem dicitur. & valet hæc expressio generalis tantum,quātum si singula expressim enumerarentur.tex.sing.& ibi gl.in l.omnes.C.de præscri.xxx. vel xl.anno.Ias.in l.1.in fi.ff.si quis in ius voca.non ierit.& dico fusius infra in verbo,pro expressis.

De verbis vt asserit, vt asseritur, & vt accepimus.

Nota tamen ꝙ aliquādo inuenitur in literis,tibi, qui vt asseris,in decimo tuæ ætatis anno es cōstitutus.[c.cū venissent.de eo qui mittit in poss.c.1. & 3. de offi.deleg.c.iurauit.vbi Barb.de proba.] & tunc oportet probare asserta in bulla,& nisi ita sit, gratia surreptitia reputatur, secus si impersonaliter dicatur,vt asseritur,arg.auth.si quādo.C.de constit. pec. Rota.decis.74.nota ꝙ vbi alicui,& decis.727. not. quod si ponatur.in antiq.& deci.6.rub.de præb.Sic cōsuluit Card.in cōs.69.vacāte.col.vlt.& Cassado. in deci.vl.de iure patr.Et de stylo curiæ Rom.est ꝙ quādo impetrans est supplicans,dicatur in literis,vt asserit,quādo duo supplicāt,vt asseritur, vel vt asserunt.c.ad hæc.de rescr.vt in permutātibus. quando verò alius ꝓ eo supplicat.dicitur,vt accepimus,vel quādo motu proprio papa facit. c.cum cleri.& seq. de pact. c.ex literis. de pign.teste Prouincial,curiæ Roma.fol.55.vers.item not.quod vt asserit,&c. De verbo,vt præmittitur quid significet, explicat glo. & ibi doct.in c.cupientes. §.quod si per viginti. in verbo,priuatos.de elect. in 6.

b Obtinet.) Tunc dicitur obtinere, quādo habet ius in re, Arch.in c.si gratiosè.col.1.de rescr.in 6. & sic non dicitur quis obtinere beneficium ante collationem & acceptationem, nec tunc dicitur vacare in curia.Domi.& Perus.in c.præsenti.de præb.in 6. vnde si electus non confirmatus moriatur in curia, beneficium non vacabit ante confirmationem, per mortem suam.teste Aret.in c.super his.col.3. nu.17. de accu.vide gl.& doct.in cle.si Romanus.de præb. alteram gl.in verbo,literas.§.1.supra tit.proxi. Idem in verbo,pertinere.Anch.in c.præsenti.& ca.seq. de præben.in 6. Dixi in verbo, pertinentem. §.j.supra tit.proxi.[text.& ibi doct. in c.si gratiosè. de rescri. in 6.& de Rota.decis.274.in antiq.dixi in glo. obtineat.in §.volumus.de colla.supra.

c Expectat.) Eo apponitur, quia tam de iure in re,quàm ad rem,est facienda mentio in literis gratię.c.in nostra.de rescr.facit c.2.de filiis presbyt.vbi in secunda dispensatione cum certa moderatione cōcessa,licet non tribuat ius etiam ad rem, sed impetrans habilis fit, quis tenetur facere mentionem primæ:quod est not.& de hoc satis dicitur in d.c.in nostra.& per Panor.in c.veniens.nu.16. de præscri. & sic propter hanc clausulam valebit mandatum secundum, etiam non facta mentione primi, licet alias contra in ca.duobus.in fin.de rescript.in 6. Nicolaus Milius in verbo gratia.§.96.

Et quando mandatur prouideri,si non sit alicui ius quæsitum,intelligitur de iure in re,non ad rem. Cald.cons.8.in fi.de rescrip.Rom.consi.256.approbo.in fi.Ant.Imo.& alij in c.causamque. de rescrip. per text.in c.vlt.de concess.præben.in 6.Feli.in ca. mandatum.num.5.de rescrip.tamen Ægid.de bella mera in consi.34.supposito. col.pen. tenet non tolli per hanc clausulam ius quoquo modo quæsitum, etiam ius ad rem. ibi vide fusius. Primum tamen commune est quod sequitur Feli.in ca.super literis. col.7.versi.5.regula.& ca.causam.col.11. de rescrip. vbi etiam declarat,quando papa dicit,non obstante collatione,debere intelligi de inualida.& per hanc clausulam papa declarat se nolle præiudicare iuri tertij. regul.cancel.16.vbi dicitur in impetrationibus apostolicis solere apponi. & operatur quod si non fiat mentio possessionis coloratæ, valebit tamen impetratio cum hac clausula, licet alias non valeret.text.& ibi Ioan.And.& Imol.in c.cum nostris.de concess.præben.& in c.literas. ibidem.not. in ca.quamuis.de rescrip.in 6.

Clausula si nō sit alicui ius quæsitū.

d Eorumque fructuum.) Quia verus valor tam beneficij impetrati quàm illius quod impetratur, debet exprimi.d.cap.in nostra plenè Feli.in cap ad aures.ibidem. de valore exprimendo,dixi in tract. nomina.quæst.9.& in §.fin.supra.de manda.Apost. hic non repetitur.

& prouentuum veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum [a] tenores

Dispensatio secunda an debeat facere mentionē primæ, & quādo.

a Dispensationum.) Impetrās secundā dispensationem, tenetur facere mentionem de prima, & idē in aliis prouisionibus à papa, vel legato sibi factis. c.2. de filiis presbyt. in 6. c. vlt. de off. leg. eo. lib. secus si fiat ei prouisio ab ordinario, cle. vlt. de offic. ord. & dixi supra eo. in gl. expectat, nisi impetrauerit indultum à papa ꝙ in aliis impetrationibus apostolicis non teneatur facere mentionē. ita consului cuidam spurio legitimato. Fallit etiā quādo Rom. pontifex vult dispensationes haberi pro expressis, & earum tenores, prout hic, vt fictio tantū operetur in casu ficto, sicut veritas in casu vero. l. filio, ff. de libe. & posth. Item si aliquis sit dispēsatus, vtpote illegitimus, ad vnū beneficiū curatū, non poterit permutare cum alio curato, sed dispēsatio intelligetur de primo. c. non potest. de præb. in 6. *Item quando dispēsatio additur dispēsationi tenetur quis in secunda mentionem facere primæ. secus si non adderetur dispensationi, vt si cum illegitimo, vel homicida sit dispensatū, vt non obstante dicto defectu possit beneficium ecclesiasticū cōsequi, si ipse postea impetret beneficiū non facta mētione illius dispensationis valebit impetratio, cū non sit noua impetratio, sed executio dispēsationis iam factæ. vt firmant Io. And. & Perus. in c. vlt. in fi. de filiis presbyt. in 6. ego vellē mentionē facere, vt lites omnino euitarentur.

Bona cautela.

Item dispēsatus ad duo beneficia intelligetur de duobus primis. per d. c. non potest, quod est intelligendum quando ea habuit cū effectu, alioqui si duo fuerit prosecutus in iudicio, & super illis succubuerit, poterit alia duo habere. teste Anch. in c. 2. de filiis presbyt. lib. 6. Bal. in c. olim. col. 2. de rescri. dixi in l. boues. ff. de verb. sign. Ægid. bella mera. cons. 32. pro introductione. Et ista fuit opinio Archi. in c. fi. de filiis presbyt. lib. 6. quæ semper in curia Romana, & palatio Apostolico fuit seruata, teste Ægid. de bella mera, decis. vlt. Ideo solet apponi in dispensationibus quòd loco dimissi vel dimissorum possit aliud, vel alia simile, vel similia recipere. Et quoties sibi placuerit, illa dimittere simul, vel successiuè, simpliciter, vel ex causa permutationis, & illis dimissis aliud, vel alia, simile vel similia, vel dissimilia recipere, & quoad vixerit retinere, &c. sic consuluit Domini. consil. 97. Titius habuit, &c. Dec. cons. 169. & diligenter. col. 1.

Clausula loco dimissi, &c.

Et si huic dispensato conferatur vnū beneficiū à papa antequā illud acceptet, ordinarius illud conferre nō poterit, quia non est liberū, & si ordinarius contulerit, antequā ille acceptet, non tollitur illi facultas acceptandi. per c. si tibi absenti. de præb. in 6. Tamen contrariū fuisse iudicatū mihi relatum est, anno 1534. in vigilia Purificationis. & hæc dispensatio non retrotrahitur, prout consuluit Oldr. consil. 325. thema. col. 2. & ad petendum eam requiritur speciale mādatum. Pan. in c. innotuit. col. 2. not. antepen. de elect. potest tamen à superiore cōcedi motu proprio. Pan. in ca. cum in cunctis. §. j. col. vlti. de elect. vide doct. in c. nonnullis. §. vlt. de rescrip.

Et qui dispensationē allegat, illā probare debet. text. in c. cū Vintoniensis. & ibi Card. 3. not. de elect. & c. fin. de schismaticis. vbi idem Card. notat.

Legatus nō dispensat extra legationis territoriū cōtra Decii.

Quæro an dispensatus per legatū vt plura possit obtinere beneficia, possit ea obtinere extra territorium legationis? Dec. cons. 207. pulchrū. cōsuluit ꝙ sic, per aliqua fundamenta satis debilia. Sed ego tenerem contra. per tex. in l. 1. ibi, potestatē autē non exercet, nisi in ea prouincia sola, quæ ei decreta est. ff. de offi. proconsul. & leg. gl. in c. dudū. 2. in verbo, intitulatā. de elect. & istā opinionem tenuit Io. And. Domi. & Perus. in c. cū ex eo, in verbo, subiectas. de elect. in 6. nam papa, qui habet maiorē potestatem quàm legatus, quādo legitimat aliquem, non legitimat extra terras ecclesiæ ad succedendū. Bal. in l. 1. C. de iure aureo. anulo. Ferra. cautel. 1. faciunt nō. per doct. in l. 1. C. de sum. Trinit. & limitatū est legato territorium, ergo extra non poterit. arg. l. fi. ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. in agris. de acquir. rerum domi. & adducta per doct. videntur tolli per Bar. in l. pupillo. ff. de tut. & curat. datis ab his. glo. in l. non solùm. §. & qui in testamēto. de excu. tut. & ego ipse sigillatim respondebo, cum operæprecium fuerit.

Item legitimatus per imperatorem non succedit in bonis in terris ecclesiæ sitis. Ludo. de Sardis. in tracta. de legitimatione. in §. de legitimationis. per rescriptum effectu. q. vlt. Sic expressim tenet Chassaneus, in consuet. Bur. in §. 16. in gl. 1. rub. *des mains mortes.* vbi plenè probat, tu illū videto. [Quamuis Philip. Probus teneat contrariū in c. officij. de offic. lega. in 6. quia dispēsatio respicit personæ habilitatem, non locum ideo ego conciliarem sic, quod legatus potest dispēsare cum suo subdito ad duo beneficia, quæ postea poterit obtinere dispēsatus etiā extra prouinciā legati, quia est habilis quocunque se vertat, & ita intelligatur sententia Probi.

Sed si legatus vellet dispensare cum non subdito, non posset, vtpote si legatus Auenionen. vellet cum Hispano, aut Gallo dispensare non cōmoranti Auenione, vel in prouincia legati, & tunc non posset, vt ita intelligatur supradicta opinio, per ea quæ not. Hippo. in l. fina. ff. de iurisdict. omnium iudic.]

Potestas legati recipienda.

Notandum est ꝙ quādo legatus, vel alius, virtute specialis potestatis sibi concessæ dispensat, ꝙ debemus recipere, & custodire literas. non solum dispēsationis, sed etiam potestatis sibi concessæ. Pan. in c. fraternitati. de schisma. & in c. quod super. col. 2. de fide instr. gl. & doct. in c. cum in iure. de offi. deleg. Et an sub generali dispensatione ad quæcunque beneficia etiā si curā habeāt animarum, intelligatur facta dispensatio ad beneficia in cathedralibus ecclesiis existentia. quod sic, tenet Domi. in ca. 1. de filiis presbyt. & Ias. consi. 104. circa. col. 2. in 1. vol.

Dispensatio non datur per breue, & sine causa facta nō prodest.

Notandū est ꝙ nunquā dispēsatio datur per breue, nec rehabilitatio, vt in reg. Alex. papæ 6. cōtinetur in rub. de signatura gratiæ. & hæ dispēsationes si fiāt sine causa, dispēsatus non erit tutus quo ad Deū. gl. sing. in c. nō est. de voto. quā ibi sequūtur doct. & Pan. in c. significasti. nu. 8. de elec. & in c. cū adeo. de rescr. & in c. extirpādæ. in repe. §. qui verò. col. 12. de præb. Archi. & alij in c. licet. canon. de elect. in 6. Perus. in rub de testa. col. vlt. lib. 6. Oldr. cōs. 325. thema questionis. col. 1. & cons. seq. Anch. cōs. 313. nisi legib. in fi.

in fi.gl. in verbo, postulastis. §. cui rei. de collat. in pragm.Fel.in c.ad audientiam.2.col.4.versi.nihilominus.de rescr.& in c.postulasti. col.16. vers. quartus casus.de rescr.& idem tenent theologi,quos refert Adria. de Traiecto in q. 6. quolibet. art. 2. & Asten.in sua summa.rub.de dispensat.lib.6.tit.2.art. 4. quibus assentit Ange.in summa angeli.in verbo, dispensatio.§.3.etiam si fiant à Papa: qui ex officio sibi commisso tenetur facere sicut bonus dispensator,fidelis,& prudens,& prudēs,vt Lucæ 12.dicitur: Fidelis seruus & prudens, quem cōstituit dominus.

Vbi primò declaratur fidelitas,videlicet vt in dispensando habeat rationem ad bonū publicū. Aliàs dicitur infidelis.Florent.1.parte summę,tit.17.c.vlt. Pan.in d.§.qui verò.col.13.Dec.cons.602. viso puncto.col.3.& seq.vbi plenè dicit.

Secundò, ponderositas (vt dicunt) videlicet vt dispensans prudenter consideret causam rationabilem,& qualitatem personarum.ibi,prudēs. Nam dispensare est diuersa pensare. gl. in c.requiritis. §. nisi rigor.1.q.7.

Tertiò,requiritur potestas super eo,cum quo dispensat.ibi probatur,quē constituit dominus. Ideo legatus non dispensat sine causa, etiam in illis casibus,in quibus Papa posset.Inno. in c.dudū.in 2.in fi. de elec.Fel.in d.c.postulasti.vers.quartus.& episcopus & archiepiscopus sine causa dispensantes debēt deponi,si accusantur.c.1.& vlt.21. dist.Pan. & Imol. in c.de multa.de præb.Fel.in c.constitutus.col.8.de rescr. sed bene multi hodie deponerentur. idem si ex falsa causa.Oldra.cons.256.Clemens.

Pœna episcoporū sine causæ dispensantiū, quę sint iustæ causæ.

Iustæ dispensationis causæ sunt necessitas. c.tali. 1.q 7.Pan.in c.de multa.& c.quanto.de trānsl.episc. c.quod pro remedio.1.q.7.Vtilitas.gl.in c.vt constitueretur.50.dist.c.ipsa pietas.in fi.23.q.4.Iac.Bonau. in add.ad Io.de terra rubea.fol.105.conclu.9. Personæ etiā qualitas.c.didici.& c.tali.1. q.7. c. de multa. de præb.Item religio.c.monachus.77.dist.c.cū illorum.de senten.excom.Ipsa pietas.gl.& doct.in c.requiritis. §. nisi rigor. 1.q.7. & aliæ causæ ad istas reducūtur.Nec est omittendum,quòd dispēsatio differt à priuilegio,quia hoc sine causa conceditur,dispensatio cū causa, vt proximè dixi, qua existente falsa vitiatur.Pan.in c.quia circa.col.2. de consang. Dec consi.681.in causa.col. pen. & consi. 695. num. 14.& hæ dispensationes strictè sunt interpretandæ. c.1.de filiis presb.lib.6.gl.in verbo, dispensationes. c.ordinarij.de offi.ordin. in 6.nisi in casu posito infra in gl.motu proprio.in 4.effectu. & per Pan. in c. fi.de Symo.& Ias.in l.si ita scriptū.in fi.principij. ff. de lib.& posthu.& per Fel.in c.postulastis.co.11.nu. 9.de rescr.& nil eis accrescit.Bal.in l.1.col.1.C.de indict.vidui.tollen.intantū, quod non fiet extēsio ad casum etiā habentem maiorem rationem.c.fina.de transl.episc.Pan.in c.ad aures.col.3.de rescr.Ideo dispensatus, vt non obstante defectu ætatis possit habere beneficiū curatū,non intelligitur dispēsatus super administratione bonorū. nisi aliud appareat ex volūtate principis.Anch.in c.1.de æta.& quali.in 6. Fel.in c. edoceri. col. 2. de rescr. Rota in decis.136. voluerunt.in nouis.

Dispēsatio an differat à priuilegio.

Extēditur tamē ad necessaria cōsecutiua.gl.sing. in c.quia in tātū.de præb. Fel.abūdè in c. postulasti. de rescr.& Probus in add.ad Io. Monac.in d.c.vno. col. pen. de æta. & qualita. in 6.ideo illegitimus dispensatus, vt possit promoueri ad ordinē episcopalē.videtur etiā dispensatus ad minores. Bonifac.in cl.1.nu.34.de præb.plenè Felin.in d.c.postulasti. vide Io.de Lopis.in repet.l.si pater. nu. 225. cum seq. C.de hære.instit.Dec.in c.at si clerici.§. fi.de iudic.

Dispensatio [illegible] ex- [illegible]atur.

Vidi dubitari de eo qui erat dispensatus ad tenēdum ecclesiā sancti N.Quæ forsan parochialis existit,vel forsitan erat natus ex cōsanguinea,an valeāt ista rescripta,dicerem quòd sic,quia forsan,vel forsitan etiā est nota assertionis, ideo Papa videtur dispēsasse,ac si nō dixisset forsan,vt in euāgelio,si cognosceretis me,forsitā & patrē.gl. [in c.sup literis. in verb.nisi forsitā.de rescr.gl.in c.nisi.in verbo,forsan.de renū]& in c.2.de testa.gl.in l.si duo.ff.de recep.arb.Cle.ne Romani.§.siue.de ele.l.si rē mobilē. ff.de acq.poss.c.fi.de testi.Collect.in c.quod per nouale.co.3.de verb.sig.gl.in c.2.in fi. vt lite nō cōtest.

De dictione forsan vel forsitan.

Originem dispensationis,& quotuplex sit dispēsatio,& alia multa vide per Spec. in tit. de lapsis & dispensat. §.1. & 3. & vlt. dispensationis ad duo incompatibilia cum simplici signatura beneficia possidens est tutus,nec possunt impetrari. teste D. Gomes.in q.5.super reg.cancel.de non iudicando,iuxta formam supplicationis,& ita seruatur in Frācia. & pro hoc facit gl.sing.in cle.dudum. in fi. incip. verbo, de sepul. imò in foro conscientiæ illum esse tutum,scripsi etiam si adispisceretur possessionem cū signatura.in repe.c.postulastis. in gl.1.de cler. excō. mi.[Vnum tamen dolens dicā quod ista tam facilis dispēsatio totum destruit orbem,hęreses generat, templa subuertit, pauperes necat,doctos miseros reddit, scandala nutrit, stupidos in voluptate alit, adulatores allicit,literarū studia contemnere facit, bonos occidit, & vt paucis dicam, est omnis penè mali seminarium, videmus enim hos sic dissipatos tres vel quatuor vnum deglutire regnum, quid isti tres boni vltra alios fecerūt, ignorat totus mūdus.]

Dispensationis multa incōmoda.

præsentibus pro expressis [a]

a Pro expressis.) Hæc clausula operatur, vt omnia,quæ in mādato debebāt exprimi, per hæc verba cēseantur expressa, ac si specialiter & nominatim expressio facta fuisset, & ꝙ non sit opus alia expressione.testis est Fel.in c.in nostra.correla.9.de rescr.vbi se remittit ad ea, quæ plenè scripsit in c. nōnulli.illo tit.quod dictū pulchrè prosequitur D. Auriol. in additio. ad Guillel.de monte laud.in c.si motu.de præb.in 6.Dec.consi.373. viso consi. col. 2. nu.9.& cōs.341.viso pūcto.col.1.ac cōs.542.visa.col. 2.quod est repetitum.consi.695.visa.col.2.Et hoc fit per fictionē,cōtra quā nō potest cōtrariū ꝓbari,videlicet ꝙ nō fint expressa necessaria. cle. literis, de proba.gl.in l.cōficiūtur.ff.de iure codicil.Doct.in l. si is qui.de vsucap.Nec facta ꝓdesset.l.retro. & l.in omnib⁹.ff.de capt.l.vna.in prin.C.de rei vxo.actio. Bonif.ꝑ illū tex.in cle.vna.§.1.col.2.de cōces. præb. Et hæc clausula est valde necessaria, tam in priuilegiis,rescriptis, quā in cōfirmationib⁹ priuilegiorū, & habet vim specialis derogationis,& expressionis,

Clausula ꝑ expressis habētes qd operatur.

Cōtra dispēsationes ꝙ mundum destruunt.

quãdo dicitur, cuius tenorem vel tenores volumus haberi pro expressis, etiam si ad verbum de illo vel illis esset facienda mentio. l. omnes. & ibi gl. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Fel. in c. nonnulli. col. 7. vers. addatis. de rescr. & in c. humanũ genus. col. pe. 1. dist. Vide quot modis specificatio possit fieri, pulchrè per Barb. cõs. 25. scribitur. col. 9. & seq. in 1. vol.

Idem si dicatur, nõ obstãtibus quibuscũque priuilegiis, vel cõstitutionibus sub quauis forma vel expressione verborũ cõcessis. de qua clausula est tex. in c. fi. in fi. de sent. excom. in 6. quẽ tex. notat Aret. in c. 1. col. 6. de rescr. & idẽ si diceretur, nõ obstãtibus quibuscũque priuilegiis, etiã si de ipsis esset faciẽda mẽtiò specialis, & de verbo, ad verbũ (vt dicunt) & infra hoc modo exprimitur in fine huius formæ. c. vt officiũ. §. cõpescẽdi. de hære. in 6. Alioqui si Papa vellet derogare priuilegiis multis, necesse haberet illa omnia exprimere, tã à se cõcessa, quam à prædecessoribus, quod fermè extenderetur ad infinitũ, vt dicit Feder. cons. 47. habita. & ista est cõmunis opinio, teste Io. de Ana. in cons. 56. his quæ in facto. col. 2. Ias. & alij in l. sed & si quis. §. quæsitũ. notab. 1. ff. si qs cautio. & ita se habet stilus curiæ Romanæ. Ant. de But. consi. 2. Io. And. in c. vno. de exces. præl. in 6. Angel. cõs. 274. nõ est dubium. Gemini. consi. 65. discutiam. col. antepenult. & consi. 120. quia in facto. Alex. cons. 2. 5. nec arguẽdi sumus. col. 7. lib. 2. Nam scriptum, ad quod fit relatio, perinde censetur, acsi expressum fuisset specifice in scriptura, quæ ad aliã refertur l. ait prętor. §. 1. ibi, sic accipiendum est quasi quantitatem nominauerit. ff. de re iud. l. asse. ff. de hære. insti. c. cũ venerabilis. §. 1. de excep. & si aliud diceremus, sequeretur ꝙ Papa & princeps possent sibi auferre per indirectum potestatẽ reuocandi legem, vel priuilegium à se concessum, nam si haberent expressam facere mentionem illius priuilegij, non recordarentur, & illud fortè non inueniretur. ideo ipsi non possent derogare, quod est absurdum, vt tenet Panor. in c. cum instantia. col. 2. de censi. Feder. d. cons. 47. & Collecta. in c. cum dilecta. col. 1. de rescript. Ias. in l. prætor. col. 3. ff. de no. oper. nũc. & Card. cons. 52. Gregorius. col. 2. & cons. 102. super facto. col. 1.

Ista licet procedant in legibus, statutis, vel rescriptis seu ordinationibus principũ, quia satis habetur pro expresso illud quod lex vel princeps voluit haberi pro expressó, nisi vt superius dixi in gl. exprimenda, in §. 1. de nomina. reg. tamẽ secus ęst in actibus priuatorum, quia partes non possunt facere, ꝙ habeatur pro expresso illud, quod specialiter exprimi debet. c. qui ad agendum, de procur. in 6. l. sed & si quis. §. quæsitum. & ibi not. ff. si quis cautio. ideo causæ grauaminis in interlocutoria non possunt haberi pro expressis à partibus. Alex. in l. quicquid, in 2. col. ff. de verb. oblig. Ang cons. 249. Philippus sic consuluit, etiam in diuisionis instrumento. Ias. cõs. 173. circa primum. in fi. vol. 4. quia quanuis princeps & lex possint fingere, non tamen homo priuatus. Bart. in l. si quis pro. ff. de vsucap. per tex. in l. si fortè. de castren. pecul. Aret. in d. c. 1. col. 6. versi. his tamen non obstantibus. de rescr. nisi apponeretur in actu, in quo priuatus haberet plenã potestatẽ, vt in testamentis. l. si quis. in prin. & ibi Bar. ff. de leg. 3.

Lex fingit non homo.

An legatus de latere possit hac clausula? vti plenè tradit Paulus rosel. in verbo, legatus. in reperto. Areti. ꝙ non, & si vteretur non prodesset. [nisi concessum fuerit ei à Papa, & videmus in reuerendissimo do. Verallo. Franciæ legato.]

Legatus nõ vtitur clausula pro expressis habentes.

Secundò fallit vt per Rom. cons. 327. Istę sunt rationes. col. 2. & per Ioan. de Ripa. in c. 1. nu. 80. cum seq. de rescr. Fel. in c. sedes. col. 8. versi. intellige secũdo. & in c. cum dilecta. col. 13. versi. amplia. 5. illo ti. Card. cõs. 136. factũ. col. pen. Card. cons. 11. rub. de priuile. Dec. cons. 165. viso tenore. Tertiò, fallit quo ad ista concordata, quia hæc clausula pro expressis, &c. nihil operatur quo ad hoc, vt his concordatis per hanc clausulam derogetur, vt in §. 1. vers. illam; de forma & irreuoc. concord. stabilit. infra.

Quartò hæc clausula nõ operatur circa illa, quæ Papa non vult haberi pro expressis. Nam hic tantũ vult haberi pro expressis omnia beneficia, quæ mãdatarius obtinet, & veros valores illorũ, ac dispensationes, & illarum tenores. Ergo si impetrans mãdatum sit minor, vel aliam habuerit inhabilitatem, necesse est quod exprimatur, aliàs non valet mandatum. vt scripsi in regula cancellariæ. 18. vbi vide. Intellige nisi suppleatur per clausulam sequentem motu proprio, & in quibus casibus poterit suppleri, vide gl. sequ. Et ann. 1539. in vigilia assumptionis beatæ Mariæ fuit reprobata dispensatio, in qua non erant expressa beneficia, quæ impetrãs possidebat, licet ista clausula pro expressis esset in dispensatione descripta, & eodem arresto cõtinetur, ꝙ clausulæ derogatoriæ non tollunt disposita in his concordatis. alia vide in c. nonnulli. de rescr. nu. 6. & seq.

Arrestum. Dispẽsatio quæ nõ expresserat beneficia reprobata.

Quæro quæ sint in his mãdatis & aliis impetrationibus exprimenda? Resp. [gl. in c. super literis in verb. literas. de rescr. Et Fel. in c. in nostra. ibidẽ latè explicant. Ideo putarẽ sufficere, vt nunc ad eos reiicerem.] Tamen quia nec omnes eum habent & vt breuius comprehendam quæ ibi dicit, & vltra eum aliqua addam, dico primò exprimendũ esse in mãdato, seu alia impetratione ad beneficia, ꝙ impetrãs est clericus. c. cũ adeo. de rescr. c. ex literis. de trãsac. Dom. cons. 38. pro clariori. col. 1. & hoc est de stilo curiæ Romanæ, vt dicunt doct. in d. c. cum adeo. & Perus. in c. si pro clericis. col. 1. de pręb. in 6. tamẽ secundum eum alij ordines non sunt exprimendi, etiam si illa beneficia requirerent certum ordinem à iure. secus si à statuto, fundatione, vel consuetudine. Imò etiam præsentatio facta de non clerico ad beneficium ecclesiasticũ, nõ valet. Nic. Mil. in verbo, beneficium, in fi. vide plenè Paul. Parisi. cõs. 125. an collatio. col. 1. vol. 4. Et cognoscuntur clerici in tonsura. c. duo sunt. 12. q. 1. cle. 2. & ibi. gl. de vita & honesta. cleri. etiam cognoscuntur in forma vestimentorum. c. clerici. vlt. de vita & honesta. nam duo colores sunt eis prohibiti. de cle. 2. Item, in qualitate negotiorum, rub. ne cler. vel monach. Pan. in c. contingit. 2. de sent. exc. vide quæ scripsi in tract. de pacifi. posse. in 10. limita. nu. 286. cum seq.

In mãdatis quę sint exprimenda.

Impetrans debet dicere se clericum.

Clerici quot modis cognoscantur.

Secundò, debet exprimi, si sit spurius, & qualitas spurietatis. Fel. in c. postulastis. co. 4. de rescr. per tex. in c. 1. de filiis presb. in 6.

Tertiò,

Filius an officiũ vel beneficium paternũ habere possit. Tertiò, debet exprimi ꝙ non est beneficium paternũ, alioqui non debetur. Ideo mortuo parte, qui habebat beneficiũ in ecclesia, non debebitur illud beneficiũ immediatè filio, etiã vigore mãdati apostolici, ne videatur successio in beneficialibus, siue filius sit legitimus, siue illegitimus. c. 2. c. ex trãsmissa. c. cum decorem. de filiis presb. Dec. in c. inter cæteras. 2. notab. de rescr. & sic facit cõtra illos, qui petunt sibi conferri beneficia, eo ꝙ plures de sua familia illa habuerint. Nã hæc ratio ne beneficia iure hęreditario dẽtur, facit quod repelli debeant. Pan. per illum tex. in c. venerabilem. col. 5. nu. 15. de elect. in eadem tamen ecclesia non prohibetur filius habere beneficiũ, vbi pater habet. Cald. cons. 1. rub. de filiis presb. nec est faciẽda mẽtio, ꝙ ibi pater habeat beneficiũ vel præbendã. Secus in officiis, quia suprema curia non solet recipere filiũ alicuius senatoris, *Duo fratres in eadẽ curia recipi non debent.* si datum fuerit aliud officium eidem filio in eadem curia, si non fuerit expressè facta mẽtio ꝙ pater ibidem habeat officiũ simile. & hoc etiam prohibet in fratribus lex regni, rub. *des Presidens & Conseilliers.* art. 46. in ordinatio. regiis, vbi dico rationẽ vtriusq; & dispensationem à rege requiri. non tamẽ si impetraret officium paternũ, vt ibi dixi. vide quæ abũdè scripsi in praxi beneficia. in rescr. dispensationis.

Intrusio exprimi debet. Quartò, intrusio etiã debet exprimi. c. cũ iamdudũ. de præb. ne intrusi sint melioris cõditionis, quã alij, q iustè assecuti sunt beneficia. gl. in c. eũ qui. de præb. in 6. Aufr. in decis. Tholos. q. 483. quidã nobilis. Et intrusus dicitur propriè is, qui non intrat per ostiũ, sed ascendit aliunde. tex. solen. in c. relatum. in prin. de iure patrona. & aliis modis. de quibus per Feli. in d. c. in nostra. correla. 2. & c. veniens. de accusa. & scripsi infra de pacifi. posses. in gl. intrusus.

Fructus iniustè percepti exprimi debent. Quintò etiã de fructibus receptis ratione iniustę detentionis debet fieri mentio. Io. And. in additio. ad Spec. in tit. de lapsis, & dispensatio. §. dicendum restat. vers. sed pone aliquis. & hoc quando ex perceptione fructuũ fuit factus inhabilis, vt dicitur in c. quisquis. de elect. alioqui secus. Hostien. in c. dudum. in 2. de elect. & ibi Ioan. And. & alij. in gl. furtũ. Imol. in ca. postulasti. col. pen. de rescr. nisi in ecclesiæ vtilitatem fructus cõuertisset. Nico. de milis, in verbo, gratia. q. 16. Aufre. in deci. Tholos. q. 483 quidã nobilis. Fel. in d. c. postulasti. col. pe. vbi plenè distinguit, ꝙ si quis illicitè per potentiam secularem occupauerit beneficium, & receperit fructus ex illo, & postea illud impetrauerit nõ habita mentione fructuum, non valebit impetratio. & idem si aliud impetrasset. sed si ipse propria temeritate occupauerit sine laicorum potentia, quia non est factus inhabilis, & aliud beneficium impetrauerit, valebit impetratio. secus si illud quod occupauit. Ita Feli. videtur distinguere, vbi supra. quod est notandum. vide Cassado. decis. 6. de præb. & decis. seq. [Et sic tenetur quis exprimere beneficium, quod inuaserat, secus si iustè impetrat beneficium, & non facit mentionem alterius beneficij quod inuaserat, quia tunc eo iure impetrato non priuatur. teste Feli. in d. c. postulasti. col. pen. de rescr. vide Ægid. de Bellamera. in c. dudum. 2. col. vlt. de electio.]

Modicũ etiã beneficium exprimendum. Sextò, debet exprimi beneficium etiam modicũ. c. si proponente. de rescr. c. si motu. & c. non potest. de præb. in 6. nam qui habet vnum beneficium, non est ad aliud idoneus. c. is cui. de præb. in 6. Pan. in c. super inordinata. illo tit. etiam si eo fuerit spoliatus, cum in eo ius adhuc habeat, debet facere mentionẽ illius. Pan. in c. cum teneamur. de præb. nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur. l. qui actionẽ. ff. de reg. iur. plenè Fel. in c. postulasti. col. pe. de rescr. Sicut rex per suam ordinationem reuocat secundũ donum, si in eo non fiat mentio de primo, quæ ordinatio regia est registrata in camera computo. lib. C. fo. 179.

[Clericus tamẽ de suo titulo, vel patrimonio, nõ tenetur mẽtionẽ facere. teste Bal. in c. cũ adeo. nu. 8. de rescr. & doct. in c. postulasti. ibidẽ, nec de stipẽdio quod ex ecclesia habet, quia nõ est beneficiũ ecclesiasticũ, sed est prophanũ. l. Aquilius regulus. de don. ff. Bald. in c. super literis. col. pe. nu. 31. de rescr.

Septimò, qualitas beneficij exprimi debet videlicet an sit dignitas. c. ad aures. de rescr. vbi plenè Fel. & in reg. cancel. 63. in nominationibus. dixi in tract. nom. q. 9. an sit qualitas beneficij exprimẽda, vbi cõcludo qualitatẽ tã beneficij habiti, quàm habendi exprimendã esse, & hoc est de stylo curię Romanæ. Et seruatur, vt tradunt doct. in cle. 1. de præb.

Octauò, valor est exprimendus. d. c. ad aures. gl. not. in cle. 1. de præb. Galli tamen habent suam expressionem ex consuetudine. de qua dixi in §. fi. supra de mand. apost.

Beneficium manuale ꝙ quis obtinet. Nonò, etiam beneficiũ manuale, ꝙ quis obtinet debet exprimi. Cald. cons. 9. tit. de rescr. & cons. 6. & 30. de præb. de Ripa in c. ad aures. nu. 65. de rescript. quia de beneficio quocunque, quod datur in titulũ, debet fieri mentio. nec ius distinguit, an sit tẽporale, an perpetuum, secus si non detur in titulũ, vt vicaria temporalis. c. postulasti. de rescr. gl. & doct. in c. si pauper. de præb. in 6. & manuale potest esse perpetuum, ideo pro perpetuo habetur gl. in c. si gratiosę. de rescr. in 6. per l. sufficit. ff. de condictio. indeb.

Decimo, de pensione à Romano pontifice in titulum constituta. c. ad audientiam. 2. de rescr. reg. cancel. 61. vbi gl. in fi. Item de præstimoniis. Oldr. cons. 81. quod processus. & Cald. dicto cons. 6. de præb. intellige vt per Dom. cons. 89. vacante. & per ea quæ dixi in tract. de pacif. possess. in 17. & 28. amplia.

beneficium in commendã datũ est exprimendum. Vndecimò, de beneficio dato in cõmendã. gl. in c. nemo deinceps. de elec. in 6. Cald. in iã dicto. ti. de præb. cons. 6. quia dicitur beneficiatus, qui illud habet. & commenda dicitur canonicus titulus. c. dudũ 2. de elect. dixi in tract. de pacifi. poss. amplia. 5.

Duodecimò, de iure ad rẽ, hoc est de alio mãdato ꝙ habet, debet facere mẽtionem tex. & ibi plenè doct. in c. in nostra. de rescr. siue impetrentur mãdata eodem tẽpore, siue diuerso. c. ex tenore. de rescr. Dec. in c. cum teneamur. de præb. quia Papa non intendit per suas literas iuri alteri quæsito (nisi hoc exprimat in literis) præiudicare, siue sit præiudiciũ extinctiuum, siue dilatiuũ c. q. ãuis. & c. si propter. de rescr. in 6. c. si super. & c. statuimus. de offi. deleg. eo. lib. declara. vt in gl. expectat. sup. eo. dixi. [Vt valeat secũdum, per illud verbũ, & hoc pro expressis, secus si

secus si per resignationem. Cassado. decis. 16. vnus familiaris. rub. de præb.]

Decimotertiò, quod is qui possidebat beneficium, cuius morte vacauit, erat familiaris Papæ, vel alicuius cardinalis, Rota decisione 721. nota quod dominus in antiq. & regul. cancel. 30. non tenetur tamen Papa mandans conferri, facere mentionem de titulo collatoris. Barb. in cap. Raynaldus. col. 39. de testa. allegat c. dilectus. de præb.

Curæ debet fieri mẽtio. Decimoquartò, de cura animarũ mentionem facere debet, quia maior idoneitas in illis requiritur. c. cũ in illis. in prin. de præb. in 6. etiã in impetratione facta causa permutationis, cum sit eadẽ ratio. sic consuluit Ægid. de bella mera, cons. 32. pro introductione. col. pen. vers. nunc venio &c. vbi etiam dicit quid in curato beneficio quod regitur per vicariũ, an debeat exprimi, quod non. ibidem vide. & in cle. 1. de præb. vbi dicitur non sufficere sic exprimere, cura animarũ non negligatur, vel facere mentionẽ in literis executorialibus, vel in verbis executiuis, quando verò est cura annexa beneficio simplici, non requiritur expressio. c. super eo. de præb. in 6.

Decimoquintò, debet fieri mentio de numero canonicorum quando vult recipi vltra numerum, & sub expectatione primæ præbendæ, quia in dubio non intelligitur summus pontifex velle derogare numero. c. constitutus. de rescr. & an canonici possint derogare. vide Fel. in c. cum accessissent. co. 5. nu. 11. cum seq. de consti.

[Item mentio debet fieri canonicatus & præbendæ. c. cum adeo. de rescr. sufficit tamen exprimere se habere prębendam, licet mentionem non faciat canonicatus, sed non econtrario, cum canonicatus sine prębenda esse possit. c. cũ M. de constit. Rota. decis. 2. vtrũ. rub. de præb. Fel. & doct. in 3. no. in d. c. cũ adeo. tutius est tamen vtrumque exprimere. Io. de Selua in tract. de benefi. in 3 parte. q. 11. nu. 57.]

De indulto vt nullꝰ beneficia suæ collationis conferat. Decimosextò, debet exprimi si quod indultum habeat episcopus, quod nullus etiam legatus possit beneficia ad suam collationem pertinentia cõferre, alioqui mandatum non valebit. c. cum aliquibus. & ibi not. doct. de rescr. in 6. ideo infra exprimitur, & hoc est notandum propter cardinales Franciæ, qui ista habent indulta. de quibus vide Soci. consi. 260. in causa. vol. 2. solent tamen indulta excipere, nisi causa resignationis, nam tunc Papa sibi reseruat, & sic non erit opus expressione in ea: aliàs sic & per ista indulta Papa non debet se ligare.

Decimoseptimò, de possessione alterius colorata. c. cũ nostris. de conces. præb. vide regu. cancel. 32. Fel. in c. ex tenore. col. 5 vers. limita. 6. de rescr. vbi dicit quod in omni impetratione debet fieri mẽtio de alterius possessione, per tex. in c. 2. de decimis. in 6.

De collatione vel de electione an sit faciẽda mentio. Decimooctauò, de collatione alteri facta, licet nõ fuerit per eum cui facta extitit, acceptata. gl. in c. gratia. in verbo, ignoranti. de rescr. in 6. Item de electione est facienda mẽtio, quia per eã ius quæritur in re. c. quãto 63. dist. & ibi gl. Pã. in c. nosti. & ca. trãsmissam. de elect. c. quam sit. & ibi Domi. illo ti. in 6. c. fi. vbi gl. & doct. de conces. præb. illo lib. & sufficit per æquipollens exprimere. Bal. cons. 209. casus talis. vol. 1. De præparamentis tamẽ, vtpotè quia vocati sunt canonici ad eligendum, non est facienda mentio. gl. in §. visum, in verbo, nõ valeant. de coll. in prag. quia res tunc dicitur integra: tex. in c. vbi. §. si verò. de elect. in 6. Item oportet confirmationem exprimere. Nicol. de milis, in verbo, gratia. q. 105. & seq. de postulatione secus, quia non quæritur per eã ius in re cũ postulãtes possint variare ante præsentationem Papæ factam. c. bonæ. 2. & ibi Pan. in 3. no. de postul. prǽl. intellige vt dicitur ibi, notab. 10. Idẽ in præsentatione, vt requiratur expressio illius, quia per eam ius acquiritur, nec potest variare clericus. Pan. in c. quod autem. de iure patr. Card. in cle. fi. in prin. oppo. 1. de suppl. neglig. prǽl. Fel. in c. cum Bertholdus. col. 2. de re iudi. Rochus in tract. iuris patro. in verbo, honorificũ. q. 9. Secus in laico. Pan. in c. 1. & 2. & c. nobis. de iure patr.

Decimononò, oportet exprimere, si beneficium sit solitum regi per seculares, quãdo regularis impetrat, vel per regulares quando secularis impetrat. c. cum de beneficio. de præb. in 6. reg. cãcel. 41. alioqui mãdatario seculari non debetur beneficiũ regi per regulares consuetũ, nisi vt ibidẽ declaratur. & abũdè scripsi in §. volumꝰ. in ver. regularia. sup. de coll.

Vnio an sit exprimenda. Vigesimò, in impetratione debet fieri mentio de vnione nũc facta per episcopum, Rota decisio. 160. & decis. 253. in antiq. Cal. cons. vl. sub tit. de reb. eccl. non alie. quia non est verisimile, quod Papa velit tollere istam vnionẽ, nisi expressè dicat. not. in cle. fi. de reb. eccl. non alie. vbi Card. dicit esse verum, quando vnio facta erat ante Papæ dispositionẽ, alioqui contra: vel nisi esset clausula motus proprij cũ clausula generali non obstantibus quibuscunque, per quæ gratia nostra impediri posset. Fel. in c. ad aures. col. 5. nu. 8. vers. tertius casus. de rescr. & c. postulasti. col. 7. vers. potest etiam inferri, ibidem. & tunc etiã Papa non tolleret vnionem iure factam, vt not. in cle. vlt. de reb. eccl. non alie. vel si quis impetrat beneficiũ, quod dicit accessoriũ, & sit principale, nõ valebit impetratio. Anch. in reg. accessoriũ, de reg. iur. in 6. refert Dec. in c. præterea. col. pen. de offi. deleg.

Diœcesis est exprimenda. Vigesimoprimò, exprimi debet diœcesis, cuius est impetrans, quãdo est alterius diœcesis, & regni, quia in dubio oriundo potius intendit prouidere Papa, quàm extero. c. neminem. 70. dist. l. in ecclesiis. de episc. & cleri. gl. sing. in c. si proponente. de rescript. reg. cancella. 19. vbi prohibet conferri beneficium non intelligenti, vel non loquenti idiomate patriæ, dixi in tractat. nomi. q. 15. & debet exprimi ecclesia cathedralis. c. quamuis. 1. de præb. in 6. Fallit in septem casibus traditis per Fel. in d. c. in nostra. correla. 9.

Residentia an exprimi debeat. Vigesimosecundò, de residentia, ad quam quis tenetur ex statuto, vel consuetudine ecclesię, debet quis facere mentionem. nota. in cap cum omnes. de constitutio. & c. fi. de cler. non residen. quia eam potest Papa probabiliter ignorare. ca. 1. de constit. in 6. secus si beneficium non requirat aliam residentiam, quàm de iure, secũdum quod omne beneficium requirit residentiam. c. ad hæc. de præb. Et istud scit Papa, quia omnia iura habet in scrinio pectoris. dict. c. 1. Idem in imperatore dicitur in l. omniũ. C. de testa. Et hoc propter sapientes quos habet assiduè, nisi quando

quando vadit venatũ, tunc non semper habet princeps sapientes. Feli. in d. c. in nostra correla. 4. nu. 14. Nam sapientes iurisconsulti delectantur in venatione pontificum, & imperatorum, non regum, vel ferarum, seu auium, cum ludere nesciant, nec venari, nisi in legibus imperatorum.

Nota de venatione iurisperitorũ.

[Et quandoque Papa obliuiscitur eius quod fecit. c. ex parte. 1. de offi. deleg. quia homo est, & sæpe patitur lethargum, vtor verbis Bal. in c. cum adeo. col. 1. de rescr. vnde si Papa contulerit beneficium curatum cum clausula residentiæ & promotionis ad ordines, poterit adhuc episcopus dispẽsare, tum quod tacite hoc inerat, & illa expressio nihil operatur. l. 3. ff. de leg. 1. c. 2. de elec. in 6. tum quia rescriptũ Papæ non derogat priuilegio episcopi. c. veniens. de rescr. hoc docet nominatim Archid. in c. licet canon. de elect. vt refert Bal. in c. cum ordinem. col. 3. nu. 10. de rescr. & sic episcopus dispensabit, prout à iure sibi permittitur. & in scholastico ad septenniũ. c. cum ex eo. de elect. in 6.]

Vigesimotertiò, exprimitur quòd est beneficiũ, vel dignitas electiua, quæ non comprehenditur sub aliis, cle. 1. & ibi gl. de præb. & ideo hic ad maiorem expressionem dicit, dummodo non sit dignitas electiua, vt dico infra in eodem verbo.

Vigesimoquartò, ꝙ beneficium est sacerdotale, & hoc quando de iure annexio ordinis facta est respectu aptitudinis, tunc sufficit, ꝙ habens tale beneficium intra annũ ordines sumat. c. si pro clericis. de præb. in 6. c. 1. de ętá. & quali. vbi doct. Si verò annexio ordinis requiratur in actu, vt quia statutũ dicit, ꝙ non conferatur, nisi existẽti in sacerdotio, vel cõferatur sacerdoti, tũc est facienda mentio, & nõ poterit episcopus non sacerdoti cõferre. Car. & alij in cle. vt hi qui. §. illi verò de æta. & quali. nisi de consensu patroni. Feli. in c. cũ accessissent. nu. 19. & seq. de constit. Barb. cons. 33. scripsit in fi. vol. 2. gl. & doc. in c. nemo. de ele. in 6. & c. ei cui. de pręb. illo lib. c. 2. de instit. ibidẽ. Pan. & Dec. in c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. & Dec. in c. ad aures. col. 3. de rescr.

[Idem dicerẽ in nobilitate, vt quãdo ex statuto, vel fundatione beneficia nobilibus debentur, tunc si ignobilis ea impetret, de hoc debet fieri mentio, quia Papa contra fundationem & statuta nõ venisset, nec concesisset si sciuisset. c. cum M. de constit. doct. in c. cum venerabilis. de pręb. alias non fiet nobilitatis mentio. doct. in c. ad aures. de rescript.

Vigesimoquintò, de patronatu laicorũ, quia Ro. pontifex, cum mandat prouideri de beneficio, non intelligit de beneficio spectante ad pręsentationem laicorũ prouidere, ne retrahantur à fundatione ecclesiarum. c. decernimus. 16. q. 7. gl. & doct. in cap. 2. de præb. in 6. Card. consil. 69. vacante. dixi in tract. nomi. q. 8. Et cum hæc ratio esset in iure patronatus ecclesiastico, Papa potest cõferre nõ facta eius mẽtione, etiam quia non inuenitur à iure expressum, ꝙ exprimatur. & pro quo est text. in c. dilectus. de offi. lega. & nuncupatim. Ioan. de Selua in tract. de beneficio in 3. parte. q. xj. nu. 29. vers. fallit tertio. hoc tradit. Et in Francia consuetudinaria non solet etiam mentione expressè facta Papa iuri patronus laicorũ derogare. & an illa consuetudo valeat tradit Collecta. in c. ex tenore. col. 1. de concesio. præb.

Iuri patronatus laicorũ in Francia Papa nõ derogat.

Si tamen requisitus fuerit patronus ecclesiasticus à mandatario, & distulerit præsentare, non tamen poterit illi nocere. nec Papa præuenire, aliàs fieret fraus per patronum, & per alia quæ dixi in tract. de pacifi. poss. in fi.

Vigesimosextò, ꝙ est hospitale debet exprimi. cle. 2. de præb. multa dixi in tract. nomi. q. 15. intellige vt ibi, & per Nic. Milium, verbo, gratia. q. 17.

Hospitale exprimendum.

Vigesimoseptimò, debet exprimi, ꝙ beneficium est monoculũ. gl. in cle. 1. in verbo, incerta. de præb. Arch. & Perus. in c. si pro clericis. col. 1. illo ti. in 6. quia ipsos collatores hoc vnico lumine priuare nolumus, dicit tex. in l. illicitas. §. illicita, vers. ne tenuis. ff. de offi. præsi. nec in mandatis comprehenduntur, sicut nec in nominationibus, vt dixi in trac. nomi. q. 15. nu. 41.

Monoculũ beneficium exprimi debet.

Bertrand. in cons. 194. concessum in 3. vol. secundum nouam impresionem. vbi dicit fortius, quod nõ comprehenditur, etiam si ille haberet plura alia beneficia, quæ conferret cum capitulo, vel aliis, & vnum cuius haberet plenam dispositionem, quia illud non tenebitur in vim mandati, vel nominationũ conferre, cum in eo sit monoculus, secus in aliis.

Vigesimooctauò, debet exprimere, ꝙ beneficiũ est litigiosum cũ ipso impetrante, secus cum aliis, si non cedat in pręiudiciũ illorum. Milius in repert. in verbo, gratia. q. 67. & seq. Feli. in d. c. in nostra correla. 15. Et sic si tantũ habuerit recredentiã, vel nõ habuerit, debet hoc etiã exprimere, & etiã de lite pendente super beneficio debet fieri mẽtio. plenè Feli. in c. cæterũ. col. 1. de rescr. alioqui os ꝙ mẽtitur occidit gratiã. Bal. in c. ex insinuatione. col. 1. de rescri.

Litigiosum beneficium exprimatur.

Vigesimononò, exprimi debet ecclesia principalis, vt si multa sint beneficia in ecclesia collegiata, & mãdetur prouideri in illa, nõ cõprehẽderetur prioratus illius ecclesiæ, quia esset prouidere de ecclesia, & nõ in ecclesia, & in mãdato hoc nõ fuit dictũ. c. fi. de præb. nisi ex generalitate verborũ aliud appareret. Imol. in cle. vna. col. 2. nu. 6. de suppl. negli. prael. & ideo in his mandatis cõtineretur, vbi mandatur prouideri de dignitate vestræ vel alterius ecclesiæ, & non in ecclesia, vt hac in forma patet, si non esset prioratus electiuus. In quo seruaretur forma. c. quia ꝓpter de ele q̃ de illis est speciatim prouisũ in rub. de re. iur. ad pręl. nomina. faciẽ. §. monasteriis, quando habẽt qualificationẽ ibidem positam, vt ibi dixi.

Ecclesia principalis an sit exprimenda.

Item exprimi debet ætas impetrantis, quia difficilior redditur Papa ad prouidendum iuniorib. quàm aliis. doct. in c. super inordinata. de præb. Et ista, quæ difficiliorẽ eum reddũt, exprimi debent. c. postulasti. de rescr. Aliàs impetratio beneficij à minore facta est surreptitia, nisi fortè fuerit in bulla, seu circa, quæ dictio modicum tempus significat, quod gl. ad sex menses extendit in c. attestationes. de desponsatione impuberum, & hoc iudicis arbitrio relinquitur, vt non arbitretur extendi vltra sex menses, vt scripsi in l. cæterorũ. in fi. ff. de verb. sign.

Aetas impetrantis solet exprimi.

Trigesimò, nomen sancti, aut patroni, in cuius honorẽ est fundata ecclesia, vt in ecclesia sanctę Genouefæ, debet exprimi, quãdo nõ est cathedralis. si verò sit cathedralis, nõ. vt in ecclesia Parisiẽ, Bituricẽ. Card.

Nomẽ sancti quando sit exprimendum.

ricē. Card. in c. cum secundū. not. 19. de præb. Et iste est stilus curiæ Romanæ, teste gl. in c. quamuis. 1. de præb. in 6. Lappus allega. 16. an valeat. Fel. in c. cum accessissent. col. 1. de constit. Fallit ex causa resignationis, quia sunt fauorabiles, & adiuuandæ. vt notat Cassado. in decis. 13. de præb. tutius esset exprimere etiam in hoc casu, nisi ecclesia inferior sit principalis, & maior in illo loco, tunc non est necesse exprimere nomen sancti, vt in ecclesia Issoulduni.

Clausula vt verior expressio fiat. Vel si exprimeretur in signatura ꝙ maior expressio possit fieri etiam in nomine sancti, nisi dolo illa clausula fuerit apposita, vtpote, Papa noluit recipere resignationē beneficij sancti Io. nunc quidā impetrat beneficiū sancti Petri, apponens maiorē expressionē posse in bullis fieri, vult in bullis extēdere ad beneficium sancti Ioannis, quod Papa recusaret cōferre, an possit? dicerē ꝙ non, tum quia malitiis hominū est obuiandū. c. sedes. de rescr. & dolus nemini prodesse debet. etiā quia intētio summi pōtificis non est, vt voluerit cōferre illud, quod iā recusauit, & vltra intentionem Papæ non potest extendi signatura. c. ad aures. c. mādatū. de rescr. c. cū in illis. de præb. in 6. nec præsumitur variare Papa. in cle. vna. de renun. sed præsumitur circunuentus. c. cum olim. de re iud. & ita iudicauit senatus Paris. super prioratu S. Martini de campis. Si tamen nomē sancti exprimeretur, etiā in ecclesia cathedrali, non vitiaretur impetratio. Domi. & Perus. in d. c. quāuis. Fel. in c. significante. col. 2. de rescr. Et ita expressim fuit decisum in Rota, vt refert Cassad. in decis. 13. rubr. de præb. licet Io. Fab. contra. teneat in §. sed quotiens. instit. de iure natura. & vide alia in d. c. in nostra. & per Io. de Selua. in tract. de benefi. in 3. parte. q. 1. & seq.

Et generaliter alia debent exprimi, per quæ redderetur concedēs difficilior ad cōcedendū. c. postulasti. de rescr. Et an Papa scribendo pro indigno videatur dispensare, no. in l. quidā. ff. de re iudi. & Fel. in c. si quando. col. 4. versi. stat difficultas. de rescr. dixi in gl. date. §. 1. supra tit. proximo.

Quæ sunt vltra ius exprimenda. Notandum est tamen, ꝙ omnia quæ in iure reperiuntur debere exprimi, necessario exprimenda, sunt, etiā si concedens nō redderetur difficilior ad cōcedendum, vel denegandū, alioqui talis taciturnitas vitiat literas, arg. l. prospexit. ff. qui & à quib. vbi dicitur ꝙ lex, licet sit dura, tamen est seruanda. ita in propriis terminis tenet Dom. in c. dudum. col. pen. de præb. in 6. per text. in c. si motu. illo tit. Fel. in c. super literis. col. 5. & d. c. in nostra. de rescr.

Si verò à iure non est statutum, vt illa qualitas exprimatur, tunc debemus videre an concedens non ita concessisset, vel non de leui, si illa qualitas esset expressa, & tunc non valebit impetratio. c. super literis. & c. postulasti. de rescr. & ibi Feli. col. 4. Nicol. Milius, in verbo, gratia. q. 63. Panor. in c. constitutus. col. 1. de religio. domi. Si verò concessisset tunc valet rescriptum. text. elegans in c. dudum. versi. considerantes. de præb. in 6.

[Vel si facilius concessisset, si verum expressum fuisset, vtpote si in impetratione beneficium expressit esse curatum, & erat simplex, vel dignitatem, & erat officium. tunc gratia erit valida, vt asserit Panor. in dicto c. super literis. col. 5. quem alij sequuntur.]

Quæ sint qualitates quæ reddūt difficiliorē cocedentē. Et postquam omnes aliæ qualitates quę reddunt concedentem difficiliorem, nō sunt à iure expressæ, arbitrio iudicis relinquuntur. arg. c. de causis. de offi. deleg. gl. in c. statutum. §. proferendo. de rescr. lib. 6. l. 1. ff. de iure delib. Lappus alleg. 89. factū super quo. vers. item est sciendum. vbi dicit esse recurrendum ad coniecturas, maximè duas, videlicet ad cōsuetudinem concedentis, si aliàs noluerit concedere in simili casu, vel cum summa difficultate concessit. Nā consuetudo patrisfamiliàs inspici debet. l. vel vniuersorum. ff. de pign. actio. l. si seruus plurium. §. fi. de legat. 1. Item inspici debet stilus illius concedentis. Nam si de stilo curiæ Romanæ erat, vt nobilitas exprimeretur, exprimenda erit, licet de iure non sit exprimenda. not. in c. ad aures. & c. in nostra. de rescript. Felin. & doct. in c. super literis. col. 5. ibidem. quia stilus habetur pro iure c. ex literis. de consti. c. quàm graui. de crimine falsi.

Aduertendum est, quanuis sit differentia inter gratias ad vacatura beneficia, & ad vacantia. c. si super gratia. de offi. delegat. in 6. gl. & doct. in c. eum qui. & c. si cui de præb. eo. lib. tamen quantum ad expressionem non sit à iure differentia, quia eadem *Eadem expressio fit in mādatis quæ in aliis impetrationibus.* expressio penè in mandatis & rescriptis ad vacatura fit, quæ in impetrationibus vacantium beneficiorū. Ita tenet expressè. Io. Andr. Dominic. & alij in c. nō potest. in fi. de præb. in 6. vbi ibidē etiā dicunt in dispensationibus, quod etiā sequitur Fel. in d. c. in nostra. correl. 8. de rescr. Istæ tamen expressiones non fiunt coram ordinario, sed tantum debent fieri coram Papa, & legato de latere. cle. 2. de offi. ordi. & ibi plenè Card. vbi dicit non esse faciendam mentionem, nisi quando illa taciturnitas redderet collationem nullam, & nisi quatenus esset à iure expressum. Feli. in d. c. ad aures. 14. conclu.

Subreptio ipso iure vitiat. Et in priuilegiis subreptionem ipse iure vitiare, sicut in beneficialibus docet Pan. in c. quod super his. de fide instr. & in omnibus literis gratiosis consuluit Bertr. cons. 327. subreptio. in 2. vol. ex antiqua impressione. [abundè scripsi in praxi beneficiali, in illa quæst. quæ differentiæ sint inter literas gratiæ & iustitiæ, & subreptionem vitiare etiam in officiis secularibus concludit Francisc. Marc. decis. 63. in 1. parte. in decis. delphi.]

Tamen fallit in nominationibus, vbi etiam exprimi debet verus valor. vt supra. de collatio. dixi in §. volumus. & non solùm verus valor beneficiorum in illis est exprimendus, sed etiam an sit dignitas, & qualitas beneficij, ac ipsa beneficia, & illorum numerus quæ nominatus possidet, & alia quæ abundè scripsi in tract. nominationū, q. 9. idem in dispensationibus etiam ab ordinario concessis Domi. & Perus. in c. non potest. de præb. in 6.

Ignorantia quando vitiet impetrationem. Limita tamen supradicta, quando ratione ignorantiæ impetrans non expressisset, quia tunc (si poterat gratia ad ius cōmune reduci) nō vitiabitur impetratio. c. gratia & ibi omnes doct. de rescr. in 6. Pan. & alij in c. super literis. de rescr. Io de Selua, in tract. de beneficio. in 3. parte. q. 12. in 17. qualitate. nu. 29. Si verò gratia nō poterat ad ius cōmune reduci, non ex

non excusat impetrãtem.c.constitutus.de rescr. vbi ignorantia numeri canonicorum non excusat impetrantem, quia gratia non potest esse valida secundum ius commune, quod vult, vt non rumpatur numerus statutus in ecclesia. ca. cum omnes. & c. cum M.de constit.plenè Fel. in c.super literis. col.3. cum seq.versi.2.conclu.de rescr.

Vel potest dici, quia hæc ignorantia non excusat, si iam beneficium erat acquisitum, vt si non exprimat illud, quòd valeat impetratio, sed in beneficio nondũ acceptato, ignorantia excusat. vt d.c.gratia. quia non potest quid imputari illi ignoranti etiam ratione doli vitandi, nam posset collator alicui agẽti Romæ conferre modicum beneficium, vt impediret collationem Papæ, & ne iste impetraret aliquod beneficiũ, ob id fortè & aliis rationibus est statutum.in d.c.gratia.vt valeat impetratio. Nota bene quia super hoc, multi multa loquuntur.

Et hæc ignorantia iuramẽto probari poterit.tex. in c. nulli. & c. vt circa. in fi. de elect.in 6.& gl.in c. præsumitur.de reg.iur.illo lib. Dec. & alij in c. cognoscentes.de constit.Fallit quando esset verisimile quòd habuisset notitiã, & tamen non expresit. nã tunc iuramento non probaretur.Rom. cons.481. præsentis dubitationis.vbi plenè scribit, ibi vide.

Item fallit quando in supplicatione apposita esset ista clausula, quòd maior expresio in cõfectione literarũ fieri posit, tunc vera qualitas potest exprimi, sed nõ omnes simul ex stilo curiæ Romanæ. Ita tenet gl.in reg. cãcel. 63. Nec alia nõ expressa in signatura, quæ nõ possunt ex verbis expresis elici, etsi de hac expresione exactius atque ad stomachũ consequi velis. lege Io.de Selua.d.q.11.atq; vt semel omnia apprehendas.Fel.in d.c. in nostra. & quis teneatur ꝓbare literas esse subreptitias, an proponẽs, vel is qui eas impetrauit.vide Cald.cons.10.A.possidet.rub.de proba.plenè scripsi in praxi beneficiali.

a Motu ꝓprio.) Hæc clausula nõ operatur nisi in

habentes, motu proprio[a]

his quæ in iure expressa sunt.Card. in cle. si Romanus.de præb.q.3.vbi dicit quòd motus proprius Papæ est optimus artifex, omnem habens virtutem. sequitur Perus.in c.si pluribus.no.2. de præb.in 6.& sicut papauer teste Diosco, & Plinio, gignit somnũ, & quietem, ita & hæc clausula habenti eam: & non posset esse maioris importantiæ & vtilitatis, teste Franeisc. Cremens. sing. 135. & imperator vocat spontaneum motum.in l.3. C. de legib. Videndum est igitur quæ à iure expressa sunt.

Notandũ est quòd hæc clausula operabitur suos effectus, etiam si concesio emanauerit ad supplicationẽ alicuius, vt si dicatur, talis nobis supplicuit, vt consideremus, & mandatũ, vel tale beneficium, cui illud etiam motu proprio concedimus. sing. est verbum Bal.in c.nisi.col.1. de offi.lega. Sequitur D. Petrus Parisius, in c. accedentes. col. vlt. nu.25. de præscr.& hoc innuit verbum sequens, non ad ipsius, &c. Sic consuluit Dec.cons.51.& pro tenui. col.2. & cons.602.viso puncto.col.1.

Et quando est clausula motu proprio, nõ admittitur pars ad probandũ contrariũ, quia esset arguere principem & concedentem de mendacio.doct.in d. c.si motu.Bertr.in cõs.35.visis.in 1.vol.secundũ nouã impresionem, & cons.202.col.pen.ibidem.

Primus effectus huius clausulæ motu proprio, est, q̃ licet literæ ad beneficia strictè debeant intelligi.c. quamuis.1.de præb.in 6.tamẽ si motu proprio fuerint concessæ, ampliãt gratiã, & extendũt. Albe. in l.beneficium, col 2.ff.de constit.princ. refert Fel. in c.causam.col.7.vers.tertia declaratio. ibi, limita. de rescr.col.10.ac in c.constitutus.col.3.ibidem. per c.si pluribus.& ibi est gl.de præb.in 6. *Plures effectus motus proprij.1. ampliat gratiam.*

Secundus effectus est, quia collatio beneficij viuentis facta motu proprio, non reddit infamem eum, cui est facta, nec aliis pœnis afficit. gl. in reg. cancel.20. licet secus esset, si ad petitionem fieret. c.audiuimus.3.q.2. doct.in c. 1. & c. cum nostris. de concess. præb quia non est in culpa, cum non procurauerit, & sine culpa non debet puniri. reg. sine culpa.de reg.iur. in 6. & plenius quàm alibi de impetratione beneficij viuentis, vide per Io.Dayma in procemio supra.in verbo adiunctum, vbi vsque. ad satietatem videbis, hoc tamen dimisit. *Benefi ij viuẽtis facta collatio motu proprio quid operetur.*

Sed nõ Bertrandus cons.19.ex themate.col.1.in 2. vol.ex noua edit.sed alia magis respõdentia ad praxim quotidianam, scripsi in mea praxi beneficial.

Tertius effectus, decretum motu proprio interpositum ex falsa causa, non est nullum ipso iure. secus quando ad petitionem.Bar.in l. tutor si petitus. col.1.ff.de tutor.& curato.dat.ab his. Curt. in l 3. in princ.ff.quod quisque iur. per l. si vt proponis.C. de confirm.tut.facit.c.susceptum.de rescr. in 6.gl.in §. reseruationes.in verbo, nullæ.de colla.in prag. vide quæ dico infra de conclusio. Lateran. concilij, in verbo, decretis.in 2.q. *Decretum motu proprio interpositum nõ est nullum.*

Quartus est, dispensationes factæ motu proprio, latè interpretari debent.Io.And. Pan.& alij in c. cũ in cunctis.§.cum verò.col.vlt.de elect.Philip.Perus. in c.si pluribus.col.1.de præb.in 6.licet aliàs contrà. c.1. de filiis. presb. eo. lib. cum aliis quæ allegaui in verbo, dispensationum supra eodem. *Dispẽsationes quando latè interpretari debeant.*

Quintus, inquisitio sine fama præcedente valet, quando fit motu proprio principis.gl.sing.in c. 2.in verbo, fuerat.de accus. quam sequitur Hippo. sing. 14.ad hoc.& in pract.in verbo, constante. nu. 22. & cons.78.nu.10.Ang.in tract.malefi.in gl.fama.in addi.incip.principe.licet aliàs regulariter contra, quãdo ad petitionem.c.qualiter.de accus. *Inquisitio an valeat sine fama.*

Sextus, quando aliquid fit motu proprio, nõ requiritur citatio partis, quæ aliàs requiritur, quando ad partis petitionẽ iudex procedit. Bald. in l. quod fauore.col.1.C.de legib. Francisqui. in d. l. 3. quod est verum si non lædatur pars, alioqui contra.l. de vno.ff.de re iudi. *Citatio partis quando omitti potest.*

Septimum, mandatum ad beneficia proprio motu concessum extenditur etiam ad præbendas. c. si pluribus.de præb.in 6.Io.de Selua in tract. de beneficio.in 1.parte.q.3.nu.4.limita.5. etiam cathedralis ecclesiæ. Perus.in c.quamuis.1.§.quanquã. de præb. in 6. licet in materia stricta appellatione beneficij non veniat præbenda. c.2.de præbẽ. in 6. Vide quæ dico in tract.nomi.q.9.nu.5. *Beneficium an comprehẽdat præbendas.*

Et quanuis tex.in d.c. si pluribus, loquatur in di-

gnitatibus & præbendis, tamen habebit locũ etiam in personatibus & officiis, & etiam in aliis beneficiis, tum quòd sit eadẽ ratio in ipsis, tũ quòd appellatione dignitatis largè venit personatus. teste Domi. in c. 1. de consue. in 6. Et Io. Staphil. in trac. de literis gratiæ. fol. 57. vers. ex quibus infero.

Arrestum.

Quando de lite sit faciẽda mẽtio in rescripto.

Octauus est, rescriptũ vel priuilegiũ concessum motu proprio valet, & extenditur ad litẽ pendentẽ, licet nõ fuerit facta mentio litis. gl. sing. in l. qui autẽ. in prin. ff. si quis caut. & ibi doct. Et sic fuit prolatũ arrestũ, vt refert Aufrer. in stilo parlamenti. in 4. parte, arresto. 83. cõtra Ioã. de Nulli procuratorẽ regium Matiscon. opponentẽ contra impetrantẽ suũ officiũ, eo quòd nõ fecerat mentionẽ de lite pẽdente in parlamẽto. Itẽ priuilegiũ motu proprio cõcessum, vt omnes debitores eũtes ad exercitũ habeant dilationẽ duorũ annorũ ad soluendũ, proderit etiã debitoribus, qui iã erãt in causa conuenti, licet non fuerit facta mentio litis, vt tenet Iacobi. in d. l. qui autem. vide Pan. & alios in c. causam. 2. de testi.

Prorogatio triũ mẽsiũ ad cõsecrãdũ quando valeat.

Nonus, est intra tres menses quis debet petere consecrationẽ & cõfirmationẽ, aliàs lapso illo tempore perdit beneficia. c. cum in cunctis. §. cum verò. de elect. c. quàm sit, illo tit. in 6. Si tamen fuerit prorogatum tempus per Papam proprio motu non vacant beneficia quæ prius habebat: secus si ad supplicationem. Domi. de Rota decisi. 576. vtrum episcopus. in antiq. per notata in d. §. cum verò.

Decimus, motus proprius validat gratiã, in qua non fit mẽtio, quod ecclesia fuerat grauata per eundem Papam. Anch. consil. 138. de natura. col. 1. vide Perus. in c. quamuis. 1. in gl. 1. de præb.

Reconuentio quando fieri nõ possit.

Vndecimus, quãdo iudex delegatus datur alicui motu proprio, nõ habet locũ recõuentio, quia dicitur quædam retorcutio, quæ non procedit, quando motu proprio conceditur priuilegiũ. l. pen. cũ auth. ibidẽ posita. C. de sent. & interlocuto. omn. iudi. Ias. in d. l. 3. per illum tex. ff. ꝙ quisque iuris. dic tamen vt ibidem per doc. istum effectum non firmantes.

Si tamen modus procedendi in causa conuentionis daretur motu proprio, tollendo substantialia, nõ deberet idem modus seruari in causa reconuentionis. Secus si ad partis instantiam. Pan. & alij in c. fi. de mutuis petit. per gl. in cle. sæpe. in verbo, si quid petere voluit. de verb. sign.

Pinguius beneficium acceptare mandatarius an possit.

Duodecimus, mãdatarius habens mandatũ motu proprio concessum potest beneficium pinguius acceptare, si duo vno momento vacent. tex. sing. & ibi, multa dixi in c. si pluribus. de præb. in 6. [Cõtrariũ consului in nominatis à rege consiliariis, quibus si fuerit collatum beneficium vsque ad ducentas libras, illud recusare non possunt, quia illis est præstituta summa certa, non autem mandatariis.]

Defectum personæ tollit motus proprius.

Decimustertius, tollit defectũ personæ. Angel. in l. imperialis. §. similes. C. de nupt. per illum tex. quẽ legit cum auth. quod eis, & quomodo procedat tradit Alex. in l. quidam. ff. de re iud. & infra dico.

Decimusquartus, in gratia concessa motu proprio non est necesse exprimere valorem beneficij. reg. cancel. 61. Fel. & alij in c. ad aures. de rescr. licet ibidem Pan. teneat contra, tamen contra Pan. est communis opinio.

Motus proprius habet vim clausulæ non obstan.

Decimusquintus, habet vim clausulæ nõ obstan. in rescriptis, quę sunt contra ius. Bald. in l. omnes. C. quadr. pręscr. Fel. in c. nõnulli. in prin. co. 15. vers. Fallit tertio. de rescr. dicit hoc verũ esse, quãdo erat ꝓhibita impetratio, quia tũc valebit si motu proprio concedatur. l. 1. C. de petitio. bono. sublat. lib. 10. secus quando concessio non valebat, tunc motus proprius non faciet valere rescriptũ secundum eum.

Rescriptũ cõtra leges motu proprio concessum valet.

Decimussextus, rescriptum contra leges motu proprio concessum, valet. Ioan. And. in c. 1. col. 3. de excessib. præl. in 6. quod fusius declarant doct. in l. nec damnosa. C. de precib. impera. offer. & ego ipse in praxi beneficial.

Decimusseptimus, rescriptum contra ius præsumitur concessum per importunitatem, quando ad supplicationem conceditur. secus si motu proprio. gl. in c. 1. in verbo, noscatur. de rescr. in 6. Panor. in c. accedentes. in fi. de rescrip.

Secundum rescriptum non faciens mẽtionem primi, quãdo valeat.

Decimusoctauus, valet secundũ rescriptũ nõ facta mẽtione primi, quãdo in eo est apposita clausula motu proprio, licet aliàs cõtra. text. & ibi Fel. in c. cæterũ. nu. 9. & 18. de rescr. Allegat text. & ibi Ant. in c. fi. de dila. Perus. in c. cum in illis. col. 1. in prin. de præb. lib. 6. Imò si in primo esset specialis clausula derogatoria, tunc etiã secundũ motu proprio impetratũ tollit primum, dummodo in secundo sit apposita clausula generalis non obstante. Calder. cons. 11. de priuileg. Dec. cons. 165. viso tenore. col. pen.

Decimusnonus, non valet processus per primas literas factus quando secundæ reuocatoriæ erant motu proprio impetratæ, quia statim inducitur reuocatio primarum, etiam ante notitiam, secus si ad postulationem. Anto. & Fel. in d. c. cæterum. Soci. cons. 117. in facto. col. vlt. 3. vol. Ideo primum rescriptũ non reconualescit, etiam si secundus impetrans non vtatur suo primo per annũ, quia quod nullum est, non potest tractu temporis conualescere. l. quod in initio. ff. de reg. iur. nec pars posset renunciare, cum constet de voluntate superioris.

Non valet mandatum sine clausula motus propriȷ.

Vigesimus, quando sunt mandatarij pares in data, præfertur habens clausulam motu proprio. regu. 15. in reg. cancel. text. in ca. duobus. de rescr. in 6. Sed in hoc regno si in vno mandato deficeret hæc clausula, non valeret mandatum, quia non haberet formam hic requisitam.

Vigesimusprimus est, ꝙ factum motu proprio à Papa vel à principe in fauorem alterius contra decretum suum, valet. Domi. & alij in c. 2. de præb. in 6. Soci. cons. 117. in facto. col. vlt. in 3. vol.

Rescriptũ ante præsentationẽ quando effectum habeat.

Vigesimussecundus, rescriptũ motu proprio cõcessum ante præsentationem operatur in fauorem impetrantis. c. si postquam. de præb. in 6. Fel. in d. c. cæterum. col. 11. vers. prima restrictio, quod non recipiunt Galli. vt scripsi in tract. de euocatio. in 1. tomo consti. reg.

Iurata statuta quando tollãtur.

Vigesimustertius, clausula generalis non obstante, tollit statuta iurata iũcta huic clausulæ, licet aliàs non tolleret. Domi. in c. 1. col. pen. versi. nota. hic de filiis presb. in 6. Fel. in c. constitutus. col. 4. de rescr. quia tunc habetur tantum ratio ad concedentẽ, qui non arctatur legibus. Ideo sufficit qualitercunque sciatur eius intentio, quæ satis patet, quando motu proprio

proprio scribit, adiecta etiam clausula nõ obstante. quod est notandum. secundum eos, illud esset verũ in eo, qui posset scribere & tollere iuramẽtũ: in alio secus, per not. in ecclesia. de const. * Scripsi in interpretatione. l. si quis pro eo. circa finem. ff. de fideiuss. quando princeps secularis iuramentum tollere possit, & pars remittere, vbi conciliantur interpretum sententiæ variæ, & ad praxim Franciæ reducuntur.

Impetratio quando fieri possit post prohibitione.

Vigesimusquartus, prohibitus impetrare rescriptum, non prohibetur, si motu proprio concedatur, vel prohibitus aliquid petere, nõ prohibetur, si motu proprio cõcedatur. l. 1. C. de pet. bon. sublat. li. 10. quia quod per postulationẽ obtinetur, præsumitur concessum per importunitatẽ: sed quod motu proprio, ob meritum. Bal. in l. quod fauore. col. 2. C. de legib. regula cancel. 27. in gl. Ioan. de Ana. in c. cum sit. col. 3. de Iudæ. & in c. quàm pernitiosum. col. 5. de vsur. Vnde dicit gl. in §. ad tollendum, de elect. in prag. in verbo, procurabit. ꝙ princeps vel alius proprio motu potest procurare quòd idoneus eligatur, quando ipse electus non procurauerit.

Motus proprius derogat reseruationi.

Vigesimusquintus, motus proprius derogat reseruationi, etiam cum decreto factæ, vbi aliàs non derogaretur. Fel. in c. in nostra. col. 10. in 5. correla. de rescr. alleg. Do. in c. 2. in fi. de præb. in 6. Idem tenet Soci. cons. 3. in causa. col. 3. in 3. vol. licet D. de Rota, decis. 489. nuncius, in nouis. contra teneant.

Vigesimussextus est, ꝙ is cui motu proprio collatũ est beneficiũ, non debet examinari, quia de voluntate principis est, vt illi velit conferre: & instar sacrilegij est dubitare an dignus sit, quem princeps elegerit. l. 2. C. de crimi. sacrile. ita expresse dicitur in prouinc. ecclesiæ Ro. fo. 58. vers. & aduerte. quod non seruatur in senatu, licet princeps daret proprio motu officiũ consulis, tamẽ examinabitur, & idem seruatur in Rota. [Alioqui fieret fraus legi, & nullus vnquã diues examinaretur, sed ista clausula pecunia à curialibus redimeretur, ꝙ non est faciendum.]

Rescriptũ contra motu proprio impetrantem nõ retorquetur.

Vigesimusseptimus, rescriptũ iniquitatẽ sapiens nõ retorquetur cõtra impetrantẽ motu proprio. secus si ad postulationẽ. l. 3. ff. quod quisque iur. Rom. consil. 327. istæ sunt. quia retorcutio est quædã pœna, quę nõ cadit in eũ, q. priuilegiũ meruit, & præsumitur meruisse, & iuste cõcessum, quando motu proprio cõceditur. Bal. in d. l. qđ fauore. col. 2. in 2. opp. gl. sing. in c. 2. de mutuis pet. Cors. in sing. incip. cõfessio simpliciter. Dec. in l. certũ. col. vlt. ff. si cert. peta.

Mutans domicilium mutat etiã forum quã ad inceptũ.

Vigesimusoctauus, si quis mutet domicilium per priuilegium motu proprio concessum, mutat etiam forum quo ad causas iam cœptas. Alex. in l. cum quædam. in prin. not. vlt. ff. de iurisd. om. iud. quod aliàs secus, vt ibi dicitur.

Motus proprius subreptionem tollit.

Vigesimusnonus, tollit surreptionem c. si motu proprio. de præb. in 6. in quibuscũque beneficiis, & qualibuscũque, siue sint maiora, siue minora, quia eadẽ est ratio. in hoc enim attenditur voluntas Papæ. Card. in cle. si Romanus. 3. not. per illum tex. de præb. quia hæc gratia procedit ex mera liberalitate. ideo præsumendum est, quòd si fuisset ei expressum aliud, æquè concessisset, vt tenet Soci. consi. 115. fundata. col. 1. in 3. vol. & quia nil potest imputari impepetranti nõ ambienti. Anch. cons. 295. pro clariori. Siue fuerit apposita à Papa, siue à legato. c. fi. de offi. leg. in 6. Et ibi gl. quã sequũtur cõmuniter doct. gl. & ibi cõmunis turba doc. in cle. vna. de offi. leg. vbi bonif. respondet opinioni contrariæ. Io. Monach. & plenè Probus in add. ad eũ. in dicto c. fi. Imol. in cle. si Romanus. ibi Bonif. de præb. gl. in reg. cancel. 15. Boer. in tract. de dign. lega. fo. 8. & Perus. in c. si postquã. col. 1. de præb. in 6. & Io. Brun. in tract. de dign. lega. cõclu. 31. nisi surreptio cõpeteret re ipsa, vt per Ægi. de bella mera, decis. 472. si episcopus. & 475. qa Papa in specie nõ esset verisimiliter cõcessurus, arg. l. obligatione. ff. de pign. Bonifac. in cle. 2. col. 2. de præb. Itẽ sicut purgat taciturnitatẽ beneficiorũ, ita omnẽ aliã taciturnitatẽ, quia nõ est dare rationẽ diuersam. Fel. in d. c. ad aures. nu. 6. vbi vide fusius.

Legatus & ordinarius clausula motus proprij vti possunt.

Imò ista clausula magis cõuenit ordinariis quã Papæ, cũ maiorem certitudinem personarũ habeãt in sua diœcesi quã Papa, & ideo maior pœnitentiarius etiam ea clausula vti poterit. teste Gomes. in tract. breuium, nu. 13. Fateor tamen quod aliquos effectus habebit, si apponatur à Papa, quos fortè non habebit, si ab inferiore fuerit descripta.

Motus proprius firmat gratiam.

Trigesimus, firmat gratiã in his in quibus princeps habet plenã notitiã. l. idẽ Vlpianus. ff. de excus. tutor. secus in quibus non habet notitiã. Bald. in l. fi. C. de crimi. sacrileg. Fel. in d. c. causam.

Vnio quando valeat nõ facta valoris expressione.

Trigesimusprimus, vnio valet nõ facta expressione valoris, si motu proprio facta fuerit. d. c. si motu. gl. hoc expresse tenet in reg. cancel. 21. in fi. Feli. in c. ad aures. col. 6. vers. quinta conclusio. de rescr. sequitur Io. de Selua in tract. beneficio. in tertia parte. q. 12. nu. 4. quod in Francia non reciperetur.

Quando de numero canonicorum non sit facienda mẽtio.

Trigesimussecũdus, quod licet sit faciẽda mentio de numero canonicorum iuramento firmato. c. constitutus. de rescr. tamen clausula motus tollit illam surreptionem. Anch. cons. 138. de natura. col. 1. intellige vt supra dixi: quod non reciperetur in Frãcia ratione formæ hic traditæ.

Assertio Papæ motu proprio facta prodest.

Trigesimustertius, si Papa motu proprio eximat monasterium, & capellas talis N. eas nominando tunc ex quo Papa fundat intentionem super illa assertione, probatur quòd illæ capellæ sunt illius monasterij. secus si ad supplicationem alicuius hoc fecerit. Panor. & alij in c. dudum. col. vlt. de priuileg. An procederet in hoc regno, deciditur in rub. de subla. cle. literis. infra. quod non.

Priuilegiũ an finita administratione duret.

Trigesimusquartus, priuilegium datũ dignitati concessæ motu proprio, durat etiam finita administratione, secus si ad partis instantiam. Bar. in l. vniuersi. C. de lega. lib. 10. quem refert Fel. in c. causam, 2. col. 3. de testi, dicens istam clausulam fauorabilem, & latè ampliandam.

Trigesimusquintus, quod Papa præsumitur vti plenitudine potestatis ratione huius clausulæ, licet aliàs. contra Ant. But. in c. constitutus. col. 2. de rescr. sequitur Fel. in d. c. causam. col. 4 gl. & doc. in c. ad hæc. de rescr. solent tamen principes hodie plenitudinem potestatis exprimere.

Motusproprius vim habet secũdæ iussionis.

Trigesimussextus effectus est, ꝙ priuilegiũ concessum motu proprio, derogat priuilegiis concessis gratia publicæ vtilitatis, tanquam si emanata esset secũda iussio. ita expresse consuluit Rom. cons. 436.

PP 2

ꝙ indultũ. nu.11. per l.1.C.de peti.bono. sub la.li.10. licet aliàs cõtra Bal.in l.iubem⁹.1.col.1.C.de sacros. eccl.l.vna.vt nemini liceat in emptio.specie.li.10.

Collatio motu proprio facta patrono valet.

Trigesimusseptimus est, ꝙ collatio motu ꝓprio facta patrono, qui aliàs habebat præsentationem, valet sine alia præsentatione, nec cẽsentur pręsentare seipsum, ꝙ etiam nõ potest. c. per vestras. de iure patr. sed collationi factæ potest expressè vel tacitè cõsentire. Card.cõs.62.in ecclesia.nu.5. quæ non est nulla nõ prosequẽte patrono. c. decernimus.16.q.7. de Rota decis.528.nota.infra.in antiq. hoc expressè tenuit Panor.in d.c.per vestras,col.1.Ioã.Dayma.in procę.supra in verbo,adiunctũ.fol.102.[Sed idẽ putarẽ etiã si non esset facta motu proprio, cũ collatio valeat, non reclamante patrono, vt scripsi in nouo intellectu ad c.illud.de iure patro.per illum tex.]

Excommunicatus an possit absolui non citata parte.

Trigesimusoctauus est, ꝙ quanuis iudex excommunicatum ad partis instantiam absoluere nõ possit parte non vocata, secus si motu proprio fuerit excommunicatus. gl.in c. excommunicatos. 11.q.3. sequitur Bal.in l.si pacto. col.1.C.de pact.dixi supra in verbo, innodatus.

Trigesimusnonus effectus est, quòd concessio motu proprio facta à principe alicui, censetur esse donatio, & is cui facta est nulla inquietudine lacessendus est.l.1.& ibi gl.& doct.C.de quadiennij præscriptio.faciunt no. in l.cum quid ff.si cer.pet.idem fere esset quando ad supplicationem. per l. cũ multa.C.de bonis quæ liber.

Quadragesimus est, quòd si motu proprio vacãte sede constitutum sit salarium œconomo, illud eidem debebitur, secus si œconomus peteret salarium. Alex. in addit. ad Bart.in l.a tutoribus. §.fi.ff. de admin.tut.per ibi nota.

Motus propri⁹ præsentationi quãdo præferatur.

Quadragesimusprimus est, ꝙ si duobus sint concessæ gratiæ expectatiuæ eiusdẽ datæ, & vnus prius præsentauerit, non præfertur alteri, qui in suis literis habet clausulam motus proprij, licet aliàs cõtra quando ad petitionem. Io.And. & alij in c. duobus. de rescr in 6. Feder.in tract.permuta.q.1.refert Nic. Milius,in reper.in verb.gratia.§.34.

Expresso vno vacandi modo quãdo alius veniat.

Quadragesimussecũdus est, ꝙ expresso vno modo vacandi non venit alius.c.susceptũ.de rescr.in 6. nisi motu proprio vnus modus exprimeretur, quia tunc veniret alius, ita expressim scribit Fort. garsia. in l.Gallus.§.& quid si tantum. col.47.& seq. ff. de lib.& posth.propter verisimilem mentem concedẽtis, vt velit ei concedere quocunque modo vacet.

Motus proprius limitat c. si eo tempore.

Quadragesimustertius est, si Papa motu proprio mandet conferri beneficium curatum non habenti legitimam ætatem tempore datæ, si postea tempore acceptationis sit legitimæ ætatis, eidem debebitur beneficium, vt expressè docet Barb.in c. eam te. col.16.nu.91.de rescr.licet aliàs cõtrarium sit verum. per tex.in c.si eo tempore.de rescr.in 6.

Quadragesimusquartus est, ꝙ clausula motus ꝓprij impedit optionẽ, maximè cũ clausula generali nonobstantibus.Domi.& Franc.in ca.fi.de consuetud.in 6.& Cassado.in decis.4.de concessio.præb.

Impedit optionem.

Quadragesimusquintus est, ꝙ si priuilegiũ possit tertio prodesse, impetrãs nõ potest illud tollere, nec illi renunciare inuito eo, cui prodesse poterit, teste Inn.in c.ex cõquestione.de restit.spol.quod nõ procedit si obtentum sit motu proprio, hoc expressim asserit Feli.in c.si diligenti.7.fallen. num.32.de foro compet.vbi alia allegat quæ possunt, videri, ibi.

Impetrans an suo possit recusare priuilegio.

[Quadragesimussextus, si princeps motu ꝓprio cõcesserit officiũ, seu administrationẽ alicui ciui in sua ciuitate, vel prouincia, valet illa cõcessio. diuersum est si ad postulationem. tex.in l.fi. C. de crimine sacrile.] [vide alium in signa.gra.in praxi benefi. in gl.loci.& Paris.cons.1.nu.74.& seq.in 1.vol.]

Causa quãdo præsumatur in principe.

Vltimus effectus est, quãdo princeps ꝓcedit motu ꝓprio, præsumitur causa, secus quando ad partis petitionẽ, vt cõsuluit Soci.cõs.273. in præsenti. col. pen.vers.& si dicat.in 2.vol.Ro. cõs.436. ꝙ indultũ. col.pen.nu.19.& forti⁹ hoc ꝓcedit in hoc casu, q̃uis gl.simpliciter dicatur in principe iustã causã præsumi.gl.sing.in l.relegati.ff.de pœnis.q̃ sing.dicit Barb. in c.ꝙ translationẽ.nu. 135. de offi.lega. & in rub.de rescr.col.11 Ias.in l.quominus.nu.3.ff. de flumi. & in l.si testamentũ. C. de testa.& cons.233. præsens.in fi. vol.2.multa addidi ad l.relegati.supra allegatam.

In quibus non operetur clausula motu proprio.

Nõ tamẽ sufficit ad tollẽdũ defectũ ętatis, aut ordinis requisiti ex fũdatione beneficij. Anch.cõs.364. viso prędicto,&c.& cõs.20. viso p̃dicto.licet cõtrarium teneat Domi.in c.si eo tempore.de rescr.in 6.

Secũdò, non purgat gratiam, in qua exprimitur falsum.Pan.in c, quod circa. col. vlt. de consangui. Anch.cõs.138. de natura. vbi si Papa ecclesiã curatã dicit simplicem, quia tũc apparet Papam deceptũ, & sic nolle cõferre, quãdo illa expressio difficilem reddidisset ad concedendũ, vel ad non cõcedendũ. alioqui cõtra.arg.c.super literis.de rescr.secus si vera tali qualitate expressa literas concessisset, vt quãdo errauit in modica quãtitate valoris, de qua nõ curatur.l.scio.ff.de in integ.restit. sequitur Dec. cons. 407.visis.in fi.Soci.cons.115.fundata.col.1.in 3.vol.

Tertiò, non facit secundum impetrantem præferri primo, nisi de primis literis fiat mentio. Addit ad Feli.in c.causam quæ.in 2.col.3. de testib. nec in Francia etiam si faceret mentionem.

Quartò, non tollit ea, per quę potest reddi gratia nulla, quæ nõ veniunt ex dolo, vel culpa impetrãtis sed ex verisimili mẽte concedẽtis, vt si spectet præsentatio ad patronũ laicum.c.2. de præb.in 6. Ægi. decis. 392. motus proprius. & decis. 474. & seq. de Rota decis.445.no.licet proprius.in anti.gl.in verb. eneruantur, in procemio prag.& Card. cons.96. Papa vniuit.in 2.q. dic vt supra in 37.effect.

Motus proprius non tollit qualitates beneficij.

Quintò, nõ tollit qualitates intrinsecas, puta curam beneficij obtenti. secus si Papa motu proprio conferret curatũ non habita mentione illius beneficij, quia tunc postquam à seipso mouetur: videtur velle conferre, qualecunque sit. cle. si Romanus. de pręb.Fel.in c.ad aures.nu.7.vers.secundus casus. de rescr.De Rota decis.445.no.licet proprius.in antiq. Io.de Selua.ad verbum trãscribit dicta Feli.in tract. de beneficio.in 3.parte.q.12.

Non inducit dispensationem, nec personę defectum aut intentionis cõcedentis.

Sextò, nõ inducit dispensationẽ irregularitatis, aut alterius inhabilitatis. Rota decis. 112. dicebant, in no.Fel.in d.c.causam.2.col.2.de testi. Vel si violẽter occupasset beneficium, quia tunc verisimile est, quod Papa gratiam non fecisset, si inhabilitatem sciuisset

sciuisset. Bonif. in cle. si Romanus. col. 3. de præb.

Septimò, non tollit defectum personæ, vt fiat habilis, qui non est. gl. in d. cle. si Romanus. de præb. Anch. cons. 20. viso prædicto.

Octauò, non tollit defectū intentionis concedētis. Io. And. in nouella. in d. c. si motu. Alex. cons. 215. non obstat. in 7. vol. Ægi. bella mera decis. 475. præmissæ. de Rota decis. 112. dicebant. in no. vbi in additio. dicitur aduocatum debere esse cautum in modo opponendi: nam defectus natalium, vitium corporis, bigamia, & similes non tolluntur per hanc clausulam. ideo opponi poterunt per viam iuris. Pan. in c. cū olim. nu. 15. col. 5. de re iudi. Feli. in c. ad aures. col. 6. de rescr. non per viam surreptionis, quia pars non commisit surreptionē, sed quia motus proprius non facit dispensationē super talibus, poterit dici quod intentio concedentis non extenditur ad talem casum. Feli. in c. causam. 2. col. 2. de testib. vide Decium distinguentem in d. c. ad aures. in 3. conclu.

Motus proprius anius tertij tollat. Nonò, non tollit ius tertij. Vital. de cāba. in tract. clausu. in clausula motu proprio. Peruf. in c. si tibi absenti. in fi. de præb. in 6. Feli. in d. c. ad aures. nu. 8. in vers. tertius casus. quia Papa non videtur in dubio velle præiudicare iuri tertij. c. quāuis de rescr. in 6. Etiam iuri ad rem. gl. in reg. canc. 15. Soci. cons. 115. fundata. col. 1. & seq. in 3. vol. vbi limitat, consentiēte tertio. Etiam si ageretur de modico præiudicio. gl. sing. in c. cum olim, in verbo, præiudicium. de consuet. quā notant ibi doct. & Ias. cons. 24. in causa. nu. 5. in 3. vol. col. 7. Nam ista clausula est similis testamento, quod vt plurimum fit motu proprio, & tamen testator non præsumitur velle iniuriam facere. l. impuberi. ff. de admi. tut. Bal. expressè in c. ad aures. col. 2. de rescr. Decius cons. 407. visis. col. vlt. & cons. 544. in fi. & 606. in fi. & cons. 689. viso. col. 2.

Dispensatio non inducitur per clausulam motus proprij. Decimò, nō inducit dispēsationē personæ supplicātis. gl. sing. in cle. si Romanus. de pręb. Imol. in cle. vna. in vlt. notab. de rerū perm. Rom. sing. 419. Nic. Mili°. in verbo, gratia. q. 64. Ideo rescriptū etiā motu proprio cōcessum excōmunicato, non valet. Barb. in rub. de rescr. col. 6. in cle. Itē si motu proprio cōferatur beneficiū curatū habēti aliud, non videtur cū illo dispēsatū, vt vtrunque tenere possit. c. nō potest. de præb. in 6. nisi illa inhabilitas proueniret de iure positiuo. casus sing. in l. 2. C. de crimi. sacril. Rom. cons. 327. istę sunt rationes. in fi. quod reprobāt communiter doct. Fallit quādo apponeretur clausula, non obstāte cum clausula, motu proprio. Fel. in c. constitutus. col. 3. vers. limita. 4. de rescr. & supra dixi.

Motus proprius exprimi debet. Vndecimò, non præsumūtur literæ cōcessæ motu proprio nisi in eis exprimatur d. c. si motu proprio. etiam si posit probari cōcedentē fuisse absentem, quia tunc illæ literæ nō habebūt effectus istius clausulæ, nisi fuerit in rescripto expressa, quia possibile est quod Papa moueatur ad gratiā concedendam motu proprio, etiam si petita sit, non habito respectu ad petitionem impetrantis, vt superius dictum fuit. Vnde cum istud ab animo Papę dependeat, an hoc faciat motu proprio, vel non, ideo debet exprimi secundū Domi. in d. c. si motu. no. in l. 1. C. de petiti. bono. sublat. li. 10. Pan. in c. fi. col. 2. de vita & hone. cler. Bal. in c. nisi. de offi. leg. Curtius cons. 66. super nu. 64. Tenor tamen scripturæ perditæ potest probari per testes, vt expressè tenet Peruf. in d. c. si motu proprio. dixi in gl. literas. §. 1. supra tit. proxi. vide quinque casus in quib. aliquid præsumitur motu proprio emanatum, licet non exprimatur per Ias. in l. si quis iniquum. col. 2. ff. quod quisque iuris.

Duodecimò, non ampliat gratiam vel vim verborum contra ius commune. gl. in cle. per literas. in verbo, directas. de præb. Alex. in l. quidam consulebat. col. 3. ff. de re iud. sed bene extendit quo ad contenta in gratia, sed non extrinsecus. gl. in cle. si Romanus. de præb. & in regula cācel. 15. in prin. Peruf. in c. quāuis. col. 2. in prin. de præb. in 6. Feli. in c. constitutus. col. 3. de rescr. Domi. cons. 104. consuetudo, vbi concludit per hac clausulam nō impediri optare volentes ratione consuetudinis, nec permutare cupiētes, quod est verum sine clausula non obstante, alioqui cōtra. vt superius in 44. effectu diximus. *Motus proprius non ampliat gratiam.*

Decimotertiò, potestas cōferendi beneficia quęcūque, qualiacūque, & vbicūque motu proprio facta alicui, nō cōprehendūt beneficia in curia vacātia. c. 2. in fi. ibi generales vel etiā speciales, sub quacūque forma verborum, &c. de pręb. in 6. & hoc firmat ibi Anch. licet Io. And. teneat cōtra. & per hæc iustificatur dictū Bal. in rub. de off. dele. col. 4. dicentis plus valere clausulā motus proprij, quā ex certa scientia.

Decimoquartò non operatur, vt credatur verbis narratiuis, etiā si motu proprio in literis sit descriptum, vt probatur infra in rub. de subl. cle. literis.

[Decimoquintò, non ea quæ naturalia sunt, quia sunt immutabilia. §. sed naturalia. de iure nat. in Inst. & ideo non tollit verisimilitudinem eundi citius quàm natura possit, vt in regula 28. cancel. Inno. 8. scripsi in praxi benefi.]

Vltimò, non valet priuilegium principis motu proprio concessum, quando in lege exprimitur, quod non valeat, etiam si motu proprio esset concessum. iste est tex. singularis in l. fi. C. de cohortali. li. 12. quia tūc saltem requiritur clausula derogatoria. l. si quis. ff. de leg. 3. l. vna. C. de colla. dona. lib. 10. Corse. in verbo, priuilegium. in 3. in sing. Ista sunt notanda de motu proprio, quia nō reperiuntur ita cumulata: & motu proprio non hæc feci. sed ad postulationem amici mei D. Ioannis Iacqueloti Andeg. aduocati in suprema Parlamenti curia Parisi. egregij.

Postremò hæc clausula nō extenditur ad insolita, vel inconsueta, quia non præsumitur de mente concedentis progredi ad id quod est insolitū, nec præsumitur quis illud velle. Bal. per illū tex. in l. fideicōmissa. §. si seruo. ff. de lega. 3. vbi dicit quod si clericus secularis impetret præbendā, quæ non est consueta clericis secularibus assignari, licet Papa omnia possit tamen non valet impetratio, etiam si hoc faceret motu proprio, quia non videtur illius fuisse intētionis, sequitur Ias. in l. vna. §. 1. nu. 4. ff. si quis ius dicenti non obtemp. & l. certi condictio. §. si nummos. 3. not. de reb. cred. & l. vt liberis. C. de coll. Catellia. cotta in 2. parte memor. in verbo, clausula insolita. Deci. cons. 399. conclusio. col. pen. addidi multa ad gl. sing. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. insti. Hæc sunt notatu digna, quæ ex diuersis lectionib. & quasi è topiario quodam opere collegi. *Motus proprius nō extenditur ad insolita.*

non ad ipsius N. [a] vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ [b] per apostolica scripra mandamus, quatenus si vobis communiter vel diuisim [c] pro alio non scripserimus, qui simile mandatum, aut similem gratiam

Literæ ad beneficia pro alio sine mãdato impetrãtur & comprobantur.

a Vel alterius pro eo.) Et sic ad petitionẽ alterius potest impetrari pro alia mãdatum apostolicum, & aliæ literę ad beneficia, etiam sine speciali cõcessione & mãdato, secus ad lites. gl. sing. in c. ad aures. de rescr. text. in c. nonnulli. in fi. & ibi gl. quas sequitur. ibidẽ Pan. & alij. & Barb. in tract. de præstã. Card. in q. 3. 1. partis. col. 14. & in repet. c. Raynaldus. col. 118. de testa. & in c. 2. de iud. de Rot. decis. 430. in nouis. Nic. Mil. in repet. in verbo, gratia. q. 22. Corset. in sing. incip. mandatũ. in 3. Et si impetratũ fuerit, etiã poterit purificari sine mandato, si in mandato vel alia impetratione fuerit clausula, si idoneus, &c. vel alia similis. Ita nota. in cle. vna. gl. præsenti. de cõces. præb. & de Rota decis. 297 purificatio, in nouis. In acceptione tamen requiritur mandatum speciale. Pan. & alij in c. accedens. de præb. Card. in cons. 2. de præb. Et casus in quibus requiritur speciale mãdatum, tradit Bal. melius quàm alius quẽ viderim, insti. de his per quos agere possumus. §. 1. Item vltra Bal. ibi requiritur speciale mandatũ ad recipiẽdum possessionem beneficij. gl. sing. in c. si tibi absenti. in verbo, habueris. de præb. in 6. secundum Perus. ibi, intellige tamen vt scripsi in gl. speciale. rub. de elec. derogatio. vbi. 47. congessi casus.

Possessio beneficij sine mãdato nõ acquiritur.

Discretio circunspectio, & fraternitas quando Papa vti soleat.

b Discretioni vestræ.) Quãdo Papa scribit episcopo, & alteri nõ episcopo solet dicere, discretioni vestræ, vt hic probatur, & in c. accedens. de conuersio. coniug. & c. accedentib. de priuileg. si verò soli episcopo, vel archiepiscopo, seu patriarchæ scribat, tũc solet scribere fraternitati tuæ. c. sanè. de regula. & c. ex parte. ibidẽ. c. in his. de priuileg. vide tamẽ tex. in contrariũ. in c. 2. de fideiuss. & super eo cogitabis. Si autẽ scribat Cardinali, solet dicere circunspectioni tuæ. aliis verò, discretioni tuæ, tam in mãdatis apostolicis, quam in aliis rescriptis. & clausula tu frater episcope, hodie nõ est in vsu. teste Propinci. fo. 14. vers. Literæ apostolicę. & quãdo relinquitur discretioni alicuius, intelligitur secundũ arbitriũ boni viri, quia iudiciũ & discretio idẽ sunt. gl. in c. 2. de reg. & l. cũ prætor. ff. de iudi. Bart. in extra. ad reprimendũ. in verbo, videbitur. quomodo in læsæ maiesta. crimi. proceda. & plenè Ias. & alij in l. si sic. ff. de legat. 1. & in §. in bonæ fidei. institut. de actio. Geor. Nathan in repe. cle. sæpe. §. non sic. in gl. defensiones. de verb. sign.

De clausula si pro alio.

c Pro alio non scripserimus.) Romanus pontifex non intendit grauare ordinarium in duobus, nisi de hoc faciat mentionem. c. mandatum, ibi, cum super receptione duorum grauandi ecclesiam antedictã non fuit intentio mandatoris. de res. Imol. in c. capitulum. ibidem. col. 2. & doct. in c. pen. de rescr. in 6. facit gl. in l. vna. C. de mulier. & in quo loco munera. li. 10. tamen si scripserit pro alio, tenetur ordinarius eidẽ prouidere, si habuerit collationẽ quinquaginta beneficiorum: vt sup. tit. proxi. patet. imò hæc verba non faciũt gratiã conditionalem, quia tacitè insunt, & sic non requiritur conditionis purificatio. l. muto. §. 1. ff. de tutel. gl. in cle. 1. de offi. deleg. Fel. in c. fi. de præsump. Hęc tamen clausula operatur, quia cũ Papa possit de iure concedere quot gratias vult. in eadem etiã ecclesia, æquum fuit limitare gratias eius, vt nimis non pręiudicetur ordinario collatori: & sic apposuit hanc clausulã, si pro alio, &c. Tamen supra tit. proxi. fuit facta limitatio in hoc regno.

Aduertendũ est, quòd secundum mandatum nõ impeditur, etiã si in eo erat clausula si pro alio, &c. si primus neglexit. quia nõ intelligitur scriptum pro eo, qui facit contrariũ eius quod scriptum est. Inn. & Card. in d. c. mandatum. Et pactum non videtur fore scriptum pro eo, qui venit contra pactum. l. qui fidem. ff. de transact. l. cum pater. §. libertis. de lega. 2. Bald. & Salyc. in l. cũ proponas. 2. C. de pact. facit gl. in c. frustra. de reg. iur. in 6. faciunt verba sequentia, videlicet, qui simile mandatum prosequatur. at hic non prosequitur ergo, &c.

[Ideo si secundus præsentauerit mandatũ, & post mensem vacauerit beneficium, si primus nondum præsentauerit, debebitur hoc beneficium secundo mandatario persequenti, per prædicta, & ea quæ dixi in §. fin. supra. de colla.] si verò impetret secundum mandatum, debet apponi hæc clausula, etiam si tibi vel vobis pro alio de vno tantum beneficio scripserimus: vt patet in forma seq. & declarat lex regni, rub. *des mandatz*. art. vlt. & hęc clausula habet hunc effectum, vt videlicet tollat subreptionem, non vt secundus primo præferatur. Io. Andr. & alij in cap. pen. de præb. in 6. Ant. & Imo. in c. mandatum. c. capitulum. de rescr. nisi in secundo mandato fuerit apposita clausula anteferri. Fel. in c. causam. col. 5. de rescr. quæ in hoc regno non apponitur, vt dixi supra. tit. proxi. in verbo, forma.

Duo mandata impetrata sine clausula si pro alio, an valeant.

Quæro quid si duo mandata eiusdem datæ impetrentur sine hac clausula, etiam si pro alio, &c. vtrum istorum valeat? quidã dicunt datã inspiciendã, & sic primum valere. c. eam te. de rescr. & c. eum cui. de præb. in 6. & si eiusdem datæ fuerint recurrẽrendum est ad coniecturas. c. pen. de rescr. in 6. Si tamẽ dirigerentur habenti collationẽ quinquaginta beneficiorum, tunc secundum eos vtrumq; valebit, si impetratum sit vtrunque eodem die, vel sine magno interuallo, tum quia collator in duobus grauari poterat: tum etiam quia ignorantia excusare impetrantẽ debet. c. gratia. de rescr. in 6. & ille qui impetrauit incontinenti post primũ, nõ poterat diuinare ꝙ primus impetrasset. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. hoc etiam suadetur, quia multa valent ex incõtinẽti, quæ non ex interuallo, vtpote pactum nudũ appositũ incontinenti iuxta contractũ producit actionẽ, quod facit ex interuallo. l. iurisgentium. §. sed cũ nulla. & §. quinimo. ff. de pact. l. in bonæ fidei. C. illo tit. Item vim vi repellere licet confestim, non ex interuallo. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. & doct. in locis proximè allegatis alia adducunt. Si tamẽ impetrans ignorare primam impetrationem, etiam ex interuallo factã, valebit secundum mãdatum, per

tum, per d.c.gratia. nam ignorantia probabilis impetrantis non debet ei esse damnosa, arg. c.vt circa. de elect. in 6.c.pastoralis. de exceptio. postquàm in potestate pontificis est grauare in duobus tantũ, ergo hoc videtur voluisse iuxta suã conuentionem. & propter clausulas generales in mandato appositas, quæ declarant eius fuisse intentionis, & rex videtur consentire insequendo conuentionem supra positam, & sic debet iudicari.

[Idem dicerem si in primo mandato esset clausula, etiã si pro alio, quia volũtas & potestas papæ adsunt, & abundans cautela sibi non nocet. l.testamentũ. C.de testa. & ista verba etiã si pro alio, non immutant formã, dũmodo aliæ clausulæ substãtiales adsint, & per hæc concordata nõ est aliqua forma data pro secundo, nec pro regularibus, sed inferius dicitur, similis forma illis conueniens detur, sic & hic. quia postquam apparet nil deesse, non potest dici cõtra formã. vt supra in prin. dixi. Et sic faciendi sunt tres casus pro totius materiæ elucidatione.

Primus est, si papa duo vel tria mandata concesserit cum illa clausula, si pro alio non scripserimus, illa omnia valebunt, quia in § j. supra de manda. attenditur grauamen, non impetratio, & si primus nõ prosequatur, secundus prosequi poterit, etiã secũdo negligẽte prosequi ius suũ tertius non prohibetur. doct. in c.mandatũ. de rescri. sed primo prosequente alia mandata extinguntur, si collator non habebat collationem quinquaginta beneficiorum.

Secũdus casus est, si duo vel tria mandata cũ hac clausula, etiã si pro alio scripserimus impetrata simul, vel sine scientia secũdi mandatarij fuerint, illa mandata sustineri poterunt, si beneficiorũ numerus duobus sufficiens fuerit, & primus secũdo præferetur. c.duobus. de rescr. in 6. cũ his quæ superius dixi, quia sufficit in his mandatis quatuor esse partes, & iuxta formam censentur esse, eo ꝙ non sunt contra, & quia voluntas papæ & potestas in eis adsunt.

Tertius est, si duo mãdata impetrata fuerint primum cum clausula, etiam si pro alio, &c. alterũ cũ clausula, si pro alio nõ scripserimus. neutrum valebit, quia in his voluntas papæ repugnans est, ideo illa repugnantia vitiat mandatum. l.vbi repugnantia. ff.de reg. iur. facit l.seruo. de condict. indeb.]

Nec obstat d.c.mandatũ. quia hoc procedit de iure, quo nõ erat declaratũ, quot mandata papa dare posset. ideo videbatur in minus grauari, videlicet de vno tantum, sed quia est declaratũ supra tit. proxi. ꝙ duo tantũ possit concedere, videtur voluisse illa cõcedere, etiã si non apposuerit illam clausulã, etiã si pro alio, quia nil dictũ est de illa clausula in d.tit. de manda. Apost. Et sic aliquando mandatum non comprehendit primũ beneficiũ, si Roma. põti. pro alio scripserat, & collator habebat collationem quinquaginta beneficiorũ, sed differtur ad aliud, vt not. glo. in c.quia sæpe. de præb. in 6. vbi tradit multos casus in quibus non debetur primo impetranti. Sed quia hic forma est posita, ideo putarem clausulam si pro alio non scripserimus, vel etiam si pro alio scripserimus, esse apponendam, aliàs mandatũ non habet suam formam, vt supra dixi, nec in hoc regno valeret, quia hæc est pars decisiua. ideo quod in hac parte omittitur, vitiat, vt dixi in glo. volentes. supra eod.

Item si papa scripserit hoc modo habenti collationem decem beneficiorũ, si pro aliis non scripserimus, intelligetur etiam si scripserit tantũ pro vno, quia numerus pluralis etiã in vno verificari potest. Bal. id d.c.mandatũ. Io. And. Anch. & alij in c.quãuis. 1. de præb. lib. 6. sic expresse cõsuluit Ias. in cons. 145. beatissimus. in vlt. dubio. vol. 2. etiã in odiosis. l. 2. sed si vnius. ff. vi bo. rapt. l. si quis. iuncta glo. C. ad leg. Iuliam maiesta. vbi verbum indiciis verificatur in vno facit l. 1. C. de condit. insert. vbi si substitutio fuerit facta, si sine liberis decesserit, sufficiet vnus, & appellatio quæ debet interponi coram honestis personis, sufficit si interponatur coram vna honesta persona, per legẽ vt perfectius. C. de anna. exce. ibi, tabellionum. i. tabellionis exponit. gl. quam sequũtur Rom. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunc. vide quæ dixi in tracta. nomi. q. 9. in princ. & in gl. in §. visum, in verb. iuxta formam. de collat. in pragm. & Barb. in cle. gratiæ. col. 53. vers. 23. de elect. non valeret tamen in hoc regno, propter formam hic positam. *Clausula si pro alio.*

prosequatur [a], canonicatum [b] & præbendam, aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, vestræ

a Prosequatur. (Idem si iam prosequutus est, quia præsens trahitur ad præteritum, quod durat de præsenti, & præteritum ad præsens. argum. c. nam concupiscentiam. & ibi glos. de constitut. l. nulli. C. de episcopis & cleric. l. si quis. id quod ibi proponitur. & ibi doct. ff. de iurisdict. omnium iudi. sic exponit Alberic. in l. quibus. ff. de verb. signific. & qui consequutus est beneficium dicitur prosequi, eo ꝙ actu recipit redditus. Cald. & Barb. in c. mãdatũ. de resc. *Prosequi an dicatur is, qui est beneficium cõsecutus.*

Item actualis solutio debiti plus grauat debitorem, quàm dilatio. cap. vno de plus pet. sic dicitur plus grauari ordinarius, quando vigore gratiæ iam prouidit mandatario, quàm si non esset prouisum, quia posset interim mori impetrans, vel aliàs à gratia excludi. cle. gratiæ. de rescr. quod non potest esse, quando iam est ei prouisum. Et sic excluditur secundus mandatarius, si fuerit prouisum primo, quando collator non habebat nisi collationes decẽ beneficiorum intelligendo, vt dixi supra, tit. proxi. in glo. prosequentes, quia non debet quis pro eadẽ re, duplici onere grauari. glo. vlt. sing. in l. vna. C. de mulier. & in quo loco munera. lib. 10. facit text. in l. planè. §. j. & l. non quocunque. §. qui Caium. ff. de legat. 1. quia Rom. pontifex concedendo mãdatum secundo, postquam primo est prouisum, veniret contra concordiam factam in titul. proximo, quando is collator non habet collationem quinquaginta beneficiorum.

b Canonicatũ.) Conferatis, adde infra positũ. & quãuis hic prę mittat canonicatũ, tamẽ nõ vult prius cõferri, quã dignitas, vel personatus: sed si primo vacet dignitas, erit mãdatario prius cõfereda. si primo canonicatus & præbẽda vacent, conferri debent, si personatus prius vacet, prius conferetur. nec intel- *An ordo verborum mãdati sit obseruandus.*

ligas ista verba esse ordinis, alioqui frustra crearet papa mandatarium canonicum ad effectum obtinendi dignitatẽ, si eam non posset habere ante canonicatum, & præbendam. & probatur infra, dum dicit, si quem, quã, vel quod post mensem, postquã præsentes literæ præsentatæ fuerint, contigerit vacare. ergo si primò vacet canonicatus & præbenda, debebitur: si primò vacet dignitas, eam mandatarius acceptare potest, si officium illud habebit. præterea quando papa peruertit ordinem, ita vult vt peruertatur. ca. decernimus. de iudic. vbi præponit episcopum archiepiscopo: nec cẽsetur apponere ordinem sine magno mysterio, & cum ratione. Bal. in l. prolatam. col. 3. C. de sent. & interlocut. omnium. iudic. dixi in verbo ordinem. §. si quis verò. supra de collat. & ordo rationis & intellectus magis debet inspici, quàm verborum. l. si qui soluendo. ff. de hær. instit. Bal. in l. 1. 4. oppo. C. de his qui pœnæ. nom. §. ante hæredis institu. de leg. ibi, sed quia inciuile esse putauimus scripturæ ordinem quidem sequi, sperni autem testatoris voluntatem, sic voluntatem papæ spernere non licet, sequendo hunc ordinem, sed de primo beneficio vacaturo prouidere, nec enim (dicit iurisconsultus) ordo scripturæ, spectatur sed potius ex iure sumitur id, quod agi videatur. l. nec enim. ff. de sol. quia hic ordo non est necessitatis, de quo loquitur Bar. & alij in l. 2. §. pe. per illũ tex. ff. de vulg. & ista sunt notãda, quia super his vidi dubitari. Itẽ non putarem per supradicta mãdatum vitiari, licet ordo modicus clausularum peruersus esset, & non obseruatus, cum ista non sint ordinis. Vide tamen Feli. in ca. cum dilecta. de rescript.

vel alterius ecclesiæ, aut aliud beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura (etiã si parrochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, vel perpetua capellania fuerit) ad vestrã collationẽ [a], prouisionem, præsentationem [b], nominationem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentia [c] etiam si dignitati, personatui, administrationi, vel officio huiusmodi cura immineat [d] animarum, dummodo talis dignitas electiua non existat [e] cum creatione in canoni-

a Collationem.) Siue collatio spectet iure communi, siue iure speciali. Do. in c. quãuis, versi. quanquam. de præb. in 6 per c. dilectus, in tertio, illo tit.

b Præsentationem.) Vidi mandatum directũ patrono habenti præsentationem decem beneficiorũ. & vltra, & in eo erat hoc verbũ ad tuam præsentationem, nominationem, seu quãuis aliã dispositionem: & fuit dubitatum an valeret, eo ꝙ hæc verba ad collationem nõ erant apposita: dixi valere, quia verba necessaria erant apposita, & superflua verba non dicuntur esse de forma. sed illa quæ sunt necessaria: nam non est verisimile, ꝙ conditores voluerint nos grauare ad superflua exprimenda, quum ea tollant, vt in procemio decretal. patet. & in 1. consti. Codicis. dixi in glo. ac volentes supra eod.

Si in mandato fuerit omissum ad collationem an valeat.

Si tamen in literis expectatiuis nõ apponerentur omnia ista verba ad vestrã collationẽ, & c. iuxta. c. cum in illis. de præb. in 6. literæ essent de falso suspectæ. & nulla fides eis adhiberetur, vt fuit iudicatum in Rota, teste Io. Staphil. in tract. expecta. de literis gratiæ & iustitiæ, in quarta forma. in fi. fol. 14. sed nihil ad nos, cum in regno nullas habeamus.

c Pertinentia.) Ergo si collatio nõ spectet ad episcopum, cui dirigitur mãdatum, non comprehenditur sub mãdato, vtpote si vacet in ecclesia exempta, cum collatio vel alia dispositio ad episcopũ nõ pertineat, vt hic dicit, secus si in mãdato diceretur, vt in aliqua ecclesiarũ suæ diœcesis prouideret. glo. Pan. & alij in c. pro illorum. de præb. gl. in cle. frequens. in verbo primi anni. de excess. prælat. facit gl. in §. item quod ratione, in verbo in diœcesis. de annatis, in prag. Pan. in c. graue. de offi. ordina. sed non valeret in hoc regno, ratione formæ omissæ. Et intellige siue pertineat de iure cõmuni, vel speciali. glo. in c. fi. de elect. in 6. Dec. cõsi. 128. licet in casu. col. 2. versi. 3. etiam: imò etiam ratione possessionis. gl. super iure. & ibi doct. in c. querelam. de elect. sic consuluit Alex. cõsi. 98. visis his. col. 1. in 5. vol. quia verbũ pertinere latissimè patet. l. verbũ pertinere. ff. de verb. signi. & ibi dixi. gl. in c. inter dilectos. de fide instru. gl. in §. decreuit, in verbo pertinet. de elect. in prag.

Pertinere quando dicatur.

d Immineat.) Et sic quando personatui, dignitati, vel præbendæ est annexa parrochialis ecclesia, non est necessaria ipsius expressio in impetrationibus, quando accessoriè erat annexa. Anchar. per illum text. in c. super eo. de præben. lib. 6. & hoc cognoscitur ex not. per glo. & doct. in cle. per literas. illo tit. de præb. si tamen personatui cura immineat animarum, de illa est habenda mentio. & hoc est de stylo curiæ Romanæ.

e Non existat.) Hoc ponit ad tollẽdum dubium ratione generalitatis in mãdato positæ, vt ea nõ obstante non cõprehendatur dignitas electiua. intellige verè, secus si eligendo conferant. glo. in cle. quia cõtingit, de religio. domi. etiã sub clausula generali non cõprehenditur electio. cle. 1. de præb. dixi in §. præfatíque ordinarij. de collat. supra. & in tract. nominat. q. 8. & sic in mãdato non cõprehendetur dignitas verè electiua, nec aliud beneficiũ simile, tum quia hic non mandatur de electiuo prouideri: tum quia hic excipitur dignitas electiua, volens innuere, ꝙ dignitas debetur mandatario, nisi sit electiua, de alio beneficio electiuo non excipit, quia pauca sunt extra dignitates, ideo de his legẽ noluit facere. instar eorũ quæ dicit gl. de bonis mulierib. in l. ex his. ff. de legib. sic not. in d. cle. 1. Oldr. consi. 146. factum tale. Feli. in c. in nostra. correla. 32. de rescrip. sed ratione generalitatis mãdati dubitari posset. ideo excipit, vt hic. [& sic debetur alia quæcũque dignitas mandatario, etiã maior post pontificalẽ. nam postquàm de electiua excepit, de collatiua & alia cõcessisse videtur, c. nõne. de presump. & exceptio in non exceptis firmat regulam. l. 1. ff. de regu. iur. maxime quia generaliter papa scribit. & ita seruatur.]

Electiua beneficia in mandatis non cõprehenduntur.

Et quomodo cognoscatur ꝙ sit generale, pulchrè declarat Pan. in c. ex parte. 1. col. 2. de offic. deleg. In mãdatis quæ impetrãtur per seculares ad regulares, non

non vidi apponere istam clausulam, quia non exprimitur dignitas in hoc mandato, nec de ea mandatur prouideri, cum sint regulares, & in mandato dicitur de beneficio per seculares teneri solito, & nō describitur illa clausula etiam si dignitati, &c. nec illa, dummodo, &c. & ideo super hoc vidi sæpius dubitari, sed quia forma expressa non est in illis, sed conuenire debent cum hac forma quantum potest, non describendo tamen superflua.

Beneficij nomine an veniat dignitas.

Aduertendum est, ꝙ si fuerit data potestas legato cōferendi omnia beneficia ecclesiastica, etiam si dignitates, vel personatus, aut officia existant, & curam habeant animarum suorum capellanorū, poterit conferre, etiam dignitates, & alia beneficia, etiam electiua, & præbendas ecclesiarum cathedralium. tum quia istæ literæ continent gratiam, ideo latam recipere debent interpretationem. c. is cui. & c. si cui. de præb. in 6. & beneficia principum plenissimam interpretationem recipiunt. l. 2. C. de bon. vac. lib. 10. c. cum dilecti. de donat. tum propter dictionem omnia. c. si Romanorum. 19. dist. l. Iulia. ff. de leg. 3. sic expressè consuluit Cald. consil. 4. an per rub. de præb. quod intellige in hoc regno, vt declaratur in tit. de regia ad præla. no. fac.

Effectus quando aliquid exprimitur taxatiuè vel declaratiuè.

Notandum est, ꝙ quando papa taxatiuè loquitur, vt hic, etiam illa, quæ sunt exprimenda de iure, vitiant gratiam, si exprimantur, vt cōferimus, dummodo sit beneficium in tali loco. quia papa non intendit alio modo prouidere. secus si quid exprimatur gratia demonstrationis. & etiā conferatur. Pan. in c. super literis. col. 7. ne rescrip. de Rota, decis. 35. nota ꝙ falsa in antiq. quia hoc casu falsa demōstratio non vitiat l. falsa. ff. de conditio. & demonstra.

Maior dignitas post pontificalē an mandatario debeatur.

Aliquando etiam solet in impetrationibus à papa apponi hæc clausula, dummodo non sit dignitas maior in ecclesia post pontificalem, quæ etiam non debetur impetranti, nisi expressa fuerit. Hic tamen contra ratione generalitatis, à qua nō excipitur, nisi vnus casus, quia exceptio firmat regulam in nō exceptis gl. & doc. in l. 1. ff. de reg. iur. Dy. in prooemio reg. 6. quod est verū, si fuerit collatiua. Et quomodo cognoscatur ista maioritas, tradit Cardi. in cōsi. 30. in hac. col. 3. vers. itē est dare. Et de hac dictione dūmodo, vide Bal. in c. dudū. in 2. col. 6. nu. 27. de elec.

cum vestræ vel [a] alterius ecclesię, etiam si in ea statuto & priuilegio expressè caueatur, ꝙ nulli de dignitate, personatu, administratione vel officio prouideri possit, nisi cum effectu illius ecclesiæ canonicus existat, canonicatū huiusmodi ecclesiæ cū [b] plenitudine iuris canonici, & nō obstāte [c] de certo canonicorum numero

Plenitudo iuris canonicalis, in quibus cōsistat.

a Alterius ecclesiæ.) Hoc dicit propterea, ne si in alia ecclesia episcopus habeat collationē, vel præsentationem, ab illa repellatur mandatarius, si in ea erat statutum, vel consuetudo, ne quis admittatur sine canonicatu ad illam dignitatem, vt supra etiam dixi. & ista clausula non solet poni in mandatis regularium, vt infra dico in glo. conueniens, post formam literarum executorialium.

b Cum plenitudine.) Illæ dicitur habere plenitudinem iuris canonicalis, qui habet ea quæ spectant ad canonicos, scilicet vocē in capitulo, stallū in choro: licet non habeat præbendā. ita Domi. & Io. Co-lo. in c. vlt. de conces. præb. in 6. post Ioā. And. ibidē. & tex. in c. proposuit. illo tit. dicit cum plenitudine honoris canonici, & ibi idem dicit Anch. ideo clausula non obstante, tollit solum obstantia receptioni, non autem modificātia qualitatem recepti. & ideo vt sit derogatum alteri statuto de voce non danda, oportet ꝙ inseratur hæc clausula. Fel. in c. constitutus. col. vlt. de rescri. Et ista assignatio stalli in choro, & loci in capitulo, fit per eum ad quem pertinet de iure, vel consuetudine. c. dilecto. de præben. Inno. & Card. in d. c. proposuit. vbi etiam dicunt ꝙ quantumcunque quis sit electus in canonicum, tamen non habebit ius administrandi, antequam sibi præbenda assignetur, nisi esse consuetudo in contrariū. c. cum qui. de præben. in 6.

Præbenda an sit ratione canonicatus affecta.

Nec papa hic creat canonicum simpliciter, sed ad effectum obtinendi dignitatem, ob id si fuerit negligens hic mandatarius, in vim huius canonicatus non prouidebitur ei, sicut si fuisset simpliciter creatus. c. si clericus. de præb. in 6. nec etiam in vim creationis huius canonici est affecta præbneda, quæ aliàs esset affecta in c. si postquā. de pręb. in 6. per istū tex. ibi dūtaxat, & nō aliàs: erit tamē affectū beneficium primò vacaturū per præsentationem mādati factum. c. si capitulo. de concess. præbend. in 6.

Clausula non obstāte canonicorū numero quid prosit, & an sit necessaria.

c Et non obstāte.) Tollit surreptionem, quæ posset allegari, quando esset certus numerus canonicorum. c. constitutus. de rescr. vbi doct. & in c. dilecto. de appel. gl. in verbo, numerus. in §. item censuit. de colla. in pragm. & gratia non facta mētione de numero est nulla, & surreptitia. Nicol. Mil. quæst. 104. gratia impetrata. & dixi supra eo. in verbo, pro; expressis. & hoc prodest etiam. Nam & si per clausulam generalem, non obstantibus consuetudinibus & statutis iuramento roboratis tollatur surreptio, non tamen recipietur vltra numerum, nisi sit adiecta ista clausula, vt expressè tradit Collecta. in d. c. constitutus. col. 2. vbi etiam dicit clausulam non obstante certo numero prodesse, si non erat certus numerus canonicorum, sed præbendarum: quia potest referri etiam ad numerum præbendarum cum indefinitè proferatur secundum eum.

Arrestum.

Cum ergo hæc clausula sit in parte decisa mandati, est necessaria, & sic sanctè iudicauit senatus Tholosanus, qui mandatum sine hac clausula non admisit, directum ecclesiæ habenti certum numerum canonicorum: quia in hac forma, si bene inspiciatur, cōfertur canonicatus, & papa mādat recipi, & sic recipiendo illum frangitur numerus canonicorum, ideo hæc clausula est necessaria. per d. c. constitutus, & hic debet esse, etiā in clausula nō obstāte, infra repet. per illud verbum vt supra, ergo hic poni debet, & semper hoc vidi, tū quia papa hic cōferendo canoncatū frangit numerū, ergo debet addere hic istam clausulam; nam vbi de iure requiritur certa mentio alicuius clausulæ, & illa clausula nō exprimitur in parte decisa, sed in parte, executiua

executiua tunc nunc prodest impetranti, nec virtute illius expressionis in parte cõcernente executionem positæ, consequetur illud quod cõsequeretur, si fuisset expressa in parte gratiæ decisa. tex. in cle. 1. in fi. de præb. hoc expressim tradit Domi. cons. 86. in causa col. 1. & ita fuit iudicatum in supremo Rotomagen. senatu, pro domino de S. Germier. licet quidam aliter (& malè) intelligant. [Etiam quãdo executor potest conferre canonicatus & prębendã, non poterit cõferre, vbi erat certus numerus, nisi adsit clausula, vt docet Staphyl. in tract. de literis gratiæ. in §. mand. forma.]

Arresta.

ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem vel officium duntaxat obtinendi, & non aliàs, authoritate apostolica tenore præsentium conferimus [a] & de illo etiam prouidemus, si quem, quã, vel quod post [b] mẽsem post-

a Conferimus.) Et sic patet per hoc verbum, ꝙ papa creat canonicum ad effectum obtinẽdi dignitatem, & demum mandat prouideri isti mandatario de præbenda, dignitate, & aliis. de quibus in hac forma & per collationẽ huius canonicatus, iuncto mandato affecta est præbenda primò vacans sine alio decreto. gl. in verbo canonicatum. c. dudum. de præb. in 6. Perus. in c. si postquam. not. vlt. illo tit. si prosequatur, vt scripsi in §. fi. supra de collationib.

Canonicatus sine vacatione cõferri potest, & quare.

Aliquando papa mandat executori statim conferre canonicatũ, quod poterit facere, si adsit clausula non obstante de certo canonicorum numero, vt hic. c. abbatem. de rescri. sed nõ in hoc regno. Nota tamen ꝙ canonicatus sine vacatione cõferri potest, secus in præbẽda, quia canonicatus in sola spiritualitate & in iure incorporali cõsistit, & ideo nullum ex hoc fit præiudicium aliis canonicis, nec iuribus eorum, imò potius talia iura consistunt in charitate & veritate, & in quadã releuatione oneris supportandi in diuinis, & quantò in plures diuiditur onus, tantò fortius agunt, cum sint propria opera spiritussancti, quæ ad mensurã non dantur. c. non mediocriter. & seq de consecratio. dist. 5. secus in præbendis, & aliis rebus corporalibus, in quibus fieret aliis præiudiciũ, & in eis verificatur illud quod dicitur, multiplicasti gentes, sed non magnificasti lætitiam. Imo in clem. fi. de præben. sicut dicebat quidam de augmento officialium.

[ista tamẽ creatio canonicatus non proderit canonico, si dignitas non vacet, quam possit ratione mandati obtinere, nam si postea vacaret dignitas, quam vult in vim nominationum habere, quia est antiquior, certè eidẽ non deberetur si non sit aliàs creatus canonicatus per istum tex. dicẽtem ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem, vel officiũ duntaxat, & non aliàs, & sic collatus canonicatus prodest quo ad mandatum, non quo ad alia, & aliàs vidi super hoc dubitari.]

Quare datur mensis mandatariis.

b Post mensem.) Ergo beneficium ante mẽsem vacans, mandatario nõ debetur, sumẽdo arg. à contrario. quod est validũ. c. cum apostolica de his quæ fiunt à præla. Et quamuis olim esset statutũ (vt occurretur diutinæ vacationi beneficiorũ) quod mandatarius intra mẽsem teneretur acceptare, à die vacationis computandum. cle. vna. de conces. præben. tamen quia collatores aliquando datas adulterinas faciebant vt excluderent mãdatarium, item prouisus ab ordinario, vt excluderet mandatarium, quicquid poterat faciebat, ideo statutum est, vt non acceptet intra mensem, & etiam secundum quosdam posset fortè præsumi, si simul atq; mandatarius pręsentasset, vacare beneficium, vt mãdatarius vitæ illius fuerit insidiatus, arg. not. per Bar. in l. post contractum. ff. de donat. Tamen contrarium dicerem, quia in dubio non debet præsumi delictum. l. merito. ff. pro socio. Et idem posset esse si vacaret statim post mensem. Ideo dicerem alia ratione introductũ, vt dixi, & vt valeat interea sciscitari de valetudine aliquorũ. Et si conferretur eidem ante mẽsem, posset mãdatarius acceptare si vellet, cum ille mẽsis sit introductus in fauorẽ ordinariorũ, cui possunt renunciare. c. si diligenti. de foro compet. dũmodo nõ fiat in fraudem nominati, aut graduati, seu alterius.

Non posset tamen mãdatarius, si eidem nõ conferretur per ordinarium, acceptare beneficium ꝙ vacauit ante mensem, licet duret vacatio post mensem, quia vacatio non contingit post mensem, vt debet fieri hic, arg. l. nouissima. ff. iudi. solui. Feli. in c. constitutus. col. pen. de rescri. dixi in §. præfatique graduati. col. pen. in verbo, vacationem. de colla. supra. hoc tenet Bonifac. in cle. vna. §. secus. nu. 36. & seq. de concess. præben. & quia per ordinarios fieret fraus, quando post præsentationem. & ante mẽsem vacaret modicum beneficium. nam illud non conferrent, vt mandatarius post mẽsem acceptaret. his ergo obuiari debet. & hoc est propter incertitudinẽ introductũ, quia beneficium debebatur mãdatario, etiam si vacasset ante mandatum, si tempore præsentationis non erat collatum. gl. in c. si postquam. & ibi Perus. & Io. Vãquel. de præb. in 6. gl. in verbo, notititia. cle. vna. de cõces. præb. Soci. in l. si iam facta ff. de condit. & demonst. & etiam aliquando vacatio erat incerta, & ordinarij eam secretã tenebãt, vt excluderent mandatarium, ideo statutum est, vt hic, & etiam si fortè impetrans sit excõmunicatus, vt ante finem mensis absoluatur, vt eidem iure collatio fieri possit. dixi supra in glo. absoluentes.

Beneficium post mẽsem vacans non debetur mãdatario si ante vacauerit.

Quomodo computentur hic mensis? Resp. sicut dicit glo. in c. quam sit. de electio. in sexto, vt si præsentetur die 10. Februarij, die 10. Martij finitus erit mensis, & poterit beneficium acceptari, si die 11. vacet, cum hic tex. dicat post mensem, postquam præsentes literæ, &c. vel de momento ad momentum computabitur. iuxta l. 3. §. denique. ff. de minor. primum. tamen verius videtur. vide glo. in c. quam sit. de electio. in 6. Alexand. in l. de diuisione. ff. solut. matri. Socin. in d. l. si iam. ff. de condit. & demonstr. Dec. in l. vbi, per illum text. de regul. iur. Barto. in l. cum bissextus. vbi scripsi. ff. de verbo. signific. plenè Gomes. in §. rursus. collat. 18. instit. de actio. Bolog. consil. vlti. plenè etiam consuluit in compromisso Soci. cons. 99. serenissimus. in 3. vol. & in electione, ꝙ debeãt computari prout sunt in calendario, tenet expressè Bald. in ca. cum in cunctis. col. j. de elect.

Mẽsis quomodo computetur.

de elect.Bonifa.in cle.1.§.sanè.in fi.de statu monac. Collect.in c.ne ꝑ defectu,col.2.de elect.Mādagot. in trac.de elec.in 1.parte c.3.& ibi in additio.pulchrè Boer. quod notes, quia fui de hoc interrogatus.

[Vnde poterit mandatarius requirere beneficium sibi conferri intra sex menses,qui sunt præstituti collatori.in c.2.& c.cum nostris. de concessio. præben. dum tamen vacauerit post mensem à die præsentationis,& non aliàs vt hic.]

Literæ executoriales an sint præsentandæ.

quam præsentes [a] literæ vobis præsentatæ [b] fuerint,

a Præsentes.) Ergo nō sequentes, & sic literæ executoriales nō debent necessario præsētari, per hunc tex. quod etiā probatur infra in forma literarū executoria.ibi, post præsentationē earūdem literarum,non dicit executorialium.probat text. in c.si soli.ibi,per talis præsentationem mandati ordinario ipsi factam. de concess.præb.in 6.& in ordina. regiis.rub.*des mandatz*.art.1.ibi, *qui vacquera apres les moys ensuyuant l'insinuation du mandat*. ecce tam per iura regni,quàm alia requiri tantum insinuationem mandati:nam dixissent cōditores literas executoriales insinuandas, si voluissent. nec debemus aliquid vltra legem requirere.arg.l.de pretio. ff.de public.in rem actio.& frustra fit per plura,quod potest fieri per pauciora.Bald.in c.ex insinuatione,col. 1.de rescri.allego tex.in l.dominus.ff.de condict.indeb.nam per solam præsentationē literarū mandati ordinario factam adimitur potestas ordinario.c.tibi qui.de rescr.in 6 & c.si capitulo. de conces.præb. in 6.hoc plenè probat D.Gomes.in tract.mandat. in forma.8 quando est executor datus ad prouidendū, vt in forma seq.patet. secus si datus fuerit ad compellendum.ergo non est opus aliam facere præsentationem,cum ad hoc fiat præsentatio, vt adimatur ordinario potestas cōferendi,alij quā mādatario, & in hāc sententiā sub obscurè tamē inclinat Cōpostel.in c.capitulū.col 9.de rescr.cuius verba infero.

Item nec in hoc casu,cum mādatur executori,ꝙ exequatur,ordinario negligente requiritur quantū ad priuationē potestatis ordinarij,vel probationem potestatis executoris,si executor negligēte ordinario contulit,antequā appareat,vel ostendatur litera directa executori, dūmodo ordinarius literā papæ sibi directā receperit,& sic obtinui,& hoc ideo quia quantū ad ademptionē potestatis ordinarij sufficit sola insinuatio voluntatis papæ per suas literas ordinario facta hæc ille,quod non procedit secundū eū.col.7.& seq.quando soli executori scriberetur, vt prouideret in aliqua ecclesia, tunc non adimitur potestas ordinario, donec executor suā insinuauerit potestatē,& sic erit tunc necessaria literarū executerialium insinuatio,& ita debet intelligi gl.quæ allegat Cōpostella.in d.c.si capitulo, in verbo, illorum.de conces.præb.in 6.& c.si soli.ibidē, aliàs non requiritur insinuatio literarum executorialiū, maximè in hoc regno, vbi mandatū ordinariis collatoribus,dirigitur, non executoribus, & hanc sententiam videtur probare glo.in verbo,dirigendum. §.item voluit.de colla.in prag.

Nec refragatur,ꝙ vna res nō debet diuerso iure censeri.l.eum qui.ff.de vsuca.c.cognouimus.in fi & ibi gl.concord.plena.12.q.2.quia hic sunt duæ literæ,& non vna,probatur in forma seq.ibi per alias literas nostras,& ibidem,prout in eisdem literis, & ibi in dictis literis,&c.& sic literæ executoriales nō sunt hic accessoriæ ad mandatū,quia mandatū sine illis valeret,& haberetur recursus ad papā, nec obstat c.si super gratia.de offic.deleg.in 6.vbi dicitur, quod potestas executoris est accessoria,& veluti accessoria debet sequi naturam sui principalis, quod est verū, vt extincto principali & accessoriū extinguatur:sed secus est quando principale extingueretur per accessorium. vt hic esset, quod probatur in § j.supra de mand.vbi fit mentio tantum literarum mandati non executorialium,ergo etiam si papa nō daret literas executoriales,valeret mandatum, nisi in hoc regno ratione formæ datæ in his conuentis, sed vt vitētur expensæ in adeundo papā,datur executor in partibus,ideo nō obstat regula accessoriū.

Tutius tamen putarem ante factum ambas præsentari, post factum tenerem supradicta. quæ sunt notanda,quia doctores non elucidata. Sed quòd requiratur præsentatio ambarum literarum,fuit iudicatum in tertia camera,vt dicunt inquæstarum cōuocatis aliis,anno 1541.die 23 Decembris,super processu moto inter Nicolaum Massuau & Iacobum Barillau, religiosos ratione prioratus de Courbozon & Thuye diœcesis Aurelian. *Arrestum.*

b Præsentatæ.) Requiritur mandati præsentatio, etiam si esset clausula decreti.c.audita.in fi.de resti. spol.c ecclesia.2.vt lite pendente.etiam si diceretur ex nunc. Alexan.consi.197.consideratis,in 5.volu. *De præsentatione mādati multa.*

Præterea si dubitetur quibus debent præsentari mandata?Resp.collatoribus quibus diriguntur, per hunc tex.vobis pręsentatæ fuerint,non dicit executori faciendam præsentationem, debet tamen executor recipere literas,antequam conferat. c.si clericus ibi recepisti mandatum.de præb.in 6.ex honestate tamen posse executori insinuari mandatū nō negat tex.in d.c.si capitulo, ibi, absque alia etiam executoris insinuatione, de concess.præb.in 6.quia sola præsentatio facta ordinario afficit, ergo non est alia præsentatio executori facienda, vt proximè dixi, & Domini in consil.14 in causa.col.2. tradit executorem datum ad conferendum extāte negligentia non teneri ad fulminationem processus, vt dico infra in forma literarū executor.in verbo, aut negligentes fuerint.Item tex.in c.duobus.de rescr. in 6.vult præsentationem fieri debere illis, ad quos spectat receptio. sed ad executores seu ad legatum non spectat canonicorum receptio, ergo illis nō est pręsentatio facienda.& quia illa decretalis duobus, de illis non loquitur,ergo in illis non habebit locū. l.si vero.§.de viro.ff.solut.matr. l.si seruum.§ prætor.de acqui.hæred, & vbi non conueniunt verba, nec dispositio. ca.indemnitatibus. §.supradicta. de elect.in 6.l.ita autem.ff.de admin.tut.bene facit tex. in c.dilectus.de offic.leg.quem sing.not.Barb.in repet.rub.C.qui admit.col 31. *Quibus debent præsentari mandata.* *Executori & legato nō fit mādati præsentatio.*

Nec obstat ꝙ executor dicatur collator,quia nō est ordinarius collator, nec ad eū spectat receptio, de qua loquitur ille tex.Itē vnus ex duobus mādatariis *Gratificare an executor possit.*

tariis debet gratificari, iuxta formã d.c.duobus. sed quilibet executor gratificaret suũ impetrantem, & sic esset maior cõfusio indecisa, per c.pastoralis, supra de rescr. Item non posset vnus executor, qui est datus pro vno gratificare alterum. aliàs formã mandati excederet. contra c.cũ dilecta. de rescrip. sic cõsuluit Anchar. cons. 55. vltra. Et sic infertur ꝙ is qui prius præsentauit collatori, est præferendus illi, qui antea præsentauerat suo executori, quamuis postea etiã præsentet dicto collatori: quia præsentatio debet fieri iis, ad quos collatio spectat. c. duobus. de rescri. in 6. & ibi Dom. Alioqui fieret fraus. nam quis assumeret vnũ executorẽ Romæ, & alium in patria & executori Romæ, statim præsentaret. sic cõsuluit Do. cõs. 34. graduatus. col. 2. Auff. in decis. Thol. q. 25. quãuis cõtrariũ teneãt D. de Rota decis. 100. vnus. in no. & deci. 403. not. si vnus. in antiq. quia sicut nõ liberatur is qui soluit ei cui non debebat. l. cũ maritum. & l. seq. inuito. C. de solu. ita præsentatio facta ei cui fieri non debebat, nõ afficit: & sic prima præsentatio afficit. intellige quando fit ordinario: secus si executori per prædicta, & an sufficiat præsentare vicario, tradit gl. in §. visum. verbo, vicario. de coll. in prag. ꝙ sic absente episcopo. & si fiat præsentatio episcopo Romæ degenti. per vnũ mandatarium, & per alterũ vicario degenti in episcopatu debet præferri is, qui primò præsentauit, quãdo sunt eiusdem datæ, & à prima præsentatione cõputatur mensis, si illa valebat, alioqui contra. d.c. duobus. de rescri. in 6. quia nihil refert, siue præsentetur episcopo existẽti in episcopatu, siue alibi, etiam si Romæ esset, per ea quæ scripsi in tract. nomi. q. 14. num. 24. & seq.

Præsentans episcopo & alter eius vicario v... præferatur.

Quæro an semper requiratur præsentatio? Resp. non, quando est creatus canonicus. c. si postquam. de præb. in 6. vel quãdo reseruatio, vel inhibitio executoris est interposita. c. tibi qui. de rescrip. hodie in Frãcia eo iure nõ vtimur. nã semp licet qs sit creatus canonicus in mãdato, vt in hac forma licet videre, pręsentatio requiritur, antequã afficiatur beneficiũ. c. si capitulo de. concess. præb. in 6 gl. in verbo, ante receptionem. in d. c. tibi. qui. & ibi hoc tradunt doct.

Intra quod tempus debeat mãdatũ præsentari.

Et in hac præsentatione siue insinuatione mãdatorum facienda, non est præstitutũ certũ tempus, sicut in literis ad lites c. si autẽ. & c. plerũq;. de rescri. quia istæ gratiæ sunt perpetuæ. l. falso. & ibi Ias. in 1. nota. C. de diuer. rescr. Si tamẽ duo mãdata directa fuerint vni habenti tantum collationẽ decem beneficiorum, & primus non præsentauerit suum rescriptum. donec secundo fuerit prouisum, vel primo fuit statutum tempus intra quod pręsentaret, & non præsentauit, tũc primus exclusus est, nec postea poterit præsentare. d.c. tibi. & ibi plenè Domi. & Phili. de resc. in 6. Vide intra quod tẽpus debeãt nominationes præsentari, in tract. nomin. q. 14. nu. 20. & seq.

Inter plures mãdatarios quis præferatur.

Notandum est tamen ꝙ dicitur in regula cãcel. 15. ꝙ quãdo mandatarij sunt in data pares, siue impetrantes, præfertur is, qui in literis suis habet clausulam motu proprio, si vterque habeat, vt in hoc regno, vel neuter, graduatus pręfertur non graduato, & inter graduatos magis graduatus: ac inter æqualiter graduatos, prius graduati, necnon colorato titulo, possessores non possessoribus, & nõ beneficiati beneficiatis. & similiter cæteris paribus oriundus nõ oriundo, & diœcesano, in reliquis, &c. Ecce ergo quomodo istæ qualitates cõsiderantur, quãdo ambo sunt pares, tam in literis quàm in pręsentatione, quia tũc collator tenetur gratificare vnũ ex illis. & in hac gratificatione debet seruare has qualitates regulæ prædictæ prout consuluit Domi. d. cons. 34. graduatus. de Selua, in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 15. Multa de insinuatione mandatorũ hic traderem, verum enimuero plenè tractaui in materia nominationum. q. 14. vbi licet cernere. non repeto hic. Septem requisita ponit domi. Ruseus in suo tracta. de mandatis Apostol. in 3. parte.

extra [a] Romanam curiam vacare contigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac

a Extra Romanam curiã.) Hoc ideo dicit, quia beneficia vacantia in curia nullus extra papam (nisi speciali potestate munitus fuerit) cõfert. c. 2. de pręb. in 6. & difficilius cõceduntur vacantia in curia per papam, vt suis familiaribus possit prouidere. ideo solet frequetius papa hoc in suis literis excipere, vt hic. Et ideo beneficia vacãtia in curia nõ debentur mandatario, nisi vt dixi supra in gl. cõprehensa. tit. proxi. in §. declarãtes. Et aduerte ꝙ ibi est curia Romana, vbi est papa, & nõ vbi est audientia vel consilium. gl. in §. j. & §. pe. de coll. in prag. & c. licet. §. censuit. in verbo. curia. de elect. gl. in reg. cancel. 5. & gl. in verbo, Romanæ. §. nos itaq;. in extrauag. execrabilis. Io. 22. no. in c. præsenti. de præb. in 6. Card. per illum tex. in c. dura. de crimi. falsi. Ideo beneficia vacãtia eo loci vbi est legatus nõ dicũtur vacare in curia, quia papa tantũ quo ad hoc habet curiam, vt iuribus supra adductis est liquidũ, ob id non potest legatus suis famulis & seruitoribus ibidẽ vacantia reseruare, cũ etiã papæ non permittatur, vt in rub. de reserua. supra dixi, ergo non posset papa concedere legato in Francia vacantia iuxta legatum, vt tantum per eum cõferantur, cũ saperet reseruationem, quæ est omnino in hoc regno exclusa, etiam quia esset magnũ pręiudiciũ collatoribus Frãcię, cũ legatus soleat residere in magnis ciuitatibus, vbi multi beneficiati moriuntur, & tolleret iura regni.

Beneficia extra curiã vacantia debentur mandatariis.

Curia non dicitur vbi degit legatus.

Postremò si aliquis in loco (in quo degit curia) suæ originis domũ habẽs, diẽ claudat extremum in ea, ipsius beneficia nõ includũtur, nisi curialis antea fuerit, & occasione curiæ illud moraretur. c. præsenti. §. sanè. de præb. in 6. Itẽ etiã dicimus ibi curiã Frãciæ esse, vbi est rex, nõ vbi est cõsiliũ. De curia vide versus traditos per Domi. in c. vno. §. porrò. de statu monach. in 6. Curia ius curat, meretrix est curia dicta. Curia curarum genitrix, nutrixque malorum. Ignotis notos, inhonestis æquat honestos. & curiæ debetur honor & reuerentia. Bal. in c. vno. an apud iudicem vel curiã quæstio, &c. etiã iniuria facta curiæ censetur facta principi, cuius vices repræsentat. Io. de Platea, in l. nemo. C. de digni. li. 12. In curiis principũ detractores & inuidos abundare, & parasiti partes nõ erubescentes, Lucas de Pẽna testatur in l. decurio fortunã. col. 2. C. de decur. lib. 10. Multa addidi ad Albe. in dictio. in verbo curia. & multa licet videre per Polycra. de nugis curialium.

Iniuria facta curiæ regi facta censetur.

a Pertinen

omnibus iuribus & pertinentiis [a] suis eidem N. cōferatis [b], & in illo, aut illa prouideatis, seu [c] ipsum ad illum, illam vel illud præsentetis aut nominetis. Ipsumq; N. in canonicum, & in fratrem vestræ vel alterius ecclesiæ ad effectum tantum obtinendi dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi recipiatis [d], stallum sibi in choro

Pertinētiæ quæ dicantur.

a Pertinentiis.) Quarū appellatione veniūt quæ à lege, cōsuetudine, vel statuto deputata sunt, vt accedāt, & ideo petitioni ecclesiæ accedūt omnia, quę ad ecclesiā pertinēt de iure, consuetudine, vel statuto, vt sunt iura eius parrochialia, dos primò instituta, decimæ & huiusmodi. teste Pan. & aliis in c. cū ad sedē. de resti. spol. Dec. cōs. 516. quoniā. col. pe. vbi fusius declaratur, & per Bar. in l. itē apud. §. cōuitiū. ff. de iniur. Bal. in c. de causis. col. pen. de offic. deleg.

Authoritate delegata vel iure ordinario quando quid fieri dicatur.

b Conferatis.) Et tunc dicitur iure ordinario cōferre, quādo aliàs habebat potestatē cōferendi, quia quoties papa mādat alicui per suas literas, vt faciat id, quod aliàs iure ordinario facere poterat, non facit eum delegatū, nisi dicat, authoritate apostolica, vel nostra cōferas, vel aliquid apponatur vltra formam iuris cōmunis. tex. solē. in c. cum aliquibus. de rescr. in 6. c. licet. de offi. ord. Et ibi Pan. pulchrè declarat, & Feli. in c. cum ex officij. col. 14. vers. tertius casus. de præscr. vel si præcipiat, vt hic, nam tunc dicitur facere authoritate delegata, idē quādo alteratur potestas ordinaria, secus quādo tantum remoueretur obstaculum. plenè Anch. in consi. 215. scripsit papa. Vbi dicit ꝙ iudex in dubio præsumitur potius procedere ex potestate delegata quā ordinaria. alleg. Io. Andr. in c. si postquàm. de elect. in 6. licet cōtrarium teneat Fel. in c. fi. col. 2. in 4. decla. de re iud. quod limitat Ias. in l. ius autē ciuile. col. 1. ff. de iusti. & iure. Soc. cōs. 260. in causa. col. 3. vol. 2. Collect. in c. relatum. de pręb. quod est notandū propter appellationes interponēdas, gl. in extrauag. sedes. de offic. deleg. in cōmunibus. Do. & Io. Vanquel. in c. si clericus. de præb. in 6. Et ista verba authoritate nostra cognoscas. faciūt delegatū, quādo apponuntur in dispositione principali, secus si in executione vel confirmatione. Imol. in c. quoniā. de offic. deleg. col. vlt. Dec. consi. 500. in causa. col. pen. num. 11.

An quis cogatur eligere ex qua potestate procedat.

Et iste procedens ex duplici authoritate, non potest cogi ad eligendū alterā, cū possit ex vtraq; procedere, si compatiantur se simul. Inno. Pan. & alij in d. cum ex officij. per tex. in c. significantibus. de offi. deleg. & poterit eligere, vt in parte vnius causæ vtatur authoritate ordinaria in alia delegata. per c. nisi. de præb. no. in c. innotuit. de elect. abundè resoluit Feli. in d. c. cum ex officij. & post eum d. Parisius ibidem [Ias. in l. 1. in fin. C. de furtis. tex. in c. literas. in prin. de præsumptio.] Et si vacet præbenda, cui annexa est dignitas etiam est conferenda mandatario. Idem si dignitas cui est annexa præbenda. text. in clem. fi. de præben.

Quid si mādatario fuerit in vim mādati collatū beneficiū quod postea ab eo euictū fuerit: an mādatum per acceptationē expirauerit? Resp. non, si cum protestatione vel ignorāter illud beneficium alteri iure debitū acceptauerit, gl. & doct. in c. 2. de rescri. in 6. plenè Rom. cōsi. 329. præsens consultatio. [Ideo debet acceptare illud, quatenus sibi debeatur, protestans in casu euictionis de habendo recursum ad aliud, vt superius scripsi, vide cle. vlt. de præben. cui dedi nouum intellectum. & Collect. in c. inter. col. vlt. de præb. & text. in c. si pluribus. illo tit. in 6.] & quid si plura vacauerint eodē momēto beneficia, ꝙ debeatur mādatario. [vide c. si plurib. de pręb. in 6.]

Mādatum an expiret per acceptationem vnius beneficii euicti.

De dictione seu.

c Seu.) Alternatiuè ponitur. Barbat. & alij in c. si quis presbyterorū. de reb. eccle. non alienan. Rom. cōsi. 65. in fi. de sui tamē natura intelligitur augere. l. si quis ita. ff. de auro & argen. legat. ibi, hoc enim verbum, scilicet, seu ampliandi legati gratia positū est. & hoc in legatis, secus in contractibus. Imol. & Dec. in c. inter. de rescr. vbi latius traditur. vide duas limitatio. per Ias. in l. pen. C. de verb. signif. col. 2. Et quæ dico in tracta. q. 14. nu. 44. text & ibi Iacobi. in l. plerūque. §. fi. de iur. dot. Ægid. de bella mera, cōs. 2. col. 2. Angel. in rub. de except. in institut. in princ. Et sic accipitur declaratiuè, alternatiuè, & ampliatiuè, vt nūcupatim scribit Bal. in c. 1. col. vlt. in 2. lect. de iud. Cotta. in 2. parte memorialiū. in verbo, seu.

Receptio quomodo fieri possit, & quotuplex sit.

d Recipiatis.) Et nota quod quādo papa, vel alius confert præbendā, personatū, vel dignitatem in ecclesia cathedrali, vel collegiata tunc mādat postea capitulo, vt recipiāt illum, cui est facta prouisio. per tex. hic. & in c. post electionē. de cōces. præb. Et ista receptio potest fieri per canonicos singulariter. Cardi. in cōs. 103. casus super quo. col. 2. Bal. in c. eam te. col. pen. de rescri. quia in executione quilibet videtur assumptus, vt facilior sit executio: ergo quod vnus ex capitulo cœpit, alter perficere potest. vnde lex dicit, ꝙ iudicium inchoatū à pupillo cū authoritate tutoris, potest perficere solus tutor. l. si ideo. ff. de euict. nec refragatur. c. in Genesi. de elec. quia loquitur de electione prælati, secus ergo in receptione facti. & hæc etiā receptio potest fieri per excōmunicatos. ca. pro illorum. de præben. & ibi Pan. & Imo. Bal. in c. capitulum. col. 2. de rescri. & ibi plenè Barb. col. 8. Et per residentes tempore pestis, licet non faciant maiorem partē capituli, etiā non citatis absentibus, vt expressè decidit de Ripa, in tract. de peste. in 1. parte. 2. partis. 8. priuilegio. vers. sed vidi.

Canonici an cogi possint recipere plures. Arrestum.

Si tamen canonici receperint vnū, cogūtur recipere alterum pro cōseruatione iuris illius tantū, non simpliciter. Et ita vidi iudicari in parla. ann. 1533. die Iulij 15. ne ius vnius pereat, non habita receptione facti, & hic nō tenebitur soluere aliquid pro ingressu, vt dixi supra. de reseruat. §. fi. quia nō est receptus simpliciter, sic dixi cogendū ordinariū ad cōferendum qualificato, ad conseruationem iuris sui, in gl. immediatum. in fi. §. si quis verò. de collat. supra.

Notandum est ꝙ duplex est receptio. Vna est receptio facti quando prius facta fuit collatio per papam vel alium collatorem, & postea canonici illū recipiunt, assignando stallum in choro, & locum in capitulo. & de illa potest intelligi quod supra dictū est. [Adeo quod si mandetur capitulo, vt recipiant

talem N. in canonicũ, singuli ligantur, vnde si collegium nolit recipere, quilibet illum recipere poterit, in eo quod consistit in facto; secus in iure, vt Innoc. & Panor. docent. in c. eam te. col. pen. de rescrip. doctor. in d. c. post electionem. de concessio. præben. c. si capitulo. illo tit. in 6.]

Et ista non debet denegari post collationem factam, quia capitulũ non habet causæ cognitionem, & si velit recipere cognitionẽ, vidi tanquã ab abusu appell. à capitulo Andeg. qui sic faciebat, & malè, & abusiuè recusasse pronunciatum, ann. 1537. die 2. Augusti. facit c. cum contingat. in fi. de rescript. *Arrestum.*

Altera quæ sumitur pro collatione iuris canonicalis, & præbendæ. glo. in c. cum aliquibus. de rescr. in 6. Rota decis. 441. fuit dubitatum. in nouis. & de hac loquitur. c. præsentium. gl. ipsorum. de testib. in 6. vbi glo. dicit in hac vocandos esse absentes. secus in altera. Domi. in consi. 84. quia istud. col. 2. per gl. in c. 1. in verb. recipiendis. de iureiur. in 6. & ista singulariter non posset fieri per d. c. in Genesi. de Ripa. in ca. cum M. no. 18. de constitu.

Quatuor differentias inter istas duas receptiones scribit Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in 5. forma literarum expectatiua. fo. 16 & seq. quas transcripsit Gomes. in eodem tracta. in 5. forma.

& locum [a] in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignetis: inducentes [b] eundem N. vel procuratorem suum eius

a Locum in capitulo.) Ista sunt iura canonicorũ. c. pro illorum. de præben. Alia etiam per quæ probatur possesio præbendæ. ponuntur in ca. dilecto. ibidẽ. & dixi in gl. canonicatũ, in §. j. supra de colla.

b Inducentes.) Et sic non sufficeret alicui cõferre, nisi eidem daretur possessio. Quia per collationem beneficij, vel institutionem, non transfertur possessio c. cum Bertold. ibi, ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem. de re iudic. glo. in ca. per tuas. de donatio. Et antequam aliquis in hoc regno possessor. o agere posit, necesse habet prius possessionem accipere, etiam si in ius alterius subrogatus fuisset. prout tamen dixi in §. declarantes. in verbo, successores. de mandat. apostolicis. Et potest induci quis in possessionem per clericum, siue notarium, vel presbyterum, iuxta mandatum episcopi, vel archidiaconi. Debet tamen is habere duos testes, in quorum præsentia hoc fiat, & tutius est habere notariũ. Ita consuetum est Paris. nec refert, siue sit apostolicus, siue regius, & intra quod tempus teneatur quis adipisci possessionẽ beneficij sibi collati. Pan. in c. capitulũ. col. pen. de rescr. dicit nõ esse à iure præfixũ tempus, sed hodie per regu. cancel. 34. tenetur is cui resignatum est beneficium, intra sex menses possessionem adipisci. Si moriatur resignans & beneficium ei à papa sit collatum. Si verò collatũ sit ab ordinario, intra mensem, sed si resignans viuat, potest vsq; ad mortem resignãtis possessionem adipisci. Si autem aliàs quàm per resignationẽ collatũ fuerit beneficiũ alicui tenetur is intra annum computandum à die possessionis adeptæ ab aduersario suam possessionem capere, aliàs in hoc regno excludetur à possessorio. vt in ordin. regu. rub. *des matieres possessoires.* Boer. plenè. in decis. Burdegal. quæst. 312. sed intra quot. & ego abundantius in praxi beneficiali. [Et debet quis dicere se accepisse possessionem in vim collationis ordinarij, vel prouisionis apostolicæ, si tamen quis acceperit possessionẽ non facta mẽtione tituli, dummodo ille titulus sufficiens sit, nõ vitiatur possessio. & ita cõclusum fuit, & in mẽte curiæ retentum, anno 1540. die 18. Feb. inter Iacobum ecclisson & Guillelmum Caiornel.] & hæc missio, seu inductio, in possessionem quæ inuestitura dicitur, non præcedente collatione habet vim collationis, quando is habet vtrãque potestatẽ, scilicet conferendi & mittẽdi in possessionem, vt hic. & c. 2. de renunc. ac c. pro illorũ. de præb. c. authoritate. & ibi Pan. de instit. vbi dicit ꝙ inuestitura habet vim collationis. Idem tenet in c. 2. de cõsuet. per tex. in 1. de consuet. recti feudi. vbi inuestitura dicitur collatio. facit c. cum aliquibus. de rescri. in 6. & c. cum in ecclesiis. de præb. co. lib. vbi dicitur receptionẽ actualem in canonicũ habere vim collationis. inductio verò post collationem dicitur facti, nullum ius tribuens, sed primum exequens. c. cũ olim. de re iudic. & c. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte ca. post electionem. de concess. præb. sic consuluit Roma. cons. 337. quo ad primum. col. 1. vbi dicit ꝙ hæc inductio cum sit facti, & executio præcedentis iuris, non potest impediri per aliquam exceptionem vel appellationem, nisi opponeretur crimen cum infamia. c. cum ecclesiasticæ. de except. c. constitutus. 2. de appella. c. super his. & c. accedens. de accusat.

Inductio in possessionẽ quãdo vim habeat possessionis, & quomodo possessio capi posit.

Arrestum.

Per quem posit quis induci in possessionẽ & intra quod tempus, & inductio quã do vim collationis habeat.

Et per hoc dicit Anch. in cle. vna. in 10. notab. de concess. præb. ꝙ cũ ista possessio sit facti, non tribuit ius, nec est sub eodem genere cũ collatione, & ideo collationẽ nõ potest inducere. secus in inuestitura facta ab eo, ad quem spectat collatio, quia inuestitura & collatio sunt multum similes, ideo faciliorem functionem recipiunt, quia in eodẽ genere sunt. l. 2. § j. ff. si cert. peta. & in symbolizantibus facilis est transitus. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Et vna bonorum possessio in aliam, etiam sibi oppositã, conuertitur, quia in eodem genere sunt. l. sed cũ patrono. ff. de bon. posses. l. 2. §. sed si sub cõditione. de bono. posses. secundũ tab. tamẽ bonorũ possessio. nõ operatur additionẽ. quia nõ est eiusdẽ generis cũ additione. l. puberẽ. C. de iure delib. Idem dic in l. si quis. §. iudicium. ff. de oper. lib. quod ego intelligerẽ, quãdo mitteret in possessionem exequendo mãdatum alterius: secus si citra mandatũ, quia tunc mittendo in possessionem videretur conferre, alioqui peccaret sic intrudendo eum, & in dubio non debemus præsumere delictum. l. merito. ff. pro socio. sed vt res potius valeat quàm pereat. l. quoties. 2. ff. de reb. dub. & supra dixi.

Quæritur intra quod tempus debeat executor conferre? videtur ꝙ saltem intra sex menses, nam postea excluditur. c. 2. de concess. præb. Resp. contrarium est verũ, quia nõ est præstitutum aliquod certum tempus executori apostolico de iure, nisi in rescripto apponatur. cle. vna. & ibi not. de concess. præben. cle. si de beneficio. de præb. ideo potest quandocunque conferre, sicut papa, vt dixi in d. cap. 2. nam

Executor intra quod tempus debeat cõferre.

nam fungitur vice papæ.c.sanè. de offic.deleg.

Fallit quando grauatur certa persona, vt in his mãdatis.nam tunc executor debet prouidere quandiu durat potestas illius grauati, cui directum est mandatum.postea verò non poterit prouidere, donec deuoluatur ad papam.glo.in §.visum in verbo, respectiuè de colla.in prag.

Secundò, fallit in executore inferioris à papa, quia is habet tantum sex menses, sicut constituens, quia subrogatus debet sapere naturã eius, in cuius locũ subrogatur.l.si eũ.§.qui iniuriarũ.ff.si quis cautio.Io.de Selua in tracta.de benefic.in 3.parte.q.64.

Tertiò, fallit quando est executori taxatũ tempus, tunc tempori limitato nil addetur.l. in agris. ff.de acqui.rerum domi.alioqui sine mandato conferret post tempus,& sic non valeret.c.cum dilecta. de rescri.vide quæ plenius scripsi in glo.intra sex menses.§.j.supra de regia.ad præla.

nomine in corporalem [a] possessionẽ canonicatus & præbendæ aut dignitatis, personatus, administrationis, vel officij, seu beneficij huiusmodi, iuriumq; & pertinentiarum vniuersorum prædictorum: defendentésque [b] inductum, ac faciẽtes N.vel pro eo procuratorem prædictũ ad præbẽdam, aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, seu beneficium huiusmodi quodcunque fuerit (vt moris est) admitti: sibíque de illius vel illorum fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè [c] respõderi. Non [d] obstãtibus forsan

a Corporalem.) Duplex est possessio, corporalis videlicet quæ dicitur naturalis, altera ciuilis, quamuis Bart.triplicem esse teneat in l.1.in prin.ff.de acq. possess. Et hæc possessio corporalis probatur.in l.1. §.per seruum corporaliter pignori datũ. ff.de acqui. possess.& in l.& habet.§.placet.& ibi glo.in verbo, corpore, exponit, id est naturaliter.de precario. c.cũ contra.in fi.de pign.c.quod autẽ.de iure patro.& sic idem est possessio corporalis & naturalis. Alexan. & Ias.in d.l.1.& de duplici naturali tradit Bal.consi. 338.præmittendum in 5.volu.

Possessio de corpore in corpus quã dicatur.

Vel potest dici, ꝙ quædam est possessio de corpore in corpus, vt si possideo rem corpoream, vt equum.alia de corpore in non corpus, vt si homo possideat seruitutẽ. Alia est de non corpore in corpus, vt si fiscus possideat fundũ. Nam fiscus est persona incorporalis, & ideo vbique dicitur esse.not. in l.1.C.de quadrien.præsc.& in rub.de iure fisc.lib. 10. Alia est de non corpore in non corpus, vt fiscus & ecclesia, quando habẽt seruitutem. Bal.in c.contingit.col.vlt.de dolo.sicut de damno dicitur in §. fi.instit.de leg.Aquil. Multa de possessione licet videre in titulis ordinariis.vide quæ dico in rub.de annatis.infra.in verbo, possessionẽ.& in tract.de materiis possesso.in 3.tomo.ord.reg.

b Defendentésque.) Operatur hæc clausula executori directa, vt etiam contra tertiũ possit cognoscere turbantem istum mãdatarium, licet aliàs non posset.ca.pro illorũ.de præb.c.1. de offic.deleg. Facit ꝙ dicit gl.vlt.in c.nõ solùm.de appel.in 6.ꝙ iudex deputatus in causa appellationis, nõ potest cognoscere contra tertium attentantem. Fallit quando est ista clausula, vt ibidem dicitur per doct.

Clausulæ defendẽtes quid operetur.

Item facta executione expirat potestas delegati. c.quærenti.de offic.deleg.tamen hæc clausula facit, vt executor per aliquod tempus possit defendere possessorem. Henric.Boic.& alij in d.c.pro illorum. Imò mortuo cõcedente, virtute istius clausulæ non extinguitur rescriptum instar officij conseruatoris. c.fi.§.officium.de offi.deleg.in 6.Io.And.& alij in c. si cui.de præb.ibidem sic consuluit Card.consi.10. Iacobus col.1.vers. hic tamen oritur in hoc regno Franciæ facta collatione per executorem extincta est statim sua potestas, ita ꝙ si turbetur mandatarius, intentat interdictum vti possidetis, & literas manutenẽtiæ, siue saisinæ impetrat à rege, seu à sua cãcellaria quas dirigit iudici regio illius prouinciæ, vbi beneficiũ est situm.arg.l.pen.C.vbi in rem acti. & non solent concedi hæ literæ à seneschalis, vel bailliuis: secus in literis in casu spoliationis, & de nouis dissaisinis. Io.Berbe.in viato.iuris, in pract.legũ regia. Auffr.in stylo parla.in 1.parte, rub.de causa nouitatis.vers.item in causa.& in rub.de modo procedendi super nouis dissaisinis. Imò in hoc regno executor non excommunicat, nec causæ cognitionem recipit, sed tantum facit collationẽ, alioqui si excõmunicaret, appellaretur ab eo à notorio abusu, & reformaretur per senatum, vt vidi in practica seruari dixi in forma seq.in verbo, contradictores.

Literæ manutenentiæ non solent cõcedi à seneschalis.

c Integrè.) Quia beneficia debent conferri sine diminutione. c.vno.vt ecclesiast.benef.sine diminutio.conferan.& fructus per residentes integrè recipit.c.licet.de præb.& de præbenda integra & dimidia est tex.in ca.cui, de non sacerdotali. de præb. lib.6.vide text.in ca.cum M.in fine.ibi, cum integritate.de constitu.de multiplici integritate scripsi in l.silua.§.integra.ff.de verbo.signif.

d Non obstantibus.) Ista est vltima pars mãdati, cui addi, & subtrahi potest pro facti qualitate. nam si illegitimus, vel alius inhabilis impetret mandatum, his non obstan.potest addi.non obstante ꝙ de legitimo matrimonio natus non fuerit, & ideo ista pars quo ad omnia verba hic posita non est de forma substantiali, sed nõ obstantiæ generales sic, sine quibus mandatũ suas nõ cõtineret partes, ideo forma omitteretur, quare licet in ista parte non apponeretur hæc clausula de certo canonicorũ numero, si non dirigeretur ordinario habenti collationem præbendarum, crederem valere mandatum, si in dispensatione supra poneretur, quia istæ non obstantiæ non debent poni nisi fuerint necessariæ, & aliæ etiam necessariæ, debent addi, vt supra dixi. Et ideo in vno mandato vidi illam clausulam mandati vltimam, seu si dictus præsens non fuerit, &c. fuisse omissam, tamen mandatum bonum, & secundum formam fuit iudicatum per prædicta.

Hæc quarta pars mãdati, an sit de forma, & de clausula non obstan.

Et nota, ꝙ hæc clausula non iustificat impetrantem in literis papæ posita. Feli.in c.1.col.3.in fi.vers.

limita 3. de rescri. & quãuis per hanc clausulam non augeatur gratia. cle. 1. de præb. tamen declaratur intentio circa concessa. Bal. in l. eam quam. col. 9. vers. sed pone. C. de fideicom. Fel. in c. nonnulli. col. 28. in 15. conclu. de rescrip. vbi de his non obstantibus plenè, & ad saturitatem licet videre. ego multa cumulaui in extrauag. ad reprimendum. in verbo non obstantibus. quomodo in læsæ maiestatis crimi. proceda. vbi Bart. multa dicit. ad illum recurrito.

Nota tamen ꝙ in omni materia derogatur per verba generalia emissa ab eo, qui potest derogare, si per ea appareat de eius mente, videlicet ꝙ intẽdit derogare. Ioan. And. in c. 1. col. pen. de except. refert Collect. in ca. cum dilecta. col. 1. de rescri. & plures tex. cumulat Io. And. in c. vno. in fi. de exces. præl. in 6. tamen non derogatur iuri patronatus laicorum, teste Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. col. 18. ff. solut. matr. fal. 23. Et ista clausula non obstãtibus non est necessaria in legibus, quãuis in rescriptis, & statutis necessaria sit. Bal. in marga. in verbo, clausula. quæst. 10. allegat gl. singu. in verbo, nullam. in ca. veniens. de rescri. Nam secunda constitutio primæ derogat. sine alia expresione. ca. 1. de constit. in 6.

Clausula non obstã. in legibus non est necessaria.

(vt supra) de certo canonicorum numero, & aliis constitutionibus [a] & ordinationibus apostolicis, ac dictæ vestræ, vel alterius ecclesiæ iuraméto [b], confirmatione [c]

Inferior an posit vti clausula nõ obstã. cõstitutionibus.

a Constitutionibus.) Quibus nõ possunt derogare inferiores. clem. ne Romani de elect. Ideo nullus inferior potest vti clausula derogatoria, vtpote, nõ obstante aliqua lege, vel cõstitutione in cõtrarium faciente. Alex. & alij in l. Nemo potest. ff. de lega. 1. Nec valebit conuentio, vt pars nõ soluẽs intra terminum præstitutum, posit excõmunicari nõ præcedente monitione, & sic nõ seruata forma c. sacro. de sent. excõ. Inn. & Pan. in c. P. & G. de offi. delega. Alex. in l. alia. §. elegãter. col. 3. ff. sol. matr. vbi etiam dicit non valere cõuentionem, vt quis propria possit capi auctoritate, quia non est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. nec potest testator damnare hæredem ad soluẽdas vsuras legatariis, si distulerit legata soluere. Bart. per illum text. in l. 3. §. fi. & ibi addidi. ff. de annuis lega.

Sacerdotale beneficiũ an posit non sacerdoti mãdatario conferri.

Sed operatur hæc clausula, vt videantur sublata, vel saltem dilata statuta ecclesiarum contraria, fortè requirentia: ꝙ impetrãs sit sacerdos: nam sufficiet quod infra annũ promoueatur. de Rota decis. 466. nota ꝙ statuta. in antiq. non tamẽ derogant ordinationi fundatoris, nisi exprimatur, sicut de iure patronatus laicorũ dicitur in decis. 3. si statutũ in no. vbi dicitur per hanc clausulam non tolli defectum personæ, nec induci dispensationẽ cõtra ius cõmunis, vt not. Io. monach. in c. cum aliquibus. de rescri. in 6. nec per istam clausulam generalẽ in rescriptis positam censetur regulis cancellariæ derogatũ, nisi expressa de illis fiat mentio. teste Ioan. de Selua in tract. de benef. 3. parte. q. 46. Gomes. q. 5. in proœmio regula. vbi plenè explicat, si tamen dicatur nonobstantibus regulis cancellariæ, omnibus videtur derogatum, per quas posit concesio impediri, vel differri. Domi. in c. si propter. de rescri. de stylo tamen cancellariæ Rom. est quòd expressa fiat mentio. teste D. Gomes. vbi supra. q. 6. Imo in dote, quod non valeat legatum, vt hęres teneatur soluere vxori decem, quousque dotem habebit. cõsuluit Anch. consi. 93. verba. & Soci. consi. 56. viso. in 3. vol.

Defectus personæ nõ tollitur, & dispensatio nõ inducitur per non obstãtibus.

Actus iuratus non tollitur per verba derogatoria generalia.

b Iuramento.) Hoc ideo expresit, quia dispositio derogatoria non tollit actum iuratum. Item nec papæ constitutio, vel statutũ, seu ordinatio, nisi exprimatur, vt hic gl. sing. in c. cũ non deceat. de elec. in 6. cle. dudũ. §. fi. de sepult. Possem adducere Ludo. Rom. sing. 7. & in repet. si verò. §. de viro. 23. fallen. ff. sol. mat. & cons. 514. & cons. 404. & consi. 436. Alex. & Vincen. in l. 1. in princ. ff. ad legem Falc. & Alex. cõsi. 27. in 2. vol. nu. 25. & cons. 205. ibidem. & cons. 38. q. 2. in 3. vol. & 52. nu. 32. ibidem. & cons. 136. in 6. vol. Possem etiam ad corroborationem huius dicti adducere Barba. in c. 1. col. 17. nu. 75. de rescr. & in cle. 1. col. 5. de elect. & cons. 23. col. 4. in 1. volu. & consi. 47. col. 19. ibidem. Domi. cons. 83. Ias. cons. 233. col. 6. vol. 2. & consi. vlt. ibidem, ac cons. 173. col. pe. vol. 4. & in l. si mihi & tibi. §. fi. ff. de legat. 1. Albert. Brun. in cons. 12. col. 9. in materia feudali, & in tract. de forma & solẽnitate actus, fol. 94. col. 4. Rota decis. 633. in antiqui. Thomam Ferrariũ, cautel. 55. Feli. in c. nu. 20. de spõsa. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo, testamẽtum. in 2. nu. 18. de testam. Possem allegare alios doctores antiquos, maximè Alber. in 1. parte statuto. q. 16. & Vital. de Camb. in tract. clausula in clausula nõ obstãtibus. fol 7. in paruo vol. & alios quos de industria missos facio: tũ quia recẽtiores eos allegãt, tum ne lectore turba allegationum fatigem. & plenisimè Feli. in c. cõstitutus. de rescr.

Periurus non est impetrans cõtra statuta iurata.

Iuuat etiam in alio hæc clausula, vt licet quis iurauerit tempore suæ receptionis in canonicum seruare statuta & consuetudines laudabiles ecclesiæ, si tamen postea impetret à papa præbẽdam vel aliud beneficium contra consuetudines ecclesiæ, non erit periurus, & valebit huiusmodi impetratio. domini de Rota, decisio. 294. licet quis. in no. Aliquando vidi in rescriptis apostolicis hanc clausulam apponi, supplẽtes omnem defectum, quæ tantum defectus iuris positiui non naturalis, nec incapacitatem personæ tollit. c. 1. & ibi Cardin. Ant. & alij de transact. Feli. in c. ex parte. 1. col. 17. vers. & istis. adde. & c. postulasti. col. 16. vers. tertius casus. de rescri. Dec. consi. 441. & cõs. 516. & cõs. 141. & cõs. 602. Guido papæ in suo tract. de rescri. & cons. 65. Alex. cõsi. 79. in 1. vol. nu. 20. Soci. cons. 120. col. 5. in 3. vol. vbi licet de hac clausula videre alia. Et per Bertr. cõs. 41. multa sunt. nu. 8. vol. 1. de primo impresis. Et nullus citra papã vel principem non recognoscentẽ superiorẽ potest hac clausula vti. Ias. in l. nemo potest. not. primo, in secunda lectura. ff. de leg. 1. vide text. in extra. si de treuga. & pace in cõmunibus. & Io. Dayma, in verbo plenitudine. in rub. de regia. ad præla. nomina. faciend. supra eod.

De clausula supplẽtes omnem defectum.

Statutum per papam confirmatũ an & quãdo tolli posit.

c Confirmatione.) Nam statutum confirmatum à papa censetur esse papæ. l. 1. §. omnia. C. de veter. iure enucl. c. si apostolicæ. de præb. in 6. Idem dicitur in c. quia sæpe. de elect. in 6. & legatus vel alius inferior non potest illud tollere. c. inferior. 21. dist. cle. ne Ro

ne Romani.de elect.dic tamen quòd statuētes possunt tollere statutum cōfirmatum.c.pro illorum.de præb.quatenus respicit vtilitatem propriam, secus si ecclesiæ, vel aliorum vtilitatem, vel fauorem publicum respiceret, aut quando statutum nō teneret sine confirmatione Papæ, vel quando esset apposita clausula decreti.Fel.in c.qualiter.1.col.11.in 6.limitatio.de accus.& in c.cū accessissent.not.3.de constit.text.in c.dilecto.& ibi doct.de præben. Et istud operatur hæc expresio, quia clausula nō obstantib. non tollit dispositiones per principem confirmatas. gl.in cle.dudum.in fi.in verbo pacta.de sepult.Feli. in c.constitutus.col.pen.vers.considera.3.de rescrip. Ias.consi.105.in causa.col.2.in 1.volum.

Item clausula nō obstantibus statutis talis ecclesiæ non tollit statuta illius ecclesiæ, condita per Papæ prædecessorem.Lud.Roma.cons.327.Istæ sunt. quia difficilius tollit Papa constitutiones prædecessoris, quàm statuta inferiorum, iniuriam enim mihi facio, cum prædecessorum meorum iura perturbo, dicit Papa in c.quod vero.25.q.1.Nec refragatur c.1. de constit.in 6. quia verum est ꝙ ignorare præsumitur statuta inferiorum.tamen si illa sciat, ꝙ facilius ea tollat non dicitur ibi, vel quod non tollat. Feli.in c.nonnulli.col.11.versi.nota 2.de rescrip. De confirmatione multa, & quotuplex sit tradit Pan. & Deci.in rub.de confir.vti.per totum. gl.in c.quia diuersitatem.de concess.præb.vbi ponit tres effectus cōfirmationis in forma cōmuni tradit etiam Pan. in c.cum super.de causa posses. addit etiam confirmationem operari iudicis decretum. Bal.in l.quæcūque.col.2.C.de bonis quæ liber.Item tribuit causam præscribendi. Ioan.And.& alij in c.dudum. de deci.& vltra præstat authoritatem administrandi, vbi aliàs electus non posset administrare. glo.in c. quanto.63.distin.not.in c.auaritiæ.de elect.in 6.Panor.in c.nosti.& c.transmissam.de elect.

Effectus confirmationis in forma cōmuni.

Item confirmatio etiam in forma communi facit sententiam præsumi iustam. Imol.in c.ea quæ. de re iudic. Alios effectus vide per gl.in c.frater. 17. q.4.& doct.in l.more.ff.de iurisd.omn.iud.quia hic de confirmatione possem facere magnū tractatum.

apostolica [a], vel quauis firmitate alia roboratis [b] statutis & consuetudinibus [c] contrariis quibuscunque [d], aut si vobis, communiter, vel diuisim ab apostolica

a Apostolica.) Alia ergo est authoritas apostolica, alia est legationis.c.hi qui.c.si apostolicæ sedis. c. si à sede.de prçb.in 6.Vnde legatus nō potest dicere authoritate apostolica concedimus, sed authoritate legationis.& per hoc patet, quòd is qui est adeptus possessionem in vim bullæ legati, si dicat prouisionis apostolicæ, falsum dicit, vnde vide reiici adeptionem possessionis in vim prouisionis apostolicæ, quæ erat accepta in vim signaturæ legati. vt dixi in tract.de pacific.posses.posse adipisci possessionem in vim signaturæ etiam legati, quia gratia est perfecta, ibi probaui.

Authoritas apostolica & legationis differunt.

b Firmitate.) Vtpote adiectione pœnæ, ad quam possunt etiam carentes iurisdictione se obligare inuicem, vt obseruent statutum, licet aliàs nō possint carentes iurisdictione adiicere pœnā in statutis eorum, nisi in casibus traditis per Ias.in l.omnes populi.nu.35.col.8.ff.de iusti.& iur. Auffre.in decis. Tholosa.q.405.vel dic firmitate, videlicet confirmatione legati, aut episcopi, vel alterius, seu alia firmitate.gl.no.in c.cum aliquibus. de rescript.in 6.& ca. quia sæpe.de elect.eodem lib.

In statutis an pœnæ adiici possit.

b Statutis.) Et si capitulum cathedralis ecclesiæ potest facere statuta licita, nō tangentia generalem statum ecclesiæ, vel præiudicium episcopi. glo.sing. in c.constitutionem. §.cæterum. in glo.1. de verb. signi.in 6.Fel.abūdè in c.cū omnes.col.4 de consti.

Capitulum cathedralis ecclesiæ quādo statuta facere possit.

Et in literis gratiæ solet statutis ecclesiarum derogari, vt hic, secus in signatura de iustitia. arg.l.falso.C.de diuer.rescr, ibi, quæ ad ius rescribuntur, vt c.causam.de rescr. hoc nominatim docet Io.Staph. in tract.de literis gratiæ.fol.149.vers.hinc est quod. Et an appellatione statuti veniat & comprehendatur ius commune, vide per Dominic.& alios in ca. statutum.in princip.de rescriptis.in 6.

c Contrariis.) Ideo dicit, quia Papa consuetudines seruari vult.cap.fi.de consuet.in 6. quando non sunt contrariæ actui pro quo scribit. c.ex parte. & ibi glo.& docto.de conces.præb.cle.dudum. §.pen. ibi, inquantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria. de sepul.glo.in verb.vacantibus. in auth.de hæred.& fal.colla.9.in princ. Alexan. cons. 122.in 4.volum.de hac clausula latè Feli.in c.nonnulli.de rescrip.doctor. in ca.si propter. illo tit.in 6. Vital.in tract.clausu.fol.7.col.3.& seq.D.Probus in c.fi.de consuet.in 6. Apud Io.Monach. & c.ei cui. ibidem. Imo non valet gratia vel rescriptum contrarium consuetudini, statuto, vel priuilegio, nisi de illis fiat mentio, saltem per hanc generalem clausulam non obstantib.& c.vt hic, quia sicut condendo legem posteriorem non videtur derogare cōsuetudini, vel statuto.c.1.de consti.in 6.sic faciendo gratiam vni, non videtur tollere consuetudines, vel statuta contraria.Perus.in c.cum aliquibus.1.not.de rescri.in 6.c.vltimo.de consuet. eo lib.& c.cum in ecclesiis.de præb.ibidem, ideo apponitu hæc clausula non obstan. &c.*Item valet gratia, in qua impetratur dignitas, licet non exprimatur Franciæ cōsuetudo, per quam non debet cōferri, nisi canonico. vt scripsi superius in rub.de reserua.§.fi.& hoc docet Francis.Marc.in decis.suis.q.133.in 2.parte.

Rescriptum contra cōsuetudines an valeat.

d Quibuscunque.) Et dicit quibuscunque, nam quando duo vel plura obstant, non sufficit ꝙ vnū vel duo remoueantur, etiam si apponatur clausula generalis, sed omnia tolli debent, vt hic per hæc verba generalissima quibuscunque.Bal.in l.si non, lex Aelia sentia.per illū tex.ff.de hære.insti.& in l. 1.col.7.C.de furt.Ias.consi.233. præsens consultatio. col.7.in versi.nono facit.in 2.volu quòd inuenitur repetitum inter consilia Alberti Bruni. consi.8.in materia feudali. quia si Papa sciuisset tot defectus non dispensasset, vel non ita de leui. in c.postulasti. in fi.de rescri.Domi.cons.33.pro examinatione.col. 3 & Dec.consi.542.reuerende.col.pen.per text.in l. qui testamento.in princ.ibi, si aliud eos nihil impediat.ff.de testam.c.vno.ibi, si aliud non obstat cano-

No.de verbo, quibuscunque.

nicum de ætat.& qualit. in 6.Dec.consil.602. viso puncto.col.penult.

Hæc clausula licet sit bene generalis restringitur tamen secundùm materiam subiectam.glo.in c.solitæ.de maio.& ad personas habiles.l.qui autem. §. fi.ff.de constit.pecu.c.quia plerunque.de offi.ord.intellige vt plenè declarat Ias.in 2.§.prætor ait. ff.qui satisd.cog.& l.quidam.§.j.de edend.l.quodcunque. de verb.obl.& consi.75.magnificus.in 1.vol.& consil.118.contra donationem.col.3.volum.4.

fit sede [a] indultum quòd ad receptionē vel prouisionem alicuius minimè teneamini, quodq; de canonicatibns, & præbendis, seu dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis, vestræ vel alterius ecclesiæ, aut aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscunque, ad vestram collationem, prouisionem, præsentationem, nominationem, seu quamuis aliam dispositionem communiter vel diuisim pertinentibus, nulli valeat prouideri per literas apostolicas non facientes plenam [b] & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mētionem. Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus

De indulto an sit faciē da mentio.

a Indultum.) Et per hoc patet, & per verba contrariis,&c.quòd si mandatum dirigatur ordini Cluniacens.qui habet indultum, vt non teneatur accipere impetrantes à sede apostolica sub speciali gratia,vel communi, nisi de ordine Cluniacen.vel de huiusmodi indulto expressa fuerit facta mentio, tamen per hæc verba censetur facta sufficiens mentio.prout concludit Cardin. in clem.dudum. §.nos verò.q.9.& seq. de sepul.

Papa indultis derogat.

Etiam per ista verba apparet,quod nunquam ligantur manus Papæ etiam per quæcunque indulta, & priuilegia sua, vel suorum prædecessorum quominus illis derogare posśit.tex.in c.dudum.de præben.in sexto.c.innotuit.de elect.quia non potest legem sibi dicere,à qua non liceat recedere.l.si quis.in princ.ff.de leg.3. c.fi.de rescript.in 6.nisi per viam contractus, vt superius dixi in præfat.ad rub.de collat.Alioqui mandatum non facta mentione de indulto,non valet.cap.cum ordinem.& ibi Feli.in fine, vbi tradit hos tres casus fallen.de rescript.probat Paul.Parisiens.consil.79. aduertendum. colum. vlti.in 4.volum.

Primus quando impetratur mandatum ad collationem prioris,qui in diœcesi est vnicus illius ordinis,tunc valent literæ tacentes de ordine, quia non possunt verificari nisi in illo.quod reprobat ibi Feli.quia non sciuit Papa illum esse de ordine priuilegiato: quod si sciuisset,fortè non concesśisset. Ideo si monachus impetrauerit beneficium spectās ad collationem sancti Martini Parisien. nisi exprimat Cluniacen.non valebit impetratio. vt pulchrè decidit Collect.& in propriis terminis in ca.ecclesia.col.pen.de sortileg.

Secundus casus est,quando est facta mentio de ordine à quo præcisè descendit ille ordo,cuius erat habēda mētio, & eiusdē naturæ, quāuis sint diuersi habitus,& nominis,vt S.Benedicti fit mentio,à quo ordine descendit ordo Cluniacen.qui habet priuilegiū,de quo supra.nam tunc sufficeret secundū eū.

Tertius casus est,quando quis impetrasset beneficium non regulare,neque spectans ad collationē prioris,sed seculare spectans solum ad eius præsentationem,quia tunc non requiritur expresśio ordinis.nam ex quo indultum dicit q; non teneātur recipere,illa receptio intelligitur de beneficio, quod liberè spectat ad religiosos.secus in beneficio ad quod præsentationem habent, quia in illo non dicuntur recipere,nisi diceretur in indulto, in ecclesiis suis nemini prouideri posse sine ordinis expresśione.vide Fel.in c.accedētes.de præscri.& in c.nōnulli.col.5.de rescri.per hāc clausulā istæ tolluntur difficultates, quod prodest ad indulta cardinalium.

Plenū quot modis capiatur.

b Plenam.) Plenū dicitur multis modis. Primo, dicitur cui nil addi potest,nec minui.c.bene quidē. in prin.96.dist. vel cui nil deficit arg.c.nihil.7.q.1. in c.cum contingat.col.4.de rescript.

Item plenum dicitur validum & firmum, vt id quod hac authoritate fit,valeat.l.idem Pompo.ff.de recep.arb.Item plenum dicitur omnia necessaria, & vtilia comprehendens,vt hic. & l.si cum dies.§. plenum.& glo.in l.ita demum. §.fi.ff.de recep.arbi. vbi dicit plenum,quando doli mentionem cōtinet.

Aliquando dicitur plenum,liberum,quod potest iniquum æquo præferre,quasi voluntarium. l.fideicommissa.§.quāquàm.ff.de lega.3.Bal.consil.383.in 3.vol.Vnde si procurator habeat plenum mandatum, idem poterit facere, ac si haberet mandatum generale,& cum libera.Bart.in l.procurator. cui libera.ff.de procur.& l.si procurator.C.illo tit.Fel.in c.nonnulli.§.sunt.& alij.col.1.de rescri.& princeps faciendo gratiam,videtur remisśionem tantū pœnæ facere. Bar.& Sali.in l.fi. C.de sent.pasśis.sed si faciat plenam gratiam, & bona videtur remittere. Ias.in l.si tibi. §.1.circa fi.ff.de pact. Feli.in ca.inter quatuor.in fi.de maior.Hipp.sing.246.remisśio.

De clausula pleno iure.

De clausula pleno iure quid importet, vide per Guido.Papæ,in suis decis.q.537.dixi supra Alexan. cons.208.in 2.volu.& consi.162.visis.in fin.in 6.vol. ac consi.140.viso.col.2.in 7.volu.Corne.consi.305. col.3.vol.1.& consil.329.col.2. ibidem. & Ias.consi. 128.videretur.col.4.in 4.vol.& in l.si ita stipulatus fuero.si titius.3.notab.ff.de verb.oblig.Fel.in c.conquestus.de foro comp.& c.auditis.col.2.de præscri. & tunc ecclesia dicitur ad aliquem pertinere pleno iure, quando ipse,& non alius exercet ibi iura episcopalia.c.quoniam.de priuile. Pan.in c.querelam. col.2.de electio.& in c.de monachis. per docto.& cap.in Lateranens.de præben.alia cumulat Hippol. d.sing.246.& Dec.cōsi.43.& pro tenui.col.2.de hoc abundè scripsi in l.Herennius.ff.de verb.sign. Et sic postquàm supra in genere sustulit nō obstantia, ibi

non ob

non obstantibus quibuscũque, hic prosequitur magis specificè, & prout faciendum esse censet Ias. cons.121.viso themate.in 4.vol.

Iurans non reuocare procuratorem, an possit illū reuocare.

Quid si quis iurauerit non reuocare procuratorem, an possit eum reuocare etiam non facta plena & expressa mentione iuramenti? quòd sic tenet gl. sing.in c.fi.de procu.in 6.licet sit periurus reuocans. secundum Pan.in c.extirpandæ.§.qui verò.col.4.in repet.de præb.& Barb.in rub.de reb.eccl.non alien. nu.49.& Ias.in l.duobus.§.fi.ff.de iureiu. & in l.si nō sortem.§.si centum.col.3. de condi. indeb. & in l. si mihi & tibi.§.in legatis.col.3.in 2.lect.de lega.1.& in l.si ita quis.§.ea lege.nu.14.ff.de verb.oblig. & cons. 211.in 2. vol. secus in patrono laico, qui iurauit non variare vnius facta præsentatione, vt variare non possit.teste Curtio.in tract. de iure patro. in verbo, ius.q.12.Boer.q.202.ad secundam.

huiusmodi gratiæ impediri [a] valeat quomodolibet, vel differri [b], & de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris literis mētio [c] specialis, seu si dictus N. pręsens nō fuerit ad præstandum de obseruandis statutis [d] & consuetudinibus vestræ vel alterius ecclesiæ solitum iuramentū, dummodo in absentia sua per procuratorem idoneum [e], & cum ad ecclesiā ipsam accesserit corporaliter illud præstet. Datum [f], &c.

a Impediri.)Idem dicitur in c.cum non deceat.de elect.in 6.[& c.si propter.de rescr.ibid.]

De clausula differri vel tolli possit.

b Differri.)Hæc clausula operatur, quod licet per verbū non obstātibus statutis.per quæ nostra cōcessio impediri vel tolli posset censeantur sublata statuta impediētia effectū gratiæ omnino, & exceptiones peremptoriæ, tamē si non tollant, sed differant, nō censentur sublata per illa verba : ideo Papa hic apposuit, vel differri. Dom.in c.si propter. col. 5. de rescr.per gl.ibi, in verbo, impediri. Et sic tolluntur per hāc clausulam dilatoriæ exceptiones, teste Fel. in c.nonnulli.col.11.vers.not.tertio. de rescr. Ideo si statuto ecclesiæ caueatur, q̄ mandatarius nō habeat primum beneficium, si esset præbenda ecclesiæ cathedralis, sed aliam sic: si prius vacet præbenda, non debebitur mandatario : nisi ista clausula esset in rescripto apposita. gaudere ergo debent mandatarij propter ista verba Cald.cons.1. de rescr. D. Gomes. q.6. in procem. regularum cancellariæ, & in regula de non tollendo ius quæsitum.q.10. Nam aliquando differre in lōgum tempus, & tollere in totum æquiparatur in c.si super.de officio delegato.

De clausula mentio specialis.

c Mētio specialis.)Hæc clausula tollit subreptionem & defectum intentionis Papæ, quia licet non valeret rescriptum, nisi fieret mentio ordinis Cistercien. c.cum ordinem.de rescr. Nec rescriptū contra personam miserabilem, nisi specialiter exprimatur. Inn.& alij in c.significantibus.de offi.deleg. Tamen per hanc clausulam Papa intendit derogare cuicūque priuilegio, & statuto, etiam si specialis mentio de eo esset facienda.vt docet Card.in consi.136. Factum sic se habet. col. 4. & sic per hanc clausulam, etiam regulis cancellarię derogatur, quamuis de eis expressa mētio fieri debeat teste D.Gome.in procemio regularum cancell.q.6.vt supra dixi, vbi etiam dicit indultis cardinalium per hanc clausulam derogatum sine alia expressione.

d Statutis.)Si iuret seruare statuta.& consuetudines ecclesiæ, illud iuramentum intelligitur secundum formam literarum, & iuramentum habet tacitas conditiones. scilicet quatenus nō repugnat literis.Ioan.Andr. in regula inspicimus. de regu. iur. lib.6.in mercuria.quem refert ac sequitur Fel. in c. cum accessisset.nu.29.col.13.de consti.

Procurator idoneus quis.

e Idoneum.)Id est habentem speciale mandatum ad hoc.arg.l.si mandato.§.fi.ff.manda.aliàs non diceretur idoneus.tex.iuncta gl.in c.ex parte.de verb. sign.hoc expressè scribit Ioan.Staphil.in tract.de literis gratiæ. fol. 104. de vi & effectu clausularum. plus dicens, procuratorē debere mandatum habere speciale iurandi in animā cōstituentis. arg. tex.in c. procurator.de elect. in 6. tamen licet præstiterit iuramentum per procuratorem, quando est præsens in ecclesia iurare adhuc seruare statuta, tenetur ratione copulæ hic positæ, dum dicit, Et cū ad ecclesiam, &c. De qua in c.2 de rescr. Et quot modis dicatur quis idoneus.plenè scripsi in l. probrum. in fi. ff.de verb.sign. Et ita in hoc mandato habes ad minimum vigintiquinque clausulas notandas, quas ex supradictis elicere poteris & intelligere, plenius eas explico in praxi beneficia.

Tēpus datę est attēdendum fallit vt hic.

f Datū.)Et sic tēpus concessi mādati debet in mādato apponi, vt sciatᷣ prioritas & posterioritas: vt in data sexti patet, & in c. pen.de rescr. eo.lib.& iuribus seq.Regula ergo est, q̄ in mādatis à diuersis impetratis inspicitur tempus datæ.c.eam te.& c.cōstitutus.de rescr.c.si eo tēpore.illo tit.in 6.Et qui prior est tempore, potior est in iure.regu.qui prior.de reg. iur. in 6. Etiam si in secundo esset clausula decreti, & in primo nō, adhuc præfertur primus, cum præsentatio afficiat prębendā primo: ergo secundus nō poterit eam habere.c.si capitulo.de conces.præb.in 6. Etiā si secundus primo præsentauerit, adhuc primus præfertur.c.cū cui.de præb.in 6. & d.c.tibi qui. de rescr.illo lib.& dixi sup.eo.in gl.præsentatæ, imò etiā si primum mandatum esset generale ad primū beneficium in diœcesi Paris.vacaturum, & alterum speciale in ecclesia S. Marcelli illius diœcesis, præfertur primus, etiam si vacet beneficium in ecclesia sancti Marcelli.c.ex parte. 1. de offi. deleg. de Rota deci.106.in no.& decis.323.nota.Paul.in antiq. & gl. in §.visum.in verbo, data.de colla.in pragm. Sed in Francia non datur vnum magis generale, quā aliud, per hæc concordata. alioqui non valeret, quia forma non seruaretur. Quæ regula non procedit quādo in secundo rescripto esset apposita clausula anteferri.gl.in ca.si soli.& text.in c. penul. de concess. præb.in 6.tunc secundus præferetur. Card.cons. 18. diebus elapsis. quæ in hoc regno non apponitur, & si apponeretur, vitiaret mandatum, quia non esset secundum hanc formam.

Secūdò nō procedit, quādo primus fuit negligēs. c.tibi qui.de rescr.in 6.c.si clericus. de præb. eo.lib.

Fel.plenè declarat in c.capitulū.de reſcr.& ſupra dixi tit.proximo.in gl.proſequentes.[& de falſitate in hac data conſtituit Dec.conſ.175.in cauſa falſitatis. dixi in forma nouæ prouiſio.in fi.in praxi. benefic.]

Tertiò, quando primus non eſſet qualitatis requiſitæ ad habendum beneficiū curatū, quia fortè minor.c.ſi eo.de reſcr.in 6.vel ſecūdus expreſſit dignitatem, primus non, & vacauit dignitas, præfertur ſecundus.c.quia ſępe.de præb.in 6.In hac forma omnia exprimuntur, vt licet in ea videre.

Quartū, ſi eſſet appoſita clauſula, quod duxerit acceptandum, de qua in c.1. de conceſſ. præb. in 6. tunc ſi primus non acceptauerit, ſecundus præfertur.Rota deci.37.nota quòd vbi.in anti.quod etiam non procedit in hoc regno.

Quintò quādo primum erat conditionale, nempe ante purificatam conditionem ſecundus præferetur.c.ſi pro te.de reſcr.in 6. gl.in cle. vna. de conceſſ.præb.Domi.conſ.107.ſuper primo.

Sextò, vbi primus mortuus eſt, vel duxit vxorē, ſeu renunciauit ſuæ primæ acceptationi, ſeu mādato, de quo per gl.& doct.in cle. gratiæ de reſcr. & c. cum inter.de renuncia.de Rota deciſ.123.nota quod vbi, in antiq. & quando dicatur renunciare tacitè, dixi ſupra tit.proxi.in verbo, proſequentes.

Septimò, non procedit quando vnus mādatarius habuiſſet ſuum mandatum ante coronationem Papæ, alter poſt, per gl. ſing. in verbo, pontificatus in data ſexti. quod intellige vt ibidem dicitur.

In mandatis tempus datæ nō inſpicitur.

Octauò, non procedit quando primū erat ſurreptitiū, vt in c.ſi eo tempore, de reſcr.in 6. Ego verò dedi nouū intellectū ad c. ei cui, iſti dicto pugnans. de præb.in 6.in §.volumus.in gl. tēpore vacationis. de coll.ſup.Fel.latè ſcribit in c.eam te.in fi. de reſcr. & Imol.in cle.vlt.vbi diſtinguit vndecim caſus illo tit. Et in vltima repetitione quam hic feci, ſuſtinui concluſionē, in mandatis tēpus datæ non attendi. & reſpondebam ad c.eā te.ibi, ſi datam literarum diligentius attendiſſes, quod ibi non probat datā debere inſpici, quia conditio non ponit. Si reſpondi ad c. conſtitutus, ꝙ non attēdebatur tēpus datæ, quia nō expreſſerat, quod debebat, videlicet numerū canonicorū, & ſic mādatū non valebat. idē reſponderem ad d.c. ſi eo tēpore. Nec me conturbauit c.duobus. de reſc.in 6.ibi, ſi nō appareat, quis primò impetrauerit, quia ibi non debuit ſumi argumentum à contrario. nā eſſet contra iura, & reſultaret iuriū correctio.gl.in c.cupientes.§.ꝙ ſi per viginti. de elect. in 6. Minus dixi facere c.eū cui.de præb.in 6. Nam ibi hoc eſt ratione canonicatus collati, quia ius erat acquiſitum ratione illius c.ſi clericus.illo ti. Et ſic poteſt ſuſtineri iſta concluſio, quidam oppoſuere. de c.ſi ſuper gratia.de offi.deleg.in 6.quod nil facit, & in actu diſputatiuo poterit ſic reſponderi.

Notandū eſt, ꝙ vltima linea huius mandati debet cōpleri & finiri cū aliis æqualis, nec debet pars eius prima vel vltima vacua remanere.& poteſt cōtinere hoc videlicet, Datum Romæ tertio Calend. Janua. pontificatus noſtri anno ſecundo. & non debet breuiari ſic, anno ſecūdo, quia hæ dictiones numerales, vt vitetur falſitas (quæ frequens eſt, maximè in beneficiis propter dulcedinē illorū, vt experientia docet, & dixi in bulla cœnę domini, art.4.in verbo, extendentes) debent extenſè ſcribi. Regula cancella.14.niſi in nomine pontificum, vt tempore Innocētij Papæ IIII. Eugenij Papæ V. & ſic de reliquis. Prouincial.fol.14.verſ.hodie.& tota debet cōpleri linea, in qua ſcribitur dictio pōtificatus, & nō debet in alia terminari, nec debet hæc data duas integras lineas continere, imò in initio penultimæ lineæ neceſſe eſt ad minus duas dictiones præcedentis clauſulæ contineri, teſte Arch.in ſumma.25. q.2. vbi plus dicit, ꝙ vna litera non debet poni ſuper aliā cauſa abbreuiandi, vt pōtifex, ſed ad longum ſcribi debet pontifex, teſte Spec.de reſcr.præſenta. §. primo igitur. col. 3. vidi tamen contrarium ſeruari, & dixi ſupra in prin.huius formæ, gl.1. ideo in pen. linea mandati ſic ſolet ſcribi, ſi patiatur. Datū Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ, 1535. Poſtea in linea vltima ſequentia ſcribuntur, incipiendo à principio vſque ad finem, licet ſit aliquod ſpatium in medio dictionum, non in principio lineæ vel in fine non vitiat, vt ſic, Tertio Nonas Iunij, pontificatus noſtri, Anno Secundo.

Nota quomodo debent ſcribi duæ vltimę lineæ mandati.

Et in literis apoſtolicis, non ſcribuntur hodie diphthongi, licet olim in aliquibus literis antiquiſſimis inueniantur ſcriptæ: quod voluit Pius Papa 2. ſuſcitare, & ſtilum abbreuiare, ac reformare, quia non eſt cum venuſtate verborum & elegantia compoſitus, vt teſtatur Prouincia.fol.14. vbi etiam dicit anno biſſextili ſcribi debere primum diem biſſexti ſic, primò ſexto Cal.Februarij.& ſecundum ſic, ſecūdò ſexto Calen.Februarij.ꝙ facit ad intellectum l.cum biſſextus, & ibi dixi.ff.de verb.ſignific.

Diphthongi an debeant in mandatis ſcribi.

Forma literarum executorialium mandati apoſtolici.



Imili modo Leo &c. Dilectis filiis N. & N. ac N. officialibus [a] ſalutem & apoſtolicam benedictionē. Hodie cupientes vt dilecto filio N. clerico N. diœceſis, iuxta illius quæ olim per felicis recordationis Gregorium Papam 9. prædeceſſorē noſtrum ad tunc epiſcopum Nouionen.

a Officialibus.) Et ſic requiritur quòd executores huius mandati apoſtolici habeāt dignitatem, de qua loquitur c.ſtatutum. in prin. de reſcr. in 6. Poſſet tamen vnus articulus continens merum factum, vtpote miſsionē in poſſeſsionem, committi alteri etiam non habenti dignitatē.per gl.ſing.in cle.vna de offi. dele. & quādo requiritur aliqua purificatio gratiæ, poteſt executor etiā non conſtitutus in dignitate dari.& qualitates. c.ſtatutum. in executoribus datis in literis gratioſis non requirūtur.teſte Fel.in c.poſtulaſti. col. 3. verſi. dum declarat abbas.de reſcr.Card.in cle.1.q.15. illo tit.Oldr.conſ.295.orta materia. De ſtilo tamen eſt, vt cōſtitutis in dignitate committatur, vt hic patet, ſic dicunt Ioan.Andr.& Peruſ.in d.c.ſtatutum. §. in nullo. [Et hoc tenet curia Ro. vt docet Collect. in c.propoſuit.col.1.de conceſ.præb.]

Executores mādati an debeant eſſe in dignitate.

Et hoc

Et hoc quando ſunt executores ad prouidendũ, ſecus ſi ad compellendum, quia tunc ſunt nudi miniſtri, teſte Gomeſ. in tractatu mãdatorum in 8. forma & ita debet intelligi Rota deciſ.369. ſi in forma communi. & ſeq. in nouis. & deciſio.397 nota quòd ſi in forma. ac deciſ.565. vtrum capitulum. in antiq. vbi latius videre licet. & in dec.7. vtrũ rub. de reſer. in compilat. Bernard. de biſgneto. per Aufr. in deci. Tholoſanis.q.205. [ac Staphile. in 8. mand. forma.]

Ego putarẽ idẽ in executore ad compellendum, quia nõ poteſt cõpellere niſi per excommunicationẽ, & aliis iuris remediis, vt not. doct. in c. ſi ſoli. de cõceſ. præb. in 6. ergo non eſt nudus miniſter. qui de facto cõpellere poſſit. arg. l. fi. C. de act. empt. in Frãcia fiunt omnes executores ad prouidendum, nõ ad compellendum, vt inferius in hac forma patet.

Intellige officialibus principalibus cõmitti poſſe. nã foraneus non poſſet eſſe delegatus Papę, nec mãdatũ exequi. tex. in cle. & ſi principalis. de reſcr. ergo hac appellatione officialis veniet principalis, & nõ foræneus, arg. §. ſed ius quidẽ. inſt. de iur. natura.

Monachus an p̃ ſit eſſe officialis. An monachus poſsit eſſe officialis? ꝙ ſic, de licentia ſui abbatis, concludit Rota deciſ.284. nota ꝙ monachus. in antiq. & in rub. de offi. vica. diſ.4. ac Guido Papæ deciſ.563. an monachus. Item requiritur ꝙ hic executor ſit certus. c. tibi. ibi, certo executore. de reſcr. in 6. c. ſi apoſtolicæ. de præb. ibidẽ. c. ne captandæ. de conceſ. pręb. eo. lib. nec valeret ſi committeretur omnibus & ſingulis, quibus præſentabitur mandatum ſicut literæ iudicũ ſeculariũ. Domini. conſ.75. in cauſa. vbi etiam dicit executorẽ poſſe delegare alteri, debet tamen ille eſſe certus per prædicta. per tex. in c. is cui. de offi. deleg. in 6. ille tamẽ ſubexecutor debet eſſe cleric⁹, & habere qualitates. d. c. ſtatutum, teſte de Rota deciſ.99. nota quod executor. in antiq. & ſequitur Ioan. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in 9. forma executor. fol.42. & ſeq. Itẽ quando ſcribitur officiali, non dicitur talis eccleſię, quia non ſcribitur niſi officiali maiorum prælatorum. & quod in Francia ſolet committi officiali, in Italia vicario. teſte Prouinciali. fol.14. & 75. Rub. de iudic. & eorum ordine.

Executore mortuo qs exequetur. Quid ſi executor mortuus fuerit, & nunc vacat præbenda, quis exequitur, an mandatarius authoritate propria poſsit intrare præbendam. vide Col. in c. relatum. col. vl. de præb. allegat Arch. in c. ſi poſtquam. col.1. illo tit. in 6. & quod ad Papã redit tradit Anch. in c. cum dilectus. col. vlt. de iure patr. quia ab eo poteſtas emanauit. niſi ſub nomine dignitatis alicui commiſſum eſſet, tũc quia dignitas non moritur. c. ſi gratioſè, de reſcr. lib. 6. is qui ad eandem ſubrogaretur dignitatẽ exequi poſſet. c. quoniã. ad offi. deleg. bonum eſt ergo duos habere executores vel tres, vel ꝙ ille ſubdeleget, antequam moriatur.

Executor confert ſine citatione. Si verò executor fuerit excommunicatus, poteſt cõferre beneficiũ authoritate apoſtolica, & collatio valebit. vt cõcludunt Dom. de Rota in deci.128. nota ꝙ executor. in antiq. ſi tamẽ valide & cũ effectu ſemel cõtulerit, nõ poterit poſtea conferre, aliàs ſecus. Caſſ. teſte, in dec.9. de cõceſ. pręb. poſt Colle. in c.1. de re iud. quẽ Imol. & alij ſequũtur ibidem. Et an poſsit executor recuſari. ꝙ nõ tenet Inn. in c. propoſui. de conceſſ. præb. niſi aſſumeret partes iudicis, ꝙ in hoc regno facere nõ poteſt. Ant. Butr. in c. nouit. in fi. de app. Pan. in c. ſuper quæſtionũ. col.3. de offi. deleg. nec poteſt dari executor is, cui directum eſt mãdatum, quia non poſſet ſeipſum cogere. arg. c. fi. de inſt. & eſt ordi. regia. rub. *des mandatz.* art.5.

directa extitit, quæ incipit, Mandatum, & aliarũ duarũ illam immediatè ſequentiũ decretaliũ formas de canonicatu & præbẽda, aut dignitate, pſonatu, adminiſtratione, vel officio eccleſiæ N. aut alio beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura prouideri poſsit, motu proprio venerabili fratri noſtro epiſcopo N. & dilectis filiis capitulo ſinguliſque canonicis eccleſię N. per alias literas noſtras mãdauimus, quatenus ſi eis cõmuniter vel diuiſim pro alio non ſcripſiſſemus, qui ſimile mãdatũ aut ſimilem gratiã proſequeretur, eidem N. canonicatũ & præbendam, aut dignitatẽ, perſonatũ, adminiſtrationem, vel officiũ, aut beneficium, eccleſiæ N. aut aliud beneficium eccleſiaſticum ad eorum collationem, prouiſionem, pręſentationem, nominationem, ſeu quanuis aliam diſpoſitionẽ communiter vel diuiſim pertinens, ſi quẽ, quam, vel quod, poſt mẽſem poſt præſentationem earundem literarum vacare [a] cõtingeret, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, prout ad eos communiter vel diuiſim pertineret, conferrent, & aſſignarent, aut eum ad illa præſentarent, eligerent, nominarent, ſeu de illis prouiderent, prout in eiſdem literis plenius [b] continetur. Quocirca

a Vacare.) Ergo ante vacationem executor conferre nõ poterit. tex. in c. propoſuit. & ibi plenè doct. de conceſ. præb. poteſt tamẽ conferre ſine vocatione illorũ quorũ intereſt: licet doct. varia dixerint in c. dudum. de præſumpt. & in dicto. ca. propoſuit. tamen pro hoc eſt tex. in c. ſi capitulo. in fi. de conceſ. præb. in 6. Spec. in tit. de actio. ſeu petit. §. ſuper petitionibus. verſ. hoc quoque ſciendum.

b Plenius continetur.) Et ſic plenius loqui debet mandatum, quam literæ executoriales, nam ſi omnes modi vacãdi in mandato ſunt expreſsi, & vnus tantum in literis executorialibus, tunc ſufficit, ſecus contra cle.1. § ad hæc. & ibi Bonif. nota.4. de præb. cle. vna. in fi. de conceſ. præb. & ſupra dixi. & ſi in literis executorialibus ſit aliqua clauſula ſuperflua, non debet vitiare mandatũ, quia non debet vitiari principale ab acceſſorio, vel ab eo, quòd ſine eo ſtare poteſt, l. cum principalis. ff. de reg. iur. ideo hoc anno 1537. in quadrageſima fuit pronunciatum pro mandato, *Clauſula in executorialibus ſcripta mandatum non vitiat.*

mandato, in cuius literis executorialibus erat apposita hęc clausula contradictores per censuram,& prout iustitia suadebit ad hoc compescendo.

discretioni vestræ per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus vos, vel duo aut vnus vestrum [a] per vos, vel alium, seu alios, si episcopus, capitulũ & canonici prædicti canonicatũ, & præbendã, aut dignitatem, personatũ, administrationẽ, vel officiũ, aut beneficiũ huiusmodi eidem N. cõferre, & assignare, ac de illis etiã prouideri [b] recusauerint, seu distulerint [c], aut

Arrestum. Vno executore vel iudice aut procuratore impedito quando alter procedere possit.

a Vnus vestrũ.) De hac clausula est tex. in c. prudentiã. de offi. dele. vbi dicitur q̃ si hæc clausula nõ inseratur, vnus sine altero procedere nõ possit. c. cũ dilecti. & ibi Imol. de empt. & vend. de iudicibus est tex. in l. duo. ff. de re. iudi. idem in arbitris. l. si in tres. ff. de recep. arbit. vide tamen tex. in c. 2. de arbit. li. 6. idem in procuratoribus dicit tex. in ca. si duo. de procu. lib. 6. Quid in executoribus, vide tex. in c. fi. de test. illo lib. & in tutoribus præstantibus authoritatem. l. fi. C. de author. præstan.

Et nota quòd in beneficialibus valet id quod fit ab vno, alio impedito, vel nolente procedere, licet de impedimento vel voluntate non constet alteri, secus in aliis, tex. in c. sciscitatus. de rescr. & ibi Fel. col. 6. vers. oportet notum: quòd est sing. secundum Roma. sing. 13. si causa. quia in istis beneficialib. ita solennis additio vel requisitio non requiritur, sicut in prophanis. arg. c. dilecti. de iud.

Recusare quãdo quis dicatur.

b Recusauerint.) Recusare non dicũtur nisi fuerint requisiti. c. si clericus. de præb. in 6. & ideo debet vacante beneficio mandatarius requirere ordinarium. & facta requisitione, si recuset, deuoluitur potestas ad executorem, vel debet mandatarius requirere executorem, vt præstituat certum tempus ordinario ad conferendum mãdatario, intra q̃ si nõ conferat, apparet de negligentia ordinarij, ideo deuoluitur potestas ad executorem. c. si capitulo, de conceß. præb. in 6. gl. in c. significabit. de offi. ordi.

Secus ergo quando datur executor purè, id est, sine negligentia & recusatione. nam tunc facta vacatione executor conferre poterit, nec mãdatarius ordinarium requirere tenetur. c. 1. & ibi gl. & doct. de conces. præb. in 6. & in d. c. si capitulo. D. Gomes. in tract. manda. in 4. forma. & sic in hoc casu executor non habet potestatem conferẽdi nisi recusante, negligente, vel differente ordinario. d. c. si capitulo.

Nec executor posset compellere collatorem ad cõferendũ, quia eidẽ hic nõ est data potestas, & forma mãdati est diligenter obseruanda. l. diligenter. ff. mãd. sed postquã executor contulit, potest cõpellere canonicos, vt mãdatarium recipiãt receptione facti, alioqui non fieret vera executio, secundũ Io. And. & Colo. in d. c. si capitulo. in fi. Quod nõ seruatur in hoc regno. vide Boni. in cle. si plures. col. vlt. de præb. Et si executor primã dignitatẽ seu beneficiũ mandatario non cõtulerit, cum extincta sit sua potestas alterũ conferre non poterit. c. si clericus. &

Executor coferre potest, sed non compellere.

ibi Domi. de præb. in 6. Bal. in c. 1. col. 1. de re iudi.

Fallit si primũ non esset debitum mandatario, quia tunc non est extincta gratia, seu mandatum, & sic nec executoris potestas, in casibus, quos notaui in §. declarãtes. in verbo, cõprehensa. de mãd. apost. supra. & quid si non debitum contulerit, an sua potestas expiret, aliàs scribã dum operæpretiũ fuerit.

Nota quod hic executor non poterit prouidere de beneficio, q̃ de iure tantum vacat, non de facto. Anch. in repet. c. si propter. col. 38. versi. & istam distinctionem. de rescr. in 6. prout refert Feli. in c. in nostra correla. 36. ver. 6. no. illo tit. quia non dicitur simpliciter vacare, quando vacat tantum de iure. Imo. per illum tex. in d. c. cũ nostris. col. 2. de conces. præb. & in c. proposuit. col. 2. ibid. & quãdo dicatur vacare de iure, & non de facto, declarat Host. in summa. de conces. præb. & doct. in d. c. cum nostris.

Item hic vicarius generalis, cui est data potestas conferẽdi per episcopum, iuxta c. vl. de offi. vica. in 6. nõ potest cõferre beneficia authoritate apostolicã, si episcopus erat datus executor, quia episcopus non commisit ei, nisi ea, quæ sunt ordinariæ iurisdictionis suæ, & quæ ad suam ordinariam iurisdictionẽ spectãt. c. 1. vers. nec pro eo. de offi. ordi. in 6. Ideo episcopus cõstituendo generalẽ vicariũ, nõ videtur cõmittere, si non exprimat, nisi ea quæ competunt sibi ratione iurisdictionis ordinariæ, arg. cle. 2. de religio. domi. c. qui ad agendum. de procu. in 6. sic cõsuluit Feder. cõs. 130. Factum est tale, quædã domus. in fine. & commissiones papales non procedunt ab ordinaria iurisdictione. tradit gl. in. §. visum est. in verbo, legatorum. de colla. in prag. Ideo noua commissione seu delegatione indigent, quia de nouo emergunt. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio.

Vicarius nõ potest conferre beneficia in vim mandati si episcopus constituens sit datus executor.

Sicut episcopus nõ potest cognoscere quãdo causa est delegata suo officiali, quia in potestate delegata separatum est auditoriũ episcopi ab officiali. arg. c. hi qui. de prȩb. in 6. & hoc expresius firmat Imo. in cle. 2. col. 4. de rescr. dico abundè in praxi benefi. paulo post prin. vbi plenè materiam vicarij explico.

Episcopus non cognoscit si causa officiali sit delegata.

Quæro quãdo dicatur recusare? Resp. quãdo cõferre non vult requisitus. Arch. per illũ tex. in c. cum plures. de offi. deleg. in 6. & vitiũ no. Arch. in c. fi. de excep. eo. lib. & recusare dicitur qui debite requisitus sine causa rationabili. differt. §. fi. in auth. vt exactio. instãte dotis. colla. 7. facit l. tutor qui repertoriũ. §. si deponi. ibi, si præceptũ est, & neglectũ. ff. de adm. tu. & sic oportet, vt de volũtate appareat, q̃ fiat requisitio. Arch. in d. c. cũ plures. in fi. Et an sufficiat vna reqsitio, q̃ sic, dixi in rub. de friuol. app. inf. & gl. in cl. dudũ in verbo, recusauerint. de sepul. §. si verò.

a Distulerint.) Differre dicitur quãdo nõ confert intra sex menses. c. 2. de conces. præb. vel si nõ confert intra tẽpus ab executore præstitutũ: vt no. in c. si capitulo. de cõces. præb. vel verius, quãdo est requisitus à mãdatario ordinarius, & nõ cõfert, ita seruatur, vt facta p mandatariũ requisitione, si ordinarius nõ cõferat executor cõferre posit, nõ expectato alio tẽpore, vt in gl. seq. dico in casu negligentiæ, sic quãdo differt. Si tamẽ ordinarius mortuus esset, cui directũ est mandatum, tunc poterit mãdatarius requirere capitulum, q̃ potest conferre beneficia, quorum

Differre quando dicatur ordinarius.

quorū collatio est necessaria, vt in hoc casu, secus in voluntaria.c.2.& ibi interpretes ne sede vacā. gl. in verbo, disposuerit.in §, si quis verò.de coll. supra.& in tract.de pacif.poss.in fi.& si capitulū recuset executor cōferre poterit, quod est mēti tenendum. [Et tutius est siue capitulū conferat, siue nō, quod semper mādatarius collationē ab executore obtineat.]

negligentes fuerint [a] canonicatum & prębendam, aut dignitatem, personatum, administrationem vel officium seu beneficium huiusmodi cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinentiis supradictis eidem N. [b] conferre & assignare, nec non eundem N. ad illa (vt moris est) admittere, & in canonicum recipere, & in fratrem (stallo sibi in choro, & loco in capitulo assignatis) omniáque [c] & singula alia in dictis literis contenta, aliàs iuxta earundem continentiam, atque formam in omnibus [d], & per omnia facere,

De negligentia conferre debet.

a Negligentes fuerint.) Et si ante negligentiā vel recusationem nil tenetur facere hic executor datus ad prouidēdum, tenebitur tamen postea facere processum, vt cognoscatur eum seruasse mandati formam. secus quando Papa confert, quia tunc executor, nec quidē processum vel aliud facere tenetur, vt expresse tradit Domi.in cons.14.in hac causa.col.2. Itē facit c.si capitulo.de concess.præb.in 6. vbi executor datus vt prouideat in negligentiā capituli. debet prius terminum competentem præfigere capitulo, quo elapso & non ante prouidere poterit, quia nō potest detegi negligentia, nisi assignetur terminus ab homine.gl.& ibi Pan.in c.extirpandæ. §. qui verò.de præb.text.in c. si tibi absenti. illo tit. in 6. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. Fel. in c. si autem. col.2.vers.negligentia.de rescr.in hoc.tamen regno sufficit quod pars requirat ordinarium, vt sibi conferat, & si collator recuset, poterit executor conferre iuxta formam hic datam, quæ tam in casu recusationis negligentiæ, quàm dilationis, negocium executori committit. per ea quæ dixi in gl. proxi. Quomodo sunt in his casib. puniendi collatores recusantes, vide quæ plenè dixi in tract.no.q.19.

Patrono recusante an executor cōferre, vel præsentare possit.

b Conferre.) Ergo executor apostolicus per hunc text. potest conferre beneficium, etiam si patronus nō præsentet. quia nō mādat Papa præsentare, quādo patronus recusat, vel negligit seu differt, quia iuxta mandatū debet executor facere. c.cū dilecta. de rescr.& vt vitetur circuitus.cle.auditor.de rescr. l.domin⁹.ff.de cō.i.indeb. & quia executor præsentando nō assignaret beneficiū cū omnibus iuribus, ꝙ vult hic tex.fieri debere, imo si recusante patrono executor præsentaret episcopo, qui recusaret, functus esset executor officio suo & recursus haberi fortè deberet ad Papā, & quia verbū conferre est latum, vt etiam comprehēdat præsentationem, vt supra dixi in §.statuimus.2.in gl.conferantur.de colla.

Nec refragatur c.super eo.de offi. deleg. quia loquitur in rescripto iustitiæ [Nam ibi Papa cōmisit quæstionē quæ de præsentatione vertebatur alicui terminandam, ideo de hac quęstione potest cognoscere, hic Papa collationem commisit, & sic loquimur hic] in rescripto gratiæ, quod est ampliandū, tū in fauorē cultus diuini: qui insurgit ex collatione executoris, quia non diu vacant ecclesiæ. doct. in c.quā sit de elect.in 6.tum ne mandatū sit sine effectu. [vel dicit gl in d.cle.auditor, loqui in auditore extra curiā, secus in curia, sed præcedēs est melior.]

Ad hæc quando Papa facit alicui gratiam motu proprio, vt hic, vel de plenitudine potestatis, tunc executor poterit conferre, & aliàs prouidere, cum sit datus ad prouidendum.c.si capitulo.de cōces.præb. in 6.Inn.& alij in d.c.super eo.

Nec me mouet ꝙ Papa nō intendit alicui præiudicium facere, vt dicitur in d.c.super eo.& in c.quāuis.de rescr.in 6. quia hoc est verum in dubio. secus quādo constat, quod hoc vult, vt hic, vbi mādat cōferre & assignare executor nō assignaret, si tantum præsentaret. sic cōsului pro magistro Laurentio Berardo clerico Heduē. diœce. Romæ degente, qui è Roma misit ad me hoc dubium cū aliis, vt consulerem, & fusius loquor in d.consilio, incip. Parisien.

c Omniáque & singula.) Per hæc verba non solū factū, sed etiam qualitatem facti vult exequi, cum hæc verba omnia & singula, hoc importēt. gl.in c.vt circa.in ver.omnia.de elect.in 6.Barb.sequitur eam in cōs.37.plane.col.3.in 3.vol.& cōs.74.omnia quæ. col.1.ibidem.& cons.59. a Ioue.col.2.ibi. & c.si quis presbyterorum.col.2 de reb.eccl.non alie.vide Fel. in c.eam te.col.10.& seq.de rescr. vbi dicit sufficere quo ad mentem sic dicere, omnia in literis contenta exequi curetis. Sed additum fuit singula, ad euitandum friuolas, licet subtiles occasiones, ne quis fortè dixisset, aliud vniuersi, aliud singuli. natura ergo istorum verborum est, vt nil prætermittatur. Ias. in l.1.col.4.ff.de leg.1.allegat Bar.cons.113.qui hoc non dicit.vide gl.in verbo, omnia, supra in forma mand. Fel.in c.sedes.col.9.in 6.declaratione, de rescr.Card. in c.vno.§.sanè.de statu monach.

Quid significent hæc verba omnia & singula.

d In omnib. & per omnia.) Generalissima sunt hæc verba, teste Lud.Ro.cons.82.col.2.quo ad id, & valde latissima. Ang.cons 6.lata est vbi dicit ꝙ licet latissima sint, recipiūt tamen interpretationem, ne ad intellectū iniquissimū perducantur, sed coaptētur iuri communi quantū possunt.& sic recipiūt restrictionē, ne sequatur absurdū vel inconueniens, & etiā recipiūt restrictionē datā ab aliis iurib. Alex.& alij.l.1.de leg.1.sequitur Cur.cons.50. memoriæ.nu. 194.vers.4.corroborantur. quasi velit dicere tex.curetis exequi mandatū in omnibus & per omnia, i. sine aliqua exceptione, & plenè in omnibus suis partibus.l.2.§.furiosus.ff.de iure codicil.secundum tamen iura & consuetudines regni.

De clausula in omnibus, & per omnia quid prosit.

Itē finito mandato & extincto, non poterūt executores exequi. gl.in regula Iulij 2. in vltima parte. vbi dicit quòd si Papa cōcessit priuilegiū instar descriptorū in rotulo Papa.ꝙ sicut per mortem Papæ, expirat priuilegium familiarium descriptorū in rotulo ita & istorum. vide ibi, quia suplato principali & accessorium.l.cum principalis.ff.de reg.iur.

& exequi

& exequi curetis [a] contradictores (prout iustitia suadebit) ad hoc compescendo, non obstantibus omnib. quæ dictis literis volumus non obstare. Datum,&c. Pro regularibus [b] autem similis forma [c] illis

Appellatione cōtra dictoris quis veniat & molestia.

a Contradictores.) De facto. iuris autem contradictores non poterit compescere.gl.sing.in c.pro illorum.in verbo,contradictores.de præb.text.in c.si cui.illo tit.in 6.

Idē si dicatur,amoto quolibet contradictore, intelligitur de contradictore de facto, & non de iure, per illā gl. quàm sequitur Corset.in sing.incipi,molestia.vbi plus tenet, ꝙ si quis prohibitus sit molestare aliquem,intelligitur de facto, per gl. in l. si seruū. § prætor.ff.de acq. hære. Et verba reuocetis in irritū quicquid fuerit in tali causa factū, intelliguntur illegitimè factū.tex.& ibi Pan.in c.audita. de restit. spolia.facit cle.2.vbi Barba. de rescr.& in d.c.pro illorū Possem adducere sexcenta similia, quæ tradūt doct.in l.quidam cum filium. ff.de verb. oblig. Fel. in c.causam.col 11.& seq.vers.non obstante.de rescr. Barb.in repetit.c.Raynaldus.col.123. de testa.& cōs. 12.scribitur,col.7.in 1.vol.ac consil. 59. clementissimi,col.5.& seq.ibidem.& consi.38.præclare.col.5.in 2.vol.ac cons.44.illud afferam.col.2.in 3.lib.ac cōs. 56.à ioue.col.5.ibidem.necnon in cons.79.illud col. 9.in eo.vol.& cons.4.illud.col.19. in 4. vol. & cons. 40.clementissimum. col. 17. ibidem. omitto Alex. cons.52.viso testamento.in 2.vol. Alios etiam nunc missos facio, ne turba allegationū lectorē fatigem.

Executor in regno Frāciæ non excommunicat.

Non tamen potest hic executor excommunicare.Do.in c.1.in fi.prin.de concess.preb.in 6.vbi dicit executores non habere iurisdictionē,nisi contra resistentes, vel rebelles indebitè,sed in hoc regno seruatur ꝙ executor nō posset compescere etiā cōtradictores de facto,sed hoc fit per ordinarios,nec etiā potest excommunicare, sed tantum conferre. & si excommunicet, ab eo ad senatum tāquam ab abusu appellatur,vt vidi vsu venire. & ipse compellitur suo sumptu absoluere. nec posset hic executor aliquem impedientem priuare beneficiis. Do.in c.1.§. 2.col.2 de homi.in 6.quem sequitur Dec.in c. 1. col. penult. de offi. deleg. quia priuatio beneficiorum non fit sine magna causa.cap.inuentum. 16. q. 7. Et etiam quia eidem non est concessum. ideo extra concessa non faciat. c. cum dilecta. de rescr. & in hoc tex. dicitur prout iustitia suadebit. nec exceptiones aliquas recipit,licet de iure secus.c.dilecta. & ibi Perus.vlt.not.de appel.

De clausula amoto quolibet detentore.

Aliquādo in rescripto solet apponi, amoto quolibet detentore, quæ operatur, vt rescriptū valeat, non facta mentione possessionis coloratæ alterius: quod aliàs non valeret. c. proposuit,in fi. & c. cum nostris.de conces.præb.Imol, in c. cum vniuersorū. col.1.de rer.permu,Intellige etiam si apponatur tātum in literis executoriis,quia in literis gratiæ non solet apponi. Fel.in c.in nostra. correla. 36. de rescr. allegat consilium Card.corruptæ tamen. vide cons. 31.cum inter.in fi.Sed contrarium tenet Cald. cons. 25.an valeat.rub.de præb.& Francis.Curtius in cōs. 3. placet. col.1. inserto post tractatum feudorum. Et is executor ordinem iuris seruare tenetur.teste Col lect. in d.c. pro illorum, col, 2. nisi in hoc regno. vt predixi.[Apponi etiam solet data in his literis eadē quæ in mandato, quia eodem momento concedi solent,& hactenus de forma executorialium.

Regulares & seculares qui dicantur.

b Regularibus,)Ij dicuntur,qui ad viuendum secundum regulam,quam professi sunt,tenētur, siue sint monachi, siue canonici regulares. c. quod Dei timorem,de statu monacho. hoc expressè declarat Hostiē.in summa.de reg.§.1. vbi plus dicit in §. seq. quòd regularis dicitur ab illa regula, quæ ad recta ducit, & normam rectè viuēdi tribuit, & quod distortum prauúmque est corrigit.c.regula, 3.dist.& ij profitētur tria substantialia regulæ, paupertatē, castitatē, & obedientiā. ca. cū ad monasteriū.de statu monac.& in rub.de regula. plenè doct. tradūt. tu illos,si lubet,videto,& quę dixi in trac.nominationū q.15.nu.23.& in gl.religiosis.& gl.seq.§.1.supr.de nominatio.reg.Seculares dicūtur omnes qui nō profitentur regulā.Bal.in c.licet.de offi.ord.vbi vide gl.

Vnde Papa hic nō ponit formā pro regularibus, sed vult vt cōueniens istis formis alia detur, & vnā scripsi inferius,ne quis super hac forma decipiatur.

Simile quādo dicatur vel idem.

c Similis forma.) Similis dicitur forma, quia generaliter ad omnia beneficia regularia debet dirigi hoc mandatum ad dignitates & officia:sicut mādata data secularibus, & sunt dati executores,& clausulæ substantiales positæ in mandatis secularium debēt poni in mandatis regulariū. Sunt tamē multæ differētiæ, vt licet videre.no.tamē minus dicitur similis forma, licet non omnino similis sit.text.in c. tibi qui.& ibi Alex.de Antilla.in vlt.oppo.de rescr. in 6.Itē dicitur simile, quod non est idē formaliter, nec per omnia.sed est idē in effectu,&ratione.tex.& ibi Bal.& Ias.in l.qui liberis.in prin. ff. de vulga. l. si quis emptionis.§.1.gl.simili.C.de præscr.30. anno.l. si quis filium.ff.de colla.bon. vnde dicit Boerius super Topica Tullij,quem citat Io. And. in c.non potest.de preb.in 6.quod similitudo est rerum differētium eadem comparatio, seu qualitas. & alibi dicit Bal.in l. si quis non dicam. col, 1. C. de sacrosanct. eccle.quod similia sunt,in quibus est eadem ratio, vel quando est eadem qualitas. Sed eadem sunt, quorum est eadem substantia.Euerard.in suis locis legalib.in loco à simili.fo.23.& seq.

Idem & simile differunt.

Et illa sunt similia, quorum sunt diuersi termini, & vna ratio,vel qualitas.l.quæritur.ff.de statu hom. Bal.in l.neque.ff.de legib.vel simile dicitur,quod est simile quo ad quædam,& non quo ad omnia. l.1.ff. de arbit.§.inter. instit. de nupt. quod facit pro testibus concordantis,vt per Pan. & Dec. in c. cum venerabilis.in gl.1.de except.vel similia dicuntur, vbi est eadem ratio in genere, sed non in specie, & sic non videtur requiri omnimoda similitudo, nisi in suo genere.l.non solùm.§.qui primipilum.ff.de excus.tut.gl. not.in c. non potest. in verbo, curam. de præb.in 6. vel simile est quòd pari æquitate, vel maiori nititur cum eo, cui assimilatur. arg. l. si quis seruo. C.de furt. Arch. in c. 2. in fi. de procu.in 6. Et sic nō requiritur totalis similitudo,sed in eo de quo agitur,vel ad quod confertur.c.cū dilecta.de confir.

vtili.c.

vtili.c.per venerabilem.§.verum. qui filij ſint legit.

Et propriè illa dicitur ſimilitudo, quando eſt plena ſimilitudo.& vbi ſunt plures conuenientiæ, quã differẽtiæ, aliàs non dicitur ſimilitudo. Bal.& Iaſ.in l.1.C.de iure emphyt. Et multa de hoc argumento à ſimili tradit Claudius Cantiuncula in Topica iuris, & nouiſſimè Io. Appellus in ſua methodica, ac Chriſto. Hegendor. in arte diſſerendi, & octo limitationes Fel.in c.2.col.4.no.4.de ſponſa.

Modicus defectus formæ mãdati in regularibus non vitiat.

Et ſic cũ certa forma pro regularibus nõ aſsignetur hic expreſsè, pro modico defectu nõ debet illorũ mandatum annullari, ſi habeat clauſulas ſubſtantiales. ideo quandoque dixi mandatũ regularis eſſe validum: licet in eo iſta clauſula non eſſet ſcripta, eique cura immineat animarũ, cum primò expreſſerit curatum beneficiũ. & iſta clauſula, eique cura, &c.nõ eſt niſi quædã declaratio, quæ ſatis ex ſupradictis apparet, idem dico ſi iſta verba eſſent in mãdato regularis, dũmodo electiuus, electiua, vel electiuum, & dignitas conuẽtualis non exiſtat, quia intelligitur tãtum excepta dignitas conuentualis electiua, ſicut ſolet in aliis mãdatis excipi, ideo eſt quędã interpretatio non reſtrictio, cũ copulatiuè tradatur, ſecus ſi alternatiuè verba in mandato inſerãtur, vtpote dũmodo prioratus, ſeu alia dignitas conuẽtualis, vel officiũ huiuſmodi clauſtrale non exiſtat, quia nimis reſtringeret dictũ mãdatũ, & ſic hæc forma vltima fuit reprobata per Senatũ Pariſ. an.1536. Iulij 21.in vigilia diuæ Magdalenæ coadunatis duabus cameris, magna videlicet inquiſitionũ & noua, inter dominum Renatum Royer presbyterũ. Ioan. Roſſeau, & fratrem Io. Vincent appellantes ex vna, & fratrem Carolum Seuin intimatum ex altera.

Notandũ eſt, quòd hoc argumentum à ſimili, ſi ritè ſumatur, eſt forte, & tollitur data diſsimilitudine.l.inter.§.ſacrum.ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt.ff.de verb.oblig.gl.in c.ſicut vrgeri.1.q.1.& c.nuptiarum. 27.q.1.ideo allegãs ſimilitudinem, eam probare debet, ſaltem colorate.nam non eſt eredẽdum ſimplici verbo, dicentis. l.actor.C.de prob.Io.Baptiſta. in repet.l.omnes populi.circa fi.ff.de iuſti.& iure.poſtquam quis oſtenderit ſimile, qui vult dicere nõ eſſe, probare hoc debet.Pan.& alij in c.tranſlato.de cõſt. Vnde aduocatus debet eſſe cautus ad oſtendendam eſſe diſſimilitudinem, vt Papa facit in c. per venerabilem.verſ.verum.qui fil.ſint legi.Alex.in add.ad Bart.in l. quod Nerua.ff.depoſit.Bald.& alij in l.nõ poſſunt.ff.de legib. Et de triplici ſimilitudine tradit Staph.de Fede.in tract.de interpretatio.iuris, in vltima parte. col. 2. Benedict.in repe.c. Raynutius.in verbo, mortuo.in 2.nu.38.de teſta.Fel in c.capitulũ. col. 2. verſi. nullum ſimile. de reſcr. multa ego ipſe addidi ad d.l.non poſſunt. vide Bal. & alios in c.inter cæteras.de reſcr.

Probari debet ſimilitudo & diſſimilitudo.

Differentiæ inter mãdata ſecularium & regularium.

Conueniens [a] detur.

a Conueniens.) Conueniens dicitur ſi regularia mãdet prouideri in mãdatis regulariũ, in multis tamẽ diſconueniunt à mãdatis ſeculariũ.quia in his dicitur, vitæ ac morũ honeſtas, &c.vel ſi ſit graduat⁹, literarũ ſciẽtia, vitę ac morũ honeſtas.in mãdatis verò regulariũ dicitur, venerabilis religionis zelus.vt patet in Prouinc.fol.66.rubr.de exordiis in in beneficialibus, & infra in forma ſequenti.patet.

Secunda differentia, quia regularis nõ ſolet creari canonicus ad effectum obtinendi dignitates, vt infra licet videre in forma ſeq.in ſecularibus ſecus, vt ſupra in proxima forma habetur.

Tertia differentia eſt, quia in mandato regularis directo abbati non habenti niſi collationẽ in eccleſiis ſui monaſterij, non apponitur clauſula, vel alterius eccleſiæ, vt ſupra dixi. Tutius erit tamen apponere, ne proceſsibus inuoluatur quis, ſed non neceſſarium, & ſi non apponatur, mandatum nõ erit nullum. Secus in mandato ſecularis, & ibi dixi.

Quartò, non ſolet pro monachis poni clauſula, etiã ſi parrochialis eccleſia, vel eius perpetua vicaria.quia ipſi non debent eccleſias parrochiales obtinere.c.cũ de beneficio.de præb.in 6.Pan.in c.de monachis.de præb.& c.quod Dei timorẽ.de ſtatu monach.dixi ſupra non procedere in canonicis regularibus S.Auguſtini.& Præmonſtraten. Aliquãdo ex priuilegio conceditur etiam monachis S. Benedicti, vt poſsint eas habere, quæ ſunt illius ordinis.

Quintò, nõ vidi apponi in mãdatis regulariũ, etiã ſi parrochialis, &c. aut capella, vel perpetua capellania fuerit, quia regulares nõ ſolẽt habere illas capellas, aut capellanias, ſi tamẽ haberẽt, eſſet neceſſariũ in mandato inſerere, & qui dicit regulares collatores habere capellas, probare debet.l.ei qui. ff. de proba. ſed in mandatis ſeculariũ eſt neceſſaria illa clauſula, vt licet ſupra in forma mandati videre.

Sextò, in mãdatis regularium ſolet apponi de beneficio per monachos vel canonicos dicti monaſterij obtineri ſolito prouideri poſsit. & in eadem forma dicitur beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura, per eoſdem monachos obtineri ſolitum, &c.in mandato verò ſecularium generaliter mandatur, vt in eo eſt videre.

Septimò, in mandatis ſecularium dicitur, ſi extra Rom.curiam vacare contigerit, &c. intendit Papa de illo non mandare. in mandatis regularium non apponitur illa clauſula: quia monachi extra ſuum monaſterium reſidere non debent.c.placuit.c.iuxta. & ſeq. 16.q.1. Ideo illa clauſula non ſolet apponi. Si tamen apponeretur, non vitiat, quia ſuperflua non vitiant.l.teſtamentum. C. de teſta.& bonum eſt apponere propter reſignationes, quæ in curia fiunt. [redacted]

[redacted]

Octauò, clauſula in fine mandati ſecularium appoſita, videlicet ſeu ſi dictus N. præſens non fuerit, &c. non apponitur in mandatis regularium, quia hic ſemper debet eſſe præſens in monaſterio. nam ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus.c.placuit.2.in 16.q.1. Aliæ differẽtiæ colliguntur ex his formis.vide quæ dixi in §.volumus. in gl.concedentiam.de collatio.ſup. [Sufficit tamẽ quod regularis impetret mandatum directum regulare etiam alterius ordinis, tum quia omnes ſunt

regulares, & omnia beneficia regularia. vt in §. volumus. de coll. supra dicitur regularia conferenda regularibus, & non dicit eiusdem ordinis. nec obstat lex regni. in tit. de mand. art. 6. in ordi. reg. quia illa lex non facit irritam mandatorum concessionem, nec potest facere, imò illi est derogatum per concordata, quia ibi statutum fuit per modum prouisionis: ideo per concordata non est prohibitum ei ius concessum.

Notandum est, q̄ formam sequentem posui pro regularibus, quia multa dubia quotidie vidi occurrere super illa. & sciēdum est differre à proxima superiori, quia illa dirigitur duobus, ista vni: illa secularibus, hæc regularibus, illa ad secularia, hęc ad regularia, illa datur primo mandatario, ista secundò. alię differentiæ patent ex inspectione vniusque formæ: & in proxima gl. dixi aliàs differentias.

Forma mandati Apostolici pro Regularibus.

LEo episcopus seruus seruorū Dei. Dilecto filio N. abbati monasterij sancti N. ordinis sancti Benedicti diœcesis N. Salutem & apostolicā benedictionē. Religionis zelus, vitæ ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis, ac virtutū merita, super quibus dilect⁹ filius N. monachus monasterij tui, apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducūt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales. hinc est quod nos cupientes, vt eidem N. iuxta illius quæ per fœlicis recordationis Gregoriū Papam IX. prædecessorem nostrum, ad tunc episcopū Nouionen. directa extitit, quæ incipit mandatū, & aliarum duarū illā immediatè sequentiū decretaliū formas, de aliquo beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, per monachos dicti monasterij obtineri solito ad tuam collationē, nominationē, seu pręsentationē, & aliam quācunque dispositionē, prouideri possit, ac volentes præfato N. qui vt accepimus, ordinē ipsum expressè professus extitit, pręmissorū meritorū suorū intuitu gratiā facere specialem, ipsumque N. à quibusuis excōmunicationis, suspēsionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectū pręsentiū duntaxat consequendū, harū serie ab- [redacted] dituū & prouentuū veros annuos [redacted] modi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes motu proprio non ad ipsius N. vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni tuæ per apostolica scripta mādamus, quatenus etiam si tibi pro alio de vno tantum beneficio scripserimus, qui simile mandatum, aut similem gratiā prosequatur, beneficium ecclesiasticum, cum cura, vel sine cura, per eosdem monachos obtineri solitum, etiā si prioratus, præpositura, præpositatus, dignitas, personatus, administratio vel officium, aut capella vel perpetua capellania fuerit, eique cura immineat animarū, dummodo electiuus, electiua, vel electiuum, non existat ad tuā collationē, prouisionē, præsentationem, nominationem, seu quāuis aliā dispositionem pertinens, si quem, quā, vel quod post mensem, postquàm præsentes literæ tibi præsentatę fuerint, extra Ro. curiā vacare contigerit, cū omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem N. cōferas, & assignes, ac de illo etiam prouideas, seu eū ad illud præsentes, vel nomines, inducens eundem N. vel procuratorē suum eius nomine in corporalem possessionem beneficij, iuriúmque & pertinentiarū prædictorū, & defendens inductum, ac faciēs N. vel pro eo procuratorē prædictum ad beneficiū huiusmodi quodcunque fuerit (vt moris est) admitti, sibique de illius fructibus, redditibus, prouētibus, iuribus, & obuētionibus vniuersis integrè responderi, [decernentes eundem N. cum primū possessionē dicti beneficij, si sibi vigore præsentium conferatur pacificè assecutus fuerit, si dicti monasterij monachus non sit, de monasterio cuius monachus existit, & vt accepimus ordinem ipsum expresse professus ad monasterium N. huiusmodi apostolica auctoritate transferendum, ipsumque inibi in monachum & in fratrem recipiendū, ac syncera in domino charitate tractandum fore.] non obstātibus cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis ac monasterij, & ordinis prædictorum, iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscūque. Aut si tibi ab apostolica sit sede indultū, q̄ ad receptionem vel prouisionem alicuius minimè tenearis, quòdque de huiusmodi vel aliis beneficiis ad tuam collationem, prouisionem, præsentationem, nominationem, seu quamuis aliam dispositionem, spectantibus nulli valeat prouideri per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo, ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictę sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratię impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Datum Romæ, &c.

Sed quia aliquando vidi impetrari mandatum per seculares directum regularibus, & parū differt à forma prima supra posita, nisi quod in isto dicitur Leo, &c. decretalium formas de beneficio ecclesiastico, cum cura, vel sine cura, per clericos seculares obtineri solito, etiam si parrochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, seu perpetua capellania fuerit, ad vestram collationem, &c. Et postea dicitur qui similem gratiam sequatur beneficiū ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, per eosdem clericos obtineri solitum, etiam si parrochialis ecclesia, vel eius, &c. & aliæ ponuntur clausulæ, sicut in prima forma supra habetur, alia ibidem vide.

Vide quādo dirigatur mandatum regularibus per seculares impetratum.

Non ponitur hic forma literarum executorialiū pro regularibus, quia parum differt à secularium forma. de qua supra. ideo eam missam facio.

De caussis.

De caußis.

Omnes & singulæ causæ debent decidi apud iudices in partibus: exceptis maioribus, hoc sit loco summæ.



Tatuimus [a] quoque & ordinamus quòd in regno Delphinatu & comitatu prædictis, omnes & singulæ causæ, exceptis maioribus in iure expresse denominatis, apud illos iudices in partibus qui de iure aut consuetudine præscripta, vel priuilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant.



Ic ponitur causa pro conflictu iudiciali, quæ definitur sic in c. forus. §. causa. de verb. sign. Causa est materia & origo negotij nedũ discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia. & dicitur à casu quo venit, vt ibi dicitur. & Lucas in l. vna. C. de sent. aduer. fis. lat. lib. 10. Et quot modis causa sumatur, tradit Alber. in dictiona. in verb. causa, & ibi addidi. & Lanfranc. in repet. cle. vnicę. de causa possess. Ruger. de mota, & alij in rub. de causa possess. Soci. in repe. c. ad audientiam. vers. assumo. de homicid. Plenius tractaui in l. rei apellatione. 2. ff. de verbo, signi. Et causæ dicuntur hic generaliter tam ante litẽ cõtestatam, quàm post. sic in l. 2. §. si autem causæ adhuc pẽdentes. C. de iureiu. propter calum. dan. l. properandũ. de iud. auth. qui semel. C. quomo. & quando iudex. c. super quæstionum. § nos autem. de offi. deleg. & gl. in l. causas. C. de transact. dicit causam esse quæ habet in se controuersiam, secũdum Tullium. & sic post litem contestatam, quam sequũtur Iac. Butrig. Bal. & Sali. sed alterã opinionem tenent communiter alij ibidem & Rom. cons. 412. pro habenda. Georg. Natan in repe. cle. sæpe. in prin. col. 5. in verbo, causas. de verb. sign. intellige tam de causa ciuili quam criminali, cum generaliter accipiatur, licet multæ sunt differentiæ inter causas ciuiles, & criminales, quas tradit pulchrè Hippo. Marsi. in sua practi. §. expedita. nu. 62. cum seq. Et intellige etiam de causis mixtis, & etiam de prophanis, & spiritualibus. vt intelligit gl. in cle. 1. de re iudi. & expressa gl. in §. statuit. co. tit. in prag. Hic multa dicerem de causa, sed forte extra oleas. Item causa quædam est principalis. Altera secundaria, & quando prima instantia tractatur summariè, ita & secunda tractari poterit. teste Cassado. in decis. 8. fuit etiam rub. de rescr. & vtraque est duplex scilicet vniuersalis, & particularis, alia mediata, alia immediata. Bald. in l. ex placito. q. 1. C. de rer. permut. declarat Albert. Brunus in tract. de forma solen. actus, in rub. prima: & de causa efficiente, formali, & finali, declarat Calder. in procem. Decretal. & Christo. Por. in procem. instit.

Quotuplex sit causa.

[a] Statuimus.) Regula ergo hic sumitur æqua & iusta, q. quilibet in sua prouincia & coram suo iudice est conueniendus. Et causæ in partibus corã iudicibus ibidem iurisdictionem habentibus tractari debent, & decidi. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & 3. q. 6. per totum. vbi in summa gl. tradit casus fallentiales. & 6. q. 3. etiam per totum. [de verbo, terminari vide tex. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. pen. ff. de iureiur.]

Ex quo patet cum sit hic conuentum inter Papã & sedem apostolicam, & inter regnum & regem, quòd vna pars non poterit causas regni committere aliis quàm suis iudicibus, tum quòd derogaret ordinariæ iurisdictioni, tum quòd suditos vexaret ad hæc, quòd vna pars conuentioni factæ derogare non potest. * Vides per hunc text. quàm iusta sint edicta, vel indulta disponentia, vt in magno consilio, vel alibi quàm coram suis iudicibus causæ. in 1. tractetur instantia.

Imò etiam cum consensu vtriusque partis non posset per laicum iudicis laici sine domini consensũ de consuetudine in Francia prorogari iurisdictio, sicut nec ex vassali consensu. not. in l. 1. ff. de iudi. & in c. cæterum. illo tit, Pan. in c. ex transmissa. primo. not. per illum tex. de foro compet. [Capiti. in decis. Neapol. q. 9. In causa vertente. & quod vassalli non possint contradicente domino coram alio iudice litigare, fuit in supremo iudicatũ senatu Burdegalen. vt Boer. refert in decis. suis. q. 114. florentinus. posset tamen laicus prorogare iurisdictionem vnius iudicis regij in alium regium, quia tunc regis nõ interest, & ita seruatur. Io. Fab. in l. si qui. C. de epis. audiẽ. Imò si subditus alicuius proroget iurisdictionẽ regiam, non remittetur etiam domino requirente, vt docet Aufre. in arresto 17. in stilo parl.] Bar. Alex. & alij in l. 1. §. & post operis. ff. de no. oper. nunci. quod not. in §. præterea. 2. de prohi. feud. alien. per Freder. Bal. in c. de caussis. col. 4. in fi. de offi. deleg. & col. 7. vbi dicit iudicium esse speciem alienationis. per no. in l. ait prætor. ff. de iure delibe. facit tex. in c. significantibus. de offi. deleg.

Laicus non prorogat iurisdictionẽ sine domini consensu.

Arrestum.

Et quia iurisdictiones in Frãcia sunt patrimoniales. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, duas. de testa & in bonis nostris. Bella mera cons. 42. dominus. col. 3. ideo domini interest ne suũ patrimonium minuatur: eo petit cum suo subdito remissionẽ fieri ad suam iurisdictionem. Masfue. in rub. de remissio. in prin. & ita vidi seruari. Et sic an. 1520. die 20. Ianuarij fuit recepta appellatio religiosorũ S. Bertini, eo q̃ de Bennes citauerat subditos istorum religiosorũ corã eo, volens iurisdictionẽ in eos exercere, dicens se in possessione, & quod religiosi predicto possessorio venire debebant, tamen quia constabat eos esse subditos religiosorum ad eos fuerunt remisi.

Iurisdictiones in Francia patrimoniales.

Arrestum.

Itaque iurisdictiones sunt ita hodie in patrimonio nostro, sicut asinus in patrimonio Rustici, & vẽduntur, & transferũtur de vno in alterum, teste Petro Iacobi. in sua pract. rub. de successio. regni Franciæ. in fi. [Alber. in l. 1. col. pen. ff. de offic. eius cui.] adeo vt subditus alicuius domini perpetui nõ possit coram extraneo iudice, sine licentia domini sui litigare, nec se submittere gl. in §. pe. de prohi feudi. alien. per Freder. Bal. in margar. in verbo lis. q. 7. nisi contrahendo sub sigillo regio, vt fuit decisum die vlt. Iunij. anno 1534. in senatu, & de duobus presby-

Arresta.

teris litigantibus coram dominis supplicationum, quod non possint prorogare, etiam fuit decisum eo anno, die 2. Martij. Quid de clericis, plenè discutit gl. in verbo, finiantur. eo. ti. in prag. Et de multiplici prorogatione tradunt doct. in c. P. & G. de offi. dele. quæ parū vsu venit in Frācia. ideo eā missam facio.

Nam superior laici potest suis subditis præcipere, nec coram alio iudice litigēt, & potest impedire prorogationem iurisdictionis. per tex. in c. ex tenore: vbi Pan. in 2. nota. de for. compet.

Ratio text. est, ne tollatur seu minuatur ordinariorū iurisdictio, quia ordo confunditur quādo vnicuiq; sua iurisdictio non seruatur. c. peruenit. 11. q. 1. [Imo cēsuit senatus anno 1555. die 21. Nouēbris pro quodā nobili Pictauiensi contra doct. apud Biturigesresidentem, dominū non posse cogere vassallos extra suam iurisdictionem degentes ad litigandum coram suo iudice, etiā in causa feudi, sed est adeundus iudex regius loci vassalli, ne iurisdictio auferatur illi iudici, in cuius territorio est feudum: licet de iure contrarium sit statutum, c. quanto. de iud. & alia sunt iura quæ non sequuntur in hoc regno.]

Secundò, inhumanum est anfractus litis immodicos pro parua causa in longinqua patria facere, ac pauperes opprimere, & testes ac instrumēta quæ in prouincia quis habet, alio perducere. l. 2. C. vbi de ratio. & aliæ rationes assignantur eo. tit. in prag. Intellige istum tex. tam de causis ecclesiasticis, quàm aliis, cum hic tex. sit conditus tam à Papa quàm à rege, & causæ ecclesiasticæ dicuntur quædam criminales, vt causa hæresis. c. ad abolendam. de heret. & aliæ de quibus per doct. in cle. dispendiosum. de iud. Aliæ causæ ecclesiasticę sunt causę articulorum fidei, causæ sacramentorum, & decimarum, de quibus consuluit Bella mera, consi. 54. factum est tale. col. 6. versi. quatuor. & doct. in c. cum sit generale. de foro compet. Siue sint aliæ causæ ecclesiasticæ ciuiles, de quibus in c. super prudentia. 14. q. 2. & sic causæ ecclesiasticæ coram iudicibus ecclesiasticis regni decidentur. & agent laici coram suis iudicibus eodem modo. Ita vult dicere tex. *Causæ ecclesiasticæ quæ dicantur.*

Arrestum. Et audiui anno 1541. die 4. Iulij contra officialem Remensem pronunciari abusiuè processum, eo q̄ citauerat aliquem subditum episcopi Cenomanen. in diœcesi Cenomanen. habitantem, coram eo responsurum, cūm sua iurisdictio cuique seruari debeat. vt præfixi. [Imo fuit condemnatus prior de Cella ad 50. libras partim regi partim Mattheo molendinario regis applicandas, eo quod D. Matthæū regium Burgensem in carcere detinuerat quod nollet coram eo priore respondere in actione personali, hoc anno 1310. vt est in lib. consilij cautum.]

Simile ferè priuilegium concesit Leo decimus, archiduci Austriæ, videlicet ne in prima litis instantia subditi sui extra patriam conueniri possint. ego vidi bullam sub data anni 1513. tertio nonas Iulij. Idem priuilegium à rege tamen habent ciues Montispessulani.

Ideo Nicolaus Cheualier, qui promiserat coram officiali soluere iudicatum, cum esset clericus solutus, & postea monitus ab officiali tanquam ab abusu appellauit, cum tunc esset coniugatus, sed malè appellatum iudicauit senatus, anno 1524. die 24. Februarij, quia matrimonium non exemerat eum ab illa obligatione prima, nec à iudicibus, quo ad preterita, sed quo ad futura tantum. l. cum quędam. ff. de iurisdi. omn. iud. [l. pe. de pœnis.] *Clericus cōiugatus pro obligationibus conuenitur.*

Fallit in causis maioribus in iure expresè descriptis, & sedi apostolicæ reseruatis, quas enumerat gl. & doct. in c. q̄ translationem, de offi. leg. gl. in c. sicut vnire. de excess. præl. c. vno. de clerico ægrotan. in 6. c. 1. de transl. episcopi. 89. causas refert Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. de vnione etiā extra episcopatus. quòd Papa posit cognoscere, tradit Guido Papæ in decisio. Delphin. q. 103. prag. &c. Quod non seruatur in hoc regno quia vidi iudices in partibus cognoscere in possessorio. *Iudices de vnione in Francia cognoscunt.*

Secundò, fallit quando ex priuilegio aliquis posset cognoscere, vt dicit hic tex. quia non derogatur, sed approbatur hic iurisdictio habita ex priuilegio, vt in c. 1. de priuileg. in 6. quando priuilegium esset concessum ante hæc concordata.

Ideo infertur q̄ priuilegiati vt conueniant corā dominis requestarum Parisiis existen. suos debitores, quod possunt conuenire eos etiam si sint extra parlamenti ressortum, vt sunt doctores regentes facultatis decretorum Parisien. & aduocati supremæ curiæ, ac alij priuilegiati, poterunt non obstante hoc edicto ibidem conuenire, quamuis sint extra prouinciam, & etiam scholastici in ressortu coram suis conseruatoribus. Guido Papæ in decisi. Delph. q. 18. in causa. citat. D. Probus in addi. ad Io. Monac. in c. 2. de rescr. *Doctores regētes in facultate decretorū coram dominis requestarū suos conuenire possunt debitores.*

Magister tamen Ioannes le Court aduocatus in parlamento, sed consiliarius in castelleto, nō potuit tanquam aduocatus vti hoc priuilegio. Arresto senatus, anno 1525. die 5. aut seq. Martij.

[Hoc tamen hodie concessum est locum tenenti ciuili, & criminali, & consiliariis eiusdem curiæ, atque aduocato & procuratori regis, & causæ istorum sunt consiliariis supplicationum commissæ, quod priuilegium fuit publicatum in eadem curia, anno 1539. & die 16. Iunij.] *Consiliarij castelleti hodie vtuntur priuilegio aduocatorū parlamenti.*

Quæro quid si aliquis conueniatur extra suam iurisdictionem, an teneatur comparere, communiter tenetur q̄ sic ad allegandum suum priuilegium. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. non videtur. & l. si quis ex aliena. ff. de iudi. quod est verū quando conueniretur intra regnum, secus si extra, quia tunc est notorium, quòd ille non est iudex, ob id citatus non tenetur comparere. per gl. sing. in c. super literis. in verbo, nisi forsan. de rescr. & Panor. in c. olim. col. 2. de exceptio. [Et si notorium esset quod iudex non posit de illa causa cognoscere, vtpote quia edictum regis dicit, quòd cognitio feudi spectet ad bailliuum, si citatus quis fuerit coram præposito, appellare poterit, vt fuit dictum in senatu pro Longolio secretario anno 1543. die 12. Februarij. & de clerico citato coram iudice seculari, quod cōparere teneatur allegaturus priuilegium. censuit Senatus, vt refert Aufrer. in stilo parla. arresto 167.] Et quando quis citatur extra regnum practica est, vt ille ab abusu appellet ad senatum, qui illum abusum in hoc regno reformat, cū sunt deputati iudices infra *Arrestum.* *Practica quādo quis est extra regnum citatus.*

ces infra in rub. de pœna temerè venientium cõtra concordata, sed si iudex regni nolit remittere citatũ ad suum iudicem, poterit simpliciter appellare. vt d.c. olim. quod est notandũ. Et vidi iudicari, vt executor intimari possit, & citari tanquam pars, quia pars extra regnum citari non potest, sic iudicatum fuit, anno 1534. die 15. Februarij, in hoc senatu cõtra executorem cuiusdam abbatis in Sabaudia residẽtis. Alia pulchra dicit gl. prag. sanctio. ad quam est recurrendum, ne suam operam mihi adscribam.

Arrestum.

Executori quãdo appellatio intimari possit.

Friuola Appellatio dicitur vana, & inanis. Arch. per illum tex. in c. cum appellationibus. de appel. in 6. allegatur l. quisquis. C. de resciend. vend. Etiã potest dici friuola illa, quæ sine grauamine est interposita. not. in c. vt debitus. de appel.

Alias est de frustratorijs appellationibus nempe iure consul. in l. tutor. ff. de vsur. sic vocat, & in procemio supra sed nolui nouare quicquam.

Exceptiones friuolæ sunt leues, & nullius momenti, vt declaro in arbore exceptionum in fine.

Friuolæ excusationes sunt vanæ & futiles. c. veniens. de accusat.

Nota quod appellatio habet quatuor naturas, videlicet suspendendi, emendandi, confirmandi & decernẽdi. teste Bal. in c. fraternitatis, col. 2. de testibus. & Fel. in c. cum causa. de re iu. de his plenius in tract. de appel. scribam in 3. tomo cõstit. reg. Addendum est, quòd si quispiam friuolè appellauerit ad curiam, & releuauerit, si postea ipse offerat expensas appellato extra iudicium, illa oblatio non releuat appellantem ab expensis, vt fuit dictum anno 1533. die 15. Decembris, quia oporteret oblationem fieri in iudicio, postquam curia est saisita appellatione, id est, introducta est appellatio in curia, tamen quãdo oblatio est iusta, eo quia sine interesse reperitur appellatus, fuit in expensis condemnatus 1534. die 16. Februarij.

Quatuor sunt appellationis effectus.

Arrestum. Oblatio expensarũ an sufficiat facta intimato.

De Friuolis appellationibus.

Omisso medio non licet cuiquam appellare, nec ante diffinitiuam sententiam, nisi grauamen sit irreparabile, & tunc ad iudicem in mediatum appellabitur. hoc dicit.

ET ne sub vmbra appellationum, quæ nimium & nonnũquam friuolè interponi consueuerunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpe multiplicari, iniustis vexationibus materia præbeatur: Volumus quòd si quis offensus coram suo iudice iustitiæ complementum habere non possit, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat: nec ad aliquẽ superiorem, etiam ad nos & successores nostros, vel sedem prædictam, omisso medio. Nec à grauamine in quacunque instantia, ante diffinitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in diffinitiua reparari nequiret, & eo casu non nisi ad immediatum superiorem liceat appellari.



HIc tex. vsque ad finem tres habet partes, prout tria dicta ponit diuersa. secũda, ibi, si quis verò. tertia, ibi, statuimus. hæc prima pars quatuor habet partes. In prima ponitur constitutionis ratio. In secunda, cõstitutio. In tertia, aliud dictum. In quarta aliud. secunda, ibi, volumus. tertia, ibi, nec ad aliquem. quarta, ibi, nec à grauamine. Et hæc vltima pars tres particulas habet secunda, ibi, nisi. tertia, ibi, & eo casu, &c.

Textus diuisio.

Prima regula ex hoc tex. elicitur, videlicet quòd quando aliquis non potest habere iustitiæ complementum à suo iudice, appellare potest ad immediatum superiorem, intellige tam in clericis, quàm in laicis, cum hæc constitutio sit condita à Papa & à rege, qui iurisdictionem in vtrisque habent vt dicitur in c. nouit. de iud. & supra tit. proximo, dixi. Si tamẽ immediatus superior non posset haberi, & impedimentum sit modico tempore duraturum, expectandus est, arg. l. si longius. ff. de iudi. Aliàs poterit prosequi lis coram superiore impediti. l. pen. ff. de vacatio. munerum. Bart. in l. 1. §. si quis. col. vlt. ff. de appel. Perus. in rub. de appel. col. penult. in 4. q.

Prima regula.

Requiritur tamen ad minimum vna requisitio iudici facta. argu. l. Titia seio. §. vsuras. ff. de legat. 2. gl. in verbo, requisierint. in cle. 1. de hæret. & in l. mora. ff. de vsur. vbi Barto. dicit ad hoc, vt non dicatur stetisse per partem, sed per iudicem, sufficit quòd semel iudex fuerit requisitus de expeditione causæ. Alexander in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de operis noui nuncia. Idem tenet Imol. in d. §. vsuras. dicens tutius esse quòd sæpius fiat requisitio. per c. 1. de suppl. negli. præl. & ibi est singu. casus, quòd quando alicuius inferior vult constituere superiorem in mora, tres interpellationes requiruntur, & hoc etiam tenuit Ant. in c. plerunque. in fi. de rescript. & in c. dilecto. col. 2. de appel. gl. in cle. 2. §. si verò. in verbo, recusauerint. de sepult. & in clem. 1. de deci. vbi Card. & Fel. in c. ex literis. col. 5. de constit. [post Bal. in §. 1. si de inuestitura inter domi. & vassal. lis oria. col. 2.]

Quot requisitiones requirantur.

Et ista est communis, teste Bauer. in suo tract. de mora. 1. parte, col. 2. intellige, nisi in prima interpellatione recusaret, tunc vna sufficit, alias contra. per gl. in d. verbo, recusauerint. & Alex. cons. 81. statibus verbis. in 4. vol. per l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. Et quòd opus sit requisitione. est tex. in l. 1. §. magistratibus. ff. de magis. conueni. & ibi pulchrè Bal. Imò requisitio facta antecessori, non prodesset coram successore, vt posset appellare, sicut hic dicitur, sed oportet coram eo instare, & acta producere, vt dicitur in l. mortuo. & in l. si eum hominẽ. ff. de fideiuss. & l. proponebatur. de iudic. facit l. si iudex. ibidem. & eum requirere, vt causam expediat, & partẽ aduersam citet. l. edictum. ff. de iudi. [& in stilo parla. in 1. parte. tit. de modo procur. causas. §. item sciendum. dicitur tres requiri, & quartam ex abundãti.]

Nota quòd iudex vel magistratus negligens circa ea quę sibi incũbunt, tenetur ad interesse. l. 4. §. in eum. & ibi doct. ff. de damno infect. l. diuus. in fi. de offi. præsid. plenè Paris de Puteo, in tract. de syndica. in verbo, contra magistratum. fol. 77. in paruo vol. & potest ab officio deponi. gl. in c. dictum. 81.

Magistratus negligẽs quomodo teneat, & an intimari eidẽ appellatio possit.

dist.& not.in c.grãdi.de suppl.neglig.prælа.in 6.Intellige vt per Aret.in c.illa.col.1.de accus.dixi abundè in ordin.reg.

Arrestum. Imò quando quis appellat ab isto iudice ratione denegatæ iurisdictionis, debet intimare iudici, & non parti quia per partem non stat, vt fuit dictũ in iuridicis conuentibus, Anno 1535.die 3.Septemb.Et tunc iudex ad expensas condemnabitur, & interdũ ad mulctam, si dolus appareat.*Vnde dicit Pan.in c. dilectus. 1.col. 2. de rescr. q. si iudex ex officio processerit, tunc debet citari, vt suã defendat sententiã, tum quia tenet locũ partis, tum quia eius interest, ne postea puniatur, si iniquè eũ processisse constiterit.c.venerabilibus.de sent.excom.in 6.c.hoc etiam. 2. q. 6. l.2. de pœna iudicis qui malè iudica.C. Ideo debet iudex aduertere, ne ex officio passim procedat, saltem habeat procuratorem regium, aut ad instantiã partis iudicet, & tunc non erit citandus, seu intimandus, sed pars poterit ei notificare appellationem, & vt compareat, si sua interesse putauerit, & potest defendere, si velit, quia ex retractione sententiæ aliquale paratur ei præiudicium, saltem famæ.arg.l.à sententia.ff.de app. gl.in c.sacro. in verbo, constiterit. de sent. excom. sed interdum vltimi iudices deterius iudicãt, quàm priores.l.1. ff.de app. Hoc tamen non est præsumendum, vt per doct.ibidem. ideo iudices non curant hodie defendere suas sententias, nisi ad hoc citentur. *Iudex an ex officio procedere debeat.*

Item sumendo argumentum à contrario, patet quòd si quis possit habere complementum à suo iudice, superior non debet inhibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur. Arch. in c. de persona. 11. q. 1. quia ordo confunditur, &c. c. peruenit. ibidem. nisi causa esset deuoluta ad superiorẽ per viam nullitatis, vel appellationis, vel per restitutionem in integrũ, vel aliàs.l.si causa cognita. C.de transact. Bal.in l.1.col.3.ff.de offi.consul.& l.1.C. quomodo & quãdo iud, vbi limitat, quando inferior haberet iurisdictionem ab illo superiore, quia tunc poterit inferior superiori inhibere, & causam ad se euocare.Bal.in l. eleganter.§.si quis post.in fi.ff.de cond. indeb.Iacobi.in tract.de feud.in verbo, vicarius. col.2. De hac materia euocationis fusius quam quiuis alius, [dixi in tract.meo de euoca.in 1. tomo constitutio. regia. vnde is qui adit principem, iustitiam petiturus, debet dicere se prius interpellasse pręsidem.teste Luc. de penna in l.vna.in fi. C.de pistor.lib.11.]

Omisso medio nõ licet appellare, fallit vt hic. Secunda regula est, quod ad Papam vel regẽ non potest omisso medio appellari. de imperatore est tex.in l.imperatores. ff.de appellat. ad Papam olim semper poterat appellari.c. dilecti filij. de appel.c.ad Romanam.2.q.6.Hodie vult iure communi vti hic: & si omisso medio fuerit appellatũ, debet ille ad iudicem mediatũ remittere. Etiã fuit reprobata consuetudo in contrarium.arresto senatus, Anno 1523. die 11.Maij cõtra abbatẽ de Toussainctz d'Angiers, qui sic appellauerat ex officiali episcopi Turon. ad Papam omisso primate Lugdu.licet diceret sibi esse inimicum propter iniuriam, & processus contra eũ habitos. Fallit in curia parlamenti, quę ex causa poterit causam retinere, per legẽ regni, rub. *des appellations*, art.1. quæ est in ordinatio. Caroli septimi. art. 9.& ibi dixi probatur in c.vt debitus.de appellat. *Arrestum.*

Fallit quando superior simul cum inferiore de causa cognoscerent, tunc ad superiorem omisso illo medio, qui iam cognouit, appellari posset, vt si archidiaconus & episcopus simul cognoscerent, appellabitur ad archiepiscopum, arg. c.si à sublegato. de offi.deleg.in 6.c.super quæstionum.§.si verò, illo tit.Bar.&Imol.in d.l.1.§.si quis. ff.eo. quos sequitur etiam Perus.in rub.huius tit.q.5.

Secũdò, fallit quãdo iudex ad quẽ graduatim deuoluitur appellatio, esset in loco pestifero, vbi non redderetur ius, tũc omisso medio appellatio nõ est respuenda. Bart.in d.§.si quis.& in l.vbi absunt.ff.de tut.& curat.dat ab his Pan. & Fel. in rub.de app.per tex.in c.si is cui.& c. si à sublegato. de offi.dele.in 6. Refert & sequitur de Ripa in tract. de peste, fol. 53. in 6. pestis priuil. iudiciali. esset tamen in practica difficile obtinere.

Tertiò, fallit in scholaribus, qui ad Papam, regẽ, vel curiã supremam, pro locis vbi degunt, appellare poterũt hoc textu nõ obstãte, & hoc ꝓbatur in auth. habita.C.ne filius ꝓ patre.vbi dixi priuilegio scholariũ 164. postquã imperator ex officio offert seipsũ eisdem, ibi, speciali quadã dilectione eos ab omni iniuria defendamus.& ita tenet Bald. ibi, & sic aliàs obtinui.* vnde censuit senatus Paris.à conseruatoribus regiis ad parlamentũ esse appellandum. anno 1509.die 3. Iunij. Idẽ in miserabilibus personis tenet Bertach. in tract. de gabel. in 7.parte.q.27.& scripsi in tract.de sent.prouisio.in §.fi.gl.vlt.nu.32. *Scholares omisso medio appella repossunt.* *Arrestum.*

Quartò, fallit quando immediatus superior esset suspectus, vel recusatus. Io. And.in c. Romana. de appel.Arch.in c.anteriorum.2.q.6.

Et quando locum tenens generalis seneschali grauauit partem, remittetur causa ad eandem sedẽ,* decidetur tamen per alium quàm per eũ, qui grauauit. [Et poterit recusari etiam alius iudex ex causa non obstante remissione, vt fuit dictum in arresto Pictauien. inter iudices & consiliarios, die 17. Iulij anno 1540.in hoc senatu.] Aliàs si is, qui grauauit, vellet cognoscere, arbitraria pœna puniretur, vt fuit decisum contra præpositũ de Coussi, anno 1533. die 17. Nouemb. Imò non seruatur in curiis secularibus regni.c.vt debitus. de app. vt iudex secularis, quamuis pronunciet malè iudicatũ, possit retinere causam, sed debet eã remittere ad eandẽ sedem. Ad aliũ tamen quàm ad eum qui iudicauit, vt senatus pronunciauit ann.1533.& die 16. Decemb. quod procedit quãdo appellatur de iudice regio ad regiũ, secus quãdo appellatur à iudice non regis ad regium, quia tũc causam retinere ex cõsuetudine solet, licet contrariũ ex causa fuerit iudicatum pro dominis de Royalmont.die 24.Nouemb.anno domini 1534. *Arrestum. Iudices seculares remittũt causam, licet malè iudicatum pronuntient.*

Quintò, non procedit quando pars appellasset omisso medio, & altera pars non opposuisset, per tex.in d.l.imperatores.ff.de app.

Sextò, limitatur quando iudex medius esset inhabilis, vtpote hæreticus, vel excommunicatus. gl. & doct.in c.is cui.de offi. deleg. in 6. Refert Soci. vbi tradit 14.casus, in quibus licet omisso medio appellare.in tract. fallen.reg.23. app. Perus.in c. Romana. §.ab archidiaconis.de app.in 6.vbi ponit duodecim casus.&

casus.& Præposit.in c.dilecti filij.2.col.3. & seq.illo titul.vbi Perus.& Dec.plenè.vide gl.in verbo, medio.eod.tit.in pragm.sanct.& Docto.Ruseum in 6. priuileg.tracta.archipræsulum. Et nota ꝙ vbi quis appellat simpliciter & omisso medio,postea releuat in parlamēto nō obstantibus attētatis remitti debet ad iudicem immediatum,quia attentata nō sunt in cōtemptum curiæ facta. sic fuit decisum per senatū, teste Auffre.in stylo parlamē.in 4.parte.arresto 180. item nota ꝙ vbi.Et sic non reuocabuntur attentata per curiā,vt not.in c.non solùm.de appel.in 6.* Et in criminalibus dicunt pragmatici omisso medio liberum esse appellare & releuare, ratione legis.

Attentata quādo non reuocētur.

Arrestum.

Vltimò,si quis omisso medio appellauerit ad curiam,vel causa fuit euocata per curiæ parem, & dicatur eū malè appellasse,nō debet in maiori emenda condēnari,quàm si fuisset cōdemnatus à iudice immediato.& ita sæpius pronūciari audiui, sed fuit dubitatum.Quid si in vim edicti regij liceat appellare ad seneschallum,vel ad curiam,& is appellauit ad curiam, cum liberum ei esset ad seneschallum appellare,an debeat sexaginta libras, vel minorem mulctam? causa fuit in consilio posita in camera criminali, quam vocat vulgus Tornellam, anno 1540.die 26.Martij,ante Pascha.

Arrestum.

Ab interlocutoria nō appellatur.

Tertia regula est, ꝙ ab interlocutoria nō potest appellari,& hoc est statutū, vt breuius lites terminentur, & vt parcatur laboribus & expensis partium.not.in l.properandum. C.de iudic.

Et non obstāte appellatione iudex à quo procedere potest ante inhibitionē,non post [ca.non solū. de appell.lib.6.Bar.in l.eius qui.ff.de appel. recipi.] Et hoc fuit etiā pronunciatū habere locū in cōsiliariis supplicationū,seu requestarum arresto senatus, anno 1519.die 9. Augusti. [Tamen si aliquis timens ne contra ius quæstioni detur, appellet, confessio postea in quęstione facta nō valebit.l.j.ff.nil nouar. app.nec est opus hoc casu expectare superioris inhibitionem,quia mora interim periculum afferret. Bal.in rub.C.commin.vel episto.sequitur Ias. in l.1. col.20.nu.73.ff.de offic.eius.]

Imò sic appellans iure Codicis in quinquaginta libris argenti puniebatur. l.2. C.de episcop.audien. Et hoc etiam est statutum in reg. cancella.35.

Grauamē quādo possit reparari,

Fallit quādo grauamē nō posset in definitiua reparari,vt hic:& tūc ad proximum superiorē appellabitur,vt supra dictū extitit. Et istud probatur per tex.in l.2.ff.de appel.recipiē.quia melius est in tempore occurrere,quàm post exitum vindicare. l.1.C. quando lice.vnicuique sine iudi.se vindi. aliàs posset dici isti,sera prece subueniri tibi desideras.tex.in l.2.C.de iur.& fact.igno. dicitur nō posse reparari, etiam si quis est excommunicatus, vt fuit decisum arresto senatus pro episcopo Beluacen. contra officialem Remen.anno 1519.die vlt.Ianuar.Igitur vidi pronunciatū abusiuè inhibitū cōtra metropolitanū, qui inhibuerat episcopo,ne vlterius in causa procederet post appellationē ab interlocutoria emissam, quia contra istum text.anno 1533.die 1.Decemb.

Arrestum.

Scholastici à quolibet grauamine appellant.

Etiam fallit in scholasticis,qui à quolibet grauamine possunt appellare.tex.in d.authen.habita.ibi, ab omni iniuria. Scripsi in scholasti.priu.163. Alios casus tradit Spec.& ibi Io.And.in addit.in 2.parte. in tit.de appel.Præpos.verò in ca.vt debitus. col.18. de app.dicit 10.necessaria in appe.ab interlocutoria.

Decē necessaria ad appellationē ab interlocutoria.

Primum,quòd causa grauaminis subsit de præsenti.per text.ibi.

Secundum,quòd causa sit legitima,& rationabilis.c.cum speciali.de appel.

Tertium,ꝙ causa sit vera.c.cū causam.de appel.

Quartum,quòd causa sit nominatim expressa.c. 1.illo tit.lib.6.& clem.appellanti. ibidem.

Quintum,quòd in scriptis fiat appellatio.d.c.1.

Sextum, quòd apostoli petantur. ca.ab eo. illo tit.in 6.clem.2.eod.tit.

Septimum, ꝙ pars appellans, seu eius procurator,sit instructus,vt in d.c.1.probatur.in fi.

Octauū,ꝙ intra decē dies interponatur à die illati grauaminis,& sciētiæ.c.cōcertationi.de app.in 6.

Nonum,ꝙ intra annum fiat prosecutio, vel ex causa biennium.c.Romana.& c.ex ratione.eo.tit.

Decimum,ꝙ in præsentia iudicis à quo interponatur.c.suggestū,& ca.fi.eo.tit.ibi, alia licet videre. Et per Guido Papę,in decis.Delphina.q.75.sed circa.& decem necessaria ad hoc vt valeat appellatio ante sententiā definitiuā,ponit Spec.in 3.parte,rub. de appel.§.1.quem sequitur Rom.cōs.501. vt declarationem.col.1.vide Præpo.in c.super eo.2.col.2. de appel.Pet.de Ferra.in sua pract.in forma appellat. ab interloc.& hodie parū seruatur ista decisio. Ad quæ deberent curiæ supremæ aduertere. Ego ipse vidi quendā procuratorē rixosum in vna causa sexaginta solidorum ad senatum, vel ad alios iudices septuagesies,& vltra appellasse,& causam corā iudicibus secularibus agitatā viginti annis protelasse, & ideo super his sanctæ fuerunt nuper factæ contra hos fugitiuos & rixosos ordinationes per senatum,faxit Deus vt perpetuò obseruentur.

Ordinationes contra protelantes & fugitiuos sanctæ institutæ fuerunt.

Causæ appellationis ad Papam emissæ debent cōmitti decidendæ in partibus,alioqui processus non valent,& pars impetrans debet in expensis, damnis, & interesse condemnari, exceptis cardinalibus & officialibus sedis apostolicæ.

SI quis [a] verò immediatè subiectus sedi apostolicæ, ab eandem sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum, vsque ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiā conformem inclusiuè, si ab illis appellari cōtigerit. Nisi propter defectum denegatæ iustitiæ, aut iustum metum: & tunc committi debeat in partibus conuicinis, & cū causarū expressione. Quę etiā de illis, etiā legitimè aliàs quàm per iuramentū, corā

a §.Si quis verò.) Diuiditur in sex partes, in prima traditur regula, in secūda duę exceptiones, in tertia, exceptionis declaratio, in quarta quomodo debeat constare de metu, aut iustitiæ negatione, in quinta. irritat processus cōtra prædicta attētatos, in vltima excipit sacrosanctæ Romanæ ecclesię cardinales,& alios omnes officiales curiæ Ro.actu officiū exercentes.2.est ibi,nisi propter.3.& ibi, & tūc cōmitti. 4.ibi,quæ etiā.5.ibi,processus.6.ibi,sanctæ verò.

iudicibus à sede apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos, nullos & irritos esse volumus, ac rescripta cõtra præmissa impetrantes, in expensis, damnis & interesse cõdemnari debere decernimus atque declaramus. Sanctæ verò Romanæ ecclesiæ cardinales, qui pro vniuersali ecclesia cõtinuè laborant, necnõ, dictæ sedis officiales, officia sua actu exercẽtes, sub præsenti decreto non intendimus comprehendi.

Causa per papam cõmitti debet in Francia & quomodo.

Quamuis iste textus loquatur in subiecto immediatè sedi apostolicæ, tamẽ idem in hoc regno, in alio quocunque appellante ad Papam, vt causa debeat in partibus cõmitti & si contrariũ fiat, ad senatum appellatur tanquàm ab abusu, & cõdemnatur pars in expensis, damnis, & interesse, quãuis per pragm. in expensis tantũ. & si nõ appelletur ad senatum, poterit iudex appellationis etiã appellantẽ condẽnare. per cle. 1. de rescrip. Ista decisio probatur in l. cũ post sententiã. C. de appel. & in c. sanè. de foro compet. vbi doct. & in Papa hoc expressè tradit Anch. in c. ad audientiã. in 1. not. de eccle. ædific. vbi dicit ꝙ si causa est parua non debet Papa de illa ad eum deuoluta per appellationẽ cognoscere in curia propter difficultatẽ itineris, & magnitudinẽ expensarum. facit l. 2. ff. si quis cautio. & hic est decisum. [excipit Cardinales videlicet vt causæ Cardinaliũ Romæ tractari possint, & non debeant in partibus cõmitti: intelligerem quãdo Romæ resideret, alioqui haberet locum iste text. & multo fortius contra eos ratione denegatæ iustitiæ, quia cum sint potentes in suis episcopatibus, causa subditorum contra eos tractari nõ debet in episcopatu, sed in locis circumuicinis: & si impetretur rescriptum, solet ad senatum appellari tanquàm ab abusu. & dabuntur iudices in episcopatu proximo, & hoc iustum est.]

Intellige ꝙ causa committi debet in partibus, in locis in quibus causa tractari in prima instantia debet, & decidi. rub. de causis, supra. Et ꝙ pars pro loco sumatur, probat l. hæreditas. ff. de acq. rerũ dom. & scripsi in l. nomen. §. portionis. ff. de verb. signi.

Secundò, ista causa debet cõmitti in ciuitate rei, si actor & reus sunt diuersarũ ciuitatũ & diœcesum. c. statutum. §. cũ autẽ. de rescri. in 6. Si verò actor & reus sint eiusdem diœcesis, seu ciuitatis, non debet extra ipsas causa cõmitti. §. cũ verò. ibidem. nisi in casibus ibidẽ expressis, & tunc vltra vnã dietã etiã causa cõmitti nõ potest. vt d. §. cum autẽ. & probat hic text. dum dicit in partibus cõuicinis, scilicet per vnam dietam, vt de iure. & hoc etiam tractat Fel. in c. nonnulli. col. 29. cum seq. versic. collige. de rescri. vbi plenissimè, nisi in casu. c. fi. de rerum permu. vbi Pan. Et sic iudicauit, vt accepi, senatus Gratianopolitanus, & hæc dieta computatur à loco habitationis & domicilij, tam in realibus quàm in personalibus. glo. in d. §. cum vero. quam probat. Fel. in c. dilectus. 2. nu. 13. de rescr. versi. computatur. [& licet Papa delegaret extra ciuitatem, non posset de ea cognosci extra. quia infra in tit. de forma. annullantur quæ fiunt contra, & facit quod not. Bal. in l. si vt proponis. 1. C. quomodo & quãdo iudex refert Ias. in l. 1. nu. 65. ff. de offic. eius.]

Derogatur tamen in hoc illi c. statutum. §. cũ verò. quia non probatur metus aut denegatio iustitiæ per iuramentum. sicut ibi, sed debet probari legitimè. vt patet hic in versi. quæ etiam de illis, etiam legitimè aliàs, quàm per iuramentum corã iudicibus à sede apostolica deputãdis cõstare debeat, an possit contrarium probari, si vna pars probauerit metũ, denegationẽ iustitiæ. [Resp. posse, quia in d. c. statutum. nõ dicitur quod debeat ei stari. licet disponat, quod ad probandũ sufficiat, hoc docet Bal. in c. nõnulli. col. 4. nu. 11. de præscr. & in addit. ad Spec. in tit. de offi. iud. vide per Auffre. in decis. Tholos. q. 236.]

Episcopi vicarios creare tenentur in illo ressortu, vbi cognoscũt.

Item si iudex ecclesiasticus in casibus præmissis citet laicos extra iurisdictionem parlamenti, seu (vt dicunt) ressortum, debet deputare vicarios, qui cognoscant de illa causa in illo ressortu, vbi sunt laici, vt si fortè appellaretur postea ab illis iudicibus ratione abusus, causa veniret ad illam curiam parlamenti in qua degunt laici, alioqui solet appellari tanquam ab abusu, vt fuit pronũciatum contra episcopum Tullensem, anno 1517. die 13. Augusti. nec tenebitur comparere si extra ressortum citatus, vt fuit dictum in senatu, anno 1534. die 7. Maij, imo legatus licet in qualibet parte legationis iurisdictionem exercere possit. c. nouit. de offic. lega.

Arresta.

Delegati debent iudices in loco ressortus.

Tamen si partes nimis distent ab illo loco, in quo habet tribunal, tunc debet delegare causam in loco partium. Anch. & Barb. in c. nonnulli. de rescr. refert Barb. in c. 1. col. 39. nu. 135. de iud. & ita solet fieri in Francia. * Idem dicit text. in causa appellationis. in l. cum post sententiam. extrà de appella. Ancha. in c. nonnulli. no. 1. de rescri.

§. STATVIMVS.

Iudices causas decidere & terminare intra biennium sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficiorum debent, & pars diffugiens graui pœna mulctari. hoc sit summæ loco.

STatuimus [a] etiam & ordinamus quòd iudices causas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, sub pœna excommunicationis & priuationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrenda, infra biennium terminare debeant. Pars verò diffugiens, & expeditionem ipsius causæ malitiosè impediens grauissimè per eosdem iudices mulctetur, etiam vsque ad priuationem iuris in huiusmodi processu prætensi, si eis visum fuerit: super quo eorum conscientias oneramus.

a STatuimus.) Tria dicta ponit, primò præcipit iudicibus causas intra biennium terminare.

Secundò

Secūdò punit partes fugientes.ibi,pars verò. Tertiò restringit appellare volentes.ibi, ab interlocutoriis.

Causæ intra bienniū finiri debent.

Iustæ & sanctæ.hic vltra pragmaticam statuitur, ne lites sint immortales, vt iudices eas intra biennium debeant terminare:& vtinam obseruaretur tam in iudicibus ecclesiasticis quàm secularibus. & sic declarātur,& limitantur tam iura ciuilia quā canonica.Primò l.properandū. C.de iud.vbi de iure ciuili in ciuilibus instantia peribat triennio. In criminalibus verò biennio.l.vna.C.vt causæ crimina. nisi in quatuor casibus traditis per Soc.in tract.fallen.regula 182.De iure verò canonico non peribat instantia. ca.venerabilis. secundum vnum intellectum.de iud.ca.tum ex literis. de in integ.test.cap. cum olim.§.iudices.de priuileg.

Hodie tamen hic statuitur tempus duorum annorum, quia cessat causa, quare olim non peribat instantia in foro ecclesiastico, nam in eo pro quolibet grauamine appellare licebat. c.super eo.2. de appel.sed de iure ciuili nō.l.2. C.de episco.audien.

Sed cum hodie non liceat appellare,vt supra visum est,ab interlocutoria non inferente grauamen irreparabile in diffinitiua,ideo causa citius terminari poterit.Et ideo biennium statuitur hic tam in ciuilibus quàm in criminalibus.& quando iudex non posset eam intra biennium terminare,quid debeat agere,satis supérque explicatur in l.properandū. C. de iud.In curiis ecclesiasticis supradicta procedunt. nam in curiis secularibus,si causam quis non prosequatur per annum,est interrupta,ita ꝙ sentētia lata post interruptionem est nulla.l.scire. §.consequens. ff.de excus.tut.& l.si iudex.de iudic.l.cum non. eo. C.quando prouoca.non est neces.Feli.in ca.de causis.col.penult.de offi.deleg.

In curiis laicorū interrumpitur causa per annum si non fuerit prosecuta.

Ideo necesse habet quis(si illam causam interruptam vult prosequi)impetrare literas à cācellaria, quod nō obstante interruptione in causa procedatur,sicut ante interruptionem.ita expresè tenet D. Boe.in §.23.de iurisd.omn.iud in consuetu.Bituri. & sine illis literis iudex pronūciabit instantiā esse peremptam.& partē in expēsis condēnabit. l.properādum.§.j.C.de iudi.& l.j.vt intra certum tempus.l.si præses.& ibi Bart.& alij. C.quomo.& quando iud.

Et si aliquis fuerit priuatus beneficio,& in emenda adhuc condēnatus,si appellet tanquam ab abusu ad senatum,& à priuatione ad iudicem ecclesiasticum,nō curret tempus appellationis prosequendæ coram ecclesiastico , donec prosequitur corā senatu.per cle.quādiu.de appella.sic fuit iudicatum pro quodam religioso contra officialem Malleacen.anno 1531. die 4. Maij. [Item valebit sententia post biennium,quia hic non annullatur:& ita cōcludunt doct.in d.l.properandum.& sic consuluit Paul.Castren.consi.184.videtur dicendum.in 1.volu.

Arrestum.

Effectus malæ fidei an perempta instantia duret.

Quæro.an perempta instantia duret effectus malæ fidei,sic quod litis contestatio inducat malam fidem quo ad fructus,& omnes alios effectus?Butrius, Pan.& cæteri in d.ca.illud col.vlt.de præscri.tenent quod non duret, nisi quo ad interruptionē præscriptionis,& perpetuationē actionis.sed litis contestatio sola nō induicit veram malā fidē,sed præsumptā tantum,vbi nō cōstat de iure agētis,ista fuit opinio gl.singu.in l.2.C.de fruct.& litis expen.quā glo.sequitur ibi Salic.per multa allegata per eū. tum maximè:quia perempta instantia,pereunt acta.l.cū lite.ff.iudic.solui.& sic omnis causa ab eis , cum isti effectus nō sint in esse producti,& separabiles à sua causa:& vbi reperitur contrarium,vt est in præscriptionis interruptione,& perpetuatione actionis , illud nō est trahendū ad omnes, imò casus exceptus firmat regulā in non exceptis.l.1.ff.de reg.iur.licet Bart.in d.l.2.cōtrarium teneat , cuius dictū nō obstat,quia si(vt præsupponitur)possessor est bonæ fidei,quomodo est possibile,ꝙ sola litis contestatio, per quam non apparet aliquid,ꝙ scientiam rei alienæ habeat,inducere faciat eū plenè & perfectè malæ fidei possessorem esse?nō video , sed ex tunc datur iudiciū perueniendi ad notitiā ex probabilibus factis , & lata sententia declaratoria rei alienæ habet tunc plenā notitiā , & hæc notitia trahitur retro ad tempus sui initij,& sic ad tempus litis cōtestatæ.

Et ex hoc apparet,ꝙ effectus scientiæ rei alienæ, nō fuit statim per litis cōtestationem cōsummatus, & perfectus.Et sic nō est vera ratio Bart.secundùm Salic.ibi.& contra Bart.tenuit Io.Francisc.Balb.in tract.de præscri.in 3.parte 6.partis princ.q.2.col.48. quia nemo cogitur ius suū indefensum dimittere.l. illud.ff.de petit.hæredi. Curtius in l.num.82. C.de eden. Et quòd fructus non debeant restitui à die peremptæ instantiæ vsque ad nouam litis contestationem, iudicauit senatus Parisien.hoc anno 1536. die 8.Februarij,per l.fi.C.de præscrip.30.vel 40.anno.etiam si qui restituantur à perempta instantia. *Arrestum.*

Idem etiam iudicauit pro religiosis *de port Royal*, contra domū Dei Parisien.anno 1518. die 13.Aprilis. vide Antho.Capytium in decisio.Neapol. quęst.11.

§.AB INTERLOCVTORIIS.

Ab interlocutoriis appellari secundo non licet,ne à definitiuis tertio , sed duæ interlocutoriæ conformes , & tres definitiuæ executioni mandari debent,hoc loco summæ habeatur.

Ab interlocutoriis autē secundo , à definitiuis verò tertio prouocare nō licere decernimus,sed volumúsque secundam sententiam interlocutoriam conformem & tertiam definitiuā,etiam conformem(omni mora cessante)executioni debitæ demandari debere, quacunque appellatione interposita nonobstante.

Vltimò , ex hoc text.patet , quod à sententia interlocutoria non licet secundo appellare, sed si fuerit confirmata, poterit executioni demandari, vt fuit pronunciatum in senatu , anno 1542. die 25. Septembris contra rescriptum impetratum post interlocutoriam confirmatum abusiuè impetratum , & concessum , quia non valent literæ concedentes tertiam appellationem de iure. per text.in cap.sua nobis de appellat. Socin.in l. singulis. ff.de except.rei iudic.fuit tamen admissa post tres sententias conformes appellatio tanquam ab abusu ad senatum in causa decimarum infeudatarum. de quibus dicunt regales non posse de eis iudices

Semel & iterū tantum appellatur ab interlocutoria.

Arrestum.

eis iudices ecclesiasticos cognoscere die 17. Iulij, anno 1539. [Quãuis contrariũ dixerim de iure in tracta. de deci. q. 10. Imò anno 1510. die 28. Iunij, fuerunt à Senatu annullatæ tres sententiæ à iudicibus ecclesiasticis latæ contra laicũ, & in reliquis census, vbi prætenditur iudices ecclesiasticos nõ posse cognoscere, & sic erãt ipso iure nullæ, sed fuit primus, qui volũtariè litigauerat, cõdẽnatus in omnib. expen.]

Et idẽ erat statutũ in prag. & regula cãcel. 35. vbi pœna viginti florenorũ auri punitur secũdo appellans ab interlocutoria, vel tertio à definitiua. Et sexaginta differentias inter interlocutoriã & definitiuam, & alia multa de his sententiis dixi in repet. l. quod iussi. ff. de re iudic. Et hic tex. loquẽs de interlocutoria, non habet locũ in interlocutoria habente vim definitiuæ. Ita fuit decisum in Senatu, anno 1518. die 7. Septembris, in sentẽtia lata super iudicis incõpetentia, vt erat expressum in prag. eo. tit. [nam hæc incompetentia semper allegari etiam post tres sententias potest, dicendo eas nullas gl. in cle. vna, in fi. de sequest. posse. & nullitas potest allegari cõtra has sententias.] d. cle. 1. de re iudi. nisi in decẽ casibus traditis ibi per Barb. in 2. not. Nec tertio posset etiam allegare nullitatem. Io. Fab. in §. appellantur. insti. de excep. nec hodie vltra bis per istũ text.

Arrestum.

Si tamen allegetur nullitas postquã fuerit secundo appellatũ, vel semel ab interlocutoria, debet per modum prouisionis sẽtẽtia exequi, & ita solet per senatum pronũciari: quod alij iudices sequi debẽt, nisi nullitas appareret ex ipsa sententia, & ex ipsius inspectione. doct. in leg. 4. condemnatum. ff. de re iudic. Sic consuluit Bertran. consi. 250. viso processu. in 2. vol. ex prima impresio. vbi alios allegat.

Quãdo nullitas sentẽtiæ allegatur per modum prouisionis sentẽtia exequẽda est.

Vnde hoc anno 1543. & in mẽse Decembris, Car. Ferrarien. appellans cõtra tres sententias cõformes ad senatũ tanquã ab abusu, dicẽs citationes non valuisse, non fuit receptus, sed fuit ad emendã condẽnatus, & ideo post tres sententias corã iudicibus ecclesiasticis latas conformes. vidi impetrari literas à cãcellaria directas seneschallo, aut bailliuo, seu gurbernatori, iudici partium, in quibus mandatur ipsis, vt has sententias exequãtur, nonobstantibus oppositionibus, & appellationibus, si constaret eidem de dictis tribus sententiis definitiuis conformibus, vel duabus interlocutoriis, & facta executione poterit de nullitate agi. cle. 1. ibi, ad agendum de nullitate. de re iud. Et sic executionem non impedit, nec debet audiri allegãs nullitatem nisi facta executione, & per actionẽ, vt d. cle. 1. sed in hoc regno appellãt, & appellatio executione facta recipietur.

Arrestum.

Praxis ne quis tertio appellet.

Imo in vltima sententia solet ad expensas aliarũ sentẽtiarum condemnari, nisi ex nouiter productis hæc vltima sententia feratur. doct. in c. sua nobis. de appel. vnde vidi in materia beneficiali impetrari literas à Papa & rege directas certis iudicibus, vt cognoscerent de petitorio, & deciderẽt remota appellatione, & lata sententia ab istis iudicibus auctoritate apostolica & regia commissis, non appellabitur, quod est vtile ad euitandum tres sententias definitiuas, & hæ literæ facilè solent obtineri; quia in forma iustitiæ sunt.

Notabene.

Intellige non posse tertio prouocare ab eodem grauamine, secus si à diuersis, quia quoties grauatur, toties quis potest appellare. ca. quoties. 2. quæst. 6. & in eisdem capitulis. secus in diuersis. Alexand. consi. 77. in causa. in 2. vol. intellige tamen vt supra dictum est in princip. huius text. Vide Panor. consi. 97. attingam. in 1. vol. [Si tamen post tres sententias is qui eas passus est contra se proferre, velit dicere se non esse illum condemnatum, hoc debet plane probare. alias sententia executioni debet mandari contra eum, quia liti se obtulit, & illud non allegauit, ob id talem probauerit clare se non fuisse condemnatum, & ipse illud offerat, condemnabitur tamen in expensis voluntarij processus, l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. & alter poterit de nouo probare: & ita vidi iudicatum in curia conseruatoris.]

Quantum ad definitiuam, iste articulus cõtinet ius commune, vt patet in rub. C. ne liceat in vna eadémque causa tertio prouocare. & si prima sententia fuerit lata, & postea fuerit appellatũ, & fuerit appellatio deserta, & alia postea sententia fuerit prolata. ab ista prolatione desertionis dico debere mandari executioni, quia pronunciatio super appellatione à diffinitiua est diffinitiua. de qua loquitur hic tex. gl. in verbo, non habẽte. eo. tit. in prag. Guido in decisio. Delph. q. 11. dixi in repe. l. quòd iussit in præfa, nu. 52. ff. de re iud. & ita fuit prolatum arrestum in magna camera hoc anno 1537. die 25. Februarij. Quamuis Oldr. consuluerit cons. 106. quod litera. de sententiis definitiuis, intelligendum esse latis, visis actis, & cum maturitate consilij, sed si fuerint latæ ex desertione non exequentur tum quòd cesset ratio. cle. 1. quod non præsumatur calumniari, qui nunc allegat illarum sententiarum nullitatem, quæ non fuerunt visæ, sicut quando processus est visus à relatore & consultoribus, tum quod casus non est comprehensus in d. cle.

Sententia desertionis an sit diffinitiua.

Arrestum.

Etiam in causa matrimoniali non licet tertio prouocare. glo. sing. in c. fraternitatis. in verbo fornicario. de frig. & malef. poterit tamen superior adiri per viam querelæ. glo. not. in c. ad reprimendum. in verbo suspendatur. de offic. ordi. quam notat Panor. & alij in c. lator. de re iud. vbi Feli. ait, quòd licet restitutio contra sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam, non petatur nisi à principe. l. diui. ff. de pœnis. vt scripsi in tracta. de literis ciuilibus, seu sub forma, vt practici aiunt, ciuili impetratis. in 1. tomo constitutio. reg. secus tamen est secundum eum in sententiis. quæ non transeunt in rem iudicatam. allegat Domi. in cap. venerabilibus. §. porro. col. 1. de sentent. excommu. in 6. Et sic bailliui & seneschalli illas possent literas concedere, quod vix obtineretur in Francia, sed à cancellaria vel à rege tantum. quando ageretur de retractando arrestum, secus in alia sentẽtia inferioris, vt seruatur Nemausi, vbi seneschallus concedit.

Item tres sententiæ suspenduntur quo ad executionem propter nouũ appellatorẽ. vtor verbis Baldi. in c. cum super. per illũ text. col. 1. de re iudic. vbi licet tertio, qui causam agi nesciuit, appellare, quãuis parti condẽnatæ nõ liceret. Alex. in l. sæpe. ff de re iud. quamuis contrarium teneat Roma. sing. 287. cle. vt

Tres sententiæ non exequũtur cõtra tertiũ.

cle.vt calumniis, sed quantum ad partem contra quam latæ sunt exequentur, contra verò tertium non.c.veniens.vbi doct.de testib.nisi malitiosè distulerit. Anchar.consi.333 an dubia.col.pen.

Tres sentẽtiæ nõ exequuntur quãdo executio retractari nõ potest. Adde etiam quod tres sententiæ cõformes non exequentur, si illa executio non posset retractari, vt in criminalibus, vel vt fiat matrimoniũ, & puella defloretur, & postea de nullitate agatur, certè nõ hoc fiet, vt scribit Auffre.in decis. Tholosanis.q.430.dicens cle.primã habere locũ quãdo executio erat reuocabilis, aliàs nõ facit c.2.vt lite penden.l.non distinguemus.§.intra.ff.de arbitr.quod sequitur Bonif.in d.cle.col.4. Aliàs posset dici, quod imperator scribit in l.2.C.de iuris & fact.igno. Sera prece subueniri tibi mulier desideras, nã factæ res retractari nõ possunt.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.Bene.in repe.c.Raynutius.in verb.mortuo.1.nu.212.de testa.& sic fuit iudicatum in supremo Burdegal.parlamento, vt mihi retulit doctissimus D.Boerius. Et conformes dicuntur conuenientes, & quamuis aliquid sit immutatum in summis, vel quantitatibus, nihilominus in quo conueniunt conformes dicuntur. teste Barba.consil.10.in fi.& consi.20.Bene etenim in 3.vol. Aymo Crauette.consi.183.

Conformes sententiæ quando dicantur.

Restitutio in integrũ nõ impedit executionẽ. Ad hæc restitutio in integrũ minori concessa aduersus tres sententias conformes, non impedit interim executionem.teste Bal.in d.l.1.C.ne liceat.3.prouoca.& secundũ istã opinionẽ fuit in Rota iudicatũ, quãdo malitiæ præsumptio cessabat, aliàs contrariũ secundũ Cassad.in decis.1.de restit.in integ.

Vide tamen octo casus per Præposi.& alios in c.sua.col.8.& seq.in gl.tertio appellare. de appella.in quibus licet tertio prouocare. Soci.in tracta.fallen.regula.328.prouocare.& vltra statutum est in stylo parlamenti in 7.parte rub.de fide instru.ordina.3.sic, vt à magis anfractibus.& infra ordinatum est, quod de processibus, qui de cætero fient in curiis prædictis, vbi non erit quæstio nisi de tribus libris Turonen.soluendis semel, & infra, qui summariè sunt vacuãdi, nõ recipietur nisi prima appellatio ad iudicem regiũ proximiorem, ad quẽ pertinebit processum in prima figura absque grossatione fieri asportari.alia addidi in rub.C.ne lice.tert.prouo. [Item sententia vna prouisionalis est executoria, non obstante appellatione per modum prouisionis, tam à iudice ecclesiastico, quàm seculari lata, non ratione huius tex.in quo duæ vel tres requiruntur, sed quia est priuilegiata, vt si fuerit lata in causa alimentorum, vel congruæ portionis, vt plenissimè scripsi in tract.senten.prouisio.in 1.tomo cõmenta.in consti.reg.vbi dixi in casibus in quibus non licet de iure canonico appellare, iudex per modum prouisionis potest condemnare. hoc multis probarem, sed ne eadem repetam, missa nunc faciam.]

Nota quãdo vna tãtum appellatio recipiatur.

[Alias est in rub.de libere quietéque possidentibus.vt supra in proœmio patet, sed nolui quicquam immutare, cum ex hoc nihil detrimenti, aut emolumenti maioris insit, & quia hæc rub.in his verbis frequẽtius allegatur, & super hoc titulo pauca scribam cum amplum super hoc ediderim tractatum, per quem iste titulus intelligi, ampliari & restringi potest.] [Ex §.monemus etiã ordinariis, not.quod episcopi & archiepiscopi debent inquirere ne quis beneficium possideat sine titulo, & hoc maxime in suo nouo àduentu, ne intrusos fouere videantur: ob id debent visitare episcopatus, & singulos curatos & vicarios cogere, vt titulum eis ostendant: quod si facere recusauerint, debent declarare ius illi nõ cõpetere, sed eo vocato & audito fieri debet, c.licet episcopus de præb.sed hoc longum esset, quia hic postea appellaret vsque ad tres sententias conformes, vt supra visum fuit titulo de friuolis appellationib. ob ista declaratione non vtuntur, vel raro, episcopi regni Franciæ. Sed inuenta est praxis in hoc regno, vt ipsi episcopi præcipiant curatis singulis quod exhibeant ipsi suos titulos, & qui recusat, episcopus statim illius beneficiũ alteri confert, & is cui collatum est accepta possessione agit possessorio, si alter ostendat verum titulum, manutenebitur, si minus, collatio facta per episcopum valebit, & is obtinebit qui collationem ab episcopo habuerit. Item interrogare debet episcopus singulos curatos & vicarios sub iuramento, an aliud habeant benefic.& quale, an curatum vel simplex: si dicũt se curatũ habere, præcipiat vt ostendant dispensationem, per c.ordinarij.de offic.ord.in 6.quã si nolint ostendere conferant beneficium quod est in suo episcopatu, & sic vitabitur intrusio. At si curatus diceret se in præsentiarũ non habere, quia eum produxit, debet illi præstituere certum tempus, & interim conferet beneficium, quæ collatio non valebit, si ostendat titulum: alioqui episcopus præueniet Papam & sua collatio valebit, si titulus alterius non valeat: & ista est Franciæ regni praxis quo ad hoc.]

Praxis pro episcopis in inquirẽdis titulis beneficiorum.

Rub.de pacificis possessoribus.

Possidens beneficium pacificè per triennium non potest postea molestari in possessorio, nec petitorio, nisi fuerit impeditus, & ordinarij inquirere debent, ne quis beneficium sine titulo possideat.



Tatuimus quoque quod quicunque, dummodo nõ sit violentus, sed habens coloratum titulum, pacificè sine lite prælaturam dignitatem, personatum, & administrationem, vel officiũ, seu quodcũque beneficium ecclesiasticum triennio proximo hactenus, vel pro tempore possederit, seu possidebit in petitorio vel possessorio à quoquam, etiam ratione iuris nouiter reperti, molestari nequeat, præterquam prætextu hostilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & illud iuxta concilium Viennen. intimari debeat. lis autem hoc casu quo ad futuras controuersias intelligatur, si ad executionem citationis, iurísque sui in iudicio, vel exhibitionem, aut terminorũ omnium obseruationẽ processum fuerit.

Monemus

Monemus etiam ordinarios, vt diligenter inquirant [a], ne quis sine titulo beneficium possideat, & si quem beneficium sine titulo possidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiusuis temporis detentione non obstante, de ipsoq; beneficio possit illi, dummodo non sit intrusus [b], vel violentus, aut aliàs indignus, vel alteri idoneo prouideri.

a I Nquirant.) Hæc inquisitio & declaratio non possunt fieri parte non citata, secus si Papa mandaret informari, & postea Papæ referri. Cald. consi. 4. Papa in rub. de dila. [& si clericus per triennium possederit beneficium, & perdiderit institutionem, stabitur iuramẽto suo, cle. vna. de sequestra. posse. sed si steterit per decem annos, nulla probatio requiritur, vt cõsuluit Feli. cons. 2. excellens. col. 7. nu. 30.]

b Intrusus.) Quis dicatur tex. in c. relatum. de iure patr. dicit esse illum, qui non intrat per ostium: item qui nec re, nec nomine, nec communi opinione est prælatus, vel beneficiatus, & tamen possidet, vel quasi propriè dicitur intrusus. Bal. in c. nisi. col. 1. de renunc. vel ille, qui sine vlla electione, & sine titulo sedem inuadit, qui crimine falsi tenetur. l. eos. ff. de falsis. Bal. in c. pastoralis. col. 1. de excep. Et his modis propriè dicitur intrusus quo ad istum tit. teste D. Gomes. in regula cancella. simili. q. 47. & seq. vide Domi. & Præposi. in c. propter, 19. Feli. in c. in nostra. de rescrip. & in c. veniens. de accus. vbi tradunt octo modis quem posse intrusum dici [Vide quæ scripsi in praxi benefic de subrogat.]

Nota tamen requisita in hoc titulo.

Primum est, quòd quis habeat verum, vel coloratum titulum, quod probat hic tex. ibi, coloratum habens. &c. plene scripsi in tracta de pacific. poss. in quarta ampliatione. vbi cõclusi nõ habẽtẽ in titulũ nõ iuuari hoc auxilio cõtra Gomes. * Et pbare videtur iurisc. in l. Sulpitius. ff. de don. inter vir. & vxo. ibi, si color, vel titulus, vt sic dixerim donationis.

Secũdò, requiritur q́ pacificè & sine lite possederit, ibi in textu pacificè, &c. Et scripsi in d. tract. in 3. limitatio quando quis pacificè dicatur possidere.

Tertiò, requiritur quod possederit prælaturam, dignitatem, beneficium aut officiũ ecclesiasticũ, in tex. ibi ecclesiasticũ. Secus si tẽporale & prophanũ, vt elucidaui in 11. amplia. d. tracta. de pacifi. posses.

Quartò, requiritur q́ possederit triẽnio. Ibi triẽnio proximo, & sic debet esse continuũ, nõ interpolatum. cle. vnica. de sequestr. posses Gomes. q. 20. super hac regula. text. in l 2. ff. ne de statu defunct.

Quintò, requiritur q́ possidens sit habilis. nam inhabilis hoc auxilio non iuuatur, vt in limitatione quarta abundantius declaraui in d. tract. vbi personas triginta inhabiles, & vltra enumeraui.

Sextò requiritur triennium completum & perfectum. gl. in verbo, triennio. in pragm. eo. tit. Et ego scripsi in limitatione 5. nu. 226.

[Septimò, requiritur quòd bona fide possederit, alioqui malæfidei possessor non præscribit reg. possessor. de reg. iur. in 6. ideo si post resignationẽ possederit non iuuatur hoc titulo, vt in tract. dico.

*Practica huius tituli est, q́ si quis molestetur super beneficio q́ possedit per triennium completũ, cũ vero, vel colorato titulo, vt impetret literas [de pacificis possessoribus vocatas] à cancellaria regia, directas illi iudici, super quo processus mouetur, & petat illas comprobari, & interinari, & tũc pars aduersa petit titulũ ab impetrãte exhiberi, quod debet à parte fieri per reg. primã. de reg. iur. in 6. quia beneficiũ ecclesiasticũ nõ potest possideri sine canonica institutione, & debet probare suã exceptionem, super qua fundantur literæ, etiã antequã actor probet suum tit, per not. in c. 1. de litis cõtest. in 6. & ideo in cõuẽtibus iuridicis apud Molin. anno 1534. fuit cõdemnatus appellans ad emendã, & expẽsas, eo q́ appellasset à sententia iudicis, qua fuerat dictũ impetrantẽ cogendũ ad ostendendũ titulũ, quãuis dixisset separatũ si pars aduersa suum exhibuisset, quia nõ potest dici pacificus possessor, nisi coloratũ saltẽ titulũ habuerit, igitur oportet illũ ostendere. Itaque quicunq; molestatur post trienniũ super beneficio, impetrat has literas de pacificis possessoribus nominatas, per quas fit inhibitio parti, ne molestet, & postea approbantur coram iudice, vt plenius dixi in constit. reg. rub de causis posses. benefi. in 3. tomo. [art. 6. vbi videbis septem in his literis requisita. his nunc contentus reliqua supplebis ex glo. pragm. & ex meo tracta. amplo de pacific. posses.]

Praxis huius tituli.

Arrestum.

Rubrica de publicis concubinariis.


Nter opera charitatis cõputatur nubere cõcubinis, & meretricibus publicis. ca. inter opera. de sponsa. sed hoc exerceant laici, clerici verò prohibẽtur nubere meretricibus. Leui. 21. c. vbi de sacerdote loquens, dicit sordidam atq; meretricem non accipiet vxorẽ, sed puellã virginẽ de populo suo. c. maritũ. 3. dist. & ibi gl. & c. si quis. 34. dist. vide text. in c. fi. 32. q. 1. & sic multò fortius prohibetur illis habere concubinam. c. nemo. 32. q. 4. vbi dicitur nulli licet scire mulierẽ præter vxorẽ. Ideóque coniugij datũ est tibi ius, ne in laqueũ diaboli incidas, & cũ muliere aliena delinquas. c. audire. 34. dist. Et quãuis de iure ciuili licitum esset habere concubinã cuiuscũq; ætatis, nisi minor duodecim annis esset l. 1. in fi. & per totum. ff. de concub. requirebãtur tamen multa, antequam diceretur concubina, quæ tradunt glo. & doct. in §. fin. de nupt. instit. & in §. quibus. de hæred. quæ ab intesta. defer. Lucas de penna in l. si coartalis. col. 2. C. de coarta. lib. 12.

Clerici non debent nubere meretricibus.

Hic verò intelligimus concubinam, quamlibet mulierem habitantem cum clerico, vel laico, & actiones & passiones suas illi communicantem. gl. in verbo, concubina, eodem tit. in pragm.

Quæ dicatur cõcubina & subintroducta.

Prohibetur etiam habere subintroductã mulierem. c. nullus. & c. interdixit. 32. dist. vbi Archi. dicit esse respectu alicuius domestici officij, scilicet eam quæ sub obtẽtu alicuius officij; siue ministerij retinetur: vt pro facienda vel suenda veste: aliter tamẽ declaratur in historia ecclesiastica. c. 25. lib. 7. vbi sic describitur.

describitur. est enim tertium quoddã genus mulierum, secũdùm Chrysosto. in sermo. quæ neq; vxores sunt, neq; cõcubinæ. Sunt enim quidã, qui puellas innuptas domũ sine nuptiis ducũt: eásque vsque ad supremam senectã secũ inclusas tenent, nõ liberorum procreandorum gratia, quia dicunt se rem cum illis non habere: neque libidinis, siquidem illas se dicunt incorruptas, inuiolatásque seruare: sed eo introductas dicunt, quia opus erat dictis puellis aliquo patrono aduersus maleuolos, quum non haberent maritos, tutores, nec parentes, quum muliebris sexus subleuatione aliqua maximè egeat, & sic illa mulier sub illo velamine intra domum ducta, dicebatur introducta, quæ etiam hic prohibetur. Concubina etiam intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur. hanc coniugem facit affectus. ca. omnibus, & seq. & c. Christiano. 34. distin.

De publicis concubinariis.

Concubinarij à perceptione fructuum suorũ beneficiorum sunt suspensi trium mensium spatio, & si interim concubinam non dimiserint, vel aliam assumpserint, sunt suis omnibus priuandi beneficiis, & inhabiles ad omnes honores, dignitates, officia & beneficia ecclesiastica, sine dispensatione superiorũ, quæ non poterit illis impartiri; si vomitu recidiuo ad concubinam redierint.



T insuper [a] statuimus, ꝙ quicũque clericus cuiuscũque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si põtificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post præsentium notitiam (quã habere præsumat post duos menses post earũdem præsentium publicationẽ, in ecclesiis cathedralibus factam, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquam præsentes ad eorum notitiã peruenerint) fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium beneficiorũ suorum triũ mensium spatio sit ipso facto suspensus: quos suus superior in fabricam, vel aliam euidentem ecclesiarũ vtilitatem, ex quib. hi fructus percipiũtur, cõuertat. Necnon huiusmodi publicum concubinarium, vt primum talem esse nouerit, mox suus superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat: & si illam non dimiserit, vel ea dimissa, aliam publicè resumpserit, iubemus vt ipsum omnibus suis beneficiis omnino priuet. Et nihilominus hi publici cõcubinarij, vsquequo cũ eis per suos superiores, post ipsarum concubinarũ dimissionem, manifestámque vitæ emẽdationem fuerit dispẽsatum, ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorúmve sint inhabiles. qui si post dispensationem, recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant.

a 

T insuper.) Hic titulus octo habet partes. Prima punit publicos concubinarios. Secunda ibi, quod si ij, punit superiores clericorum negligentes imponere pœnã cõcubinariis clericis, & prouidet quid agendũ. In tertia ibi, publici, declarat qui dicãtur publici cõcubinarij. Quarta ibi, quia verò, prohibet iudicibus ecclesiasticis quæstus pecuniarios à cõcubinariis recipere, ꝙ si receperint, dupli pœnã imponit. Quinta ibi, ipsas autẽ, præcipit prælatis ipsas concubinas à suis subditis arcere, & filios concubinariorũ extra domũ patris concubinarij habitare. Sexta ibi, iubemus, iubet in synodis & capitulis ista publicari. & omnes subditos moneri ad dimittendũ cõcubinas. Septima ibi, iniũgimus, &c. iniungit secularibus, ne impediãt prælatos super cõcubinatu clericorũ procedentes. Vltima ibi, & cũ omne, &c. monet omnes laicos tam coniugatos, quàm alios, vt abstineant à concubinatu. Hæc est huius tituli summa.

Prima ergo pœna publici concubinarij, est vt suspensus sit à perceptione fructuum omnium beneficiorũ, quæ obtinet per tres menses, qui fructus debent conuerti in fabricã, vel in aliam ecclesiæ euidentem vtilitatem. Est etiam de iure suspensus ab officio. ca. fi. 33. distin. Et an sine monitione declarat Panorm. in ca. vestra. de cohabi. cler. & Præp. in cap. nullus. 32. dist. & c. seq. vbi ipso iure dicunt eum suspensum, nec requiri sententiã etiam declaratoriã, si sit notorius. & ita tex. hic non requirit monitionẽ. glo. & doct. in ca. cum non liceat. de præscrip. Et per constitutiones Angliæ Othonis lega. rubr. de concubinis cleric. remouendis, qui eas infra mensem à se non remouet, est suspensus ab officio & beneficio, & si se intromittat, de illo est ipso iure priuatus. Ideo non potest collationem committere, teste Collect. in c. tua. 2. in fi. de decis. *Notandæ sunt concubinariorũ pœnæ, quæ triginta hic describuntur.*

Secunda pœna est ibi, necnon, ꝙ debet moneri per episcopum, vt concubinam dimittat: quã si non dimiserit, vel eam seu aliam reassumpserit, priuari debet omnibus suis beneficiis, etiam extra episcopatum existentibus, postquam hic tex. generaliter dicit de omnibus. ita tenet glo. in verb. omnibus, in prag. eo. tit. Et sic limitatur c. si compromissarius. de elect. in 6. Imo aliquando ex quibusdam constitutionibus synodalibus priuatur ipso facto. Ancha. cons. 65. pro clariori. col. 1. sed quod de iure debeat ptiuari, est text. in c. ex parte A. de testi. *Priuatur omnibus beneficiis etiã extra episcopatum existentibus.*

Erat tamen in arbitrio prælati prius monere, vel priuare, vel suspendere, per text. & ibi Imol. in c. sicut. & c. si autem. de coha. cler. & mulier. hoc intellige quando erat notorius. pro simplici autem fornicatione occulta, licet olim posset priuari. ca. presbyter. 82. dist. tamen hodie non. nam ferè omnes priuarentur. arg. glo. in c. quia sanctitas. 50. dist. glo.

in c.Maximianus.81.distin.& c.lator.2.q.7. sequitur Corset. in sing. incip.fornicatio. Et Barb.cons.13.à Ioue.col.vlt.3.vol.non tamen possunt compelli ad abiurandum concubinam, quia posset sequi periurium.c.clericos.& ibi etiam Pan.de coha.cleric.

Infames sunt concubinarij.

Tertia pœna, ꝙ antequàm dispensatum sit cum eis non possunt obtinere honores, dignitates, beneficia, nec officia, quia sunt infames. c.infames.6. q.1. Imò si ante dispẽsationem à sede apostolica obtentam celebrauerint. efficiuntur irregulares, & suum beneficium poterit impetrari.teste Archi.in c.præter.§.ad hoc.col.pen.32.dist.sequitur Alphõs. Thostatus in tract.contra clericos concubina. conclu.3. quia à iure concubinarius est suspensus, vt supra dixi. & suspensus celebrans efficitur irregularis, per text.in ca.is cui.de sentent.excommun.in 6.

Fructus beneficij suos non facit, ideo eos debet restituere.

Quarta, ꝙ hic concubinarius perseuerans in crimine, si fructus beneficij receperit, tenetur illos in conscientia restituere, quia nec iustè percepit, nec suos fecit.Inno.in c.sicut.de coha.cleri. Præpo.in c. præter.32.dist.Nam beneficium datur propter officium.c.fi.de rescr.in 6.qui non potest seruire ex sua culpa, non potest ecclesiæ fructus recipere. c.cum secundum, & ibi no:.de præb. c.proposuit.de filiis presbyter.ca.eos,81.distin.

Inhabiles ad beneficia.

Quinta pœna est, ꝙ si post dispensationẽ iterum receperint aliquã concubinam, perpetuò sunt inhabiles tam ad dignitates, quã ad aliqua beneficia.nec vnquã poterit prælatus cũ eis dispensare extra sedem apostolicam, quia episcopus non potest bis dispensare cum illis, imò contumacia crescente poterit degradari.§.presbyteris.in auth.de sanctis.episc. col.9.c.clericos. de coha.cleri.& gl.prag.in verbo. animaduertant, quia quos diabolus coniunxit, difficile est separare, vt sunt hi concubinarij.

Pater presbyter nõ potest secum suos habere filios.

Sexta pœna est text.ꝙ non possunt habere domi suos filios, quos in concubinatu genuerunt, ne eisdẽ possit dici, Filij tui sicut nouellę oliuarũ in circuitu mensæ tuæ.& ne generẽt scandalũ, no.in c.1.de coha.cleri.glo.eo.tit.in prag.in verbo, cohabitare. plenius tractat ad eam recurrito. & etiã quia in singulas horas eos videndo delectarẽtur in suo peccato. nam hodie sacerdotes suos bastardos gratius intuentur quã solẽ.ita ꝙ cæci efficiuntur ratione magnæ delectationis quã habuerũt, vt puniãtur in quo deliquerunt.c.postulasti.& ibi dixi.vlt.not.de cler. excom.ministr.& quia dicitur.Eiice ancillam, & filium eius: quod fuit dictũ Abrahæ Genes.21.c.& in c.non omnis.22.q.2.Et quia si filij iungant se cõcubinariis, erunt peruersi, iuxta dictum Salo.Ecclesia. 19.c.qui se iungit fornicariis.erit nequam, & putredo & vermes hæreditabunt illum, &c. Vnde dicit Bart.in l.in concubinatu.ff.de concub.quod filij nati ex clerico beneficiatò non legitimantur per subsequens matrimonium, quia tempore quo obtinębat beneficium, vxorem habere non poterat. quod reprobat Pet.de Vbal.in tracta.de successio.ab intesta.col.67.fo.17.quia licet haberet beneficium, si non erat in sacris, vxorem ducere poterat.cap.1.de cleric.coniug.cui ego assentio.

Filij nati ex clerico legitimantur per subsequens matrimonium cõtra Bart.

Concubinarij nõ possunt donare concubinis.

Septima pœna, ꝙ nõ possunt donare cõcubinæ, quã benignius intuẽtur quã matrẽ, & si donauerint, donatio illi facta non valet.l.2. C.de don.inter vir. & vxo.arguendo de milite ad clericũ, sicut arguit. gl.in l.miles.ff.de re iudic.& ita expresse tenet Pan. in c.1.de cler.ægrot.& c.fi.de ordin.ab episc.& gl.in verbo, partes.eo.tit.Nec valet legatũ, vel institutio hæredis per illum clericũ concubinariũ, sed debet fisco applicari.l.Claudius, cum seq. ff.de his quibus vt indig.Bart.expresśim in l.miles ita.§.mulier. de test.milit.sic cõsuluit Benedic.de benedicti.in cõsi. 127.cũ vt præsupponitur.nam si isti canonici, & alij sacerdotes diuites possent donare suis concubinis, mulieres suaptè natura fragiles allicerentur ad coeundum cum prædictis, & etiã blanditiis & deliniamentis spoliarent hos clericos, qui cõmuniter fatui sunt circa hasce mulieres.multa dicit d.de Petrucia in tracta.de viribus iura.in tertio effectu.sed non tanta quibus irretiri sunt hi miseri concubinarij.Guido Pap.sing.295.vide Capy.dec.102.

Absolui nõ potest concubinarius ante cõcubinæ dimissionem.

Octaua pœna est, nam sacerdos lapsus in fornicationem, tantũ decem annis pœnitere debet, prout disponitur in c.presbyter.82.dist.quem text.vtinam sacerdotes intelligerent, & nouissima præuiderent, quia id temporis concubinas non appeterent & dicitur in c.si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post diaconi gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur: & ab ecclesia proiectus inter laicos agat pœnitentiam.81. dist.ca.si quis episcopus. [Vnde concubinarius publicus non debet absolui, nec concubina nisi fuerint cum effectu segregati, tum vt vitetur scãdalum, tum etiam quia non censetur contritus, qui concubinam tenet, & sic absolui non potest, etiam si occultus fuerit, si dubitetur de peccati continuatione. c.legatus.24.q.2.ca. audite 34.dist. Angel.Clauas.in sua summa.in verbo cõcubinatu.Imò peccat mortaliter sacerdos, qui istum absoluit, nisi prius concubinam abiecerit. vt plenè probatur in lib.vocato directo.seu castigato. concubina. Plus dicens, quòd si fuerit laicus debet ei curatus denegare sacram Eucharistiam cum in dedecore perseueret.c.pro dilectione.de consecra. dist.2.& in d.castig.q.6.in prin.& conclus.1.]

Pœna fornicarij presbyteri.

Nullus missam concubinarij audire debet.

Nona, ꝙ nullus debet missam illius audire, alioqui audiens peccat. c.præter.32.dist. Nec ab eodem sacramenta recipere, nisi sacramentũ baptismi, pœnitentiæ, & Eucharistiæ, in mortis necessitate.Inno. & alij in c.fraternitatis.col.2.de hæret.tum quia nõ sunt digni conficere, & si conficiant, non sunt digni audiri, tum vt confusi de culpa ad gratiam redeant. Adhæc vt alij retrahantur ab illorum imitatione. Bonauen.in 4.sent.dist.13.q.4. & Thostatus vbi supra, conclu.4.in addit.Imò plus peccat secũdum eũ cõmunicans cum isto notorio fornicatore, quã cũ excõmunicato, in conclu.13.& conclu.sequ.dicitur, qui accedit ad vidẽdam Eucharistiam inter manus publici cõcubinarij scienter, peccat mortaliter, quia est in fraudem legis: secus si non ex proposito hoc faceret.hæc sunt verba illius, quia benedictiones illorũ vertuntur in maledictiones.ca.si qui sunt presbyteri.81.dist.Fugiendi ergo sunt isti, sicut pestis.c. negotiatorem.88 dist.& eo casu missam parrochiani audire possunt in aliena parrochia cõtempto suo presbytero.c.2.de parro.licet aliàs regulariter cõtra.

Decima.

Decima, quod non solùm est exclusus à potestate celebrandi missam, sed etiam standi in choro tempore celebrationis diuinorum, & sic nō poterit habere distributiones, sed accrescũt aliis bonis. Præpo. per illum tex. in d.c. præter, 32. dist. quia cōcubinarij bona ecclesiæ comedere non debent, glo. in c. hanc cōsuetudinem. 10. quæst. 1. nec electionibus interesse. Innoc. in c. sicut. de coha. cleri. sed sicut leprosus ab omnibus vitari debet, vt si timore peccati nō arceatur, saltem bonorum metu, ne fame pereat, quia hoc genus homines plus amissionem bonorum, quàm animæ timent. & vide text. in cap. eos. 81. dist. vbi sunt priuati beneficio.

Diabolus vtitur concubina & concubinario. Vndecima, quia sicut rusticus vtitur suo iumēto, ita diabolus & concubina & concubinario, vt in simili dicit gl. in c. audi denique. 11. q. 3. & in c. dilectis. de appel. dicit eos habere membrum diaboli, & requiescere cum diabolo dicuntur, & non super dominum, nam is requiescere super dominũ dicitur, qui obtentu sacerdotij vel prophetiæ, non viuit luxuriosè. gl. in c. iudices. 1. q. 1. Vnde dicit Augu. mallem sustinere pœnam Caiphæ, Herodis, & Pilati, quàm pœnam sacerdotis indignè celebrantis, scilicet concubinarij.

Duodecima, quod si impetrent rescripta post suspēsionem, vel depositionem hoc tacito, illa non valebunt. c. super eo, de coha. cle. & ibi Card. & Anth.

Pauperes & miseri concubinarij. Decimatertia est, quia concubinarius pauper & miser est, etiam si diuitias Midæ, aut Crœsi ante cōcubinatum haberet. Prouer. 14. in fi. Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum, & maximè hoc peccatum. Eccl. 9. Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam. hoc etiam nos docet experientia, quæ est rerum magistra. c. quàm sit. de elect. in 6.

Citò moriũtur concubinarij. Decimaquarta. quia cito moritur, nec permittitur longo tempore viuere ratione scandali super terram. Vnde dicit diuus Pau. 1. ad Cor. 10. neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Legimus de Caio Cæsare, qui adeo libidine & inuidia flagrauit, vt omnem vsum scientiæ iurisconsultorum se aboliturum non semel iactauerit, ne quid præter æquũ respondere possent, liberam magistratibus iurisdictionem, & sine appellatione concessit, cum omnibus suis sororibus stupri consuetudinem fecit. ideo triennio & decem mēsibus tantum imperauit, teste Ayma. Riual. in historia iuris ciuilis, fol. 302. lib. 4. Idem dicitur ibi paulo post de Galba, qui septimo mense postquam imperium susceperat, occisus fuit. Idem dicitur de Ant. Bassiano. de Carolo 8. tradit Gag. in eius vita. & Leui. 15. c. in fi. dicitur, Docebitis ergo filios Israel, vt caueāt immunditias, & non moriantur in sordibus suis, & animalia multum coeuntia citò moriuntur. Aristot. lib. 2. de natura animal. quod bene nouit D. Probus in addit. ad Io. Monac. in rub. de vita & honesta. cleri. in 6. & de nocumentis coitus tradit Auic. Fen. 21. rubr. de nocumentis coitus. & plenè D. Tiraq. in tracta. de legib. connubial. fol. 150. & seq.

Surdi & in rixa sunt omnes concubinarij. Decimaquinta, omnes cōcubinarij sunt surdi, nō audientes dicta Sapientum, sed ægreferentes corripientes illos. Eccles. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum.

Decimasexta, semper sunt in rixa & in clamore domi cōcubinarius cũ cōcubina, & tenebras in horas dicũt, maledictiones datas Abirō. Ille cōcubinæ imprecatur, hæc omnia mala in illũ retorquet, satis experientia probantur ista. non alias probo, quod aliquando coniugatis contingit, si habeant vxorem zelotypam. Sed concordantia matrimonia turbari non debent. l. 1. in fi. ff. de liber. exhib.

Decimaseptima, ab omnibus amicis relicti moriuntur, & omnibus destituti, ac nudi sicut venerũt, reuertuntur. Psalm. 87. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

Decimaoctaua, quod subditi nō tenentur eis soluere decimas volũtarias, seu personales, aut oblationes, cũ ab officiis eorũ liceat abstinere. Præpo. in c. præter. 32. dist. sed authoritate episcopi in ecclesiæ vtilitatē cōuerti debēt. Card. in c. tua. 2. q. 6. de deci. & si episcopus esset notorius fornicator, posset parrochianus sine episcopi authoritate in vtilitatem ecclesiæ, vel pauperum, sua authoritate conuertere. Thosta. conclu. 10. vbi supra. Imò subditi prælatum fornicatorem notorium euitare possunt, etiam ante sententiam. glo. & doct. in ca. cum non liceat. de præscri. Ideo non debent confiteri parrochiani his concubinariis, alioqui peccat illis confitens, & iterum tenetur confiteri, cum concubinarius nullam habeat iurisdictionem, quia est suspensus, vt supra dixi. Henric. Boh. in c. omnis. de pœn. & remis. *Decimæ nō sunt cōcubinariis soluendæ.*

Decimanona, semper tristes incedũt, ac tribulati sicut hæretici Apoc. 2. c. Dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & nō vult pœnitere à fornicatione sua. & ecce mittā in eam luctum: & qui mœchātur cũ ea, in tribulatione maxima erunt, & 17. c. [Et vbi est reatus, ibi non potest esse gaudiũ. Bal. in c. irrefragabili. de offic. ord. & Dauid, nō gaudebit inimicus meus super me.] *Tristes concubinarij et hæretici.*

Vigesima, experti sunt omniũ casuum, & infortuniorum, vt dicit Leonard. de vtino, in sermo. 43. de legibus. Fœmina, corpus, opes, animā, vim, lumina, vocē Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat, Corpus, opes, animam, consortia, fœdera, famam, Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

Vigesimaprima, desperati moriuntur, vel subitanea morte. Legitur Iudic. 16. quòd Samson à Dalida deceptus, seipsum & plures Philisthinorum homines interfecit.

Vigesimasecunda, dānati cũ dæmonibus semper ardent. Dauid in Psal. Omnes qui elongant se à te, peribũt. Perdis omnes qui fornicantur. Diuus Paul. ad Ephes. 5. Hoc autē scitote intelligētes, quod omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hæreditatē in regno Dei. & ad Galat. 5. idē dicitur. & 1. ad Cor. 6. neq; fornicarij regnum Dei possidebũt. Et debent carere ecclesiastica sepultura, si impœnitentes decedant, teste Leonard. in dicto sermo. quadragesima. 43. in primo testimonio legis euangel. in fi. per ca. quibus. 13. q. 2. Apoc. 21. Timidis autē & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est *Subita concubinarij morte decedunt, & dānati carent sepultura.*

mors secunda.arg.c.quia in omnibus.de vsuris. [Et dicitur,ipsa Venus campos non dabit Elysios.]

Cautela pro vxore concubinarij. Vigesimatertia, potest vxor procurare ne maritus accipiat concubinam,& impedire, & prohibere ingressum concubinæ,vel eam expellere,arg. l.non aliter.& ibi gl.ff.de vsu & habi.& si non possit prohibere,poterit agere contra maritum,vt concubinā dimittat. & eam accusare ciuiliter & criminaliter. Salic.in l.1.in 4.oppo.C.ad l.Iuliam, de adult. Imò potest discedere à suo viro, si vir habeat concubinam:nec erit restituenda,nisi vir præstet cautionem de expellenda concubina,& non tenenda, vel reassumenda,etiam per pœnæ appositionem, arg.ca.ex transmissa,de restit.spol.quia non bene cōueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina, quæ vitæ vxoris insidiatur.Bald.in c.1.col.2. vt lite non contesta.Car.Alex.in c.ex parte. in fi.de sponsa.

Arrestum contra nobilem concubinariū. Et hoc anno 1543.die 3.Aprilis ante Pascha fuit pronunciatum in hoc senatu contra quendā nobilē Andeg.vocatū *de Hommes*, eo ꝙ concubinā haberet,vt personaliter in senatu compariturus esset, responsurus petitionibus procuratoris regis, & nisi cōpareret tempore præstituto, quod caperetur vbicunque etiam intra loca sacra, si nō posset præhendi, ꝙ ad tres breues dies citaretur, insequendo formam l.inter.ff.de public.iudic.Et interim voluit illius bona capienda & saisienda cum aliis pœnis. Vtinam omnes adulteri sic punirentur, & Zaleuci lex,de qua in princ.concordato.scripsi,seruaretur.

Ludibrio sunt cōcubinarij. Vigesimaquarta,omnibus ludibrio sunt & scandalo.Naum 3.c.dicitur,Væ ciuitas sanguinum, non est finis cadauerum in te, propter multitudinē fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ,&c. ecce ego reuelabo pudenda in facie tua, & ostendā gentibus nuditatem tuam,& regnis ignominiam tuam, & proiiciam super te abominationes tuas, & contumeliis te afficiam,& ponam te in exemplum,&c.

Concubinarius eligi & ordinari prohibetur. Vigesimaquinta,à promotione ordinū repellitur.c.1.& c.laici.& ibi Præpos.not.33.dist.Et episcopus eligi nō potest,nec nominari. c.si qs episcopus. 34.dist.Bertach.trac.de epis.in 1.parte 2.li.q.6.quod vtinā seruaretur,& ij cōcubinarij extra Herculis columnas proiicerentur,ne fœtore illorum alij corrūpantur. Nempe Tibullus Poëta Ethnicus sic ait,

Casta placent superis,pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquas.

Et Grapal.lib.2.de partibus ædium inquit,

Christo casta placent,manibus purissima puris.
Frangite liba manu,sit procul omnis odor.

Curati non debēt permittere,vt hi.in suis celebrent ecclesiis. Et ideo curati debēt interdicere,ne in suis ecclesiis celebrent, ne fœtore illorum alij inficiantur.& episcopi, qui illos sic tolerant, pro ipsis Deo opti. maxi.respondebunt.quia non caret scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare.ca.error. 83.dist. [& vtinam hi omnes eunuchati essent sicut olim erant sacerdotes Berecynthiæ matris,& ob memoriam Atys.]

Concubinarius furioso cōparatur. Vigesimasexta, ꝙ concubinarius furioso comparatur. Valer.lib.4.tit.3.sic ait,Sophocles ætate iam senior,cum ab eo quidam quæreret, an etiámnum rebus vteretur venereis,inquit,dij meliora, libenter enim isthinc tanquam à furiosa quadam dominatione profugi.Melius probat text.in §.illud.in auth. quib.mod.nat.effic.leg.vbi dicitur,nil furore amoris vehementius.& ibi glo.dicit.

Non frater fratri,cum furor ille venit,
Igneus ille furor nescit habere modum.

Facit fil.in §.hæc autem.in auth.quomodo opor. episc.coll.1.& text.in l.2.§.initiū. ff.de orig.iur.vbi in tex.habetur,ꝙ captus amore virginis omne phas atq; nephas cōmitteret.& plus dicit ibi Bal.ꝙ amor puellarum peruertit sensum.vide glo.in l.vna.C.de senatusc.Clau.Itē ebrio æquiparatur.inst. de succes. subl.nā vt vino quis capitur,ita & amore mulieris:

Vt Venus eneruat vires,sic copia vini,
Vno nanque modo vina Venúsque nocent.

Hæc Vergil.in paruis operibus. Et sicut ebrius non posset se dissoluere statim à vino,sic nec fatuus concubinarius à sua ganea.

Vigesimaseptima pœna est,quia etiam tria mala oriūtur præter supradicta. Primū ꝙ propter istum cōcubinatū publicū corda aliorū maximè laicorū scādalizātur.Secūdò vituperatur officiū ecclesiasticū.Tertiò prębetur aliis materia peccādi.c.si mala. 2.q.5.c.significasti.de adult.& c.magnæ.de voto.gl. eo.tit.in prag.si sacerdos peccauerit,qs orabit ꝓ eo? *Mala oriūtur ex concubinatu.*

Itē per vitia luxuriæ dæmones coluntur, & templum Dei violatur.c.in eo.32.q.4.& 1.ad Cor.c.3.

Vigesimaoctaua est,isti cōcubinario potest bonis interdici,sicut mulieri luxuriosæ.l.& mulieri. ff.de curat.fur.quia est prodigus morū.glo.in l.si quis cū sciret.ff.de vsuc.pro emp.Bal.in l.ea lege.in fi.C.de cōdi.ob cau.& maior est prodigalitas morū quàm rerum,vt probat tex.ibi,Famæ suæ prodigos.C.de his qui potentio.no.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo,mortuo,in 1.num.311.de testa.& expressè d. Aurio.in addi.ad Guillel.de mōte laud.in c.grādi. de suppl.neg.præl.li.6.plenè Tho.Ferrar.cautel.6. quāquā meretrix.vbi dicit notabilē hāc esse cautelam cōtra meretricē, vt non possit de bonis suis disponere.no.in c.pastoralis.de iud.& quando episcopus habet plures in suo episcopatu tales furiosos concubinarios,nō debet eos omnes suspendere,vel excommunicare,sed debet à maioribus incipere,vt alij exēplo illorū terreantur.tex.& ibi Pan.3.not.in c.clericos.de coha.cle.Hodie sicut tela arranearum capit paruas muscas,& magnas dimittit, ita & officiales.& sic delicta magnorū celātur,& nō puniuntur.gl.in l.ad splendidiores.C.de diuersis offi.lib.12. dicā ergo cū propheta,Exurge domine, cur obdormis & finis eos viuere super terrā? potest dici, quia es iustus,fortis & patiens, vt alibi idē Dauid dicit. Possem hic etiam alias pœnas congerere,sed has timeant concubinarij,qui plura dāna toti ecclesiæ viuentibus,scilicet,& moriētibus inferūt.imo maior est metuēda locis illis calamitas,vbi tales intercessores ad locū regiminis adducuntur,qui Dei magis in se iracundiā prouocāt, quàm per seipsos placare debuerant.Greg.in ca.Fertur. §.vulnerato.1.q.1. *Concubinario potest bonis interdici.* *Cautela cōtra meretricem.*

Vigesimanona, igne zelotypiæ torquentur, & desiccantur.Spec.in tit.de sponsa.§.postremo. vers. forma ab isto die.vbi dicit clericos plus laicis igne zelotypiæ vri,sicut capo in pullos. *Zelotypiæ igne torquētur concubinarij.*

Trigesima, is qui habet concubina, & procreat filios.

Matrimoniũ an præsumi debeat.

filios,cẽsetur contraxiſſe matrimoniũ ex cohabitatione,& filij erunt legitimi,niſi proteſtetur ꝙ nõ intendat cõtrahere matrimoniũ.text.& ibi gl.in l.in libere.ff.de ritu nuptia.ꝙ ꝓcedit de iure ciuili, quãdo nõ erat magna inter eos diſparitas.ſecus de iure canonico.gl.in c.is qui.34.diſt.Curtius in l.pe.in fi. ff.de iuriſ.om.iud.Igitur deleantur iſti concubinarij (iuxta Dauidis ſententiam) de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.Pſalm.68.vbi octo pœnæ concubinariorum intueri poſſunt.

Sed iſtæ pœnæ locum non habent in eo, qui vxorem habet ſine ſolennitate, tamen eccleſiæ, vt apud Baion.& Bier.interdum fit, nempe illi moneudi erũt,& cogendi,vt ſolẽnitatem eccleſiæ recipiant,& tunc vocabitur vxor,quæ antea vocabatur cõcubina.c.omnibus.34.diſt.& ſupra in rub.ſcripſi.

Puniri vult negligentes prælatos, qui hoſce non puniunt concubinarios,vt in hoc text.continetur.

§.Quod [a] ſi ij ad quos taliũ correctio pertinet,eos(vt prædictum eſt)punire neglexerint:eorũ ſuperiores tam in ipſos de neglectu, quàm in illos pro concubinatu modis omnib.digna punitione animaduertant.In cõciliis etiã prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligẽtes,vel de hoc crimine diffamatos, etiã per ſuſpenſionẽ à collatione beneficiorũ, vel alia cõdigna pœna ſeueriter procedatur.Et ſi ij quorũ deſtitutio ad nos & ſedẽ prædictã ſpectat,per cõcilia prouincialia, aut ſuos ſuperiores propter concubinatũ publicũ reperiãtur priuatione digni, ſtatim cũ proceſſu inquiſitionis ad nos deferantur. Et eadẽ diligẽtia & inquiſitio in quibuſcũque generalibus capitulis, etiam prouincialibus, quo ad eos ſeruetur: pœnis aliis contra prædictos, & alios nõ publicos concubinarios à iure ſtatutis,in ſuo robore permanſuris.

Prælati negligẽtes punire concubinarios magis peccant quàm concubinarij.

a §.Quod ſi ij.) Hic patet quomodo prælati negligẽtes punire cõcubinarios puniũtur.Peccant etiã mortaliter, maximè ſi ꝓ tẽporali cõmodo hoc tolerẽt.& pari pœna puniri debẽt.c.vt clericorũ,verſi. prælati,de vit.& hone.cle.Præp.in c.preter.§.fi.col. 7.diſt.32.vide tex.in c.ex multis.1.q.3.& ibi glo.Imo magis peccãt,quã cõcubinarij,cũ auctoritatẽ & defenſionẽ delictis præſtẽt.c.qui aliorum.24.q.3. c.qui conſentit.11.q.3. Et epiſcopus qui taliũ crimina non corrigit,magis dicendus eſt canis impudicus,quàm epiſcopus.c.nemo.83.diſt.& ſuſpẽdi debet.c.ſi quis epiſcopus.ibidẽ.quod facit cõtra bailliuũ Mõtiſpeſſul.quæſtũ à meretricibus & cõcubinis intra ciuitatem degẽtibus recipientẽ.vide tex.in c.negligere.c. 2.q.7.Aufre.in repet.cle.1.no.10.de offi.ord. deberẽt ergo prælati animaduertere in iſtos facinoroſos cõcubinarios,ſed fortè poſſet illis dici,Clodius accuſat mœchos,& per hoc dicit Io.And.in c.fi.de rer. eccleſ.non alien.Pontifices muti, de iure ſuo malè tuti.Cum ſint cornuti,non audent cornibus vti.

Publici concubinarij quatuor modis dicuntur, primo qui per ſententiam ſunt condemnati, vel in iudicio confeſſi, vel de quibus conſtat per rei euidentiam, & qui tenent mulieres ſuſpectas,& diffamatas,poſt admonitionem.

§.Publici [a] autẽ intelligẽdi ſunt nõ ſolum hi quorũ cõcubinatus per ſententiã, aut confeſſionẽ in iure factam,ſed per rei euidentiã,quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari,notorius eſt, ſed etiã qui mulierem de incõtinentia ſuſpectã & diffamatam tenent,& per ſuum ſuperiorẽ admoniti,ipſam cum effectu non dimittunt.

a Publici.) Quatuor modis publici dicũtur,vt hic, & in c.veſtra.& c.tua nos.de coha.cler.vide etiã per tex.& docto.in l.1.ff.de iuſt.& iur. Alia licet videre per gl.prag.ſanct.eo.tit.& per hunc tex.declaratur, quis dicatur vſurarius publicus, ſeu manifeſtus. de quo in c.1.& in c.quanquã.de vſur.in 6.& ibi multa addidi.vide Ang.in diſput.inci.vſurarij manifeſti.

Notandum eſt ꝙ clerici retinẽtes in domo fœminas prohibitas,peccãt mortaliter.tex.in ca.interdixit.32.diſt.Ratio eſt,quia malũ exemplũ dant laicis,& omnibus eum vidẽtibus. vnde dicit Augu.de ſingularitate cleri,Quale præmiũ fœlicitatis expectat,qui nõ ſolũ blaſphemiã ſanctitatis ab infidelibus prouocat, ſed fidelib.pernicioſum præbet exẽplum, vt infirmi ſub prætextu dilectionis ſubtiliter fornicentur, & pudicus impudiciſsimæ caſtitatis præbeat magiſteriũ? & abbas qui nõ verbis & exẽplis mandata domini oſtenderit, deponi poteſt.c.ſi quis abbas.8.q.2.ſed hodie ſi ille tex.ſeruaretur, bene multi deponerentur, vnde prælati tot mortibus digni ſunt,quot ad ſuos ſubditos perditionis exempla tranſmittunt.ca.præcipuè.11.q.3.

Clerici an fœminas domi retinere poſſint.

Item propter cuſtodiã caſtitatis,quã difficilè ſeruat clericus cohabitãdo cũ mulieribus. c.hoſpitiolum.32.diſt.& Prouerb.6.c.dicitur, Nunquid poteſt homo abſcõdere ignẽ in ſinu ſuo,vt veſtimẽta illius nõ ardeãt?aut ambulare ſuper prunas,vt non cõburantur plãtæ eius?Itẽ ob perfectionẽ virtutis,ad quã cũ difficultate aſcẽdit,qui cõſortio fœminarũ delectatur,vt dicit beatus Hieronymus ad Oceanum.

Præterea conuenit inſtitutioni clericali nõ tenere mulierem,vt Auguſt. vbi ſupra dicit,Vt quid ſibi adhibuit mulierẽ, qui ducere contempſit vxorem? omnis qui non manducat carnem vt quid habitationem ſuã carnis apparatibus replet? & qui nõ biberit vinũ,vt quid vini oblectatione perfruitur,&c.

Vnde ſcribit Cyprian.in lib.de ſingularitate clericorum ſibi fuiſſe à domino reuelatũ, ne ſacerdotes cum fœminis cõmune haberẽt contubernium, per ſcripturarum teſtimonia etiam antea prohibitũ fuiſſe aſſerit & per hoc conſuluit Bertr.conſ.55.multa ſunt.col.3.vol.2.ex noua impreſsione. Plus dicẽs quòd ſacerdos non tenetur habitare in domo illius coniugati,qui titulum eidem aſsignauit, ſed poteſt cõpellere eum,vt extra domũ eidem alimenta præbeat.Si mulier in domo illius habitabat.ibidẽ. vide.

Sacerdos habẽs titulũ an teneatur morari in domo cũ mulierib.

Insuper, propter excellentiā ministerij sacerdotalis:nam dicitur, Mūdamini,qui fertis vasa domini.c.necesse.1.q.1. Et Hieron.ad Oceanū, Quid tibi clerice,cū fœminis,qui cū domino ad altare familiaris?Præpos.in d.c.interdixit.Et ꝙ nō liceat regularibus tam monachis quā canonicis habere cōcubinas,nec alias mulieres in domibus eorū,patet per totū titulum de cohabi.cleri.& sic fuit conclusum Tholosæ,teste Aufrerio in decis.Tholos.q.448.

Prælati quæstus à concubinariis recipere non debent, & si receperint,duplum restituent,sed condemnationes ad pios vsus applicare debent.

§.Quia [a] verò in quibusdā regionibus nonnulli iurisdictionē ecclesiasticam habentes,pecuniarios quæstus à concubinariis percipere non erubescūt patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ, præcipimus, ne deinceps sub pacto, cōpositione, aut spe alterius quæstus talia quouismodo tolerent, aut dissimulēt. Alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propter ea acceperint restituere, & ad pios vsus omnino conuertere teneantur & compellantur.

a §.Quia verò.) Ex hoc tex.patet ꝙ pro hoc delicto non potest episcopus, vel officialis imponere pœnam pecuniariam clerico,conuertendā in vsum episcopi, sed debet conuerti in vsus pios.l.2. C.de episco.aud.& ibi pulchrè Bal.Pan.& Feli.in c.irrefragabili.§ cæterum.de offi.ordi.vbi traditur regula cū limitationibus, ꝙ episcopus potest imponere pœnam pecuniariā si magis timeatur,& debet conuerti,vt hic.Henric.in c.presbyteri,in 2.dist.de pœnis.per c.dilectus. de offi.ordi.Barb.in rub.de constit.col.penul.Auffrer.in repet.cle.1. col.98.in paruo vol.de offi.ordin. Et præsumitur facere causa quæstus,quando imponit pœnam pecuniariā, & in suū conuertit.Henric.Boic.in d.ca.irrefragabili. Imò si episcopus vel officialis non exprimat, ad quē vsum conuertatur pium,videlicet ad dandum tali pauperi,vel ad reparandam talem ecclesiam, licet dicat ad vsus pios conuertendam pecuniam, tamen solet ab eis appellari ab abusu ad senatum, qui hūc abusum reformat per hunc text.etiam in aliis casibus. nam vult senatus vt exprimatur ad quem vsum pium,ne fiat fraus huic constitutioni.

Episcopus an possit pœnam pecuniariam imponere, & an valeat statutum.

Idem si præcipiat sub pœna decem, vel alia pecuniaria,nam hoc vidi à senatu reformari, tāquam abusiuum,anno 1533.die secunda Decembris, contra officialem Cabillonen.vnde dicit glo.in c.cum multæ.15.q.vlt.quod ecclesia perdidit ius exigendi pœnam pecuniariam pro sacrilegio impositam, in c.quisquis.17.q.4.Sequitur Benedict.in repetit. cap. Raynutius.in verbo, mortuo. in 1.num.32.de testa. licet Pan.& alij illam glo.reprobent in cap.cum sit generale,col.5.nu.14.& seq.de foro compet. Et intelligite eum,vt hic scribitur, quòd pœna pecuniaria imponi possi ad vsum certum, pium & expressum,non alias.

Præceptū sub pœna pecuniaria, an possit fieri ab ecclesiastico iudice. Arrestum.

Valeret tamen statutum episcopi imponens pœnam pecuniariam vltra pœnam iuris,si non procedat à radice cupiditatis, dummodo non imponeret pro quolibet crimine.Host.in summa, rub.de offic. ordin.§.quid pertinet.2.vers.nō tamen. Pan.in c.licet.col.2.de pœnis.& c.de causis.de offic.deleg.col. 3.sequitur Henri.Bote.in tract.de synodo episcopi. in 3.parte.art.1.num.120.& seq.amplia.8. quia tunc statutum secundum eos punit, non episcopus. ideo cessat suspitio cupiditatis.vide ibidem fusius, quia per breuitatem temporis non possum alia scribere. die 7.mensis Ianuar.anno 1537. fuit causa posita in consilio contra episcopum Ambianen. qui recipiebat sextam partem beneficiorum pro non residendo,& dando licentiam non resīdēdi,& fuit factum præceptum eidē,vt seruaret hæc sancta cōcordata, quia episcopus nō debet recipere nisi cathedraticū. c.conquerente.de offi.ord.aliàs punitur in quadruplum.c.quoniam.18.dist. c.constitutum. & c.nulli. 16.q.1. pro cathedratico tamen, vt vltra duos solidos soluatur, valet præscriptio.c.olim,de censib.

Pecuniam pro non residendo,an episcopi accipere possint & pro collationibus, sepulturis & aliis,& quā.

Aliàs fuit prolatum arrestū in curia parlamenti Parisi.per ꝙ fuit factū præceptum episcopis, & archiepiscopis,ac aliis collatoribus huius senatus, ne vltra aureum sumere haberēt pro collatione vnius beneficij inter Guylegier,& Anthonium more, anno 1522.die 12.Martij, vel si bene recolo, anno 1523. die verò octaua Februarij. Et ne pro iucūdo aduentu aliquid exigant,Anno 1521.die 4.Iunij,nec etiam pro charitatiuo subsidio, vt fuit iudicatum contra episcopum Maleacensem,eo.anno, die 14.Maij: & quando possit imponi, & ex quibus causis, scribit plenè D.Boer.in decis.Burdega.q.133.iuxta pollicitationem,cum multis.q.seq.etiam anno 1538.cōtra officialem Ambianen.requirente regis procuratore,fuit dictum officialem non posse laicos condemnare in emendam pro crimine adulterij, fortè quia ferè omnes sic possent condemnari, nempe adulteria sunt in hoc regno frequentia, eo quòd non puniuntur.Notandum tamen est,quòd licet curati nil debeant recipere pro sepultura.c.abolendæ.de sepulturis,nec pro exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium,& aliis spiritualibus, tamen laudabilis consuetudo est obseruanda.c.ad apostolicā. de simo.& fuit permissum à senatu,vt laici cōpellerentur à iudicibus ecclesiasticis contra aliquos laicos,quia appellauerant, tanquam ab abusu, Anno 1528.die 4.Martij.Alioqui non possent curati viuere,cum quidam nil habeant certi,nec decimas, nec alia bona,& postquam ministrant spiritualia,dignū est vt metant carnalia,secundum doctrinā D.Pauli ad Cor.9.& c.cum ex officij.de præscript.maximè cōpelli debent hoc infœlici tempore, in quo omnis deuotio perit circa Deū,& eius ecclesias, de quo scribit Rom.consi.344. in casu.[& consuluit Pan. consi.7.in 3.q.in 2.volu.quod singulæ ecclesiæ debent conferre quando opus vadit ad Papam, regem,vel ad synodum vniuersalem.quod intelligerem verum quando episcopus tenues haberet reditus,aliàs non.]

Aureum tantum pro collationibus beneficij solui debet collatoribus, & nihil pro iucundo aduentu. Arresta.

Curati pro sepulturis, & aliis quando recipere possint.

Arrestum.

Prælati

Prælati concubinas à suis subditis, etiam per brachij secularis auxilium si opus sit, arcere debent, & filios apud patres concubinarios cohabitare non permittant, hoc dicit.

§.Ipsas [a] autem concubinas, aut suspectas prælati omnibus modis curent à suis subditis per auxilium, & brachij secularis inuocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos, apud patres suos cohabitare non permittant.

a §.Ipsas.) Et sic concubinæ clericorum possunt puniri per prælatos ecclesiarũ, quibus subditi sunt clerici illis adhærentes, quia sunt de foro ecclesiæ. gl.in c.eos.32.dist.& quia peccãt in ecclesiã turpiter adhærendo clerico. Pan.in c. si concubinæ. de sent. excom. Item quia laicus delinquens cũ clerico, efficitur de foro ecclesiæ.c.2.de cohab.cler. Et sic infertur, quod si quinque committãt homicidium, inter quos vnus sit clericus, ratione connexitatis remitti omnes debent ad iudicẽ ecclesiasticũ: tum ne causæ continentia diuidatur.l.nulli. C. de iud. tum ne sequãtur diuersæ & fortè cõtrariæ sentẽtiæ, ad hæc vt priuilegio clerici gaudeat nõ priuilegiatus.vt in l. si communem.ff.quemad.ser.amit. Istã cautelã tradit Tho.Fer.cautela 10. si cõtingat. quẽ sequitur Hipp. in sing.18.Ias.in l.si emancipati.col.3.vers.nota tu diligẽter.C.de coll. vbi adducit sexdecim similia. hoc tamẽ nõ patiunt regales obseruari, sed q̃libet in suo punitur foro, vt vidi seruari in practi.vt alibi scripsi. *Cautela notã pro delinquente.*

Quæro, an cõcubina clerici possit puniri per iudicem secularẽ? Videtur ꝙ non, quia concubinatus de iure ciuili est permissus, per totũ ti.de cõcu. ff.& C.& sup.dixi. & ita tenet Are. in l. ex parte. §. mulier.ff.de verb.oblig.

Iudices regij concubinas clericorum & ipsos puniunt. Contrarium teneo, tum quia hic concubinatus prohibetur, & est lex regni, facta à Papa & Rege, tũ quia ad officium iudicis secularis pertinet compellere remediis secularib⁹, vt homines honestè viuãt. l.iustitia.& ibi Albe.ff.de iustit.& iur.§.iuris præcepta.insti.illo tit.ita tenet Paul.in d.§.mulier. Et hoc intelligi debet in concubina publica.secus in secreta. Anch.cons.196.magnifice.2.q.vbi dicit nõ valere statutum laicorum editum contra concubinas clericorum, quia ob hoc percutiuntur mala fama corda clericorum, & vituperatur ministerium ecclesiasticum, & in mentibus fidelium scandalum generatur.c.presbyter.2.q.5.& c.si mala fama.ibidem. Ias. in l.cum quædam.in prin.col.vlt.ff. de iurisd. omn. iud. Et plenè Fel.in c.ecclesia.nu.102.q.16.de consti. Hic non dubitatur, cum lex sit facta à duobus magnis dominis, quin valeat, sed per hoc non posset iudex secularis ex officio inquirere contra concubinam clerici secretam, & eam punire, vt concludit Anch.d.cons.196.col.3.ibi, vide fusius.

Hodie tamen non prohiberetur, & bonum esset quòd inquireret, postquã iudices ecclesiastici sunt negligentes, & iudices seculares in hoc regno solẽt tales concubinas, & clericos illas habentes punire, maximè parlamenta Franciæ, vt vidi seruari sępius in hoc parlamenta, & debet vigilare maximè contra abbates, & episcopos concubinas habentes, vt senatus Burdeg. fecit. de quo refert Boer. in decis. suis.q.72.quæstio fuit.

Quid si prælati sint negligentes, & non inuocent brachium seculare contra hosce furentes concubinarios, an iudices regij possint compellere ipsos cõcubinarios clericos, vt dimittant suas concubinas, & eas punire? Resp. sic, quia regales efficiuntur conseruatores istorum concordatorum per Papam. in rub.de protectio. concorda. infra.& sic authoritate & apostolica & regia hoc faciunt, quia honestas viuendi est de præceptis iuris ciuilis, quæ pertinet ad præcepta iuris, vt honestè viuatur, quorum iudex est executor. Paul.& Claud. de Seycello, in l. iustitia.ff.de iust.& iur.per tex.in l.consensu.§.1.C.de repud. & ideo in hoc sacratissimo senatu, die vlt. Aprilis, anno 1538. fuit dictum contra sacerdotes Melden.quatuor vel quinque, de quibus constabat curiæ per informationes esse concubinarios, quod caperentur, & omnes concubinæ expellerentur à domibus illorum, & præciperetur eisdem concubinis sub pœna fustigationis, ne ad domos dictorum sacerdotum amplius accedere, vel commorari auderent, & quod D. Melden. episcopus crearet vicarium qui istos concubinarios puniret. *Arrestum.*

Audiui etiam iudicari abusiuè concessum, si officialis requisitus à iudice laico, moneat clericum sub pœna excommunicationis, vt soluat, si inserat clausulam, nisi coram nobis causam allegare voluerit, quia illa clausula non debet (vt regales dicunt) poni, aliàs semper haberet causæ cognitionem rei iudicatæ, & alterius cuiuslibet rei ad iudicem laicũ pertinentis, quod non permittunt regales, vt fuit pronunciatum in senatu, anno 1542. die 25. Septem. nisi assignaretur oppositio in parlamẽto, vel coram eo qui sententiam protulit. [& per constitutiones Sabaudiæ statutum est, vt ipsæ concubinæ clericorum virgis cædantur, & in exilium per septennium mittantur. in lib.3. titul. de concubinis virorum ecclesiast. & prohibet ne procedatur contra ecclesiasticos à secularibus: & bonum esset semper procedere contra concubinas, & eas sic expellere: & qui eis abuti vellet sic abesse.] *Arresta.*

Episcopi in suis synodis statuta ista publicare, & monere subditos debent, vt concubinas dimittant.

§.Iubemus [b] insuper quòd in prædictis synodis & capitulis præmissa publicentur, & vt quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant diligenter.

a §.Iubemus.) Vult hanc constitutionem publicari in synodis, & capitulis, & moneri omnes subditos in illis synodis, vt concubinas, si quas habent dimittant, aliàs sunt comminandæ pœnæ in eos, sed hodie cum episcopi tantum curent pecuniam, & valorem episcopatus habere, non animarum curam, hoc ferè negligitur ob defectum superiorum.

Iniungit secularibus, ne aliquod impedimentum prælatis procedentibus aduersus suos subditos pro cõcubinatu, & aliis casibus à iure permissis inferant.

§.Iniungimus [a] præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quocunque quæsito colore prælatis, qui ratione officij sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinatu & aliis casibus sibi à iure permissis procedunt.

Iurisdictiõnẽ impedientes ecclesiasticam sunt excommunicati.

a §.Iniungimus.) Principes vel alij quicũque sint, non debent impedire iurisdictionẽ ecclesiasticam, vt hic probatur, & in c. fi. de reb. eccl. non alienan. aliàs ipso facto sunt excõmunicati. c. quoniã. de immuni. eccl. in 6. Sed hodie proch dolor non minuitur tantũ, sed in totũ tolli procuratur exquisitis subtilitatibus quibusdam. sed veh illis, nesciunt quid faciunt. dedit enim eos Deus in reprobum sensum, quamobrem plãgit ecclesia, vt plenè licet videre in tract. de planctu ecclesiæ, per Aluar. Plura hic nõ dico sed in ordinationibus regiis multa scripsi de his, vbi quandoq; videre licebit. & in bulla cœnę domini. Vide Ægid. Bella mera, cons. 40. factum est tale.

Monet omnes laicos, vt à concubinatu abstineant, & hi ad quos pertinet omni studio pro obseruatione huius præcepti laborare debent.

§.Et cum [b] omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessariò euitandum, monemus omnes laicos tam vxoratos quã solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensibilis est, qui vxorem habet, & ad aliam vxorẽ, seu mulierem accedit. Qui verò solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consiliũ, vxorem ducat. Pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti, ij ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis omni studio laborent.

b Et cum omne.) Iure prohibitum est habere duas vxores, vt probatur in definitione matrimonij, ibi, viri & mulieris, non dicit mulierum, sed viri. non virorum & mulieris. & is qui duas habet, est infamis. l. eum qui duas. C. ad leg. Iuliam. de adulte. solebatque olim fustibus cædi. dicit tamen Theoph. in §. affinitatis. de nupt. in instit. capitalem pœnam statutam esse contra accipientem duas vxores eodem tempore, & hodie solet ad mortem cõdemnari per senatum [& sic fuit condemnatus ad furcas quidam Chambon ann. 1535. die 17. Aprilis] tum ratione raptus, quia mulier consensit in eum tanquam in maritum, & non aliàs, & sic contra suam rapitur voluntatem, & plus videtur peccare, qui velamine matrimonij peccat, & clàm facit, arg. l. 1. C. de malefi. l. fi. ff. de ritu nup. facit l. 1. C. de delat. lib. 10. Ias. in l. singularia. nu. 18. ff. si cert. pet. tum quia falsum cõmittit, & sic pœna falsi (quæ in regno est mortis per legem regni) condemnatur, tum adulteriũ committere dicitur, & sacrilegium, & stuprum. Alexãd. consil. 165. visis. in 7. vol. per l. 1. §. fi. ff. de extraord. crimi. & l. quamuis. C. ad legem Iuliã. de adul. Bald. cons. 429. super eo. in 5. vol. Imò etiam contra illum qui habet duas vxores, potest inquiri de hæresi, quia malè videtur sentire de sacramento matrimonij. Domini. & Perus. in c. accusatus. de hære. in 6. & videtur taliter contrahendo, committere contra vnũ de sacramentis ecclesiæ, & sic est hæreticus. c. ad abolendam. de hæret. d. c. accusatus. §. 1.

Habẽs duas vxores qua pœna puniatur.

Iudices seculares in causa hæresis solẽt processum videre ecclesiæ.

Qui hodie remissus ad iudicem secularem non solet puniri, nisi iudex secularis videat processum iudicis ecclesiastici, & sic seruatur opinio Bart. in l. diuus 2. ff. de custo. reor. [Per tex. in §. si verò crimẽ. in auth. de sanctis. episc. colla. 9. Idem Bart. & alij in l. magistratibus. in fi. ff. de iurisdict. omnium iudi. vbi addidi ad Bar.] & ita fuit iudicatum in causa Berquin hæretici, & plurimorum aliorum, quod est contra c. vt inquisitionis. de hæret. in 6.

Item est infamis, & à testimonio repelli debet, si quis habeat vxorem cum concubina, vel duas concubinas. Bal. in l. neminem. & ibi Barb. in addi. C. de incest. nupt. Pan. in c. 2. de sponsa. duo. & c. cum quidam. col. 2. de iureiu. vbi dicit de religioso, qui accepit vxorem, an possit inquisitor contra eum inquirere. Idem si habeat sponsam, & alteram concubinam. §. si verò effusa. in auth. quib. mod. nat. effic. sui. vel duas sponsas. l. 1. in fine. ff. de his qui not. infa. Et interdum vidi eos à testimonio reiectos, vt scribo in tract. de reprobatio. & salua. testium.

Si tamẽ quis primò illicitas contraxerit nuptias, & postea licitas sine iudicio ecclesiæ, non est puniẽdus secus si contra: tum quia legitimè factum non meretur pœnam, tum quia magnæ sapientiæ est reuocare quod malè egeris. c. magnę. 22. q. 4. Bar. cons. 118. in 2. incipiente, verba matrimonij. in 1. vol. Tutius est, q. iudicio ecclesiæ fiant secundæ nuptiæ.

Concubinæ expellendæ & spoliandæ.

Notandum est, quod subtili ingenio sunt istę cõcubinæ expellendæ à domibus istorum canonicorum, & aliorum clericorum. vt in simili dicit tex. in l. 2. C. de commerc. & merca. An possint expelli extra ciuitatem, dixi in ordina. sancti Ludo. olim regis Franciæ, in rub. *que les ribauldes communes, &c.* vbi etiam dixi, an & quomodo debeant spoliari, & an sint restituendæ post spoliationem. Quod non, quia authoritate iuris vel iudicis spoliatus non restituitur. gl. in summa. 3. q. 1. vbi limitat, quando non seruaretur ordo iuris. & gl. in c. arguta. 2. q. 6. Item quãdo à non suo iudice esset spoliatus, vel extra iudicium, etiam à suo iudice. Host. in summa, de restit. spol. §. quando. in prin. & Specula. in tit. de petitor. §. quoniam. vide in addi. ad Pan. in c. dilectus. 1. de rescr. Domini. cons. 136. dominus. col. 2. & Ias. cons. 9. facti series, in 3. vol.

Itẽ nõ restituitur quis quãdo immineret scandalũ. Ias. cõs. 38. in causa. col. 1. in 3. vol. gl. sing. 1. in c. in primis. 2. q. 1. secundũ Barb. in tracta. de præst. Card. in 1. q. primæ partis, nu. 48. col. 12. est tamen altera in c. ad petitionem, in verbo, restituẽdus de accus. & 3. q. 1. in summa. vide 50. limitationes ad regulã spoliatus, &c.

Cautela pro vxore contra maritũ concubinarium.

liatus,&c.per Corset. in tract.de potest.regia. q.72.

Cautela singularis est pro vxore, quæ habet maritum concubinarium, vt vxor suadeat illi marito, ꝙ promittat mille aureos cuidam amico,vel vxori, si redierit ad concubinam:& si promiserit, talis stipulatio valebit.tex.sing.in l.ex parte. §.mulier.ff.de verb.obl. quanuis stipulatio pœnalis ad contrahendum matrimonium non valeat.l.Titia. ff.de verb. obl.c.gemma,de sponsa.Tamẽ propter bonos mores,conseruãdos in matrimonio hæc valebit, vt ibidem Bart.& alij dicunt.& Bald. in l. vlt. in fi. C. de sponsa.nam etsi matrimonium liberum debet esse, tamen executio matrimonij debet esse honesta,nec quicquam debet alter committere,lædens pudorẽ matrimonij.& sic consului in Montepessulano. Imò fortius valet stipulatio pœnalis facta amico, quòd Titius si ludat, promittit centum aureos, & per hoc extrahitur à ludo. & ita consului apud Bituriges pro quodam mercatore, qui sic promiserat. & tenet Paulus Areti.&alij in d.§.mulier.

Promissio pœnæ ne quis ludat valet.

Tutor tradens puellã nuptui ob pecuniam, an puniatur.

Si tamen tutori, vel consanguineo pupillæ data fuerit pecunia, vt pupillam daret nuptui Titio, illa pecunia non poterit repeti. gl. sing.in l. qui sine. in verbo, accepit. ff.de negotiis gestis.quam sing.notat Bart.in ca.Raynutius.col. 25. de testa. nec est simonia sic recipere pecuniam,vt cõtrahi matrimonium suadeatur. Bal.in rub.C.de sponsa. tamẽ si tutor dolo versatus fuerit, vt quia dedit pupillam indigno,tenetur ad interesse pupillæ:teste Angel.in d. l.qui sine. & nota quia sæpe corrumpuntur tutores propter pecuniam, & cõsanguinei in puellis nuptui tradendis. teste Cy. & Bald. in l.si pater, per illum tex.C.de sponsa.& anno 1538.die 7.Ianuarij, quidã emendam honorabilem fecit in palatio, qui suaserat & induxerat iuuenem ad contrahendum matrimonium cum sua consanguinea.In aliis licet videre gl.prag.quæ plenius tractant materiam. [Et nouissimè insignis ecclesiæ Viuarien. canonicus D. Bermond.chouero.qui singula tex.verba prosequitur,ac materiam fusius explicat in suo tract. de public.concubina.] [Nota sequentia auth.hic titulus locum habeat.

Arrestum.

Primò quod ciuitas, locus, aut dominus deliquerit,seu culpam, vel causam commiserit in iudicem ecclesiasticum,vel personam seu rem ecclesiasticam ibi nisi ex causa vel culpa.

Secundò quod ista causa seu culpa tangat iudicem ecclesiasticum : alioqui si secularem mulcta imponeretur: ob id dicitur hic ecclesiasticum interdictum.

Tertiò quod hæc culpa proueniat à domino illius loci seu rectoris vel officialium.

Quartò si culpa ex priuata persona emanauerit, oportet ꝙ prius excõmunicetur, & publicè nuncietur à iudice ecclesiastico & in ecclesia publicetur.

Quintò quod domini locorum requirantur, vt ex templo illum excommunicatum expellat.

Sextò quod domini requisiti intra biduum non eiiciant cum effectu,scilicet, vt si semel ab ecclesia expulsus fuerit,iterum non ingrediatur.

Septimò quod illam personam excõmunicatam non cõpulerit ad satisfaciendum : quia si eam compulerit cum effectu, videlicet eam incarcerando, tunc non subiicietur interdicto:alioqui secus.

Octauò quod si post interdictum persona satisfecerit, sine alia absolutione vel reconciliatione, mox diuina reassumi poterunt.]

De excommunicatis non vitandis.

Nullus tenetur vitare excommunicatos,aut suspensos. nisi specialiter publicati & denunciati fuerint,aut notoriè constiterit, in sententiam excommunicationis incidisse, per hoc tamen non releuantur in aliquo excommunicati, sed vt timoratis conscientiis prouideatur,hoc statuitur.



Tatuimus [a] insuper quod ad vitandũ scandala & multa pericula, subueniendúmque cõscientiis timoratis, quod nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramẽtorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscunque sententiæ aut censuræ ecclesiasticę,seu suspensionis, aut priuationis, ab homine vel à iure generaliter promulgatę, teneantur abstinere, vel aliquem vitare,vel interdictum ecclesiasticum obseruare:nisi sententia, prohibitio,suspensio vel cẽsura huiusmodi fuerit,vel cõtra personam,collegium, vniuersitatem & ecclesiam, aut locum certum, aut certam, à iudice publicata, & denunciata specialiter & expresse,aut notoriè in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eum à communione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos,suspensos,interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, neque eis quomodolibet suffragari.

a 

Tatuimus.) Potest in tres diuidi partes.in prima ponitur ratio cõstitutionis edendę,in secunda ponitur constitutio, ibi,quod nemo deinceps.in tertia,ibi,per hoc declarat nolle per hanc cõstitutionẽ releuare excõmunicatos,suspẽsos, vel interdictos.

Notandum est dictum solẽne in practica,ꝙ licet excõmunicatio liget absentẽ & ignorantẽ quo ad vinculũ,non tamẽ quo ad pœnã ante scientiã, gl. in c.quãto,2.q.5.& in c.apostolicę.de excep. & c.illud. de cler.exc.mi.Ro.cõs.336.circa. facit quod no. Ias. in l.fi.col.8.nu.46.& seq. ff.de consti. prin. & ideo si excõmunicatus iuste ignorãs excõmunicationẽ celebrauerit,vel alios actus fecerit,non est irregularis. Anch.in c.1.not.6.de concess.præb.in 6.& ibi etiam dicunt doct.non posse ob hoc priuari beneficio.

Excõmunicatio an liget absentẽ.

Excõmunicatus ignoranter celebrãs an sit irregularis.

Quid si

Quid si fuerit eidem factum præceptū, vt soluat intra mensem ratione instrumenti facti per notariū, post mensem celebrat, quid iuris? quæst. pendet. cōsului quòd non est irregularis ante notificationem, quia potest probabiliter ignorare an pars requisierit, & episcopus concesserit excommunicationem, instar eorum, quæ notantur supra in gl. vacantia. §. volumus. de colla. & dixi in repe. l. vnicæ. no. 1. nu. 54. C. de sent. quæ pro eo quod interest, vide Feli. in c. 2. nu. 7. col. 2. & seq. de sponsa. & Io. Dayma. in verbo, decætero, rub. de elect. regia. fol. 176.

Impetrans beneficium ob irregularitatē quid exprimere habeat.

Vnde notandum est, quòd si quis velit impetrare, quòd ille regularis priuetur debet declarare Papæ, ꝙ sciens se excommunicatū celebrauit, & quòd declaratus publicè nunciatus erat, aliàs non dabitur priuatio. Pan. per illum tex. in c. illud. de cleri. excō. mi. Staphil. in tract. de literis gratiæ. fol. 166. vers. sed aduertendum. Is tamē, qui est excōmunicatus post appellationem, non tenetur desistere à diuinis, quia excommunicatio est nulla. c. dilecti. de appel. c. per tuas. de sent. excō. Nec efficitur irregularis, qui sic excommunicatus celebrat, & in quibus casibus excōmunicatio est nulla. per gl. in c. præsenti. de sent. excom. in 6. Pan. & Dec. per illum tex. in c. ad præsentiā. de app. Feli. in c. Rodulphus. col. pen. de rescr. Tutius est tamē à diuinis cessare ante absolutionē.

Celebrans post excommunicationem, an sit irregularis.

Collatio facta excommunicato non tenet.

Aduertendū est, ꝙ collatio beneficij facta excōmunicato non tenet. c. postulastis. & ibi dixi. de cle. excom. mi. quia iura spiritualia in eum non cadūnt. c. cum dilectis. de consuet. c. decernimus. & ibi Bal. per illum tex. de iud. etiā si collatio fieret motu proprio. Car. in cle. 1. §. 1. q. 4. de relig. dom. siue sit excōmunicatus à iure, siue ab homine. Do. de Rota decisio. 363. nota ꝙ excōmunicato. in antiquis. Imol. in c. cū dilectus. in gl. magna. de consue. circa finē, etiam post absolutionem non valebit, quia ab initio nulla erat, ideo nō conualescit reg. nō firmatur. de reg. iur. in 6. c. dudū. 1. de ele. Arch. in c. nullus. 63. dist. Anch. in d. c. postulastis. nisi fieret eidem de nouo collatio post absolutionem, siue esset excommunicatus ab episcopo, qui eidem contulit, siue ab alio, siue in eadē diœcesi, siue in alia: quia excōmunicatus in vna ecclesia, est etiam vitandus in aliis. c. quisquis. & ibi gl. 4. q. 5. gl. in c. pastoralis. §. verū. de app. Card. in c. 1. col. 4. de prob. & cle. 1. vers. ipsius. de pœnis.

Excōmunicat⁹ an possit eligere, vel eligi, vel postulari.

Item electio facta de excommunicato nō tenet, & eligentes peccant. c. constitutis. 1. & ibi gl. de app. c. cum inter R. & c. illa. de elect. etiam si minori excommunicatione fuerit innodatus non debet eligi. c. si celebrat. de cleri. exc. mi. Card. in cle. 1. q. 5. de religio. domibus. Feli. in c. dilecte. col. 2. & seq. & Dec. in c. dilecti. col. 1. de excep.

Ad hæc nō potest excōmunicatus postulari ad dignitates. c. 1. de postul. præl. gl. in c. fi. de exces. præl. quia iura loquentia in electione, habent locū in postulatione. gl. in c. 1. de postu. præl. in gl. pen. in c. fi. de ele. in 6. Præterea excommunicatus non potest præsentari per patronū ad beneficia. Arch. per illū tex. in c. 1. col. 3. de excep. in 6. Lappus alleg. 8. præsentat⁹. Nā & iura loquentia in electione procedūt in p̄sentatione. gl. in c. sciāt. & c. si de ele. in 6. Barb. in addit. ad Bal. in l. 1. C. de interd. & præsentatio large dicit᷑

Præsentari ad beneficia non potest excōmunicatus.

electio. tex. & ibi no. doct. in c. 2. de iur. patr. Si tamē quis fuerit absolutus cū reincidentia ad mensem, si post mensem fiat isti collatio valebit, si aliæ literæ reincidētiæ nō fuerint concessæ, quia postquam est literatoriè absolutus, literatoriè debet reincidere.

Absolutio cum reincidentia post mensem, si postea fiat collatio an valeat.

Nec ipso facto reincidit in excōmunicationē, sed opus est ꝙ de nouo in illā reducatur. tex. solennis. in c. ad nostrā. 1. in fi. de iureiu. vbi plenè Fel. post alios.

Contrariū tamē consuluit Dec. cons. 145. quæritur. & c. apostolicę. no. 1. de excep. Vbi excōmunicatus à iure, quando nō implet, quod promisit, ipso iure reincidit. c. eo. de sent. excom. in 6. secus si fuerit aliquis excōmunicatus ab homine, & ab eo absolutus, quia tūc opus est, vt ab homine in excōmunicationē reducatur. per d. c. ad nostrā. & de Rota decis. 490. si excommunicatus. in no. & decis. 524. nota ꝙ excōmunicatus. in antiq. nec interim efficitur irregularis, si celebret, vt firmāt Domi. & Peruſ. in c. 2. in fi. de sent. excō. in 6. Feli. in c. veniens. 2. de testib. Pan. & Dec. in c. questioni. de app. nec istæ literę absolutionis cū reincidētia, debēt operari effectū absolutionis & excōmunicationis, quia inducta ad vnū effectū, nō debēt contrariū effectū operari. l. legata inutiliter. ff. de le. 1. nā licet quis nō soluat in termino, ad quē se obligauit sub pœna excōmunicationis, tamē nō est excōmunicatus nisi feratur sentētia, quis pœna pecuniaria cōmitteret᷑ ipso iure. l. rescriptū. §. si pactū. ff. de pact. quia vincula cēsuræ sunt à cæteris pœnis diuersæ naturæ. hæc sunt verba Bal. in c. P. & G. col. pen. de offi. dele. vide Roma. cons. 331. in casu.

Nec valet etiam permutatio beneficiorum facta cum excommunicatis, vel si alter eorū sit excōmunicatus, quia per permutationē de nouo acquiritur titulus beneficij, cuius est incapax excōmunicatus. gl. in §. item insuper. in verbo, disponere. de colla. in prag. Car. in cle. 1. vers. ipsius. de pœnis. [Non poterit tamen redire ad suum beneficium is, qui sciēter renunciauit, vt excommunicato conferretur, si obtineat beneficium excommunicati. no. doct. per illū tex. in cle. vna. de rerū permu. & in c. si beneficia. de præb. in 6. licet excommunicatus non obtineat resignatum sibi collatū propter suam inhabilitatē, vt scripsi in praxi benefi. in rescripto permutationis.]

Permutatio nō valet cum excōmunicato facta.

Eligi nō potest excommunicatus nec eligere, nec aliter ei prouideri potest.

Excommunicatus etiam beneficium impetrare non potest, quod si fecerit, non valebit. Car. in cle. 1. §. 1. q. 5. de religio. domi. ideo solet Ro. curia hac practica vti, vt absoluat impetrantem quo ad effectum impetrationis, vt dixi supra in forma mandati, in verbo, absoluentes. Item excommunicatus ad dignitates, vel beneficia, non potest nominari. Pan. in c. cum inter vniuersas. de elect. col. 2. not. in c. quod sicut. ibidem. & in c. constitutis. 1. de app. Suspensus eligi prohibetur, ac eligere gl. in c. cum dilectus. de consuet. & d. c. apostolicæ. de except. Feder. in consil. 147. quidam de ciuitate. Domi. in consil. 133. istud dubium. Bertachi. in tract. de episcopo. in 3. parte primi libri. q. 42. & q. 59. vbi dicit esse verum, quādo est suspēsus ab homine per sententiā, secus si à iure. vt in d. c. apostolicæ. & idē tenet in 1. parte 2. lib. q. 5. Nec beneficia eisdem conferri possunt. gl. in c. cum bonæ. de ætate & qualita. & in c. fi. de excessi. præl. & in c. fi. 9. q. 1. Præpo. in c. præter. §. fi. 32. dist. Oldr.

Excōmunicatus beneficium non impetrat.

cons. 286.

conſ.286.in electionis.

Idem in alia prouiſione, vt facta excommunicato non valeat, quia nullum beneficium id temporis acquirere poteſt. d. c. fi. de exceſsibus prælato. Aſten. in ſua ſumma.tit. 9.q.7.Ideo optio nõ poteſt fieri per excommunicatum, iuxta c.fi.de conſuet.in 6.Do.de Rota deciſ.195. acceptatio.in no. elucidaui in repet.c.poſtulaſtis.de cleri.excom.mi.

Excommunicatus an ſit cõfer per ſe vel vicarium.

Collatio etiã facta per excommunicatum non excommunicato, nõ valet, cũ ſit exutus authoritate & poteſtate in ſpiritualib. c. cũ inter.& ibi doct. de ele. Archi.in c.nullus.63.diſt.Bene.in repe.c.Raynutius. in verbo, mortuo 1.nu.285.cũ ſeq.de teſta. Imò ſi conferat, efficitur irregularis, Aret.teſte in c.cum non ab homine.col. pen. de iud. ſiue fuerit facta per epiſcopũ, aut alium collatorẽ, vel per eorũ vicariũ etiam nõ excommunicatum, quia cum vicarij nomine epiſcopi excommunicati conferant, & vna eadémque perſona videãtur eſſe, arg.c.2.de cõſue. in 6.ideo ſuſpenſus erit vicarius per excõmunicationem epiſcopi, ſicut per mortẽ eſſet reuocatus.gl. vlt.in cle.fi.de procurato.Pan.in c.quoniam. nu. 10. de offi.deleg. Peruſ.in c.1.de offi. vica.in 6. etiam ſi collator ignoraret ſe excõmunicatum. gl.in c.pen. de cleri.excõ.mi.Panor.Imol.& alij in c. paſtoralis. §.verum, de appel.licet gl.ibi contrarium teneat.vide Card.conſ.40.in facto.quia in his quæ geruntur ratione priuati officij, nõ eſt differentia inter occultum & publicum. ſecus in his quæ ratione publici officij geruntur.gl.& doc.in c.ad probandum.de re iudi.Fed.conſ.231.in antiq.in fi. de Bella mera. deciſio.66.ſecretum.& in c.conſulti.de procura.

Et in eo quòd iſte tex. requirit denunciationẽ, eſt conueniens textui diui Pauli 1.ad Cor.5.in fi.ibi, ſi is qui frater nominatur, inter vos eſt fornicator, aut auarus, cum huiuſmodi, nolite cibũ ſumere, ergo oportet ꝙ prius nominetur & denuncietur, vt hic à iudice publicata, & denũciata ſpecialiter, &c.

Excommunicatus non eligit.

Item excõmunicatus non eligit. c. vno. ne ſede vac.in gl.in c.fi.de exceſ. præl. Flor.in 3. parte ſummæ.tit.24.c.76.rub.de cauſa fi.excom.verſ.8.Dom. Boer.in add.ad Mãdagot.in 1.parte c.6.tract. de ele. intellige in electione quæ confert ius in beneficiis. ſecus in electione declaratoria voluntatis, quæ poteſt per excommunicatum fieri. l.ex facto. §. ſi quis rogatus. in 2. ff. ad Trebel. c. ſignificaſti. de eo qui duxit in matri.quam pol.per adulter.

Imò ſi inter omnes canonicos vnus tantum ſit excõmunicatus, & alij vel maior pars hoc ſciat, & poſſunt eum ab electione repellere, & non expellũt, ſed cum eo eligunt, electio talis non valet.do. in c. fi.de procurator.Inn.& alij in c.illa.de elect. gl.in c. fin.9.q.1.& in verbo, cenſuræ, eo.tit.in prag.Imol.in d.c.cum dilectus.num. 28. de conſue. vide Bertach. in tract. de epiſcopo.in 3. parte primi libri. quæſt. 3. Fallit in caſu. §. fin. clem. ne Romani. de elect. vbi videre licet.

Patronus excommunicatus non præſentat.

Excommunicatus etiã patronus non poteſt præſentare.Pan.in c.nobis.de iure patron.Paul.de Cita. in tract.de iure patrona.in 3.parte.1. cauſæ acquirẽdi.quæſt. 10. quod eſt verũ in clerico patrono, quia præſentatio per eum facta quandam vim electionis habet.gl.in c. ſciant. de elect.in 6. c. cum autem. de iure patron. & per eam acquiritur ius præſentato. ſecus in patrono laico, quia ex ſua preſentatione nil iuris præſentato, vel parum acquiritur, ſed totum pendet ab inſtituente, cum ex gratia ei concedatur præſentatio.c. quoniã.de iure patron.Domi.de Rota, deciſ.161.notat ꝙ patronus.& deciſ.527. in antiq. & deciſ. 2. de iure patron. Rochus in tract. de iure patron.in verbo, competens.quæſt.8.

Primò, fallit quando excommunicatio eſſet nulla, & de hoc conſtaret tempore electionis, vel collationis, ſeu alterius diſpoſitionis. c. veritate.8.diſtin. Inno.& Ioan.Andr.in c.dilectis. in fi.de appel. Pan. in c.ita quorundam.in fin. de Iudæis. Si dubiũ erat an valeret excommunicatio, electio, vel collatio pendet à futuro euentu.argum. l.exitus.ff.de acqui. poſſeſſ. Nam ſi nulla pronuntietur excommunicatio, valebit electio, & collatio. alioqui ſecus. Henricus Boic.in d.c.dilectis.

Secundò, fallit quando non erat excõmunicatus tempore collationis vel electionis. c. propoſuit. de cleri.exc.mini. Rota deciſio. 238. not. gl. in antiqu. ideo teſtes debent deponere, quòd tempore collationis, vel electionis erat excommunicatus. Arch. in d.c. nullus. 63. diſt. cum hoc non probetur in recredentia, excommunicatus habens apparentiorem titulum eam obtinebit, niſi literatoriè probaretur eum excommunicatum.

Tertiò, fallit in acceptatione, quæ poteſt fieri per excommunicatũ, cum non ſit niſi declaratio voluntatis, quã excommunicatus retinet, de Rota. deciſ. vlt.de ſent.excom. Cald.conſ. 103. caſus ſuper quo. col.4. nu. 20. ſecus ſi per eã acquireretur ius.c.referente.de præb.Rota in deciſ. 195. acceptatio. in no. & deciſ.720.not. quòd excommunicatus, in antiq. & per iſtã acceptationẽ impeditur præuẽtio Papæ, de qua ſupra dixi in rub.de mandat.apoſt. in verbo, præuentionis. Alia multa dixi in repet. c. poſtulaſtis, de cler. excom. mini. vbi licet videre. Interim iſta ſunt valde notanda, quia vtilia & quotidiana. *Quæ acceptatio poſſit fieri per excommunicatum.*

Verumenimuero, quia vidi per multos iuuenes contra eccleſię cenſuras hoc infœlici tempore propenſos, ideo volui pœnas aliquas hic cumulare, vt poſthac quilibet excommunicationem, aliáſque eccleſiæ cenſuras, ſiue iuſtè indictæ ſint, ſiuè iniuſtè, timeat.c.ſententia.11.q.3.vnde multas ex ſuperioribus ſcriptis elicere poteritis. *Pœnæ contra excommunicatos.*

Prima eſt, quòd collatio facta excommunicato non valet.c.poſtulaſtis, de cler.excom. miniſtrante, vbi plenè ſcripſi, & ſupra etiam ſequẽtia probantur.

Secunda, collator excommunicatus etiam conferre non poteſt, vt probaui ſuperius.

Tertia, excõmunicatus nõ poteſt eligi, vt ſupra.

Quarta, excõmunicatus eligere nõ poteſt.c.ſi celebrat.de cler.excom.mini.etiã ſuperius deſcripſi.

Quinta, excommunicatus poſtulari non poteſt. c.1.de poſtul.prælat.

Sexta, non poteſt excommunicatus ad beneficia præſentari.

Septima, patronus excommunicatus iure præſentare non poteſt. c. 1. de excep. in 6. & ſupra dixi quomodo iſta intelligantur.

Octaua,

Octaua, non potest excommunicatus cum alio beneficium permutare, nec illi collatio fieri. col. 1. vbi Card. de pœnis, & superius dictum est.

Nona, beneficium impetrare à Papa, legato, vel alio prohibetur. Card. in cle. 1. §. 1. q. 5. de relig. domi. vt superius expressum extitit.

Decima, excommunicatus nominari non potest. c. cum inter. de elect.

Excõmunicatus ordines nõ confert nec recipit.

Vndecima, excommunicatus beneficium optare non potest. ista probaui superius, ob id non aliter nunc confirmo.

Duodecima, excõmunicatus ordines cõferre nõ potest, cũ extra ecclesiã sit, ad ecclesiam aliquẽ adscribere, & adiũgere nõ potest. nota in c. 1. de eo qui furtiuè ordines recepit. tex. in c. veniens. de præscr.

Decimatertia, excõmunicatis ordines cõferri ꝓhibentur, vt ibidẽ probatur. Imo sic suscipiẽs est irregularis. teste Pan. in d. c. 1. & cum eo solus Papa dispensat, vt in illis ordinibus tẽpore excõmunicationis susceptis ministret. c. cũ illorum. de sent. excom. Pan. & alij in c. fi. de eo qui fur. ord. recepit. & pulchrè Bernard. de Luco in sua pract. crimi. c. 13.

Decimaquarta, cum excommunicatis communicare nõ licet, sed quilibet eos vitare debet. 2. reg. c. 13. Eiice vniuersos à me, scilicet excommunicatos. & gl. in c. cum desideres. de sent. excom.

Salutare, loqui, aut comedere cũ excõmunicato non licet.

Decimaquinta, non licet eos salutare, nec aue dicere.

Decimasexta, nec cum illis loqui.

Decimaseptima, neque cum excommunicato orare decet.

Decimaoctaua, neque vesci cum eis in cibo, vel potu. c. excommunicatos. vbi ista sex probantur. 11. q. 3. quòd sic habet excommunicatos quoscunque à sacerdotibus nullus recipiat, ante vtriusque partis examinationem iustam, nec cum illis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat, quia quicunque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicauerint, iuxta apostolorum institutionem, & ipsi simili excommunicationi subiacebunt. tex. in d. c. excommunicatos. & c. seq. & c. cum excommunicato. & c. curæ. ibidem plenius descripsi in d. c. postulastis.

Testari an possit excõmunicatus.

Decimanona, excõmunicatus non potest testari, teste Cald. in q. incip. excõmunicatus. licet contrariũ teneat. Bar. in l. si quæramus. in fi. ff. de testa. quod procedit saltẽ in sex casibus. quos congerit Benedi. in c. Raynutius. in verbo, mortuo. 1. nu. 290. cũ seq. de testa. Scripsi in repetitio. d. c. postulastis. in 1. not. Soc. in tract. fallen. regu. 133. excommunicatus.

Fructibus beneficij excom. priuatur.

Vigesima, excommunicatus priuatur fructibus beneficij. gl. in c. præter. 32. dist. quia dei inimicus, & ecclesiæ nõ debet de patrimonio viuere Iesu Christi. Bal. in c. 1. col. 3. in 2. lectu. de iudi. arg. c. commissa. in fi. de elect. in 6. nec pensio eidem reseruari. Hiero. in tract. pensio. q. 14.

Vigesimaprima, excommunicatus nõ est ad electionem vocandus, nec agit de contemptu Henric. Boic. in c. illa. de elect. plenè in d. c. postulastis, dixi.

Ab officio diuino excõmunicatus est repellendus.

Vigesimasecũda, ab ecclesia durante diuino officio excellẽdus est. & dico tit. seq. quomodo hoc fiat. gl. in c. cleros. 21. dist. c. qui studet, in verb. dimisit. 1. q. 1. Imol. in c. 1. col. 2. de vita & hon. cler. Imo si expelli non possit presbyter, missam dimittere debet si canon missæ. Te igitur, &c. non sit inchoatus. gl. in verbo inexpleta. cle. grauis. de sent. excom. & in c. sicut apostoli. 11. q. 3. Fel. in c. 2. col. 2. de excep.

Vigesimatertia, si excommunicatus se diuinis ingerat, incurrit irregularitatem. c. is cui. de sent. excom. in 6. Et quomodo intelligatur dixi supra.

Excõmunicatus animunitate ecclesiæ gaudeat.

Vigesimaquarta, secũdũ quosdã, excõmunicatus ecclesiæ immunitate gaudere nõ debet, quia frustrà ecclesiæ auxiliũ inuocat, qui cõmittit in eã. c. quia frustra. de vsur. & regula iuris ex eo. non debet quis reportare commodũ, q̃ impugnare nixus est, in 6.

Agere prohibetur & accusare.

Vigesimaquinta, agere in iudicio prohibetur. c. intelleximus. de iudi. etiã per procuratorẽ. vt ibi, & in c. cũ inter. de except. quia procuratoris personã ex persona cõstituentis metimur. cle. pen. de procu. nec etiam nomine alieno agit. c. post cessionem. de probat. quia non potest ei sine animæ periculo cõmunicari. c. exceptionẽ. de excep. & vt censura ecclesiæ magis timeatur. c. 1. de except. in 6.

Vigesima sexta, excõmunicatus accusare nõ potest. c. 2. de exceptio. c. 1. in 4. q. 1. q̃ postquã in ciuilibus repellitur, & in criminalibus excludi debet.

Vigesimaseptima, excommunicatus suã, vel suorum iniuriã prosequi non potest. gl. in c. omnibus. 4. q. vlt. Fed. cons. 116. mirandum. Anch. in c. 1. de rescri. in 6. Pan. & Fel. in d. c. 2. de except.

Restitui spoliatus excõmunicatus non potest.

Vigesimaoctaua, non potest spoliatus restitutionem petere. tex. cum gl. in verbo, aliud. c. ex insinuatione. de procur. & in c. 1. 23. dist. quia iura generaliter, eũ ab agendo repellunt. d. c. intelleximus. Alex. in l. de pupillo. §. fin. col. 2. ff. de no. oper. nunc. Fede. d. cons. 116. [Et an possit excommunicatus ab vxore sua debitum petere, scribit gl. in verb. vxores. c. quando multos. 11. q. 3. quod curiosis magis relinquo & coniugatis ardentibus.]

Excõmunicatus non petit vt qs resumat processum.

Vigesimanona, excommunicatus nõ potest petere sententiam pro se ferri, etiam si sit reus, vt Pan. concludit per illum tex. in c. cũ inter. de excep. vers. porro. vnde petere non poterit libello oblato, vt actor processum prosequatur, vel reassumat. auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. ne ex sua malitia commodum reportet, vbi ibidem dicitur. Et quamuis iudices seculares hanc excõmunicationis exceptionẽ non admittãt. vt testatur. Io. Fabr. in §. fi. de curat. in insti. Ideo parũ viuũt, & subitanea morte pereũt, & fortè æterna, quia consuetudo in his, quæ animã tangũt, parum releuat. c. denique. 4. dis.

Excõmunicati esse seruientes non possunt. Iudex fieri prohibetur excõmunicatus.

Trigesima, nõ potest esse testis. c. decernimus. de sent. excõ. in 6. fallit in casibus traditis per Fel. in c. veniẽs. 2. de testi. vbi absolui debet ad cautelã, quãdo aliter veritas ab aliis haberi nõ potest. vnde cõcludit Chassa. in cõsue. Burgũd. in rub. *des iustices*. §. 6. nu. 16. q̃ excõmunicati seruientes regij effici non possunt, cũ officiũ eorũ sit testificari, & executiones facere, quos excommunicatus facere non potest, siue sit curiæ ecclesiasticæ, siue secularis appatitor.

Trigesimaprima, excommunicatus iudex esse prohibetur. c. ad probandum. de re iudi. Dec. in c. sciscitatus. de rescr. nec eius officiales excommunicationis tempore iudicari poterunt. Rom. sing. 626. & excom

& excommunicatus. allegat tex. parum probantem in c. 1. de officio ord. in 6. & si iudicauerit sententiā nō valet, quia iurisdictione vti non potest excōmunicatus, nec quidem à partibus sententia ratificari potest, vt firmat clarissimus vir D. Guillel. Mayner in l. ea sola. nu. 25. ff. de reg. iur. allegat Inno. in c. aduersus. de immu. eccl. intellige vt valeat pro sententia, sed tanquam pactum sic vt docet gl. sing. vbi addidi in l. 2. C. commu. vtriusque iudicij.

Executionē sententiæ non petit, nec rem ad boni viri arbitrium reducit.

Trigesimasecunda, excommunicatus nō potest executionē sententiæ petere. c. exceptionē. de excep. & c. 1. illo tit. in 6. Bal. in d. c. cū inter. & c. fi. ibidem.

Trigesimatertia, excommunicatus arbiter esse non potest, tam propter animæ periculum ratione cōmunionis, quàm quia arbitria instar iudiciorum sunt redacta. l. 1. ff. de arbitr. gl. & ibi Bart. in l. pedius §. fin. ibid.

Trigesimaquarta, non potest petere reduci rem ad arbitrium boni viri, licet læsus fuerit: quia impugnare non potest, sed se defendere tantum. d. c. cum inter. in fi. & ibi Bal. & Alex. in l. de pupillo. §. fi. ff. de noui operis nuncia.

Trigesimaquinta, postulare, & aduocati fungi officio prohibetur. c. decernimus. de sent. excom. c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. propter communionis periculum. Pan. in rub. de postul.

Excōmunicatus non dicitur bonus vir & donationē nō insinuat.

Trigesimasexta, excōmunicatus non dicitur bonus vir, nec honestus, sed deo ecclesiæque infestus, ex quo non toleratur ab ecclesia. Ant. Butri. in c. cū dilectis de purgat. cano. Socin. cons. 45. visa appellatione. col. 2. vol. 1 versi. quis autem dubitat.

Trigesimaseptima, non potest donationem insinuare, nec bonorū possessionem cognoscere, quia iudex non debet ei assidere, sicut nec diffidato. vtor verbis Bal. in d. c. cum inter. in fi. de except. ꝙ no. ad intellectum ordina. regis Francis. de pub. anno 1539. art. 132. rub. *que toutes donations seront insinuees*, vbi scripsi in 2. tomo.

Infamis est, & doctor non potest effi i, nec reconueni re.

Trigesimaoctaua, excommunicatus est infamis. tex. sing. in c. infames. 6. q. 1. secundum Ro. sing. 675. an excommunicatus. intelligendum est, vt dixi in repe. c. postulasti. 2. no. de clerico excom. mini. [quādo est ab ecclesia repulsus pro suis sceleribus, secus si ex sola contumacia, vt d. c. infames.]

Trigesimanona, excōmunicatus non potest effici doctor. Bal. & Sal. in 1. const. C. vers. ideóque, quia infamis lauream sumere nō potest doctoream, nec dignitatem, vt est doctoratus, c. quanto. de magist. Petr. de lesnaud. in opusc. de doct. in 1. parte. q. 18. quāuis contrarium teneat Card. in c. perpendimus. q. 4. de sent. excom. & Ioan. de Ana. in rub. de mag.

Quadragesima, excommunicatus nō potest reconuenire. c. cum inter. in fi. de excep. vbi assignatur ratio, ne quod ad defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur, nisi ex eadem causa reconueniret. Rom. sing. 765. text. in c. cum inter. allegat Inno. in c. si vere. de sent. excom.

Procurator & tutor non erit excommunicatus.

Quadragesimaprima, excommunicatus procuratoris officium exercere prohibetur. c. post cessionem. de procur. quem tex. sing. not. Alex. in l. ex facto. §. si quis. 2. nu. 6. ff. ad Trebel.

Quadragesimasecūda, excōmunicatus tutor esse non potest propter cōmunionis periculum. Bal. in d. c. cum inter. in fin. & in l. 1. C. de iuris & fac. ignor. refert Dec. in d. c. intelleximus. nu. 10. de iudi.

Soluere debitor excōmunicato nō tenetur.

Quadragesimatertia, q. iurauit soluere intra certū tēpus, si creditor sit excommunicatus, nō tenebitur eidem soluere, nec eidem communicare in animæ suę periculum. tex. in §. 1. hic finitur lex. vbi vassalus non tenetur domino seruire excommunicato. gl. in c. nos sanctorum. 15. q. 6. Panor. in c. inter alia. in fi. de sent. excom. Dec. in d. c. intelleximus. in fi.

Quadragesimaquarta, tenutā, siue recredentiā, nō potest petere reuocari, postquā executioni mādata est. Bar. & alij in l. de pupillo. §. fi. ff. de nou. oper. nūc. Dec. post Panor. in d. c. cum inter. nu. 20. de except.

Facta ab excommunicatis valent in eorū præiudiciū.

Quadragesimaquinta, illa quæ fiunt ab excom. in eorum pręiudicium valent, sed quo ad commodum secus. vt superius plura enumeraui, vnde si receperint aliquē in canonicum receptione facti, valebit receptio in eorum damnum. gl. in verbo, in canonicum. c. pro illorum. de præb.

Compelli potest ad prosequendum processum.

Quadragesimasexta, si inceperit agere & nō fuerit repulsus, compelli poterit ad prosequendam causam, per auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. quia hoc casu necesse habet agere, & in odium ipsius contingit, potius quam in fauorem. Bald. & Ang. in l. nulla. ff. de legib.

Quadragesimaseptima, potest excommunicatio opponi etiam à tertio, cuius non interest, quia de interesse publico agitur. c. cum parati. in fi. de appel. doct. in d. c. exceptionem.

Iudex etiā parte non opponente excommunicatum repellit.

Quadragesimaoctaua, iudici cōceditur facultas repellendi excōmunicatū, etiā parte non opponēte ob publicā vtilitatem. d. c. exceptionē. & c. 1. §. fi. de exce. in 6. imo etiā parte inuita & cōtradicēte. Dec. in d. c. intelleximus. de iudi. & in hos deberent opponere procuratores regij, quia publice interest.

Quadragesimanona, punitur celebrans coram excommunicato, nec licet corā eo celebrare c. episcoporum. de priuil. in 6.

Quinquagesima, communicans cū excōmunicato peccat mortaliter, & ideo contrahit sibi excōmunicationē minorem. c. 2. de excep. vbi Fel. & alij doct. in c. sacris. ꝙ metus causa. nisi in casibus à iure expressis, & in c. statuimus. de sent. excom. in 6.

Sepeliri in loco sacro non debet excommunicatus.

Quinquagesimaprima, excommunicatus in cymitero sepeliri, vel in ecclesia non potest. Et si fuerit ibi sepultus, ossa eius, si dignoscantur, remoueri debent. c. sacris. de sepult. quibus enim viuentibus non communicamus, mortuis communicare non debemus. c. 1. 24. q. 2. & d. c. sacris.

Quinquagesimasecunda, excommunicatus officium iudicis implorare non potest, vt declaretur sibi exceptionem competere per l. si contendat. ff. de fideiusso. quia agere est, & impugnare, quod excōmunicato prohibetur, d. c. cum inter.

In integrū restitutionem non petit.

Quinquagesimatertia, non potest excommunicatus petere in integrum restitutionem, si læsus fuerit ob excommunicationem. Pan. & alij in c. significauerunt. col. vlt. de excep. & hoc si erat in culpa non petendo absolutionem. Alb. in l. in eadem. ff. ex quib. caus. maior. superius etiam dixi, quod excommunicatus spoliatus restitutionem non petit.

Quinquagesimaquarta, effectus excõmunicationis non suspenditur per appellationem, sed ea non obstante erit excommunicatus, qui ante appellationem erat. c. is qui. in fi. de sent. excom. in 6. c. pastoralis. §. 1. de appel. vbi Panor. assignat duodecim rationes.

Bona remanentis in excommunicatione per annũ sunt confiscãda. Quinquagesimaquinta, bona remanentis in excõmunicatione per annũ cõfiscari debẽt, teste Are. in c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. col. 3. de accusa. & docui practicã contra excõmunicatos, qua vti debent officiales regij ad cõpellendũ excõmunicatos, vt faciant se absolui per bonorũ distractionẽ. in repe. c. postulastis. in 4. no. de cler. excõ. minist. circa fi. vbi etiam dixi an post annum sit priuatus beneficiis. declarando ea quæ doct. not. in c. 1. de iudi.

Vassallus non iuuat dominum excommunicatũ vel hæreticum. Quinquagesimasexta, feudum excommunicato dari non debet Bal. in c. veritatis. de dolo. §. 1. hic finitur lex.

Quinquagesimaseptima, vassallus non tenetur adiuuare dominum excommunicatum, vel hæreticum. d. §. 1. hic finitur lex. c. alius. 15. 1. gl. in c. vno. quo tempo. mil. quod est notand.

Quinquagesimaoctaua omnibus sacramẽtis (excepto matrimonij) est priuatus, quia in suũ magnũ damnũ potest cadere. c. illud. 95. dist. c. ad eius verò. 5. dist. & c. significasti. de eo qui duxit in matr. Fel. in rub. de spons. nu. 8. in 12. priuileg. matrim. & adhuc bonus vir non auderet sic sumere istud sacramentum, ne esset perpetua discordia inter coniuges, quę ex hoc maximè prouenit, quando cum statu gratię sacramenta non sumuntur, quia vix bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. c. cum Paulus. 1. q. 1. ob id in hac patria nullus matrimoniũ contrahit, nisi sit eo vel præcedente die confessus.

Discordiæ cur in matrimonis interueniunt.

Papa non salutat excommunicatos. Quinquagesimanona, excõmunicatus pro mortuo habetur. doct. in c. grauẽ. de sent. excõ. ideo Papa non salutat eos, nec vocat fratres, vel filios, vt scripsi supra in verbo, dilectis. in forma. manda.

Notarius excommunicatus nõ conficit instrumentũ. Sexagesima, notarius excommunicatus non potest instrumenta recipere propter communionis periculum gl. & doct. in c. decernimus. de sent. excom. in 6. Spec. in ti. de instr. editi. §. restat, vers. quid si instrumentum confectum. Pan. in c. veritatis. de dolo. Dom. in c. nullus. 3. q. 4. Fel. in c. fraternitatis. de hæret. Et si receperit, non erit tamen nullum, quia iure cautum non est.

[Sexagesimaprima est, ꝙ excommunicatus non potest impetrare rescriptum, quòd si impetrauerit, est ipso iure nullum. c. 1. de rescr. in 6. scripsi in repe. c. postulastis. de cleri. excom. mi. vbi xx. conscripsi limitationes & ampliationes.]

Vltima prælato excommunicato obedientia denegari potest. Pan. & alij in c. cum non liceat. in 1. gl. de præscr. allegat cap. pastoralis. de appel. aliàs pœnas impræsentiarum omitto, sed has quilibet Christianus timere debet. [Si tamen episcopus, vel eius officialis mandet excommunicatum denunciari candelis accensis, & in terram proiectis, hoc regales dicunt abusiuum: licet ante istas hæreses lõgissimo tempore ecclesia vsa sit hoc iure in literis maledictionum: sed hodie contemnitur excommunicatio: sed væh illis qui eam contemnunt.]

De interdictis non leuiter ponendis.

Interdici non potest ciuitas, villa seu locus, nisi ex culpa ipsorum locorum aut domini, seu rectoris vel officialium: sed propter culpam priuatæ personæ non interdicetur locus, nisi illa persona prius fuerit excommunicata, & officiales requisiti, vt istam personam eiiciant: & ipsi intra biennium non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint: quòd si post biennium hoc etiam fecerint, mox resumi possunt diuina.



T quoniam [a] ex indiscreta interdictorum promulgatione, multa consueuerunt scandala euenire, statuimus quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa, aut locus, ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum, aut domini, seu rectoris, vel officialium. Propter culpam autem seu causam alterius cuiuscunque priuatæ personæ huiusmodi loca interdici nequaquam possint authoritate quacunque ordinaria, vel delegata, nisi persona prius fuerit excommunicata, ac denunciata, seu in ecclesia publicata, aut domini, seu rectores vel officiales ipsorum locorum, authoritate iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint. qua etiam post biduum eiecta, recedente vel satisfaciente, mox diuina resumi possint, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus

a 

T quoniam.) Quia olim in hoc regno indiscretè sententia interdicti ferri solebat, fortè ob pensionem non solutã, vel aliam causam, interdicebatur ecclesia. c. quęsiuit. de his quę fiunt à maiori parte cap. Et aliquando prouincia. cap. non est vobis. de sponsal. cap. ex rescripto. in fi. de iureiuran. nota in ca. si canonici. de offi. ordin. [Rex tamen dicebat se habere super hoc priuilegium, vt interdicto non subiiceretur terra regis, vt Procurator Regis allegauit aliquando contra episcopum Senonensem, vt est in libro vocato, Manuale placitorum in registris curię Parisiensis anno millesimo tricentesimo octagesimo sexto die 25. Februarij, & Clemens VI. concessit ne terra Regis, vel Reginæ, interdicto ab episcopis, vel aliis subiiciantur sine licentia sedis apostolicæ Ioanni regi Franciæ: quod priuilegium confirmauit Alexand. IIII. ac Nicolaus III. ac Martius IIII. vt est videre in libro antiquarum ordinationum, fol. 59. & seq.] & Bonif. Papa statuit, ꝙ locus nullus pro pecuniario debito interdiceretur sub data. 2. Cal. Iunij, põtificatus sui, anno 8. ideo iudices reprehendũtur nimis prompti ad proferendas easdem sententias, quia tẽpore interdicti diuina organa suspẽduntur, & lau *Interdictũ non profertur pro pecuniario debito.*

tur, & laudes, nec ecclesiastica sacraměta ministrātur vt solent, tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflāmantur & solidantur in fide, fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulant, & multiplicantur pericula animarum euenire, quæ solent multa ex hoc scandala: ideo statuit [concilium Basiliense,] non leuiter proferendas interdicti sententias. cui conuenit text. in extra. prouide. de senten. excommu. in communi. & in prag. vbi in reliquis gl. sufficiunt. ad eas recurrito. [& demum conuentum fuit inter Papam & regem, ad tollendum quæstiones & lites vt supponi possent regiis terræ, & regnum, hac forma in tex. isto conscripta.]

Mala quæ ex interdictis proueniunt.

Aduertendum est tamen ꝙ per hunc tex. fuit dictum in Parisien. senatu die 7. Ianuarij, an. 1537. contra episcopum Ambianen. quod abusiuè processerat cessando à diuinis propter excommunicatos in vesperis vigiliæ Natiuitatis, cum prius requiri debeant rectores locorum, vt deiicere habeant excōmunicatum, vel excommunicatos, & si rector vel iudex non deiiciat excommunicatum, vel excommunicatos, tunc cessandum erit: & sic prædicandus erit iste titulus non obstante c. certum. 11. q. 3. & aliis iuribus. [vnde dicit Arch. in c. episcoporū. de priuil. in 6. quem sequitur gl. prag. sanctio. in verbo, inde. quòd excommunicati debent ab ecclesia expelli, dum diuina celebrantur, & si non exeant, potest sacerdos eos impune eiicere ab ecclesia, dummodo sine effusione sanguinis hoc facere possit, alioqui recurrere debet ad brachium seculare, vt scripsi supra argu. ca. postulasti. de homi. & debet dimittere officium, si non exeant, nisi canonem missæ incepisset. c. illud. & c. nihil. 7. q. 1. quod intellige, vt superius dixi post requisitionem & denegationem iudicis secularis.

Praxis huius rub.

Imò anno 1543. die 22. Ianuarij, fuit in magna camera litigatum & declaratum. c. si canonici. de offi. ordin. in 6. in ecclesiis locum habere tantum, quæ hoc ex consuetudine habent, vt cessare possint à diuinis, vt ecclesia Lugdunen. ibi gl. exprimit, & tūc agebatur de vna ecclesia Lugdunensi collegiata, ꝙ canonici non possunt cessare pro priuatis, sed pro negotiis publicis sic, & antea requiri debet culpabilis, & postea si nolit quicquam facere, debent canonici simul illam cessationem concludere, & causam ob quam, tertio debent instrumento publico eam causam & cessationem notificare illi, cuius causa cessare volunt, qui si purgare velit causam, non cessabunt canonici, alioqui secus, & illa habentur in d. c. si canonici. & c. quamuis. ibidem, quod est notandum.

Intellectus ad c. si canonici.

Non habet tamen locum iste text. quando ipso iure interdicitur ciuitas, vt in c. vbi periculū. §. præterea. de elect. in 6. c. fœlicis. de pœnis, eodem lib. cle. 1. illo tit. nam hic prohibet ferri authoritate ordinaria vel delegata, non authoritate iuris. quia ius semper loquitur, & est in viridi obseruantia. l. arriani. C. de hæret. [Etiam ex hoc tex. patet ex culpa dominorum ciuitatis, vel domini, posse ciuitatem supponi interdicto, nam propter delictum domini, vel iudicis, puniuntur omnes ciues. per tex. in l. iudices. C. de nauicula. lib. 11. quem ponderat Corse. in sing. incipien. iudex. in 5. vbi plus post Barb. dicit propter negatam iustitiam à iudice, vel rectore loci, conceduntur pignorationes, & repræsaliæ, cōtra omnes illius ciuitatis incolas, quod videri potest per Bar. in suo tract. de repræsal. quas gallicè *marque* vocant, quando aliàs facilè prouideri non potest.

Notanda sunt sequentia in hoc titulo requisita.

Requisita in hoc titulo.

Primò ꝙ ciuitas, locus, vel dominus deliquerit, seu culpam aut causam commiserit, ibi nisi ex causa, seu culpa, quia sine causa puniri quis non debet. per reg. iuris. in 6. c. sine culpa.

Secundò, quod ista causa, seu culpa, tangat iudicem ecclesiasticum, aut personam ecclesiasticam, aut rem diuinam, alioqui si secularem, imponeretur mulcta, vel alia pœna pro modo delicti, vt per totum titulum de pœnis.

Tertiò, quod hæc culpa proueniat à domino illius loci, seu à rectore, vel officialibus, vel ab habitantibus in illo loco, vnde Tholosæ, cum cordigeri obseruantes requisiuissent senatum Tholosanum, vt eiicerent alios religiosos non reformatos, & senatus non obtemperaret, fuit ciuitas interdicto supposita me ibi profitente iura, quod durauit per duos vel tres menses.

Quartò quòd si culpa prouenerit ex priuata persona, oportet quod prius illa excommunicetur, & publicè nuncietur à iudice ecclesiastico, ibi, nisi persona, &c. Et dicitur persona publica, quæ habet iurisdictionem in ciuitate, priuata verò, quæ nullam habet. vt scripsi per illum tex. in l. pupillus. §. munus publicum. ff. de verb. sig.

Persona publica & priuata quæ dicatur.

Quintò, ꝙ domini locorum requirantur à iudice ecclesiastico, vt illam personam excommunicatam intra biduum eiiciant, vel satisfacere compellant, nam postquam fuit excommunicata persona, & publicata, non habet ecclesia quid vltra faciat: ideo requirit secularem, vt habetur in c. cum nō ab homine, de iudi.

Sextò, ꝙ d. seculares requisiti non eiiciant intra biduum, nec satisfacere compellant, nam si hūc excommunicatū cum effectu eiecerint, vel satisfacere compulerint, videlicet in carceres detrudendo vel bona illius vendendo, non supponetur locus interdicto, quia sine culpa sunt seculares, qui faciunt quod possunt. l. in iure. ff. de reg. iur.

Septimò, quòd si persona expulsa satisfecerit, statim sine alia absolutione & rehabilitate assumi diuina poterunt, ibi, mox diuina resumi possint, quia cessante causa cessabit effectus. l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante, de appel.

Octauò, licet vniuersitas non possit excommunicari, & omnes habitantes alicuius loci, quia ibi sunt pupilli, & furiosi, qui delinquere non possunt. c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excom. in 6.

Ciuitas quādo interdicto supponi possit.

Tamen bene potest vniuersitas & ciuitas supponi interdicto. c. si ciuitas. de sent. excom. in 6. requiritur tamen quòd ciuitas deliquerit ex consilij deliberatione, & cōclusione. l. semper. §. si in sepulchro. ibi, communi consilio plurium. ff. quod vi aut clam. alibi de hoc scripsi, his nunc contentus.

De sublatione clementinæ literis.

Non statur verbis narratiuis Papæ, etiamsi super illis sit fundata intentio sua, super resignatione beneficij, aut depositione, vel in præiudicium tertij, nisi per publica instrumenta, vel authentica, de hoc constet.



NEcnon [a] cõstitutionem de eorundem fratrum nostrorum consilio editam, qua cum irritanti decreto statuimus, decernimus, & ordinamus, quod extunc de cætero perpetuis futuris temporibus, de cessione regiminis, & administrationis ecclesiarum & monasteriorum facta per eos, qui ecclesiis & monasteriis ipsis præerant, seu illam administrationem, seu cõmendam, aut vt aliis vnitam aliàs obtine-

In proœmio supra est de antiquatione constitutionis clementinæ, quam literis, vocant, sed in idem reincidit, vnde nihil commutare volui.

Verba narratiua non probant.

a  Ecnon.) Licet de iure ex narratione in iure posita, vel in ordinatione non possit sumi argumentum à contrario pro decisione aliquarum causarum, nec etiam directo, vt allegatur gl. sing. in l.vna. C. quando non petentium partes. Est tamen similis in c.auditis.in verbo, ex post facto.de elect.& in c.fi.in verbo, nõ teneris.de dolo.in 6.& in c.vno.in verbo, collationem.de rerum permu.eo.lib.& in c.abbate. in verbo iudicio, de re iudi. ibidem facit c. si Papa. de priuileg.in 6.per Barb.in c.filius. col.6. nu.10. de testa.& in c.Raynutius.col.6.& ibi Bened.in verbo, testamentum. in 1.nu. 67. & Barb.in c. Raynaldus. col.21.de testa.ac consil.60.col.5.in 1.vol.& cons. 38. col.10.2.vol.Io. Franc. Bal. in repet.l. Celsus.3. not. col.5.ff.de vsuca.Ideo si in instrumento dicatur, Titius procurator talis, vt constat instrumento sumpto per talem, non per hoc probatur Titium esse procuratorem, nisi instrumentum ad quod fit relatio, producatur.tex. in auth.si quis in aliquo. C. de edend.& ibi expressè Bal.& alij. Alexan. consil.181. lecto. col. 4.in 3. vol. & verba narratiua facientia mentionem de vnione, non probant eam. Deci. cons.522.in causa.col.3.

Tamen ex narratis per Papam (vbi sua fundatur intentio) de iure probatio oritur.cle.literis de prob. imò si narretur aliquid in literis principis, quod sit de facto alieno, si motu proprio ita narrat, dummodo literæ fundentur super dicta narratione, probant.sic consuluit Alex.consil. 112. visa copia. col. 1. in 7.vol.& Soci.cons.266.in causa. col.11. vers. præterea.in 2. vol. doct. in dicta cle. Pan. & alij in c. ad audientiam. per illum tex. de præscr. quod hodie etiam est correctum hic. & in prag. sanctio. vbi gl. plenæ & fertiles ponuntur, ad quas recurrito.

Not. quando non credatur principi.

Item non creditur Regi, vel principi, imò nec Papæ, si dicat in suis literis quòd talis rebellis fuit, vel proditor, & ob id amisit feudum, quod ab ipso tenebat: quia testificatur in causa propria, in qua nullus est idoneus testis.l.nullus.ff.de testi. Dec. cons. 445. in casu. col.11. & cons. 528. pro resolutione. & cons. 344.serenissimus.& cons.576.in fi.& cons.606.serenissimus. aliàs esset in potestate principis priuare aliquem iure suo sine causa ex sola assertione, quod absurdum reputat Feli.in c.quæ in ecclesiarum.co. 5.de constit. & in c. ad audientiam. col.3. & seq. de præscr. dixi in tract. de reprob. & saluatio.testium, quando testis in propria causa recipiatur. Et si vis scire quando verba enunciatiua seu narratiua probent, vide per Bar.& alios in l.ex hac scriptura.ff.de donatio.& in c.si Papa. de priuileg. in 6. & quando. proferuntur in iudiciis, vel in contractibus, seu in vltimis voluntatibus, aut in rescriptis, seu priuilegiis, vel in actib. liberatoriis, seu in actib. in quibus agitur de obligatione contrahenda, an probent. vide plenissimè per Vitalem de cambanis, in tract. clausu.in clausula dedit & donauit Titio, &c. & quę addidi ad d.l.ex hac scriptura.

[Notare debemus sequẽtia in hoc requiri titulo.

Primò quòd verba sint narratiua, seu enũciatiua, quæ dicuntur ea, quæ narrant, vel enunciant aliquid præter substantiam actus gesti doct. in c. si Papa. de priuileg. in 6. inferius declarabitur. *Narratiua verba vel enũciatiua, quæ sint.*

Secundò, ꝙ illa verba sint narratiua resignationis beneficij, vel commendæ, aut administrationis, ibi. de cessione regiminis. vnde si Papa dicat conferimus tibi beneficium S.Seuerini, ꝙ olim fuit coram nobis resignatum, nisi probetur resignatio, nõ valebit prouisio, oportebit ergo per publica instrumẽta, aut per authentica, probare dictam resignationem, nec poterit probari per ista verba, quòd fuit resignatum coram nobis, quia sunt verba narratiua & enunciatiua, quæ non probant. l. ex hac.ff. de dona.

Idem si Papa diceret in suis literis, tale beneficiũ, quia aliàs fuit tali ecclesiæ vnitum, ad illam pertineat, nisi appareat de vnione, hæc verba non probabunt vnionem, ideo opus erit illam probare, vt doct.not.in c.sicut vnire.de excessib.præl.& Perus. in tract.de vnione beneficio. *Resignatio vel vnio nõ probatur per verba narratiua.*

Idem si dicat prouidemus de beneficio S. Pauli Parisien.vacans per priuationem, aut depositionem talis curati vltimi possessoris, illa verba non probãt priuationẽ, nec depositionẽ, si nõ probetur per acta, vel instrumẽta publica, seu authentica, vt hic.& c.2. de fide instr. vel procurator talis insinuauit literas nominationis, &c. nõ probatur eum esse procuratorẽ, vt dicit Bal.in rub.de fide instr.col.6.quem refert Feli.in c.nonnulli.§.fi.col.5.vers.1.per id.de rescr.

Idem dixi in aliis actibus, cum sit eadem ratio, vnde cum Papa contulisset beneficium in laici prę-sentatione consistens, sub his verbis, prouidemus de tali beneficio, cuius collatio & prouiso ad nos deuoluta extitit, non credetur illis literis de deuolutione, nisi probetur.vt scripsi in praxi beneficiali, in rescripto deuolutionis.

Tertiò, ꝙ ille actus resignationis, vel alius non probetur aliàs quã per narrationẽ, alioqui credere-alteri instrumento publico de hoc facto. & in prag. est literis apostolicis, vel aliis quibuscunque, ergo vult habere locum in quibuscunque literis ibidem.

Quartò, requiritur quòd illa narratio pręiudicet tertio, ibi, præiudiciũ tertij, alioqui si tantũ afferret

præiudicium

præiudicium narranti crederetur illis verbis. per arg.à contrario istius text. doct.in l. beneficium. ff. de constit.princ.

Quintò,requiritur q̃ is,in cuius vtilitatem factæ sunt literæ,probet,si pars neget, contenta in literis esse vera, videlicet quod sit resignatũ, vel alia narrata esse vera.vt in c.2.de rescr.dixi in prax.bene.

Sextò,probatio debet fieri per publica instrumẽta, vel documenta authentica. per istum text. & sic non poterit fieri probatio per testes, licet per prag. posset probatio fieri per testes, vt in illo tex. patet, quia parem vim habent testes & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instru. Tamen hic omisit de industria testes,volẽs nõ posse per testes probari, & hoc dicit iste text.ibi,altero ex præmissis modis doceretur, ergo aliis modis non recipietur probatio, quia de duabus ponit,& sic de aliis negat. c.nõnne, de præsumpt.l.cum prætor.ff.de iudi. scripsi in §. fi. supra.de nominatio.regia.

Verba narratiua an semiplene probent. Vltimò his verbis narratiuis non credetur etiam quo ad semiplenam probationem, quia hic totum negat.& hoc firmat gl.prag.sanctio.in verb.nõ præiudicent, nec in iudicio nec extra. vt in hoc tex. & ideo si conferatur alicui Titio clerico beneficium, non per hoc probatur clericus,per istum tex.quãuis contrariũ teneat Feli.in c.nonnulli.§.fi.amplia.4.de rescr.quia hic est statutum,quod si vidisset Feli.hoc non dixisset. alia videri possunt in gl.prag.]

bant,seu resignatione[a] aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, seu cessione iuris in eis, vel ad ea quomodolibet competentis, aut priuationis vel depositionis,aut censuram fulminatione, etiam in literis Apostolicis à nobis & sede Apostolica etiam motu proprio pro tempore emanatis, quæ in manibus Romani pontificis factæ dicuntur,contentis,etiam si super illis narratis fundaretur intentio, constare & apparere deberet per publica instrumenta vel documenta authentica. alioquin tam in iudicio quàm extra illud narratiuis, & assertionibus huiusmodi in præiudicium tertij minimè stari, nec ex illis alicui præiudicium afferri deberet,nisi de huiusmodi narratiua & assertione, etiam in literis apostolicis facta, altero ex præmissis modis doceretur, innouamus, illámque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari mandamus.

a Resignatione.) Et sic videtur hic fieri differentia inter resignationem, & cessionem:vt resignatio dicatur de beneficio, cessio verò de iure, quod habet quis in eo,ista tamen differentia sæpius confunditur : vt superius scripsi in gl.cessionem. §. monasteriis de nomina.regia.

Notãdum est tamen differentiam latam esse inter resignationem, & constitutionem procuratoris ad resignandum, illa enim facta reuocari nõ potest. c.3.de renuncia.& c.quàm periculosum.7.q.1.Nam remittentibus actiones suas amplius non est dandus regressus.l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædili. edict. hæc vero si antequam procuratores resignauerint,aliam differentiam posui in gl.vlt.in fi. §. volumus supra de colla. Verum, quia hæc materia reuocationis procuratoris est vtilis, & in curiis frequentissima, ob id aliqua hic duxi breui adnotanda,quæ quotidie in forensi iudicio exercentur. *Resignatio & constitutio procuratoris ad resignandũ differunt.*

Imprimis figenda est nobis regula in beneficialibus, q̃ procuratori constituto ad resignandũ debet notificari reuocatio,antequã resignauerit,vel collatori cõferre valenti,aliàs cessio valebit,etiã post reuocationẽ nõ notificatã.tex.in cle.vnica.de renunc. ratio ibi ponitur,quia illusio & variatio sunt prohibitæ maximè clericis,vt abundè scripsi in repetitio. l.quod iussit.in ratio,dubitandi.ff.de re iudi. *Reuocatio procuratoris ad resignandũ,cui intimari debeat.*

Amplia siue sit vnus procurator, siue plures, vt omnibus notificari debeat. cle.1.de appel.aliàs resignatio ab eo,qui nesciuit se reuocatum facta,valet. quia in isto actu sufficit iuris fictio,quæ fingit mandatum durare, antequàm notificetur reuocatio. teste Bal.in c.audita.col.2.de resti.spolia.& licet d.cle. singulariter scripta sit, tamẽ si plures interuenerint, locum habere debet,vt scribit iurisconf.in l.1. §. itẽ hoc edictum.ff.quod falso tuto.auth. gest.esse dicetur.in gl.nominationis.in §.præfatique graduati.de coll.supra scripsi. [Si tamẽ quis constituerit plures procuratores ad resignãdum sine clausula insolidũ, valebit resignatio facta per vnum, quia in spiritualibus non habet locum c.si duo.de procu.in 6.vt ibidem dicitur in §.fi.sed collator idoneiorem procuratorem eligit, ideo si Papa vnius resignationẽ admittat,valebit,nec obstat.c.si quis insto. de electio. in 6. vbi nõ debet admitti vnus, quando duo sunt constituti. resp. loqui in actu electionis, q̃a possent in plura vota plures dirigere, quod secus est in resignatione, in qua non est nisi declaratio solius volũtatis,& facti,quod potest per vnũ fieri,& non potest constituens prætendere interesse, siue sit resignatũ per vnum,vel duos, cũ vnus ita bene declarare voluntatem posit,sicut duo,sed in iudicialibus potest partis interesse,vt vnus sine alio non procedat,quia fortè agitur de dictando articulos, vel respondẽdo, vbi pars capi potest,& ideo eligit vnum industrium, & alterum non æquè, & voluit quod vterque actũ expediret,& ipse constituens non deciperetur,& sic electa est industria personæ in his iudicialibus,sicut dicitur in l.si in tres.ff.de arbit. quod non est in mera resignatione, si procurator resignauerit, vt pars voluit,in fauorem talis,prout fuerat constitutus, alioqui illuderetur Papæ,& collatoribus.cõtra c.bonæ. 2.de postula.præl. quod secus esset dicendum,si constituam Titium simpliciter ad resignandum,& Seius resignauerit,tunc resignatio non valebit,quia in omni actu debet interuenire voluntas & potestas,quæ potestas non interuenit,cum nõ esset procurator. ergo gestum ab eo nullũ est.per c.extirpandæ.&c.super.ibi,velit& posit.de præb.scripsi supra in §.1.in verbo,subire voluerit.de collat.] *Resignatio facta per vnũ si plures sint constituti an valeat.*

TT 3

Secundò, siue constitutus fuerit procurator clericus, siue laicus, nempe laicus procurator constitui potest ad præsentandũ mandatum, & insinuandum nominationes, vt scripsi in tractatu nomina. q. 14. nu.95.& ad acceptandum, & resignandum. doct. in c.accedens.de præb.gl. & Cardi. in dict.cle. vnica. de renunciatio. & quia in his personis quo ad hoc non est ratio diuersitatis.ideo ius idem constituitur. l.illud.ff.ad legem Aquil.

Tertiò, post concessam licentiam cedendi & obtentam cogitur quis cedere.c.quidam.de renunciatio.nec potest procuratorem, vel plures constitutos reuocare. gl. & doct. in verbo, cedendum. in dicta clem.quod in praxi vix seruaretur.

Procuratori constituto sub conditione notificari debet reuocatio.

Quartò, etiam si sub conditione essent constituti procuratores, vel in diem, his etiam notificatio reuocationis fieri debet, quia conditione euenta pro pure constitutis habentur. gl. in dicta cle. in verbo, liberè.scripsi de hoc verbo, in §.præfatique ordinarij, in gl.liberè.de colla.in concord.

Quintò, reuocatio debet peruenire ad notitiam cõstituti procuratoris, vel collatoris, siue fuerit expressa reuocatio, siue tacita, quia illusio & variatio isti etiã inest, & ideo si quis cõstituat ꝓcuratores ad resignandũ corã Papa, non poterit postea corã ordinario resignare, nisi collatori, aut procuratori cõstituto notificauerit, quia tacitũ nõ debet plus operari quàm expressum: l.cũ quid.vbi plenè Ias. ff. si certũ petatur. & statutũ in expresso habet locum in tacito.gl.in l.item quia.in verbo, malè agitur.ff.de pact. & in l.2.in fi.si cert.pet. & quia dicta clem. loquitur generaliter, quomodolibet duxerit reuocãdũ, ergo de qualibet intelligitur reuocatione.l.1.§.1.ff.de leg. præstã. Tum etiã quia illuderetur Papæ, & collatio illius ex arbitrio partium pendere videretur. cõtra. c.bonæ.in 2. de postula. præl. & sic consuluit Barba. conf.48.in 4. vol.& bis iudicatũ fuit in senatu Burdegalẽsi pro ista sententia, vt asserit Boer. in decis. 207.ad secundã, & sic debet fieri ista intimatio procuratori, siue collatori, alioqui ante notificationem procurator resignare iure poterit, & collator cõferre.arg.l.si fortè.ff.de offi.præsiden.vbi addidi.& Ias. in l.more.col.3.de iurisd.omnium iudicatum.

Tacita reuocatio etiã notificari debet.

Idem si quis constituerit secundum procuratorẽ, non tacitè censetur primum reuocare.c.non iniustè. de procurato.l.si quis cum.§.vlt.ff.illo tit.Sed tamẽ non nocebit ista constitutio secundi procuratoris, nisi reuocatio fuerit notificata procuratori, vel collatori. & ideo licet secundus procurator resignaret ante primum, nõ valebit, nisi notificata fuerit reuocatio. Quod facit contra eos, qui postquam constituerint vnum, vel plures procuratores ad resignandum in fauorem vnius, vt non possint alios constituere, nisi reuocatis primis, & notificatione facta ad hoc, vt constitutio secunda valeat.

Nisi qs in vno instrumẽto cõstituerit ꝓcuratores ad resignãdum corã Papa, aut ordinario, tũc poterit ꝓcurator cõstitutus resignare corã ordinario, licet pars miserit ad Papã: nẽpe in alternatiuis est electio debitoris.l.3.ff.de eo ꝗ cert.loco.& tũc nõ est variatio, nec illusio, & sic cessat ratio. Imò facta resignatione corã Papa si nõ sit per resignatariũ oneri ferẽdo habita signatura, poterit cõsentire, vt ordinarius sibi cõferat, & tũc videtur collationi Papę renũciare quaten⁹ sibi repugnaret, & ordinarij collationẽ amplecti: nã potest qs renũciare id ꝗ est in fauorẽ suũ introductũ, vt est notũ, & plures obtinere titulos: c. post electionẽ.de cõcess.pręb.& hoc sæpi⁹ fieri solet.

Habita signatura ab ordinario etiã recipi solet collatio.

Casus in quibus intimatio fieri non debeat.

Primò, fallit quãdo procurator esset constitutus per metum, vel vim, tunc reuocatio etiam non intimata valebit per tex.in verbo, sponte à contrario in d.cle.vnica.vbi gl. ponderat tex.dicentẽ secus esse.si per metũ. quam ad hoc singularem clamat Io. de Selua.in tract.de beneficio.in 3.parte.q.16. Ideo tex.ibi dicit liberè, vt superius dixi, quia constituẽs in libertate esse debet. [sic consuluit Carolus Ruinus cons.121.quia.nu.19.& seq.in 4.vol.]

Reuocatio per mortẽ non exigit notificationem.

Secũdò, fallit si reuocatio fieret per mortem cõstituẽtis, tunc etiam non intimata valebit, quia non est in hoc casu, qui possit notificare reuocationẽ, nec aliquis illudit Papæ, nec est illusio vel variatio. teste Fel.in c.ex parte decani.col.10.vers.fallit 8.de rescr. nam mors omnia soluit.§.deinceps.in auth.de nupt. colla. 4.ergo non est necessarium factum hominis. l.eius. vbi doct. ff. si cert. pet. Et mandatum morte mandantis ipso iure finitur.l.mandatum. vbi plenè scripsi Bal. C.mand.

Parti notificatio reuocationis fieri debet in causa permutationis.

Tertiò, fallit quãdo procuratoriũ esset factũ causa permutationis, tũc sufficeret intimare parti re integra, quia tũc pars altera, in dolo esset, si postea eã expediret.doct.in c.fi.in fi.de procu.in 6.prob.Fel.in d.c.ex parte decani.co.8.vers.d.cle.1.Et quãuis pars postea resignaret suũ beneficiũ, altera tamen pars, quę illi intimauit, nõ tenetur resignare suũ post notificationẽ. Et ita fuit in hoc senatu iudicatũ, vt refert D.Probus in rub.de renunc.in 6.in addit.ad Io. Monac.qa permutatio nõ potest cõpleri. nisi vtraq; pars resignet suũ beneficiũ, si re integra pars alteri parti notificet nolle resignare, permutatio autẽ quæ initiũ capit ex re, euanescit.l.1.ff.de rer.perm.& l.iurisgentiũ. in prin. vbi gl.& doct. de pact.ergo parti sufficit intimare, facit l.cum quis.§.1.ff.de solu.

Parti intimatio reuocationis fieri potest, quãdo procurator est constitutus in fauorẽ.

Quartò, perdit officium regula ista in procuratore constituto in fauorem, pro cuius reuocatione sufficit etiam parti, in cuius fauorem factũ est procuratorium notificare, tum quòd eadem ratio videatur sicut in permutatione, tum quia quædam videtur conuentio, & contractus inter constituentem procuratorem & acceptantem. Igitur illa reuocatio notificari debet ei, cũ quo conuenit. l. si mãdassem. ff.mand. & ista sententia est valde æqua, quam tenet gl. in verbo, faciẽda.in d.cle.vnica.& Io.de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte.q. 16. & D. Probus in add.ad Io.Monac.in rub.de renunc. in 6. in fi. & ista seruatur in iudiciis, & maximè procedi, quando pars acceptauit notificationem reuocationis, dicẽs se cõtentã, & quòd illo procuratorio ad resignãdũ vti nolebat, imò ei renunciabat, tũ quia fauori suo renunciare potest. c. si diligenti. de foro compet. si postea facit expedire, nõ valebit expeditio tãquam facta sine consensu resignãtis. Tamen is qui reuocat tenetur ad omnes impensas, quas pars cui datũ erat procuratoriũ fecit tã pro cursore mensulario, ꝗ̃ pro aliis.per l.quidã.vbi Bar.ff.de dolo.& expressius Bal. in d.l.si

Reuocans ad expensas tenetur.

in d.si mãdassem.in repet.ff.mãda. & in l.mãdatũ. C.illo tit.facit l.fi.ff.de eo,per quẽ factũ erit Barba. cons.15.præclare.col.3. in 2.vol.Rom.sing.284.procurator.[Alioqui dolus & fraus parti intimatæ prodesset.contra ca.ex tenore.de rescr.& postquã certa est persona, cui fieri debet intimatio, illi intimatio fieri potest, sicut dixi in permutatione, nec minor ratio videtur in hac resignatione in fauorẽ,sed quia olim non fiebat.c.episcopo.& seq.ac per totũ 8.q.1. Ideo fuit introductum, vt collatori vel procuratori fieret,quia certi sunt,sed cũ pars in resignatione in fauorẽ,& causa permitationis certa sit,intimatio illi parti fieri potest, nec refragatur quod cle.loquatur generaliter,verũ est,sed ex aliis iurib⁹ restringitur,sicut de pmutatione,& in aliis casibus,& in isto in fauorẽ, & sic fuit nouissimè iudicatũ in senatu.]

Quintò,notificatio facta secretè à parte negata, quæ probari nõ potest,perinde erit,ac si facta nõ esset,nam paria sunt non esse, & non apparere l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.gl.in verbo,deducta.in d. cle.nõ negarẽ tamen intimationẽ fieri posse verbo, coram testibus,dum notificata sit ei cui debet fieri, cũ in d.cle.nõ dicatur scripturã necessariã. Et actus tantũ valet sine scriptura,quãtum cũ scriptura. l.pactum quod bona fide. C.de pact.& parẽ vim habẽt testes & instrumẽta.l.in exercendis. C.de fide instr. Nec iste casus est de requirẽtibus scripturam, quos scribit glo.in c.1.de censib.in 6.alioqui, si non inueniretur notarius reuocatio conquiesceret, quod non videtur verum.

Reuocatio sine scriptis an valeat.

Sextò,nõ sufficit si notificaretur cursori, quia nõ est satisfactũ dictæ cle.volẽti.notificari debere procutatori,vel collatori.hoc docet Fel.in d c.ex parte.col.8.nec refragatur,si dicatur cursorẽ esse in dolo,quia verũ tacuit.Resp.nõ esse in dolo,quia tacẽs verũ nõ peccat,nisi sit in testẽ productus.Inno.in c. 1.de crimi.falsi.Ias.in l.1.C.si cõtra ius. Nec tenebatur credere hic cursor alteri, cũ sæpius vnus alium decipiat,etiam conductus erat à domino. Ideo domino suo prodesse debebat. & d.cle.dicit reuocationem debere venire in notitiam collatoris, vel procuratoris,& cursor non est talis,&c.

Cursori intimata reuocatio nõ valet.

Septimò,vbi agitur de præiudicio solius reuocãtis,valet reuocatio,etiã nõ intimata,& gesta p procuratorẽ postea sunt nulla.Card.in d.cle.vnica. vnde procurator cõstitutus ad acceptandũ,si fuerit reuocatus expssè,vel tacitè,nõ poterit acceptare, etiã si reuocatio nõ fuerit notificata. Doct.in c.fi.per illum text.de procur.lib.6.Bal.in repet.d.l.si mandassem.ff.mãda.l.sed & socius.§.si absenti.pro socio.

Reuocatio in præiudicium reuocantis valet.

Octauò,fallit in nuncio,per gl.in d.cle.vna.& in c.tibi domino.63.dist.quia verba in personã domini concipit,& est pica, & organũ ipsius domini.gl. in l.multũ.C.si quis alteri vel sibi.Bald.in c.audita. col.2.de restit.spol.tamẽ putarẽ renunciationẽ beneficij valere,si reuocatio non perueniret ad notitiam ipsius nuncij,quia ratio habet etiã locũ in eo, scilicet illusio & variatio, ergo & dispositio, & ita docto.ibi.& Feli.in d c.ex parte.col.10.asserunt.

Nonò,limitatur quando reuocatio esset intimata post resignationem,antequam tamen procurator consenserit,quia tunc notificatio valet, nec poterit postea procurator consentire, quia à consensu dependet omnis actus, nec sine illo valet aliquid. l.si per errorem.ff de iurisd.omn.iudic.l.in negotiis. de regu.iur.sed postquã procurator inuenitur reuocatus,non potest consentire, quia non est procurator, ergo postea gestũ non valet.c.mandato.de procur. Nec refragatur,quòd omnia nõ erant integra, quia respon.quo ad resignationem, in qua interuenire debet consensus resignãtis, adhuc omnia esse integra,quia à suo consensu pendebat cessio beneficij, ergo post reuocationem consensus præstari non debet,si reuocatio perueniat ad eius notitiam. Imò dicit glo.fin.in c quamuis.de procur.in 6. Quòd si de mandato non fuit facta fides procuratori,tunc tenet reuocatio etiam non notificata, quod etiam approbat Io.de Ana.cons.25.vtrum præsentatio,& hoc est vtile,nam cum in curia Roma.sub spe procuratorij mittendi interdum beneficium resignet procurator,antequam tamen recipiat mandatum,valebit reuocatio,etiam non intimata procuratori, si non constet de alio mandato.sic docet Alex.consi 83. in causa.colum 2.& 3.in 7.vol. Ideo cauti non mittunt procuratoria,nisi quando opus est.

Reuocatio post expeditionẽ & ante cõsensum an fieri possit.

Reuocatio nõ intimata valet, quãd fides non e[st] facta procuratori.

Decimò,non valet reuocatio procuratoris intimati vni collatori, sed omnibus oportet notificare, qui conferre possunt,si quilibet in solidum hoc poterat glo.in verbo,facienda.in d.clem.vnica.scripsi in tractatu nominationum, quæst.14.nume 80. Et ideo si reuocatio sit facta & intimata in cancellaria, & expeditio sit facta postea in camera, valebit dicta expeditio. vt plenè scripsi pro domino Guillelmo Fab.& obtinuit in magno regis consilio, vnde intimatio vtrique cameræ fieri debet, affigendo ibidem saltem pro foribus dictam reuocationem, & vt vtrique collatori notificatio fiat, prout notat Ioan.Monach. in cap.cupientes. nu.22. de elect.in 6.notificatio tamen facta episcopo sufficit adhoc vt vicarius eius iure postea non conferre possit, vt scripsi in d.q.14. Nam postquam reuocatus est episcopus, & eius vicarius reuocatus censetur, à quo dependet potestas, vt in praxi, benefic scripsi.

Non sufficit vni collatori notificare.

Vndecimò,non procedit in eo,qui cõstituit procuratorem ad consentiendum recredentiæ,seu sententiæ manutenentiæ,habendæ coram tali iudice, quia tunc sufficit reuocationem parti intimari, per cap ex parte decani. de rescript.vbi in iudicialibus sufficit reuocationem parti intimari, quod ibi Feli. limitat,qui videri potest.& docto.in cap.2.de procurat.in 6.Bald.in l.1.C. de satis dando. Nec refragatur quòd agatur de beneficio, & ferè de renunciatione beneficij, ergo debet seruari dispositio illius cle.Respon. coram laicis fieri non potest iure resignatio,& si iure fiat, illis oportet intimare, quia collatores sunt an procuratori,sed iudex non poterat conferre, licet sententiam proferre posset, ergo illi non est intimanda reuocatio, sed sufficit parti factam esse, & ita fertur in magno consilio iudicatum.

Notificari parti [illegible] an do [sufficiat] ad reuocationem.

Duodecimò,sufficit reuocationis intimatio parti,quãdo est procuratorium generale, nõ nominato procuratore vel factũ ad resignandũ corã quolibet

In generali procuratorio parti notificatio facta valet.

poteſtatẽ habẽte, quia per partẽ ſtare quodãmodo, videtur ꝙ reuocatio nõ poſsit peruenire ad collatorem, vel procuratorẽ, & tũc ſufficit intimatio etiam parti facta. d.cle.vna.& ibi doct.Sic firmat D.Probus in d.rub.de renũciatio, in fi.quãuis procuratoriũ nõ valeat, ſi aliquis nõ fuerit procurator nominatus, quia eſt de ſubſtãtia. vt ſaltẽ vnus procurator nominatus ſit.l.2.ff.de procur. & tũc poterũt poſtea addi alij, vt dicit ſeruari Boer. vt ſcripſi in gl.etiam ceſsionẽ.§.1.de nomina.regia.in addi.& ſicut cõſtitutus procurator debet eſſe certus & ſpecialis, ita & reuocatio procuratoris ad reſignãdũ debet eſſe ſpecialis tex.in l.actione.§.actione.ibi, niſi prohibuerit eũ dominus ſpecialiter renũciare. ff.pro ſocio. Plus dicit D.Probus, vbi ſupra, cautelã tũc eſſe, quando procuratoriũ eſt generale, vt expediatur ꝓuiſio in fauorẽ alterius, quã illius cui fuit notificatio reuocationis facta, ſed ſi iſta cautela haberet locũ, ſequeretur, ꝙ ſi procurator eſſet cõſtitutus ad reſignandũ in meũ fauorẽ, ſi mihi notificaretur, quod ego poſſem expedire in fauorẽ alterius, quod nõ eſt dicendum, quia ſolet apponi clauſula, nõ aliter, nec aliàs, nec alio modo, de qua aliàs ſcripſi, ergo nõ poterit fieri ꝓuiſio in alterius fauorẽ, & notificatio iure vni facta afficit alios. vt in d.cle.vnica.& ſupra dixi.

Reuocatio ſpecialis eſſe debet.

Decimotertiò, quãdo ſtaret per partẽ quominus intimaret procuratori, aut collatori, tunc valebit reuocatio tex.in d.cle.1.in fi. vt ſi cõſtituerim procuratorẽ ad reſignandũ in fauorem cuiuſdam nobilis, poſtea cum vellem reuocare, & intimare procuratori, vel collatori, detruſit me in carceres, vel dolo fecit, vt ſe abſentaret collator, & procurator, tunc valebit hoc probato reuocatio, etiam ſecretè facta, vel parti intimata. Bonif.in d.cle.facit l.quod te.vbi plenè docto ff.ſi cert.peta.

Decimoquartò, fallit in procuratore cõſtituto ad præſentandũ, vt valeat reuocatio etiã nõ intimata, quia cle.loquitur de ꝓcuratore ad cedendũ, ergo in alio locũ nõ habebit, vt cõſuluit Paul.cõſ.361.venerabilis.vlt.dubio.vol.1.ex nouiter impreſsis, quẽ ſequitur Aymo Crauette in cõſ.76.ꝓponitur, & Cæſar Lãbert.in tracta.magno iuris patro.in 14.art.4.q.principa.primæ partis.2.lib.ſed ego nũc nõ diſcutio, alibi, dum operæpretium fuerit, ſcripturus.

Procurator cõſtitutus ad præſentãdũ nõ poteſt præſentare poſt reuocationẽ etiã non notificatã.

[Et contrarium tenui in praxi beneficia. cũ non inueniatur ratio diuerſa inter conſtitutum ad conferendum vel ad præſentandum, & tamen valet collatio facta antequam fuerit reuocatio intimata vicario.per l.ſi forte.ff.de offi.præſi. Lud.Rom.ſing. 57.fuit quæſtio.alia plenius ibi tractaui.

Vltimò, ſufficeret intimatio facta notario, antequam procuratoriũ eſſet expeditum: quia tunc non eſt ꝙ parti intimare debeã cũ nihil habeat. ſicut de contractu, qui nondũ eſt perfectus dicit Paulus in l. cõtractus. C.de fide inſtr.& ſi notarius poſt reuocationẽ illi intimatã expediret, procuratoriũ nõ valeret, & puniri deberet tanquã falſarius. quia procuratoriũ reuocatũ habetur, ac ſi nõ eſſet. arg.l. duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.ſi ipſe expediret contractum, qui nunquam fuit factus, falſi puniretur ſic.& hic facit ca.ex parte decani.de reſcri.& cap.in noſtra.de procura.& ibi doct.]

Quomodo debeat iſta intimatio fieri? ex his quæ ſcripſi in tracta.nomi.quæſt.14. decidere poteritis. Iſta precor boni conſulite, quia vtiliſsima, & non bene hactenus elucidata.

De firma & irreuocabili Concordatorum ſtabilitate.

Hæc conuenta Bononiæ facta vult inuiolabiliter obſeruari, vim contractus & obligationis inter conuenientes habere, & non poſſe in aliquo etiam per Papam his derogari, & in contrarium facta irrita decernit.



ET quia [a] ad ſupradictã concordiam cum præfato Franciſco rege ob illius ſynceram deuotionẽ, quam erga nos & ſedem prædictã habet, quum ad præſtandam nobis reuerentiam, & filialem obedientiam, ad ciuitatem noſtram Bononiæ perſonaliter venire dignatus eſt, cõſentimus, illamq́; inuiolabiliter obſeruari deſideramus: Illam verò contractus & obligationis inter nos & ſedem apoſtolicã prædictam ex vna: & præfatum Regem & regnum ſuũ ex altera partibus, legitimè inniti, vim & robur obtinere, ac illi & præſentibus in aliqua ſui parte, per quaſcũq; literas, & gratias per nos & ſucceſſores noſtros deſuper concedendas derogari, clauſulamq́;, cũ earũdẽ derogatione præſentium tenore latiſsimè extendenda, ad quod eædem præſentes literæ & earũ tenor, pro expreſsis habeantur in quibuſuis ſupplicationibus pro tempore ſignatis appoſitam, nihil penitus operari, & illius vigore in literis apoſtolicis ſuper ipſius ſupplicationibus conficiendis, quicquam per quod præſentibus, aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur, ſeu derogari videtur, narrari non poſsit. Et ſic per quoſcunque iudices & commiſ-

a 
ET quia.) Quatuor dicta ponit, ideo quatuor habet partes. ſecunda, ibi, volumus. tertia, ibi, & cum omnium. quarta, ibi, & nihilominus.

In 1.parte propter ſyncerã Frãciæ regis deuotionem ad ſedem apoſtolicã, quia venire dignatus eſt Bononiã perſonaliter, ad præſtandã reuerentiã Papæ, cõcedit idẽ vt concordatũ inuiolabiliter obſeruetur, id eſt ſine violatione & corruptione. exponit gl.in §.item ſacramẽta.de pace tenẽda & iuramẽto firman. adeò vt hoc verbũ inuiolabiliter tollat diſpenſationem in contrarium, videlicet vt Papa non poſsit diſpenſare, nec rext.glo. & docto.in auth.ſacramenta. C.ſi aduer. vend. alioqui inuiolabiliter non obſeruarentur.

De verbo inuiolabiliter.

ſarios

ſarios,etiam cauſarum dicti palatij apoſtolici auditores,& præfatæ Romanæ eccleſiæ cardinales, in quibuſuis cauſis ſuper præmiſſis,vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari,definiri, & ſentẽtiari debere, ſublata eis aliter ſententiandi & definiẽdi omnimoda facultate & authoritate.Necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo à quoquã quauis authoritate etiã p nos & ſucceſſores noſtros pręfatos,ſciẽter,vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Secundò,in verſ.illam vero. vult iſtam concordiam habere vim cõtractus, & obligationis videlicet,vt vtraque pars etiam obligetur, videlicet Papa & rex ad obſeruandũ contenta in dictis concordatis,& ſedes apoſtolica & regnũ Franciæ, & quando conſtitutiones tranſeunt in contractũ, reuocari non poſſunt.teſte Bart.in l.hi qui.C. de excuſ.mun. lib.10.Roma.conſ.352.quæritur.col.3.dixi plenè in præf.ad rub.de collat.ſupra. [Et ſic fecit Deus, vt patet Exodi 24.ca.videlicet promiſsiones ſuas ſubiacere cõtractui vt ſic certiores redderet homines, quòd ipſe promiſſa adimpleret, & vt ipſi arctius ſe obligatos ad exequẽdũ præcepta eius agnoſcerẽt.]

Tertiò,concordia iſta facta eſt ibi inter Papam & ſedem apoſtolicam ex vna, & præfatũ regem & regnum Franciæ ex altera, ergo vna pars ſine alia non poteſt contra hanc concordiam venire,ſicut facta venditione inter quatuor,vnus, ſine tribus, nec quidẽ duo vel tres ſine cõmuni cõcordia à vẽditione reſilire poſſunt.l.1.& ſeq.C.quãdo liceat ab emp. diſced.& ex hoc tex.ſumpſi initiũ concordatorum.

[Quartò,vis ac robur præſtitit Papa his concordatis,vt legiſlator ſolet ſuis legibus.§.pen.in procæ. inſtit.ibi, & pleniſsimum noſtrarum conſtitutionũ robur eis accommodauimus, & conſtitutiones de rebus eccleſiæ factæ,quamuis vtiles, nullam obtinent roboris firmitatem,niſi à Papa,vel à ſede fuerint approbatæ.c.1.diſt.19.c.eccleſia.de conſtit. ideo hic Papa his conuentis robur præſtitit.]

Quintò,ſtatuit,vt illis nõ poſsit derogari, etiam in aliqua ſui parte,& ſic nec in toto, nec in minimo quidem,hoc ſignificat verbum aliqua.per gl.in cle. vna. de foro compet.vt plenè ſcripſi in interpretatio.auth.habita.C.ne filius pro patre,poſt ſcholaſtico.priuilegia.nec expreſsè,nec tacitè, nec per quaſcunque literas,ſiue gratiæ,ſiue iuſtitiæ,& ſic nec per indulta.etſi concedantur,non debent verificari, ſeu vt dicunt practici interinari, quia non valent.[Nec per eas poteſt derogari his concordatis, ſiue vt nominati excludantur,ſiue vt alij impetrantes præferantur ipſis,niſi ſint mãdatarij, qui in rub.de mãda. ſupra excepti ſunt,& ideo vides annullari omnes literas cõtra hic ſtatuta impetratas,& impetrandas,] vt hic dicitur. & ideo literæ, quæ dantur vt cauſæ aliquorum in magno conſilio decidantur,& nõ alibi,periclitantur per iſtum tex.quia contra hæc concordata, & maximè contra rubr.de cauſ.imò fuit quędã ordinatio publicata inparlamẽto 1389.die 15. Auguſti.per quã rex prohibebat aduocatis, & procuratoribus,& aliis,ne literas impetrarent regias in præiudiciũ ordinationũ regiarum, & ſi impetrarẽt, voluit, ꝙ curia illis literis nõ obtemperaret,ſaltem à partibus impetratis,& clauſis. vt refert Ioan.Gallus in quæſtio.per arreſta,q.115.verſic. item fuit publicata,& in ſtylo parlamen.arreſto.84.

Litera impetrata cõtra ordinationes & cõcordata nõ valent.

Sextò,hic tex.clauſulam derogationis annullat, & nihil penitus operari voluit, vt habeãtur pro expreſsis iſta,quæ in his cõcordatis requirũtur,& ideo iſtis conuentis non poteſt derogari, per ea quæ tradit Bart.in l.ſi quis,in principio. ff.de leg.3.

Septimò, vult non poſſe quicquam narrari, per quod his concordatis derogatum velit, ſeu alicui particulæ,& ſic tollit facultatem partibus, & ideo narratum in contrarium nil operabitur, nec valebit. l.non dubium.C.de legib.vbi doctor.

Octauò,vult iudices quoſcunque auditores etiã Rotæ & commiſſarios, & præfatæ Romanæ curiæ cardinales in quibuſcũque cauſis iudicare,& definire ſecundũ hæc cõcordata, ſublata facultate eis aliter definiẽdi & iudicãdi.& ſic patet quã graui pœna afficiẽdi ſunt iudices,qui cõtra cõuenta hic iudicãt, tanquã enim priuati ſunt,nullã habẽtes iuriſdictionem,cũ ſit eis remota facultas,& ideo tanquã falſarij ſunt puniẽdi,puniũtur etiã aliis pœnis deſcriptis in c.1.& per doct.de re iud.in 6.& in l.ſi filiusfa.ff.de iudic.& in rub.C.de pœna iudicis qui malè iudic.

Vltimò,notãda eſt clauſula decreti derogatoria, ibi,necnõ irritũ & inane,vbi omnia cõtra hæc concordata attẽtata,& facta à quoquã vult irrita eſſe,ſiue ſciẽter,ſiue ignorãter fuerit attẽtatũ.Et ideo hæc clauſula in omnibus articulis cõcordatorũ cenſetur repetita.quare nõ bene dicũt quidã dicentes valere aliqua in cõtrariũ geſta,cũ hæc clauſula decreti reſpiciat omnia,& ſingula,vt patet ibi ſup his, vel eorũ aliquo.verſ.nécnõ.& quando clauſula decreti in cõſtitutione,vel actu apponitur,ſi cõtrariũ fiat, pro infecto habetur.c.ad petitionẽ,de accuſa.gl.in cle.1. de immuni.eccle.facit l.1.ibi,nullius momenti.ff.de feriis.text.in §.vlti.in fi.4.diſt.quia hæc clauſula etiã ligat manus Papæ.Domi.per illũ tex.in c.quodã. in fi.de præb.in 6.Et ſi ſuperior confirmat ſtatuta, vel cõſuetudines inferioris,apponẽdo clauſulã decreti, quod inferior poſtea non poteſt illa declarare, dicit Bald.in c.ea quæ,de re iudi.Imol.in l.ex facto. ff.de vulga. vide plenè Barb.in cle.1.col.8.de elect.dixi multa in c.dilecto.de præb.per illum tex.vbi etiam doct.tractãt de hac clauſula decreti, quãdo eſt poſita in cõmodum partiũ,an partes poſsint eã tollere. Feli.in c.cũ acceſsiſſent.nu.7. de cõſtitu.Ange.in §. tripli.col.3.inſtit.de actio.Iaſ.in l.nõ dubiũ.col.4.de legib.C.Plus dicit Barb.in cle.1.col.9.de elect.quod ſi Papa cõceſſerit, ꝙ abbas nõ poſsit cõferre beneficium regulare clericis ſecularibus,& appoſuit decretũ, ſi poſtea abbas cõferat ſecularib.tẽpore longiſsimo,nõ orietur cõſuetudo,nec præſcriptio propter appoſitionem decreti,licet aliàs oriretur, vt eſt caſus ſing.in c.cum de beneficio, de præb.in 6.vbi Arch.quot not.ad limitationem illius text.

De clauſula decreti irritantis, quid operetur.

Nota quãdo cõſuetudo non oritur nec præſcriptio.

Statuit

Statuit vt ſi rex iſta concordata non approbauerit intra ſex menſes,& à prælatis curiiſque parlamentorum acceptari, legi,& publicari non fecerit,acceptationẽ publicationẽmque ad papam non tranſmiſerit ac legi & obſeruari inuiolabiliter in regno non fecerit,caſſa,& irrita fieri.

Volumus [a] autem quod ſi præfatus rex præſentes literas, ac omnia & ſingula in eis contenta,quæ in prima futura ſeſsione præſentis concilij Lateranen.approbari & cõfirmari facere promittimus, infra ſex menſes à die approbationis & confirmationis huiuſmodi computandos non approbauerit,& ratificauerit,& ea perpetuis futuris temporibus in regno ſuo, & omnibus aliis locis & dominiis dicti regni per omnes prelatos, & alias etiam eccleſiaſticas perſonas, ac curias Parlamẽti, acceptari,legi , publicari , iurari , & regiſtrari , ad inſtar aliarum conſtitutionum regiarum,& de acceptatione,lectione, publicatione,iuramẽto & regiſtratione prædictis, infra prædictum tempus per omnium & ſingulorum ſupradictorũ patentes literas,aut authenticas ſcripturas nobis nõ trãſmiſerit,aut nũcio noſtro apud regem exiſtenti per eum ad nos mittẽdas non cõſignauerit,& deinde ſingulis annis etiam legi(prout aliæ ipſius Frãciſci regis cõſtitutiones & ordinationes, quæ in viridi ſunt obſeruantia,obſeruari debẽt)inuiolabiliter obſeruari cum effectu nõ fecerit,præſentes literæ,& inde ſecuta quæcunque ſint caſſa & nulla , nulliúſque roboris vel momenti.

a §.Volumus.) Notandũ eſt ꝙ lex,conſtitutio, ſiue edictũ debet legi,recitari & publicari, acceptari & regiſtrari in ſenatu,alioqui non ligat.vt hic.& l. cum hi.in princ.ibi in ſenatu recitata.ff.de tranſact. facit l.lecta in auditorio.ſi cer.pet.dixi plenè in repet.l,vnicæ.not.vlt.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt profer.& in l.in rebus.in fi.C.de iure dotium, ſcribitur ꝙ ſepties fuit recitata in nouo conſiſtorio palatij Iuſti.etiã cõſtitutio debet in ſcholis publicè legi.§.hæc autẽ. in procemio digeſtorum. Ideo his cõmotus,has conſtitutiones publicè in ſcholis Pariſ.decretorum magnis interpretari hoc anno 1535. cœpi,& volanti calamo hæc ſcripſi, quæ ſi lõga digeſtione decocta fuiſſent , forſan vtiliora forent. at cum noſtris auditoribus, nihil negare poſſem , nec vellem,iſta(etſi abortiua)illis euulgare non erubui, in poſterum ſubtiliora,& (vt ſpero) meliora quotidie mihi occurrentia , iis addenda decreui. Iterim tam voluntatem ſynceram, quàm operam gratanter oblatam æquo animo ſuſcipite, & hos voluntarios labores ex tempore editos excuſatos facite.

Quo tẽpore fuerunt cõcordata Pariſiis interpretata.

Si voluiſſem materias dilatare,in immẽſum creuiſſet opus noſtrum,ob id coartare illud cũ his volui. quæſo vos boni æquíque conſulite,& in eo in quo iſta concordata intra ſex menſes debent ratificari derogatur,in rub.ſeq.videte ibi.

Statuta,& conſuetudines regni Franciæ contra eccleſiaſticam libertatem,vel ſedis apoſtolicæ authoritatem papa non approbat,cum illorum notitiam non habeat.

Et quum omniũ [a] quæ in regno , Delphinatu, & comitatu prædictis aguntur, notitiam non habeamus, conſuetudines, ſtatuta,ſeu vſus , libertati eccleſiaſticæ & authoritati ſedis apoſtolicæ, quomodolibet præiudicãtia,ſi qua in regno, Delphinatu , & Comitatu prædictis aliàs quàm in præmiſsis exiſtant , non intendimus nobis & eiuſdem ſedi in aliquo præiudicare, ſeu illa tacitè vel expreſsè quomodolibet approbare.

Mandat regi Francorum,vt hæc cõcordata per ſe, vel alios publicari,& inuiolabiliter obſeruari faciat, contradictores compeſcẽdo,non obſtan.quibuſcunque in contrariũ adductis.

Et nihilominus præfato Franciſco , & pro tempore exiſtenti Francorum regi,in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenus per ſe vel per alium,ſeu alios in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutos, præſentes literas,ac omnia & ſingula in eis contenta , quãdo & quotiens opus fuerit, publicari, & ea inuiolabiliter obſeruari faciat.Contradictores,cuiuſcũque dignitatis & præeminentiæ fuerint,per cenſuras eccleſiaſticas,& pecuniarias pœnas, aliaq́; iuris & facti quæuis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino poſtpoſita)compeſcendo.Non obſtantibus omnibus ſupradictis , aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſsint:per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

a §.Et cum omnium.) not.non valere conſuetudines ſeu ordinationes,vel ſtatuta libertati eccleſiaſticæ & authoritati ſedis apoſtolicæ quomodolibet præiudicantia.auth.caſſa. C.de ſacroſ.eccleſ.& infra dicam.nec Papa intendit illa approbare expreſſè, nec tacitè,licet quandoque patientia habeat vim approbationis.ca.literas. de ſuppl.negligen.prælat. Tamen ad tollendum iſtud dubiũ, Papa hic proteſtatur,quod non intẽdit approbare : imò etiã ſi hoc non proteſtaretur Papa,tamen adhuc confirmando

omnia

omnia statuta,non videtur confirmare ea,quæ sunt cōtra libertatē ecclesiæ.Bal.& Ias.in l.omnes.col.8. nu.36.ff.de iust.& iure.posset tamē si vellet ea confirmare.secundum Ias.ibi, allegando Innoc.in c.1. de transact.Bal.in l.ius ciuile.in fi.ff.de iusti. & iure. Alex.consi.209.statutis.col.2.vol.2.quod non firmo per multa quæ alibi scripsi.

Quæ sunt statuta præiudicantia libertati ecclesiasticæ.

Quæro quæ sint statuta præiudicantia libertati ecclesiasticæ,seu consuetudines, vel vsus? Respon. illa quæ sunt contra priuilegia cōcessa ecclesiis, vel ecclesiasticis personis,à quocunque fuerint concessa,siue tollant ea,siue diminuāt,siue timidiores clericos reddant.nota.in c.ecclesia. de constit.authen. cassa.& ibi doct.C.de sacrosanct.eccl.Innoc.& alij in c.nouerint.& c.grauem.de sentent.excom.Bart. in l.cunctos.col.8.& seq. C.de summa Trinit.plenè Barb.in repet.rub.de rebus eccle.non alienand.col. 39.vers.3.hæsitatio.nu.167.cum seq.plenè prosequitur Roch.Curt.in repet.ca.fi.col.74.cum seq.versi. 5.sit conclusio.de consuet.Et qui Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur,hic proculdubio in hæresim labitur.tex.in ca.omnes.22.dist.multa tradit Ioannes Lupus in tracta.de libertate ecclesiastica,in 2.parte,quæst.10.Ego ipse addidi plura ad authent.cassa.& alibi plena manu scripsi, quæ reseruo alio,& tempore & loco euulganda.

Volens auferre priuilegium Romanæ ecclesiæ in hæresim labitur.

Nulli [a] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis,suspensionis, astrictionis, declarationis,pręcepti,iniunctionis,monitionis, innouationis,consensus,decreti,voluntatis, permissionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire.Si quis autem hoc attentare pręsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Dat.Romæ apud S.Petrum, anno incarnat.Dominicæ 1516.15.Calend. Septemb.pontifi.nostri anno quarto.

a Nulli.) De materia huius §.dicetur infra de protectione concordatorum.

De conclusione Lateranen.concilij

Concordata edita fuerunt, vt in sancta ecclesia perpetua charitas,& pax inuiolata perdurent,& si qua membra dissentiant, reuniantur corpori, ob id illa papa cum matura concilij Lateranen,deliberatione approbat ea tamen lege, vt intra sex menses approbentur à prælatis regni,in cōque publicentur, legantur, acceptentur, & obseruentur, aliàs irrita ea decernit.



Os igitur [a], vt literæ ipsæ, quæ ob id præcipuè editæ fuerunt,vt in corpore mystico,sancta videlicet ecclesia, perpetua charitas & pax inuiolata perdurent,& si qua membra dissentiāt,ea commodè suo reuniantur corpori, eo magis obseruentur quo clarius constiterit ipsas literas,ea matura & salubri deliberatione, à nobis(dicto sacro Lateranen.approbāte concilio) approbatas, & innouatas, qua statutæ & ordinatæ fuerūt,licet ad earundem literarum subsistētiam & validitatē, alia approbatione non indigerent. Ad abundantiorem tamē cautelam, vt eo tenacius obseruentur, & difficilius tollātur, quo tātorum patrum fuerint maiore approbatione munitæ,literas prædictas cū omnibus & singulis statutis, ordinationibus, decretis [b], diffinitionibus, pactis, conuentionibus, promissione, voluntate ac pœnis, inhibitione, aliisque omnibus, & singulis clausulis in eo contentis, illa præsertim qua voluimus,quòd si

a 
Os igitur.)Notandū est ꝙ sicut in corpore physico vnū corpus habet plura membra, sic & in corpore mystico.l. rerum mystura.ff.de vsucap. Et bonū est argumentū de hoc corpore ad physicum.c.quoniam.de offic.ordi.Nam hoc imitatur physicum.l. adoptio.quæ membra capiti subsunt tanquam nobiliori.l.cum in diuersis. ff.de relig.& sump.funer. & non licet membris à capite discedere. c.cum non liceat.de præscr.quod fabulose loquens ostēdit Liuius de po.Rom.cui Agrippa proposuit fabulā de membris à capite discedentibus.vt videre licet. lib. 2.ab vrbe condit. Ita in corpore mystico vnum est corpus,cuius caput est Christus, & Christi vicarius Petrus, Petríque successores. extrauag.vnam sanctam.de maiorita.& obedien.in communibus.quicunque ergo non subest Rom.pontifici, non est de isto corpore mystico,nec de ouibus Christi, dicente eo vnum esse ouile,& vnum pastorē.& alibi dicit idem Christus,non potest palmes facere fructū, nisi manserit in vite. Qui in me manet, multū fructum affert.& si quis in me non manserit, mittetur foras,sicut palmes,& arescet, & colligent eum, & mittent in ignem.c.si Petrus.24.q.1. multa hic possem addere,quæ licet videre in d.extrauag.vnā sanctam.& per theologos, ac per Io.de terra rubea in tract.cōtra rebelles regū art.3.tract.tertij [Colligere tamen ex hoc tex.possumus,quare edita hæc sint cōcordata,& respōdet tex.vt in sancta ecclesia perpetua charitas, & pax inuiolata perdurent, & si qua mēbra dissētiāt reuniātur corpori,& ideo hæc dicit, quia regnicolæ seruabāt ea,quę erāt statuta in cōci. Basilien.& cōscripta in pragm.quod valde pontificibus summis displicebat,vt scripsi supra in præfat. ad rub.de colla.ob id vt reunirentur & pax duraret, ista cōueta facta sunt, & gallis hominibus tradita.]

Duplex corpus mysticū & physicum.

b Decretis.) Quæro quot modis accipiatur. Secundò,in quibus casibus interponatur. Tertiò,quomodo annulletur.

præfatu

præfatus Franciscus rex supradictas literas, ac omnia & singula in eis cõtenta, intra sex menses à data præsentium computandos non approbaret, & ratificaret, & ea perpetuis futuris temporibus in regno suo, & aliis locis & dominiis dicti regni, per omnes prælatos, & alias ecclesiasticas personas, ac curias parlamentorum acceptari, legi, publicari, iurari & registrari, ad instar aliarum constitutionum regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento, & registratione prædictis intra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas, aut authenticas scripturas, nobis non transmitteret: aut nuncio nostro apud ipsum regem existenti, per eũ ad nos destinandas non cõsignaret, & deinde singulis annis etiã legi (prout aliæ ipsius Frãcisci regis cõstitutiones & ordinationes, quæ in viridi sunt obseruantia, obseruari debent) inuiolabiliter obseruari cũ effectu non fecerit, literæ ipsæ, & inde secuta quæcunq; essent, cassa & nulla, nulliúsque roboris vel momenti (sacro Lateranensi concilio approbante) apostolica authoritate, & potestatis plenitudine approbamus, & innouamus: eásq; inuiolabiliter & irrefragabiliter obseruari & custodiri mandamus: robúrque perpetuæ firmitatis in euentum dictarum approbationis, & ratificationis, & nõ aliter nec alio modo obtinere, omnésque in dictis literis comprehensos ad ipsarum literarum, ac omnium & singulorũ in eis expressorum obseruationem, sub censuris & pœnis ac aliis in eis contentis, iuxta earundem literarum tenorem & formã teneri, & obligatos esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterísque contrariis quibuscunque.

Decretum quot modis accipiatur. Primò, quædam sunt Dei decreta, quæ si nõ custodiãtur, fames, siccitates, & alia mala nos circunueniunt. 3. Reg. c. 18. Sit quoque cor nostrum perfectum cum domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius. Item decreta patrum. cap. quanto. de transla. episc. Alia legatorũ. c. præsenti. de offi. lega. lib. 6. c. 1. de loca. Quædã sunt sedis Apostolicæ decreta. c. nulli. & c. omnia. 25. q. 1. Decreta sunt episcoporum. c. si quis. de maio. & obedien. Súntq; decreta Cæsaris. c. 17. actor. Apostolo, ibi, hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt. Alia sunt regum, Daniel. 3. c. post princip. Tu Rex posuisti decretum, &c. & 1. Esdræ, c. 6. A me ergo positum est decretũ. & paulo post, Ego Darius statui decretũ. Alia decreta decurionum. ff. de decret. ab ordine facien. Item sunt decreta iudicum. 1. Reg. 17. c. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. c. absit. 11. q. 3. alia sunt decreta prætorum. l. si prætor. in princ. ff. de iud. Aliquando accipitur generaliter pro quacunque ordinatione, seu statuto superioris. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vni. nomi. Quandoque pro sententia seu authoritate, qua iudex contractum iustum fore decernit, authoritatem suam interponendo, vt in rub. ff. de reb. eorum. & de præd. minor. sine decreto non alie. vel pro decreto iudicis aduersus contumaces, vt quãdo interponit authoritatẽ mittẽdo aliquẽ in possessionem ex primo, vel ex secundo decreto. l. si finita. §. si plures. & ibi gl. & §. Iulianus. & §. si fortè. ff. de damno infect. gl. in c. 1. de reb. eccle. non alien. lib. 6. Et est propriè institutum Papæ, à decernendo animi interiora dictum. Præceptum verò regum à præcipiẽdo, teste Luca de Penna in rub. C. de præd. curial. sine decret. non alienan. lib. 10. Vel strictè capiendo, est deliberata iudicis commissio, ab eo facta cum causę cognitione citra condemnationẽ vel absolutionem. Aliísque multis modis sumitur, vt per Specu. in tit. de primo & secũdo decreto. Et Rebuff. in rubr. C. de decret. decurio. lib. 10. & Guido Papæ in suo tract. de primo & secundo decreto, in princ. Bal. & Ias. & alios in d. l. ne quicquã. §. vbi decretum. Vide differentias inter decretum & sententiam per Alex. in l. iustæ. col. 3. & seq. ff. de acq. poss. *Quid sit decretum.*

Verumenimuero quia hæc materia decreti est tã frequẽs, vt quęlibet alia totius iuris, ideo hic paucissima verba instar imperatoris, in l. antiquitas. C. de vsufru. putaui inserẽda, videlicet in quibus casibus interponatur decretũ, item quomodo annulletur.

In quibus casibus decretũ interponatur. Primò, interponitur secundum quosdam decretum in alienatione rerum ecclesiæ authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. Tamen communis opinio flectit alio vt authoritas episcopi, siue consensus requiratur loco illius decreti. c. 1. de reb. eccles. non alienan. Ad euitandas opiniones solent notarij in instrumentis alienationum rerum ecclesiæ apponere hæc verba, talis episcopus dedit licẽtiam, authoritatem, consensum ac decretum suum interposuit super alienatione talis rei. Spec. in tit. de emptio. §. nunc dicendum. versicu. cæterum. dixi in compendio alienationum rerum ecclesiæ, in verbo, ne quis episcopus, pag. 25.

Secundò, in venditione rerum ciuitatis decretum interponi solet. l. fi. C. de venditio. rerum ciuita. lib. 11. vbi Rebuff.

Tertiò, in venditione prædiorum decurionum, & curialium. l. 1. & per totum. C. de præd. curial. sine decreto non alienan. lib. 10.

Quartò,

Quartò, in alienatione bonorũ immobiliũ minoris. l. lex quæ tutores. C. de administratio. tut. l. 1. & per totum. de præd. minor. sine decre. non alie.

Quintò, decernũtur pupillo alimenta pro modo facultatũ. l. 1. 2. & 3. ff. vbi pupillus educari debeat.

Sextò, in tutore vel curatore dando pupillis illustrium personarum. l. vna. versi. & si ibi per prætorẽ interponatur decretũ. C. de tutor. & curat. illustriũ persona. Idem in aliis personis tenet Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tutor. idem in actore dando tutoribus impeditis. §. fi. instit. de curat.

Septimò, in reuocando tutore vel curatore, quia eadem solẽnitas requiritur in dissoluendo, sicut in faciendo. authen. econtra. C. de repud. l. fi. vt proponis. in 2. de nup. l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. ideo vbi in cõtractu requiritur decretũ, & in distractu, & sic in transactione. Bal. in l. præses. q. 1. C. de transact.

Octauò, in manumissione seruorũ per minores ex causa facienda. l. etiam. ff. de manu. vindict. §. eadem. & seq. quibus ex causis. ma. licet, in instit.

Nonò, in diuisione bonorum minoris. glo. & ibi Bart. in l. inter pupillos. ff. de autho. præstan.

Decimò, in inuentario tutoris. Bal. expressè in l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restit. non est necessaria allegat l. fin. C. de arbit. tute.

Vndecimò, propter famẽ consanguineorum pupilli, potest tutor cum decreto alimenta eis ex bonis pupilli dare. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & ratio. distrahend.

Duodecimò, idem in procuratore dando furioso. l. de creationibus. C. de episc. audien.

Decimotertiò, super transactionibus alimentorum solet decretum siue authoritas prætoris interponi. l. cum hi. & l. de alimentis. ff. & C. de transact.

Decimoquartò, olim in bonorum possessione decernenda, & vocabatur bonorum possessio decretalis. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edict. hodie tene quod traditur in l. fi. C. qui admitti ad bono. possess. possunt.

Decimoquintò, in venditione facta per subhastationem. l. 1. C. de fide instrum. lib. 10. & l. si quos, de rescinden. vend.

Decimosextò, interponitur decretum in remittenda parte debiti facta per maiorem partẽ dissentiente minore parte. l. & suũ hæredẽ. §. fi. ff. de pact.

Decimoseptimò, in contractu filiifamilias, cuius pater est furiosus, vel mente captus. Bal. in l. si furiosi. per illum textum. C. de nupt.

Decimooctauò, in dominij adiudicatione faciẽda contra contumacem, & vocatur secundũ decretum, de quo in l. si finita. §. Iulianus. & §. si plures. & ibi multa dicũt doct. ff. de damno infect. Spec. in tit. de primo & secundo decreto. & Guido Papæ in tracta. de primo & secundo decreto.

Decimononò, vbi iudicis officium imploratur. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procõsul.

Vltimò, in omni contractu debet interponi decretum iudicis, seu peti, vt contractus confirmetur. tex. & ibi Bart. in l. si quos. C. de decur. lib. 10. Ant. de Burgos. in c. cum causa. col. 9. cum seq. de empt. Pantha. Cald. in repet. l. 2. col. 26. C. de rescind. vẽd. Lucas de Pẽna in l. fi. C. de decre. decurio. lib. 10.

Tamẽ aliquãdo is nõ interponit decretũ, cuius authoritate bona licitãtur: vtpote si ex cõmissione cameræ cõputorum bona venũdãtur, ipsi de oppositionib⁹ cognoscẽt. sed decretũ interponetur ab illo iudice, q. iurisdictionẽ & imperiũ habẽt in illo loco: vbi bona sita sunt. vt vidi seruari in forensi iudicio. *Decretũ à quo interponatur.*

Tertiò, quæritur quomodo annulletur decretũ. Resp. primò quãdo ex falsa causa est interpositũ, vtpote allegatũ est æs alienũ pupilli, quod nõ erat, & vendita est ob eam causam res, tũc decretũ est nullum. l. magis puto. §. si æs alienũ. ff. de reb. eorum. l. Seiæ. de tutori. & curatori. datis ab his. l. iusta. & ibi Benedict. plumb. de manu. vindic. & l. cum verò. §. subuentũ. de fideicommis. libert. l. & si præses. C. de prædi. minor. Iacob. in l. hoc edicto. in 1. lect. ff. quod quisq; iuris. Corne. cõs. 132. fundata. col. vlt. in 2. vol. & cõs. 132. licet in præsenti. col. 2. in 4. vol. & cõs. 185. super duobus, col. 3. ibidem. Alexan. cõsi. 69. in causa. col. 1. in 3. vol. & cõs. 147. viso themate. col. 1. in 7. vol. Ias. in l. si is ad quem. col. 4. ff. de acquir. hæred. *Decretũ ex quibus causis annulletur.*

Amplia, siue causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem. ideo decretum interpositum propter debitum quod potest excludi per exceptionem, non valet. Rom. consi. 454. in re præsenti. col. 2. Innoc. in c. præterea. col. vlt. de dilatio.

Secundò, etiam procedit, siue causa falsa sit expressa in decreto, siue non, dũmodo ex actis cõstet. gl. in l. 2. C. quando prouoca. nõ est necesse. Bart. & alij in l. seiæ. ff. de tutor. & curat. datis ab his. Alex. consi. 207. Domine Alexan. circa finem. in 7. volu. Cuma. consi. 114. Antonius Benedicto. col. 4.

Tertiò, extende etiã si causa sit pro parte falsa, quia tunc in totum vitiatur decretũ. Bar. & alij in l. si non fortẽ. §. si centũ. ff. de condict. indebit. Bal. in marga. in verbo decretum. q. 2. Rom. cõs. 454. in re pręsenti. col. 2. Dec. cõs. 403. quãuis in casu. col. 5. nu. 20. Capiti. in decis. Neapo. q. 51. quia sentẽtia indiuidua est vnius capituli. l. in hoc iudicio. ff. famil. hercisc. & in diuiduis inutile vitiat vtile. l. 1. §. itẽ quæro. & §. itẽ Trebatius. ff. de aqua quotid. & æsti. l. Græce. §. illud. de fideiussor. Et sic adiudicatio rei pro maiori debito, quam sit, nõ tenet in aliquo, quando fit à iudice. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Bald. in l. certi condictio. §. quoniã col. 3. si cert. peta. secus si à parte. d. §. si centũ. Alex. in l. iustè ff. de acqui. posses. Bal. consi. 223. proponitur. col. 1. in 2. vol. & sic fuit iudicatum Neapoli. vt refert. Mathe. de afflict. in decisio. Neapolita. 218. petita. quod etiam nõ procedit quando res esset mihi adiudicata, tam ratione mei debiti quàm debiti fratris, cuius mandatum non habeo, quia tunc pro parte mea tenebit. Bal. in l. ordo col. fi. C. de execu. rei iud.

Quartò, amplia vt per Paul. castren. consil. 201. visis. col. 1. volu. 1.

Primò fallit quando ius & iustitia deficerent ex parte conuenti, seu ratione rei in quã facta est missio, vtpote si verè sim creditor Titij, & missus sim in possessionem rei Caij, tanquam esset Titij, tunc si facta sit missio ex primo decreto, poterit Caius cõparere, & ostendere summatim de iure suo, & reuocari facere missionem. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica. Si verò cõpareat post secũdum decretum, *Casus in quibus decretum ex falsa causa interpositũ valet.*

non poterit summariè petere reuocationẽ missionis, sed ordinariè sic, offerendo libellum, & alia faciendo necessaria. d.l.à diuo Pio.§.si post addictũ. & Bart.in l.si is ad quem.ff.de acquir.hæred.

Item si fuerit facta missio rei, in qua tertius habet ius, quia intra annum summatim discutietur, postea verò ordinariè. Bart.& alij in d.l.iustè.ff.de acquir.posses. Secus si deficeret ius ex parte agentis, vt si peto centũ, quæ falso dico mihi esse debita, & quia nõ cõpares, sum missus in possessionem tuorũ bonorũ, tunc non valet decretum interpositũ, quia deficit ius ex parte agentis, cum nil mihi debeatur. l.1.ff.ne vis fiat ei.§.hæc verba.

Secundò, fallit quando inter consentientes esset interpositum. l.sed si hac.§.patronũ. ff.de in ius vocan. vbi si libertus tãquam ingenuus fuerit adoptatus, & decretum adoptionis interpositum, illud decretum tenet secundum Bal.ibidem.& Iac.in l.cum hi.§.si prætor.in secunda lectura. ff.de transactio.

Decretum motu proprio interpositum ex falsa causa valet.

Tertiò, fallit quando motu proprio iudicis esset interpositum, vt si motu proprio decernat quem ex falsa causa tutorẽ, valebit: secus si ad partis postulationem: not.in l.si vt proponis.C.de confirmand.tutor. Bart.in l.tutor.col.1.ff.de tutor.& curat.datis ab his. Et sic est differẽtia quãdo ad petitionẽ vel motu proprio, quia tunc nõ est nullum ipso iure, licet per sententiam fortè possit annullari. sed quãdo ad postulationem est interpositum, est ipso iure nullũ, quia dolo partis videtur concessum. Dixi supra in forma mandati apostolici, in glo. motu proprio. & hodie solent impetrari literæ regiæ ad annullandum illud decretum ex causis allegatis in literis.

Praxis annullãdi decretum.

Quartò, limita quando veritas vel falsitas causæ ex iudicis declaratione pendebat, vt si iudex interdixit administrationem alicui tanquam prodigo, qui non est, valet tamen decretũ, vel si decreuit eidẽ tutorem. l.1s cui.& ibi Bart.& alij. ff.de verb.oblig. secus si dederit tutorem vel curatorem ei qui non est minor, quia cum ætatis declaratio fiat à natura, prodigalitatis à iudice, non valebit prima, secus in secũda. quia suæ declarationi stari debet. Bar.& alij in l.Seiæ.per illum tex.ff.de tut.& curato. datis ab his text.in l.tutor si petitus. ibidem.

Quintò, modera quãdo decretum interponeretur ex causa erronea, vt si iudex ignorãs interposuerit decretum super contractu, dolo, vel metu inito, tunc decretum non est nullum, sed poterit peti restitutio. l.2.& ibi Bal.& Iacob. C.de fideius.minor. & oportet impetrare literas à rege, vel à cancellaria super istius contractus rescisione non obstante decreto. quòd si decretum esset nullum, non indigeret rescisione. l.in causæ.in secund.in princip.ff.de minor. Alex.in l.iustè.col.7. ff.de acquiren.posses. nos etiam in vtroque casu impetrare solemus literas regis in hoc regno. vt plenè scripsi in tracta.de rescisio.contract.& intra quod tempus peti debeat. in constit.reg.in 2.tomo.

Literæ regiæ ad rescindẽdum cõtractum cum decreto impetrãtur.

Vltimò, limita quando fuisset cognitum de veritate aut falsitate causæ ante decreti interpositionẽ. gl.vlt.ibi Bal.in l.si putas. C.de peti.hæred.arg.l.fi. de edicto diui Adria.tol.Bal.in l.2. C.quando prouoc.nõ est necesse, etiam si summariè fuerit cognitum. quia in decreto non requiritur plena causæ cognitio.gl.in l.cum proponas.in verbo, constat. C.de bonis aucto.iudic.possi.c.fi.§.vlt.in ver.summatim. vt lite non contest.doct.in d.l.iuste.& in d. §.si prætor: aliàs tradunt limitationes.ibi vide.

Secundò, annullatur decretum, si iudex interponendo illud, non sedeat. l.naturali, in fi.de cõfirman. tutor. Spec.in tit.de feriis.§.sequitur.versi.fin. Lucas de Penna. in l.vlt. C.de decre.decurio. lib.10. Cornel.cons.98. Videtur prima, col.1.cum seq.vol.1.

Decretum interpositũ sine causa cognitione, est nullum.

Tertiò, annullatur quando fuit interpositum sine causæ cognitione. l.magis puto. §.ne passim.ff. de reb.eorum. l.fi.de curat.furio.& facit l.cum hi.§. si prætor.ff.de transactio. Bart.in l.prolatam. C.de senten.& interlo.omnium iudi.& ibi declarat quãdo dicatur fieri sine causæ cognitione, quia quando iudex sine causæ cognitione procedit, censetur tanquam priuatus procedere, ideo ei non est obediendum.c.conquerente, de restit.spolia. Card.in cle.1. in fi.de celebra.missa. Feli.in c.ecclesi. col.7.& seq. de constit. & quia ius noluit iudici committere rem negligendam. Paul.in d.l.cum hi.§.si prætor.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, mãdati, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta Basilica solenniter celebrata. Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sextodecimo, quartodecimo Calendas Ianuarij, pontificatus nostri anno quarto. Sic signatum, Visa. Ie.Salut.Bembus. Ioannes de Madrigal. Et dorso registrata apud me Bembum.

Ex quo infertur singulariter non valere decretũ interpositũ super alienatione bonorũ minoris, vel alio actu eidẽ necessario, quando fuit interpositũ eo momento tẽporis, quo fuit petitũ, quia ex breuitate tẽporis præsumitur causæ cognitionẽ nõ interuenisse. l.si finita.§.si fortè.ff.de dam.infect.c.1.de reb.eccle.nõ alie.lib.6. Anch.cõs.36.visa quadam, col.1. & consi.83.visis diligẽter.arg. tex.in c.tum ex literis. de resti.in integ. Alex.cõs.217.visis verbis.col.vl.in 2.vol.& cõs.163.aliàs cõsultus.in fi.in 5.volu. Cuma. cõsi.180. videtur. Barba.cõsi.1.col.35.in 1.vol.& cõsi. 40.præclare.col.4.ibidem.& cõs.6.illud in mediũ. col.3.in 4.volu.& cons.41.immortalẽ.col.3.ibidem. Ias.in l.2.col.4. C.de edend.l.sed si hac.§.prætor. ff. de in ius vocand.l.sciendum.col.3.de verbor.oblig. Hippoly.in l.statulíber.nu.15.ff.de quæstio.& l.qui cædem.nu.18.ad leg.Cornel.de sica.& consi.48.nõ confundentur.nu.31. Dec.cõs.403 quãuis.col.5. Nec missus in possessionẽ ex secũdo decreto sine causæ cognitione, facit fructus suos. Innoc.in c.cõsultationibus.

nibus. de iure patrona. Bald. in l. 2. col. penult. C. de seruit. & aqua. Hippol. in sua practi. nu. 35.

Fructus percepti in vim decreti an cõputentur in sortem.

Imo fructus percepti virtute inutilis decreti, debent in sortem cõputari. per l. 1. & vlt. C. de pigno. actio. nota. in l. si dominũ. de pigno. & ita expressè dicit decisio. Neapol. 218. petita. in fi. Fallit quando esset talis causæ cognitio, quæ incontinenti posset adhiberi, quia tunc valeret decretum. Alex. consil. 80. visis. col. 2. & seq. in 5. volum. sequitur Purpur. in rub. de offic. accesso. q. 4. nu. 134. Et hodie solent iudices condemnare ad fructuum restitutionem à tempore litis contestatæ, non ante habita consideratione decreti, vt alibi scripsi.

Secundò, fallit quando iudex vel alius habuisset plenã cognitionem illius causæ ante decretũ, quia tũc cessat ratio, ergo & iuris decisio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Hippol. in rub. ff. de fideiusso. q. 5. nu. 86. dicẽs esse suã nouã inuentionẽ. nõ tamẽ crederetur iudici dicẽti se habuisse causæ cognitionem. per not. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. & proximò dico in seq. nisi de illa appareat.

Notario an credatur quod causæ cognitio interuenit.

Secundò, infertur ꝙ nõ valet decretum etiam si notarius attestaretur in instrumento causæ cognitionẽ interuenisse. nec ei credatur, quia interuallum tẽporis requirebatur ad causæ cognitionẽ, & inuestigatio diligens, quæ nõ potuit fieri ita summatim tẽpore instrumẽti cõfecti, ideo notarius tanquã suspectus nõ potuit de ea testari, cum de hoc nõ esset rogatus. Paul. de castro, conf. 38. super eodem. vol. 2. Hippoly. corrupte tamen in l. qui cædem. nu. 19. cũ seq. ff. ad legem Cornel. de sica. refert. Idem tenet Dec. consi. 556. viso. col. 2. Item nec tutori vel curatori dicenti ob æs alienum vendisse creditur. Spec. in tit. de emptio. §. nunc videndum. versi. hoc quoq;. Innoc. & alij in ca. 1. de rebus ecclesiæ non alienan. lib. 6. Lucas de Penna in l. fin. C. de decre. decurio. lib. 10. Bald. & Saly. in l. 1. C. si aduers. dona. Corneus, consi. 71. quod non valeat. in princ. in 3. volu.

Tertiò infertur, ꝙ etiam si essent verba iudicis, adhuc non probaret instrumentũ decreti causæ cognitionem interuenisse. arg. nota. per Bart. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. Paul. in d. consi. 38. super eod. volu. 2. Hippoly. in singu. 399. multi sunt.

Duplex scriptura fit de causæ cognitione.

Quartò infertur, ꝙ debet fieri scriptura separata, de causæ cognitione, & altera decreto. Specu. in tit. de procur. §. j. versi. quid si solũ per libellum Alex. cõs. 163. aliàs, in fi. in 5. vol. Deci. cõs. 351. in casu proposito. col. vlt. Ferrat. caut. vlt. vbi multipliciter ampliat. vide si libet. & Ias. in l. nec quicquã. §. vbi. col. pen. ff. de officio procõsul. Paul. in l. cũ hi. §. prætor. ff. de trãsac. vbi dicit sufficere si dicatur causa cognita interpositũ fuisse, licet aliàs speciatim non nominet, nec ad particularia descẽdat. Bal. in l. 1. C. de fide instr. & iur. hastæ fisca. lib. 10. Alex. cõs. 80. viso themate. col. 1. & seq. in 5. vol. Bolog. consi. 33. vt ea quæ iusta. col. 2. Deci. conf. 341. viso puncto. col. 5. nu. 12. Ferra. d. caute. vlt. Nec obstant nota. in l. 1. C. de fide instru. lib. 10. vbi omnia debent præsumi solenniter acta, quia debẽt intelligi, quãdo decretũ nõ est perfunctoriè interpositũ. Bal. in l. quæcũque. C. de bonis quæ liber. Vel procedit in illis, quæ tẽpore actus potuerunt interuenire. Sed causę cognitio verisimi-

Omnia in decreto quãdo solẽniter acta præsumantur.

liter non potuit interuenire illo instanti, quo decretum fuit petitum. ergo, &c. Cornel. consi. 98. videtur. col. 2. in j. volu. Deci. consi. 351. in casu. col. vlt. Alciat. in tracta. præsumptio. regula 3. tertiæ partis. præsumptione. 10. fol. 373. cum sequen.

Quintò infertur, ꝙ si minor in criminalibus facit aliquem actum cum curatore eo instãti quo datus est, non valebit tanquam sine causæ cognitione factus per supra adducta. Nam si in ciuilibus non valet actus sine causæ cognitione, à fortiori in criminalibus, vbi est maius periculum, & sic cautius agendum est. c. vbi. de elect. lib. 6. Hippoly. in practi. criminali. §. nunc videndum. nu. 43. cum seq. & consil. 130. conditoris viso, nu. 46. cum seq.

Actus in criminalibus factus à minore cum curatore, an valeat.

Sextò infertur, ꝙ si factum sit compromissum in aliquem, & is immediatè post compromissum pronunciet, non valet ꝙ facit cõtra rusticos, qui statim pronũciant, secundũ Ias. in l. iudices. col. j. C. de iudi. Fulgo cõs. 11. quidã Petrus. & Cardi. conf. 104. factũ tale est. Bal. in c. j. in fi. de inuestitu. in ma. facta. & in l. prolatũ. col. vl. C. de senten. Panor. in c. quintauallis. col. pen. de iureiur. Deci. in ca. cum venerabilis. col. 5. in gl. 2. de except. * Vnde adagio vulgari dici solet, *De fol iuge briefue sentence*, quod abhorrent iudices Franciæ, qui lites immortales faciunt.

Fallit quando illa causa longo tempore ante cõpromissum esset ruminata corã eo, qui postea est arbiter electus, & quando factũ est ab honestis & prouidis viris. c. nisi. de præb. Soci. cõs. 121. in causa. col. 4. in 3. vol. Hippoly. in rub. de fideiusso. q. 5. nu. 81.

Tempore feriato decretum nõ interponitur.

Quartò, annullatur decreti interpositio, quando fit tempore feriato in honorem Dei. not. in l. actus. & l. fi. C. de fer. Anchar. consil. 116. secundum ordinem. col. vlt. Iacob. in l. diuus. ff. de fer.

Quintò, quando per errorem est interpositum. Bar. in l. pen. ff. de iusti. & iur. Bolog. consil. 33. vt ea quæ iusta. col. 1. & seq. nil enim tam consensui est contrarium, quàm error, qui imperitiam detegit. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi.

Sextò, quãdo interuenit dolus patris. l. & si præses. C. de prædiis minor. Bart. in d. l. pe. col. 2. Bald. & Iacobi. in l. vna. col. 2. C. de fideiuss. minor. dolus nemini debet patrocinari. ca. sedes. & ca. ex tenore. de rescript.

Citatio in decreto facienda.

Septimò, quando nõ interuenit citatio pereptoria, annullatur etiã primũ decretũ, si ante fuerit interpositũ. l. præsenti. C. de his qui ad eccle. cõfugi. & l. 2. vbi in rẽ actio. gl. & doct. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dãno infect. Bar. in l. consentaneũ. C. quomodo & quando iudex. Cor. consi. 52. in hac cõsultatione. col. j. in 4. vol. & cõsi. 132. licet in præsenti. col. 2. ibidem. & quando possit dici obreptitium, tradit Paul. Castren. conf. 382. dubitatio. in fi. vol. j. scripsi in constitu. reg. tracta. de præco. & subhasta. in 2. tomo.

Quæro si res magni valoris sit distracta iusto pretio pro modica summa debita, an valeat alienatio? Breui resp. ꝙ sic, arg. tex. in l. fi. C. de iure dominij impetrand. vbi concedit alienare, quando non essent aliæ res. Ergo si aliæ res minoris valoris essent, non permitteretur. l. à diuo Pio. §. in venditio. ff. de re iud. & hanc opinionem sequitur Alexand. Aquen. & alij in l. iuste. ff. de acquir. possef.

Octauò, iudex ex suo officio potest annullare decretum interpositũ, in quo fuit pars decepta, quia partes vnum fingebant, aliud faciebant. Io. And. in c. consultationibus. de offi. delegat. Bal. in l. vna. col. 3. versi. sequitur quartum membrum. C. de confessis. & in c. 1. col. 5. de milite vasal. sequitur Hippoly. singulari 320. sæpe contingit. Sed in practica sine literis regiis non obtineretur in hac patria.

Purè interponendũ est decretum. Nonò, purè interponendũ est, ideo fuit dictũ in senatu, ꝙ redditus vẽditi sub decreto, in quo facultas reemendi dabatur, iterum licitarentur, vt purè darentur, si fieri posset, anno 1515. die verò 18. Maij, contra scribam Pictauien. vocatũ *Marat*, & aliud decretum fuit annullatũ factũ, *à la charge des discussions*, fuitque factum per præceptum præposito Parisien. ne hoc amplius in decreto scribat, anno 1533. die 26. Iunij, & eodem anno die 12. Decembris, fuit etiam aliud decretum annullatum factũ cũ onere expensarum, & expositorum, quæ vocant practici, *Arrestum.* *fraiz & mises*, anno 1538. die 7. Ianuarij, vt dico in tracta. de præco. in ordi. reg.

Notandum est, ꝙ decretum superioris interpositum præsumitur ritè factũ, gl. in l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. lib. 10. & quæ ibi addidi. & supra scripsi, & præsumitur factum pro vtilitate ecclesiæ, Bal. in ca. 1. col. 2. qui feudum dare possunt. Refert Ias. consi. 119. in præsenti. col. 2. vol. 1. & ista decreui scribenda in hac tam quotidiana materia & quotidie in palatiis agitata.

De regia acceptatione, & publicatione cõcordatorũ.

Rex mandat parlamentis, vt omnia in his concordatis, & singula contenta teneant, custodiant & conseruent, & in quibuscunque causis secundum ea iudicent, ac ea inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores puniendo.



Vocirca [a] dilectis & fidelibus consiliariis nostris ad præsens tenentibus, & qui in futurum nostra tenebunt parlamenta, omnibúsque iustitiariis regni nostri, & Delphinatus, ac comitatus nostrorũ, cæterísque officiariis & subditis nostris, & eorũ cuilibet (prout ad eum pertinuerit) mandamus, districtius iniungentes, quatenus omnia præmissa & singula teneãt, custodiãt, & cõseruent in sui roboris plenaria firmitate, & in causis quibuscunque occasione præmissorũ de cætero orituris & emersuris, secundum deliberationes & cõclusiones præscriptas iudicẽt pronuncient, & sententient, atque ab omnibus subditis & incolis nostrorum Regni, Delphinatus, ac Comitatus inuiolabiliter faciant in omnibus & per omnia obseruari, prædictas personas ecclesiasticas & seculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis, ab omni turbatione, violentia, impressione, molestatione, vexatione, damno, & impedimento, tueantur, protegant, pariter & defendant. Omnes & quascunque personas, cuiusuis conditionis ac status fuerint, contra facientes aut veniẽtes, taliter puniendo, quod in posterũ cæteris cedat in exẽplum. Quoniam sic fieri volumus & iubemus per præsentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponendum. Datum Parisius die 13. mensis Maij, anno domini 1517. & regni nostri 3. Sic signatum supra plicá, per Regem, Dominis ducibus, Alenconij, Borbonij, & Vindocen. vobis Dominis Dorual, de la Trimoille: de Boysi: Magno magistro Bastardo Sabaudiæ, de la Palice, & de Chastillon, Marescalibus Franciæ, & aliis præsentibus. Robertet.

Lecta, publicata, & registrata, ex ordinatione, & de præcepto domini nostri regis, reiteratis vicibus facto, in præsentia domini de Trimoilla, primi chambellani dicti domini nostri regis, ad hoc per eum specialiter missi, Parisius in Parlamento xxij. die Martij, anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo. Sic signatum, Pichon.

a  Vocirca.) Cum leges vel cõstitutiones ex alia causa nos non teneant, quam ꝙ iudicio populi receptæ sint, verba sunt iurisconsulti in l. de quib. ff. de legib. & vide quæ dixi supra de collatio. in § præfatíque ordinarij. in gl. acceptationem. & sicut lex non acceptata nõ ligat, ita cõfessio nõ nocet confitenti, nisi per partẽ fuerit acceptata. sed potest per partẽ tanquam erronea reuocari, post nõ, quia trãsit in cõtractum, qui per alterã partẽ reuocari non potest. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. disced. & dixi supra. eo, in præfat. ad rubr. de col. Cy. in l. vna. q. 6. C. de cõfessis. Sali. in l. generaliter. q. 6. de nõ nume. pec. & in l. vna. oppos. 15. de cõfes. l. iubemus. de liber. caus. plenè Bart. in ca. fi. col. 7. nu. 4. de succes. ab intesta. Hippol. in repet. l. de vno. nu. 155. cum seq. ff. de re. iud. & in rub. de proba. fol. 16. vers. item scias. Feli. in c. si cautio. col. 5. ver. fortius dixit. de fid. instru. argu. l. sicut, C. de actioni. & obli. Alex. consi. 90. ferè omnis vis. col. 4. volu. 1. quia confessio simultatem locutionis notat ex etymologia verbi, teste Alexan. consi. 20. in causa. col. 1. in 4. vol. & consi. 174. in causa. colum. 2. in 6. volumi. Barba. consil. 36. difficile. col. 5. in 3. volu. *Confessio non acceptata an prosit.*

Et sic soliti sunt practici dicere, accepto inquantum facit pro me, aliàs nõ, vt notat Barba. cõs. 82. illud. in fin. volum. 3. & consil. 44. clementissimum. col. 2.

Acceptatio in genere nō valet. col.2.in 4.vol.quæ acceptatio in genere non valet, nisi fiat in specie,secundū Bal.in l.cū precū.C.de libera.cau.facit in simili glo.in l.j.§.editiones.ff.de edēdo.quæ vult nō prodesse ei,qui producit instrumentum,si dicat quatenus facit pro se refert Io.Lupus in repet.c.per vestras.in 4.no.in fi.ff.de don.inter vir & vxor. licet prima opinio seruetur in practica, teste Cepo.cautel.69.confessio. imò contra *Quādo liceat cōtra propriā cōfessionē venire.* propriam confessionem licitum est venire,quando non fuit acceptata,si contra eum fortè fuit pronunciatum. Bald.in authenti. nouo iure. in fine.C.de pœna iudicis, qui malè iudicauit.Innocen.in cap. mulieri.de iureiuran.

Vnde si quis sponte confessus fuerit delictum, tamen iudex de facto eundem absoluit.illa confessio nullum operabitur effectum,Bald.in l.si quis in hoc genus.col.vltima.C.de episcop.& cleric. Ioan. Crotus in repet.ca.1.in 2.nota.de consti.in 6.Et nota perpetuò,quia millies faciet tibi honorem, si toties de hoc recorderis,quia quilibet diceret contrarium,tum quia non est licitum variare , tum etiam quia non potest venire contra id quod propria voce asseruit.l.generaliter. C.de non nume.pecu.cap. per tuas.de probatio.hoc tenet Vincen.Hercul.in l. in ratione.1.§.si filio.col.vlti.ff.ad leg.Falcid.

Renūciatio vel alius actus non acceptatus nō prodest. Item renunciatio non nocet renuncianti , si non fuerit per partem accepta.Bald.in c.cum venissent. col.3.de eo qui mitti.in possessio. & qui non acceptat verba aduersarij,non potest se illis iuuare. Bal. in l.3. C.de repud.hæredita.idē si dissimulat.Francisc.Curtius,consi.78.super artic.col.1. Imò renunciatio facta in præsentia iudicis absente parte , non nocet confitenti,si nō fuerit acceptata per iudicem nomine absentis.Bart.in l.postquam liti.col.pen.C. de pact.& Ias.ibi,& in l.error.col.2. de iuris & fact. ignoran.Iacob.in l.de ætate.§.Celsus. ff.de interrogat.actio.sed iudex hoc non solet facere.

Insuper comparens coram iudice à quo appellauit,& faciens aliquē actum coram eo , non videtur per hoc renunciare appellationi , ex quo ille actus non fuerit per iudicem acceptatus,sed impugnatus. glo.in d.c.cum venissent.& ibi Bal.& alij.& Panor. in c.gratum. col.2.de offic.delegat.Roman.singul. 150.appellans.& singul.770.regula est. Ias.in l.qui Romæ.§.Seia.in 1.not.ff.de verbo.oblig. Moder.in d.c.per vestras.Fel.in d.c.capitulū.col.31. vers.cōfirmatur.de rescrip.& c.cū venissent.col.2.de testib.

Item non sufficit, ꝙ testes dicant confessionem esse factam parte præsente, nisi deponant ꝙ pars acceptauerit.Ias.in d.l.error.C.de iur.& fact.ignor. refert Hippoly. in d.l.vna.nu.156. ff.de re iudic.per tex.in l.fina.& ibi Iacob.in 2.not.ff.de interro.actio. *Testes quādo eorum dictū corrigere possunt.* Adhæc testes examinati non possunt corrigere eorum depositionem, si per partem fuerit acceptata, nisi probato errore.Bal.in l.Gallus.§.j.ff.de liber.& posthu.Roman.in l.j. §.si quis simpliciter.nu.13.de verbor.oblig.& consi.433.quo ad primum. Alex.& Ias.in l.quicquid.ff.de verbor.obligat. vbi referunt dictum esse famosum in palatiis.sequitur Hippoly. singul.315.acceptatio.

Resignatio beneficij quando nō noceat resignanti. Præterea si clericus turbatus propter exactiones decimarum,quæ in dies fiunt,renunciet coram superiore, & resignatio à superiore nō fuerit recepta, nec acceptata,non nocebit illi clerico. Ita expressè tenet Domi.in c.fin.col.2.versi.quid si clericus turbatus.de renunc.in 6.plus consuluit.Barba. ꝙ legatum vel donatio causa mortis acceptata , per eum cui fuit facta non potest reuocari.plenè in consi.54. clementissimi.in 2.vol.quòd non firmo.& an confessio facta in vltima voluntate,vide text.in c.fi.de success.ab intesta.& ibi plenè Pan.

Notandum est, quòd ista acceptatio debet fieri tempore quo fit.confessio,vel renūciatio, vel alius actus.non autem valeret ex interuallo.gl.in l.consensu.ff.de actio.& obliga.& l.j.de contrahen.emp. Panor.in c.dilectus. de sponsal.sequitur Hippolyt. Marsi.in pract.sua crimina.§.postquā.nu.29.& seq. Breuitas temporis , & impressorum importunitas ad sequentia me reuocant. *Acceptatio quando fieri debeat.*

De prorogatione dilationis ad approbandum concordata,tam à prælatis regni quàm ab aliis personis.

Rex petit annum post lapsum sex mensiū sibi dari , vt concordata publicare,recipere & obseruare faciat, annū etiam postulat ad exprimendum verum valorem , si quis in prima impetratione non expresserit.



FRanciscus [a] Dei gratia Francorum rex , Mediolani Dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Cum vrgenti necessitate,euidentíque commodo & vtilitate Reipublicæ regni nostri ducti,ad euitanda maiora pericula,quæ ex reuocatione pragmaticæ in futurum euentura cernebamus,siue illi reuocationi obediretur,siue nō obediretur, quæ vnicuique rectè sentienti latissimè constare possunt,certa iniuerimus cū sancta sede Apostolica concordata , in quibus inter cætera cautū est, quod infra sex mensium spatium , illa publicari & registrari,necnon iurari in curiis nostris Parlamentorū efficeremus, ecclesiamq; Gallicanam illis consentire , aliàs nullius essent momenti,quæ nullatenus ob breuitatem temporis , aliis etiam vrgentibus negotiis occupati perficere valuimus.

a  Franciscus.) Prorogatio dicitur propriè quando tempus non erat finitū, vt hic nam tempus non est finitum, vt patet in literis sequētibus.Leo,&c. ibi infra dictum semestre , infra quod adhuc existis,&c.& pro hoc est textus.& ibi Bart.& Alex.in l.dies.ff.de damno infect.per illum textum. [& est termini labentis nondum lapsi extensio, teste Bald. in l.Æmilius.2.lect.num.9.ff.de minoribus.] *Prorogatio & renouatio differunt.*

Renouari verò dicitur,quando tempus est finitum.l.sed si manente. ff.de precar. & ibi Alberi.&

ideo dicebant quidã finito tempore non valere prorogationem, etiam tanquã renouationẽ, tum quia illud quod non est prorogari non potest. argu. c. ad dissoluendum. de despon. impub. ita tenet Specu. in tit. de dilatio. in §. nunc videamus. vers. & sunt hæc. Ant. in c. 2. in fin. de dilatio. tum etiam quia quod noluit, potuit: & quod voluit, implere nequiuit. l. multũ. C. si quis alteri, vel sibi. hoc etiã tenet gl. in l. 3. in prin. ff. de acquir. posses. vbi dicit ꝙ transferẽs possessionem animo cõtinuãdi, non acquirit de nouo, si eã nõ habeat, licet contrariũ teneat Bal. in l. 1. col. 2. C. de tempo. appel. per l. Titio centũ. ff. de legat. 2. vbi dicitur fieri prorogationẽ, etiam si nullus sit dies. & ita tenet Imol. ibi, quia subest materia, quæ prorogari potest, licet dilatio quo ad tẽporalem sui formã sit sopita. & verba quãdoq; sunt impropriãda, vt actus valeat. l. & puto. & ibi glo. ff. famil. hercíscund. l. sed & si possessori. §. j. de iureiur.

Itẽ apparet voluisse hanc materiã prorogari, licet dilatio esset finita: & sic est satis responsum ad rationes supra adductas, & illã gl. in d. l. 3. reprehendunt communiter Doct. ibi, post Barto. & illam opinionem tenent Imol. & Alex. in d. l. dies. & Rom. conf. 443. quo ad primum. in fin. & plenè Soci. consi. 99. serenissimus. in 3. vol. & ista est communis opinio docto. quam probat Decius in ca. de causis. col. 6. de offic. deleg.

Et sic infertur ꝙ cõpromissum prorogatũ idem est cum primo. & vnum & idem censetur. l. non ex omnibus. §. fi. & l. non distinguemus. §. dies. cum l. seq. ff. de arbitr. Item iurisdictio proconsulis subrogati videtur eadẽ cũ prima. l. meminisse. ff. de offi. proconsul. c. cũ olim. 1. de offic. delegat. Præterea prorogatũ precarium idem est cum primo. l. sed si manente. ff. de preca. l. itẽ quæritur. §. qui impleto. loca. facit. ca. præceptis. 12. distinct. Dec. consil. 497. accurate. col. 1.

Prorogatũ idem est cũ re prorogata.

Secundò, infertur quòd prorogatio termini censetur esse facta cũ omnibus suis qualitatibus. text. in l. lecta. & ibi doct. ff. si certum peta. gl. in c. hi qui. de præbẽ. in 6. Siue fuerit facta prorogatio incõtinenti, siue ex interuallo. l. legẽ. & ibi Bald. C. de loca. Ideo doctor cõductus pro certo salario ad annum, si postea recedat, & post tres vel quatuor annos relocetur, nulla habita mẽtione salarij, censetur reconductus sub eodẽ salario, allegatur Bal. in l. etiam. in fi. C. de iure dotium. qui hoc non dicit. [Sed facit l. itẽ. §. qui impleto. ff. loca. & l. pen. §. vxor

Prorogatio cũ omnibus qualitatib⁹ censetur facta.

Idcirco ne in rete (quod verebamur) incideremus: & ne commodo & vtilitate dictorũ concordatorum frustraremur à sede Apostolica, post lapsum dicti spatij sex mensium vnius anni prorogationẽ obtinuimus. Cæterũ cũ in dictis cõcordatis inter cætera etiã caueretur, quod verus valor beneficiorum in illorum impetrationibus exprimendus sit: timẽdum erat ne ambitiosi sub prætextu veri valoris nõ expressi, iam dicta impetrarẽt beneficia. Igitur vt prædictis malitiis via præcluderetur, à sanctissimo domino nostro Papa Leone decimo rescriptũ obtinuimus, quo impetrationes prætextu veri valoris non expressi obtentæ infra annũ illius rescripti (in quo verus valor non fuisse expressus asseritur) nullius valoris ac momenti esse declararentur. Quarum bullarũ, seu rescriptorum tenor sequitur, & est talis:

Papa ad regis postulationem prorogat sex menses datos ad approbandum concordata ad annum, à data præsentium computandum.

Leo episcopus, seruus seruorum Dei, Charissimo in Christo filio Frãcisco Francorũ regi Christianissimo, salutẽ & apostolicam benedictionem. Dudum siquidẽ inter alia cum irritãtis appositione decreti, statuimus & ordinamus, quòd ex tunc de cætero occurrentibus cathedralium & metropolitanarum ecclesiarũ ac monasteriorũ in regno Franciæ, & Delphinatu, & comitatu Dien. & Valentinen. consisten. vacationibus, dilecti filij ecclesiarũ capitula, & monasteriorũ conuentus, ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporũ, episcoporum, ac abbatum, ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia, infra certũ tunc expressi temporis spatiũ, nobis & pro tempore existẽti Romano pontifici, personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas, ad eãdem nominationem per nos & Romanum pontificem, huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiẽdas nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quibus voluimus quòd si maiestas tua, omnia in illis statuta, ordinata & contenta, infra sex menses post tunc proximam futuram sessionem Lateranensis concilij tunc vigentis, non approbaret & confirmaret, & à prælatis ac aliis regni tui personis tunc expressis approbari nõ faceret, literæ ipsæ nullius essent roboris vel

vxor.solu.matrim.Soci. cons. 196. circa.in 2. vol. & cons. 37. capio.in 3.vol. & Alex.in l.1.col.2.ff.de dāno infect.Fel.in c.1.de iureiu.& c.2.nu.34.de spōsa.] Idē in famulis, & domibus & pensionibus domorū dicit Ias.in d.l.lecta.colum.2.Idem in pignoribus & aliis accessoriis, quæ dependent à potestate partiū, secus si illa accessoria essent extraneorū, vt fideiussores, vel res alienæ. vt concludit Auffr. in decisio. Tholos.q.181.Itē, &c. si aliquis. Barba.plenè cōsi. 31. sapienter. col. vlt.in 1.vol.

Excōmunicatus, an quis sit post terminum prorogatū.

Ideo si præcipiatur alicui sub pœna excōmunicationis, vt intra xx. dies soluat, aliàs sit excōmunicatus lapso termino, si pars proroget eidem terminum, lapsis xx. diebus non erit excommunicat⁹, tum quia pœna cōuētionalis euitatur facta prorogatione. l. cū stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verbor. oblig. & ibi doct. tū quia si creditor remitteret debitū, lapso termino debitor non esset excōmunicatus. sic si fiat prorogatio, quia videtur particularis remissio, cum tēpus & dies dicātur pars summæ. l.1.§.diē. ff.de edend. Cardin.in clem. vna. §. nos itaque, de iureiuran. in 6. q. vbi plenè Barba. co.1.itē quia agitur tātū de prēiudicio prorogātis, ideo poterit sibi p̄iudicare.c.si diligēti. de foro cōpe.l.pe.C.de pac.

momenti) plenius continetur. Quum autem sicut exhibita nobis pro parte tua, petitio continebat, maiestas tua propter varias occupationes, quibus ad præsens implicitus existis, ac ex certis aliis rationabilibus causis, infra dictū semestre infra quod adhuc existis, in dictis literis contenta, per prælatos & personas regni tui huiusmodi approbari facere posse cōmode non confidat: Nos itaque tuis in hac parte supplicationibus inclinati, semestre prædictum (infra quod adhuc existis) ad annum à data præsentium computandum, auctoritate apostolica tenore præsentium prorogamus, pariter & extendimus, nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis: nec non omnibus illis quæ voluimus in dictis literis non obstare, cæterísque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ prorogationis & extensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo decimoseptimo. Calēdis Iulij. Pōtificatus nostri anno quinto.

Altera prorogatio petitur ad annū à fine alterius computandum, eo quòd propter varias occupationes non fuit concordatum approbatum, & receptum à regnicolis.

FRanciscus Dei gratia Frācorum rex, Mediolani dux, & Genuæ dominus, Vniuersis præsentes literas inspecturis, notū sit & manifestum, quòd cum iamdudum à sancta sede apostolica certæ literę apostolicę per nos obtētæ fuissent, quibus semestre infra quod nos & ecclesia Gallicana approbare debebamus concordata inter sanctam sedem apostolicam & nos, inita, per annū prorogatum extiterat: verùm quia durante dicto anno, aliis occupati negotiis dictam approbationem & cōfirmationem à prælatis & aliis personis ibidē expressis approbari, seu confirmari, minime fecerimus idcirco alias literas apostolicas ab eadem sede obtinuimus, quibus annum iam dictum ad alium à fine illius computandum denuò prorogare fecimus, prout in dictis literis (quarum tenor sequitur) plenius continetur.

Conceditur secundus annus à fine primi computandus ad hoc, vt concordata recipiantur, & obseruentur à regnicolis.

LEo episcopus, seruus seruorum Dei, Clarissimo in Christo filio Frāci-

Si tamen debitor cui fuit prorogata dilatio, non soluerit intra terminum prorogatum, incidit in excommunicationem. c. præterea. in 2. & ibi Pan. & communiter docto. de appel. quia iudex in vtilitatem partis excommunicat, si pars vult differre terminum, & iudex velle videtur, cū illud agat, vt partes ad concordiā reducat. l. 1. §. & post operis. ff. de operis noui nūc. c.1.de mutuis petitio. facit c. 1. de loca. vbi excōmunicatio lata in fauorem partis cessat accedente cōsensu illius. c. fin. de transactio.

Idem dicemus in iuramento, vt pars possit prorogare debitori, q̄a iurauit soluere intra decem dies, & alios decē dies, vel aliud tempus dare, quod si debitor nō soluerit in termino prorogato, incidit in periurium, quia licet Deus recipiat obligationē ex iuramento. c. debitores. de iureiur. tamen pars potest illud iuramētū remittere. c.1.de iureiu. c.2. de sponsa. quia Deus recipit in fauorē partis, remittēte parte, remittit & Deus, sicut dixi supra de iudice excōmunicāte. Ita Bal. in c. venerabilē.col. penult.de elec.& quilibet in cuius fauorem est præstitū iuramētum habet vim apostolici priuilegij in remittēdo illud. d.c.1.de iureiur.l. fi.ff.qui & à quib. Ias.in l. Labeo.ff. de iureiuran. vbi dicit procedere

etiam si prorogatio fieret ignorante debitore. Bart. & Alber.in l.fi.ff.de offi.procur.Cęsar.licet contrarium teneat Bald.consi.436.quæritur.in 1.vol.cui respondet Franciscus.in d.l. lecta. not.5.ff.si certū pet.

Prorogatio post terminū non fit.

Primò, fallit quando pars vellet prorogare post terminū elapsum nam nō poterit, quia iam est pars excōmunicata, vel periura, à quibus non poterit altera pars absoluere. Bal.in auth. quod eis.in fi. C. de nupt. Aufre.in deci. Tholosa. q. 73. Item, &c. si bannu. Bar.& Ias. in l. labeo. ff. de iureiu. Plenè Fel. in c.2. nu. 34. col. antepe. de spōsa.

Fideiussor quando sit liberat⁹ factā prorogatione.

Secundò, fallit quando ageretur de præiudicio tertij, qui nō cōsentit prorogationi, tunc est liberatus post tempus. ideo fideiussor q. obligauit se soluturū ad annum, facta prorogatione tēporis, nō tenetur. secus si obligauerit se purè ad soluendū debitum, quia per prorogationem non liberaretur. l.fi. C.de vsur.rei iud. Pan. & alij in c.constitutus. in fi. de fideiusso. Idem si fideiussor promisit soluere tales libros si postea partes conueniāt de dando pretiū vel aliam rem, fideiussor ad illam nō tenebitur, quā non promisit. secus si promiserit simpliciter se satisfacturum, vel soluturum, quia tūc teneretur, sicut in proximo casu dixi. nā quādo mutatur res, vel pretiū, videtur nouus contractus. l.pacta. ff. de contra. emptio. & nouatione liberatus fideiussor. l.nouatione. C. de fideiuss. l.si cum hermes. de locatio. Bar. in l. Valerianus. ff.de præto. stipul. Bart.& Angel. in l. q. dicitur. §.miles. ff.de testa.militis. Alex.in l.vbicunq;. de fideius. multa cumulat Hippol. in rub. de fideius. q. 6. vbi licet videre. Ias & doct. in d. l. lecta. & in auth. Sacramēta puberum. col.pe. C.si aduer. vend. Bart. d.consi.31.in 1.vol.Iacob.in l.1. nu.16.C.de iudi.

Quādo possit quis reincidere in excōmunicationem.

Tertiò, nō procedit quando excommunicatus fuit semel absolutus, & fuit conuentū inter partes, quod si non soluerit intra mēsem, q. sit excōmunicatus. nam si talis cōditio nō fuerit apposita in sentētia absolutionis cōsentiēte iudice. nō reincidet pars in excōmunicationē, etiam si nō soluat intra mēsem, per tex. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pact. quia excommunicatio non potest nasci ex pacto partiū, vel ex contractu, sed ex sententia iudicis. & istud pactum nō est sententia. arg.l.si vnus. §.pactus. versi. sed si pactū. ff. de pact. Ita expresè tenuit Perusi. in c. præterea. in 2.co. 2. de appellat. & etiā consentiēte iudice adhuc requirētur aliæ literæ excommunicatoriæ, vt alibi dico.

Pœna non proroga tur.

Quartò, limitatur procedere in pœna,

sco, Francorum regi Christianissimo, Salutē & apostolicam benedictionem. Dudum siquidē inter alia, cum irritantis appositione decreti, statuimus, & ordinauimus, quòd ex tunc de cætero occurrentibus ecclesiarum cathedralium & metropolitanarū, ac monasteriorum in regno Frāciæ & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentin. consistentiū vacationibus, dilecti filij ecclesiarū capitula & monasteriorū cōuētus, ad electiones seu postulationes futurorū archiepiscoporum, episcoporū, ac abbatū ecclesiarum & monasteriorum vacantiū pro tempore huiusmodi procedere non valerent. Sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expresi tēporis spatium nobis, & pro tempore existenti Rom. pontifici personas idoneas certo tūc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem, per nos & Romanum pontificem huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdē præficiendas nominare valeret: ac voluimus quod si maiestas tua omnia in illis statuta, ordinata, conuenta, infra sex menses post tunc proximā futuram sessionem Lateranen. concilij tunc vigentis nòn approbaret, & confirmaret, & prælatis, & aliis tunc expresis regni tui approbari non faceret, literæ ipsæ nullius essent roboris vel momēti. Et deinde pro parte tua nobis exposito, q. maiestas tua propter varias occupationes quibus tunc implicitus eras, ac ex certis aliis rationalib⁹ causis infra dictum semestre infra quod tūc adhuc existebas in dictis literis contenta per prælatos & personas regni tui huiusmodi approbari facere commodè non confidebat: Nos per alias nostras literas semestre prædictum infra quod tūc adhuc existebas ad annum à data posteriorum literarum huiusmodi cōputandum prorogauimus, pariter & extēdimus, prout in singulis literis prędictis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio cōtinebat maiestas tua literas priores prædictas, iuxta voluntatem nostrā prædictā approbauit, & confirmauit, & publicari fecit, & approbari facere intendebat, fecissētque, nisi à literarum priorum editione, ac tuis approbatione & confirmatione, ac earundem priorum literarū publicatione huiusmodi temerè appellatū fuisset. Et propterea nobis humiliter supplicari fecisti, vt annū prædictum infra quem adhuc existis, ad alium annū prorogare de benignitate

in pœna, vt si fiat prorogatio compromissi, non intelligetur prorogata pœna, nisi expresse dicatur, per l. seruus ea. ff. de seruis exportan. Bald. in l. penult. §. vxor. sol. matrimo. quia odia non debent ampliari, minusque prorogari. l. cum quidam. ff. de liber. & posth. & sic prorogatio censetur facta cũ suis qualitatibus in fauorabilibus, secus in odiosis. Bal. in l. si à te. C. de pact. inter empt. & vẽdi. Hippol. sing. 300. prorogatio. Alias limitationes tradit Dec. in c. de causis. col. 3. cum seq. de offi. deleg.

Possem hic tradere materiã ꝓrogationis iurisdictionis, quam tradunt doct. in c. P. & G. de offic. dele. gl. & doct. in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iud. & in pract. Pet. Iac. rubri. de ꝓgatio. iurisd. sed quia parum vsu venit in hoc regno Franciæ, ideo eam missam facio.

Quia in hoc regno iurisdictiones sunt diuisæ quo ad proprietatẽ & vtilitatẽ: ideo non fit prorogatio sine domini cõsensu, teste Ioã. Fab. in l. si quis ex consensu. col. 2. C. de epis. aud. & bella mera, cõs. 33. q. si. col. 9. ver. ego verò diuido. dixi supra rubr. de caus. in princ. Et quid si causa fuit cõmissa consiliariis supplicationum seu requestarum, vt cognoscerent inter Titiũ & me, & ille Titius nominat suũ auctorem, an domini consiliarij possint contra illũ cognoscere? quod sic, fuit decisum Neapol. decisi. 227. quidam nobilis, quia hoc videtur commissum in consequentiam. Paul. in l. venditor. ff. de iudi. nota. in l. quotiens. C. illo. tit. [Nã prorogatio termini impedit pœnã committi. l. cum stipulatus sim mihi à ꝑculo. ff de verbo. obli. vbi prorogatio diei impedit morã, ergo & pœnã. d. l. lecta. ff. si certũ pet. Ias. in l. quo minus. q. 30. ff. de flumi.

Nõ dicit à quo, sed audiui vniuersitatem Parisien. appellationẽ emisisse ad futurum conciliũ vniuersale, & illã appellationem, seu illius formam vidi conscriptam.]

Sup. pro cõsiliariis requestarum.

apostolica dignaremur. Nos itaq; huiusmodi supplicationibus inclinati, annum prædictum infra quẽ adhuc maiestas tua existit, alium annum à fine primi anni huiusmodi computandum, authoritate apostolica tenore præsentium prorogamus pariter & extendimus, non obstãtibus premissis, ac constitutionibus apostolicis, nécnõ omnibus illis, quæ in prioribus & posterioribus literis prędictis voluimus non obstare, cæterísque contrariis quibuscunque. Datũ Romę apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ 1518. 6. Calendas Iulij, põtificatus nostri anno 6.

Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris curias nostras parlamenti tenentibus, nécnon seneschallis, bailliuis, præpositis, aliísque iustitiariis & officiariis nostris harum serie mandamus & iniungimus, quatinus has præsentes suis in registris registrẽt, vt si pro rebus & negotiis in dies occurrentibus, illis quis agere habuerit, ex dictis registris illas extrahere possit, & valeat. Cui extracto debito modo facto, talem fidem haberi volumus, ac si dictarũ bullarum originale exhiberẽt[a]. Nam sic nobis placet, & quatenus opus est, ex nostra certa scientia, & potestatis plenitudine, ita fore ordinamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus literis duximus apponẽdum. Datum Baugiaci, die 25. mensis Octob. Anno domini 1518. & regni nostri v. Per regem. Gedoyn.


De Annatis.

Vtrum valorem beneficiorũ propter annatam soluendam impetrantes exprimere tenentur, quam si non expresserint intra annum hoc facere poterũt.


Leo[b] Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuã rei memoriam. Romanus pontifex (cui tot tantáque in spiritualibus & temporalibus prouidenda incumbũt) rerum & temporum qualitate pensata, nonnulla prout ad cunctorum clericorum beneficia ecclesiastica, à sede apostolica pro tẽpore impetrantium commoda & vtilitates, ac litibus & fraudibus obuiandũ oportere cõspicit, salubriter ordinat & disponit. Nuper siquidem inter cõstitutiones ad laudẽ Dei, & Christi fidelium pacẽ & quietẽ, de fratrum nostrorum cõsilio, cũ charissimo in Christo filio nostro Francisco, Francorum rege Christianissimo matura deliberatione concordatas, statuimus, quod in prouisionibus quas ꝑsonis quibusuis Regni Franciæ ac Delphinatus & Comitatus Dien. & Valentin. de beneficiis vacãtibus, seu certo modo

a Exhiberent.) Et sic extractum ex registris fidem facit, vt infra de registra. concor. Vnde dixi cuidã pauperi, vt sumptum ex registro suæ collationis à Papa factæ haberet: quia fidẽ faceret, & ita testãtur do. de Rota. decis. 621. nota sumptũ. in antiq. idem in sumpto signaturæ, vt interdũ vidi etiam fieri, & quãdo incidenter, ego allego titulũ habitũ à sede apostolica, tunc sufficit, vt ostendatur per signaturã, vel per sumptũ, secus si allegem pro vero titulo, tunc bulla solet obtineri.

Sumptum signaturæ quãdo sufficiat.

b  Leo episcopus.) Constitutio ista tanquã bursalis, non est à regnicolis recepta, vt dixi in §. fi. de mãd. apostolicis

stolicis.supra.& in hoc regno nō admitteretur quis, si impetraret beneficium illius, qui nō expressit verum valorē, siue ante annū, siue post: ideo cum non sit recepta constitutio, alia non scribo, sed me refero in aliis ad gl.prag.sanct. hoc tit. vbi plenius scribitur. [Vide an annatæ capi possint per Gome.in tract. suo breuiū, nu.24. vbi permissum esse dicit per id quod scribitur 4 Reg.c.12.& c.5. & nu.22. & 24. de Balaā & Micheæ 3. nā ea Papa capit, quia altari seruit, ergo de altari viuere debet, sed cū hodie alia habeat bona, nil vel parū recipere debeat.]

[Duo tamē hic notanda censeo, primū, q̄ si dubitas de vero valore, potest addi clausula cū facultate verū exprimendi valorē, & hoc in fine signaturæ, vt plenius scribo in forma signaturæ in praxi beneficiali.

Secūdò habes hic. q̄ Papa probat, vt ex signatura quis possessionē capiat, ibi super supplicationibus expeditione augēdi obtinere ad effectū possessionē beneficiorū huiusmodi assequendi, vbi dicit quosdā impetrare signaturā ad effectum assequendi possessionem beneficiorū, in quibus nō exprimunt verum valorē, quod non reprobat hic, nisi, tantūmodo si nō exprimatur verus valor, ergo quis ex permissione Papæ potest cū signatura adipisci patria, tam in possessione iuris scripti, quàm in cōsuetudinaria, & nouissimè Henricus declarauit Papæ Paulo tertio per modū cuiusdam conuentionis, quod in prouincia prouinciæ, & Britannia non accipietur possessio in vim signaturæ, & sic in aliis locis, quæ reguntur cōcordatis, potest adipisci possessio cum signatura. & hanc declarationē fecit Rex. anno M. D. XLIX. die decimaquarta Iunij, vnde si aliter iudicaretur iudices cōtra ista iura iudicarēt, & opus esset euocatione ad magnū consilium, in quo fuit istius declarationis facta publicatio. & regestrū.]

a Possessionē.) Frequentissima enim est hęc possessionis materia dicit iurisconsultus in l. Fulcinius. §. cū hoc. ff. quib. ex causis in poss. eatur. ideo hic de ea aliqua intēdo scribere, maximè in materia beneficiali, cū iudices regij non alij etiā seculares dominorum in hoc regno cognoscāt de possessoriis beneficiorū ex priuilegio Martini Papæ, vt licet videre per Guid. Papæ in decis. Delphina. q. 1. & quia hoc est omnibus obuium, ideo nō amplius probabo. *Possessionis materia frequentissima.*

Notandum est quòd quanuis iudex cognoscēs super possessorio, debeat admittere exceptionē suppressi valoris: q̄a ex illa suppressione titulus redditur inc●

vacaturis, per nos & successores nostros & sedem prædictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad ecclesias cathedrales & metropolitanas & monasteria (vt obtenta per eos beneficia retinere possent) fieri cōtingeret, illorū verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras Turon. seu alterius monetæ valor secūdum communem æstimationem exprimi deberet, alioquin gratię ipsæ essent ipso iure nullæ. Cum autē (sicut accepimus) sæpe cōtingeret p̄sonas Regni & Delphinatus ac Comitatus huiusmodi vacatione beneficiorum in locis remotis regni ac Delphinatus, & comitatus eorundem, per obitum pro tempore vacantia intellecta, eorum veri valoris notitiā haberi nō posse, & veri valoris huiusmodi notitia non habita ad illa à Romano pōtifice impetrādum celerem nuncium ad sedē prædictā destinare, & signaturam supplicationis super illorū impetratione, cum facultate verum annuum valorem beneficiorū huiusmodi in literarū super huiusmodi supplicationibus expeditione augēdi obtinere ad effectū possessionē [a] beneficiorum huiusmodi assequendi, literas super huiusmodi impetrationibus, cū minus vera valoris beneficiorum eorundem expressione expedire, & absque eorum culpa, diligentia, & expensis pro impetratione huiusmodi obtinenda factis, & gratia eis à nobis cōcessa, & illius effectu frustrari, ac per posteriores (qui nulla habita diligentia cum expressione veri valoris eadem beneficia à sede prædicta impetrarunt) excludi ac desuper propterea molestari.

Nos qui subditorū nostrorum commoda libēter procuram[9], ac eos à litibus & expensis, quantum cum domino possumus releuamus motu proprio, ac ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, statuimus & ordinamus, quod decætero perpetuis futuris temporibus impetrantes beneficia ecclesiastica in regnó, Delphinatu, & comitatu prædictis per obitum dūtaxat vacātia, si verum annuum valorem beneficiorum in literis apostolicis, quæ super dictis beneficiis expeditæ fuerint non expresserint, infra annum à die datæ literarum earundē computādum, valorem ipsum malè expressum corrigi per officiales, ad quos expeditio literarum huiusmodi pertinet, & correctiones literarum earundem fieri consueuerunt petere, ipsique officiales ipsarum literarum expeditioni præ-

Iudices regij exceptionem taciti valoris nõ admittunt.

dicitur incoloratus. doctor. in capitulo ad aures. de rescript. sic expressè consuluit de Ripa. consilio vltimo, libro 2. respon. tamen de consuetudine in hoc regno longo iam tempore seruata non exprimitur verus valor, vt etiam supra dixi. ideo iudices regij qui de possessoriis beneficiorũ cognoscunt, hãc exceptionẽ suppressi valoris nõ admittunt, nam quo ad hoc concordata non fuerunt recepta. & in hac materia possessoria beneficiorum notandæ sunt aliquot regulæ vtiles & quotidianæ, in palatiisque vsu venientes.

Possessio nõ acquiritur in beneficijs, nec retinetur sine titulo.

Prima regula est, quòd in beneficiis nõ potest acquiri sine titulo possessio, nec acquisita retineri. c. in literis. de resti. spo. c. 1. & per totum. de eo qui mit. in pos. caus. rei seruandæ. c. 1. de reg iuris in 6. & si acquiratur quædam detentatio, non prodest quoad effectus iuris. nota in regula sine possessione. de regulis iuris in 6.

Sicut in feudis non acquiritur sine inuestitura. no. in c. vno, per quos fiat inuestitur. Ideo in hoc regno solemus cõputare tẽpus retractus à die saysinæ, quo fuit receptus à domino directo, vt alibi dico.

Notandum est tamen quo ad acquirẽdum quasi possessionem in his incorporalib. sex requiruntur.

In incorporalibus quasi possessio qualiter acquiratur et requisita.

Primò, requiritur realis præsentatio, vel electio. nec sufficeret coadunatio patronorum vel eligentium, vel mandatum factum ad præsentandum, teste Geminia. consi. 127. pro clariori. in fi.

Secundò, scientia eorum, quibus præiudicatur. Dec. cons. 126. in fi. per l. 2. C. de seruit. & aqua. & omnium patientia, aliàs vnius contradictio faceret, vt quasi possessionem non acquireret. Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de his quæ fiunt à maio. parte c. nisi quis allegaret prẽscriptionẽ tanti tẽporis, cuius initij memoria non sit in contrarium, tunc enim nõ tenetur scientiã probare. vt asserit Fel. in c. de quarta. in fi. de præscript. & istam communem esse dicit de Ripa, in d. c. cum ecclesia. nu. 67.

Tertio, requiritur quòd præsentantes, vel eligentes credant vti iure suo. Cald. consi. vlt. rub. de causa posses. per l. fina. ff. quemadmod. seruitu. amit.

Quartò, quòd electio vel præsentatio bona fide facta fuerit, alioqui cassari debebit, quando de mala fide constabit. Pan. in c. cum ecclesia. vbi etiam de Ripa, de causa possess. & in c. consultationibus. de iure patro.

Quintò, quòd electio vel præsentatio habuerit effectum. Innoc. in c. 2. de in integr. resti. vbi dicit probandum institutionem, vel confirmationem. glo. in c. dilectus. de præb. Feder. consi. 234. Oldrad. cons. 312. thema quæstionis.

Sextò, q. electus & institutus adepti fuerint possessionem, & gauisi fuerint fructibus beneficij, ratione illius tituli. Cald. cons. 12. rub. de iure patro. Dec. cõs. 117. & 124. quæ sunt notãda, quia frequenter accidũt. [Quam materiã abũdè prosequitur Ioan. Francis. in tract. de prẽscr. in 1. parte quintæ partis. q. 8. col. 21. & sequent.]

Secunda regula est, q. in causis prophanis principaliter agitur de possessione in beneficiis de iure. c. licet causam. de prob. gl. sing. in clemen. vna de causa possess. in gl. vlt. Ioan. Andr. & alij in c. ecclesia vestra. de electio.

Cur fiat sequestratio.

Ideo vidi aliquando clandestinum possessorem in prophanis manuteneri, quia per annum & vltra domino sciente possederat & patiente.

Tertia, ibi beneficiis & in omni possessorio retinendæ, si intra annum agatur, fit sequestratio rei vel beneficij, de cuius agitur possessione, tum ne partes via facti procedãt, & ad arma veniant. l. æquissimũ. cum §. præced. ff. de vsufr. tum etiam, vt sententia promptam habeat executionem. l. postrem. ff. de re iudi. ita expressè tenet Massue. in pract. sua. rub. de poss. vers. item in omni possessorio, & si facta sequestratione altera pars occupet frũctus beneficij est excommunicata, caditque à iure suo. cle. vna. de sequest. poss. & fruct. & hæc sequestratio non priuat possessione, quando fit à iudice competente. Anch. consil. 248. ad prædicta. Bart. in l. interesse. ff. de acquiren. possess. quod intellige in sequestro necessario. doct. in c. examinata. de iudi. tamen post possessionem triennalem non fit sequestratio. cle. vna. de sequestra. posses. dixi in tract. de pacifi. posses. ampl. 5. Multa scripsi de hac sequestratione in l. sequester. ff. de verbor. significat.

A manu regia non appellatur.

Quarta regula habita contentione beneficij res ponitur ad manum regiam à qua non licet appellare, vt fuit decisum per arrestum, vt refert Ioan. Gallus. in quæst. per arresta. q. 28. Item nota quia non grauat, cum nõ auferat possessionem ab eo qui eam habebat. Cyn. in l. vna. col. 2. C. de prohib. sequest. pecuniæ. Domi. Boer. in §. 4. de iurisdict. omnium iudic. in

sidentes, ad eorundem impetrãtium simplicem petitionem, valorem ipsorũ ad verum annuum valorẽ, iuxta petentium voluntatem in eisdem literis reducere & corrigere, ipsique impetrantes pro augmento valoris expressi duntaxat, annatam cameræ Apostolicæ soluere debeant & teneãtur, decernẽtes quascunque impetrationes posteriores de dictis beneficiis, ratione non expressionis veri valoris huiusmodi, infra dictum annum factas nullius roboris vel momenti esse, & pro infectis haberi debere. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud sanctum Petrũ, Anno incarnationis dominicæ millesimo quingẽtesimo. 16. Cal. Octobris, pontificatus nostri anno 4.

iudic. in consue. Bituricen. vide quæ dixi de ea supra de nominatio.reg.in §.1.in gl.in manibus.

Recredentia cui adiudicari debeat.

Quinta, tam ex lege regni, quàm ex iuris dispositione sententia recredentiæ adiudicatur habẽti primo aspectu magis apparentem titulum, & magis clarum.per l.fi.C.de edict. diui Adriani tollẽd. ideo aliquibus probationibus non receptis fit ista adiudicatio recredentiæ: etiam si pars vellet probare titulum alterius falsum, non admittitur, vt obuietur malitiis partium volentium recredentias quotidie impedire. facit l. quanuis. C. de edicto D. Adriani tollendo, nisi ex literis productis posset illa falsitas saltem præsumptiuè constare, vtpote quia in eis apparebat rasura, vel euidens contrarietas. Io. Massuer. vbi supra, rub. de possessorio. versi. item si altera. dico plenè in tract. de sententiis executoriis. art.1.& in praxi beneficiali.

Aduersarius in beneficiorum possessoriis potest per non ius expelli.

Sexta regula, licet interdictum retinendæ in beneficiis habeat causam proprietatis annexam. l.2. §. quædã. ff. de interdictis. tamen in eis sufficit excludere aduersarium per non ius, etiam si suã non canonizaret possessionẽ, de Rota decis.261. licet actor. in nouis. Fel in c.olim.col.vlt.de rescr. Domi. cons. 31. præmitto.& seq. sequitur de Ripa in lib. 2. Resp. c.36. in hoc iudicio. vbi etiam dicit sufficere, quòd quis ostendat alios non habere ius in prioratu: nam actore non probãte, reus debet absolui, etiã in beneficiis. l. qui accusare. & ibi doctor. C. de eden. nã in interdicto retinendæ obstat exceptio inualidi tituli, text. in c. audita.& ibi Pan. in 1. not. de restit. spol.

In beneficialib⁹ possessio ex titulo iustificanda est.

Septima regula. agens in prophanis possessorio recuperandæ, ante omnia est restituendus. etiam si nõ doceat de titulo. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iuliam. de vi public. cum similibus. nisi in quinquaginta casibus traditis per Corset. in tract. de potesta. regia. q.72. tamen in beneficialibus oportet colorare possessionem ex titulo. ca. ad decimas. de restit. spoliat. lib.6. plenè Prępositi. in summa 3.q.1. ne vitiosus ad eam detur ingressus. c. 1. de eo qui mittit. in posses. lib.6.& ibi Perus. in 2.no. plenè Specul. in tit. de teste. §. nunc videndum. vers. sed pone ago. gl. in d. clem. vna. de causa posses. quam allegat Panor. in c. in literis. co.4.& seq. de resti. spoliat. & hæc opinio seruatur, tam in parlamentis, quàm in aliis, nisi quis fuerit lite pendente spoliatus, quia tũc sufficit probare se fuisse in possessione tempore motæ litis, & spoliatum fuisse, teste Auffre. in decis. Tholos. q.15.

Coloratio tituli tribus fit modis.

Et ista coloratio tribus modis potest fieri. Primò ostendendo titulum habitum ab illo, qui habet potestatem conferendi. Secundò, ostendẽdo quod authoritate illius fuit missus in possessionem. Inn. in c. in literis. de restit. spol. nec est disputãdum. de vitiis intrinsecis, vt in simili habetur in l. fi. C. de edict. D. Adriani, tollen. vbi sufficit quòd hæres ostendat instrumentum non rasum, non cancellatum, ad adipiscendam bonorum possessionem. & nõ est disputandum de vitiis intrinsecis, vt ibidẽ dicitur. Tertiò, coloratur possessio quãdo sciente & patiente illo qui habet potestatem prouidendi de beneficio, exercuit aliquos actus spectantes ad rectorem, & quia vt canonicus interfuit in capitulo, stallum habuit in choro, & tanquam canonicus illa fecit, probata scientia illorum qui poterant prouidere de beneficio, dicitur colorata possessio. Inno. in c. bonæ. in 2. de postul. præl.

Qui debeat in pleno possessorio vincere.

Vltima regula, adiudicata alicui recredentia, partes super pleno possessorio hinc inde probant, & tunc iudex ad pluralitatem testium debet se inclinare, & is vincere debet qui plures habet testes. l. 3. §. 2. ff. de testib. ca. in nostra. illo tit. Bald. cõs. 489. in causa. col. vlt. in 3. vol. l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. Barb. consi. 25. clementissimum. col. 2. in 4. volum. Praxim docui in d. art. 1. tract. de sent. executor. in consti. reg. in 1. tomo.

Quãdo testes sunt pares quis debeat prævalere.

Verumenimuero quia in hoc regno testes infiniti producebantur, ideo fuerunt taxati per legem regni, vt vltra decem testes non admittantur, vt patet in ordina. regiis. rub. *des tesmoings*. art. 1. & ibi dixi rationes & iura, ex qua elicita fuit illa ordinatio. Notandum est igitur quòd data paritate numeri testium, iudex debet qualitatem testium considerare, & plus credere nobilibus & honestis viris, quã vilibus, & infamibus, d. c. in nostra. & d. §. fin. & ibi Bal. & Iacobi.

Testes verisimiliora dicẽtes præferuntur.

Secundò, debet inclinare ad testes dicentes aptiora & verisimiliora. per c. licet causam. & ibi Bald. & alij probatio. ideo testes quorum dictis cõsonat ius commune, præferuntur testibus, quorum dictis cõsonat ius speciale, quia dicunt aptiora & verisimiliora. Inno. in c. auditis. de præscr. Barba. consi. 29. illud afferam. col. 2. in 1. volum. ideo si duo laici deposuerunt me non deliquisse hodie, duo clerici dicunt contrarium, statur laicis. gl. singu. in c. clerici. 81. distin. quia deponunt super eo quod est conforme naturæ, quæ præsumit hominum non delinquere. l. merito. ff. pro socio.

Affirmatiuè deponentes, an præferantur, & quando.

Tertiò, testes deponentes affirmatiuè præferũtur aliis negatiuè deponentibus, per gl. sing. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de recept. arbi. Bald. in l. actor. per illum text. C. de proba. quod non procedit, quãdo testes simul deponerent de affirmatiua, dicentes Titium non possedisse, sed Seium. Bal. in §. si quis per triginta. col. 2. si de feudo contentio fuerit inter do. & agnat. vasal. Panorm. in ca. cum ecclesia. de caus. posses. refert decisio. Neapolit. 324. agitabatur causa. Si tamen testes deponerent quòd Caius possedit decem annos tantum, nil valeret: quia viderẽtur excludere omne aliud tempus, & omnẽ aliam personam, excepto Caio. & quia negatiua non est coarctata, non probat Iacobi. in l. vna. in princ. ff. si quis ius dicen. non obtempe. not. in c. bonæ. 1. de elect. & cap. quoniam. de probat.

Rationem testes assignãtes p̄ferũtur nõ assignantibus.

Quartò, quando testes sunt hincinde partes præferuntur, qui causam scientiæ assignant. Bald. in l. presbyteri. in fi. C. de episc. & cler. Deci. cons. 302. & pro tenui. col. 5. vbi dicit eos præferendos, qui assignant meliorem rationem, vel si sint vicini, qui præsumuntur melius scire veritatem, quibus maximè creditur in probanda possessione. l. 1. §. 1. ff. de flumi. l. dominus horreorum. loca. Bald. in disputa. incipi. accusatus. col. vlt.

Quis obtinere debeat quãdo vter que ostẽdit titulum.

Quintò, debet vincere cæteris partibus, is qui ostendit titulum. d. c. licet causam. Bal. cons. 420. verba. col. vlt. in 1. vol. & cons. 489. in 3. vol. Anch. cons. 36.

conf.361.visa plena.in fi.Bal.in l. ordinarij. C. de rei vend.Dec.consi.302.& pro tenui.col.3.vers.concurrit etiam. & si vterque ostendat titulum, is vincere debet, qui probat prioritatem tituli.Bal. [conf.161. proponitur.in fi.lib.3.& conf.58.quidam est.& conf. 445.qualiter.in 5.vol.] Iaf. conf. 148. viso processu. vol.4.nisi in iudicio finium regundorum.Quod intellige quando ab vno habuerunt, secus si à diuersis, quia inspicitur, qui possideat de præsenti. Alex.cōs. 130.visa facti.col.2.in 5.vol. Et quando vtraque pars habet titulum, illa est præferenda quæ habet potiorem & antiquiorem.Bald.conf.251.sententia. col. 2. in 5.vol.Doct.in d.c.1. licet causam. Iacob. in l. 1. in prin.C.de edicto diui Adriani tollen. & ideo si vna ostendat titulum iuri communi conformem, altera alterū contra ius cōmune, præferri debet illa, quæ producit titulū iuri conformē.arg.c.ad decimas.de resti.spoli.& quia duo vincula,&c.c.vno,de treug.

Antiquior possessio antiquior melior. Sextò, vincit is qui probat antiquiorē possessionem. quia alia præsumitur clandestina.c. licet, de proba.Bar.in l.si duo.in prin.col.2.ff.vti possid.Ancha.conf.274.ad declarationem.col.1.Soci.conf.59. visis actis,col.vlt.in 4.vol.& conf.98.iustissimè, col. 3.eo.vol.quia quāto antiquior tanto iustior.Bal.cōs. 420.verba principis.col.3.in 1.vol.& conf.445.vol.5. & possessio recens præsumitur clandestina.c. licet. de prob. quia duo insolidum eodem iure possidere non possunt.l.3. §. ex contrario. ff. de acqui. posses. Alex.conf.88.quoniam.col.2.in 5.vol.Cor. cōs.130. viso.1.vol.& conf.312.in ac.col.2.ibidem.& in decis. Neapoli.324.agitur.Iaf.conf.148.viso processu. col. 1.vol.4.Bertrand.conf.310.in interdicto.vol.1.secundum primam editionem. [Carolus Ruinus consi. 53.in hoc iudicio.in 4.vol.]

Notandum est quòd ille qui probat antiquiorem possessionem debet obtinere etiam absque titulo, licet aduersarius habeat iuniorē possessionem cum titulo, dummodo actor alleget in actis quod aduersarius possidet clā respectu possessionis ipsius actoris, secus si simpliciter allegaret clam possidere, & non diceret respectu possessionis, quia non obtine- *Cautela vt antiquiorē possessionē habens præferatur.* ret.sing.not.Bart.in l.si de eo.§.fi.ff.de acq.poss.Cæpola cautel.201. in causa. per l. si rem aliquam. illo tit.Alex.consil.88.quoniam.col.3.vol.5. plus dicens quòd ille qui docet de antiquiori possessione sine titulo, debet obtinere, etiā si aduersarius doceat de possessione recenti cum titulo dommodo ille titulus fuerit acquisitus post illam antiquiorem possessionem.arg.l.si fundum.ff.de fundo dota.quia aliàs quis de facili supponeret aliquem, à quo emeret,& fingeret se titulo possidere.Bal.in dispu.incip.accusatus.col.pe.Alex.conf.89.excellentissimi. col. 3. in 5.vol.ex antiquitate enim tituli præsumetur possessio antiquior.Bal.in d.c. licet causam. Refert Barb. cōs.25.clementissimū.co.3.in 4.vol.Soc.d.cōs.98.in 4.vol.col.pe.Dec.conf.302.& ꝑ tenui. col.2. & seq.

Intellige in pleno possessorio, in primo verò capite,& quo ad recredentiā, sufficit probare recentē possessionē, quia possessio antiqua non sufficeret ad obtinendum in primo capite. Guido Papæ in decisi.Delphi.quæst.552.in materia. Berbe.in pract. legum regia.versi.in prima verò.&c.per tex.in l.1.ff. vti possid.Item intellige nisi is qui habet antiquiorem possessionem, eam iure familiaritatis præsumatur habuisse, vtpote à matre.l.qui iure.ff.de acq. posses.hoc tenuit Iaf.conf.6.spectatissimè.col.1.vol. 1.vbi vide eum.& sic in hoc interdicto qui vult vincere, debet probare se possedisse, & de præsenti possidere.tex.in c.conquestus.ibi, in cuius quasi possessione fuisse, ac esse dignoscitur, vbi Ancha. nota. 2. de foro compete*n*.Iaf.conf.91.visis,in 3.vol.

Septimò vincere debet is, qui probat in specie. *Probatio in specie præualet probationi in genere.* Inno.in c.auditis.de præscr.vbi dicit, quòd si episcopus probat per testes se habere iurisdictionē in aliquo loco in specie,& Abbas per tot testes probat se habere iurisdictionem in genere in dicto loco quod præfertur probatio specifica probationi generali.& ibidē dicit Imol.quod si probo me possidere boues, vt meos,& pro meis & tu probas per tot testes quod ego teneo illos, vt conductos, & quod dicti testes interfuerunt conductioni, cū in specie deponant, præferri debent aliis.sequitur Barb.conf.25. clemētissimum.col.2.in 4.vol.Dec.d.conf.302.col.5. item debeo vincere si probem me possidere bona fide, te verò mala, vt quia etiam aliū expulisti. Bal. in dict. disput.col.vlt.quia iustior est possessio mea.Idem si ego probem, quòd à tali tempore hactenus possedi, aduersarius probauit se possedisse.10.vel 20. annos, quia potest esse quod vnus testis deponit de decem proximè præteritis, alij de aliis, & sic possunt esse singulares, & non probant. latè Cornel. consil. 130. viso libello.col.2.vol.1.vbi limitat.vide eum.

Octauò, si vna possessio respicit causam piam, *Fauorabilior possessio præfertur & probatio.* altera non præualet fauorabilior, per tex. sing. in l. lege Iulia. ff. de manumiss. secundum Corset. sing. incipien.pia causa.Alex.in l de die col. 2. in prin. ff. qui satis.cogant.Iaf.in l.sed & si possessori. §.fi.ff.de iurei.Barb.conf.8.sapienter.col.10.in 2. vol.& conf. 40.à ioue.col.17.in 3.vol.

Nonò, quando pares sunt probationes super possessione, tunc sententia super petitorio faceret agētem succumbere super possessorio. c. licet caus. de proba.Pan.in c.pasto.nu.27.de caus.poss.

Decimò, si vna probatio sit fauorabilis, altera odiosa, præfertur fauorabilis, & si vtraque sit fauorabilis,& vna magis, huic stabitur.l.lege Iulia.ff. de manu. sequitur Bald. conf.29. illud referam. col.2. vol.1.

Vndecimò, in prophanis si æquales sint omnino *Quando æquales sunt ꝓbationes quomodo sit iudicandum.* probationes, tunc iudex manutenebit alteram partem in media possessione rei contentiosæ, & alterā in reliqua.teste Barto.in l.si duo. col.pen.prin.ff.vti possideτis. hoc sequitur Soci. in l. si quis cum totū. not.de 2.excep.rei iudic.sic consuluit Ancha.consi. 210.inter contraria, vbi etiam consulit in proprietate, quod si rationes & iura hincinde dubium reddunt iudicem, nec inclinatur magis ad vnam partem quàm ad alteram, tunc cuilibet potest assignare partem arg.c.afferte.de præsumptio.l.sed si lege. §.adeo.in fi.ff. de peti. hæred. l. & hoc Tyberius. de hære. insti. refert De eius conf. 445. in casu. col. 1. abundè Boer.in decis.Burdeg. q. 239. & in prædicta dicēs ita fuisse iudicatum in processu D.de Stissaco.

Vel quando testes sunt hincinde pares, tūc index *Quibus te-*

stibus iudex credere debeat. potest credere quibus vult. dummodo in actis faciat inserere causam, cur magis istis adhæret, quàm aliis. not. in l. duo iudices dati. ff. de re iudi. Bal. in l. cum magistratus. in fi. C. quãdo prouoc. non est necess. facit quod dicit Bar. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. vbi si iudex non vult adhibere fidẽ vni testi deponenti, & assignanti causam, non tenetur, dummodo in actis hoc exprimat, qua ratione motus eidem non credidit. quod est summè notandũ secundum Iac. in l. ob crimen. §. fi. col. 1. & seq. ff. de testi. nam tũc iudex appellationis habebit illam causam notam. dixi alia in ordina. regiis, in rub. *Des causes possess. beneficiales*, quæ hic non transcribo.

Semiplena probatio quando sufficiat. Vltimò, sufficiũt semiplenæ probationes in causa possessorij, quando alter non melius probat. Bart. in l. 2. C. quorum bono. & sic admittitur probatio per famam, vel per vnum testem, vt ibi. & no. Mathesila. not. 2. Decius cons. 663. in causa.

De concordia & prælatione testium scripsi plenè in tract. de reproba. & saluatio. testium, in verbo, concordia.

De registratione concordatorum in curiis facienda.

Mandat curiis parlamenti, & aliis iudicibus, vt hæc concordata conscribant, & in registris ponant, vt si quis indiguerit eis, ex illis extrahere possit, & probabit. ac si originale produceretur.



Vocirca [a] dilectis & fidelibus consiliariis, curias nostras parlamenti tenentibus, nec non seneschalis, bailliuis, præpositis, aliísque iustitiariis & officiariis nostris, harum serie mandamus & iniungimus, quatenus præsentium tenorem suis in registris registrent, vt si pro rebus & negotiis in dies occurrentibus illis quis egere habuerit: ex dictis registris illas extrahere possit, & valeat: cui extracto debito modo facto, talem fidem haberi volumus, acsi prædictarum bullarum originale exhiberent. nam sic fieri volumus, & quatinus opus esset, ex nostra certa scientia & potestatis plenitudine ita fore ordinamus. Datum Ambasiæ, die duodecima mensis Aprilis, Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo: & regni nostri quarto. *Sur le reply est escript* per Regem, *ainsi signé Robertet, & seellé à double queüe, & cire iaulne.*

Literæ in parlamentis legi, recitari, describique solent. a  Vocirca.) Videmus cõstitutiones regias in curiis parlamẽtorum recitari, & publicari, ac describi & registrari: & solet senatus apponere lecta, publicata, & registrata audito procuratore regis, anno tali, die &c. vt vidi fieri. de hoc no. in auth. vt factæ nouæ consti. colla. 5. Et in l. sed & milites. §. pe. ibi, hoc autem & in curiis est promulgatum. ff. de excusatio. tut.

Ratio est, vt senatus secundum eas ordinationes iudicet, & alios iudicare sic faciat, & etiam quando quis indigebit ordinatione à senatu sic registrata, possit eam habere, & faciet fidem, vt hic. & no. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. c. 1. de proba. In priuatis etiam negotiis non debet seruiens in alia prouincia seneschalia vel iurisdictione exequi, nisi prius insinuauerit commissionẽ præsidi, seneschallo vel alteri domino illius iurisdictionis. §. eos, in auth. de collati. colla. 9. l. prohibitũ. & l. defensionis facultas. C. de iur. fisci. lib. 10. vbi dicit priuatos alias posse resistere. Et hæc plenè scripsi in tract. de literis requisitoriis in 2. tomo. constitutio. regia. & quod debeat constitutio in senatu recitari, est tex. in l. cũ hi. in prin. ibi, in senatu recitata, ff. de transact. Sic & sententia per iudicem debet recitari, vt in rub. C. de senten. ex libel. recit. l. fi. §. 1. ff. de appella. dixi idem in testamento, & dictis testium. in repet. l. vnicæ. no. vlti. in fi. C. de sent. quæ pro eo ꝙ interest. * Ista fuerũt à rege dicta supra in rub. de prorog. dila. in fi. vbi annotaui de signatura & de sumpto illius, quando sufficiat. *Seruiens mandatum suum insinuare debet.*

De Regia facultate primum mensem graduatis debitorum nominandi.

Rex habita facultate à Papa nominandi primum mensem illum declarat, habendo rationem ad publicationem factã in parlamento Parisi. ideo vult vt Aprilis sit graduatis dicatus & October, nominatis vero Ianuarius & Iulius, & decernit vt publicetur hæc declaratio, & secundum eam iudicetur.



Franciscus Dei gratia Francorũ rex, Mediolani dux, Genuæ dominus. Cum superioribus diebus certa iniuerimus concordata cum sanctissimo domino nostro Papa Leone decimo, quibus inter cætera ordinatur quatinus beneficia vacãtia primo mense post publicationem illorum, afficiantur graduatis simplicibus. Verum cum ex diuersitate temporũ quibus iam dicta concordata publicata in parlamẽtis nostris fuere, dictorum mensium diuersitas, confusionem litium educatricem generare verisimiliter potuisset. Nos igitur, vt dictæ confusioni obicem apponeremus à iam dicto domino sanctissimo, domino nostro Papa literas apostolicas obtinuimus. quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, quibus permissum & concessum est illum primum mensem exprimere nobis ac nominare licere. Ea pro-



Franciscus.) Hæc declaratio fuit necessaria quia concordata fuerunt in mẽse Martio in senatu Parisiensi publicata, Tholosæ, Burdegalæ, & in aliis parlamẽtis regni Franciæ & Delphinatus alio tempore, ideo dubitabatur

pter facultatem nobis à ſede apoſtolica prædicta conceſſam inſequentes, conſiderantéſque dicta concordata in curia noſtra parlamenti Pariſius in menſe Martij vltimè præteriti fuiſſe publicata, menſem præteritum Aprilis, dictam publicationẽ immediatè ſequentem, pro proximo mẽſe eligimus & nominamus. Ex cuius initio ordo & computatio ſequentium menſiũ, vt qui mẽſes graduatis ſimplicibus necnõ graduatis nominatis, ac ordinariis collatoribus ſpectant, ſciant: & iuxta illorum ordinem beneficiis in illis vacantibus prouideatur, tenorem dictorum concordatorum inſequendo, nullo habito reſpectu ad tempus publicationis eorundem concordatorum in aliis curiis noſtris parlamenti factæ. Quocirca dilectis & fidelibus conſiliariis noſtris parlamenta Pariſius, Tholoſæ, Burdegalæ, Rothomagi, Diuione, Gratianopoli tenentibus: necnon cæteris noſtris iuſtitiariis & officiariis mandamus & iniungimus quatenus has præſentes literas noſtras publicare habeant: necnon in ſuis regiſtris regiſtrare, vt nemo ignorantiæ cauſam prætendere poſsit, aut valeat: & iuxta tenorem iam dictæ facultatis nobis conceſſæ, & declarationis per nos factæ, proceſſus iudicare habeant, quia ſic fieri volumus, & ita nobis placet, Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus.

batur quis eſſet primus mẽſis poſt publicationem, cum diuerſæ fuerint publicationes. & hic declarat publicationem ſupremi ſenatus Pariſien. tanquam præcipuam eſſe ſequendam. Nam ſicut publicatio facta in curia debet attendi. Card. in procemio cle. & dixi in vlt. nota. repe. l. vnicæ. C. de ſent. quæ pro eo quòd intereſt. ita ſi non fiat publicatio in curia, ſed in aliis parlamentis, illa publicatio inſpicietur, quæ fit in principali parlamento. arg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certũ pet. l. quæritur. de ſta. homi. §. ſed ius quidẽ. inſti. de iur. nat. gent. & ciui. vt hic. Poſſem multa dicere de præeminentia omniũ parlamentorum, ſed contentus ſum remittere ad ea quæ dicit Ioannes Montaigne cum addi. D. Boerij in tract. de auth. & præeminen. ſacri magni cõcilij: vbi licet videre de nominatione quomodo hic accipiatur, & alibi in iure dixi in tract. nominatio. quæſt. 5. Et ſicut menſes ſunt dicati hic qualificatis, ita olim ſingulis numinibus, Ianuarius enim Iunoni olim erat ſacer, Neptuno Februari⁹, Martius Mineruæ. Aprilis Veneri, Maius Apollini, Iunius Mercurio, Ioui Iulius, Auguſtus Cereri. Vulcano, Septẽber, Marti October, Nouember, Dianæ, December Veſtæ, teſte Alexan. lib. 3. genial. c. 24. fol. 85.

Quæ publicatio quando in pluribus parlamentis eſt facta attendatur.

Mẽſes olim diis dedicati, ſicut nũc qualificatis.

Quod principi placet, legis habet vigorem. l. 1. ff. de conſti. princ. §. ſed & quod princ. de iure natu. in inſti. vbi doct. dicunt eſſe verum, quando animo cõdendi legem hoc facit, alioqui contra. vel quando voluntas redacta eſt in corpus iuris, vel conſtitutionũ, ſeu ordinationum. Barb. in rub. de conſti. col. 11. nu. 76. ſed ſecundum eos ſequeretur, quod voluntas principis alia quam lex, non eſſet ſeruanda.

Principis volũtas pro lege habetur, quomodo intelligatur.

Ideo ego puto principis placitũ legis habere vigorem, & obſeruãdum pro lege, & ſicut lex omnes tenet. l. de quibus. ff. de legi. & ab omnibus obſeruari debet. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. Ita & principis voluntas iuſta, cum habeat vigorem, & effectũ legis, non eſt tamen lex, ſed obſeruari à ſubditis debet vt lex. vnde ſi princeps ferias indicat ꝓpter partam victoriã, illæ feriæ obſeruandæ ſunt ſicut inditę à lege. l. à nullo. C. de fer. gl. in cle. ſæpe. in verbo, ob neceſſitates. de verborum ſignificat. ſic dicit lex de voluntate teſtãtis, prout quiſque ſuæ rei legaſſit, ita ius eſto. l. 1. ff. ad leg. falcid. l. verbis legis. de verbor. ſign. & diſponat teſtator, & erit lex. §. diſponat. in auth. de nupt. colla. 4. poſtquam à teſtatore diſpoſitum & eius placitum pro lege ſeruari debet, ita & principis, ſi iuſtum fuerit, ſecus ſi iniuſtum. c. ſi dominus. & c. ſeq. 11. q. 3. & quia nil eſt quod magis ſtrictim debeat ſeruari quàm lex, ideo dicit legis habet vigorem, quod eſt notandum ad elucidationem illorum iurium. alia vide quæ ſcripſi in procemio conſtitutionum regia. in 1. gl. primi tomi.

Sequitur tenor dictarum literarum apoſtolicarum.

Papa concedit regi facultatem primum menſem nominandi, vt tollatur dubium ex varia concordatorum publicatione ortum.

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Franciſco, Francorum regi Chriſtianiſſimo, ſalutẽ, & apoſtolicam benedictionem. Dudum ſiquidẽ inter alia cum irritantis appoſitione decreti ſtatuimus & ordinauimus, quod extunc de cætero occurrentibus eccleſiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac monaſteriorum in regno Franciæ, & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentinen. conſiſtentium vacationibus: dilecti filij eccleſiarum capitula, & monaſteriorũ conuentus ad electiones ſeu poſtulationes futurorum archiepiſcoporum, epiſcoporum, ac abbatum eccleſiarum & monaſteriorum vacantium pro tempore huiuſmodi procedere non valerent, ſed maieſtas tua ad eccleſias & monaſteria huiuſmodi ſic vacantia infra certum tunc expreſſi tẽporis ſpatium, & nobis & pro tempore

existenti Romano pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiusmodi ecclesiis, & monasteriis eisdem præficiendis nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quibus inter alia, quod primo mense post earundem literarum acceptationem & publicationem ordinarij collatores, dignitates, personatus, administrationes & officia ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem seu quamuis aliam dispositionem spectantia: graduatis simplicibus sub certis modo & forma tunc expressis conferre, & de illis etiam prouidere deberent: cauetur) plenius continetur. Quum autem, sicut accepimus propter diuersa tribunalia plurium parlamentorum in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis consistentia, in quibus literas in eis constitutas & expressas constitutiones publicari & acceptari diuersis temporibus propter locorum distantiam, oportet super primo mense (qui ordinariis collatoribus ad conferendum graduatis conceditur) quis sit, plures lites & dispendia partiũ super hoc exoriri contingere possit, nos litibus & dispendiis huiusmodi pro nostri pastoralis officij debito obuiare volentes, & ne quis mensis sit deinceps huiusmodi dubitari aut hæsitari contingat maiestati tuæ, vt post publicationem & acceptationem literarum concordatorum huiusmodi primum mensem huiusmodi quis sit exprimere & nominare possit & valeat, motu proprio, & ex nostra certa scientia, authoritate apostolica, tenore præsentiũ licentiam & facultatem concedimus, pariterque indulgemus, non obstantibus omnibus quæ in eisdem literis voluimus nonobstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo decimooctauo, decimoseptimo Calendas Iulij, pontificatus nostri anno sexto. Sic signatum supra plicam, Ia. Questemberg. In testimoniũ quorum his præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die vigesimaquinta mensis Octobris, Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo, & Regni nostri quarto. Per Regem. Gedoin. Lecta, publicata, & registrata Tholosæ in parlamento vigesimasecunda Nouembris, Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo. Michaëlis.

De pœna temerè venientium contra huiusmodi concordata.

Postquam rex per Papam fuit factus horum protector concordatorum, mãdat parlamentis & aliis suis iudicibus, vt infractores legitimis pœnis afficiant, attentatáque reuocent, ac ista publicent, & in registris ea describere faciant.


Franciscus [a] Dei gratia Francorum rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Cum pro corroboratione nécnon obseruatione decretorum concordati per nos cum sanctissimo domino nostro Papa Leone decimo initi, necessarium ac vtile foret, vt à sancta sede apostolica illius concordati protectores constitueremur, vt vtroque mucrone institutis concordatorum non parentes ferirentur. Literas apostolicas à iam dicta sede apostolica obtinuimus, quarum tenor inferius describitur. Quibus illorum concordatorum protectio nobis concessa est. Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris parlamenta nostra Parisius, Tholosæ, Burdegalæ, Rothomagi, Diuione, & Gratianopoli tenentibus, nécnon cæteris nostris

a Franciscus Dei gratia, &c.) Considerare enim debet quis in his concordatis tria quæ scribit Bald. in c. solitæ. in fine. de maior. & obedien.

Primò, quis loquatur. l. 1. ff. ad leg. Iuliã. de adult. sic dicens: hæc lex lata est à diuo Augusto: ideo summè extollenda est. sed constitutiones istæ à Papa & rege conditę sunt, ideo ratione magnæ prẹeminentiæ conditorum sunt valde excellentes. *Tria in actibus hominum sunt consideranda.*

Secundò, considerandum est cui loquatur. hoc si consideres, intelliges loqui nobiliori populo totius mũdi, & meliori, Gallis videlicet hominibus: quod facilè est scire, si quis historias perlegat. *Galli omni populo sunt nobiliores ac meliores.*

Tertiò, de quo loquatur. commendatur titulus de vulgari, quia continet materiam vtilem, & vulga siue bulga dignã, ideóque bulgarem quandoque tenui rectè vocari per Vascones. Alij etiam ob frequentiam tituli seu materiæ commendantur. l. legaui. ff. de liber. lega. l. 1. de in integ. restit. Si ad materiam con

iustitiariis & officiariis mandamus & iniungimus quatenus iuxta facultatem nobis concessam eorum concordatorum infractores pœnis legitimis afficiant. Et ea quæ in contrarium dictorum concordatorum attentauerint reuocent, & in pristinũ statum reducant seu reduci faciant, compescendo compescendos, omnibus viis rationabilibus & debitis. Et vt nemo iam dictæ nostræ protectionis ignorantiam prętendere valeat, eas præsentes publicare, & in registris suis registrare faciant indilatè: quoniam nobis sic placet, & ita fieri volumus, nonobstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.

Cõcordata ratione materiæ laudanda.

[Si] teriam concordatorum conferas, maioribus & laudibus, & encomiis has constitutiones attolles, tum quòd regimen ecclesiarum regni Franciæ, tum materiam ecclesiasticam, beneficialem honore, auro, vtilitate, dignitate, frequentia, & subtilitate per celebrem contineat. Adhæc causarũ facilem & breuẽ in hoc regno decisionem, priuilegiáque, & libertates regni breui perstringentem. Igitur his inescatus, manu non tremulenta vel tarda, sed veloci, hæc pauca præcocia his addere curaui, multò maiora scripturus, nisi me tam breuitas temporis, quàm lectiones ordinariæ & extraordinariæ, vtpote tit. de verbor. signif. quem saltem hoc anno interpretatus aperto pectore fui, multáque super eo notatu digna scripsi, auditoribúsque nostris nota feci, impediuissent, ac alia quotidie negocia mihi occurrentia, sed ab eo tempore multa addidi, manúmque extremã apposui, vt aliis meis scriptis etiam colophonẽ addere possim, quod deus permittere dignetur. Non prosequor hic pœnas ordinariorum venientium contra hæc sancta concordata, quia eas plenè scripsi in tract. nomina. q. 19.

De protectione concordatorum Franciæ regibus concessa.

Papa constituit regem Franciæ horum protectorem & defensorem concordatorum aduersus omnes cuiuscunque ordinis & status impugnatores.

Leo [a] episcopus, seruus seruorũ Dei, charissimo in Christo filio Francisco, Francorũ regi Christianissimo, salutem & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti statuimus & ordinauimus, quod extunc de cætero occurrentibus ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac monasteriorum in regno Franciæ, & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valentinen. consistentium vacationibus: dilecti filij ecclesiarum capitula, & monasteriorũ conuentus ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum, ac abbatum ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tempore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi tẽporis spatium, & nobis & pro tempore existenti Romano pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas, ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiendis nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quibus maiestati tuæ, & pro tempore existenti Francorum Regi in virtute sanctæ obedientiæ, quòd per te vel alium, seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos easdem literas, ac omnia & singula in eisdem contenta, quando & quotiens opus foret, publicari & inuiolabiliter obseruari faceret mãdauimus) plenius continetur. Cum autem sicut accepimus, nonnulli regni, Delphinatus & comitatus prædictorum, à quorum cordibus Dei timor abest, literas huiusmodi & per eas editas constitutiones, & in eis contenta plenè acceptare recusent, & illis nõ sine spiritu blasphemiæ, & censurarum in eis contentarum in cursu, verbo & opere si possent contrauenire contendant. Nos ea quæ tanta maturitate, consilio & sacri tunc vigentis Lateranensis concilij approbatione discussa, statuta, ordinata, facta & cõcessa sunt, vt inuiolabiliter & incõcussè, prout par est obseruentur, pro nostri pastoralis officij debito prouidere volentes, quanquam aliis literis nostris temerariis ausibus contrauenire nitentibus occurrerimus, eorúmq; ora obstruxerimus, motu

a Leo episcopus.) Hic constituitur rex protector concordatorum, & defensor per Papam, contra quoscunque etiam clericos, qui contra hæc sacra concordata venerint, vel aliquid ausu temerario moliti fuerint, vt etiam per iudices regios puniri possint.

[Et pro hoc facit text. in l. 1. C. ne liceat potẽtio. ibi, huius sanctionis rectores prouinciarum custodes, & contemptæ huius rei vindices fecerit & quòd Papa possit subiicere clericos vnius terræ, ciuitatis, vel diœcesis iurisdictioni laicorum in vno

Papa vnius prouinciæ

proprio, & ex noſtra certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, cum deceat ſecularem poteſtatem, præſertim magnam eccleſiaſticam iuuare poteſtatẽ, in his præſertim quæ animarum ſalutem concernunt, maieſtatem tuam, & pro tempore exiſtentem Francorum regem, literarum prædictarum, ac per eas editarum conſtitutionum, & omnium ac ſingulorũ in eis contentorum, legitimos protectores, defenſores, & conſeruatores: necnon quorumuis aduerſus illas & in eis contenta venire tentantium, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel nobilitatis exiſten. ac quacunque mũdana dignitate fulgentium, inuictiſſimos oppugnatores authoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & deputamus. Non obſtantibus omnibus quæ in dictis literis voluimus non obſtare. Cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo decimooctauo, decimoſeptimo Calendas Iulij, pontificatus noſtri anno ſexto. Sic ſignatum ſub plica. Ioan.Sadoletus. & ſupra plicam, Ia. Queſtemberg. In teſtimoniũ quorum his præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die vigeſimaquinta menſis Octobris, Anno domini milleſimo quingenteſimo decimooctauo, & Regni noſtri quarto. Per Regem. Gedoyn.

Clericos iuriſdictioni laicorum ſubiicere poteſt.

caſu eſt text. in c. vbi periculum. in §. præterea. de elect. in 6. Card. in repet. c. perpendimus. col. 7. verſ. oppono ad eandem lecturam. de ſent. excom. Fel. ſequitur in c. 2. col. 1. & c. fi. in fi. de maior. & obed.

Poteſt etiam delegare cauſas aliquorum clericorum laicis. c. præter 32. diſt. vbi commiſit cauſam clericorum ſimoniacorum duobus ducibus dando eiſdem poteſtatem deponendi eos. c. mennam. 2. q. 5. vbi in ſubſcriptione apparet commiſiſſe clericorum cauſam reginæ Franciæ. facit c. ſolitæ. de maior. & obed. c. verum. de foro compet. Fel. & alij in c. eccleſia. de conſtit. ſed totum clerum non poſſet ſubiicere iudici laico, cum priuilegium fori illorum ſit de iure diuino introductum. gl. in c. ſi imperator. 96. diſt. & Num. c. 3. Ego tuli leuitas à filiis Iſraël, erúntque leuitæ mei, meum eſt enim primogenitum. & c. 18. Et Ioſue c. 17. in fi. Tribui Leui non dedi poſſeſſionem, quoniam Deus Iſraël ipſe eſt poſſeſſio eius. & alibi, Nolite tangere Chriſtos meos. gl.

Priuilegiũ fori clericorum à iure diuino eſt inuentum.

in verbo, degenerari. in auth. de non alie. reb. eccle. coll. 2. & beatus Gregorius in c. ſacerdotibus. 11. q. 1. dicit, imperatorem Conſtantinum retuliſſe, cum epiſcoporũ accuſatio eidem propoſita fuiſſet, Ite, & inter vos cauſas veſtras diſponete, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus deos, id eſt clericos.

Imò dicit Baptiſta Fulgo. lib. 1. de religionis cultu, Conſtantinum in concilio Calchedonenſi, cum vltimus inter ſacerdotes ſederet, accuſationes clericorum ad ſe ex ſcripto delatas, combuſsiſſe, dicentem ſacerdotes ſeu numina ad hominem regendum conſtituta eſſe, & propterea intactum ſe Deo eorum iudicium reſeruare velle, quod non faciunt quidam ſeculares iudices, in ſuarum animarum perniciem. & hi clerici aliquando in ſacra ſcriptura dij vocantur. Exodi, c. 22. Diis non detrahes. c. cum ex iniuncto. de hæret. & aliquando Angeli. Malachiæ 2. ca. quia Angelus domini exercituum eſt. Item alibi is Conſtantinus in ſancta ſynodo Nicena præſidens, cum querelam quorumdam clericorum ad ſe deferendam conſpiceret, ait, Vos à nemine diiudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini. capitulo ſatis. 96. diſt. & capitulo continua. 11. quæſtio. 1. facit text. in capitulo 1. de immunitat. eccleſi. libro 6. & capit. penult. de cenſib. eodem libr. & l. proximè. ibi, vos habetis iudices veſtros. ff. de his qui in teſtam. delen. Roman. ſingula. 414. ſed an poteſt, &c.

Clerici dij vocantur.

Item licet Pharao ſuapte natura malus omnem ſubieciſſet Ægypti terrã, & cunctos populos, tamen ſacerdotes, & terram illorum reliquit liberam, vt patet Geneſ. 47. cap.

Imò etiam clericum iudicari à laico, videtur contra rationem naturalem, quæ eſt quòd inferior non iudicat ſuperiorem. c. cum inferior. & c. ſolitẽ. vbi Feli. de maiorita. & obedien. & naturaliter inferior exhibet honorem ſuperiori. l. 1. §. ſicut. & ibi gloſ. ff. de aqua pluuia arcen. glo. in ſumma. 93. diſt. l. 2. ff. de aliena. iudicij. mutan. cauſa fact. & clerici ſunt maiores laicis, etiam principibus. cap. 1. in fin. 17. diſtinctio. & capit. quis dubitet. 96. diſtinct. cap. duo ſunt. 12. quæſtio. 1. nec valet conſuetudo, vt inferior habeat iuriſdictionem in ſuperiorem. text. in capit. inferior. & ibi Præpoſi. 21. diſtinct. item & inimicis ſe committere, eſt contra rationem naturalẽ. ſed laici ſunt communiter clericorum inimici, & infeſti. cap. laicos. 2. q. 7. cap. clericos. de immunita. eccleſi. in 6. ergo papa non poterit committere totum clerum laicis, quia peruerteretur vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, quod non poteſt papa facere. gloſ. & doctor. in cap. propoſuit. de conceſ. præb. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 427. & ſeq. & in verbo, ſi abſque. in 2. nu. 47. de ſubſti. fideicommiſſ. de teſta.

Contra rationem naturalem eſt clericum à laico iudicari.

Imò anno 1431. die 5. Aprilis ante Paſcha fuit arreſto huius ſenatus remiſſum cadauer Gofridij Clouet presbyteri, qui ſe ſuſpenderat Pariſiis, in vico ſancti Germani Altiſsiodorem. Ex quo patet quòd iudex eccleſiaſticus cognoſcit contra clericos viuos & mortuos, quia character eſt impreſſus animæ & oſsibus, ideo non euellitur, vt ſcribunt doct. in capitu. degradatio. de pœnis. in 6. Auffre. in ſtylo parlamenti.

Arreſtum Cadauer ad iudicem eccleſiaſticum remiſſum.

Reprobatur opinio de Ferra.

parlamenti,arresto 109.Item nota.

Nec obstat falsa & damnata opinio Petri de Ferra.in sua practica, in forma libella.action.confesso.in verbo,plenam.vbi dicit sic,Naturaliter & à principio mundi omnes clerici nedum laici erant sub potestate,& iurisdictione imperij, sed ipsorum imperatorum dulcedine & benignitate fuerũt clerici dimissi sub potestate papæ, & beneficium hoc tanquam ingrati sciunt malè cognoscere, vt notatur per Innocentium in capitulo secundo de maioritate & obedientia.Bene ergo & sanctè (vt ille dicit)faceret ipse papa, si totam temporalem iurisdictionem in manibus imperatoris remitteret: nec aliter vnquam respublica, & maximè Italia quiesceret,& ex hoc status vniuersus clericorum magis redderetur Deo, ac populo deuotus, & ipse papa cum cardinalibus viueret quietus ac deuotus, & Deo & populo magis acceptus & gratus.

Hæc ille protulit bigamus Pet.Ferrariensis cum ecclesia noluisset eum tueri, quia extra clericorum priuilegia erat, ideo indignatus illa protulit verba mendosa.

Clerici nullo tempore sub imperio fuerũt.

Et primò sciendum est, quòd nullo tempore clerici fuerunt sub imperio,vt dicit fuisse,nec de iurisdictione secularium.nam postquam Deus commisit curam mundi ab exordio ministris, & primò Noe post diluuium.licet non esset sacerdos, tamen officium sacerdotis exercuit,& omnem iurisdictionem tam ecclesiasticam,quàm secularem:& in hac vicaria successerunt iudices, patriarchæ, reges, sacerdotes,& alij qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum,& sic durauit vsque ad Christum,qui fuit verus rex & filius Dei, & ipse Christus constituit vicarium suum Petrum, & successores suos.vt est in Euangelio.& Bal.in c.2. de maior. & obed.Ant.in c. licet. col.3. de for.compet.& sic clericorum iurisdictio penes sacerdotes fuit, etiam ex lege veteri, dicente propheta Zachar.2.ca.Qui vos tetigerit,pupillam oculi mei tanget.c.accusatio. 1.2.q.7.Sic summus sacerdos dominus Iesus in sacerdotes per se iurisdictionem exercuit.nam emẽtes & vendentes sacerdotes de templo eiecit, & mensas nummulariorum euertit. Marc.11.ca.& c. eiiciens.88.distinct.Posito, & non concesso, quod prius fuerit inrisdictio temporalis,quàm spiritualis. non tamen ob hoc sequitur, quod spiritualis subsit temporali.quòd sic probatur, prius fuerunt animalia creata,quàm homo.Gen.1.c.& 2. & tamẽ homo dominatur illis,vt dicit Paul.1. ad Cor.15.c.& Dauid,Psal.8.Omnia subiecisti sub pedib.eius. Habetur in somnio Viridarij.lib.2.c.103.Imò licet iurisdictiones essent de iure digestorum distinctæ. l.hæreditas.ibi,principali vel pontificali.ff.de peti.hær.tamen sacerdotium eo iure non erat sub temporali potestate. l.non distinguemus. §.sacerdotio. ff.de arb.l.pen.de vaca.mun.& sic pessimè dicit ille Ferra.& sine lege loquitur.ideo ei non est credendum.

Reiicitur opinio dãnata Petri Ferrarien.

Erubescere debebat verbis minus honestis clamare contra clericos,sed hoc solitus erat ille adulator imperatoris facere, vt patet in forma libel. resp.rei conuenti.in verbo,tanquam.colum.2.& in verbo,præscriptionis.col.pen.ibidem.& ob hoc dubitandum est de anima illius. scire debebat omnes causas olim tam clericorum quàm laicorum deferri ad ecclesiam.c.per venerabilem,qui filij sint legi. c.si quis presbiter.2. q.5.c.relatum,11.q.1. Deuter.18. cap.sic.non fit iniuria principi seculari, si ad suam redeat primæuam naturam.l.si vnus.§.pactus. ff.de pact.c.ab exordio.35.distin.& quod clerici solum conueniãtur coram ecclesiasticis.dicitur 1.ad Cor. 2.c.in fin.Spiritualis autem iudicat omnia,& ipse à nemine iudicatur.

Omnes causæ etiã laicorũ deferebãtur ad ecclesiam.

Præterea etiam si de iure diuino clerici non essent exempti,tamen per papam potuerunt eximi, etiam sine consensu imperatorum,cum sint res spirituales, & deputati in seruitium Dei dicto c.cleros.21.distinct.ita tenet Innoc.& alij in dicto c.2.de maio.& obedien.Aluar.in tracta.de planctu ecclesi. lib.1.art.44.circa finem.

Papa priuat & aufert iurisdictionem imperatori.

Item potest ex causa totam auferre iurisdictionem imperatori,eum priuando imperio.c.ad apostolicæ.de re iudi.lib.6.cap.alius.15.q.6.ergo & partem.videlicet eximendo clericos ab eo.arg.l.quæ de tota.ff.de rei vend.c.pastoralis.§. Item cum totum.de offi.deleg.Sic expresè tenet Auffrer.in repetit.cle.1.de offic.ordin. Non obstat quòd iurisdictiones sunt distinctæ,& sic non potest priuari imperator sua iurisdictione per episcopos ordinantes laicos,quia resp.qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. Paul.ad Gala.c.5.in fin.& sic laicus inuito superiore potest effici religiosus vel clericus. ca.licet.de regul.& ibi Pan.c.inquisitioni.de senten.excommun.quia spiritu Dei ducitur,ideo non est sub lege imperatoris,sed sub lege Dei, & eius vicarij. Nec obstat quòd omnes possent ordinari, quia hoc nunquam eueniet,& ideo de his quæ nunquam vel rarò eueniunt, non est constituenda lex.l.nam ad ea.& l.ex his.ff.de legi.

Papa an priuilegiũ canonis tollere possit.

Ex quo infertur,quòd priuilegium canonis potest papa auferre etiam sine causa,cum ex causa & sine possit tollere ius positiuum.cap.proposuit. de concess.præben.dummodo non tollat quo ad omnes clericos,quia cum hoc sit arduum, & vniuersalem statum ecclesiæ respiciat non posset. gl.sing.in c.si papa.40.dist.quam sing.dicit Pan.in c.significasti.nu.4.de elect.& in c.cum venissent.col.3.de iudic.& in c.proposuit.col.3.de concess.præben.Barb. in clemen.2.col.53.de elect.Bru.in c.licet.fol.22. de elect.Dec.consi.151.Iac.Bonaud.in additio.ad Ioan. de terra rubea,in tract.contra rebelles regum, art.5. tertij tracta.circa fin.doct.in c.nulli.de sent.excom. hoc tenet Feli.& alij in c.ecclesia.col.2.& sequen.de constit.& in d.c.2.de maior.

Priuilegiũ fori tolli nõ potest.

Secundò, infertur quòd priuilegium fori non potest papa tollere, cum sit de iure diuino, non cerimoniali, sed morali, quod papa non tollit, quia inferior legem superioris non potest tollere. cle.ne Romani.de elect.glo.& doct. in c.quæ in ecclesiarum, de constit. Quod intellige quando in totum vellet fori priuilegium tollere, secus si in certis casibus,vt hic,& in priuilegiatis, alibi dixi, & idem credo in consuetudine.Maleret.in tract.de elect.in 4.limita.fol.29.vers.respectu verò inferiorum. Barba.consi.45. mandato.col.1. vol.2. Sic potest papa

aliquos in totum à decimarum solutione eximere, non tamen omnes.glo.& doct.in c.à nobis. & c.in aliquibus.deci.sic consuluit Soci.consi.297.viso priuilegio.col.2.in 2.volum.

Cõsuetudo, vt clerici corã iudicibus secularibus cõueniantur, an valeat.

Tertiò, infertur quòd consuetudo etiam vetustissima centum annorum, vel alterius etiam antiquioris temporis nõ valet, disponens, vt clerici coram iudicibus secularibus conueniantur, cum sit contra ius, nullo tempore firmatur.c.fi.de consuet. & ibi hoc tenet Curtius.col.83. & sic ex nulla consuetudine potuit rex Angliæ acquirere iurisdictionem in clericos in actionibus ciuilibus etiam personalibus mere vel criminalibus, vbi agitur etiam ciuiliter, secundum Innoc.in c.postulasti.de foro compe.Archi.in c.Roma.in 2.gl.illo tit.in 6.Domi. de Rota, plenè decisio.840. vtrum valeat.in antiq. & decis.2.rub.de consuet.& Aufre.decis.126.Pan.& alij in c.ecclesia.in princ.de constit.& c.solitæ. in 6. notab.de maior.& obedi.

Et ideo fuit clericus coniugatus, qui ab officiali eum citante ratione delicti appellauerat, tanquam ab abusu, à senatu remissus ad officialem, Anno 1537.die 3.Decembris, quia clerici coniugati duo retinent priuilegia.c.vnic. de cleric.coniug.in 6.sic etiam si clericus consentiret, quod laicus cognosceret, & etiam episcopus.Alex.consi.8.videtur.col. 2.volu.1.D.Boer.in §.21. de iurisdict.omn.iudic. in consuet.Bitur.

Et ideo ad suum iudicem remitti debet.in ca.si diligenti.& d.c.significasti. de foro compet.tamen iudices regij nolunt in criminalibus illos remittere, donec eos audiuerint.& ita seruatur quando clericus accusatur super crimine priuilegiato, vt fuit decisum in senatu, Anno 1534.die 19.seu circa, Februarij, pro iudice capituli sancti Marcellini Parisi. per text.in l.3.ff.de re milita. *Arrestum.* [nec etiam valet consuetudo, vt episcopi non possint prehendere, & capere clericos vel laicos: quia est contra ius & libertatem ecclesiarum, vt per doct.in d.c.ecclesiam. de constit.alibi plenè probaui.]

Istas igitur qualescunque bone lector, his concordatis addendas putauimus interpretationes, vt nostris præsertim scholasticis, qui eas benignis auribus in scholis Parisi.publicis receperant, ob oculos poneremus, notásque eis magis faceremus. In quibus si quædam vtilia diximus, gratias immortales Deo agimus, qui calamum nostrum currentem ita direxit, & ad finem vsque perduxit.

& anno 1535. fuit istud concordatum publicè Parisiis, in scholis decretorum interpretatum.

FINIS.



AD CLARISSIMVM IVRIVM DOCTOREM, D. PETRVM REBVFFVM, CONCORDATORVM SVMMI PONTIFICIS, Christianissimíque Gallorum principis Commentatorem doctissimum, Antonij Paparini Forensis.

EPIGRAMMA.



Allica põtifici referẽs iunctissima summo
Lilia, charta fuit parua, breuísque liber.
Sensúque continuit non magnũ summa volumen:
Angusto capiens plurima iura loco.
Auxit opus tua subtilitas, auxere labores,
Et docta nodos explicuere manus.
Pagina rémque altã cõplectitur aucta decénsque:
Nec sensus olim qui latuere, latent.
Omnia perfecit vigilantia, quæ tibi nomen
Aeternum, famam perpetuámque dabit.

Eiusdem Antonij ad eundem.

Iuris Bartolus explicator arcti
Diuinus, peperit salutione
Legum quale decus sibi coruscã
Lux doctissime iurium Rebuffe,
Acquiris tibi, nulla quod vetustas
Nullum diluet auferétue tempus.

Eiusdem ad eundem.

Pallas non debet Ciceroni plura diserto,
Pluráque Virgilio Calliopæa suo,
Rhetorice Fabio nec plus debere fatetur,
Ingenio quàm ius debet vtrunque tuo.

Ad Petrum Rebuffum celeberrimum, primíque nominis iurisconsultum in interpretationem Concordatorũ Ioannis Stagnei Antoniani Carmen.

SI pluris fama loculos, Rebuffe, putasses,
Hoc tam frugiferum non legeretur opus.
Quæq; patent hoc iura libro, hæc abstrusa manerent
Te penes. Et cunctis inde petenda forent.
Nam qui certa daret super his responsa quis alter?
Ex te igitur parerent grande petita lucrum.
Hinc fundos, villas, hinc aurea vasa parasses,
Magnificúsque ampla conspicerere domo.
Sed quid tum? ista quidẽ tandẽ tibi morte perirent.
Nec post fata tui mentio longa foret.
At longè melius, qui non spectaueris isthæc.
Consultum rebus quis neget esse tuis?
Nam dum scribendo doctrinã exponis, & ingens
Publica quàm lucrum commoda pluris habes:
Diuitiis melior, totóque illustrior auro,
Adiuncta est titulis gloria summa tuis.
Quæ neque circunscripta loco, nec finibus, omnes
Diffuso in partes lumine sparsa micat.
Nec lethi exhorret tenebras, dum sydera cœlo
Splendebunt, terris fulgida semper erit.
Nonne vides, & viuus adhuc, iam non leue pondus,
Inque foro, inque scholis nomen habere tuum?
Quid fore post mortem censes? Si gloria viui
Tam clara, elato funere qualis erit?
Haud dubiè immortalis erit: nam cætera tempus
Atterit, at libris tempore crescit honos.
Ergo libro hoc decus vsque tuũ, tua gloria crescet.
Nomina Rebuffi viuida semper erunt.

Eiusdem ad eundem

Vix dici, Rebuffe, queat, tibi plus schola iuris
Debeat, an verò iudiciale forum.
Illam voce doces, prudentibus instruis istud
Responsis, scripto rursus vtrunque iuuas.

Ioannis

IOANNIS POSCHONII, IN AMPLISSIMVM CVRIAE ſupremæ Parlamenti aduocatorum ordinem coaptati, ad eruditiſsimum, peritiſsimúmque dominum Petrum Rebuffum, iuris vtriuſque doctorem ac comitem, decaſtichon.

Exi facturus, liber ingenioſe, pudorem
His, quos laudarunt ſecula priſca, viris.
Exi, quid trepidas? ne non tibi faſcinet ortus,
Quæ nocuit ſtudiis inuida lingua bonis?
Exi, ne trepides, tuto tibi gloria conſtat:
Quæ nunquam inſidiis debilitata ruet.
Quid coniuratis? quid amice fœdera initis
Doctores iuris fama, decúſque ſacri?
Cedite, non fas eſt tam certæ occurrere laudi.
Cedite, nam veſtro lumine maius adeſt.
Submitte huic faſces, quamuis ſis Bartole magnus.
Crede mihi numen ſecula noſtra ferunt.
Non lucet nitidis poſitis & in ordine verbis,
Parcus qui deceat legibus eſſe nitor:
Sed grauidus rerum, ſed acutis cenſibus ingens,
Clarus, & ingenij dexteritate potens.
Exi Rebuffi monumentum inſigne laboris,
Exi, nam facilè hoc ſecula priſca ferent.
Expectate liber, liber ingenioſe recuſas
Omnes diuitiis nobilitare tuis?

Aliud eiuſdem.

Quid poſſet priſcis noſtræ ætas ponere contra,
Dum quærit, librum hunc obtulit, & ſtupuit,
Inuidet annoſis oculis, gemuitq́, vetuſtas:
Vincor, nam hæc maior gloria laude mea eſt.
Vincor, ait: vinci decus eſt à principe tanto,
Et tulit aſtrictas in tua vincla manus.

Aliud.

Qui te non nouit, legat hoc Rebuffe volumen:
Ingenium, mores nouerit ille tuos.

Aliud.

Quid concinnauit dignum mea muſa? caducum
Conſcribo: ſed non fama caduca tua eſt.

Aliud.

Cùm te aſpexerunt doctæ Rebuffe Sorores,
Secum illæ, en tantum fecimus arte virum.
Deinde vbi viderunt librum, clamare Sorores,
Vincimur, ingenio præuenit iſte ſuo.
Adſenſere ſimul, ſimul adriſere Camœnæ,
Nulla eſt prærepti nominis inuidia.

Aliud.

Vis dicam breuiter qui ſis quantúſque Rebuffe?
Tantus es, vt nullus par queat eſſe tibi.
Quare qui ex æquo vult te committere ſecum,
Comparet hic ambos, ſentiet eſſe pares.

Aliud etiam eiuſdem.

Quod pauci timide, nullus quod protulit ante,
Rebuffi ſumma protulit arte liber.

INDEX.



INDEX IN SINGVLARES MATERIAS, QVAE IN PRAXI BENEFICIARIA, ALIISQVE OMNIBVS, TAM PRACTICA CANCELLARIAE, QVAM etiam Concordatorum tractatu, hoc volumine Petri Rebuffi Iur. Doct. contentis habentur.



Prior numerus paginam, secundus verò, si ad sit, numerum marginis indicat.

A

Accessor

B

C

Clau

D

Dispen

F

H

I

L

N

AAa

Notarius

P

Qualia

Regna

S

T

Teſtandi

Vi ditius

FINIS.



colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm